SC.15.Pl.3.

37
22 E
10

— MAG 4278

HUGONIS
DE SANCTO CHARO,
S. Romanæ Eccleſiæ Tituli S. Sabinæ
PRIMI CARDINALIS
ORDINIS PRÆDICATORUM,
TOMUS TERTIUS,
In Libros Proverbiorum, Eccleſiaſtæ, Canticorum, Sapientiæ, Eccleſiaſtici.

OPUS ADMIRABILE, OMNIBUS Concionatoribus, ac Sacræ Theologiæ Profeſſoribus perneceſſarium: in quo declarantur ſenſus omnes, Litteralis ſcilicet, Allegoricus, Tropologicus, & Anagogicus, maxima cum ſtudentium utilitate.

EDITIO ULTIMA PRÆ CETERIS RECOGNITA, & à mendis repurgata, priſtinoque candori reſtituta.

VENETIIS, MDCCLIV.
Apud Nicolaum Pezzana.
SUPERIORUM PERMISSU, AC PRIVILEGIO.

Digitized by Google

REVERENDISSIMI IN CHRISTO PATRIS, ET DOMINI, D. HUGONIS DE SANCTO CHARO,

SACROSANCTÆ ECCLESIÆ ROMANÆ Tituli S. Sabinæ Cardinalis primi de Ordine Divi Dominici, in Poſtillam ſuper tres Libros Salomonis.

PROLOGUS.

DICIT *Eccli.* 39. Occulta Proverbiorum exquirit ſapiens: & in abſconditis parabolarum converſabitur. Duplicem vitam bonorum nobis commendat Eccleſiaſticus in his verbis: quas etiam Dominus figuraliter commendavit, & ante legem, & ſub lege, & ſub Evangelio. Ante legem per Liam & Rachelem uxores Jacob, *Genes.* 39. Et ſub lege per Phenennam & Annam uxores Helcanæ, *1. Reg.* Sub Evangelio per Martham & Mariam ſorores Lazari. *Luc.* 10. Hæc eſt duplex via per quam itur ad Dominum, de quibus *Proverb.* 3. Viæ ejus viæ pulchræ, & ſemitæ ejus pacificæ. Sed, quia in utraque ſunt multa diverticula, ne volentes incedere per eas, oberrent in eis, neceſſarium fuit lumen eruditionis quo viæ rectitudo proficientibus monſtraretur. *Pſalm.* 24. Unde & David clamat: Vias tuas Domine demonſtra mihi: & ſemitas tuas edoce me. Quoad primam, dicit Eccleſiaſticus: Occulta Proverbiorum exquirit ſapiens. Quoad ſecundum, ſequitur: Et in abſconditis parabolarum converſabitur. Quod enim laborando exquirit ſapiens activus, in eodem poſtmodum converſando quieſcit contemplator plenarie eruditus. Sicque fit tranſitus de activa in contemplativam, quaſi de via ad ſemitam proficiſcendo. Unde jam triplex ſtatus hominis innoteſcit: *Triplex ſtatus hominis Eccl. 2.* Inchoationis, profectus, & perfectionis. Quod attendens rex Salomon, luce ſapientiæ divinitus illuſtratus, tria compoſuit volumina: Proverbia, Eccleſiaſten, Cantica Canticorum. In primo docet virtutes, & mores, & quomodo converſandum ſit in medio pravæ, & perverſæ nationis. In ſecundo docet omnia temporalia vana eſſe, & tranſitoria, & ideo contemnenda. In tertio docet ſolis Dei amplexibus inhærendum eſſe per amorem. Et ſic in primo erudit incipientes. In ſecundo admonet proficientes. In tertio alloquitur jam perfectos. In primo inſtruit activa laborantes. In ſecundo de activa ad contemplativam tranſeuntes. In tertio in contemplativa quieſcentes. In primo docet in mundo vivere. In ſecundo mundum contemnere. In tertio Deum diligere, & in eo ſolo delectationem quærere. In primo docet virtutes, ut diligantur. In ſecundo naturas rerum, ut contemnantur. In tertio gaudia contemplationis aperit, ut appetantur. Et eſt ordo congruus ac neceſſarius, ut primum ſciat homo bene vivere in mundo, deinde velit mundum jam ſibi cognitum ſubjicere, & tunc demum poterit ad amplexum Sponſi aſcendere, & in eo delectari: Niſi enim homo prius in campo virtutum exercitatus fuerit, & mundi pompas conculcaverit, non poteſt aſcendere ad amplexus Sponſi, & dicere: Oſculetur me oſculo oris ſui.

Breviter ergo, Salomon omnem ſtatum hominis *Cant.* 1. erudivit, parvulos lacte pavit in Proverbiis, adultos pane cibavit in Eccleſiaſte, robuſtos cibo ſolido ſatiavit in Canticis. Unde tribus nominibus recte vocatus eſt, ſcilicet, Salomon, ideſt, pacificus, quia in regno ſuo pacem habuit; Eccleſiaſtes, ideſt, concionator, quia cœtum, ſive Eccleſiam congregavit; Idida, ideſt, amabilis Domino, quia, eum amavit Dominus, quem tantæ ſapientiæ dono præ cunctis mortalibus decoravit. Primum nomen primo libro convenit, ubi virtutes docet, quæ pacem pectoris faciunt. Secundum nomen ſecundo libro congruit, ubi more concionatoris concioni, ideſt, hominum congregationi loquens, partes diſcordantes ad concordiam revocat. Unde in fine concludit ſic: Deum time, & mandata ejus obſerva, hoc eſt *Eccl. ult.*

omnis homo, ideſt, perfectus homo. Tertium nomen tertio libro competit, ubi amoris epithalamium cantat. Ex his tribus libris Salomonis ſicut dicit Origenes, diviſerunt Philoſophi philoſophiam in moralem, ſeu Ethicam, & naturalem, ſive Phyſicam, & inſpectivam, ſcilicet Theologiam, quæ docet ſolis inviſibilibus inhærere, & quos in prioribus profeciſſe conſpiciunt, ad tertiam introducunt. Tres igitur libri Salomonis, ſunt tres panes, quibus eſuriens ſatiatur, & impinguatur, de quibus *Luc.* 11. Amice accommoda mihi tres panes. Primus eſt hordaceus, ſecundus triticeus, tertius ſimilagineus. Primus primo frangendus eſt, & apponendus turbæ.

In primis ergo videndum eſt, quæ ſit ejus materia, quæ intentio auctoris, quis finis, quæ utilitas, quis modus agendi, quis titulus libri. Materia eſt vitia, & virtutes. Intentio auctoris eſt ſcientiam moralem rudibus tradere. Finis duplex eſt, proprius, & communis. Proprius eſt morum informatio. Communis eſt vita æterna, quæ & totius Theologiæ eſt. Unde *Joan.* 20. Hæc autem ſcripta ſunt, ut credatis, quia Jeſus eſt filius Dei, & ut credentes vitam habeatis in nomine ejus. Utilitas magna eſt: utilis enim ad multa hujus libri ſcientia, ad minus ad novem, quæ in principio hujus libri tanguntur. Primum eſt ſapientia, quæ eſt rerum ſpiritualium ſapore ipſarum condita. Secundum eſt diſciplina, quæ eſt bellum inexorabile contra proprium ſenſum, & etiam contra propriam voluntatem, ſive contra veterem hominem. Tertium eſt prudentia, quæ attenditur in contractibus, & negotiis, & obſequiis ſpiritualibus contra circumventionem, ne decipiamur, ſed obſequia noſtra accepta ſint Deo, nobis vero fructuoſa. Quartum eſt doctrinæ eruditio, quod dicitur ad differentiam naturalis eruditionis, quæ juvatur beneficio ætatis. Quintum eſt juſtitia poſitiva, quæ conſiſtit in reddendo proximo quod ſuum eſt. Sextum eſt judicium, quod partim ex æquitate, partim ex juſtitia dependet. Septimum eſt aſtutia, quæ eſt deprehenſio alienæ malitiæ, & maxime neceſſaria parvulis contra fraudes, & argutias, & verſutias diabolicas. Octavum eſt ſcientia proprie quæ eſt cognitio propriæ infirmitatis, & miſeriæ ac periculorum viæ, de qua *Eccl.* 1. Qui addit ſcientiam, addit & laborem. Nonum & ultimum, eſt intellectus, quo legimus in terra ſigna figurarum ſaluti noſtræ deſervientium. Modus agendi talis eſt. Paucus eſt in ſermone, & planus, ſed multus in ſententia, & obſcurus in myſteriis. Titulus talis eſt: Incipit liber Proverbiorum, vel Parabolarum Salomonis. Eſt autem Parabola, ſicut dicit Hieron. *ſuper Matth.* rerum natura diſcrepantium ſub aliqua ſimilitudine facta collatio. Et Beda: Parabolæ Græce, Latine ſimilitudines dicuntur. Quod vocabulum Salomon ideo huic libro impoſuit, ut non juxta litteram intelligantur, quæ dicit: Sed ſicut in terra aurum, in nuce nucleus, in hirſutis caſtanearum operculis fructus latens requiritur, ita & in his parabolis ſenſus myſticus requiratur. Unde & Proverbia dicuntur quaſi porro verba, quia præter litteralem ſenſum quem exterius prætendunt, procul aliud interius dicunt. Vel dicuntur Proverbia, quaſi protoverba, ideſt, prima verba, quia quaſi maximæ propoſitiones ſunt, quibus ſtatim acquieſcitur. Unde & vulgata editio hunc librum Paraprotoemias vocavit, a para quod eſt juxta, & protòs quod eſt primum, & emos quod eſt ſermo, quia hæc verba juxta nos in corde, & in ore debemus habere. *Deut.* 6. Erunt verba hæc in corde tuo, & narrabis ea filiis tuis, & meditaberis ſedens in domo tua. Poteſt etiam dici liber primus ſermo, quia primus liber Salomonis eſt, vel quia primis, ideſt, incipientibus proponitur. Ordo tractandi talis eſt. Tres ſunt libri hujus partitiones, in prima diſputat Salomon de bonorum ac malorum partibus. In ſecunda quæ incipit decimo capitulo, alternis verſibus utrorumque actus deſcribit. In tertia quæ 25. capitulo incipit, ſecum deliberans, de ſcientiæ veritate pertractat. Judæi vero diſtinguunt hunc librum in quinque partes. In prima ponunt parabolas a Salomone compilatas: dicunt enim, quod Salomon non omnes parabolas hujus libri compilavit, licet omnes locutus ſit. In ſecunda ponunt parabolas compilatas a viris Ezechiæ regis Juda: ut dicetur *infra* 25. In tertia ponunt compilatas ab ipſo Ezechia. In quarta ponunt quædam pauca, quibus Salomon eruditus eſt a matre ſua. In quinta ponunt inſtructionem mulieris fortis. Nobis autem videtur, quod in quatuor partes dividatur liber iſte. Primo ponit Salomon quaſi Prologum, in quo oſtendit, quæ ſit materia, & quis auctor, & quis finis. Quæ ſit materia, cum dicit: Parabolæ. Quis auctor, cum dicit Salomonis. Quis finis, cum dicit: Ad ſciendum ſapientiam. Secundo, a quibus abſtinendum. Tertio docet quibus inhærendum, *infra* 3. Fili mi ne obliviſcaris legis meæ &c. Quarto, agit de muliere forti.

Explicit Prologus.

EJUS-

EJUSDEM REVERENDISSIMI PATRIS, D. HUGONIS CARDINALIS,

EPISTOLÆ BEATI HIERONYMI, ad Chromatium, & Heliodorum Epiſcopos, De libris Salomonis, Expoſitio.

IUNGAT epiſtola, &c.] Præmittit autem Hieronymus epiſtolam huic libro, ſcribens Chromatio, & Eliodoro Epiſcopis.

In qua primo oſtendit quod eorum gratia hunc librum de Hebræo tranſtulit in Latinum. Secundo oſtendit, qui, & quot ſint libri Salomonis. Et hoc facit, ne quis crederet Eccleſiaſticum eſſe parabolas Salomonis, eo quod ipſe unum volumen invenit apud hebræos, tres libros continens. Primo, Eccleſiaſticum: Secundo, Eccleſiaſten: Tertio, Cantica Canticorum. Tertio, oſtendit quod ſua translatio ceteris prævaleat. Primo ergo captans benevolentiam, ait: *a* Jungat,] ideſt, junctos eſſe oſtendat, me ſcilicet, & vos. *b* Epiſtola, quos jungit ſacerdotium, imo charta non dividat] ideſt, non disjunctos mente oſtendat, quos locorum intervalla corporaliter disjungunt, & quos Chriſti nectit amor.

c Commentarios,] ideſt, libros, vel translationes. Excuſatio, ex qua ſe excuſat, quod non tranſtulit illos quatuor Prophetas, vel potius quod non eſt commentatus ſuper illos, ſicut Chromatius & Heliodorus petierant, infirmitate præpeditus.

d In Oſee, Amos, Zachariam, & Malachiam quoque poſcitis. Scripſiſſem, ſi licuiſſet præ valetudine] deficiente, ideſt, præ defectu valetudinis. Vel valetudo pro infirmitate ponitur. Et eſt ſumptum ab uſu quo dicitur in receſſu, vel morte alicujus, vale.

e Mittitis ſolatia ſumptuum, notarios noſtros, & librarios ſuſtentantes,] ideſt, ſumptus in ſolatium, ideſt, neceſſarios ad ſumptus ſcriptorum meorum.

f Ut vobis potiſſimum noſtrum deſudet ingenium] Notarios dicit, qui libros ſcribunt. Librarios, qui cuſtodiunt, vel emendant. Vel notarii dicuntur, qui primo de littera minuta breviter ſcribunt chartas, vel privilegia; Librarii vero dicuntur, qui poſtea de groſſa littera diligentius ſcribunt, ſicut fit Romæ.

g Et ecce ex latere frequens turba diverſa poſcentium] q. d. Vos quæritis a me commentarios in dictos Prophetas, & alii quamplures requirunt alios.

h Quaſi aut æquum ſit.] ideſt, juſtum.

i Me vobis eſurientibus] ideſt, valde deſiderantibus hos commentarios.

k Et aliis] me [laborare] a quibus non accipio ſumptus, & ita eſurire corporaliter, q. d. non eſt æquum.

l Aut] etiam ita rogant, & poſcunt a me multa, quaſi in ratione dati, & accepti, cui quam præter vos obnoxius ſim.] Sumptum eſt de *Epiſtola ad Philippenſ. ult.* quaſi dicat Hieronymus, nulli ſum obnoxius ad antidona, niſi vobis & ita non eſt æquum me aliis laborare eſurientibus. Argumentum, quod plus tenemur & ſpiritualiter & temporaliter benefactoribus noſtris.

m Itaque longa ægrotatione fractus, ne penitus hoc anno reticerem, & apud vos,] ideſt, vobis.

n Mutus eſſem, tridui opus,] ideſt, trium Librorum Salomonis. Vel (tridui opus,) ideſt, parvi laboris, vel parvi temporis. Finitum pro infinito.

o Nomini veſtro conſecravi,] ideſt, veſtræ petitioni. Vel,] veſtro nomini,] ideſt, veſtro honori, q. d. propter honorem veſtrum tres libros Salomonis tranſtuli. Et hoc eſt quod ſequitur. *p* Interpretationem videlicet trium Salomonis voluminum, Maſloth; quas Hebræi parabolas.] Ergo parabola eſt nomen Hebræum. Contra, hic dicit *Gloſ.* Parabolæ Græce, Latine ſimilitudines. Solut. Idem eſt nomen Græcum, vel Hebræum. Vel dic quod Hebræi vocant eas parabolas, non tamen ſub hoc nomine parabola, ſed forte ſub alio idem ſignificante.

q Vulgata autem editio Proverbia vocat,] ideſt, editio Septuaginta, vel illa quæ fuit inventa in Hericho. Quod videtur velle Hieronymus: Nam ſuper illud *Michææ capit.* 2. Mulieres populi mei ejeciſtis de domo deliciarum ſuarum, dicit *Gloſſ.* Hieronymi, Joſephus ſcripſit, & Hebræi dicunt, quod Septuaginta Interpretes non ſunt interpretati niſi quinque libros Moyſi.

r Coeleth, quem Græce Eccleſiaſten, Latine concionatorem poſſumus dicere. Siraſirim, quod in lingua noſtra vertitur Canticum Canticorum.] Siraſirim Hebraice, Græce epithalamium, ideſt carmen nuptiale.

ſ Fertur & panaretos,] ideſt, Eccleſiaſticus, a pan quod eſt totum, & areti quod eſt virtus, quaſi totus virtuoſus, vel omnium virtutum inſtructivus, quia de omnibus agit, ſcilicet.

t Jeſu filii Sirach liber, & alius pſeudographus, qui ſapientia Salomonis inſcribitur,] Pſeudo idem eſt quod falſum & graphos, quod eſt ſcriptura, quaſi falſo inſcriptus, quoad hoc quod intitulatur Sapientia Salomonis. *u* Quorum,] ſcilicet, duorum Eccleſiaſtici & Sapientiæ.

x Priorem,] ideſt, Eccleſiaſticum.

y Hebraicum reperi, non Eccleſiaſticum prænotatum,] ideſt, intitulatum, cum tamen ſic deberet intitulari.

z Ut apud Latinos,] ſupple intitulatur.

EPISTOLA SANCTI HIERONYMI Presbyteri, ad Chromatium, & Heliodorum Epiſcopos, de Libris Salomonis.

JUNGAT *a* epiſtola *b* quos jungit ſacerdotium, imo charta non dividat, quos Chriſti nectit amor. *c* Commentarios in *d* Oſee, Amos, Zachariam, & Malachiam quoque poſcitis. Scripſiſſem ſi licuiſſet præ valetudine. Mittitis *e* ſolatia ſumptuum, Notarios noſtros, & Librarios ſuſtentantes, ut *f* vobis potiſſimum noſtrum deſudet ingenium. Et *g* ecce ex latere frequens turba diverſa poſcentium, *h* quaſi aut æquum ſit *i* me vobis eſurientibus, & *k* aliis laborare, aut *l* in ratione dati, & accepti cuiquam præter vos obnoxius ſimiliter. *m* Itaque longa ægrotatione fractus, ne penitus hoc anno reticerem, & apud vos *n* mutus eſſem, tridui opus *o* nomini veſtro conſecravi, *p* interpretationem videlicet trium Salomonis voluminum. † maſloth, quas Hebræi parabolas, *q* vulgata autem editio Proverbia vocat, † *r* Coeleth quem Græce Eccleſiaſten, Latine concionatorem poſſumus dicere. † Siraſirim, quod in lingua noſtra vertitur Canticum Canticorum. *ſ* Fertur & panaretos *t* Jeſu filii Sirach liber, & alius pſeudographus qui ſapientia Salomonis inſcribitur. *u* Quorum *x* priorem *y* Hebraicum reperi, non Eccleſiaſticum, ut *z* apud Latinos, ſed

al.† miſle.

al.† Koheleth.

al.† Schirhaſchirim.

a parabolas prænotatum, *b* Cui *c* juncti erant Eccleſiaſtes, & Canticum Canticorum, *d* ut ſimilitudinem Salomonis, non ſolum numero librorum ſed etiam materiarum genere coæquaret. *e* Secundus *f* apud Hebræos nuſquam eſt, quia & ipſe ſtylus Græcam eloquentiam redolet, & nonnulli ſcriptorum veterum, hunc eſſe Judæi Philonis affirmant. *g* Sicut ergo Judith, & Tobiæ, & Machabæorum libros legit quidem eos Eccleſia, ſed inter Canonicas ſcripturas non recipit, ſic *h* & hæc duo volumina legat ad ædificationem plebis, non ad auctoritatem Eccleſiaſticorum dogmatum confirmandam. Si cui ſano Septuaginta interpretum magis editio placet, habet eam a nobis olim emendatam. *i* Neque enim ſic nova cudimus, ut *k* vetera deſtruamus. Et tamen cum diligentiſſime legerit, ſciat magis noſtra ſcripta intelligi, *l* quæ non in tertium vas *m* transfuſa coacuerint, ſed *n* ſtatim de prælo *o* puriſſimæ commendata teſtę, ſuum ſaporem ſervaverint.

Explicit Epiſtola Sancti Hieronymi.

a Parabolas prænotatum] reperi, ideſt, intitulatum ſic, ſcilicet Parabolas, cum ſic non deberet vocari.
b Cui,] ſcilicet Eccleſiaſtico.
c Juncti erant Eccleſiaſtes, & Canticum Canticorum,] non hi duo libri Salomonis, quos nos habemus, ſed alii duo ſimiles iſtis in materia.
d Ut ſimilitudinem Salomonis non ſolum numero librorum, ſed etiam materiarum genere coæquaret,] ſcilicet ille, qui compoſuit illos tres libros.
e Secundus,] ſcilicet Sapientia.
f Apud Hebræos nuſquam eſt, quia & ipſe ſtylus Græcam eloquentiam redolet, & nonnulli ſcriptorum veterum hunc eſſe Judæi Philonis affirmant] qui Philo peritus fuit in Græca lingua, licet eſſet Judæus.
g Sic ergo Judith & Tobiæ, & Machabæorum libros legit quidem eos Eccleſia; ſed inter Canonicas ſcripturas non recipit] Hoc verum eſt de Orientali Eccleſia, ſed Occidentalis recipit, ut dicit *Auguſtinus in libro de civitate Dei.* Vel forte nondum tempore ſuo recepti erant. Unde *Gregorius in Moral.* dicit librum Machabæorum non canonicum, qui poſtea fuit in quodam Concilio receptus, ut patet in Prologo quodam ipſius libri. Vel ſic, Inter Canonicas ſcripturas non recipit, ideſt, in canone veteris aut novæ legis non computat; Sunt tamen canonici libri, id eſt, ab Eccleſia Catholica approbati. *h* Sic & hæc duo volumina legat ad ædificationem plebis, non ad auctoritatem Eccleſiaſticorum dogmatum] contra Judæos qui ea non recipiunt, [confirmandam. Si cui ſane Septuaginta interpretum magis editio placet, habet eam a nobis olim emendatam,] quaſi dicat, ſi alii magis placet editio Septuaginta interpretum, quam noſtra, accipiat eam, quia & nos eam olim correximus: Sed tamen noſtræ prævalet. Et hoc probat per ſimile. Sicut enim vinum transfuſum de vaſe in vas & de illo in aliud, minus valet, quia citius aceſcit: Ita translatio Septuaginta transfuſa eſt de Hebræo in Græcum, & de Græco in Latinum & ita in tertium vas: noſtra vero immediate ſumpta eſt de fonte Hebraicæ veritatis, & ideo purior, & verior eſt. *i* Neque enim ſic nova cudimus,] ideſt, formamus. *k* Ut vetera deſtruamus: Et tamen cum diligentiſſime legerit, ſciat magis noſtra ſcripta intelligi,] ideſt, magis intelligibilia eſſe. *l* Quæ non in vas tertium] ſicut editio Septuaginta. *m* Transfuſa coacuerint,] ideſt, fuerint corrupta, ſicut vinum, quod perdit & ſaporem & colorem ex nimia transfuſione de vaſe in vas. *n* Sed ſtatim de prælo,] ideſt, de torculari. *o* Puriſſimæ commendata teſtæ,] idem eſt, vaſi penitus incorrupto, ſuum ſaporem ſervaverint.

Explicit Expoſitio Epiſtolæ Sancti Hieronymi.

INCIPIT

INCIPIT PROLOGUS

In Libros eoſdem.

TRIBUS nominibus vocatum fuiſſe Salomonem, Scripturæ manifeſtiſſime docent. Pacificum, ideſt, Salomonem; & Idida, hoc eſt, Dilectum Domini, & quod nunc dicitur Coeleth, ideſt, Eccleſiaſten. Eccleſiaſtes autem Græco ſermone eſt appellatus, quia cœtum, ideſt, Eccleſiam congreget, quem nos nuncupare poſſumus Concionatorem, eo quod loquatur ad populum, & ſermo ejus non ſpecialiter ad unum, ſed ad univerſos dirigatur generaliter. Porro Pacificus, & Dilectus Domini, ab eo quod regno ejus pax fuerit, & eum Dominus dilexerit, appellatus eſt. Nam & *Pſalm.* 44. & 71. Dilecti, & Pacifici titulo prænotatur. Qui tamen, etſi ad Prophetiam Chriſti, Eccleſiæque pertinentes, felicitatem, & vires Salomonis excedunt, tamen ſecundum hiſtoriam ſuper Salomonem ſcripti ſunt. Itaque juxta numerum vocabulorum, tria volumina edidit, Proverbia, Eccleſiaſten, & Canticum Canticorum. In Proverbiis parvulum docens, & quaſi de officiis per ſententias erudiens: Unde & ad filium ſermo crebro repetitur. In Eccleſiaſte vero maturæ virum ætatis inſtituens, ne quicquam in mundi rebus putet eſſe perpetuum, ſed caduca, & brevia univerſa, quæ cernimus. Ad extremum jam conſummatum virum, & calcato ſæculo præparatum in Canticis Canticorum Sponſæ jungit amplexibus. Niſi enim prius reliquerimus vitia, & pompis ſæculi renuntiantes, expeditos nos ad adventum præparaverimus, non poſſumus cantare Canticum Canticorum. Sed & hoc diligentius attendendum, tres libros auctore diverſo eſſe intitulatos. In Proverbiis enim notantur Proverbia Salomonis, filii David Regis Iſrael. In Eccleſiaſte vero verba Eccleſiaſtes, filii David Regis Jeruſalem. Superfluum quippe eſt Iſrael hic, quod male in Græcis, & Latinis Codicibus invenitur. In Cantico autem Canticorum, nec filius David, nec Rex Iſrael, ſive Jeruſalem præſcribitur, ſed tantum Canticum Canticorum Salomonis. Sicut enim Proverbia; & rudis inſtitutio ad duodecim Tribus, & ad totum pertinet Iſrael, & quomodo contemptus mundi, non niſi Metropolis convenit, hoc eſt, habitatoribus Jeruſalem; ita Canticum Canticorum ad eos proprie pertinet, qui tantum ſuperna deſiderant. Ad incipientes, & proficientes, & paterna dignitas, & regni proprii merito vindicatur auctoritas. Ad perfectos vero, ubi non timore eruditur, ſed amore, proprium nomen ſufficit, æqualis Magiſter eſt, & neſcit ſe eſſe Regem: Quæ omnia referuntur ad Chriſtum.

Item alius Prologus.

TRES libros Salomonis, ideſt, Proverbia, Eccleſiaſten, & Canticum Canticorum, veteri Septuaginta Interpretum auctoritati reddidi, vel antepoſitis lineis, ſuperfluis quæque deſignans, vel ſtellis titulo prænotatis, ea quæ minus habebantur interſerens, ut plenius, Paula, & Euſtochium, cognoſcatis, quid in libris noſtris minus ſit, quidve redundet. Necnon etiam illa, quæ imperiti Translatores male in linguam noſtram de Græco ſermone verterant, obliterans, & antiquans, curioſiſſima veritate correxi. Et ubi præpoſtero ordine, atque perverſo ſententiarum fuerat lumen ereptum, ſuis locis reſtituens feci intelligi, quod latebat. Porro in eo libro, qui a pleriſque ſapientia Salomonis inſcribitur; & in Eccleſiaſtico, quem eſſe Jeſu filii Sirach nullus ignorat, calamum temperavi, tantummodo Canonicas ſcripturas vobis emendare deſiderans, & ſtudium meum certis magis, quam dubiis commendare: ideo Græco, & Hebræo præfantiuncula utraque in libro præmiſſa eſt: quia nulla de Græco hoc ad illuminationem ſenſus, & legentis ædificationem, vel inſerta Hebraicæ translationi, vel extrinſecus juncta ſunt. Et idcirco qui legis, ſemper peregrina memento.

Expliciunt Prologi.

Reverendiſſ. in Chriſto Patris, & D.

DOMINI HUGONIS
DE SANCTO CHARO,

Sacroſanctæ Eccleſiæ Romanæ, Tituli ſanctæ Sabinæ Cardinalis Primi, de Ordine S. Dominici; Poſtilla ſuper Proverbia.

EXPOSITIO CAP. I.

PArabolæ *a* Salomonis filii David Regis Iſrael] ſup. hæ ſunt, ideſt, liber iſte de parabolis Salomonis. Multas enim alias parabolas compoſuit Salomon, quæ non ſunt in hoc libro ſcriptæ. Unde 3. *Reg.*4.d Locutus eſt Salomon tria millia parabolarum. & iſtæ non ſunt niſi circiter † octingentæ. Parabolæ autem Græce, ſimilitudines dicuntur Latine. Sunt autem tria genera ſimilitudinis, ſcilicet icon, paradigma & parabola.

vel † Maſſale. vel † Toſſergima.

Et nota a quatuor commendatur hic Salomon. A nominis interpretatione, cum dicitur, Salomonis, ideſt, pacifici. A natura, cum dicitur, filii David. A fortuna, cum dicitur, Regis. A convictu, cum dicitur Iſrael. Et cum dicitur parabolæ, ſuſcitatur attentio.

INCIPIT LIBER PROVERBIORUM
Quem Hebræi † Miſle appellant.

CAPUT PRIMUM.

PArabolæ *a* Salomonis filii David Regis Iſrael. Ad *b* ſciendam ſapientiam, *c* & diſciplinam, *d* ad intelligenda verba prudentiæ, & *e* ſuſcipiendam eruditionem doctrinæ, *f* juſtitiam & judicium & æquitatem, ut *g* detur *h* parvulis *i* aſtutia & *k* adoleſcenti *l* ſcientia & *m* intellectus. *n* Audiens ſapiens ſapientior erit: & *o* intelligens *p* gubernacula *q* poſſidebit. *r* Animadvertet parabolam & *ſ* interpretationem, *t* verba ſapientium, & ænigmata *u* eorum. *x* Timor Domini principium *y* ſapientiæ. *z* Sapientiam atque *a* doctrinam *b* ſtulti deſpiciunt.

Cum dicitur Salomonis filii David Regis Iſrael, captatur benevolentia. Cum dicitur, ad ſciendam Sapientiam, &c. redditur docilitas.

b Ad ſciendam, &c.] Sic continua: Parabolæ, dico, utiles vel editæ ad ſciendam, vel dandam ſapientiam, de fide. *c* Et diſciplinam] de moribus: Ecce activa, & contemplativa. Sapientia enim ad contemplativam pertinet: diſciplina vero ad activam. Iterum vero utiles ſunt parabolæ. *d* Ad intelligenda verba prudentiæ] quæ eſt in præcavendis inſidiis. *e* Et ſuſcipiendam eruditionem doctrinæ,] ut alios doceant. Et ſic valeant parabolæ ad eloquentiam. Et iterum utiles ſunt parabolæ ad ſuſcipiendam. *f* Juſtitiam, &c] Juſtitiam autem potius poſuit Auctor, quam aliquam aliam virtutem: quia communis eſt, ut dicit *Gl. Gen* 2. Vel juſtitiam dicit, quoad operationem: judicium, quoad diſcretionem: æquitatem, quoad intentionem. Vel juſtitiam, quoad proximum: judicium quoad nos, æquitatem. quoad Deum. Et ita per hunc librum docetur ſufficiens ordinatio hominis, ſcil ad id, quod ſupra ipſum eſt, & quod juxta ipſum eſt, & quod ipſe eſt. *g* Ut detur,] Hic tangitur finis. *h* Parvulis] ætate, vel ſenſu, ideſt, incipientibus. *i* Aſtutia,] ideſt, cautela contra aliena mala, contra deceptiones præcavendas: Unde incipientibus eſt neceſſaria, ut ſophiſmatum verſutiam cavere poſſint, nec abducantur a ſimplicitate Sapientiæ, quæ ducit ad vitam. *k* Et adoleſcenti] ideſt, proficienti. *l* Scientia,] ideſt, comprehenſio veritatis *m* Et intellectus] idem eſt, quod ſcientia.

Vel ſcientia, groſſior eſt, quoad omnes intellectus: ſubtilior, quoad majores. Vel ſciẽtia, quoad interiora. intellectus quoad ſuperiora. Vel ſcientia operandi; intellectus, cognoſcendi. Et nota, quod dicit: Ut detur parvulis aſtutia, & adoleſcenti ſcientia & intellectus. Non dicit, inveteratis, qui jam proficere non poſſunt. Unde 3 *Reg.*2.a. legitur, quod cum David ſenuiſſet, dormivit cum Abiſac virgine, nec tamen cognovit eam: ſic eſt de veteranis Theologis. Parvulis enim dicit pluraliter, adoleſcenti ſingulariter: quia quos Sapientia licet diverſos ſuſcipit, in unam perfectionem erudiendo provehit, ut idem ſentiant, idem velint. Unde *Act.* 4. f. Multitudinis autem, &c. Et bene parvulis aſtutia, & adoleſcenti datur ſcientia, quia formã, quam recipiunt in juventute, retinent etiam in ſenectute, *inf.* 22.a. Adoleſcens juxta viam ſuam, &c. quia:

Quod nova teſta capit, inveterata ſapit.

n Audiens, &c.] Hic incipit liber ſecundum Bedam: Sed ſecundum Hebræos adhuc eſt de commendatione operis. Invitat autem Salomon primo ad auditum, quia ex auditu fides, quæ eſt prima virtutum. *Rom.* 10.c. Fides ex auditu; auditus autem per verbum Dei. Iterum ideo primo invitat ad auditum, quia prius eſt audire, poſtea docere. *Jac* 1.c. Sit omnis homo velox ad audiendum, &c. Unde *Luc.* 10 g. Maria ſedens ſecus pedes Domini audiebat verbum illius. Dicit ergo: Audiens ſapiens ſapientior erit. Multo fortius debet audire ſtultus ut fiat ſapiens. Omnes enim audire debent, quia quantumcumque profecerit quis in ſacra Scriptura, ſemper in inchoatione eſt. *Eccl.* 18.a. Cum conſummaverit homo, tunc incipiet. *Pſ.*76. Dixi, nunc cœpi. *Inf* 9.b. Da occaſionem Sapienti, & addetur ei ſapientia. Item *Eccl.* 21. c. Verbum ſapientia. Item *Eccl.* 21.c. Verbum ſapiens quodcumque audierit, ſcius laudabit, & ad ſe adjiciet. Unde 3. *Reg.* 10.a Regina Saba quæ ſapientiſſima fuit, venit audire ſapientiam Salomonis. Et *Exo.* 18.d. Moyſes audivit Jetro longe inferiorem ſe. Et *Luc.* 2. g. Ipſe Chriſtus audivit Doctores legis. Semper ergo proficit audiens ſacram Scripturam. Quare? Quia ibi infinitus eſt theſaurus. *Sap.*7. b. *o* Et intelligens,] ideſt, intus legens & cognoſcens & ſe & alia, non ſuperficialiter tantum *p* Gubernacula] propriæ vitæ, & alienæ. *q* Poſſidebit] ut Joſeph. *Gen.* 41. e. vel Gubernacula] quæ ſunt tria, ſcil. carnis, conſcientiæ, & Eccleſiæ. Caro gubernanda eſt, ſicut equus fræno diſciplinæ: Et conſcientia, ſicut navis gubernaculo prudentiæ. *Jacob.* 3. a. Si equis fræna in ora mittimus ad conſentiendum nobis, & omne corpus illorum circumferimus: & naves cum magnæ ſint, a modico gubernaculo circumferuntur ubi impetus dirigentis voluerit, ita & lingua modicum quidem membrum eſt, & magna exaltat. Eccleſia gubernanda eſt a Prælato, ſicut ſponſa, aut velox grex. *Act.* 20. f. Attendite vobis, & univerſo gregi, in quo poſuit vos Spiritus ſanctus Epiſcopos regere Eccleſiam Dei. Igitur intelligens gubernacula poſſidebit,] ideſt, artem guberbandi per dicta tria habebit. Qualiter autem habeat artem gubernandi, oſtendit. *r* Anim. &c.] ideſt animam vertet ad parabolam quaſi os ad cibum, vel quaſi oculum ad lucernam. Unde *inf.* 6. c. Mandatum lucerna eſt, & lex lux. Vel, animadvertet parabolam, ideſt, parabolam vertet in animam, non tantum ad aures. *ſ* Et interpretationem] ideſt, expoſitionem parabolæ dictam a Sanctis. *t* Verba ſapientium] aperte dicta *u* Et ænigmata eorum,] ideſt, obſcure dicta, quaſi gravida & prægnantia ſpiritualium ſententiarum. *Eccl. ult.* d. Conſcripſit Eccleſiaſtes ſermones rectiſſimos & veritate plenos. *x* Timor Domini, &c.] Hæc eſt prima parabola ſecundum Hebreos, ſecundum Bedam ſecunda. Duplex eſt etiam initium ſapientiæ. Unum extrinſecum, ſcilicet auditus, de quo dictum eſt, audiens Sapiens ſapientior erit, &c. uſque huc. Secundum intrinſecum, ſcil. timor ſervilis, de quo hic dicitur: Timor Domini, ideſt, datus a Domino, ideſt, quo timetur Dominus, eſt. *y* Principium Sapientiæ] quia præparat ei animam expellendo peccatum. *Eccl.* 1. c. Timor Domini expellit peccatum. Aliter non intraret Sapientia. *Sap.* 1. a. In malevolam animam non introibit Sapientia, nec habitabit, &c. Vel ideo timor Domini dicitur initium ſapientiæ, quia prius oportet ut diſpliceant nobis mala, quæ facit timor: & poſtea ſapiant bona, quæ facit Sapientia. Eſt etiam timor, quaſi expaventaculum, motus illicitos arcens a corde: & ſic viam præparat Sapientiæ. Eſt etiam vinculum, quo ligatur vas cordis, ne effundatur ſapientia infuſa. *Eccl.* 1. b. Timor Domini ſcientiæ religioſitas. Eſt etiam operculum ſuperpoſitum ori cordis, ne aliquid immundum interius cadat. Eſt etiam quaſi lapis ſuperpoſitus aſſeribus, quibus operitur domus ne a vento tollatur. *Eccl.* 25. Timor Domini ſuper omnia ſe ſuperpoſuit. Eſt etiam quaſi columna ſuſtinens totam fabricam ſpiritualis ædificii. *Eccl.*27. a. Niſi jugiter te tenueris in timore Domini, cito ſubvertetur domus tua. *z* Sapientiam] recti dogmatis *a* Atque doctrinam] puræ converſationis. *b* Stulti deſpiciunt,] ideſt ſuperbi: ſicut Scribæ & Phariſæi dicta & facta Chriſti: ſicut bruto aurum & argentum, quod non ſapit eis. *Eccl* 6. e. Execratio eſt peccatoribus ſapientia. Nec ſolum non ſapit eis, imo amara eſt eis. *Eccl.* 6. c. Amara eſt nimium indoctis hominibus ſapientia. Vel certe ideo deſpiciunt eam, quia docet contemnere quę ipſi diligunt, ſ. divitias delicias, & honores: & diligere quod ipſi odiunt, ſc. paupertatem, modeſtiam, & humilitatem. 1. *Jer.* 2. c. Fratres nolite dilige-

Pſ. 87. 6.

Duplex initium Sapientiæ.

Digitized by Google

diligere mundum, &c. Vel ideo deſpiciunt, quia tantum eam exterius conſiderant, ſicut ſimia nucem. Unde *Pſ.* 30. Qui videbant me foras, fugerunt a me: Poſuerunt me abominationem ſibi. *Eccl.* 21. e. Tanquam domus exterminata, ſic fatuo ſapientia. Licet ſit domus ſatietatis copioſa omnibus deliciis *Sap.* 7. b. Venerunt mihi omnia bona pariter cum illa.

a Audi fili mi *b* diſciplinam *c* patris tui, & *d* ne dimittas *e* legem matris tuæ, ut *f* addatur gratia capiti tuo, & *g* torques *h* collo tuo: Fili mi ſi te *i* lactaverint peccatores, *k* ne acquieſcas eis. Si *l* dixerint, *m* veni nobiſcum, *n* inſidiemur ſanguini, *o* abſcondamus tendiculas *p* contra inſontem fruſtra *q*, deglutiamus eum *r* ſicut infernos *ſ* viventem, & *t* integrum *u* deſcendentem in lacum. Omnem *x* pretioſam ſubſtantiam reperiemus, *y* implebimus domos noſtras ſpoliis, *z* ſortem mitte nobiſcum, *a* marſupium unum ſit omnium noſtrum. Fili mi ne *b* ambules cum eis. *c* Prohibe pedem tuum a ſemitis eorum. *d* Pedes enim illorum ad malum *e* currunt & *f* feſtinant ut effundant ſanguinem. *g* Fruſtra autem *h* jacitur rete *i* ante oculos pennatorum. Ipſi *k* quoque *l* contra ſanguinem ſuum inſidiantur, & *m* moliũtur fraudes cõtra animas ſuas.

a Audi fili mi, &c.] Filium vocat omnem hominem, quem paterne inſtruere curat, quaſi dicat, ita ſtulti faciunt, ſed tu, fili mi, cora paternitatis, audi, obtemperando *b* Diſciplinam,] id eſt, correctionem verberum vel verborum, de qua *inf.* 3. b. Diſciplinam Domini ne reprobes. *Heb.* 12. c. Si extra diſciplinam eſtis, cujus omnes participes facti ſunt, ergo adulteri & non filii. *c* Patris tui,] ſcilicet Dei, Prælati cujuslibet ſapientis. *d* Et ne dimittas,] negligendo vel contemnendo. *e* Legem matris tuæ,] Eccleſiæ, Scripturæ,
B gratiæ, cujuslibet diligenter,
Pſal. 23. *b.* & dulciter inſtruentis, *f* Ut addatur gratia capiti tuo,] id eſt, menti, quia bene utenti naturalibus ſuperadduntur gratuita. Vel gratia, id eſt, corona grata, quæ datur victoribus. *Pſ.* 20. Poſuiſti Domine ſuper caput ejus coronam, &c. *g* Et torques] id eſt, aureola addatur.

h Collo tuo,] id eſt, prædicationi tuæ, id eſt, tibi pro prædicatione. Torques enim propter rotunditatem, quæ caret principio & fine, recte aureolam quæ æterna eſt, deſignat: Collum vero quod corpus capiti jungit, cibum in corpus trajicit, vocem format, ſignanter prædicationem ſignificat. Vel per gratiam capitis, intelligitur ſtola animæ, per torquem colli, ſtola corporis deſignatur. *i* Fili mi, ſi te, &c.] adulando, præterita mala extollendo, præſentia laudando, ad futura inclinando. Unde patet, quod hic dehortatur a conſortio malorum. Primo, monens filium ne adulationibus cedat. Secundo, ne malis conſentiat. *k* Ne acquieſcas] quia ſunt nutrices Diaboli, lamiæ infernales, de quibus *Thren.* 4. a. Lamiæ nudaverunt mammas, lactaverunt catulos ſuos parvulos, ſcilicet Babylonis. Unde hujuſmodi lacte lactari, renuit Moyſes, id eſt, quilibet electus ex aquis hujus mundi aſſumptus. *l* Si dixerint,] ſcilicet adulatores, & proſequitur hic mala adulatorum per membra. *m* Veni nobiſcum] cordis conſenſu, & operis affectu. *n* Inſidiemur ſanguini,] id eſt, vitæ alienæ, vel peccatis, bibendo ea vel fundendo, quod maxime convenit detractoribus fratribus adulatorum; ipſi enim aliena peccata explorant, quæ velut calicem ſanguinis aliis propinant. Unde *Sap.* 11. a. Pro fonte ſempiterni fluminis, id eſt, ſacræ exhortationis, dediſti ſanguinem injuſtis. *Greg.* Qui aliena detractione paſcuntur, procul dubio alienis carnibus ſaturantur. Hujuſmodi inſidiæ ex avaritia procedunt, poſtquam enim avaritia cor Prælati, vel cujuslibet Principis occupaverit, non æſtimat ſanguinem alienum vel ſanguinem animarum pro burſa implenda, vel pro veſicula ſuperbiæ, vel inanis gloriæ inflanda. Avaritiam vero fraudulentia comitatur. *o* Abſcondamus tendiculas] id eſt, laqueos. *p* Contra inſontem fruſtra,] id eſt, ſine culpa ejus. Non eſt autem hoc verbum impiorum, ſed a Salomone appoſitum, qui magis attendit rem, quam vocem. *q* Deglutiamus eum] abſorbendo ſua, vel Eccleſiæ malignantium incorporando, vel eum in terra abſcondendo. *r* Sicut infernus,] a quo nullus revertitur, & tamen impleti non poteſt. *Inf.* 30. c. Tria ſunt inſatiabilia, & quartum quod nunquam dicit, ſufficit. Infernus, os vulvæ, & terra quæ nunquam ſatiatur, & aqua, ignis vero nunquam dicit, ſufficit. *ſ* Viventem,] vita gratiæ. *t* Et integrum,] moribus & honeſtate. *u* Quaſi deſcendentem in lacum,] vitiorum.

x Omnem pretioſam, &c.] dicunt adulatores dominis ſuis, inſtigantes eos ad ſubditos ſpoliandos. *y* Implebimus domos, &c.] id eſt, donis eorum, id eſt, implere poterimus.

z Sortem mitte, &c.] i. communica nobis, & conſentias.

a Marſupium unum ſit omnium noſtrum,] id eſt, omnia ſint communia. Vel, marſupium, dicit voluntatem malignandi, ubi nequitiæ quaſi theſauri Diaboli reſervantur. Ad litteram ergo iſta eſt vox prædonum, vel latronum, vel adulatorum. Allegorice vero eſt vox Judæorum contra Chri-
Allegor. ſtum conſpirantium. *n* Inſidiemur ſang.] ſcilicet Chriſti effundendo. *o* Abſcondamus tendiculas,] id eſt, fallaces interrogationes, ut de cenſu dando Cæſari an non. *Math.* 22. b Et de adultera dimittenda. *Jo.* 8. a. *p* Contra inſontem,] id eſt, Chriſtum, qui peccatum non fecit, &c. *Iſa.* 53. c. *q* Deglutiamus eum,] id eſt, memoriam ejus & doctrinam extinguamus, ita quod inter nos vixiſſe non memoretur. *t* Et integrum,] id eſt, omnino. *r* Sicut infernus,] id eſt, irreparabiliter. *u* Quaſi deſcendentem in lacum,] id eſt, in limbum, ut Joſeph, *Gen.* 37. g. *Jer.* 38. b. *Inf.* 6. a.
Dan. ult. f. De quo *Pſal.* 87. *Iſa.* 59.
Poſuerunt me in lacu inferiori. *Zach.* 9. c. Tu autem in ſanguine teſtamenti, &c. *x* Omnem pretioſam ſubſtantiam reperiemus,] id eſt homines quos putabant ab amore & comitatu Chriſti ſecernere, cui adhærebant, *y* Implebimus domos noſtras,] id eſt, conventicula noſtra, ſpoliis, id eſt, animabus eorum.

a Marſupium unum ſit, &c.] id eſt, omnia ſint communia. Hæc eſt impia concordia, quæ ſignificatur per ſquamas Behemoth *Job.* 41. Et per ſpinas complectentes ſe mutuo, *Nahum* 1. c. Et per caudas vulpium colligatas, *Jud.* 15. a. Et per lappam & terram tenacem. *Oſee* 10. b. Sequitur. *b* Fili mi ne ambules cum eis,] ad litteram, quia cum ſancto ſanctus eris, &c. *Eccl.* 13. a. Qui tetigerit picem inquinabitur ab ea, & qui communicat ſuperbo induet ſuperbiam. *c* Prohibe pedem tuum, &c.] Ad litteram: Vel pedes ſunt affectus, ſemitæ adinventiones peccatorum excogitatæ, quibus rectius & brevius ad Infernum deſcendunt. *Inf.* 4. b. Ne delecteris in ſemitis impiorum. *d* Pedes enim illorum ad malum,] pœnæ & culpæ. *e* Currunt,] quia non ſolum vadunt, ſed currunt. *Pſalm*...... Veloces pedes eorum ad effundendum ſanguinem.

f Et feſtinant ut effundant ſanguinem, ad litteram. Vel animam in peccato fundant; cujus ſedes in ſanguine eſt. *Lev* 17. c. Vel, effundant ſanguinem, id eſt, peccatum ſuum extra aliis ad invitandum oſtendant, *g* Fruſtra autem.] Ita dicunt impii: Abſcondamus tendiculas, &c. Autem, pro quia, vel, ſed, fruſtra, id eſt inefficaciter. *h* Jacitur rete, *Multiplex rete.*
deceptionis, de quo *Job* 18. b. Immiſit in rete pedes ſuos, & in maculis ejus ambulat. Vel rete mali exempli, de quo *Oſee* 5. a. de Sacerdotibus: Laqueus facti eſtis ſpeculationi, & ſicut rete expanſum ſuper Thabor, quod interpretatur veniens lumen, vel lucis acceſſio. Vel rete dicuntur ſermones complexi & compoſiti ad decipiendum. *Inf.* 29. a. Homo qui blandis fictiſque ſermonibus loquitur amico ſuo, rete expandit greſſibus ejus. Hoc triplex rete fruſtra jacitur.

i Ante oculos, &c.] id eſt, ante oculatos viros pennatos. Oculatos ſcientia, & pennatos virtutibus, & ideo non timent, quia oculo ſcientiæ vident laqueos, & penna virtutum elevati effugiunt. Oculati & pennati debent eſſe Prælati: Talia enim fuerunt animalia, de quibus *Ezech.* 1. Sunt autem multi oculati, ſed non pennati, ſcientes bonum, ſed non facientes: Iſti non effugiunt, qui ſignificantur per Balaam, qui cadens in terram apertos habebat oculos. *Num.* 24. a. Alii ſunt pennati, ſed non oculati, ut ſimplices idiotæ, de quibus dicit *Auguſt.* Simplices & idiotæ cœlum ſibi rapiunt, nos autem cum litteris noſtris ad infernum demergimur. Alii nec ſunt oculati, nec pennati, de quibus *Eccl.* 1. d. Stultorum infinitus eſt numerus. *k* Ipſi quoque] ſcilicet illi qui rete jaciunt. *l* Contra ſanguinem, &c.] id eſt, contra vitam corporalem. Hoc ad litteram patet de latronibus. Verum eſt etiam de detractoribus, qui ſe prius occidunt ſpiritualiter, quam alios corporaliter. *Auguſtinus*, Omnis detractor prius ſibi nocet damno innocentiæ, quam alium lædat damno pecuniæ. Similis ſtulto, qui corpus proprium gladio tranſverberat, ut tunicam alterius perforet. Similis eſt etiam furioſo vel phrenetico, qui ſe propriis dentibus devorat.

m Et moliuntur, &c.] id eſt, contra vitam ſpiritualem, quaſi dicat, eo ipſo quod aliis inſidias parant, ſeipſos anima & corpore occidunt, ut patet in Aman, qui in patibulo, quod paraverat Mardochæo, ſuſpenſus eſt, *Eſther* 7. d. Et in ſatrapis Darii, qui in lacum leonum ubi Danielem fraudulenter mitti fecerant, perierunt. *Daniel.* 6. f. *Pſalm*...... Lacum aperuit, & effodit, &c. *Inf.* 26. d. Qui fodit foveam,

Digitized by Google

vcam, incidet in eam, & qui volvit lapidem revertetur ad cum. *a* Sic ſemitæ,] i. ſicut qui cædibus innocentium invigilant, ſeipſos perdunt, ſic ſemitę omnis avari, i. ſubtiles & occultæ cogitationes, qui aurum Deo præferunt. *c* Rapiunt,] ad interitum. *b* Animas poſſidentium] divitias. *Jer.* 4.

Sic *a* ſemitæ omnis avari *b* animas poſſidentium *c* rapiunt, *d* Sapientia *e* foris *f* prædicat, in *g* plateis dat vocem ſuam, In *h* capite turbarum clamitat, in *i* foribus portarum urbis *k* profert verba ſua, dicens: Uſquequo *l* parvuli diligitis infantiam, & *m* ſtulti ea quæ ſibi ſunt noxia cupient, & *n* imprudentes odibunt ſcientiam? *o* Convertimini ad † *p* correctionem meam. En *q* proferam vobis ſpiritum *r* meum, & *ſ* oſtendam *t* verba mea. *u* Quia vocavi, & *x* renuiſtis, *y* extendi manum meam, *z* & non fuit qui aſpiceret. *a* Deſpexiſtis omne conſilium meum, & *b* increpationes meas *c* neglexiſtis. Ego *d* quoque in interitu veſtro ridebo

Viæ tuæ, & cogitationes tuæ fecerunt hæc tibi. *Aug.* O lucra damnoſa, invenis pecuniam, & perdis juſtitiam. *d* Sapientia, &c.] Supra dixit, cui non eſt credendum, hic dicit, cujus conſilio eſt acquieſcendum, ſ. Sapientiæ. Et primo legitur de ſapientia, qui eſt Chriſtus, 1. *Cor.* 1. Sapientia, i. Chriſtus. *e* Foris,] i. palam & aperte. *f* Prædicat,] *Iſa.* 45. Ego Dominus non in abſcondito locutus ſum in loco terræ tenebroſo. Vel foris, i. per omnes creaturas. Unde *Aug.* Nutus tui Domine ſunt omne creaturarum decus, omnia enim clamant, Deus me fecit. *Job.* 12. Interroga jumenta, & docebunt te, & volatilia cœli, & indicabunt tibi. *g* In plateis dat vocem ſuam,] ideſt, in latitudine plebium revocans a lata & ſpatioſa via, quæ ducit ad perditionem. *Matth.* 7. *h* In capite turbarum clamitat] ideſt, in loco frequentato ab hominibus, non ſemel, ſed frequenter clamat. Clamat autem tria, ut dicit Magiſter Hugo de S. Victore: Accipe, quod Dominus porrigit, fuge quod prohibet, time quod minatur. Sed contra *Iſ.* 42. Non clamabit, neque accipiet perſonam, nec audietur vox ejus foris. Sol. Ibi dicitur clamor contentio, hic autem dicitur clamor aperta locutio. Primo modo non clamat. Secundo modo clamat. *Jo.* 7. Stabat Jeſus, & clamabat, ſi quis ſitit veniat ad me & bibat. *i* In foribus portarum urbis,] ad literam, ubi multi conveniebant propter judicia quę ibi fiebant. *k* Profert verba ſua] non aliena, ut multi, qui aliorum verba furantur, ut inde gloriam acquirant. Quibus dicitur. *Jer.* 23. Ecce ego ad Prophetas, dicit Dominus, qui furantur verba mea, unuſquiſque a proximo ſuo. Aliter ab illo loco. *d* Sapientia foris prædicat,] ſcilicet opere, & exemplo manifeſto. *g* In plateis dat vocem ſuam,] ideſt omnibus, quia in plateis omnes conveniunt. *h* In capite turbarum clamitat,] ideſt Principibus qui ſunt caput plebium. *Amos* 6. Væ vobis qui opulenti eſtis in Sion, & confiditis in monte Samariæ, optimates capita populorum. *i* In foribus portarum urbis profert verba ſua.] Urbs Domini eſt Eccleſia ex utroque populo adunata, muro, ideſt, Angelorum cuſtodia clauſa: cujus portarum fores ſunt Prædicatores, Doctores, Prælati, quia per illos intratur, & exitur de Eccleſia. In his profert verba ſua ſapientia, ideſt, Chriſtus, cum per hos loquitur nobis: Ex quibus unus fuit qui dicebat: An experimentum ejus quæritis, qui in me loquitur Chriſtus, 2. *Cor. ult.* *l* Uſquequo parvuli diligitis infantiam.] Parvuli ſunt Judæi quibus lex fuit pedagogus, *Gal.* 3. Et dicuntur parvuli, quia non habent dimenſionem virilem, ſcilicet longitudinem fidei, altitudinem ſpei, latitudinem charitatis. Et quia non capiunt niſi lac carnalis doctrinæ: diligitis infantiam, ideſt ſtatum legis, vel temporalia. *m* Et ſtulti ea quæ ſibi ſunt noxia cupient,] ideſt ceremonialia, quæ opprimebant tantum. *Act.* 15. Quid tentatis Deum imponere ſuper diſcipulos jugum, &c. Vel ideo noxia, quia erunt quaſi furfur, non ſalubria. *Ezech.* 20 Dedi eis præcepta non bona. Vel poteſt referri hoc generaliter ad omnes malos, qui dicuntur parvuli. Primo, quia lectum proprię conſcientię inquinant, ut pueri. E contrario boni dicunt: Lectulus noſter floridus eſt, *Cant.* 1. hoc eſt conſcientia. Secundo, dicuntur parvuli, quia gremium matris ſuæ, ideſt, Eccleſiæ, in cujus ſinu foventur, ſordidant & polluunt, *Ezech.* 43. Polluerunt nomen ſanctum meum in abominationibus quas fecerunt. *Jer.* 2. Induxi vos in terram Carmeli ut comederetis fructum ejus, & bona illius, & ingreſſi contaminaſtis terram meam. Dicuntur etiam tertio parvuli, quia mammas matris ſuæ, ideſt, Prædicatores mordent & lacerant detrahendo, *Gal.* 5. Si invicem mordetis & comeditis, videte ne ab invicem conſumamini. Dicit ergo: *l* Uſquequo parvuli diligitis infantiam,] ideſt, ſæculi vanitatem. *Pſal.* 4. Filii hominum uſquequo gravi corde, &c.

C *Infra 8. a.* — *al. † correptionem.* — *Aliter.* — *Parvuli dicuntur Judæi.* — *Omnes mali dicuntur parvuli.*

m Et ſtulti ea quæ ſibi ſunt noxia cupient,] ideſt temporalia, quæ dicuntur noxia, quia ſunt viſcata. Unde *Auguſt.* Amor temporalium viſcus eſt alarum ſpiritualium, *Sap.* 14. Creaturæ Dei factæ ſunt in laqueum, & in muſcipulam, & in ruinam pedibus inſipientium. Item dicuntur noxia, quia ſunt ignis & gladius, quæ duo pueri libenter tenent, donec comburantur, aut lædantur. Unde *Dan.* 3. Mundus appellatur fornax, in quo ſumus dum vivimus, nec evadet aliquis niſi divino miraculo ad modum trium puerorum. Item dicuntur noxia, quia ſunt immunda, & inficiunt tangentes per amorem. *Eccl.* 13. Qui tetigerit picem, inquinabitur ab ea. Item noxia, quia ſunt oneroſa valde, ut mola aſinaria. *Matt.* 18. Qui ſcandalizaverit, &c. Item noxia, quia ſunt laqueus diaboli mergens in interitum. 1. *Tim.* 6. Qui volunt divites fieri, incidunt in tentationem, & in laqueum Diaboli, & deſideria multa & inutilia, & nociva quæ mergunt homines in interitum. Item noxia, quia venenata ſunt. Unde quando Conſtantinus contulit Eccleſiæ Imperium Occidentale ſub S. Silveſtro, audita eſt vox de cœlo. Hodie miſſum eſt venenum in Eccleſia Dei.

n Et uſquequo imprudentes odibunt ſcientiam,] ideſt, opera ſcientiæ, quia omnes homines naturaliter ſcire deſiderant, ſecundum Philoſophum. Vel ſcientiam Evangelii, quæ docet relinquere mundum, & mundi gloriam, quam ipſi diligunt, & miſeri non attendunt quod ipſa ſcientia ſit theſaurus Dei, omnes divitias veras habens. *Iſa.* 33. Divitiæ ſalutis ſapientia & ſcientia, timor Domini ipſe eſt theſaurus ejus. Sed ipſi odiunt ſcientiam, quia ipſi ſunt noctua, & ſcientia lux. *Joan.* 3. Qui male agit odit lucem. Vel odiunt ſcientiam, quia ea ſe alligari quaſi compedibus ajunt. *Eccl.* 21. Compedes in pedibus ſtulti doctrina, & quaſi vincula manuum ſuper manum dexteram. *o* Convertimini] ab infantia & errore. *p* Ad correct.] quaſi ad menſam plenam omni genere ſpiritualium epularum *Eccl.* 31. Supra menſam magnam ſediſti, non aperias ſuper illam faucem tuam prior. Et 30. Splendidum cor bonum in epulis eſt: epulæ enim illius diligenter fiunt. Eſt autem duplex correctio Domini, verbi ſcilicet, & flagelli. Ad utramque converti nos admonet. In prima datur vita. *Jo.* 6. Verba quæ ego loquor ſpiritus & vita ſunt. Secunda, ſignum eſt amoris. *Inf.* 3. Quem diligit Dominus corripit. Ad utramque invitat, *Pſ.* 2. dicens: Apprehendite diſciplinam, &c. *q* En proferam vobis,] niſi converſi fueritis ad correctionem meam. *r* Spiritum meum] ideſt, vindictam. *Exod* 15. Miſiſti iram tuam quæ devoravit eos ſicut ſtipulam, & in ſpiritu furoris tui congregatæ ſunt aquæ. *Job.* 4. Vidi impios flante Deo periiſſe, & ſpiritu iræ ejus eſſe conſumptos. *ſ* Et oſtendam] experimento. *t* Verba mea] eſſe vera, quibus comminatur, *Pſ.* 7. Niſi converſi fueritis, gladium ſuum vibrabit, arcum, &c. Et quare hoc, Domine? *u* Quia vocavi] ad pœnitentiam. *x* Et renuiſtis,] pœnitentiam vel vocationem. *Mat.* 3. Agite pęnitentiam, appropinquabit enim regnum cęlorum. Et non ſolum vocavi, ſed etiam *y* extendi manum meam,] in crucem pro vobis. *Pſ.* 87. Clamavi tota die, expandi manus meas. Vel extendi manum meam in largiendo beneficia. *Iſ.* 65. Tota die expandi manus meas ad populum non credentem mihi. *z* Et non fuit, &c.] me in cruce, vel beneficia mea. *Pſ.* 141. Conſiderabam ad dexteram, & videbam, & non erat, qui cognoſceret me. *a* Deſpexiſti, &c.] quo conſulo viſibilia pro viſibilibus commutare. *Pſal.* 105. Obliti ſunt operum ejus, non ſuſtinuerunt conſilium ejus. *b* Et increpa,] ideſt, flagella vel comminationes. *c* Neglexiſtis] non intelligentes eas eſſe increpationes, ut eſt illud *Matth* 3. Omnis arbor quæ non facit fructum bonum excidetur, & in ignem mittetur. Et illud *Jo.* 3. Qui non credit, jam judicatus eſt. Nota quod in hac auctoritate tangitur quadruplex vocatio Dei. Prima, quæ fit verbo, ibi: Vocavi, & renuiſtis. Secunda beneficio, ibi: Extendi manum meam, &c. Tertia per inſpirationem, ibi: Deſpexiſtis omne conſilium meum. Quarta per flagella, vel comminationem, ibi: Et increpationes meas neglexiſtis. Primæ reſpondendum eſt per obedientiam, ut Abraham, *Gen.* 22. a Secundæ, per gratiarum actiones. *Pſ.* 143. Benedictus Dominus Deus meus qui docet manus meas ad prælium, &c. Tertiæ, per operis impletionem. Quartæ per patientiam & timorem. Contemptum harum vocationum ſequitur æternum opprobrium. Unde ſequitur. *d* Ego quoque, &c.] ideſt, riſibiles demonſtrabo in die judicii. Ridere Dei eſt afflictioni Deum nolle miſereri, ut dicit Greg. ſuper illud *Job.* 9. Si flagellat occidat ſemel, & non de pœnis innocentium rideat.

Temporalia dicuntur noxia multis modis. — *Iſai. 65. Jer. 7. 6.* — *Duplex correctio Domini.* — *Quadruplex vocatio Dei.*

a Et

D

& *a* ſubſannabo, cum *b* vobis quod timebatis *c* advenerit. Cum *d* irruerit repentina calamitas, & *e* interitus quaſi *f* tempeſtas *g* ingruerit, quando *h* venerit ſuper vos tribulatio & *i* anguſtia. Tunc *k* invocabunt me, & non *l* exaudiam, *m* mane *n* conſurgent & non *o* invenient me, *p* eo quod exoſam † habuerunt diſciplinam, & *q* timorem Domini *r* non † ſuſceperunt, *ſ* nec † acquieverunt conſilio meo, & † *t* detraxerunt † correctioni meę univerſæ. *u* Comedent igitur

a Et ſubſannabo,] ſubſannandos demonſtrabo. Eſt autem ſubſannatio proprie narium rugatio. Differt autem irriſio & ſubſannatio, quia irriſio proprie fit de impotentia vel turpitudine. *Gen.* 3. d. Ecce Adam factus eſt quaſi unus ex nobis. Subſannatio vero fit propter abominationem fœditatis, vel propter indignationem vilitatis. *Pſ.* 2. Qui habitat in cœlis, irridebit eos, & Dominus ſubſannabit eos. *b* Cum vobis, &c.] ideſt, timete debebatis. *c* Advenerit] ſcil. mors ęterna. *d* Cum irruerit, &c.] ideſt, dies Judicii, quando apparebit cordium vanitas vel vacuitas, quod modo latet: calamitas enim dicitur a calamo, qui vacuus eſt interius, ſed exterius lucidus. *Matt.* 25. a. Vigilate quia neſcitis diem, neque horam. 1. *Theſſ.* 5. a. Scitis quia dies Domini ſicut fur ita in nocte veniet, cum enim dixerint pax & ſecuritas, tunc repentinus eis ſuperveniet interitus ſicut dolor parturientis, & non effugiet. *e* Et interitus,] æternus. *f* Quaſi tempeſtas] ideſt, ſubito. *g* Ingruerit,] ideſt, ſine grue, quæ habent ordinem in volatu, ideſt, ſine ordine venient, evertens omnia, quia quod modo eſt inferius, tunc erit ſuperius, & e converſo. *Ambr.* Mors ſenibus in januis eſt, juvenibus in inſidiis. *h* Quando venerit, &c.] ideſt, turbo judicii, ubi tribulabitur fortis. *Ier.* 30. d. Ecce turbo Domini, furor egrediens, procella ruens in capite impiorum conquieſcens. *i* Et anguſtia,] ideſt, miſeria undique anguſtians, ut non ſit locus fugiendi: nam deſuper erit Judex iratus, deſubtus patens Infernus, a dextris inſiſtentia dæmonia, a ſiniſtris peccatorum accuſatio, intus conſcientia urens, exterius mundus ardens. *Soph.* 1. d. Vox diei Domini amara, tribulabitur ibi fortis, dies illa dies iræ, dies calamitatis & anguſtiæ, &c. *k* Tunc invocabunt me,] cum vexatio dederit intellectum auditui. Sed nimis ſero, quia clauſa erit janua miſericordiæ, & de cætero non aperietur. Unde ſequitur. *l* Et non exaudiam.] *Matt.* 25 a. Dum autem irent emere, venit ſponſus, & quæ paratæ erant, intraverunt cum eo ad nuptias, & clauſa eſt janua. Noviſſime autem venerunt & reliquæ virgines, dicentes: Domine, Domine, aperi nobis. At ille reſpondens, ait: Amen, Amen dico vobis, neſcio vos. Vel ſic, Invocabunt me, & non exaudiam, ideſt, ſi invocarent me non exaudirem. Et merito, quia ipſi non audierunt Dominum clamantem in pauperibus. *Inf.* 21. b. Qui obturat aurem ſuam ad clamorem pauperis, ipſe clamabit & non exaudietur. *m* Mane] ſcilicet die judicii. *n* Conſurgent,] ideſt, in corpore & anima ſimul reſurgent. *o* Et non, &c.] Jeſum licet quærant, ſeu Dominum, quia cognoſcetur Dominus judicia faciens. Ideo quærendus eſt modo Jeſus, quomodo poteſt inveniri. *Iſ.* 55. b. Quærite Dominum, dum inveniri poteſt, invocate eum, dum prope eſt. Quare autem non inveniant, ſubdit. *p* Eo quod exoſam, &c.] ideſt, flagelli correctionem, vel vitæ & morum reformationem, de qua *Pſ.* 2. Apprehendite diſciplinam. Et nota, quod dicit exoſam habuerunt, quaſi dicat, non ſolum in ſe non habuerunt diſciplinam, ſed etiam in aliis eam oderunt, ſicut ſcabioſus pecten & novaculam, & lippus lucem quæ ſanis oculis eſt amabilis. *q* Et timorem Domini,] qui eſt initium ſapientiæ, quo timetur Dominus qui expellit peccatum. *Eccl.* 1. c. *r* Non ſuſceperunt] in ſe, ut peccare ceſſarent. *Pſ.* 35. Dixit injuſtus, ut delinquat in ſemetipſo: Non eſt timor Dei ante oculos ejus. *ſ* Nec acquieverunt, &c.] quo conſului relinquere infantiam, & ea, quæ noxia ſunt, non amare, & non ſolum non ſuſceperunt hoc conſilium, ſed quod gravius eſt. *t* Et detraxerunt, &c.] rigorem ſacræ ſcripturæ juxta vitam hominum enumerantes, & præcepta ad terrorem eſſe data, dicentes *inf.* 24. c. Cum detractoribus non commiſcearis, quia repente veniet interitus eorum. Sed quid hoc ſequatur, concludendo dicit. *u* Comedent igitur, &c.] ideſt, juxta opera ſua remunerabuntur. Quæ enim ſeminaverit homo, hæc & metet. *Gal.* 6. b. Videat ergo quilibet quid ſeminet. Nam ſi malum ſeminat, malum metet, & e converſo. *Eccl.* 6. a. Non ſemines mala in ſulcis injuſtitiæ, & non metes ea in ſeptuplum. Item videat, ubi ſeminet, utrum in carne, vel in ſpiritu. Nam qui ſeminat in carne, de carne metet corruptionem, qui autem ſeminat in ſpiritu, metet vitam æternam. *Gal.* 6. b. *x* Suiſque conſiliis, &c.] ideſt, adinventionibus ſuis, ideſt merito earum ſaturabuntur, & implebuntur tribulatione & anguſtia. *Apoc.* 18. b. Quantum glorificavit ſe, & in deliciis fuit, tantum date ei tormentum & luctum. *y* Aversio, &c.] ideſt, peccatum, quo parvuli, id eſt, mali avertunt ſe a Deo. *z* Interficiet eos,] ſpiritualiter, quia ſpiritualem vitam auferet, ideſt, gratiam. Vel adverſio, ideſt, adverſitas temporalis, quam neſciunt pati parvuli ſenſu, ſed ea deprimuntur & ejiciuntur. *a* Et proſperitas, &c.] quam putant beatitudinem. *b* Perdet illos] ideſt, occaſio perditionis eorum exiſtet, quia ex ea ſuperbiunt. Unde Apoſtolus ſcribit Timotheo: Præcipe divitibus non altum ſapere. 1. *Tim.* 6. d. Et notantur hic duo peccata, quæ ſunt initium & radix omnium peccatorum, ſcilicet contemptus Dei, ibi: Averſio parvulorum interficiet eos. Et amor mundi, ibi: Proſperitas ſtultorum perdet eos. De quibus *Jer.* 2. c. Duo mala fecit populus meus, me dereliquerunt fontem aquæ vivæ, & foderunt ſibi ciſternas diſſipatas, quæ continere non valent aquas. *c* Qui autem me audierit,] ideſt, opere approbaverit audita a me. *d* Abſque terrore,] tormentorum (requieſcet) modo in conſcientia, tandem in gloria. De primo *inf.* 28. a. Juſtus ut leo confidens abſque terrore erit. De ſecundo *Iſa.* 32. d. Sedebit populus meus in pulchritudine pacis, & in tabernaculis fiducię, & in requie opulenta. Vel ſic. *c* Qui me audierit,] totaliter utraque aure, ſcilicet affectus, & intellectus. Sapientia enim ſonat veritatem intellectui & bonitatem affectui. Unde *Jo.* 1. b. Lex per Moyſen data eſt, gratia & veritas per Jeſum Chriſtum facta eſt. Talis igitur abſque terrore requieſcet, quia paupertatem diligit, quam ſapientia prædicat. *Seneca.* Paupertas cum claſſicum inſonuerit, ſcit ſe non peti, ei etiam pax eſt in obſeſſa via. *e* Et abundantia, &c] omnium deſiderabilium. Nam ibi erit Deus omnia in omnibus. *f* Terrore malorum] qui occidunt corpus, animam autem non poſſunt occidere. *Matt.* 10. c. *g* Sublato,] ipſis in inferno dejectis cum diabolo duce eorum. Hæc ſunt duo de bonis ſupernæ Jeruſalem, abundantia & pax. Unde *Pſal.* Lauda Jeruſalem Dominum, lauda Deum tuum Sion, id eſt, bis lauda, quia confortavit ſeras portarum tuarum. Ecce pax, ſive ſecuritas: Benedixit filiis tuis in te. Ecce abundantia.

al. † habuerint. al. † ſuſceperint. al. † acquieverint. al. † detraxerint. al. † correptioni.

Iſ. 18. c.

fructus viæ ſuæ, *x* ſuiſque conſiliis ſaturabuntur. *y* Averſio parvulorum *z* interficiet eos, & *a* proſperitas ſtultorum *b* perdet illos. *c* Qui autem me audierit *d* abſque terrore requieſcet, & *e* abundantia perfruetur † *f* terrore malorum *g* ſublato.

al. † timore.

A

CAP. II.

Fili mi, ſi *h* ſuſceperis *i* ſermones meos, & *k* mandata mea abſconderis *l* penes te, ut *m* audiat *n* ſapientiam auris tua

3. Cor. 15. d

EXPOSITIO CAP. II.

Fili mi, &c.] In hoc cap. hortatur ſapientia filios ſuos ſuſcipere ſermones ſuos ad inveniendam ſcientiam. Replicat autem nomen filii, ut quicquid dixit, ex affectu paterno procedere intelligatur. Ponit autem quatuor neceſſaria ad habendam ſcientiam. Primum eſt intellectus. Secundum, memoria. Tertium, oratio cum humilitate. Quartum deſiderium, quod eſt finis ſcientiæ noſtræ. Dicit ergo, *h* Fili mi, ſi ſuſceperis, intellectu, ideſt ſurſum ceperis referens ad ęterna. *i* Sermones meos] ideſt, moralia dicta, quæ ſunt capienda quaſi res cara. Suſcipiendi etiam ſunt ſermones Dei, ut regula vitæ, & ars vivendi, ſicut monachus ſuſcipit regulam S. Benedicti. Suſcepti vero abſcondendi ſunt in armariolo cordis, in intellectu per cogitationem, in affectu per amorem. *Pſ.* 118. In corde meo abſcondi eloquia tua, ut non peccem tibi. Sic autem abſcondi debent, ut ſuo tempore proferantur, non ut in perpetuum recondantur. Nam talis abſconſio mala eſt, *inf.* 11. d. Qui abſcondit frumenta, maledicetur in populis. Duplex eſt etiam abſconſio verbi Dei, ſci. ſubtractionis, & hęc eſt mala. *Pſ.* 39. Non abſcondi miſericordiam tuam & veritatem tuã a conſilio multo. Item occultationis, quę ſi fiat ex humilitate bona eſt, ſi ex puſillanimitate mala. *k* Et mandata, &c.] ſicut ſemen in terra, ut fructificet. Verbum etiam Dei ſemen eſt. *Luc.* 8. b. Item ut lucerna inter manus, ne a vento inanis glorię, aut detractionis, aut adulationis extinguatur. Verbum enim Dei lucerna eſt, *inf.* 6. c. Mandatum lucerna eſt & lex lux. *l* Penes te,] ſcilicet in ſecreto voluntatis & profundo rationis. *Luc.* 2. c. Maria autem conſervabat omnia verba hæc conferens in corde ſuo. *m* Ut audiat auris tua] interior, quę eſt intellectus. *n* Sapientiam,] de cæleſtibus quod eſt ſentire ſaporem interius. Si enim ſapor foris remaneat, non auditur ſapien-

Quatuor neceſſaria ad habendam ſcientiam.

Duplex abſconſio verbi Dei.

pientia, ſed tantum ſonus ejus. *Auguſt. ſuper Pſal.* 8. Auris bona, torcular eſt vinacia verborum retinens, vinum ſpiritualis intelligentiæ tranſmittens ad cellarium cordis.

a Inclina,] per humilitatem. *b* Cor tuum:] non tantum corpus ut ſis capax ſapientiæ, quia ſuperbis reſiſtit Deus, humilibus autem dat gratiam. *Jac.* 4. Aqua enim ſapientiæ ſalutis ad profunda humilitatis profluit ad modum fluvii materialis. Unde *inf.* 11. Ubi humilitas ibi ſapientia. *Pſ.* 103. Inter medium montium pertranſibunt aquæ. Vel, inclina, ad modum vaſis, quod aliter non impletur, niſi in aquam mittatur. *Pſ.* 118. Inclina cor meum, Deus, in teſtimonia tua. Vel, inclina, ideſt, emenda, ut dignus ſis divina revelatione. *Luc.* 10. Confiteor tibi Deus pater, quia abſcondiſti hæc a ſapientibus & prudentibus, & revelaſti ea parvulis, ideſt, humilibus. *c* Ad cognoſcendam, &c.] de morum informatione, & temporalium adminiſtratione. *d* Si enim, &c.] ideſt, ut in te ſit, vocaveris, perſeveranter oſando Deum, a quo eſt omnis ſapientia. *Eccl.* 1. Et *Jac.* 1. Si quis indiget ſapientia poſtulet eam a Domino, &c. Per hoc autem quod dicit, ſapientiam invocandam eſſe, docet non quamlibet ſapientiam, ſed tantum Dei cognitionem ſe nobis proponere, in cujus perceptione eſt ſumma beatitudo, juxta illud *Joan* 27. Hæc eſt vita æterna, ut cognoſcant, &c. Sed fruſtra invocatur ſapientia, niſi prius paretur ei locus, in quo recipiatur, ſicut dicit Didymus Philoſophus ad Alexandrum: Miſer, Deus præſto eſt largiri ſapientiam, ſed non habes, io quo recipias.

al. † agnoſcendam.

a Inclina *b* cor tuum ad † *c* cognoſcendam prudentiam. Si *d* enim ſapientiam invocaveris, & *e* inclinaveris cor tuum prudentiæ, ſi *f* quæſieris eam quaſi pecuniam, *g* & ſicut theſauros effoderis illam, tunc *h* intelliges timorem Domini, & *i* ſcientiam Dei invenies, quia Dominus *k* dat ſapientiam, & *l* ex ore ejus *m* prudentia & ſcientia. *n* Cuſtodit rectorum ſalutem, & *o* proteget gradientes ſimpliciter, *p* ſervans ſemitas juſtitiæ, & *q* vias ſanctorum cuſtodiens. *r* Tunc intelliges juſtitiam & judicium & *ſ* æquitatem & *t* omnem ſemitam bonam. Si *u* intraverit ſapientia cor tuum, *x* & ſcientia animæ tuæ *y* placuerit, conſilium *z* cuſtodiet te, & prudentia ſervabit te, ut *a* eruaris † a via mala *b* & ab homine qui perverſa loquitur. *c* Qui relinquunt iter rectum, *d* & ambulant per vias tenebroſas. *e* Qui lætantur cum malefecerint, & *f* exultant in *g* rebus peſſimis. Quorum viæ *i* perverſæ, & *k* infames greſſus eorum. Ut *l* eruaris a muliere aliena,

al. † de.

e Et inclinaveris, &c.] per humilitatem & per applicationem liberi arbitrii; ſine quo nihil fit in nobis ad meritum. Unde *Raban.* Gratia Dei liberum hominis requirit arbitrium. *f* Si quæſieris, &c.] ideſt, tanta cura, tantoque deſiderio, ut cupidus pecuniam. *g* Et ſicut theſauros, &c.] ideſt, effodiendo quæſieris tanto labore & ſolicitudine, ut theſaurum, quem qui quærit, terram rejicit, foveam profundam facit, ſedulus in eodem loco conſiſtit, donec invenerit quod quærit. Sic qui ſapientiam invenire vult, omnem amorem terrenum a corde ſuo debet rejicere, & foſſam humilitatis in ſe facere, & in eodem loco ſtudere, donec inveniat quod quærit. Quærenda eſt igitur ſapientia quaſi theſaurus in agro ſacræ Scripturæ, cui aſſimilatur regnum cœlorum. *Matt.* 13. Simile eſt regnum cœlorum theſauro abſcondito io agro, Ibi enim occultatur, inde trahitur. *Job* 28. Trahitur ſapientia de occultis. Nec ſolum io ſacra ſcriptura quærenda eſt ſapientia, ſed etiam in omni creatura. Unde *Eccl.* 1. Effudit illam, ideſt, ſapientiam ſuper omnia opera ſua. Et Ariſtot. interrogatus a quo tot & tanta didiciſſet, reſpondit, quod ab ipſis rebus, quæ mentiri non poſſunt. Unde *Job* 12. Interroga jumenta & docebunt te, & volatilia cœli & indicabunt tibi. In cauda etiam animalium invenitur ſapientia, quia per illam regunt ſe, piſces natando, aves volando. Et nos ſimiliter io mari hujus mundi debemus nos regere cauda, ideſt, intentione recti finis, vel conſideratione mortis. Sic igitur in omni creatura invenitur ſapientia. Unde *Aug.* Interrogavi Lunam & ſtellas de Deo meo, & reſponderunt mihi, quia non ſumus ipſæ, ſed ipſe fecit nos. Si ſic inquam, feceris. *h* Tunc intelliges, &c.] non ſervilem, quia ille eſt principium ſapientiæ, ſed filialem, quem non intelligit niſi qui habet, de quo *Eccl* 34. Qui timet Deum nihil trepidabit. *Iſ.* 33. Sapientia & ſcientia timor Domini ipſe

Sap. 4.

eſt theſaurus ejus. *i* Et ſcientiam, &c. i. quæ eſt, a Deo. Vel, ſcientiam Dei, ideſt, quæ de Deo, quæ lamentationem interius facit, ut dicit *Aug.* Non exterius ſe jactantem, de qua *Eccl.* Qui addit ſcientiam, addit dolorem. *k* Quia Dominus dat, &c.] ideſt, ſui cognitionem cum ſapore ſuavitatis, ſubaudi timenti ſe, qui jam a ſe expulit peccatum. Non enim vult Deus in vaſe ſordido balſamum ſuæ ſapientiæ infundere. Unde *Sap.* 1. In malevolam animam non iotrabit ſapientia. *l* Ex ore ejus,] ideſt, ex filio, qui nobis ſecreta Patris revelavit. Unde *Joan* 1. Deum nemo vidit unquam niſi onigenitus filius qui eſt in ſinu Patris, ipſe enarravit nobis. De quo ore dicitur *Eccl.* 24. Ex ore altiſſimi prodii. *Iſ.* 40. Videbit omnis caro pariter quod os Domini locutum eſt. Vel os Dei poteſt dici ſacra Scriptura, per quam nobis loquitur. *Iſa.* 30. Os meum non interrogaſtis. Item os Dei eſt quilibet Doctor aut Prædicator. *Jer.* 15. Si ſeparaveris pretioſum a vili quaſi os meum eris. *m* Prudentia & ſcientia, vel ſapientia.] Prudentia ad electionem boni, & mali fugam pertinet, ſcientia vero ad cogitationem boni & mali. Unum ſine altero parum valet. Hic eſt duplex ſpiritus Eliſæi 4. *Reg.* 2. *n* Cuſtodiet, &c.] quorum media non exeunt ab extremis, quia a Deo principio incipiunt, & ad Deum finem tendnot, tanquam extenſi ab ipſo ad ipſum. Ipſe etiam eſt alpha & omega, *Apoc.* 1. *o* Et proteget, &c.] per viam veritatis, pede intellectus, & per viam bonitatis, pede affectus, idem habentes in affectu, & intellectu, non aliud ſcientes & aliud volentes, ut multi de quibus *Eccl.* 2. Væ duplici corde, & labiis ſceleſtis, & manibus malefacientibus, & peccatori terram ingredienti duobus viis. Nota rectos & ſimplices conjungit Salomon. Cognatæ enim ſunt rectitudo & ſimplicitas. Unde ſapientia alteram ſine altera non requirit, ſed in quibus ambæ conveninnt, hos protegit & cuſtodit. Unde *Job* 1. Vir erat in terra Hus nomine Job, & erat vir ille ſimplex ac rectus. Simplex, per innocentiam manſuetudinis, rectus per cautelam diſcretionis. Simplex nullum lædens, rectus a nullo corruptus. *p* Servans ſemitas, &c.] ideſt, ſervare faciens. *q* Et vias, &c.] ideſt, cuſtodire faciens. Semitas juſtitiæ vocat conſilia & altiora mandata, vias Sanctorum, generalia præcepta. De utriſque dicitur *infra* 4. Viam ſapientiæ monſtrabo tibi, & ducam te per ſemitas æquitatis. *r* Tunc intelliges juſtitiam, &c.] ideſt, cum prædicta habueris, leges io te ipſo juſtitiam & judicium, ideſt, juſtum judicium propriæ examinationis. *ſ* Et æquitatem,] ideſt, naturalem, ut non facias alii quod tibi non vis fieri. Vel, juſtitiam, quoad proximum; judicium quoad te, æquitatem, quoad Deum. *t* Et omnem, &c.] ideſt, omnem virtutem, per quam compendioſe itur ad Deum.

u Si intraverit, &c.] ad convivandum tecum. *Apoc.* 3. Ego ſto ad oſtium & pulſo, &c. Et libenter aperiendum eſt ei, quia ſicut cum Sole viſibili venit tota copia luminoſitatis, ita cum ſapientia totus chorus virtutum. *Sap.* 7. Veneruot mihi omnia bona pariter cum illa. Sed quidam aperiunt tantum cellulam intellectus claudentes januam affectus, qui tantum lucem ſapientiæ quærunt, non ſaporem.

x Ex ſcientia.] ideſt, boni & mali cognitio. *y* Animæ tuæ, &c.] ut fugias malum & eligas bonum. *z* Conſilium cuſtodiet te, &c.] quaſi dicat omnia conſulto & prudenter facies. Proprie vero prudentia ſervat a malis operibus, conſilium vero cuſtodit in bellis ſpiritualibus. Unde *inf.* 24. Cum diſpoſitione itur ad bellum, & erit ſalus ubi multa conſilia ſunt.

a Ut eruaris, &c.] ideſt, a pravis operibus, ad quæ te invitabant, *ſup.* 1. qui dicebant: Veni nobiſcum, &c. Vel, a via mala, ideſt, a mundi ſuavitate, quæ multos quaſi vi retinet, eo quod viſcata eſt. *b* Et ab homine, &c.] ideſt, ab adulatore vel detractore. Unde *ſup.* 1. Fili ſi te lactaverint peccatores, ideſt, lactare voluerint, ne acquieſcas eis. *c* Qui relinquunt iter rectum] ideſt, viam mandatorum Dei, qua recte itur ad patriam. Et loquitur pluraliter propter malorum multitudinem. *d* Et ambulant, per, &c.] tenebris peccatorum, quia avertunt ſe a vera luce. Unde *Auguſt.* Væ qui ſe avertunt a lumine tuo. *e* Qui lætantur cum malefecerint] intus ſibi applaudendo. *f* Et exultant,] foris jactando. *g* In rebus peſſimis, ideſt, in peccatis. Iſtis dicitur per *Pſal.* 51. Quid glorians in malitia, &c. Item *Jacob* 4. Nunc exultatis in ſuperbiis veſtris. Sed omnis exultatio talis maligna eſt. *h* Quorum viæ,] i. cogitationes vel deſideria. *i* Perverſæ,] quoad Deum. *k* Et infames greſſus eorum,] i. operationes exteriores, quoad proximum. *l* Ut eruaris, &c.] Repete. Si intraverit ſapientia cor tuum, & ſcientia animæ tuæ placuerit, conſilium cuſtodiet te, & prudentia ſervabit te, ut eruaris a

muliere

Digitized by Google

mulıere aliena, ad litteram, ideſt, ab omni fornicatione. *a* Et ab extranea,] ideſt, ab alterius uxore. *b* Quæ mollit ſermones ſuos,] ad capiendum ſtultos *c* Et relinquit ducem pubertatis ſuæ] ideſt, priorem virum ſuum, quaſi dicat, prudentia ſervabit te a fornicatione, & adulterio. Vel mulier aliena, & extranea dicitur caro, ſive carnalis voluptas, quæ alienat a Deo faventes ſibi, de qua *Eccl.* 9. Ne des mulieri poteſtatem animæ tuæ, ne ingre-
D diatur in virtute tua, & confundaris, ne reſpicias mulierem multivolam, ne incidas in laqueos illius. Vel mulier aliena, eſt quæcunque veritas alia prima. Mulier extranea, quæ mollit ſermones ſuos, eſt quæcunque ſuavitas alia a prima, intellectus enim noſter eſt ſponſus ſummæ veritatis, ex quorum conjunctione generatur nobilis proles bonarum cogitationum. Item affectus noſter ſponſus eſt ſummæ ſuavitatis, ſive honeſtatis, ex quorum conjunctione generantur ſancta deſideria, amores caſti, dolores ſalutiferi, fletus dulces, devotio pia. Gloria vero ſumma, & ampliſſima ſponſa eſt vis iraſcibilis, ex quorum conjunctione naſcitur proles regalis, ſcilicet, magnanimitas, audacia, timor. Vel mulier aliena, & extranea eſt doctrina hæretica cui competenter conveniunt, quæ ſequuntur: Mollit enim ſermones ſuos, & ipſi ſunt jacula, *infra* 7. Prudentiam voca amicam tuam, ut cuſtodiat te a muliere extranea, & aliena, quæ verba ſua facit dulcia. *c* Et relinquit ducem pubertatis ſuæ,] ideſt, Chriſtum doctorem fidei, vel ſuperiorem partem rationis, *Jo.* 4. Voca virum tuum. *d* Et pacti Dei ſui,] ideſt, baptiſmi, vel confeſſionis.

e Oblita eſt,] ideſt, quaſi oblita alieno viro, ideſt, erroti adhæſit. *f* Inclinata eſt enim ad mortem,] æternam per hoc, quod dimiſit virum ſuum, & adhæſit alii inferiori, vel ignobiliori. Unde dicit: Inclinata eſt, &c. domus ejus, ideſt, caro, vel converſa, vel familia ab ea decepta. *Rom.* 1. Qui talia agunt digni ſunt morte, non ſolum, qui faciunt ea, ſed etiam qui conſentiunt facientibus.

g Et ad inferos ſemitæ illius,] ideſt, occulta conſilia hæreticorum, vel carnis.

& ab *a* extranea, quæ *b* mollit ſermones ſuos, & *c* relinquit ducem pubertatis ſuæ, & *d* pacti Dei ſui *e* oblita eſt. *f* Inclinata eſt enim ad mortem domus ejus, & *g* ad inferos ſemitæ illius. Omnes qui *h* ingrediuntur ad eam, non *i* revertentur, *k* nec apprehendent ſemitas vitæ. Ut *l* ambules in via bona, & *m* calles juſtorum cuſtodias: *n* qui enim recti ſunt *o* habitabunt in terra, & *p* ſimplices permanebunt in ea: *q* Impii vero *r* de terra *ſ* perdentur, *t* & qui inique agunt, *u* auferentur ex ea.

h Omnes enim qui ingrediuntur ad eam,] ſcilicet mulierem, ideſt, carnem, vel hæreticam doctrinam, vel mortem.

i Non revertentur] per ſe ad vitam fidei, vel ad integritatem vitæ prioris. *Oſee* 13. Perditio tua Iſrael tantummodo, ſupple, ex te eſt, ſed ex me auxilium tuum.

k Nec apprehendent ſemitas vitæ,] ideſt, altiora præcepta quæ ducunt ad vitam gratiæ, vel gloriæ. Item repete: Et prudentia ſervabit te.

l Ut ambules in via, &c.] Moraliter fidei, unione Chriſti, *Jo.* 14. Ego ſum via, veritas, & vita. *m* Et calles juſtorum cuſtodias,] corde & opere, ideſt, exempla ſanctorum. Et hi tales cuſtodiendi ſunt.

n Qui enim recti ſunt,] rectitudine charitatis, de qua *Cant.* 1. Recti diligunt te.

o Habitabunt in terra,] ideſt, in Eccleſia, hic per fidem.

p Et ſimplices permanebunt in ea,] per ſpem in futuro. Hoc antecedens, ſcilicet terra, ſupponit pro Eccleſia militante, & hoc relativum, ea refert pro Eccleſia triumphante, & conjungitur hic ſimplicitas, & rectitudo, ſic ſupra. Nam rectitudo ſine ſimplicitate nimis auſtera eſt, & dura, ſimplicitas vero ſine rectitudine diſſoluta eſt, & nimis remiſſa. Utraque tamen virtus conjuncta, perfectum reddit hominem.

q Impii vero,] ideſt, aperte mali.

r De terra] viventium.

ſ Perdentur] in futuro judicio.

t Et qui inique agunt,] ideſt, occulte mali.

u Auferentur ex ea;] Quoniam dicetur omnibus malis: Ite maledicti in ignem æternum, *Matth.* 25. Vel.

q Impii.] ideſt, infideles, ſcilicet Gentiles, Judæi, & hæretici.

t Et qui inique agunt,] ideſt, fideles iniqui. Utrique.

ſ Perdentur,] in præſenti de Eccleſia, ne perdant alios contagione ſui. Et in futuro

u Auferentur,] ideſt, a bonis ſeparabuntur, quibus modo corporaliter conjuncti ſunt, &c.

EXPO.

EXPOSITIO CAP. III.

Fili mi, ne obliviſcaris, &c.] Nota, duæ ſunt partes juſtitiæ, ſcilicet declinare a malo, & facere bonum. In præcedenti capitulo docuit Salomon declinandum eſſe a
A malo. In hoc capitulo docet bonum eſſe faciendum, quod totum facit ſapientia, ad quam invitat, & quam docere intendit. Sed quia oblivio eſt quædam mors ſapientiæ, ut dicit Auguſtinus, ideo primo hortatur eſſe attentos contra oblivionem, dicens: *a* Fili mi ne obliviſcaris legis meæ,] id eſt, doctrinæ meæ. *b* Et præcepta mea cor tuum cuſtodiat,] ut voluntarius, non coactus ea facias. Et recte præmittit de oblivione, quia mens oblivioſa eſt, quaſi ſaccus pertuſus, in quem quicquid mittitur perditur, de
Rom. 12. al. † Dominum. quo *Aggæi* 1. Qui merces congregavit, miſit eas in ſaccum pertuſum. Eſt etiam quaſi vas confractum, de quo *Eccli.* 21. Cor fatui quaſi vas confractum, omnem ſapientiam non tenebit. Hæc oblivio ex proſperitate maxime generatur. Unde *Gen.* 40. legitur, quod pincerna reſtitutus in gradum priſtinum, oblitus eſt interpretis ſui. Quis autem fructus proveniat ex cuſtodia mandatorum ſapientiæ, ſubjungit Salomon, triplex ſcilicet. *c* Longitudinem dierum] contra brevitatem. *d* Annos vitæ,] contra mortalitatem, *e* Pacem] contra tribulationem.

CAPUT III.

Fili mi *a* ne obliviſcaris legis meæ, *b* & præcepta mea cor tuum cuſtodiat. *c* Longitudinem enim dierum, & *d* annos vitæ, & *e* pacem apponent tibi. *f* Miſericordia, & veritas non te deſerant. *g* Circumda eas gutturi tuo, & *h* deſcribe in tabulis cordis tui, & *i* invenies gratiam, & diſciplinam bonam coram Deo, & hominibus. *k* Habe fiduciam in Domino ex *l* toto corde tuo, & *m* ne innitaris prudentiæ tuæ. *n* In omnibus viis tuis *o* cogita illum, & *p* ipſe diriget greſſus tuos. *q* Ne ſis ſapiens apud temetipſum. *r* Time † Deum, & *ſ* recede a malo. *t* Sanitas quippe erit in umbilico tuo, & *u* irrigatio oſſium

Moral. *Moraliter*. Dies ſunt internæ illuminationes. Noctes vero reprehenſiones, vel pravæ ſuggeſtiones, quæ mentes noſtras obtenebrant, quando illi dies abbreviantur, noctes creſcunt, & e converſo. Cuſtodia mandatorum dat horum dierum longitudinem. Unde *Pſalm* 18. Præceptum Domini lucidum illuminans oculos. Dat & pacem, *inf.* 16. Cum placuerint Domino viæ hominis, inimicos ejus convertet ad patrem. Dat & vitam. unde *Eccli.* 15. Serva mandata, & ſervabunt te. *f* Miſericordia & veritas non te deſerant.] Hucuſque de obedientia mandatorum dixit: Nunc dicit de his, quæ ad nos & proximum pertinent, dicens: Miſericordia, quoad proximum, & veritas quoad te, non te deſerant, ideſt, non tu deſeras illas: virtus enim nunquam recedit ab anima, niſi expulſa. Vel ſic. Miſericordia,] operis, & veritas ſermonis. Vel, miſericordia non te deſerat, ideſt, non deſperes, & veritas non te deſerat, ideſt, non præſumas. Iſtæ ſunt duæ molæ. Vel miſericordia, & veritas te non deſerant, quia parant nobis viam ante conſpectum Dei, & nos introducunt in cœleſte palatium. *Pſal.* 88. Miſericordia & veritas præcedent faciem tuam. Item, Miſericordia, & veritas non te deſerant, quia per eas venit Dominus ad nos. *Pſal.* 14. Univerſæ viæ Domini miſericordia, & veritas. Vel ideo, quia miſericordia ſola comes eſt defunctorum, ut dicit *Ambr.* Et diſtributrix manſionum in regno cœlorum. *Eccli.* 16. Omnis miſericordia faciet locum unicuique ſecundum meritum operum ſuorum. Ibi *Gloſſ.* Ab ore tuo nunquam abſit veritas Dei, nunquam ab opere miſericordia proximi. Sic enim fit, ut & te Dei miſericordia ſemper proſequatur, & veritas: miſericordia quæ deleat peccata, veritas quæ compleat promiſſa: *g* Circumda eas gutturi tuo,] ideſt, ſint in gutture tuo per eruditionem. *h* Et deſcribe in tabulis,] ideſt, ſint in corde tuo per rectam intentionem. Primum propter proximum, ſecundum propter Deum: unde *Gloſ.* Vox proximum juvet, intentio Deum delectet. Quidam habent hæc in corde tantum, quia recte ſentiunt, ſed non dicunt, nec faciunt. Alii in corde, & ore, quia recte ſentiunt, & recte dicunt, vel docent, ſed non faciunt. Alii habent in corde, in ore, in opere, quia quod ſentiunt dicunt, & quod dicunt faciunt. Sed nota, quod guttur habet duos meatus. Unus ſervit voci, alter cibo & potui. Circumdantur ergo hæc duo collo, ſive gutturi, quando nos ipſos illis prius paſcimus, & alios poſtea erudimus, & ſic totum guttur circumdatur. Hoc eſt, quod Dominus dicit Job interrogatione: Nunquid præbebis equo fortitudinem, aut circumdabis collo ejus hinnitum? *Job* 39. Tabulæ cordis dicuntur intelligentia capax, & memoria tenax, vel intellectus, & affectus. In intellectu deſcribenda eſt veritas per cognitionem, & miſericordia in affectu per amorem. Quæ ſi ſic ſcripſeris, erit cor tuum liber vitæ. *i* Et invenies gratiam & diſciplinam bonam coram Deo, & hominibus,] ideſt, per hæc eris gratioſus coram Deo, & doctrina tua grata hominibus. Sed poſſet aliquis dicere, difficilia enim ſunt hæc: homo enim res fragilis eſt, & mandata Dei fortia. Ideo ſubdit Salomon. *k* Habe fiduciam in Domino,] non in homine. Quia dicitur *Jer.* 17. Maledictus qui confidit in homine, &c. *l* Ex toto corde tuo,] ut omnis cogitatio tua, & omne deſiderium ſit in Deo ſecundum quod præcipitur *Deut.* 6. Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo. Vis etiam rationabilis debet eum diligere, ut lucem ſuam, concupiſcibilis, ut ſuavitatem ſuam, iraſcibilis, ut gloriam ſuam. *m* Et ne innitaris prudentiæ tuæ,] præponendo te patribus tuis, ut credas te poſſe implere mandata ejus viribus tuis, vel præſumendo te poſſe cognoſcere eum naturali induſtria, ſeu prudentia. *n* In omnibus viis tuis,] ideſt, operibus. *o* Cogita illum,] quaſi diceret in omnibus operibus tuis habe Deum præ oculis. Primo ut judicem, ut timeas peccare. *Job.* 9. Verba omnia opera mea. Secundo ut præſentem, ut erubeſcas in ejus præſentia peccare. Unde *Boet.* Magna nobis indicta eſt neceſſitas probitatis, niſi diſſimulare velimus, cum omnia agamus in oculo judicis cuncta cernentis. Tertio ut remuneratorem, & tunc erunt nobis non laborioſæ viæ, ſed jucundæ. Vel cogita illum tanquam auctorem fidei. Paulus dicit. 1. *Cor.* 15. Abundantius omnibus illis laboravi, non autem ego, ſed gratia Dei mecum. Vel, cogita illum tanquam auctorem, totum attribuendo ei a quo omne bonum eſt. *Jac.* 1. Omne datum optimum, &c. Sic *Iſa.* 26. Omnia opera noſtra operatus es in nobis Domine. *p* Et ipſe diriget,] ideſt, opera tua ad rectum finem perducet. *q* Ne ſis ſapiens apud temetipſum] nova inveniendo, ideſt, ſingularis, vel unus tuam opinionem aliis, quaſi doctior præponendo. Simile *Rom.* 12. Nolite prudentes eſſe apud vosmetipſos. Quare? Quia dicit *Iſa.* 5. Væ qui ſapientes eſtis in oculis veſtris, & coram vobiſmetipſis prudentes. Qui vero ſapiens vult eſſe, humiliet ſe, & ſapiens erit. Unde Ptolomæus: Sicut loca profunda magis ceteris locis aquis abundant in lacunis, ſic inter ſapientes ſapientior eſt, qui ſe humiliaverit. *r* Time Deum] ut filius, quia hæc eſt vera ſapientia. *ſ* Et recede a malo,] corde & opere fugiendo, & deteſtando, quia hic facit cordis munditiam, & ſic parat veram intelligentiam, *Job* 28. Timor Domini ipſa eſt ſapientia, & recedere a malo intelligentia. Ad timorem invitat, quia timor cor mundificat. *Eccl.* 1. Timor Domini expellit peccatum, quia eſt cuſtos ſpiritualis ædificii, quod fit ex virtutibus. *Eccli.* 24. Si non in timore Domini tenueris te inſtanter, &c. Item, quia replet animam. *Iſa.* 11 Replebit eum ſpiritu timoris Domini. Item, quia eſt pondus mentis, & repreſſorium ſuperbiæ. *Eccli.* 25. Timor Domini ſuper omnia ſe ſuperpoſuit, ſicut domibus, tectis aſſeribus ligneis, lapides ſuperponuntur ne a vento exſufflentur.

t Sanitas quippe erit, &c.] Si prædicta feceris, ideſt, caſtitas erit in carne tua. Umbilico etiam hæret puer in utero matris, unde ſignificat carnis concupiſcentiam. *Ezech.* 16. In die ortus tui non eſt præciſus umbilicus tuus. Sanitas ergo eſt in umbilico quando per timorem Domini concupiſcentia carnis reprimitur. Vel per umbilicum, qui fluidus eſt in pueris, intelligitur infirmitas juventutis, per oſſa robur ſenectutis. Et eſt ſenſus. Si prædicta feceris, bene tibi erit, & in juventute, & in ſenectute. Vel per umbilicum, ubi eſt ſedes virtutis generativæ in mulieribus, ſignificantur infirmiores in Eccleſia, in quibus eſt adhuc fomes, & radix malarum concupiſcentiarum, quibus polluitur, & perimitur ſanitas ſpiritualis, ſi prædicta fecerint. Vel per umbilicum intelliguntur aliquando Doctores, & Prædicatores ſacræ Scripturæ, qui habent ſemen verbi Dei, in quibus eſt ſedes virtutis generativæ ſpiritualiter. Unde *Cant.* 7. Umbilicus tuus ſicut crater tornatilis, nunquam indigens poculis. Imo certe in multis magna eſt indigentia poculi, qui ſteriles facti ſunt præ nimia frigiditate, quia non habent zelum, qui eſt ſpiritualis calor, & principium, & cauſa ſpiritualis generationis. De his dicitur *Oſee* 9. Da eis vulvam ſine liberis, & ubera arentia. De hac ſterilitate promittitur hæc ſanitas ſi prædicta feceris.

u Et irrigatio oſſium tuorum,] ſupple, erit, ſi prædicta

feceris

tuorum. *a* Honora Dominum *b* de tua ſubſtantia, & *c* de primitiis omnium frugum tuarum *d* da *e* pauperibus, & *f* implebuntur horrea tua ſaturitate, & *g* vino torcularia redundabunt. *b* Diſciplinam Domini, *i* fili mi, *k* ne abjicias, *l* nec deficias, cum ab eo corriperis. *m* Quem enim diligit Dominus, corripit, & *n* quaſi pater in filio complacet ſibi. *o* Beatus homo, qui

feceris. Oſſa ſunt naturales potentiæ, quæ ſi non jungantur gratiæ Dei, quaſi oſſa ſine medullis putreſcunt. Unde *Habacuc cap.* 3. Ingrediatur putredo in oſſibus meis, &c. Vel oſſa ſunt prædicatores, qui niſi rore cœleſti ungantur, tanquam aridi cito igne tribulationis, vel detractionis, vel iracundiæ exuruntur, & comminuuntur. Medullæ oſſium, ſunt Manſuetudo, Benignitas, Patientia, Charitas, & hujuſmodi.

Tob. 46. 1. q. 1 c non eſt.

Oſſa ergo arida ſine medullis ſunt prædicatores ſine pinguedine hujuſmodi gratiarum; ideo dicit Dominus *Jerem.* 31. Inebriabo animam ſacerdotum pinguedine, & populus meus bonis implebitur. Sed modo exoſſata eſt Eccleſia: Quam exoſſationem tria præcipue faciunt, ſcilicet ambitio honorum, amor voluptatum, & invidia. De duobus dicitur *Jerem. cap.* 50. Primus comedit cum Aſſur, noviſſimus exoſſavit eum rex Babylonis.

De tertio dicitur *infr.* 14. Putredo oſſium invidia. Et hac ſanitate habita.

a Honora Dominum, &c.] ideſt, homines ad imaginem, & ſimilitudinem Dei factos.

b De tua ſubſtantia,] non de aliena, ideſt, de tuis rebus bene acquiſitis, non de alienis, quia oblatio de alieno non placet Deo. *Eccleſiaſt. cap.* 34. Qui offert ſacrificium de ſubſtantia pauperum, quaſi, qui victimat filium in conſpectu patris.

Hujuſmodi ſubſtantia triplex eſt. Prima eſt redditus Eccleſiaſticus. Secunda, proprium patrimonium. Tertia, res acquiſita proprio labore. De prima ſubſtantia fit bona eleemoſyna, de ſecunda melior, de tertia optima. Nec ſolum de corporali ſubſtantia eſt honorandus Dominus, ſed etiam de ſpirituali, ideſt, naturalibus donis, & gratuitis, quibus juvandus eſt proximus. Nec dicitur honorari homo, ſed Deus, quia ſoli Deo honor, & gloria. Vel ſic.

a Honora Dominum de tua ſubſtantia,] ideſt, de teipſo, videlicet teipſum offerendo *Rom. c.* 12. Obſecro itaque vos fratres per miſericordiam Dei, ut exhibeatis corpora veſtra hoſtiam viventem fide, ſanctam ſpe, Deo placentem charitate.

c Et de primitiis omnium frugum tuarum,] ideſt, de potioribus bonis tuis, non de pejoribus, ut Cain: *Gen. cap.* 4. Ut multi faciunt, de quibus *Malach. c.* 1. Maledictus doloſus, qui habens in grege ſuo maſculum, & votum faciens immolat debile Domino.

d Da,] gratis, non vende precum inſtantia, vel laude humana.

e Pauperibus,] non divitibus, quibus dare nihil aliud eſt, quam vendere, vel perdere. *Luc. c.* 14. Cum facies convivium, noli vocare amicos, neque cognatos. *Iſa.* 58. Frange eſurienti panem tuum, & egenos vagoſque induc in domum tuam, &c. Ita fecit Beatus Laurentius, de quo dicitur *Pſ.* 111. Diſperſit, dedit pauperibus.

f Et implebuntur horrea tua ſaturitate,] ideſt, cor tuum gratia in præſenti, & gloria in futuro, *infra c.* 11. Anima, quæ benedicit, impinguabitur, & qui inebriat, ipſe quoque inebriabitur.

g Et vino torcularia redundabunt,] ideſt, corpus, & anima multis tribulationibus preſſa, gaudio, & lætitia implebuntur, ideſt, duplici ſtola remunerabuntur.

Vel ad litteram, qui libenter dat pauperibus, abundat in bonis, *infr.* 11.

Alii dividunt propria, & abundant, ſicut patet in nautis, qui dederunt frumentum Beato Nicolao. Idem eſt de cibo, ac de verbo Dei, quia qui libenter illum diſtribuit indigentibus, multiplicabitur ei donum majoris intelligentiæ. *Luc. c.* 6. Date, & dabitur vobis.

Unde 6. *Reg.* 17. dixit Helias mulieri: Hæc dicit Dominus Deus Iſrael, hydria farinæ non deficiet, nec lecythus olei minuetur.

b Diſciplinam Domini, &c.] Supra docuit Salomon filium vivere in proſperis, nunc vero ne in adverſis a Domino recedat, hortatur dicens: Diſciplinam Domini, ideſt, correctionem.

i Fili mi,] qui debes eſſe hæres omnis paternæ hæreditatis.

Duplex diſciplina.

k Ne abjicias,] quaſi onus importabile. Eſt autem duplex diſciplina, ſcilicet, verberum, & verborum. Prima Græce dicitur epiſteme, de qua *Pſal.* 2. Apprehendite diſciplinam, ne quando iraſcatur Dominus, & pereatis de via juſta. Secunda dicitur prædia, de qua dicit Apoſtolus *ad Hebræos cap.* 12. Omnis diſciplina in præſenti quidem non videtur eſſe gaudii, ſed mœroris. Neutra abjicienda eſt, ſed potius amplectenda propter multiplicem fructum.

Primo, quia eſt pignus paternæ hæreditatis. Idem Apoſtolus *ad Hebræos* 12. Flagellat Deus omnem filium, quem diligit, & recipit.

24. q. 4. c. ea vindicta, de purg. can. c. cum in juventute.

Item, quia eſt ſignum divinæ adoptionis, *ad Hebræos* 12.

Amanda eſt diſciplina propter novem.

Si extra diſciplinam eſtis, cujus participes facti ſunt omnes, ergo adulteri, & non filii eſtis.

Tertio, quia eſt ſignum zelotypiæ. *Ezech.* 16. Auferetur zelus meus a te, & quieſcam, nec iraſcar amplius, eo quod non fueris recordata dierum adoleſcentiæ tuæ.

Quarto, quia eſt medicina ſpiritualis. *Eccl.* 11. Malitia unius horæ oblivionem facit luxuriæ maximæ.

Quinto, quia cauſa eſt ſobrietatis. *Eccl.* 31. Infirmitas gravis ſobriam reddit animam.

Sexto, quia eſt cuſtos ſapientiæ. *Greg.* Sapientia ideo cor Salomonis deſeruit, quia nullam diſciplinam interius cuſtodivit.

Septimo, quia fugat ſtultitiam, *infra* 22. Stultitia colligata in corde pueri, virga diſciplinæ fugabit eam.

Octavo, quia erudit. *Jerem.* 6. Per omne flagellum erudieris Jeruſalem. Nono, quia eſt unum de ferculis, quæ Dominus comedit, & ſuis comedenda appoſuit, quæ ſunt paupertas, modeſtia, ignominia.

Unde *Thren.* 3. Saturabitur opprobriis. *l* Nec deficias, cum ab eo corriperis,] quia flagellum Domini correctio patris eſt, vel magiſtri, & non ira. *Job* 5. Beatus homo, qui corripitur a Domino. Et nota, duo dicit; Primo ne abjicias diſciplinam.

Et hujus ratio dicitur *Job* 5. Increpationem Domini ne reprobes, quia ipſe vulnerat, & medetur, ipſe percutit, & manus ejus ſalvat. Secundo, dicit, ut perſeveres, ibi: Nec deficias, cum ab eo corriperis.

Rationem hujus dicit Apoſtolus, 2. *Theſſalonic. cap.* 3. Vos autem fratres nolite deficere benefacientes. Qui enim ſuſtinet, ipſe placet Domino. Quod vero dicebat Apoſtolus, hoc & ipſe faciebat, 2. *Corinth.* 4. Propter quod non deficimus, licet is, quis foris eſt noſter homo corrumpatur, tamen is, qui intus eſt, renovatur de die in diem.

m Quem enim diligit Dominus, corripit.] Simile *Apoc.* 3. Ego quos amo, arguo, & caſtigo, quaſi dicat, correctio Domini ſignum eſt familiaritatis, quia illi, quem corrigit offert calicem ſuum, in quo bibit. *Matth. cap.* 20. Poteſtis bibere calicem, quem ego bibiturus ſum? *Auguſtinus*, Pius pater unum flagellat filium, & non parat ei hæreditatem. Inde etiam extrahit ſapientiam. *Eccleſ. cap.* 22. Pungens oculum deducit lacrymas, & qui pungit cor, profert ſenſum. Et *ibidem* Flagella, & doctrina in omni tempore ſapientia.

n Et quaſi pater in filio complacet ſibi,] ideſt, condelectatur in eo ſicut pater in filio.

o Beatus homo, qui invenit ſapientiam,] ideſt, cognitionem voluntatis Dei, qua vult hic ſuos flagellari, & in futuro gloriari, ideſt, beatus eſt, qui intelligit, qua pietate flagellat hic Deus.] Et qui affluit prudentia,] ad alios, ſcilicet, ore, & opere.

Unde *B. Bernardus*: Si corde habueris ſapientiam, ore affluens prudentia, ſed affluere, non effluere cura.

Sapientia quippe ſobria eſt in pœnitudine præteritorum peccatorum, in contemptu præſentium commodorum, in deſiderio futurorum præmiorum.

Ore autem prudentia affluit, ſi ſit ore confeſſio propriæ iniquitatis, ſi ſit gratiarum actio, & vox laudis, ſi ſit ſermo ædificationis.

Opere vero copioſe afflues, ſi inter fratres obedienter, continenter, patienter converſaris, ut filialis obedientia propriam mortificet voluntatem, humilis continentia carnalem amputet voluptatem, hilaris patientia fraternitatis cuſtodiat unitatem. Vel ſic.

o Beatus homo, qui invenit ſapientiam,] ideſt, veritatem cognitionis ſtudendo.

a Et

Digitized by Google

a Et qui afflnit prudentia,] prædicando, docendo, *Daniel. cap.* 12. Qui docti fuerint, fulgebunt quaſi ſplendor firmamenti, & qui ad juſtitiam erudiunt multos, quaſi ſtellæ in perpetuas æternitates. Vel ſic (Beatus homo, qui invenit ſapientiam,) ideſt, cui ſapiunt res ſicut ſunt: mala male, & bona bene. *a* Et qui affluit prudentia,] ideſt, electione boni, & fuga mali, cui ſapiunt res, ut ſunt, & eligit bona, & fugit mala.

Infra 8.

Et ita, qui invenit ſapientiam, guſtando res proprie, prout ſunt, affluit prudentia, malum reprobando, & bonum eligendo. *Iſa. cap.* 7. Butyrum, & mel comedet, ut ſciat reprobare malum, & eligere bonum. Hanc autem ſapientiam non inveniunt, niſi qui rebus utuntur ad hoc, quod ſunt. *Job* 27. Non invenitur in terra ſuaviter viventium.

Abyſſus dicit: Non eſt in me, & mare loquitur, Non eſt mecum.

b Melior eſt acquiſitio ejus,] ideſt, hujus ſapientiæ.

c Negotiatione auri, & argenti,] ad litteram, ideſt, omnibus theſauris viſibilibus, *Job cap.* 28. Non dabitur aurum obrizum pro ea, nec appendetur argentum in commutatione ejus.

Ideo etiam melior, quia acquiſitio auri, & argenti facit obnoxium latronibus, ſapientia vero liberas, & ſecurum facit poſſeſſorem ſuum. *Iſa. cap.* 33. Erit fides temporibus ſuis, divitiæ ſalutis ſapientia, & ſcientia.

d Primi, & puriſſimi fructus ejus.] Primi, quia ſunt coævi ſtipiti ſuo, quam cito infunditur, ſtatim fructificat. *Eccleſ. c.* 6. In opere ſapientiæ exiguum laborabis, & cito edes de generationibus illius. Puriſſimi, ideſt, impermiſti, quia in gaudio ejus non miſcebitur extraneus, ut dicitur *infra cap.* 14.

Sunt autem puri in ſtatu innocentiæ, puriores in ſtatu gratiæ: puriſſimi in ſtatu gloriæ. Vel puri in pœnitentibus, puriores in proficientibus, puriſſimi in perfectis.

Sapientia est arbor.

Eſt igitur ſapientia arbor plantata in corde mundo, cujus radix eſt timor Domini, rami ejus dona media. *Eccleſ. cap.* 1. Radix ſapientiæ timere Deum: rami ejus longævi: folia ejus ſunt doctrina, & prædicatio: fructus, bona opera.

Vel certe illa duodecim, de quibus dicit Apoſtolus *ad Galatas cap.* 5. Fructus ſpiritus ſunt, Charitas, Gaudium, Pax, Patientia, Benignitas, Bonitas, Longanimitas, Manſuetudo, Fides, Modeſtia, Continentia, Caſtitas. *Cant.* 7. Aſcendam in palmam, & apprehendam fructus ejus.

e Pretioſior eſt cunctis opibus, & omnia, quæ deſiderantur, huic non valent comparari,] ideſt, æquiparari, quaſi dicat.

Non ſolum corporalibus divitiis melior eſt ſapientia, ſed etiam aliis ſpiritualibus, non eſt pretium, quo poſſit comparari. *Job cap* 28. Neſcit homo pretium ejus. Et hoc probat Salomon, cum ſubjungit.

f Longitudo dierum,] ideſt, vita æterna.

g In dextera ejus,] ideſt, in ſpiritualibus donis ejus.

h Et in ſiniſtra illius] ideſt, in temporalibus donis ejus.

i Divitiæ, & gloria,] ideſt, divitiæ glorioſæ, ſcilicet, quies, & jucunditas mentis, & hujuſmodi. Vel ſic.

g In dextera ejus longitudo dierum,] ideſt, in contemplativa initium divinarum illuminationum, quæ nunquam deficient, ſed conſummabuntur: Juxta *infra c.* 4. Juſtorum ſemita quaſi lux ſplendens, procedit, & creſcit uſque ad perfectum diem: Quia ut dicitur *Iſa. c.* 31. Ignis in Sion fiet caminus in Jeruſalem.

h Et in ſiniſtra illius divitiæ, & gloria,] ideſt, in activa divitiæ bonorum operum, & gloria laborum.

Vel. *g* In dextera,] ideſt, in proſperitate, & pace.

f Longitudo dierum,] ideſt, conſolationes terrenæ.

h Et in ſiniſtra] ideſt, in adverſitate, & tribulatione.

i Divitiæ, & gloria] ideſt divitiæ glorioſæ, quibus comparatur gloria, ſcilicet, paupertas, modeſtia, ignominia, & hujuſmodi, quæ ſunt divitiæ magnæ in theſauro patientiæ conſervatæ. De quibus dicit Auguſtinus: Venale habeo. Quid? Regnum cœlorum. Quibus emitur? Paupertate regnum, labore requies, utilitate gloria, morte vita. Vel.

invenit ſapientiam, & qui *a* affluit prudentia. *b* Melior eſt acquiſitio ejus *c* negotiatione auri, & argenti, primi, *d* & puriſſimi fructus ejus. *e* Pretioſior eſt cunctis opibus, & omnia, quæ deſiderantur, huic non valent comparari. *f* Lógitudo dierum in *g* dextera ejus, & in *h* ſiniſtra illius *i* divitiæ, & gloria. Viæ *k* ejus, viæ *l* pulchræ, & *m* omnes ſemitæ illius *n* pacificæ. *o* Lignum vitæ eſt his, qui *p* apprehenderint eam, & *q* qui tenuerit eam, *r* beatus Dominus *ſ* ſapientia fundavit terram, *t* ſtabilivit cœlos prudentia.

g In dextera ejus longitudo dierum,] quia in dextero latere eſt ſedes amoris, qui numquam excidet. 1. *Cor.* 13.

h Et in ſiniſtra illius divitiæ, & gloria,] ideſt, timor, *infra c.* 22. Timor Domini, & divitiæ, & gloria, & vita. Vel

g In dextera ejus longitudo dierum,] quoad electos, qui hic affliguntur, quibus ſervatur æterna hæreditas.

h Et in ſiniſtra illius divitiæ, & gloria,] ideſt, honores, & divitiæ, ac deliciæ temporales quoad reprobos, qui habent hic ſuam conſolationem. *Cant. cap.* 2. Læva ejus ſub capite meo, & dextera illius amplexabitur me.

k Viæ ejus,] ideſt, generalia præcepta.

l Viæ pulchræ,] quia honeſta jubent, & ad pulchra ducunt, & pulchros faciunt ambulantes in eis.

m Et omnes ſemitæ illius] ideſt, conſilia.

n Pacificæ,] ideſt, pacem facientia. Item de Chriſto, qui eſt ſapientia Patris, exponitur ab illo loco, Beatus homo, qui invenit ſapientiam, ideſt, Chriſtum per fidem, & imitationem.

Ipſe enim eſt theſaurus abſconditus in agro regni cœlorum, de quo *Matth. cap.* 13. Simile eſt regnum cœlorum, &c.

a Et qui affluit prudentia,] ejus, quæ eſt prudentia ſpiritus, contraria prudentiæ carnis, de qua Apoſtolus ad *Rom. c.* 8. Prudentia carnis mors eſt.

b Melior eſt acquiſitio ejus,] per cognitionem, & amorem.

c Negotiatione auri, & argenti,] ad litteram.

d Primi, & puriſſimi fructus ejus,] ideſt, opera ejus optima, & tota bona.

e Pretioſior eſt cunctis opibus,] ſpiritualibus, & temporalibus, vel Angelis, & hominibus. *Job* 28. Non adæquabitur ei aurum, & vitrum.

f Longitudo dierum,] ideſt, bona æterna.

g In dextera ejus,] ideſt Chriſti.

h Et in ſiniſtra illius divitiæ, & gloria,] ideſt, bona temporalia, quia utraque dat Chriſtus. *Jacob.* 1. Omne datum optimum, &c.

k Viæ ejus,] ideſt, opera, & exempla.

l Viæ pulchræ,] quia ſine omni contagio impuritatis.

m Et omnes ſemitæ illius,] ideſt, doctrina, prædicatio, labores, contumelia, paſſio, & hujuſmodi, quæ pro nobis ſuſtinuit.

n Pacificæ,] quia per hoc fecit pacem hominis ad Deum, & ad Angelos, & hominis ad hominem, & hominis ad ſeipſum, *Epheſ.* 2. Ipſe eſt pax noſtra, qui fecit utraque unum. Vel.

k Viæ ejus,] quæ duo ſunt. Una, qua venit ad nos, alia qua nos venimus ad ipſum. Prima, triplex. Una qua venit ad Virginem, ſcilicet, puritas charitatis. Secunda, qua venit in mundum, amor paupertatis. Tertia, qua venit ad mortem, obedientia humilitatis. Hæ ſunt viæ pulchræ, quia floridæ, & amœnæ. Viæ vero, quibus itur ad ipſum, ſunt miſericordia, & veritas. *Pſ.* 24. Univerſæ viæ Domini miſericordia, & veritas.

o Lignum vitæ,] eſt Chriſtus, ideſt, arbor, cujus fructus eſt vita gratiæ in præſenti, & vita gloriæ in futuro. Sed non eſt fructus iſte omnibus, ſed *p* His, qui apprehenderint eam,] fide, & imitatione. *q* Et qui tenuerit eam,] id eſt, perſeveraverit in hac. *r* Beatus,] modo ſpe, tandem re. *Cant.* 3. Tenui illum, & non dimittam. *Matth.* 10. Qui perſeveraverit uſque in finem, hic ſalvus erit. De hoc 1. *Cor.* 9. Omnes quidem in ſtadio currunt, &c. De hoc ligno dicitur *Ezech.* 47. Fructus ejus in cibum, & folia ejus ad medicina, *Apoc.* 2. Vincenti dabo edere de ligno vitæ, quod eſt in paradiſo Dei mei.

ſ Dominus ſapientia fundavit terram,] ad litteram, id eſt, in filio. *Pſ.* 103. Omnia in ſapientia feciſti. Vel, terram, ideſt Eccleſiam. *Pſ.* 103. Qui fundaſti terram ſuper ſtabilitatem ſuam, non inclinabitur in ſæculum ſæculi.

t Stabilivit cœlos prudentia,] ideſt, per filium. Cœlos dicit pluraliter, quia ſeptem ſunt cœli, ut dicit Strabus *ſupr. Gen.*

Vel per terram activi, per cœlos contemplativi ſignificantur. Illos fundavit, ideſt, in fundamento Eccleſiæ poſuit, illos ſtabilivit, ideſt, ſupra ſtatuit, quia horum converſatio in cœlis eſt. *Phil.* 3. Illorum vero in terra ſunt homines nati ad laborem, iſti aves nati ad volandum. *Job* 5.

a Sapientia

Digitized by Google

a Sapientia illius eruperunt abyſſi,] ad litteram, diebus Noe *Gen.* 7. Et quotidie fontes, & flumina de abyſſo per terræ venas emanant. Vel.

Myſtice. Myſtice.] Sapientia illius eruperunt abyſſi,] ideſt, ſecreta Scripturarum revelata ſunt per illum. Ipſe enim

a Sapientia illius eruperunt abyſſi, & *b* nubes rore concreſcunt. Fili mi, *c* ne effluant hæc ab oculis tuis. *d* Cuſtodi *e* legem *f* atque conſilium meum, & *g* erit vita animæ tuæ, & *h* gratia faucibus tuis. *i* Tunc *k* ambulabis *l* fiducialiter in via tua, & *m* pes tuus non impinget. Si *n* dormieris *o* non timebis, *p* quieſces, & *q* ſuavis erit ſomnus tuus. *r* Ne paveas repentino terrore, & *ſ* irruentes tibi potentias impiorum, *t* Dominus enim erit in latere tuo, & *u* cuſtodiet pedem tuum ne capiaris. *x* Noli prohibere benefacere eum, qui poteſt, † ſed ſi *y* vales, &

eſt agnus, qui aperuit librum quem nemo aperire poterat. *Apoc* 5.

b Et nubes rore concreſcunt.] Ad litteram. Ad virtutem Solis elevantur, & condenſantur, deinde propter ponderoſitatem ſuam deſcendunt, & in pluviam reſolvuntur.

Vel, nubes, ideſt, prædicatores, de aquis malis hujus mundi elevati ſurſum in cœleſtibus per deſiderium ſuſpenſi, timore ſancto coagulati. [Rore,] gratiæ [concreſcunt,] ideſt, augmentantur in vita, & doctrina.

De his nubibus dicitur *Iſa.* 5. Mandabo nubibus meis, ne pluant ſuper terram. *c* Fili mi, ne effluant hæc ab oculis tuis,] interioribus, quaſi dicat, cum tanta ſit ſapientia, & tam boni fructus ejus, tene memoriter ea, quæ audiſti de ea. Et bene dicit, [ne effluant hæc.] Sapientia enim aqua eſt ſalutaris, ut dicitur *Eccli.* 15. Quæ cito effluit propter vaſis inclinationem, in avaris. *Pſalm.* 16. Statuerunt oculos ſuos declinare in terram.

Aut propter vaſis confractionem, in Hypocritis. *Eccli.* 21. Cor fatui, quaſi vas confractum, omnem ſapientiam non tenebit.

d Cuſtodi,] non ſolum memoria, ſed amore, & opere. *e* Legem meam,] ſcilicet: Non occides, Non mœchaberis, &c. *Exod.* 20.

f Atque conſilium meum,] quod dicit: Si vis perfectus eſſe, vade, & vende omnia, quæ habes, &c. *Matth.* 19. Vel, cuſtodi legem, quaſi lucernam, ne extinguatur flatu inanis gloriæ, vel ſuperfuſione aquæ mundanæ ſolicitudinis, vel voluptatis carnalis. Et, cuſtodi conſilium meum ut ducem, & moderatorem, & rectorem greſſuum tuorum.

g Et,] inde, [erit vita animæ tuæ.] Vita gratiæ in præſenti, & vita gloriæ in futuro. Unde *Joan.* 6. Verba, quæ ego loquor vobis, ſpiritus, & vita ſunt, ideſt, vita ſpiritualis.

h Et gratia faucibus tuis,] ideſt, verbis tuis, quaſi dicat: Si cuſtodieris conſilium meum, erit vita animæ tuæ, ut recte vivas.

Et gratia faucibus tuis, ut recte prædices, vel doceas.

Et rectus eſt ordo: nam ſi vita bona eſt, & prædicatio gratioſa. Sed nota, quod fauces duplicem uſum habent, ſcilicet, loquendi, & ſaporandi. Bona vita gratiam dat faucibus ad loquendum. *Luc.* 21. Dabo vobis os, & ſapientiam, cui non poterunt reſiſtere, & contradicere omnes adverſarii veſtri. Et *inf.* 22. Qui diligit cordis munditiam propter gratiam labiorum ſuorum habebit amicum regem. Item ad ſaporandum. *Job* 34. Guttur eſcas guſtus dijudicat, *eod.* 12. Auris verba dijudicat, & fauces comedentis ſaporem.

i Tunc,] ſcilicet quando feceris, quæ prædicta ſunt.

k Ambulabis,] de virtute in virtutem proficiendo.

l Fiducialiter,] ideſt, ſecure ſub protectione Dei, amotis ſcandalis, & expulſis hoſtibus. *Jerem.* 31. Adducam eos per torrentes aquarum in via recta, & non impingent in ea, *inf.* 15. Iter pigrorum ſepes ſpinarum, via juſtorum abſque offendiculo.

m Et pes tuus non impinget,] ideſt, affectus tuus in tentationibus non deficiet. *Iſa.* 63. Ubi eſt, qui eduxit eos per abyſſos, quaſi equum in deſerto non impingentem] *n* Si dormieris,] ſomno naturæ.

o Non timebis,] quia ſecure dormit, qui ſe innocentem, & bene vixiſſe ante Deum meminit. Vel.

n Si dormieris,] ſomno mortis.

o Non timebis,] dæmones, cum ea feceris, quæ prædicta ſunt. Vel.

n Si dormieris,] ſomno contemplationis poſt laborem actionis.

o Non timebis,] quia talis ſomnus dulcis eſt dormienti & laudabilis cunctis. *Eccl.* 5. Dulcis eſt ſomnus operanti, ſive parum, ſive multum comederit. *Jerem.* 31. Inebriavi animam laſſam, & omnem animam eſurientem ſaturavi, ideo quaſi de ſomno ſuſcitatus ſum, & vidi, & ſomnus meus dulcis mihi. Item *Job* 11. Cum te conſumptum putaveris, orieris, ut lucifer, & habebis fiduciam propoſita tibi ſpe, & defoſſus ſecurus dormies.

Sic autem dormiendum eſt in contemplatione longe a ſolicitudine mundi, ut ſemper cor vigilet ad Deum per deſiderium. *Cant.* 5. Ego dormio, & cor meum vigilat. E contrario ſomnus avarorum anxius eſt, & amarus. Timent enim, ne ſurripiatur eis pecunia, latrones ſomniant. Unde *Job* 15. Sonitus terroris ſemper in auribus illius, & cum pax ſit, ille ſemper inſidias ſuſpicatur. *Aug.* Timor, & dolor, ſeu miſeria non ſunt nobis, niſi ex bonis, quæ poteſt quis amittere. Unde illis dicit *Iſa.* 50. In doloribus dormietis. *Bernardus*: Dolor eſt eis in tranſitu, timor in exitu, pudor in conſpectu.

al. non habet † ſed.

p Quieſces,] in contemplatione, vel poſt mortem ſecurus expectans diem reſurrectionis.

q Et ſuavis erit ſomnus tuus,] ideſt, ſine moleſtia. *Eccli.* 31. Somnus ſanitatis, in homine parco, dormiet uſque mane, & anima illius cum ipſo delectabitur.

r Ne paveas repentino terrore.] Hoc poteſt cohærere ſuperiori, ſic. Ita ſuavis erit ſomnus, [ne,] ideſt, ut non, [paveas repentino terrore.] Ve. eſt initium clauſulæ novæ.

Et eſt ſenſus. Ita ſuavis erit ſomnus tuus, ergo ne paveas mortem, vel rerum amiſſionem, vel quaslibet tribulationes.

Quæ bene dicuntur repentinus terror, quia cito veniunt, & cito recedunt. *Matth.* 10. Nolite timere eos, qui occidunt corpus, &c.

ſ Et irruentes tibi potentias impiorum,] hominum vel dæmonum ſupple, ne paveas, quia equum noſtrum tantum lædere, vel occidere poſſunt, nobis autem nihil mali facere poſſunt.

Et certe nimis ignominioſe moritur, qui vulnere equi ſui moritur. Talis mors non eſt timenda, ſed potius diligenda propter multa.

Mors bonorum non eſt timenda propter multa.

Nam talis mors non eſt, niſi acceleratio glorificationis, diruptio carceris, finis peregrinationis, portus navigationis, contritio laquei, depoſitio vetuſtæ veſtis, induitio novæ veſtis, depoſitio ponderis, dejectio atrociſſimi hoſtis, ſolutio debiti naturalis.

t Dominus enim,] quaſi dicat, non eſt pavendum. [Dominus enim erit in latere tuo,] quaſi cuſtus, & protector. Unde *Pſal* 22.

Si ambulavero in medio umbræ mortis, non timebo mala, quoniam tu mecum es. *Iſai.* 43. Cum tranſieris per aquas tecum ero, & flumina non operient te, cum ambulaveris in igne non combureris, & flamma non ardebit te, quia ego Dominus Deus tuus ſanctus Iſrael Salvator tuus.

u Et cuſtodiet pedem tuum, ne capiaris,] laqueo erroris, quoad pedem intellectus, vel laqueo carnalis voluptatis, quoad pedem affectus. De quibus pedibus *Pſa.* 56. Laqueum paraverunt pedibus meis. *x* Noli prohibere benefacere eum, qui poteſt.] Oſtenſa utilitate ſapientiæ, oſtendit Salomon modum acquirendi, & retinendi eam, ſcilicet, per innocentiam.

Quæ in duobus conſiſtit, ſcilicet, in non facere miſerum, & non relinquere miſerum. Miſerum facit, qui nocet, miſerum relinquit, qui non juvat, cum poſſit. Dicit ergo.

x Noli prohibere benefacere eum, qui poteſt,] diſſuadendo, vel retrahendo, vel malum exemplum oſtendendo. Sicut Scribæ, & Phariſæi, de quibus *Matth.* 23. Væ vobis Scribæ, & Phariſæi Hypocritæ, qui clauditis regnum cœlorum ante homines: vos enim non intratis, nec introeuntes ſinitis intrare.

y Sed ſi vales, & ipſe benefac.] Si autem non vales, ſufficit bona voluntas. *Eccli.* 14. Ante mortem benefac amico tuo, & ſecundum vires tuas exporrigens da pauperi.

a Ne dicas amico tuo: vade & revertere, & cras dabo tibi, cum ſtatim poſſis dare,] quaſi dicat, non ſolum benefac, ſed etiam cito, quia qui cito dat, bis dat, dare neſcit, qui dare tardat. *Seneca*: Quantum addis moræ, tantum demis gratiæ. Vel ipſe benefac.

ipſe benefac. a Ne dicas amico tuo, b vade, & revertere, & cras dabo tibi, cum c ſtatim poſſis dare. d Ne moliaris amico tuo malum, cum ille in te habeat fiduciam. † e Ne contendas adverſus hominem fruſtra, f cum ipſe tibi nihil mali fecerit. g Ne æmuleris hominem injuſtum, h nec imiteris vias ejus, i quia abominatio Domini eſt omnis illuſor, k & l cum ſimplicibus m ſermocinatio ejus. n Egeſtas o a Domino in domo impii, habitacula p autem juſtorum q benedicentur, r Ipſe ſ illuſores delu-

Myſtice. Myſtice, de Chriſto, qui petit a nobis peccata noſtra, & converſionem noſtram reputat dationem, quando ex amore eſt, non ex timore. Dicit ergo Salomon cuilibet. a Ne dicas amico tuo,] ideſt, Chriſto, qui verus eſt amicus, quia diligit in proſperis, & in adverſis, *inf.* 17. Omni tempore diligit, qui amicus eſt. b Vade, & revertere, & cras dabo tibi, ſcilicet, confeſſionem peccatorum. c Cum ſtatim poſſis dare,] *Eccli.* 5. Ne tardes converti ad Dominum, & ne differas de die in diem. *Deut.* 24 Non negabis mercedem indigentis pauperis, ſed eadem die reddes ei pretium laboris. Chriſtus eſt indigens, & pauper, qui pro nobis in paſſione laboravit.

al. † *Non.*

Cui reddere debemus eadem die, ideſt, in hac vita pretium laboris ſui, ideſt, noſmetipſos *Eccli.* 4. Non protrahas datum anguſtianti.

d Ne moliaris amico tuo malum.] *Supra* dixerat: Benefac: nunc dicit: Declina a malo, & ſic ad perfectam juſtitiam exhortatur. Et primo docet declinare doloſam excogitationem nocendi. Secundo, opus nocendi, ibi: Ne contendas: Dicit ergo:

d Ne moliaris amico tuo malum,] dolos contra ipſum cogitando, quod peſſimum eſt, & tamen hoc multi faciunt; ſicut Joab contra Amaſiam. 2. *Reg.* 20.

Unde *Jer.* 9. Unuſquiſque a proximo ſuo ſe cuſtodiat, & in fratre ſuo non habeat fiduciam. Et *inf. ibid.*

In ore ſuo pacem loquitur cum amico ſuo, & occulte ponit ei inſidias. e Non contendas adverſus hominem fruſtra,] ideſt, ſine cauſa rationali. Non prohibet contendere adverſus eum, qui male operatur, ut corrigatur, quia hoc non fit fruſtra.

Unde Apoſtolus, 1. *Tim.* 5. Peccantes coram omnibus argue, ſed prohibe iracundam contentionem, & litigioſam correctionem.

Talis enim correctio inutilis eſt, imo pernicioſa. *Jacob.* 3.

Ubi eſt zelus, & contentio, ibi eſt inconſtantia, & omne opus pravum. *Eccli.* 20. Sapiens in verbis ſeipſum amabilem facit, gratiæ autem fatuorum effundentur.

f Cum ipſe tibi nihil mali fecerit,] ſed potius ſibi, quaſi dicat, non debes contendere adverſus eum, quia non poteſt tibi nocere, niſi velis. Et hoc eſt contra multos, qui contendunt contra perſecutores ſuos qui potius juvant, quam noceant: Juſtus enim non habet cui noceat. Juſtus enim non habet adverſarium.

Sex genera hominum fruſtra corripiuntur. Et nota ſex genera hominum, qui fruſtra corripiuntur, quia ſunt incorrigibiles.

Primo, deriſores, ſeu illuſores, *inf.* 9. Noli arguere deriſorem, ut oderit te. Item in eodem: Qui erudit deriſorem, ipſe ſibi injuriam facit. Secundo, ſtulti, qui ſe reputant ſapientes, *inf.* 18. Non recipit ſtultus verba prudentiæ, niſi ea dixeris, quæ verſantur in corde ſuo. Item 27. Si contuderis ſtultum in pila, quaſi ptiſanas deſuper feriente pila, non auferetur ab eo ſtultitia ejus. *Eccli.* 10. Stultus omnes ſtultos reputat, cum ſit ipſe inſipiens. Tertio, ſervus peccati, *inf.* 29. Servus verbis erudiri non poteſt. Quarto, detractores, vel improperatores, *Eccli.* 23. Homo aſſuetus in verbis improperii, omnibus diebus vitæ ſuæ non erudietur. Quinto, & ſexto ſunt immundi, & rebelles. De quibus *Matth.* 7. Nolite ſanctum dare canibus, & margaritas ſpargere ante porcos. g Ne æmuleris, & cetera,] quaſi dicat, non ſolum malum opus prohibeo, ſed etiam conſenſum in malum, quia facientes, & conſentientes per pœna conſtringit. Dicit ergo: [Ne æmuleris hominem injuſtum,] conſentiendo, vel conformando te ei. Æmulatio enim eſt aſſimilationis affectio, vel affectatio, *inf.* 23.

Non æmuletur cor tuum peccatores. *Rom.* 12. Nolite conformari huic ſæculo. Hoc eſt contra eos, qui iratis iraſcuntur, detrahentibus detrahunt, adulantibus adulantur, hi ſunt ſimiæ Diaboli.

h Nec imiteris vias ejus,] ideſt, opera quibus vadit in infernum. *Pſ.* 36. Noli æmulari in eo qui proſperatur in via ſua, in homine faciente injuſtitias. Quare? i Quia abominatio Domini eſt omnis illuſor,] qui exterius habet opera de genere bonorum, ſed interius malus eſt.

k Et,] ideſt, ſed

l Cum ſimplicibus,] quos facile decipit:

m Sermocinatio ejus,] ideſt, illuſoris, vel Domini, qui ſimplicibus ſua ſecreta revelat. Sed

n Egeſtas, temporalis, & ſpiritualis.

o A Domino in domo impii] ideſt, in inferno, ſicut patet in divite epulone, qui in Inferno indiguit gutta aquæ, quam habere non potuit, licet impudenter mendicaverit eam. *Luc.* 16. Vel, in domo impii, ideſt, in conſcientia. *Malac* 2. Si nolueritis ponere ſuper cor, ut detis gloriam nomini meo, mittam in vos egeſtatem. Vel, In domo, ideſt, in familia domeſtica. *Job* 20. Filii ejus, id eſt, ſuperbi, atterentur egeſtate, manus ejus reddent ei dolorem ſuum.

p Habitacula autem,] ideſt, ſed [juſtorum,] vel, [tabernacula,] ideſt, mentes.

q Benedicentur,] ſpirituali benedictione, in præſenti benedictione gratiæ, in futuro benedictione gloriæ, quando dicitur eis: Venite benedicti, &c. *Matth.* 25. *Epheſ.* 1. Benedictus Deus, & pater Domini noſtri Jeſu Chriſti, qui benedixit nos in omni benedictione ſpirituali in cœleſtibus in Chriſto. Juſti dicuntur habitare in tabernaculis, quia ſemper ſunt in pugna. *Num* 24. Quam pulchra tabernacula tua, Jacob, & tentoria tua Iſrael! Tabernacula Jacob, quoad activos, tentoria Iſrael, quoad contemplativos.

r Ipſe.] ſcilicet, Dominus. ſ Illuſores deludet, ideſt, deluſione dignos oſtendet in die judicii, vel ab Antichriſto, & ſuis deludi permittet.

Vel deludere Domini, eſt non compati, ſicut *ſupra* 1.

Ego quoque in interitu veſtro ridebo. Pluraliter autem dicit: Illuſores, quia plura ſunt genera illuſorum: Illuſor enim eſt, qui promittit, & non ſolvit, *infr.* 19. Parata ſunt deriſoribus judicia, & mallei percutientes ſtultorum corporibus. *Multa ſunt genera illuſorum.*

Item qui ad oſtium ſuum facit pauperem, imo Dominum in paupere diutius expectare, & poſtea vacuum dimittit. *Iſ.* 28.

Reficite laſſum, hoc eſt, refrigerium meum, & noluerunt audire, & erit eis verbum Domini, manda, remanda, expecta, reexpecta, modicum ibi, modicum ibi.

Et ſequitur ibi: Propter hoc audite verbum Domini, viri illuſores. Item illuſor eſt, qui audit verbum Domini, & non facit *Iſ* 29. Defecit, qui prævalebat conſummatus eſt illuſor. Item illuſor eſt, qui tenet fundum terræ ſuæ, ideſt, cordis ſui a Domino, & tamen cenſum ejus reddit Diabolo. In *Epiſtola* Judæ. In noviſſimis temporibus venient illuſores ſecundum deſideria ſua ambulantes, non in pietate.

Item illuſor eſt, qui reſilit a pacto Dei, minora æſtimans præmia Dei labore ſuo, 2. *Pet.* 3.

Venient in noviſſimis diebus in deceptione illuſores, juxta proprias concupiſcentias ambulantes; dicentes: ubi eſt promiſſio? Item illuſor eſt, qui in lectione, vel oratione, vel prædicatione ore dirigitur ad Deum, ſed corde convertitur ad ſæculum, quaſi vendat ei aſinum, ut faciunt pueri.

De his dicit Dominus *Iſa.* 29. Populus hic labiis me honorat, & cetera. *Baruch* 3.

Ubi ſunt Principes gentium, & qui dominantur ſuper beſtias, quæ ſunt ſuper terram, quia in avibus cœli ludunt, ideſt, in oratione, vel lectione, vel prædicatione, qui debent, quaſi aquilæ ad cœlum volare, & inde prædam rapere.

Item illuſor eſt, qui ſimulat ſe audire Deum, & non audit, ut multi Religioſi, qui dicunt ſe audire Theologiam, & audiunt Decreta.

His proprie dicit Apoſtolus *Galat. ult.* Nolite errare, Deus non irridetur. Item illuſor eſt, qui quaſi conviva ad convivium verbi Dei vadit, & tamen non vult guſtare.

Tales

Digitized by Google

Tales ſunt qui lectionem, vel prædicationem audiunt, & quid contra eos, vel pro eis dicatur, non attendunt, *inf.* 13. Qui illuſor eſt, non audit cum arguitur. Omnes hos illuſores Dominus illudit, ideſt, illudi permittit. Sicut mus qui credit venire ad paſtum, & venit ad laqueum, ſic peccatores in ſuis delicis capiuntur. Deludet etiam in futuro, ſicut avi illuditur, cui caro rubea offertur, & quando vult comedere, ſubtrahitur ei, ſic Dominus ſe ſubtrahet reprobis, ut non videant gloriam Dei.

al. humilibus.

det, *a* & † manſuetis dabit gratiam. *b* Gloriam *c* ſapientes poſſidebunt. *d* ſtultorum exultatio ignominia.

Hoc eſt, quod dicitur *Job* 40. Nunquid illudes ei quaſi avi?

a Et manſuetis, [vel humilibus, alia littera] dabit gratiam,] in preſenti.

b Et gloriam,] in futuro. Vel, Gloriam, ideſt, gloriolam conſcientiam: 2. *Cor.* 1. Gloria noſtra hæc eſt teſtimonium conſcientiæ noſtræ.

c Sapientes poſſidebunt,] ideſt, qui hic temporaliter eligunt flagellari, ut in æternum poſſint cum ſanctis Angelis gloriari. Gloria eſt lata, alta, ſublimis, claraque ſama. Alta de factis arduis. *Judith* 15. Tu gloria Jeruſalem, tu lætitia Iſrael, tu honorificentia populi noſtri, quia feciſti viriliter.

Lata, quia a multis laudatur. *Eccleſ.* 44. Sapientiam ipſorum narrent populi, & laudem eorum nunciet Eccleſia. Sublimis, quia a magnis laudatur. *Eccleſ.* 45. Glorificavit illum in conſpectu regum.

Clara, ſine macula alicujus peccati: multi enim magna faciunt, quæ laudari poſſunt a magnis, ſed ponunt maculam in ſua gloria. Sicut legitur de Salomone *Eccleſiaſt.* 47. Dediſti maculam in gloria tua.

Talem gloriam dabit Dominus ſuis in futuro, & aliquando dat in præſenti. Ab illo loco ſumptum eſt illud; Deus ſuperbis reſiſtit, humilibus autem dat gratiam, *Jacob* 4. & 1. *Petr.* 5.

d Stultorum exultatio ignominia,] ideſt, ignominioſa, vel cauſa ignominiæ, quia lætantur cum male fecerint, & exultant in rebus peſſimis, *ſupra* 2.

Ubi dicit Auguſtinus: Gaudium eorum gaudium phreneticorum. *Jacob.* 4. Nunc autem exultatis in ſuperbiis veſtris, ſed omnis exultatio talis maligna eſt.

Digitized by Google

EXPOSITIO
CAPITULI QUARTI PROVERBIORUM.

AUDITE filii, &c.] In capitulo præcedenti hortatus eſt Salomon filium ſuum ſingulariter, tria amovens ab ejus diſciplina, ſcilicet negligentiam, tædium, & diffidentiam. In hoc autem capitulo hortatur amotis impedimentis ad proficiendum in ſapientia. Et loquitur pluraliter, quia hortatur generaliter omnes. Dividitur autem hoc capitulom in tres partes.

In prima, hortatur ad profectum ſapientiæ, exemplo ſui, qui aliquando ſine ſapientia fuit. Nam ſicut dicit *Gloſ.* Nihil magis ad ſpem percipiendæ ſapientiæ mentes erigit, quam eum eos, quos in ſapientia jam clare miramur, aliquando parvulos, & indoctos fuiſſe meminimus.

CAP. IV.

a A Udite *b* filii *c* diſciplinam patris, & *d* attendite, ut ſciatis prudentiam. *e* Donum bonum tribuam vobis *f* legem meam ne derelinquatis. *g* Nam & ego filius fui patris mei, *h* tenellus, *i* & unigenitus coram matre mea, *k* & docebat me, *l* atque dicebat: *m* Suſcipiat verba mea cor tuum, *n* cuſtodi præcepta mea, *o* & vives. *p* Poſſide ſapientiam, *q* poſſide prudentiam. *r* Ne obliviſcaris, *ſ* neque declines a verbis oris mei.

A Secundo, docet viam & modum proficiendi, ibi: Audi fili mi, &c.

De verbo tranſfr. c. nau &c. Tertio, docet finem intentionis quo tendendum eſt, ibi: [Fili mi auſculta,] Continua ergo ſic. Gloriam ſapientes poſſidebunt, ideo: *a* Audite,] auditu interiori. *b* Filii,] quibus ſervatur paterna hæreditas.

c Diſciplinam patris,] qui diligenter manet, cui debetur amor, & obedientia. Amor. *Malac.* 1. Filius honorat patrem, & ſervus dominum ſuum. Si ego pater ſum, ubi eſt honor meus: & ſi Dominus ego ſum, ubi eſt timor meus? dicit Dominus exercituum. Obedientia. Paulus ad *Epheſ.* 6. Filii obedite parentibus veſtris in Domino: hoc enim juſtum eſt: Honora patrem tuum, & matrem tuam, quod eſt mandatum primum in promiſſione, ut bene ſit tibi, & ſis longævus ſuper terram, [diſciplinam patris,] quod ſe facere dicit Salomon, tradere, ſcilicet, diſciplinam filio, idipſum tenentur patres omnes docere filios ſuos. Nam & *Deut.* hoc præcipit Dominus, ſic inquiens: Docete filios veſtros, ut illa meditentur, ſcilicet mandata Dei. *d* Et attendite,] ideſt, animi diligentiam adhibete, per quam acquiritur ſapientia. *Eccli.* 6. Si attenderis mihi, diſces ſapientiam, & ſi accommodaveris animum tuum, ſapiens eris.

Vel ſic, *a* Audite filii diſciplinam patris,] ideſt, quomodo debeatis recipere diſciplinam patris, vel quomodo ipſe recepit.

d Et attendite, ut ſciatis prudentiam,] ideſt, diſcretionem quæ eſt in omnibus neceſſaria, quæ eſt auriga virtutum, ut dicit beatus Bernardus. Et *Rom.* 12.

Obſecro itaque vos fratres per miſericordiam Dei, ut exhibeatis corpora veſtra hoſtiam viventem, ſanctam, Deo placentem, rationabile obſequium veſtrum.

Sed ne quis averteret auditum ab eo, ſubjungit quare debeat audiri, dicens;

e Donum bonum tribuam vobis,] ideſt, doctrinam ſapientiæ, quæ melior eſt auro & argento. *Eccli. ult.*

Comparate vobis ſine argento ſapientiam, & collum veſtrum ſubjicite jugo, & ſuſcipiat anima veſtra diſciplinam.

Ibidem, Aſſumite diſciplinam in multo numero argenti, & copioſum aurum poſſidete in ea. Vel ſicut dixit Ariſtoteles Æſchino diſcipulo ſuo. Meliorem reddam te tibi.

f Legem meam ne derelinquatis,] ideſt, ne diffidatis de ſapientia.

g Nam & ego filius fui patris mei, ſcilicet, David, vel Dei.

h Tenellus,] ideſt, parvulus ſenſu, & iden habilior ad docendum, ſicut cera mollis, quæ cito poteſt informari. *i* Et unigenitus coram matre mea,] Berſarbee, & inde charior.

Sed hoc videtur falſum, quia ante ipſum habuit alium filium Berſabee de David. Nam ſic legitur *libro* 2. *Regum* 11. Audivit autem uxor Uriæ, quod mortuus eſſet Urias vir ſuus, & planxit eum.

Tranſatoque luctu, miſit David, & introduxit eam in domum ſuam, & facta eſt ei uxor, peperitque filium, & cetera. Solutio.

Ille non computatur, quia cito mortuus eſt, & ſine nomine, ut patet 2. *Reg.* 12. Percuſſit quoque Dominus parvulum, quem pepererat uxor Uriæ David, & deſperatus eſt, & cetera, & ſequitur. Accidit autem die ſeptima, ut moreretur infans, &c.

k Et docebat me,] & pater, vel mater.

l Atque dicebat,] mihi.

m Suſcipiat verba mea cor tuum,] ſicut ager ſemen. *Luc.* 8. Semen eſt verbum Dei. *Jacob.* 1. Propter quod abjicientes omnem immunditiam, & abundantiam malitiæ in manſuetudine ſuſcipite inſitum verbum, quod poteſt ſalvare animas veſtras.

Vel ſicut regulam, & artem vivendi, non ſciendi, vel loquendi.

n Cuſtodi præcepta mea] opere, & etiam corde per amorem, tanquam charum depoſitum, *Deut.* 4. Cuſtodite mandata Domini Dei veſtri, quæ ego præcipio vobis. *o* Et vives,] inde vita gratiæ in præſenti, & vita gloriæ in futuro.

Lucæ cap. 10. Hoc fac, & vives.

p Poſſide ſapientiam,] de divinis, ideſt, cuſtodi, ut hæreditatem. Hæc enim eſt hæreditas filiorum liberæ, ſed filiis ancillæ largitur pater munera, ideſt, temporalia, ſicut legitur *Gen.* 25. *q* Poſſide prudentiam,] de humanis. Dicitur autem poſſeſſio, quaſi pedis poſitio, quia in ſapientiam pes affectus ponendus eſt, non ſolum oculus intellectus. Non enim homo ponitur in agri poſſeſſione ſolo intuitu, ſed tactu, vel jactu, ſic ſapientia non cognitione, ſed amore poſſidetur. Neque enim ſcire multas divitias divitem facit; ſed habere, ſic nec ſcire ſapientem facit, ſed amare: unde *Sap.* 1. Diligite juſtitiam, qui judicatis terram.

Poſſidenda eſt autem ſapientia, ut ager, vel arbor, ut de fructibus illius primo veſcatur, qui poſſidet, & de ramis ejus compingat ſibi tabernaculum. Sed multi habent ſapientiam ſicut arca theſaurum, quæ revera non poſſidet, ſed qui utitur ille poſſidet: Seneca: Animus, non arca dives appellari ſolet.

r Ne obliviſcaris,] quoad intellectum.

ſ Neque declines a verbis oris mei,] quoad affectum: obliviſcitur autem ſapientiam, qui quod ſcit, non facit. Declinat vero a verbis Domini, qui inde quærit commodum temporale.

a Ne dimittas eam & b cuſtodiet te, † c dilige eam & d ſervabit te. e Principium ſapientiæ, f poſſide ſapientiam, & in g omni poſſeſſione tua h acquire prudentiam. † i Arripe illam & † k exaltabit te. † l glorificaberis ab ea, cum m eam fueris amplexatus. n Dabit capiti tuo o augmenta gratiarum & p corona inclyta q proteget te. r Audi fili mi, & s ſuſcipe verba mea, ut t multiplicentur tibi anni vitæ. u Viam ſapientiæ monſtrabo tibi, x ducam te per ſemitas æquitatis, y quas cum ingreſſus fueris, z non arctabuntur greſſus tui, & a currens non habebis offendiculum.

al. † dilige.

B

al. † accipe. al. † conſervabit. al. † glorificaberis.

A

A a Ne dimittas eam,] a te recedere, ſed conſerva opere. b Et cuſtodiet te] cuſtodita a te. Cuſtodiet, inquam, non ſolum protegendo ab hoſtibus, ſed etiam debellando ipſos. Unde Pallas, ideſt, ſapientia, apud Philoſophos Dea bellorum dicitur, quaſi pharetrata ſagittis acutis ſacri eloquii. Unde *Cant.* 4. Mille clypei pendent ex ea, quibus defendit veritatem fidei, & impugnat falſitatem extollentem ſe adverſus veritatem. *Infr.* 24. Cum diſpoſitione itur ad bellum, & erit ſalus ubi multa conſilia. c Dilige] vel dilige eam, affectu, & effectu. d Et ſervabit te] a corruptione, & putredine peccati, quaſi ſal & aroma & myrrha. *Eccl.* 24. Sicut myrrha electa dedi ſuavitatem odoris.

Θ a Ne dimittas eam] ideſt, ne effugias eam: Non enim recedit Dominus, niſi fugatus. b Et cuſtodiet te,] a violentia diaboli. c Dilige eam,] ideſt, diligere te eam proba operibus. Non enim eſt vera dilectio, quæ negligit operari. Vel, Dirige eam, alia littera, docendo eam. d Et ſervabit te] a peccato, & ab hoſtium oppreſſione. *Judit* 13. Vivit Dominus Deus noſter, quoniam cuſtodivit me Angelus ejus, & hinc euntem & ibi commorantem, & inde huc revertentem. e Principium ſapientiæ] futuræ, ſcilicet, eſt hoc. f Poſſide ſapientiam] præſentem, quaſi dicat. Principium ſapientiæ futuræ, eſt poſſeſſio ſapientiæ præſentis. Eſt autem triplex principium ſapientiæ, ſcilicet timor, ut habetur, *ſup.* 1. Timor Domini principium ſapientiæ. Item concupiſcentia diſciplinæ. Unde *Sap.* 6. Initium ſapientiæ eſt veriſſima diſciplinæ concupiſcentia. Item poſſeſſio ſapientiæ, ut dicitur hic. Ex his tribus principiis ſyllogizatur omnis concluſio ſapientiæ. Ex primo concluditur fuga mali: Ex ſecundo compeſcitur ira Dei. Ex tertio efficitur homo amicus Dei: poſſidere vero ſapientiam non eſt litteras ſcire, vel codices multos paratos & poſtillatos habere, ſed ea uti velle, non ſolum ſibi, ſed & aliis. Unde Tullius. Sapientia eſt nobilis theſaurus, avarum dedignatur poſſeſſorem, niſi publicetur, cito elabitur, & diſtributa ſuſcipit incrementum. Unde a D Bernardo dictum eſt: Niſi illud erogaveris, aliud non accipies. g Et in omni poſſeſſione tua] corporali, vel ſpirituali, gratuita vel naturali. h Acquire prudentiam,] ideſt, diſcretionem, quæ quaſi auriga regit virtutes, & opera earum, ne aliquid nimis, ne aliquid parum fiat. Vel g In omni poſſeſſione tua,] ideſt, præ omni poſſeſſione tua corporali. h Acquire prudentiam,] ideſt, ſapientiam, ideſt, omnia, quæ habes, da, ut habeas eam, *Cant.* 8. Si dederit homo omnem ſubſtantiam domus ſuæ pro dilectione, quaſi nihil deſpiciet eam. i Arripe illam] vel accipe, ideſt, ad te cape, quaſi diu deſideratam. k Et exaltabit te] in futuro. *Eccl.* 11. Sapientia humiliati exaltabit caput illius, & in medio magnatorum conſedere illum faciet. Vel i Arripe illam] ſcilicet ſapientiam, ideſt, Chriſtum tanquam avis nobilis prædam nobiliſſimam, & eſcam ſuaviſſimam. *Matt.* 24. Ubicumque fuerit corpus, illuc congregabuntur & aquilæ. Propter hoc in cœlum aſcendit, ut nos illuc attraheret. *Joan.* 12. Si exaltatus fuero a terra, omnia traham ad meipſum. *Job* 9. Dies mei tranſierunt ſicut acquila volans ad eſcam. Vel. i Arripe illam,] ideſt, Chriſtum, quaſi violenta manu cape: Aliter enim non poteſt capi, niſi violentia fiat ei.

Quod ſignatur *Gen.* 32. In lucta Jacob cum Angelo, quem noluit dimittere, donec benedixiſſet eum. Unde *Matt.* 11. Regnum Dei vim patitur, & violenti rapiunt illud. k Et exaltabit te] ab imo vitiorum ad alta virtutum, a terra ad cœlum, & l Glorificaberis vel gloriaberis ab ea,] ideſt, glorioſus eris ab ea. m Cum eam fueris amplexatus] quaſi rem amatam duobus brachiis, ſcilicet, actionis, & contemplationis, ſicut ipſa nos amplexatur duobus brachiis, *Cant.* 2. Læva ejus ſub capite meo, & dextera illius amplexabitur me. Læva ſapientiæ, eſt diſciplina flagellorum, dextera ejus, diſciplina verborum. De his dicitur, *Eccli.* 22. Flagella & doctrina in omni tempore ſapientia. Sed multi ſunt manci, non habentes niſi unum brachium. Volunt enim habere ſapientiam in ſtudio contemplationis, ſed non in exercitio operis: ſicut Jacob volebat habere Rachel ſine Lia, ſed tamen prius habuit Liam, quia non erit Iſraelita, qui non fuerit Jacobita: ut dicit auctoritas. Ideo dicitur. *Eccl.* 31. Colluctata eſt anima mea cum ſapientia.

Vellent etiam, quod ſapientia eſſet manca, non habens lævam. n Dabit capiti tuo,] ideſt, menti. o Augmenta gratiarum] ſpiritualium, & temporalium. p Et corona inclyta, ideſt, ſeipſo, q Proteget te] in futuro. *Pſal.* 28. Erit Dominus exercituum corona gloriæ, & ſertum exultationis reſiduo populi ſui, factum ex liliis, & roſis, & violis ſpiritualibus. Vel corona dicitur totus chorus virtutum, qua corona ornatur caput, id eſt, mens juſti. Et bene dicitur hæc corona protegere, quia non ſolum virtutes ad ornatum ſunt, ſed etiam ad munimentum. Hæc corona inſigne eſt ludibrii, & tormenti: de qua dicitur *Iſa.* 22. Coronans coronabit te Dominus tribulatione. r Audi, fili mi,] Secunda pars capituli, in qua docet viam, & modum proficiendi in ſapientia, quaſi dicat: Ita didici a Patre meo, & tu fac ſimiliter: Et ideo, audi, fili mi, quoniam non docerem, niſi bona, & utilia.

s Et ſuſcipe verba mea,] ideſt, deorſum venientia accipe, *Joan.* 3. Qui de terra eſt, de terra loquitur, qui de cœlo venit ſuper omnes eſt, quod vidit & audivit, hoc teſtatur: Audi, intellectu; & ſuſcipe, affectu.

t Ut multiplicentur tibi anni vitæ temporalis, ad litteram. Vel, anni vitæ, ideſt, dona gratiæ, & præmia gloriæ. *Job* 36. Si audierint, & obſervaverint, complebunt dies ſuos in bono, & annos ſuos in gloria. u viam ſapientiæ monſtrabo tibi] qua ſcilicet, ad te veniat: Hæc via eſt juſtitia: De qua *Eccl.* 1. Serva juſtitiam, & Deus præbebit eam tibi, ideſt, ſapientiam. Vel via ſapientiæ eſt, per quam itur ad ſapientiam, vel quam docet ſapientia: Hæc eſt charitas. 1. *Cor.* 12. Adhuc excellentiorem viam vobis demonſtro.

Via ſapientiæ:
- Pacifica, & munda. *Sap.* 3. Viæ ejus pulchræ, & omnes ſemitæ illius pacificæ.
- Recta. *Sap.* 10. Hæc profugum iræ fratris juſtum deduxit per vias rectas, & oſtendit illi regnum Dei.
- Secura. *Sap.* 10. Cuſtodivit illum ab inimicis, & ſeductoribus.
- Lucida. *Sap.* 10. Fuit illis in velamento diei, & in luce ſtellarum nocte.
- Læta ſive jucunda. *Sap.* 6. In viis ſuis oſtendit ſe hilarem.
- Sublimis. *Eſa.* 55. Sicut exaltantur cœli a terra, ſic exaltatæ ſunt viæ meæ a viis veſtris, &c.

x Ducam te per ſemitas æquitatis,] ideſt, per virtutem. Vel ſic. u Viam ſapientiæ monſtrabo tibi,] ſcilicet, præcepta, per quæ gradiaris ad Deum, duce ſapientia. x Ducam te per ſemitas æquitatis, ideſt, per conſilia.

Via, in lege docetur; ſemita, in Evangelio.

Unde ibi eſt oſtenſor; hic vero ductor, quia lex monſtravit peccatum, ſed neminem ad perfectum duxit. *Matt.* 19. Unum tibi deeſt: Si vis perfectus eſſe, &c.

y Quas cum ingreſſus fueris,] ſcilicet, vias, & ſemitas. z Non arctabuntur greſſus tui,] ideſt, affectus, quibus curritur ad Deum. Unde via ſapientiæ in principio arcta eſt. *Matt.* 7. Arcta eſt via, quæ ducit ad vitam. Sed in progreſſu dilatatur, quia de die in diem fit onus Domini levius ad portandum. Quanto magis enim receditur a centro, tanto latior eſt circulus. *Eſa.* 40. Current & non laborabunt, ambulabunt & non deficient. E converſo via mundi lata eſt in principio. *Matth.* 7. Spatioſa eſt via, quæ ducit ad perditionem. Sed in progreſſu arctatur. *Job* 18. de avaro: Arctabuntur greſſus virtutis ejus. Quia quanto plus acceditur ad centrum, tanto plus erit arctior circulus. *Jo.* 16. In mundo preſſuram habebitis: quia multi volunt eſſe in cathedra una, & in præbenda una. a Et currens non habebis offendiculum.] Quia qui in via Domini currit, ferventi animo, ſive deſiderio de virtute in virtutem, non offendit, quia pedes levat ad cœlum. *Cor.* 9. Hi qui in ſtadio currunt, omnes quidem currunt, ſed unus accipit bravium. Item qui in via Domini currit, non offendit: quia via tota plana & ſuavis eſt ei, & lucida: Charitas

culum. *a* Tene diſciplinam *b* ne dimittas eam. *c* Cuſtodi illam, *d* quia † ipſa eſt vita tua. *e* Ne delecteris † ſemitis impiorum, nec *f* tibi placeat malorum via. *g* Fuge ab ea, nec *h* tranſeas per illam, *i* declina, *k* & deſere eam. *l* Non anim dormiunt, niſi † maleſecerint, & † *m* rapitur *n* ſomnus ab eis, niſi ſupplantaverint. *o* Comedunt panem impietatis, & *p* vinum iniquitatis bibunt. *q* Juſtorum autem ſemita *r* quaſi lux ſplendens, *ſ* procedit, & *t* erefcit uſque *u* ad perfectam diam. *x* Via † impiorum tenebroſa, *y* neſciunt ubi corruant. Fili mi, *z* auſculta *a* ſermones meos, & *b* ad aloquia mea tnclina *c* aurem tuam. Ne *d* recedant

ritas enim omnia offendicola complanat, omnem amaritudinem dulcorat. Unde ſi modica gutta charitatis poſſet inferno miſceri, totum infernum dulcoraret, quia tunc infernus amaretur, & ſic neceſſario placeret. E converſo, via mundi plena eſt offendiculis. *Eccli.* 21. Via peccantium complantata lapidibus, & in fine illorum inferi, & tenebræ, & pœnæ. Ergo. *a* Tene diſciplinam,] ſcilicet verberum, & verborum, ſicut rem charam, ſine qua offenditur in via. *Lev.* 26. Si nolueritis recipere diſciplinam, ſed ambulaveritis ex adverſo mihi, ego quoque contra vos incedam. Tenenda eſt ergo diſciplina tanquam via regia, ducens ad civitatem Dei. De qua *Pſal.* ... Viam civitatis habitaculi non invenerunt. *b* Ne dimittas eam,] deviando, vel regrediendo. *c* Cuſtodi illam,] ſcilicet diſciplinam, velut theſaurum pretioſum. *Job* 38. Nunquid ingreſſus es theſauros nivis, aut theſauros grandinis aſpexiſti? Item ut cuſtodem, & Judicem propriæ civitatis, per quam vindicamus in nobis, ſi quid in Deum, vel in proximum offendimus. Unde male eſt illi civitati, ubi non eſt hujuſmodi juſtitiatius, quia abundant ibi latrones. *Eſa.* 26. Juſtitiam non fecimus in terra noſtra, ideo non ceciderunt habitatores ejus, ideſt peccata vel motus mali. Eſt autem hujuſmodi diſciplina zelus rectitudinis, odium vitiorum, ſignificata per virgam Moyſis, ad cujus tactum mare concupiſcentiarum diviſum eſt, ut filii Iſrael, ideſt, bonæ cogitationes, liberum haberent tranſitum in terram promiſſionis. *Exod.* 14. Eſt etiam diſciplina gladius, quo carnalia deſideria trucidantur.

De Diſciplina. — *al. † illa.* — *al. † eum.* — *al. † In. C.* — *Pſal. 106.* — *al. † non.*

Unde *Cant.* 3. legitur, quod lectulum Salomonis, id eſt, animam fidelem, ſexaginta fortes ambiunt, & uniuſcujuſque enſis ſuper femur ſuum, ita ut quam cito caput ſerpentis apparuerit, ideſt, prava ſuggeſtio, vel mala cogitatio, ſtatim hujuſmodi gladio trucidetur. Sed inutilis eſt gladius, niſi manibus firmiter teneatur.

Unde *ſap.* dixit: Tene diſciplinam. Et in *Cant.* poſt prædicta verba adjungitur: Tenentes gladium, & ad bella doctiſſimi.

Eſt etiam diſciplina vita novi hominis. Contrariis enim vivunt novus & vetus homo. Illius cibus eſt mors moleſtiarum, iſtius eſt amor delitiarum.

Vita unius eſt mors alterius. 1. *Tim.* 5. Vidua in delitiis vivens, mortua eſt. Eſt etiam diſciplina panis, quo patientia vivit. *Thren.* 3. Saturabitur opprobriis.

Unde qui diſciplinam refugit, cibum ſuæ patientiæ ſubtrahit, & fame mori compellit. Quare autem cuſtodienda ſit diſciplina, ſubdit:

d Quia ipſa eſt vita tua,] ideſt, cauſa vitæ tuæ. Vitæ gratiæ in præſenti, & gloriæ in futuro. Amovet enim carnales delitias, quæ ſunt mors animæ. Quomodo autem cuſtodienda ſit diſciplina, ſubdit: *e* Ne delecteris ſemitis impiorum,] ideſt, ne imiteris, vel conſentias, *inf.* 24. Ne æmuleris viros malos, nec deſideres eſſe cum eis. Quare? *Eccl.* 13. Qui tangit picem, inquinabitur ab ea, & qui communicat ſuperbo, induet ſuperbiam. *f* Nec tibi placeat malorum via,] ut in ea ambules, quia lutoſa eſt in luxurioſis, tenebroſa in iracundis, ſpinoſa in avaris, petroſa in detractoribus. *Eccl.* 21. Via peccantium complantata lapidibus, cavernoſa in ſimulatoribus, montuoſa in ſuperbis. Differt autem ſemita impiorum, & via malorum.

Via malorum multiplex.

Semita impiorum eſt fraus occulta vel adinventio flagitiorum, via malorum eſt apertum malum, vel ipſe mundus, in quo mali ambulant pedibus amoris.

Sed boni ab eo fugiunt: unde ſequitur: *g* Fuge ab ea,] contemnendo, perſequendo malum. *h* Nec tranſeas per illam, malorum, vel mundanorum morem gerendo. Sicut multi faciunt, qui non fornicantur, nec occidunt, & hujuſmodi magna peccata non perpetrant opere, ſed cum malis ſunt, & de hujuſmodi loquuntur, ut ipſi *Eccli.* 21. Quaſi a facie colubri fuge peccatum. Vel. Fuge ab ea, opere, & non tranſeas per illam, cogitationis delectatione. *i* Declina,] licet ſe non offerat. *k* Et deſere eam,] ſi illa ſe ferat. Vel. Declina occaſiones; & deſere locum. *Gen.* 19. Salva animam tuam, & noli reſpicere poſt tergum tuum, nec ſtes in omni loco circa regionem. Quare autem deſerenda ſit via malorum, ſubdit: *l* Non enim dormiunt, niſi maleſecerint,] manifeſte quod delectat. *m* Et rapitur,] ideſt aufertur. *n* Somnus ab eis, niſi ſupplantaverint,] id eſt, occulte deceperint. Vel ſic. Et non rapitur ſomnus ab eis, ideſt, non capitur, niſi ſupplantaverint, adeo ſoliciti ſunt ad malum, quaſi dicat, non poſſunt quieſcere, donec aliquem decipiant malo exemplo, vel dolo. Supplantare enim proprie eſt aliquid ſub planta ponere, ut ruat aliquis. Vel ſupplantare eſt profectum alterius impedire. Mali enim, cum non poſſunt alios ad malum trahere, machinantur profectum eorum impedire. *Hier.* 9. Omnis frater ſupplantans ſupplantabit & omnis amicus fraudulenter incedet. *o* Comedunt panem impietatis,] Lege intranſitive, ideſt, impietate delectantur & paſcuntur quaſi pane. *Supra* 2. Lætantur eom maleſecerint. Vel ad litteram: comedunt panem impietatis, ideſt, inique acquiſitum, ſicut uſurarius, fur, raptor. Et hic proprie dicitur panis doloris. *Michææ* 3. Comederunt carnem populi mei, & pellem eorum deſuper excoriaverunt. Alius eſt panis mendacii, quem comedunt adulatores, & qui in mendaciis delectantur, *inf.* 20. Suavis eſt homini panis mendacii, & poſtea implebitur os ejus calculo. Alius eſt panis voluptatis, quem comedunt luxurioſi. *Eccl.* 23. Homini fornicario omnis panis eſt dulcis. Alius eſt panis cupiditatis, quem comedunt avari. *Ezech.* 2. Ecce dedi tibi fimum bonum pro ſtercoribus humanis, & facies panem tuum in eo.

De punit. diſt. 2. c. non revertebantur. — *al. † autem.* — *Quadruplex panis.*

p Et vinum iniquitatis bibunt,] ideſt, ita delectantur in iniquitate, ſicut in vino. Vinum etiam iniquitatis dicitur carnalis voluptas. *Eph.* 8. Nolite inebriari vino, in quo eſt luxuria. Quod vinum facit furere. *Oſee* 7 Cœperunt Principes furere a vino. Vel panis impietatis, & vinum iniquitatis intelligitur panis Euchariſtiæ, & calix Domini, qui indigne ſumentibus vertitur in condemnationem, ſicut iniquitas. 1. *Cor.* 11. Quicumque manducaverit panem, & biberit calicem Domini indigne, reus erit corporis & ſanguinis Domini. *Malac.* 1. Offertis ſuper altare meum pollutum panem. Vel poteſt intelligi de pane ſcipturæ, qui multis vertitur in impietatem abutentibus ea. *q* Juſtorum autem ſemita,] ideſt, ſanctorum vita, quæ dicitur ſemita, propter tria, ſcilicet, munditiam, brevitatem, & rectitudinem.

r Quaſi lux ſplendens,] Illuminans alios per bonum exemplum. *ſ* Procedit,] proficiendo aliis.

t Et creſcit] in ſe.

u Uſque ad perfectam diem] ideſt, diem æternitatis, cui nulla nox ſuccedit, & ideo perfecta. De qua *Pſal* 83. Melior dies una in atriis tuis ſuper millia. Semita igitur juſtorum a nocte peccati incipit, & per lucem gratiæ tenditur, & in die gloriæ terminatur.

Unde *Cant.* 6. Quæ eſt iſta, quæ progreditur quaſi aurora conſurgens. *x* Via impiorum tenebroſa,] eſt tenebris peccatorum. *Joan.* 3. Qui male agit, odit lucem. Et *y* Neſciunt ubi corruant,] quia cadunt retro cum Heli, 1. *Reg.* 4. Et crucifixoribus Domini. *Joan.* 18. Et non vident, quia malitia excæcati ſunt, 1. *Joan.* 2. Qui diligit fratrem ſuum in lumine manet, & ſcandalum in eo non eſt; qui autem odit fratrem ſuum, in tenebris eſt, & in tenebris ambulat, & neſcit quo eat, quia tenebræ excæcaverunt oculos ejus. *z* Fili mi, auſculta,] Tertia pars capituli, ubi monet habere rectam intentionem in bonis operibus, quia qualis eſt intentio, tale eſt opus, ſecundum quod dicit Ambroſius: affectus tuus operi tuo imponit nomen. Fili mi, auſculta, ideſt, reverenter, & attente audi. *a* Sermones meos,] qui ſunt recti, & inde non fabuloſi vel otioſi: Hoc eſt contra quoſdam, qui ſermones Dei quaſi fabulas audiunt, vel loquuntur, *Pſalm.* 118. Narraverunt mihi iniqui fabulationes, ſed non ut lex tua. *b* Et ad eloquia mea inclina,] ideſt, humilia obediendo. *c* Aurem tuam,] interiorem. *d* Ne recedant ab oculis tuis,] interioribus intellectu ſcilicet & affectu, quos debent illuminare, ſecundum

quod

Digitized by Google

quod dicit *Pſ.* 118. Declaratio ſermonum tuorum illuminat, & intellectum dat parvulis. Idem legitur *Deut.* 6. Ligabis ea quaſi ſignum in manu tua, eruntque & non movebuntur inter oculos tuos. *a* Cuſtodi ea, ſcilicet, eloquia. *b* In medio cordis tui,] non in angulo, ideſt, cuſtodi ea non tantum in memoria, ſed etiam in affectu, *Deut.* 11. Ponite verba mea in cordibus, & in animis veſtris, & ſuſpendite ea pro ſigno in manibus, & inter oculos veſtros collocate. Et quare? *c* Vita enim ſunt,] ideſt, cauſa vitæ ſpiritualis. *Joan.* 6. Verba, quæ ego loquor vobis; ſpiritus & vita ſunt, id eſt vita ſpiritualis. Sed quibus? *d* Invenientibus ea,] id eſt, implentibus ea, & intelligentibus. *e* Et ſunt univerſæ, &c.] cauſaliter, ideſt, omnium hominum, vita ſunt eloquia Domini, quoad opera fortiora; ſanitas vero quoad infirmiora. Et quia in corde eſt ſedes animæ, quæ vivificat, ſecundum Auguſt. Ideo monet Salomon cor cuſtodiri, vel quia in medio cordis juſſerat poni eloquia ſua, ideo monet illud cuſtodiri quaſi arcam theſauri pretioſiſſimi, dicens:

B

al. † carnis.

ab oculis tuis, *a* cuſtodi ea in *b* medio cordis tui. *c* Vita enim ſunt *d* invenientibus ea *e* & univerſæ † carnis ſanitas. Omni *f* cuſtodia ſerva cor tuum, *g* quia ex ipſo vita procedit. *h* Remove a te os pravum, & detrahentia labia ſint procul a te. *i* Oculi tui *k* recta videant, & *l* palpebræ tuæ *m* præcedant greſſus tuos. *n* Dirige † ſemitas pedibus tuis, & *o* omnes viæ tuæ ſtabi-

al. † ſemitam.

De cuſtodia cordis.

f Omni cuſtodia, &c.] ideſt, triplici cuſtodia, ſcilicet, membrorum cohibitione, quia mors intravit per feneſtras. *Hier.* 9. Malarum cogitationum repreſſione, & bonarum impletione, quia domum vacantem licet mundatam ingrediuntur, & inhabitant ſpiritus nequiores. *Matt.* 12. D. Bernard. vulgo dicitur: Bonum caſtrum cuſtodit, qui ſuum corpus cuſtodit, nos autem non ſic: ſed vile ſterquilinium cuſtodit, qui corpus ſuum cuſtodit, quoniam qui ſeminat in carne, de carne metet corruptionem. *Gal* 6. Sed qui cor ſuum cuſtodit, ille bonum caſtrum cuſtodit, qui ſeminat in ſpiritu, de ſpiritu metet vitam æternam. Sed hoc caſtrum eſt in medio inimicorum, ideſt, in carne ſitum, undique impugnatur. *Bar.* 3.

Quid eſt Iſrael, quod in terra inimicorum es? Undique ergo cuſtodiendum eſt illud caſtrum, quia undique impugnatur. Inferius impugnat concupiſcentia carnis. *Gal.* 5. Caro concupiſcit adverſus ſpiritum. Contra hunc hoſtem opponendus eſt rigor diſciplinæ. Nam qui molli ſenſualitatis cuſtodiæ cor ſuum cuſtodiendum commiſerit, introducit inimicos in domum ejus, qui eum occident, ſicut legitur, 2. *Reg.* 4. quod Isboſeth dormiente, oſtiaria purgans triticum intrare permiſit Rachaab & Banaa, qui eum dormientem occiderunt. Superius imminet timor judicii, quod mirabiliter concutit animam. Unde Apoſtolus *Hebr.* 10. Horrendum eſt incidere in manus Dei viventis. Contra hunc hoſtem opponendum eſt judicium confeſſionis, quia ſi noſmetipſos dijudicaverimus, non utique judicaremur. 1. *Cor.* 11. Retro inſequitur mortifera delectatio ex recordatione præteritorum peccatorum, quia conſcientia miſera quaſi per devorationem filii ſui, comedit ſecundinas, ſecundum quod dicitur: *Deut.* 28. Tenera mulier & delicata invidebit viro ſuo, qui cubat in ſinu ejus ſuper filii, & filiæ carnibus, & illuvie ſecundinarum, quæ egrediuntur de medio feminum ejus, &c. Carnem filii comedit mater, cum quis in carnali opere delectatur. Secundinarum illuviem clam devorat, qui de memoria peccatorum delectando in occulto ſe ſatiat. Contra hanc impugnationem opponenda eſt aſſiduitas lectionis, quæ ad aliud mentem trahat, ſcilicet ad amaritudinem pœnæ inferni. Juxta quod legitur *Apoc.* 10. ubi dicit Angelus Joanni: Accipe librum & devora illum, & faciet amaricari ventrem tuum. Item Hieron. Ama ſcientiam ſcripturarum, & carnis vitia non amabis. Ante impugnat importunitas tentationum. Contra hanc opponenda eſt inſtantia ſanctæ orationis. Unde *Exod.* 17. legitur, quod Moyſes orando devicit Amalech, ideſt, Diabolum. A ſiniſtris urget arrogantium & inſolentium fratrum inquietudo. Cui opponenda ſunt duo, ſcilicet patientia, & compaſſio, quæ ſunt duo brachia charitatis. 1. *Cor.* 13. Charitas patiens eſt, benigna eſt. Hoc eſt, quod dicitur *Rom.* 12. Noli vinci a malo, ſed vince in bono malum. A dextris provocat obedientiam fratrum fervor & devotio. Et hoc duobus modis fit, aut bonis actibus eorum invidendo, aut ſingularem eorum gratiam indiſcrete imitando. De primo dicitur *Gen.* 27. Oderat ſemper Eſau Jacob pro benedictione, qua benedixerat ei pater. Item *Gen.* 37. Videntes fratres Joſeph, quod a patre cunctis fratribus plus amaretur, oderant eum, nec poterant ei quicquam pacifice loqui.

De ſecundo legitur 1. *Mach.* 5. Quod Joſephus, & Azarias volentes imitari virtutes Machabæorum, & ſibi facere nomen, a Gorgia ſuperati ſunt. Sic multi maxime in clauſtris volentes indiſcrete imitari ſingularem gratiam alicujus quandoque deficiunt, & poſtea ſuperantur. Contra hanc impugnationem opponenda ſunt duo, ſcilicet congratulatio, & diſcretio.

Congratulatio, ne videas: Diſcretio ne imitari deſideres quod non vales. Forti ergo cuſtodia & diligenti cuſtodiendum eſt hoc clauſtrum quod tot inſultibus impugnatur [Omni] igitur cuſtodia, ideſt, perfecta, ſerva cor tuum, a triplici hoſte, ſcilicet mundo, carne, Diabolo. Primus ſuggerit vanitatem, ſecundus voluptatem, tertius iniquitatem.

Contra primum oppone amorem paupertatis. Contra ſecundum candorem caſtitatis. Contra tertium fervorem charitatis, vel humilitatis. Et quare:

g Quia ex ipſo, &c.] ſupple & mors, quia ad examen cordis, ideſt, intentionis modus æſtimatur vitæ, ut dicit *Gl.* Et ut poſſis cuſtodire cor. *h* Remove a te, &c.] duobus modis, ut nec pravum quid loquaris, nec aliis detrahas, & ſubditos huic vitio, ne te corrumpant, fugias. *Eccl.* 28. Sepi aures tuas ſpinis, & linguam nequam noli audire, & ori tuo facito oſtia, & ſeras auribus tuis. *Inf.* 24. Cum detractoribus ne commiſcearis quoniam repente veniet perditio eorum. Unde *B. Bern* Detractio triplex eſt gladius, quia uno ictu tres occidit, detrahentem, audientem, & illum, cui detrahitur, cum ad eum pervenerit. Quia vero non ſolum per os evolat cor, quaſi avis de perforata cavea, ſed etiam per oculos, ideo ſubdit.

i Oculi tui,] interiores, & exteriores. *k* Recta videant,] ideſt, æterna, non terram, ut porci. De quibus *Pſalm.* 16. Oculos ſuos ſtatuerunt declinare in terram. *Greg.* Non licet intueri, quod non licet concupiſci. Unde *Job* 31. Pepigi fœdus cum oculis meis, &c. Non ſic David qui ſtulte vidit Berſabee ſe lavantem, & male concupivit, 2. *Reg.* 11. Non ſic Eva, quæ vidit lignum, quod eſſet pulchrum viſu, & ad veſcendum ſuave, tulit & comedit, *Gen.* 3. Non ſic invidi & cupidi, qui tantum mala vident. *Eccl.* 24. Nequam eſt oculus invidi, & avertens faciem ſuam, & deſpiciens animam ſuam. Inſatiabilis eſt oculus cupidi in partem iniquitatis, non ſatiabitur, donec conſumet juſtitiam areſaciens animam ſuam. Oculus malus ad mala. *l* Et palpebræ tuæ,] ideſt, diſcretio, vel præviſio, vel conſilia ſapientum.

m Præcedant greſſus tuos,] ideſt, opera tua, *Eccli.* 22. Sine conſilio nihil facies, & poſt factum non pœnitebis. Hoc eſt contra quoſdam, qui cum propoſitum & voluntatem ſuam firmaverint, quærunt conſilium aliorum, cum e converſo deberent facere.

n Dirige ſemitas pedibus tuis,] ad litteram ne erres. Vel, [pedibus,] ideſt, affectibus, ne erres in fide, vel in moribus.

Et recte, quoniam ratio oculus mentis intelligitur, non convenienter, vis concupiſcibilis, & iraſcibilis, pedes animæ intelliguntur, quibus dirigendæ ſunt a ratione ſemitæ virtutum. Et bene dicit, Dirige ſemitas, non vias, quia electi filii, quos alloquitur Salomon, non ſunt contenti publica via præceptorum, ſed per ardua conſiliorum conſcendunt ad cœlum. *o* Et omnes viæ tuæ ſtabilientur,] in Deo, per fidem, ſcilicet & opera, ne levitate mentis a propoſito bono movearis. Unde 1 *Cor.* 15. Stabiles eſtote, & immobiles abundantes in opere Domini: ſemper viæ clauſtralium ſtabilitæ ſunt, quia ſunt in ſpiritualibus, & æternis, quæ omnino immobilia ſunt.

Sed viæ ſæcularium inſtabiles ſunt, quia ſunt in temporalibus, quę inſtabilia ſunt, & caduca. *Eccli.* 14. Omne opus corruptibile in fine deficiet, & qui illud operatur, ibit cum illo, & omne opus electum juſtificabitur, & qui illud operatur, honorabitur in illo. Et nota quod cum dixiſſet: Dirige ſemitas pedibus tuis, mutans nomen ſemitæ in viam, ſubjunxit: Et omnes vię tuę ſtabilientur. Unde hoc? niſi quia proficientibus ipſa arduitas conſiliorum dilatatur, & plantatur per amorem, ut jam non gravent plus conſilia, quam pręcepta. *Matt.* 10. Diſcite a me, quia mitis ſum, & humilis corde, & invenietis requiem animabus veſtris. Jugum enim meum

ſuave eſt, & onus meum leve, quia portantem ad alta ſublevat. Dirige, inquam, ſemitas pedibus tuis, ita ut non declines. Vel ſic. Iſta ſtabilientur viæ tuæ.

a Ne declines ad dexteram,] de tua juſtitia præſumendo. *Rom.* 10. Ignorantes Dei juſtitiam, & ſuam ſtatuere quærentes, juſtitiæ Dei non ſunt ſubjecti. Vel in tua ſapientia nimium confidendo. *Sap.* 3. Ne innitaris prudentiæ tuæ. Vel nimis rigide alios corrigendo. *Eccl.* 7. Noli eſſe juſtus multum, ideſt, nimis. Vel in proſperis ſuperbiendo. 1. *Tim.*6. Divitibus hujus ſæculi præcipe non ſublime ſapere. Vel nimis de Dei miſericordia præſumendo eodem modo.

al. † curſus.

liantur. *a* Ne declines ad dexteram, *b* neque ad ſiniſtram. *c* Averte pedem tuum *d* a malo: *e* Vias enim quæ a dextris ſunt, *f* novit Dominus: *g* perverſæ vero ſunt, quæ a ſiniſtris ſunt. *h* Ipſe autem *i* rectos faciet † greſſus tuos, *k* itinera autem tua in *l* pace producentur.

C A P. V.

Filli *m* mi *n* attende ſapientiam *o* meam, *p* & prudentiæ *q* meæ *r* inclina aurem tuam, ut *ſ* cuſtodias cogitationes, & *t* diſciplinam labia tua conſervent. *u* Ne intenderis fallaciæ mulieris: *x* Favus enim † diſtillans labia meretricis, *y* & nitidius oleo guttur ejus: *z* noviſſima autem illius amara quaſi abſynthium & *a* acuta quaſi gladius bi-

b Neque ad ſiniſtram,] declines per contraria. Unde *Num.* 20. dicitur: Gradiemur via publica, neque ad dextram neque ad ſiniſtram declinantes, donec tranſeamus terminos tuos. Et ut fiat hoc. *c* Averte pedem tuum,] ad litteram, vel affectum. *d* A malo,] ideſt, a peccatu, vel a mundo, qui totus poſitus eſt in maligno 1. *Joan. ult.* Hoc eſt, ita averte affectum animi, ne a recto devies. *Gloſ.* Quia virtutes diſcretiones quærunt, quarum nimietas omnis in vitio eſt. Quia vero dixerat non eſſe declinandum ad dexteram, neque ad ſiniſtram, poſſet aliquis credere, quod utraque via mala eſſet, & quæ a dextris eſt & quæ a ſiniſtris, & hoc non eſt verum. Quare? *e* Vias enim, quæ a dextris ſunt,] ideſt, quæ ducunt ad dexteram, ubi erunt agni. *Matth.* 25. *f* Novit Dominus,] ideſt, approbavit, quia per eas inceſſit, & ſedet ad dexteram Dei patris & nos oportet per eaſdem incedere, ſi volumus cum eo ſedere. *g* Perverſæ vero ſunt, quæ a ſiniſtris ſunt, ideſt, quæ ducunt ad ſiniſtram, ubi erunt hœdi, quibus dicetur: Ite maledicti &c. *Matth.* 25. Ideo declinandæ. Breviter igitur viæ a dextris ſunt, humilitas, paupertas, vilitas, & cæteræ tribulationes. *Act.* 14. Per multas tribulationes, &c. Viæ a ſiniſtris ſunt honores ſæculi, deliciæ carnis, divitiæ mundi, & hujuſmodi bona temporis. *Job* 21. Ducunt in bonis dies ſuos, & in puncto ad Infernum deſcendunt. Ideo autem averte a malo pedem tuum, ut eas per vias, quæ ſunt a dextris, quia Dominus juvabit te, & proteget. Et hoc eſt. *h* Ipſe autem] ſcilicet, Dominus, *i* Rectos faciet,] ad ſe, greſſus tuos. Vel, curſus tuos, alia littera, ideſt, mentis affectus.

k Itinera autem tua,] ideſt, opera, vel intentiones. *l* In pace producentur,] ideſt, terminabuntur. *Gloſ.* Si averteris a malo pedem tuum, ſi bona, quæ docui, Domino adjuvante, facere ſtudueris, aderit ipſe propitius conatibus tuis, ut & nunc recte ingredi, & tunc ad pacem valeas pervenire æternam.

EXPOSITIO CAP. V.

Filli mi, &c.] In hoc capitulo ſecundum litteram agit Salomon principaliter contra vitium carnis.

Myſtice autem contra doctrinam erroris, quæ eſt ſpiritualis meretrix.

Moraliter autem docet fugere carnales voluptates, & etiam quædam vitia. Dividitur autem hoc capitulum in duas partes. In prima docet vitare fornicationem. In ſecunda ſervare conjugium. Ibi: Bibe aquam. Dicit ergo. *m* Fili mi,] per imitationem, ut ad pacem prædictam valeas pervenire:

n Attende ſapientiam,] qua deguſtata, deſipit omnis caro. Attende reverenter, quaſi ſanctam, & ſollicite quaſi profundam. *Job* 28. Sapientia trahitur de occultis. *Joan.* 4. Puteus altus eſt. *o* Meam,] non mundi, quia illa inimica eſt Deo. *Jac.* 4. *p* Et prudentiæ,] qua caventur fraudes. *q* Meæ,] non carnis, quia illa mors eſt. *Rom.* 8. *r* Inclina autem tuam,] interiorem. *ſ* Ut cuſtodias cogitationes,] bonas, quæ ſunt ſicut radii ſolis illuminantes mentem, & ſicut fundamenta totius cœleſtis ædificii, & ſicut ſemina bonorum operum, & radices ſanctarum affectionum. E contrario malæ cogitationes ſunt radices peſtiferæ, & quaſi ova Diaboli, quæ fovet in nidulo cordis noſtri. Unde *Iſa.* 58. Ova aſpidum ruperunt, & quod confotum eſt, erupit in regulum, ideſt, in conſenſum, vel in opus malum. Unde ſequitur: Opera eorum inutilia, & opus iniquitatis in manibus eorum. *t* Et diſciplinam labia tua conſervent,] ut ſermo tuus ſit ſale diſcretionis conditus. *Col.* 4. Sermo veſter ſemper ſit in gratia ſale conditus, ut ſit utilis. *Eccl.* 22. Quis dabit ori meo cuſtodiam, & ſuper labia mea ſignaculum certum, ut non cadam in ipſis & lingua mea perdat me?

De reformatione linguæ.

Item ut ſit ſermo honeſtus, ut decet Sanctos. *Eph.* 5. Fornicatio autem, & omnis immunditia, aut avaritia non nominetur in vobis, ſicut decet Sanctos, aut turpitudo, aut ſtultiloquium aut ſcurrilitas, quæ ad rem non pertinet. *Hieronym.* Illi ſpurca loquantur, qui poſſunt ſpurca committere. Item ut ſit temperatus, ita ut non ſit nimius *inf.* 10. In multiloquio non deerit peccatum, qui autem moderatur labia ſua, prudentiſſimus eſt. Item ut ſit dulcis, *inf.* 16. Qui dulcis eſt eloquio, majora reperiet. Item ut ſit opportunus, ut ſcilicet loco, & tempore ſuo dicatur, quia eſt tempus tacendi, & tempus loquendi. *Eccl.* 3. Et *inf.* 15. Sermo opportunus optimus eſt, hoc eſt, linguæ circumciſio.

al. † ſtillans.

Et qui ſic circumciſus eſt in lingua, perfectus eſt, *Jac.* 3. Si quis in verbo non offendit, hic perfectus eſt vir. Et *inf.* Omnis natura beſtiarum, & volucrum, & ſerpentum, & cæterorum domantur, & domita ſunt a natura humana, linguam autem nullus hominum domare poteſt: Etenim inquietum malum, plena veneno mortifero. Unde quidam Sanctus legitur oraſſe: Domine, libera me a lingua mea. *u* Ne intenderis fallaciæ mulieris,] ideſt, mulieri fallaci, ut ſit ibi Endiadis. Vel fallaciam mulieris dicit ſpeciem mulieris, quæ multos decipit, & fallit, *inf. ult.* Fallax gratia, & vana eſt pulchritudo.

Vel fallacia mulieris eſt ornatus ejus exterior, quo ſe ornat, ut alios fallat *inf.* 7. Intexui lectulum meum funibus, ſtravi tapetibus meis ex Ægypto, &c. Ad litteram ergo exponitur de mala muliere. De qua dicitur *Eccl* 7. Inveni amariorem morte mulierem. Per hanc multi decepti ſunt. David fortis. 2 *Reg.* 11. Salomon. 3. *Reg.* 11. Sampſon. *Jud* 16. Cum hos cecidiſſe recolimus, timere debet unuſquiſque pro ſe, quia nec David ſanctior, nec Salomone ſapientior, nec Sampſone fortior aliquis invenitur. Unde *Aug.* Nimis effrænis eſt, qui illuc ire contendit, ubi conſpicit alios cecidiſſe. De hac muliere, & bona ſimiliter ſatis invenies *inf.* 7. *Eccl.*7 *Eccl.*9. & 25. & 26. & 36. & 42. Proſequitur autem Salomon fallacias mulieris, quæ ſunt ſeptem. Fallax eſt, garrula, curioſa, inconſtans, adulatrix, amara, pertinax. Dicit ergo: Ne intenderis fallaciæ mulieris reſpiciendo, vel audiendo. *x* Favus enim diſtillans labia meretricis,] favus propter verborum dulcedinem, diſtillans propter affluentiam, quaſi dicat, labia, ideſt, verba meretricis dulcia ſunt, & affluentia. *y* Et nitidius oleo guttur ejus,] ad litteram unguentis meretricis compoſitum, & præparatum. Ad litteram: hæc duo potiſſimum quærit meretrix ad capiendos miſeros, & incautos juvenes ſ. ſermonis ſuavitatem, & corporis formoſitatem. Uno capit miſerum hominem per oculos, altero per aures. Hi enim duo ſenſus ſunt feneſtræ animæ, per quas ſæpe mors intrat ad ipſam. *Hier.* 9. *z* Noviſſima autem illius amara quaſi abſynthium] quod in viſceribus ab aliquo ſumptum amareſcit, ſic luxuria amareſcere facit conſcientiā fornicantis, ſed in futuro magis amareſcere faciet in gehenna. *a* Et acuta, &c.] quia cor

De mala muliere.

Δ necat, & animam.

u Ne intenderis fallaciæ mulieris,] Myſtice, mulier, ſive meretrix fallax eſt hæreſis, ſeu hæreticus. *x* Favus diſtillans labia ejus,] ideſt, verba ejus ſunt ſuavia. *y* Et nitidius oleo guttur ejus,] ideſt, eloquentia ejus compoſitior eſt doctrina Spiritus Sancti, quo quaſi oleo fides catholica conſecratur.

Myſtice.

z Noviſſima autem illius amara quaſi abſynthium,] ideſt, in noviſſima ultione, interius amaritudo conſcientiæ remor-

Ω dentis, & ulterius

u Ne intenderis fallaciȩ mulieris. Moral. Meretrix eſt mundus, quia arridet ad modum meretricis in flore divitiarū, ſed iſte riſus error eſt. *Eccl.e* 2. Riſū reputavi errorem, & gaudio dixi, quid fruſtra deciperis. Itē blāditur promiſſione, oſculatur

Moral.

* dignitatis collatione.

necat & animam. *a* Pedes ejus,] ideſt, pedum compoſitio. *b* Deſcendunt in *c* mortem,] ideſt, deſcendere faciunt ipſam, & adulterum. *d* Et ad inferos greſſus illius *e* penetrant,] Cauſaliter, vel pedes ſunt voluntates, & greſſus opera, quia & voluntate, & opere peccat mortaliter, & peccare facit. *Eccl.* 25. Brevis omnis malitia ſuper malitiam mulieris. Unde quidam Philoſophus fertur alii Philoſopho reſpondiſſe, quo vis me duc, dummodo non ſit ibi mulier. *f* Per ſemitam vitæ non *g* ambulant,] ideſt, quæ ducit ad vitam æternam, quaſi dicat non facit bona. *h* Vagi ſunt greſſus ejus, & inveſtigabiles,] quia modo hic, modo ibi, *inf.* 7. Vaga, quietis impatiens nec valens conſiſtere in domo pedibus ſuis nunc foris, nunc in plateis, nunc juxta angulos inſidians.

ceps. *a* Pedes ejus *b* deſcendunt in *c* mortem, & *d* ad inferos greſſus illius *e* penetrant. *f* Per ſemitam vitæ non *g* ambulant, *h* vagi ſunt greſſus ejus & *i* inveſtigabiles. *k* Nunc ergo, fili, audi me, *l* & ne recedas a verbis oris mei. *m* Longe fac ab ea *n* viam tuam, *o* & ne appropinques foribus domus ejus. *p* Ne des alienis *q* honorem tuum, *r* & annos tuos *ſ* crudeli. *t* Ne forte impleantur extranei viribus tuis, *u* & labores tui ſint in *x* domo aliena, *y* & gemas in noviſſimis, *z* quando conſumpſeris carnes tuas, & corpus tuum, *a* & dicas: *b* Cur deteſtatus ſum diſciplinam, *c* & increpationibus *d* non acquievit cor meum? *e* Nec audivi vocem docentium me, & *f* magiſtris non inclinavi aurem meam. Pene *g* fui in omni malo in *h* medio Eccleſię & Synagogę.

Myſt. *e.* Ω dentis, & exterius ignis gehennæ cruciabit ipſum hæreticum, & illos, qui doctrinæ ejus conſentiunt. Per abſynthium enim, quod in viſceribus potatum amareſcit, ſignificatur amaritudo conſcientiæ remordentis. Per gladium foris ſcindentem, ſignificatur pœna exterior ignis infernalis. Hæ enim duæ pœnæ erunt in inferno perpetuæ. *Iſa. ult.* Vermis eorum non morietur, &c. *a* Pedes ejus,] ideſt, voluntates. *b* Deſcendunt] ideſt, deſcendere faciunt. *c* In mortem,] culpæ & gehennæ.

d Et ad inferos greſſus illius,] ideſt, opera. *e* Penetrant *f* per ſemitam vitæ] ideſt, per recta & ſana dogmata ſacræ Scripturæ, quæ ducunt ad vitam. *g* Non ambulant,] hæretici, & qui ſequuntur eos. *h* Vagi ſunt greſſus ejus] ideſt, affectus per diverſas hæreſes diſperſi, quia alii negant Chriſtum eſſe Deum, ſcilicet, Carpocratiani. Alii negant eſſe hominem, ſcilicet, EutiRiani. Alii tres perſonas confundunt in unam, ut Sabelliani. Alii eſſentiam dividunt in tres, ut Ariani. Alii dicunt Chriſtum habere Deitatem pro anima, ut Apollinarii. Apollinaris enim primo dixit Chriſtum ἀψυχον apſychen, hoc eſt ſine capite, ideſt, ſine anima, poſtea convictus, dixit eum ἄνουν anoyn, ideſt, ſine mente, ideſt, ſine ratione. Alii dicunt, quod Chriſtus eſt duæ perſonæ, ut Neſtoriani. Ob hoc, & alias hujuſmodi diviſiones, dicit Dominus per *Hier.* 15. Væ mihi, mater mea, quare genuiſti me virum rixæ, virum diſcordiæ in univerſa terra? *i* Et inveſtigabiles,] quia ſine fundamento rationis, vel quia vitii dedecus infinitum eſt.

Moral. * dignitatis collatione *Matth.* 26. Quemcumque oſculatus fuero, &c. *Luc.* 22. Juda, oſculo tradis filium hominis? Amplexatur parentum honore, & poſſeſſionis amplitudine. Item meretrix eſt carnalis voluptas, quæ in ſuperficie delectationem, ſed interius amaritudinem habet. Unde *infra* 23. Ne intuearis vinum, cum flaveſcit in vitro, &c. Hæc eſt illa meretrix, quæ dixit Joſeph, ideſt, cuilibet bono, dormi mecum, *Gen.* 39. Hæc eſt Dalila, quæ decepit Samſonem. *Jud.* 16. *k* Nunc ergo, fili mi, audi me,] ſuſcipiendo doctrinam meam, & faciendo quod doceris. *l* Et ne recedas a verbis oris mei] quibus erudio te, ad litteram. Vel, Oris mei, i. legis & Evangelii, vel Doctorum. *Hier.* 15 Si ſeparaveris pretioſum a vili, &c. quia ſunt via & regula & lux, & vita; unde qui ab eis recedit, errat in invio, tortuoſe incedit poſt ſerpentem tortuoſum, & in tenebris ambulat, & mortem incurrit. *m* Longe fac ab ea,] ſcilicet, muliere. *n* Viam tuam,] ideſt, vitam, vel converſationem, cavendo ne occurras ei, vel alloquaris. *o* Et ne appropinques foribus domus ejus,] ideſt, occaſionibus, vel circumſtantiis. *Gen.* 19. Ne ſtes in omni loco circa regionem. Unde Joſeph relicto pallio fugit. *Gen.* 39. Vel fores ſunt vetulæ mediatrices, a quibus quaſi a portis inferni eſt fugiendum. *p* Ne des alienis,] i. dæmonibus, qui ſuperbiendo alienaverunt ſe a Deo. *q* Honorem tuum,] i. florem juventutis tuæ, abutendo ea in peccatis, ſicut illi, qui dicunt *Sap.* 2. Fruamur bonis, quæ ſunt, utamur creatura tanquam in juventute celeriter, & non prætereat nos flos temporis, &c. Vel, honorem divinæ ſimilitudinis, quem dat dæmonibus, cum peccando quis eorum voluntatibus ſe ſubjicit. Vel, honorem dominationis qui datus eſt homini a Deo dicente: Dominamini piſcibus maris, & volatilibus cœli, & univerſis animantibus, quæ moventur ſuper terram. *Gen.* 1. Hunc honorem dant homines dæmonibus, vel vitiis, quibus ſeſe ſubjiciunt, luxurioſi, voluptati: avari, vanitati: ſuperbi, iniquitati. Hic eſt triplex funiculus Diaboli, qui difficile rumpitur, *Eccleſ.* 4. Habet etiam quilibet honorem ſuum proprium, quem monetur non dare dæmonibus abutendo.

Conjugati habent honorem conjugii: continentes honorem continentiæ, virgines honorem virginitatis, Prælati honorem Prælationis, ſubditi honorem obedientiæ, abſtinentes honorem abſtinentiæ, & ſic de aliis. Hunc honorem vendidit Eſau pro rufa lenticula. *Gen.* 24. E converſo Nabot maluit mori, quam vendere hæreditatem patrum ſuorum 3 *Reg.* 21. Unde *B. Bern.* Mementote Abbates, mementote & fratres, Chriſtus ne perderet obedientiam, perdidit vitam. *Iſa.* 42. Gloriam meam alteri non dabo.

r Et annos tuos,] ideſt, tempus tibi datum ad pœnitentiam, ne des. *ſ* Crudeli,] ideſt, Diabolo demorando in peccatis. Crudelis dicitur Diabolus, quia nullius miſeretur. *Hierem.* 6. Crudelis eſt, & non miſeretur. Item 16. Servietis diis alienis, qui non dabunt vobis requiem die ac nocte. De his conqueritur Dominus *Job* 24. Dedit ei locum pęnitentiæ, & ipſe abutitur eo in ſuperbia. *t* Ne forte impleantur, &c.] ideſt, opibus virium animæ & corporis. *Oſee* 7. Comederunt alieni robur ejus, & ipſe neſcivit. *Hier.* 50. Exoſſavit eum Nabuchodonoſor Rex Babilonis Dæmones autem dicuntur extranei, quia extra gratiam Dei ſunt, & alios eſſe faciunt. *u* Et labores tui,] ideſt, fructus laborum tuorum. *x* Sint in domo aliena,] quia male agunt, laborant. *Hier.* 9. Ut inique agerent, laboraverunt. *Sap.* 5. Laſſati ſumus in via iniquitatis, & perditionis, & ambulavimus vias difficiles. Item in domo aliena ſunt labores illius, quod eſt in mortali peccato, & labore. Item ad litteram in domo meretricis ſunt labores illius, qui ſua ibi luxurioſe expendit, ſicut filius prodigus. *Luc.* 15. *y* Et gemas in noviſſimis] in morte ſcilicet, vel in judicio, ſicut illi, qui dicunt *Sap.* 5. Intra ſe pœnitentiam agentes, gementes præ anguſtia ſpiritus:

Quid nobis profuit ſuperbia, aut divitiarum jactantia quid contulit nobis, *z* Quando conſumpſeris carnes tuas, & corpus tuum,] In luxuria, ad litteram, vel ſubſtantiam temporalem, quia ſæpe accidit, quod illi, qui luxurioſe expendunt ſua, in fine egent, ut filius prodigus, qui cupiebat implere ventrem de ſiliquis porcorum. *Luc.* 25. *a* Et dicas] præ inopia. *b* Cur deteſtatus ſum diſciplinam,] verborum Domini, vel verberum, quibus caro quaſi diſciplina reſtringitur a luxuria? *c* Et increpationibus,] Domini, qui per ſcripturas, & per Doctores increpat luxurioſos.

d Non acquievit, &c.]

Myſtice de hæreticis patet, qui nec veterum, nec novorum Patrum dictis, & exemplis potuerunt ab errore revocari. Myſtice

e Nec audivi vocem docentium me,] vel monentium. *f* Et magiſtris non inclinavi aurem meam] interiorem, acquieſcendo conſilio eorum, ideſt, non obedivi eis. *g* Pene fui in omni malo,] ideſt, fere omne genus peccati feci.

h In medio Eccleſiæ, & ſynagogæ,] Idem eſt Eccleſia, & Synagoga, ſcilicet, Conventus populorum, tamen Eccleſia interpretatur convocatio, Synagoga interpretatur Congregatio. Utroque nomine vocabatur antiquitus populus Dei, modo pro differentia, populus Judæorum dicitur Synagoga, Chriſtianus vero populus dicitur Eccleſia, merito fidei, & ſcientiæ majoris dignitate. Poſſunt enim tam rationabilia, quam irrationabilia congregari, ſed ſolum rationabilia convocari. Utrumque tamen aliquando accipitur in malo. *Pſ.* 105. Exarſit ignis in ſynagoga eorum. Item *Pſ.* 25. Odivi Eccleſiam malignantium. Eſt igitur ſenſus. [Pene fui in omni malo in medio Eccleſiæ, & Synagogæ,] ideſt publice coram omnibus fere omne malum feci, quod multum aggravat peccatum. Unde de hoc redarguntur, *Iſa.* 5. Peccatum ſuum ſicut Sodoma prædicaverunt.

Bibe

Digitized by Google

a Bibe aquam, &c.] Secunda pars capituli, ubi ait Salomon de caſtitate conjugali conſervanda. Supra enim docuit fugere meretrices, ſed quia non omnes poſſunt, aut volunt continere, ideo docet hic uti propria uxore, quia melius eſt nubere quam uri 1. *Cor.* 7. Vel Myſtice. Supra docuit, cavendum ab hæreticorum doctrina, nunc docet cuſtodiæ ſcripturarum aut lectionum attendendum. Dicit ergo: Bibe aquam, quaſi dicat. Ita docui te, fili, fugere fornicationem, & ſi non potes, aut non vis penitus continere, quia nemo ad hoc cogendus eſt, bibe aquam de ciſterna tua, ideſt, refrigera ardorem concupiſcentiæ tuæ cum uxore propria.

D

a Bibe aquam de ciſterna tua, & b fluenta putei tui. c Deriventur fontes tui foras, & in d plateis aquas tuas divide. e Habeto eas ſolus, f nec ſint alieni g participes tui. Sit h vena tua benedicta & i lætare cum muliere adoleſcentiæ tuæ. k Cerva chariſſima, l & gratiſſimus hinnulus. m Ubera ejus inebrient te omni tempore, n & in amore † ejus o delectare jugiter.

alias † *illius.*

b Et fluenta putei tui bibe,] ideſt, ſitim libidinis in uxore tua extingue. 1. *Cor.* 7. Bonum eſt homini mulierem non tangere, propter fornicationem autem unuſquiſque uxorem ſuam habeat. Sed quia matrimonium non ſolum cauſa vitandi fornicationem ſtatutum eſt, imo propter bonum prolis educandæ ad cultum Dei, ideo ſequitur. c Deriventur fontes,] tui foras, ideſt, procreentur filii, ex quibus alii ſcaturiant. d Et in plateis aquas tuas divide,] ideſt, in facie Eccleſiæ filias tuas nuptui trade. Hic habuerunt auctoritatem, qui prohibuerunt clandeſtina matrimonia. e Habeto eas ſolus,] ideſt, in poteſtate tua retine, quolibet matrimoniis tuos liberos ſocies, quaſi dicat dum filii, & filiæ ſunt in poteſtate tua, ſocia eos matrimoniis, ſecundum quod noveris, ne cum fuerint ſui juris, nubant indignis, te nolente, ſicut ſæpe contingit illis, qui nimis diu filios, & filias tenent innuptas. Hoc eſt quod dicitur *Eccleſ.* 42. In conſpectu omnium virorum filia patris abſcondita eſt, ideſt, eſſe debet, vigilia, & ſollicitudo ejus auferet ſomnum, ne forte in adoleſcentia ſua adultera efficiatur, & cum viro commorata, odibilis fiat, ne quando polluatur in virginitate, & in paternis ſuis gravida inveniatur. Et hoc eſt quod ſequitur hic. f Nec ſint alieni, &c.] ideſt, filii geniti ex fornicatione, nec hæredes tui. Vel alieni, ideſt, fornicatores, vel meretrices. g Participes tui,] ideſt, ſobolis tuæ. h Sit vena tua,] benedicta, ideſt, proles tua ſit matrimonio bene copulata. i Et lætare cum muliere,] ideſt, cum uxore, quam duxiſti in adoleſcentia, quaſi dicat ſi bonam vis habere prolem, tantam habeas temperantiam cum uxore tua, quam adoleſcens duxiſti, ut etiam cum ſenuerit, eam cuſtodias, ut ſic merito fidelis caſtimoniæ benedicaris in prole. Hoc eſt contra illos, qui corporalibus uxoribus, vel ſpiritualibus cum ſenuerint, dant libellum repudii, ut juvenibus copulentur. k Cerva chariſſima,] ideſt, illa conjux ſit tibi chariſſima, quæ ſicut cerva ſerpentes, ita perſequitur ſcortatores. l Et gratiſſimus hinnulus,] ideſt, filius ex ea natus caſtitatis amator, virtutum varietate diſtinctus, ad bona agilis: viſu fidei perſpicax, ſit tibi gratiſſimus. Gratus, quia filius; gratior, ſi caſtus: gratiſſimus, ſi fidelis.

m Ubera ejus inebrient, &c.] ideſt, in ea ſola ita delectare, ut non quæras in alia delectari, ſicut ebrius ſatiatus vino, non quærit aquam potare. n Et in amore ejus, &c.] ideſt, ita quod nunquam in alia. Non eſt probabile, quod Salomon doceat operi uxorio inſiſtere, ſed ne prima uxore vivente, aliam ducat, vel ne meretrici adhæreat, exhortatur, ſicut dicitur 1. *Cor.* 7. Præcipio non ego, ſed

Moraliter. a Bibe aquam, &c.] Moraliter. Ciſterna eſt cor humanum, pluviam de cælo recipiens, ideſt, gratiam a Deo. *Jac.* 1. Omne datum optimum, &c. Idem dicitur puteus propter profunditatem. *Hier.* 17. Profundum eſt cor hominis, & inſcrutabile; In puteo ſcaturit aqua, in ciſterna deſurſum venit, & cor humanum quædam ſcit per inventionem, quædam per doctrinam. Aquam ergo de ciſterna ſua, b & fluenta putei ſui bibit, qui poteſt dicere cum Apoſtolo: Gloria noſtra hæc eſt teſtimonium conſcientiæ noſtræ 2. *Cor* 1. Fons foras derivatur, cum gratia exit in opus, vel ſcientia in ſermonem. Vel Ciſterna eſt ſacra ſcriptura, plena aquis omnium gratiarum, vel ſpiritualium ſententiarum. Eadem dicitur puteus propter profunditatem intelligentiæ. *Joan.* 4. Puteus altus eſt. Hic eſt puteus viventis, & videntis. *Gen.* 24. Habens aquas ſalientes in vitam æternam, quas qui biberit, non ſitiet unquam *Joan.* Unde *Cant.* 4. Fons hortorum, puteus aquarum viventium, quæ fluunt impetu de Libano. Hujuſmodi aquæ primo bibendæ ſunt, & poſtea derivandæ foras. Et hoc eſt, quod dicit. a Bibe aquam, &c.] ideſt, aqua ſpiritualis intelligentiæ te reſice, vel ſacram ſcripturam addiſce. Et poſtea: c Deriventur fontes, &c.] Fontes, ſcilicet ſacrorum eloquiorum docendo, & prædicando aliis, ut prius ſis concha, quam canalis. De his fontibus dicitur *Iſa* 12. Haurietis aquas in gaudio de fontibus Salvatoris. Uſus aquarum communis eſt omnibus, unde patet, quod injurioſum eſt, qui aquas hujuſmodi ſibi ſoli retinet. Ideo ſequitur. d In plateis aquas, &c.] quia non omnia omnibus ſunt prædicanda, ſed cuique prout expedit. Unde *Act.* 4. Dividebatur ſingulis prout cuique opus erat. Sic innocens efficitur prædicator non plus, quam expediat miniſtrando, de cibo, *Job.* 27. Innocens argentum dividat. Vel in plateis illis, ſcilicet qui ſunt in lata via, quæ ducit ad mortem, ideſt, peccatoribus, *Matth.* 9. Non veni vocare juſtos, ſed peccatores ad pœnitentiam. *Iſa.* 44. Effundam aquas ſuper ſitientem, & fluenta ſuper aridam. *Item* 55. Omnes ſitientes venite ad aquas. e Habeto eas ſolus,] prius in contemplatione, ut te prius ædifices, & poſtea alios. Vel Habeto eas ſolus, ſcilicet favorem humanum prædicando, non quærendo. Vel, ſolus a communicatione indignorum. *Matth.* 7. Nolite ſanctum dare canibus, &c. Vel ſolus e communione hæreticorum diviſus. Unde ſequitur. f Nec ſint alieni g participes tui, ideſt, dæmones, vel hæretici. Unde *Gl.* Immundi ſpiritus participes fiunt doctoris, ſi ejus mentem vel elatione, dum prædicat; vel hæreſi, vel quolibet alio vitio corrumpunt. Solus autem aquas poſſidet, cum membris Eccleſiæ fideliter connexus ab extraneis ſe conſervat. h Sit vena tua benedicta,] Vena dicitur a veniendo. Vena igitur eſt os doctoris, per quam ad alios ſpiritus vitalis venit *inf.* 10. Vena vitæ os juſti. Hæc vena debet eſſe benedicta, primum benedictione fecunditatis in ſe, poſtea debet eſſe benedicta benedictione affluentiæ aliis effluendo, ſicut horreum plenum, quod effluit frumentum *inf.* 11. Qui abſcondit frumentum in tempore famis, maledicetur in populis; benedicta, quæ aperte prædicat. *Eccl.* 31 Splendidum in panibus benedicent labia multorum. Vel os juſti debet eſſe vena benedicta, ut nihil niſi benedictionem loquatur. *Eph.* 4. Sermo malus ex ore veſtro non procedat, ſed ſi quis bonus eſt ad ædificationem. Sunt autem venæ maledictæ, per quas, ſcilicet veniet mors, ora, ſcilicet detractorum, adulatorum, hæreticorum. De quibus *Oſ.* 13. Siccabit Dominus venas mortis. i Et lætare cum muliere adoleſcentiæ tuæ,] ideſt, cum ſapientia, quæ mulier dicitur quia mollem & ſuavem reddit animam, & quia eſt ſponſa ejus. *Sap.* 8 Quæſivi ſponſam mihi eam aſſumere, & amator factus ſum formæ illius: adoleſcentiæ dicitur, quia a pueritia ſcire deſideramus. *Eccl.* 6. Fili, a juventute tua excipe doctrinam. Ad honeſtatem etiam & ſapientiam nati ſumus, ut dicit Philoſophus. k Cerva chariſſima,] Cerva eſt Chriſtus, ut dicitur in titulo ſuper *Pſal* 21. Propter cervæ proprietates, quæ ei adaptantur. Serpentem de caverna flatu ſuo extrahit, ſic Chriſtus peccata de corde hominis inſpiratione gratiæ. *Iſa.* c. 11. In caverna reguli, qui ablactatus eſt, manum ſuam mittet. *Job* c. 26. Obſtetricante manu ejus eductus eſt coluber tortuoſus. Idem Cerva ſerpentem devorat, & Chriſtus Diabolum, vel peccatum. *Job* 40. Concident eum amicitiæ, divident illum negotiatores. Item cerva comeſto ſerpente, vetuſtatem deponit, ſic Chriſtus dejecto Diabolo, & devorato, corpus ejus in cruce vetuſtatem mortalitatis depoſuit in reſurrectione.

Chriſtus dicitur cerva propter proprietates cervæ.

Item Chriſtus aſſimilatur cervæ propter modum pariendi. Incurvatur enim cerva, ut pariat. Unde *Job* 39 Incurvant ad fetum, & pariunt, & rugitus emittunt. Sic Chriſtus, ut pareret nos Deo patri, incurvavit ſe, ideſt, humiliavit, formam ſervi accipiens, & rugitus prædicationis emiſit. l Gratiſſimus hinnulus,] fidelis populus virtutum varietate diſtinctus, ad bona agilis. m Ubera ejus] ideſt, cervæ inebrient te, quæ ubera ſunt duo teſtamenta. *Cant.* 1. Meliora ſunt ubera tua vino, fragrantia unguentis optimis. Vel ubera Chriſti ſunt Prædicatores, qui debent paſcere parvulos filios Eccleſiæ lacte congratulationis, & compaſſionis, ſicut Paulus *Rom.* 12. docet flere cum flentibus, gaudere cum gaudentibus. a Et in amore ejus,] ſcilicet, cervæ, ideſt, Chriſti. o Delectare *Pſal.* 36. Delectare in Domino, & dabit tibi petitionem cordis tui.

* Quare ſeduceris

a pio non ego, ſed Dominus, uxorem à viro non diſcedere, quod ſi diſceſſerit, manere innuptam, aut viro ſuo reconciliari, & vir uxorem ſuam non dimittat. *a* Quare ſeduceris, &c.] adhærendo ei, ex quo habes propriam, cui poteris conjungi abſque omni peccato? *b* Et quare foveris in ſinu alterius?] ſcilicet mulieris? ſed quia omnis homo, qui tranſgreditur lectum ſuum contemnens animam ſuam dicit: Quis me videt? tenebræ circumdant me, & parietes cooperiunt me, & nemo circumſpicit quem vereor: delictorum meorum non memorabitur altiſſimus. *Eccl.* 23. Ideo ſubditur. *c* Reſpicit Dominus, &c.] quaſi dicat ne fovearis in ſinu alterius, quia reſpicit Dominus vias hominis, id eſt, cogitationes, & deſideria. *d* Et omnes greſſus, &c.] id eſt, opera ſi bona ſint ad præmiandum, ſi mala ad puniendum. *Job* 26. Nudus eſt infernus coram illo, nullum eſt operimentum perditioni. Item *Pſal.* 10. Dominus conſiderat juſtum, & impium. Item *Heb.* 4. Omnia nuda ſunt, & aperta oculis Domini, ad quem nobis ſermo. *Eccli* 23. Oculi Domini multo plus lucidiores ſuper ſolem circumſpicientes omnes vias hominum. *e* Iniquitates ſuæ] non alienæ, capiunt impium, ſicut laqueus aves, & ſicut hamus piſces. *Eccl.* 9. Sicut piſces capiuntur hamo, & aves laqueo: ſic homines tempore malo. Vel ſicut fovea lupum, *inf.* 23. Fovea profunda eſt meretrix, & puteus anguſtus aliena. Vel ſicut latro inſidians, *inf.* 23. Inſidiatur in via quaſi latro, & quos incautos viderit, interficiet. Vel ſicut leo venationem. *Eccli.* 27. Leo venationi inſidiatur ſemper: ſic peccata operantibus iniquitatem. *f* Et funibus, &c.] quiſque conſtringitur, & conſtrictus deducitur ad patibulum infernale, ſicut latro captus cum furto. Hos funes demus diabolo, cum per malas cogitationes intorquemus prava deſideria, colla noſtra injicimus per conſenſum, & delectationem, ducimur per operationem, ſuſpendimur per conſuetudinem. *g* Ipſe] ſcilicet, quilibet ſic ligatus. *h* Morietur] hic morte culpæ, & poſtea morte gehennæ, quæ eſt mors ſecunda. *i* Quia non habuit, &c.] verborum, vel verberum, id eſt, quia non ſuſcipit. Nulli enim deeſt, ſe omnibus ſe offert. *Heb.* 12. In diſciplina perſeverare, quia tanquam filiis offert ſe nobis Deus. *Greg.* Sapientia ideo cor Salomonis deſeruit, quia nulla eum, vel minima diſciplina interius cuſtodivit. Diſciplina enim eſt medicamentum animarum, arcens omnem putredinem, cuſtos fideliſſimus in domo conſcientiæ, defenſor patriæ, & rector civitatis.

* *a* Quare ſeduceris] cum muliere aliena, qua intelligitur omnis præſens mundi delectatio, quæ aliena dicitur, quia ſimul non eſt cum divina. Unde *B. Bernard.* Delicata eſt divina conſolatio, non conceditur admittentibus alienam. *c* Reſpicit Dominus, &c.] ſicut ſponſus zelotypus. *Exod.* 20. Ego ſum Deus Zelotes. Et reſpicit, ne vel illicitum aſpectum in te videat. Item reſpicit, ſicut Judex omnia judicaturus. *Hieron.* 29. Ego ſum Judex, & teſtis, dicit Dominus. *e* Iniquitates ſuæ, &c.] id eſt, infidelem, vel quemlibet peccatorem. *f* Et funibus, &c.] id eſt, peccatis ſuis, quæ ſunt funes, quibus quiſque conſtringitur, ut non poſſit ambulare in via Dei. *g* Ipſe] ſic ligatus. *h* Morietur] in peccato. *i* Quia non habuit diſciplinam] Domini, quæ erudit. *Iſa.* 5. Propterea captivus deductus eſt populus meus, quia non habuit ſcientiam.

k In multitudine ſtultitiæ, &c.] quæ conſiſtit in hoc, quod credit ſe eſſe ſapientem, quod non ſolum ſtultitia eſt, ſed etiam dementia. 1. *Cor.* 8. Si quis exiſtimat ſe aliquid ſcire, nondum cognovit, quemadmodum oporteat eum ſcire. *Iſa.* 5. Væ qui ſapientes eſtis in oculis veſtris, & coram vobiſmetipſis prudentes.

Job 24.

al. † ejus.

al. † ſuis.

al. † quib. que.

a quare ſeduceris, fili mi, ab aliena, *b* & foveris in ſinu alterius? *c* Reſpicit Dominus vias hominis, & *d* omnes greſſus † illius conſiderat. *e* Iniquitates ſuæ capiunt impium, & *f* funibus peccatorum ſuorum † conſtringitur, *g* Ipſe *h* morietur, quia non *i* habuit diſciplinam, & in *k* multitudine ſtultitiæ ſuæ decipietur.

CAPUT VI.

FIli *l* mi, ſi *m* ſpoponderis pro amico tuo, *n* defixiſti *o* apud extraneum *p* manum tuam, *q* Illaqueatus es verbis oris tui, & *r* captus propriis ſermonibus. † *ſ* Fac ergo quod dico, fili mi, & *t* temetipſum libera, quia *u* incidiſti in manum proximi tui. *x* Diſcur-

EXPOSITIO CAP. VI.

FIli mi, &c.] In præcedenti cap. docuit Salomon cuſtodire cor ſuum, ſive ſpiritum contra ſuum inferius, id eſt, carnem, quia caro concupiſcit adverſus ſpiritum, &c. *Gal* 5. In hoc autem capitulo docet ſpiritum cuſtodire ad proximum qui juxta ſe eſt, ut in ſe poſt bene ordinatus deinde bene, & juſte ad proximum ordinetur. Dividitur autem hoc capitulum in tres partes. In prima docet habere ſolicitudinem circa res ſibi commiſſas. In ſecunda docet vitare ſchiſmata, & apoſtaſiam, ibi: Homo apoſtata. In tertia monet cavere injuriam proximi, maxime in uxorem, ibi: Conſerva, &c. Primo autem alloquens eum, qui pro amico ſpopondit, docet eum, ut illum ſollicite admoneat, ut reddendo debitum ſe, & ipſum liberet. Allegorice loquitur ad Prælatos, & Patronos Eccleſiarum, qui pro tot ſpoponderunt, quot in cura ſua receperunt. Dicit ergo. *Inf.* 7. *de renunc. c. niſi cum, §. verum.*

l Fili mi, &c.] fide jubendo. *n* Defixiſti apud extraneum, &c. vel animam tuam, id eſt, obligaſti te ad reddendum, ſi ille deficeret. *q* Illaqueatus es verbis oris tui, &c.] Et quia ſic illaqueatus es. *ſ* Fac ergo quod dico, &c.] quod ſcilicet dico tibi, *inf.* ibi: Diſcurre, &c. *t* Et temetipſum libera] faciendo, quod dico: Et opus eſt, ut ſic faciendo te liberes. *u* Quia incidiſti in manum, &c.] cui te obligaſti pro amico tuo. Ergo ut te liberes. *x* Diſcurre, feſtina, ſuſcita, &c.] pro quo ſpopondiſti, ut reddat debitum creditori, & ſic te, & ipſum liberet, &c. Plana ſunt ad litteram.

Myſtice, ſic. *m* Si ſpoponderis] Deo pro amico tuo, id eſt, populo curam ejus tanquam medicus ſpiritualis ſuſcipiendo. Vel quaſi advocatus cauſam ejus apud Deum gerere te promittendo. Vel quaſi paſtor pabulum gregi te proviſurum pollicendo. Hæc enim pertinent habentibus curam animarum, ſcilicet, curationi animarum intendere, cauſam earum apud Deum precibus, & meritis defendere, triplex pabulum, verbi, exempli, temporalis ſubſidii providere. De his deberet eſſe ſollicitudo eorum, ſed ipſi e contrario, de hujuſmodi ſibi invicem applaudunt, non reputantes hoc eſſe onus, ſed honorem. Unde dicunt: Multum gaudeo de veſtra exaltatione, *inf.* 17. Homo ſtultus cum ſpoponderit pro amico ſuo plaudet manibus. Sed certe in fine, quando exigetur ab eo ratio, quando veniet grex ad manum numerantis, ut dicit *Jer.* 33. non plaudet. Unde *inf.* 20. Tolle veſtimentum ejus, qui fidejuſſor extitit alieni, & pro extraneis aufer pignus ab eo. *n* Defixiſti,] id eſt, obligaſti. *p* Manum tuam,] id eſt, opus, non os tantum quia tenetur eis, ut diximus, triplex dare pabulum, verbi, exempli, temporalis ſubſidii, cum opus eſt. Unde Petro ter dictum eſt: Paſce oves meas. *Jo.* 21. *o* Apud extraneum,] id eſt, Chriſtum, qui ut dicit *B. Bern.* amicus eſt in ſponſione, ſed poſtea erit extraneus in exigenda ratione. Unde *inf. eod.* Zelus & furor viri non parcet in die vindictæ, nec acquieſcet cujuſquam precibus, nec ſuſcipiet pro redemptione dona plurima. Et nota, quod dicit manum ſingulariter, quia Prælatus unam manum liberam ſibi debet reſervare, alteram ſubditis dare, 1. *Tim.* 4. Attende tibi, & doctrinæ. *Act.* 20. Attendite vobis, & univerſo gregi. De hac obligatione legitur 3. *Reg.* 20. Cuſtodi virum iſtum, qui ſi lapſus fuerit, erit anima tua pro anima ejus. *q* Illaqueatus es verbis oris tui,] quaſi dicat, non ſolum obligatus es ad dandum exemplum operis, ſed etiam ad dandum verbum prædicationis. *r* Et captus propriis ſermonibus] tuis, quaſi dicat, ſicut habes vicarium ad ſpondendum, ita non habeas ad ſolvendum, *Pſal.* 76. Voce mea ad Dominum clamavi, non aliena. *ſ* Fac ergo quod dico,] non tantum audi, *Matth.* 23. Quæ dicunt, facito. *t* Et temetipſum libera] a debito, quo teneris in vinculis cum Symeone, donec adducas ad Joſeph Benjamin fratrem tuum minimum, *Gen.* 42. *u* Quia incidiſti in manum, &c.] id eſt, Chriſti, qui te puniet, niſi feceris quod promiſiſti, ut ſcilicet ſobrie, & juſte, & pie vivas in hoc ſæculo *Tit.* 2. Sobrie tibi, juſte proximo, pie Deo. *x* Diſcurre,] per domos ſubditorum, & de perſona in perſonam, ſingulis neceſſaria providendo, 1. *Theſſ.* 2. Facti ſumus parvuli in medio veſtri, tanquam ſi nutrix foveat filios ſuos. Vel diſcurre diſcutiendo conſcientias ſingulorum. *Zach.* 4 Septem ſunt iſti oculi Domini, qui diſcurrunt in univerſalem terram, *inf.* 27. Diligenter agnoſce vultus pecoris tui, tuoſque greges conſidera. Vel diſcurre inter Deum, & populum, illi ſupplicans, iſtis prædicans, Deo offerens ſubditorum pœnitentiam, ſubditis annuncians Dei gloriam. Ita faciebat Moyſes *Exod.* 32. Et *Num.* 11. *c.* 14. *c.* 16. Feſtina docere populum, parare Domino convivium in populo. Feſtinandum eſt, quia incertum eſt quando Dominus veniet ad convivium *Mat.* 24. Ideo & vos eſtote parati, quia neſcitis, &c. *Gen.* 18. Feſtinavit Abraham in tabernaculũ ad Saram: dixitq; ei: Accelera tria ſata farinæ *Myſtice.*

commi-

commiſce, & fac ſubcinericios panes, ipſa vero ad armentum cucurrit, tulitque inde vitulum tenerrimum optimum, deditque puero, qui feſtinavit, &c. *Gl.Orig.* Ecce nihil torporis in domo juſti, currit ſenex, accelerat Sara, feſtinat puer. *a* Suſcita amicum tuum,] ideſt, Chriſtum precibus ſcilicet, ut ſubveniat, ſicut diſcipuli, *Marc.*4. Facta eſt procella magna, venti, & fluctus mittebant in navim, ita ut impleretur navis, & excitant illum, & dicunt ei: Magiſter, non ad te pertinet, quia perimus? Exemplum legitur, quod quodam Epiſcopo celebrante obiit quidam parochianus ejus ſine confeſſione, & ideo intravit eremum, & noluit redire, donec reſuſcitaretur mortuus, quod & factum eſt. Vel, ſuſcita proximum vel ſubditum a ſomno peccati, & torporis crebris exhortationibus, & duris increpationibus: Ad hoc enim conſtitutus es Prælatus. *Iſa.*49. Dedi te in fœdus populi, ut ſuſcitares terram, ideſt, terrenos, & poſſideres hæreditates diſſipatas. Sed mirum eſt de quibuſdam, qui tribus dietis, vel amplius remoti, volunt mortuos ſuſcitare, cum etiam Dominus neminem ſuſcitaſſe legatur, niſi præſens. Unde non ſuffecit Eliſæo miſiſſe Giezi ad puerum ſuſcitandum, imo & ipſe ſtatim ſubſecutus eſt, & præſens puerum ſuſcitavit. 4. *Reg.*4.

De Prælat.

re, feſtina, *a* ſuſcita amicum tuum. *b* Ne dederis ſomnum oculis tuis, *c* nec dormitent palpebræ tuæ. *d* Eruere quaſi damula de manu, & quaſi *e* avis de inſidiis aucupis. *f* Vada ad formicam, o piger, & *h* conſidera vias ejus, *i* & diſce ſapientiam. *k* Quæ cum non habeat ducem, *l* nec præceptorem, *m* nec principem, *n* parat æſtate cibum ſibi, & congregat in meſſe, quod comedat.

b Ne dederis ſomnum oculis tuis] negligendo curam ſubditorum. *c* Neque dormitent palpebræ tuæ] non corrigendo præ tædio. *Rab.* Somnum dat oculis, qui ſubditorum omnino curam negligit; dormitat autem, qui reprehenſibilia eorum geſta cognoſcit, & propter mentis tædium digna invectione non corrigit. Ecce officium Prælatorum, non dormire per negligentiam, neque dormitare per tædium. *Pſal* 120. Ecce non dormitabit, neque dormiet, qui cuſtodit Iſrael. *Gen.* 31. Viginti annis fui tecum, oves & capræ tuæ ſteriles non fuerunt, arietes gregis tui non comedi, nec captum a beſtia oſtendi tibi, ego omne damnum reddebam, quicquid furto perierat, a me exigebas; die noctuque æſtu urebar, fugiebatque ſomnus ab oculis meis. *d* Eruere,] quaſi dicat, non dormitent palpebræ tuæ, ſed eruere quaſi damula de manu illius, ſcilicet, cui te obligaſti. *e* Et quaſi avis de inſidiis aucupis,] ideſt, Diaboli, quaſi dicat, ſicut damula de manu captivantis eam quærit evadere, & avis a laqueo aucupis, ita tu ſollicite labora, ut te ſolvas a ſponſione, qua te obligaſti pro aliis, nihil omittendo de contingentibus. Comparat autem Salomon Prælatum damulæ, propter munditiam corporis, propter agilitatem operis, propter perſpicationem contemplationis, quam debet habere Prælatus. Damula enim eſt mundum animal, agile, & perſpicax. Avi vero Prælatus comparatur, quia pennis virtutum debet ſe ſuſpendere a terrenis. Sicut *Job* 7. Suſpendium elegit anima mea; & ſic non timui inſidias aucupis, ideſt, Diaboli, vel cujuſlibet iniqui, vel doloſi. *Jer.*5. Inventi ſunt in populo meo impii inſidiantes quaſi aucupes laqueos ponentes. *f* Vade ad formicam, o piger,] *Sup.* docuit Prælatum quomodo debeat præeſſe, hic docet quomodo debet docere. Ad hoc enim præeſt, ut doceat: Et primo hortatur vacantem Prælatum, ut ſi ad alios erudiendos non ſufficit, ſaltem ſui curam non negligat. Et ſi ſapientiam docendi, vel operandi nequit diſcere ab homine, diſcat a formica, quæ non habens ducem, aut principem, tamen præparat ſibi in æſtate, quod comedat in hyeme. Si enim tantillum animal duce carens, ratione expers, tantum natura duce ſibi prævidet in futurum; multo fortius homo ad imaginem Dei factus, ipſum habens ducem, debet in præſenti fructus bonorum operum congregare, quibus vivat in futura vita, quæ nunquam deficiet. Comparatur autem vita præſens æſtati, quia nunc inter ardores tentationum tempus eſt colligendi merita futurorum præmiorum. Dies vero judicii hyemi comparatur, quia tunc nulla relinquetur facultas laborandi pro vita habenda, imo quilibet cogetur comedere de hoc quod recondidit in horreo ſuo. Et ſicut dicit quidam expoſitor ſuper hierarchia Dionyſii: Duplici de cauſa Philoſophi ſermones ſuos incorporant. Prima eſt, ut facilius a ſenſibilibus intelligantur. Secunda, ut una re multa comprehendant. Eiſdem rationibus ſacra Scriptura parabolis utitur, ut ſcilicet facilius capiatur, & ut ſub una re multa comprehendat, quod non poſſet facere uno ſermone. Unde Prælatum ad multa breviter invitans dicit. *f* Vade] per conſiderationem. *g* Ad formicam, o piger,] propter excitandam pigritiam tuam, conſiderans & attendens, ſi tam vile animal tantum facit pro vita ſua conſervanda, & ſuſtentanda, quid tibi faciendum ſit pro vita gratiæ in præſenti, & vita gloriæ in futuro acquirenda, & conſervanda. Item ideo vade, ut erubeſcas pigritiam tuam, conſiderans ejus ſollicitudinem, & vigilantiam. Vel ideo vade, ut exemplo ipſius congreges tibi in hac vita præſenti, unde vivas in futura. Vel ideo, vade, ut addiſcas ab ea ſapientiam, quæ grana detruncat, ne germinent, vel putreſcant. Sic debet quilibet Prælatus ſuperflua reſecare, & dare pauperibus, ne ſimul omnia reſervata putreſcant. Similiter poteſt dici cuilibet Prælato: Vade, o piger, non ſolum ad formicam, ſed etiam ad caput cujuſlibet animalis, & videbis illud ceteris membris propinquius cœlo, ſic Prælatus inſtruitur, qui præeſt Eccleſiæ, ut ſit cœlo propinquior vitæ, & ſcientiæ eminentia. Item non invenitur aliquod animal ſine ore, & naſo, ſic Prælatus non debet eſſe ſine ore, ideſt, mutus, ad prædicandum, nec ſine naſo, ut ſentiat fœtorem luxuriæ, vel cujuſlibet voluptatis malæ. Vade etiam ad caudam, quæ muſcas abigit, & pudenda operit. Ideo dicit *Job* 12. Nimirum interroga jumenta, & docebunt te. Et ita patet, quod nullus excuſatur per ignorantiam, quia tot Doctores habet, quot creaturas videt. In quibus dupliciter inſtruitur conſiderans qualitates, & actus, ſive officia earum quæ ſine errore, & intermiſſione faciunt. Primo autem mittit Salomon ad formicam, quia in ejus natura fere contra omnia vitia cautela reperitur: Quia parvum animal eſt, ſic docet humilitatem, *infr.* 30. Formicæ populus infirmus. Item ſollicitum, ſic docet vitare otium, 2.*Theſſ.*3. Qui non laborat, non manducet. Item providum, ſic docet providentiam de futuro, *Gal.*6. Ergo dum tempus habemus, operemur bonum ad omnes. Item ſocias ſuas juvat. *Gal.* 6. Alter alterius onera portate. Sic docet charitatem habere. Item granum detruncat, ne germinet, ſic docet vitare, & cavere elevationem de bono opere. *Jer.*4. Circumcidimini Domino, & auferte præputia cordium veſtrorum. Item arcto calle incedit, ſic docet pœnitentiam. *Luc.* 13. Contendit intrare per anguſtam portam. Item terram egerit de caveris, ſic docet contemptum terrenorum. *Job* 39. Terram ungula fodit. Item grano paſcitur, ſic docet honeſtatem vitæ. *Job* 39. Circumſpicit montes paſcuæ, & virentia quæque perquirit.

Prælatus comparatur damulæ.

Item comparatur avi.

Infr. 30.

Proprietates formicæ.

Has proprietates & etiam plures invenies in geſtis Malchi Monachi, cujus vitam ſcripſit Hieronymus: Quia Malchus, cum eſſet in captivitate, cum multis aliis recolens hanc parabolam: Vade ad formicam, &c. exhortatus eſt ſocios ſuos exemplo formicæ. *h* Et conſidera, &c.] ideſt, operationes ejus, ſive diſcurſus. *i* Et diſce, &c.] ab ea, ut ſias formicæ diſcipulus, cui hominis dedignaris eſſe diſcipulus.

k Quæ cum non, &c.] qui ei oſtendat exemplum.

l Nec præceptorem] qui doceat verbo.

m Nec principem] qui ei præcipiat, ſicut tu habes Deum, qui eſt hæc tria cuilibet Chriſtiano. *Joan.* 14. Ego ſum via, veritas, & vita. Dux, quia via; præceptor, quia veritas; princeps, quia vita. *n* Parat æſtate, &c.] In hyeme. Sic & tu modo debes parare & colligere, unde vivas in futuro. Modo enim eſt æſtas, modo eſt meſſis. *Job* 4. Nonne vos dicitis, quia adhuc quatuor menſes ſunt, & meſſis venit? Levate oculos veſtros, & videte regiones, &c. *Luc.* 10. Meſſis quidem multa, operarii vero pauci. Qui modo non congregat in æſtate, ideſt, in vita præſenti, fame morietur in hyeme, in die judicii. *Inf.* 20. Propter frigus piger arare noluit; mendicabit ergo æſtate, & non dabitur ei. Hic dicitur hyems, vita præſens, ſicut *Cant.*2. Jam enim hyems tranſiit. Æſtas vero dicitur vita æterna, ſive dies judicii. Et nota, quod dicit: Congregat in meſſe, quod vendat, contra cupidos, non quod muribus reponat, contra curioſe ſollicitos. Sic Clerici tempore ſtudii debent congregare, quod comedant, non tantum quod ſerant, ſicut multi faciunt, qui tota vita ſua congregant, ut alios paſcant prædicando, & docendo, & ipſi nunquam de verbo ſuo comedunt. Hoc eſt illud malum, de quo *Eccl.*6.

Eſt aliud malum, quod vidi ſub Sole, & quidem frequens apud homines, vir cui dedit Deus divitias, nec tribuit poteſtatẽ ei Deus, ut comedat ex eo. Sed homo extraneus vorabit

illud

illud *Job* 5. Vidi ſtultum firma radice, & maledixi pulchritudini ejus ſtatim, cujus meſſem famelicus comedet. *a* Uſquequo piger dormies] ſomno torporis, videns formicam ſollicite laborare? Vel ſomno peccati *Epheſ.* 5. Surge, qui dormis, & exurge a mortuis, & illuminabit te Chriſtus. *b* Quando conſurges, &c.] ideſt, de
B
al. † ſtormis. corpore peccati ad bene
Infr. 24. operandum.

a Uſquequo piger † dormies, *b* quando conſurges e ſomno tuo? *c* Paululum dormies, *d* paululum dormitabis, *e* paululum conſeres manus, ut *f* dormias, *g* & veniet *h* tibi *i* quaſi viator *k* egeſtas, *l* & pauperies *m* quaſi vir armatus. Si *n* vero impiger fueris, *o* veniet ut fons *p* meſſis tua, & egeſtas longe fugiet a te. *q* Homo apoſtata, vir *r* inutilis, *ſ* graditur ore perverſo, *t* annuit oculis, terit pede, digito loquitur, pravo corde machinatur malum, & omni tempore jurgia ſeminat. *u* Huic † *x* extemplo veniet perditio ſua, *y* & ſubito conteretur, *z* nec habebit ultra medicinam.

Conſurges, dicit, non ſurges, quia per ſe ſolum ſurgere non poteſt, niſi cum gratia. 1. *Cor.* 15. Non autem ego, ſed gratia Dei mecum. *c* Paululum dormies] In deliciis, licet etiam toto tempore vitæ tuæ, quia ut dicit Gregor. *ſuper Job*, breve eſt, quicquid termino clauditur. *d* Paululum dormitabis, ut dicis: Et illudit ei, quod ſolet reſpondere piger dormiens cum excitatur: Dimitte me dormire paululum, & poſtea ſurgam. Dormitat, qui quandoque peccat, quandoque pœnitet: dormit, qui continue ſine pœnitentia peccat, obdormit vero qui ſine pudore recta cervice peccat.

e Paululum conſeres manus, ideſt, vacabis a bono opere. Siniſtram dextra conſerit, qui bonum opus ſiniſtra intentione facit. Ideo dicit Dominus. *Matth.* 5. Neſciat ſiniſtra tua, quid faciat dextera tua, quaſi dicat non conſeras bonum opus ſiniſtræ intentioni, *infr.* 11. Manus in manu non erit innocens malus.

f Ut dormias] in deliciis, & delictis cum Jona in profundo navis, donec projiciaris in mare. *Jonæ* 2. Vel cum fatuis virginibus, donec veniente ſponſo claudatur janua. *Matth.* 25. Hæc ad Prælatos maxime dicuntur, qui conſtituti ſunt ſpeculatores Eccleſiæ. *Ezech.* 3. Fili hominis, ſpeculatorem dedi te domui Iſrael. *Iſa.* 62. Super muros tuos, Jeruſalem, conſtitui cuſtodes, tota die & tota nocte in perpetuum non tacebunt.

Unde *Cant.* 3. dicit ſponſa: Invenerunt me vigiles, qui cuſtodiunt civitatem. Horum ergo pigritiam reprehendit Salomon, dicens: Uſquequo piger dormies. Et nunquid non piger eſt, ſuper cujus pedem, ideſt, affectum cadit una ſcintilla de igne infernali, & præ pigritia non excutit eam ſed dimittit pedem comburi? Item nunquid non piger eſt, ſuper cujus oculum, ideſt, intellectum, guttatim cadit ſollicitudinum mundanarum ſtillicidium, & non ſe ſubtrahit? Item nunquid non piger, & ſomnolentus eſt quem nec fragor, nec tonitrua divinarum comminationum, neque tuba ſanctæ prædicationis a ſomno torporis, vel peccati excitat? Imo ſine dubio lethargum patitur. Unde de hujuſmodi dicitur *inf.* 23. Erit ſicut dormiens medio in mari, & quaſi ſopitus gubernator, amiſſo clavo. *g* Et veniet] interim. *h* Tibi,] ideſt, ad tuum incommodum. *i* Quaſi viator,] ideſt, improviſe, & ſubito. *k* Egeſtas] æterna quoad animam. *l* Et pauperies] quoad corpus
m Quaſi vir armatus, ideſt, invincibilis. Juxta litteram, patet quod pigritia ſit nutrix paupertatis, & penuriæ. Seneca: Quotidie aliquid prævide contra mortem, contra paupertatem. Mira vero dementia eſt, quod propter unius diei hoſpitium curſor præmittitur, & de æterna manſione, vel non, vel parum curamus, imo, quod miſerabilius eſt, domum lapideam contra hyemem omnibus victualibus abundanter munimus, & domum conſcientiæ omnino vacuam relinquimus, niſi forte plenam peccatis: Sed peccatum nihil, & ideo replere non poteſt, ſed potius vacuare. *n* Si vero, &c.] ad laborandum, & operandum cibum, qui non perit. *o* Veniet ut fons,] ideſt, indeficiens.

p Meſſis tua, &c.] Meſſis eſt bonorum ſpiritualium
Joan. 6. copia. Bona temporalia non fonti, ſed torrenti, vel ciſternæ comparantur, quia deficiunt in æſtate, quando eſt aquarum inopia major, ſed bona ſpiritualia fonti comparantur, quia indeficienter reficiunt. *Joan.* 4. Qui biberit ex aqua, quam ego dabo ei, non ſitiet in æternum. Ager hujus meſſis eſt Chriſtus *Gen* 27. Ecce odor filii mei, ſicut odor agri pleni, cui benedixit Dominus. Sed multi reputant hunc agrum ſterilem, & ideo nolunt in eo ſeminare. Unde & ipſe conqueritur *Jerem.* 2. Nunquid ſolitudo factus ſum Iſrael, aut terra ſerotina, quare ergo dixit populus meus: receſſimus, & non veniemus ultra ad te? *q* Homo apoſtata, &c.] Secunda pars capituli contra ſchiſmaticos. Et bene poſt pigritiam illos arguit, quia ex pigritia oritur ſchiſma in clauſtris maxime. Pigri enim quieſcere cupiunt, volunt breves eſſe matutinas, modicas vigilias, longam menſam, molles lectulos: Alii e contrario volunt: Et ecce ſchiſma. Si debeat eligi Prælatus, illi volunt manſuetum, mollem, & remiſſum; iſti vero rigidum, & ordinis zelatorem. Dicit ergo, talis eſt impiger, ut prædictum eſt, ſed homo apoſtata, ideſt, ſchiſmaticus, ideſt, ſeminator diſcordiæ. Apo- al. † extemplo.
ſtata dicitur ab apo, quod eſt retro, & theſis, quod poſitio, quaſi retro poſitus, ut patet in luciſero.

r Vir inutilis,] ideſt, qui non facit fructum. Vel ut hæc præpoſitio, in, non tantum privet, ſed ponat ſuum contrarium, quaſi dicat, homo apoſtata nulli proficit, & multis officit. Simile *Iſa.* 14. Tu autem projectus es de ſepulchro tuo, quaſi ſtirps inutilis. *ſ* Graditur ore perverſo,] ideſt, nititur promoveri adulando iſti, detrahendo illi, ſed ſic gradiendo ruit. Andreas dicit: Gradiendo perverſe collum torquet, os in utrumque latus convertit. Ad litteram; ore gradi ſerpentium eſt. Unde *Apoc.* 9. Poteſtas equorum in ore eorum eſt, & in caudis eorum. Caudæ namque eorum ſimiles ſunt ſerpentibus habentibus capita, & in his nocent.

t Annuit oculis, terit pede, &c.] Inter fratres. Ecce totus exterior homo annunciat, qualis ſit interior. *Eccli.* 19.

Amictus corporis, & riſus dentium, & ingreſſus hominis enunciant de ipſo. Sex ponit hic Salomon, quibus reſpondent alia ſex poſita, *infr.* eod. ibi: Sex ſunt, quæ odit Dominus.

In primo notatur mendacium, ibi: Graditur ore perverſo. Cui reſpondit *infr.* Lingua mendax. In ſecundo, luxuria, ibi: Annuit oculis. *Iſa.* 3. Elevatæ ſunt filiæ Sion, & ambulaverunt extento collo, & nutibus oculorum ibant. *Aug.* Non dicatis vos habere animos pudicos, ſi habeatis oculos impudicos, quia impudicus oculus impudici cordis eſt nuncius. In tertio inconſtantia: ibi: Terit pede *infra* 7. Vaga quietis impatiens, non valens in domo conſiſtere pedibus. *Matth.* 23. Væ qui circuitis mare, & aridam. In quarto, detractio, ibi: Digito loquitur, *Iſa.* cap. 58. Si deſieris digitum extendere, & loqui quod non prodeſt, orietur in tenebris lux tua. In quinto, doloſitas, ibi: Pravo corde machinatur malum. *Jer.* 17. Pravum eſt cor hominis, & inſcrutabile. Alia littera habet: Profundum eſt cor hominis. *Iſa.* 29. Væ qui profundi eſtis corde, ut abſcondatis conſilium a Domino. In ſexto notatur diſcordia, ibi: In omni tempore jurgia ſeminat, quod quaſi graviſſimum ultimo ponitur, ſicut *Matth.* 5. Inter beatitudines ultimo ponitur quaſi maxima: Beati, inquit, pacifici, quoniam filii Dei vocabuntur. Igitur per locum a contrariis iſtis maledicti ſchiſmatici, quandoque filii Diaboli vocabuntur. *Eccli.* cap. 28. Suſurro & bilinguis maledictus, multos enim commovit pacem habentes. *u* Huic,] ſcilicet, ſeminatori diſcordiæ. *x* Extemplo veniet perditio ſua] vel, extemplo, ideſt, ſubito, vel ex improviſo, ſicut fur, veniet perditio ſua. Et eſt ſumptum hoc vocabulum extemplo ab auguribus, qui quoddam ſpatium aeris templum appellabant, a quo dictum eſt contemplor, eo quod contemplari poteſt: & quando ab hoc, vel circa terminos vident aves volare, quaſi pronoſticum cognoſcentes, dicunt extemplo, ideſt, ſtatim fiet hoc, vel illud. Vel tractum eſt e vigilibus, qui de nocte aliquid timendum percipientes, populum excitando dicebant extemplo, extemplo. Eſt ergo ſenſus. Huic extemplo veniet perditio ſua, quaſi fur, Sua, dicit: quia ſuis operibus illam meruit *Iſa. c.* 30. Subito, cum non ſperatur, veniet contritio ejus. *y* Et ſubito conteretur] ſimul in corpore, & in anima, cadente ſuper ipſos lapide Chriſto. *Matt. cap.* 21. Qui ceciderit, conteret eum. *z* Nec habebit ultra medicinam] allevianrem, vel ſanantem. Argumentum quod ſuffragia non proſunt damnatis. Unde *Gl. Inter.* Erubeſcat Origenes: qui dicit, quod dæmones poſt mille annos conſequentur miſericordiam.

a Sex

a Sex ſunt, quæ odit Dominus, *b* & ſeptimum deteſtatur anima ejus. *c* Oculos ſublimes, *d* linguam mendacem, *e* manus effundentes innoxium ſanguinem, *f* cor machinans cogitationes peſſimas, *g* pedes veloces ad currendum in malum, *h* proferentem mendacia, teſtem fallacem, *i* & eum, qui ſeminat inter fratres diſcordias. *k* Conſerva, *l* fili mi *m* præcepta patris tui, *n* & ne dimittas legem *o* matris tuæ. *p* Liga ea *q* in corde tuo *r* jugiter:

a Sex ſunt, quæ odit Dominus] prædicta ſcilicet *b* Et ſeptimum deteſtatur anima ejus] ſcilicet ſeminatorem jurgiorum, ſeu diſcordiæ, quod peſſimum eſt. Et loquitur hic Salomon ſecundum conſuetudinem hominum per Anthropopathos, ut ſeminatorem diſcordiæ ſignificet Dominum valde odiſſe: Sicut dicitur

C *Iſa.* 1. Solemnitates veſtras odivit anima mea. Plus enim eſt deteſtari, quam odire. *c* Oculos ſublimes,] idest, ſuperbiam, quæ primo ponitur, quia eſt initium omnis peccati. *Eccleſ.* 10. Et quia omnibus odioſa eſt, *Eccli.* 10. Odibilis Deo, & hominibus ſuperbia. In hac enim aſſimilatur homo diabolo. *Job* 41. Omne ſublime videt, & ipſe eſt Rex ſuper omnes filios ſuperbiæ. Ibi dicit *Gregor.* quod cordi ſuperbia uſque ad membra extenditur, & per oculos primum indicatur. Et dicuntur oculi ſublimes ſuperbi, quia in alto poſiti de longe alios quaſi inferiores deſpiciunt, vel quia præeſſe volunt, ſuperius aſpiciunt, vel quia Deo parificari, imo tranſcendere contendunt, ſicut dicit B. Bernard. dum ſuam voluntatem, & per fas, & per nefas implere volunt. Unde de Antichriſto dicitur 2. *Theſſ.* 2. Quod extolletur ſuper omne, quod colitur, aut dicitur Deus. Ideo orat *Eccli.* 23. Extollentiam oculorum meorum ne dederis mihi. Sunt autem quidam, qui habent oculos exteriores ſatis humiles, ſed interiores nimis ſublimes per nimiam ſubtilitatem, plana faſtidientes, & ſecreta Dei nimis curioſe perſcrutantes. Quibus dicitur *infr.* 23. Ne erigas oculos tuos ad opes, quas non potes habere, quia faciunt ſibi pennas, & volabunt in cœlum, idest, celabunt ſe tibi. Item *eod.* 25. Sicut qui mel comedit multum, non eſt ei bonum, ſic qui ſcrutator eſt majeſtatis, opprimetur a gloria. *Eccli.* 3. Altiora te ne quæſieris, & fortiora te ne ſcrutatus fueris, ſed quæ Deus præcepit tibi, cogita illa ſemper, & in pluribus operibus ejus ne fueris curioſus. Multorum enim ſcientia inutilis eſt: Et ſunt etiam multa, quæ quanto plus perſcrutantur, tanto minus ſciuntur. Unde *Cantic.* 6. Averte oculos tuos a me, quia ipſi me avolare fecerunt. Et multi ſunt, qui quanto plus addiſcunt, tanto minus ſciunt: De quibus 2 *Timoth.* 3. Semper diſcentes, & nunquam ad ſcientiam veritatis pervenientes. Unde ad hoc *Seneca*. Ideo non diſcunt neceſſaria, quia ſuperflua didicerunt.

Supr. 4.

De his qui nimis quærunt ſcire.

d Linguam mendacem,] idest, aſſuetam mendaciis, vel libenter, & libidinoſe mentientem. *Sap.* 1. Os, quod mentitur, occidit animam. Vel lingua mendax eſt lingua hæreticorum, quæ mendax eſt fallaci doctrina, quæ ideo odioſa eſt Deo, quia ejicit eum de habitaculis ſuis, ubi prius erat per gratiam. Vel lingua mendax, eſt lingua adulatoris, quæ merito odioſa eſt Deo, quia laudes Deo debitas attribuit hominibus quaſi idololatra. Eſt etiam adulator quaſi ſirena Diaboli, trahens in exitium audientes. Eſt etiam quaſi nutrix Diabolica lactans parvulos Babylonis. Eſt etiam incantatrix Diaboli, quia de bono facit hominem ſuperbire, quaſi ab eo fuerit illud bonum. Item lingua mendax eſt lingua detractoris, quæ ideo eſt Deo odibilis, ſicut dicitur *Rom.* 1. Detractores Deo odibiles, quia quod Dei eſt, dicunt eſſe Diaboli: Bonum enim, cui invident, dicunt mala intentione factum, aut diminuunt, aut malum ubi non eſt, mendaciter ponunt. De hac dicitur *Jac.* 3. propriæ, quod eſt inquietum malum, plena veneno mortifero. Item detractor eſt coquus Diaboli, qui facit ſucuſum, idest, menam dicitur, quod vulgariter dicitur ſulce, in quo unus ponit linguam maledicendo, alius cor conſentiendo, alius aures audiendo. Ideo dicitur *inf.* 23. Noli eſſe in conviviis potatorum, nec in commeſſationibus, qui carnes conferunt ad veſcendum, Diabolo ſcilicet. Item *eod.* 23. Ne commiſcearis cum detractoribus. Item detractor etiam eſt velut orificium cloacæ, per quod omnis fœtor egreditur, totam domum inficiens, & conturbans. Eſt etiam quaſi ericius ſpinoſus undique, qui dicitur habere duos anos, ſic & detractor, per quos fœtores, imo & fæces inceſſanter emittit. Et ſuperior non minus fœtidus eſt, quam inferior. Unde Seneca: Non refert utrum ſuperius, an inferius intonet detractor. Detractor etiam eſt velut porcus, qui ſemper adeſt ſtercorizantibus, idest, peccantibus inſidiatur, unde referendo aliis ſatietur. Eſt etiam ciconia, quæ ſolis ſerpentibus, & bufonibus ſatiatur. *e* Manus effundentes, &c.] Per hoc, quod dicit innoxium, oſtendit quomodo intelligitur illud præceptum. *Exod.* 20. Non occides. Malos enim occidit lex. Unde *Exod.* 22. Maleficos non patiaris vivere. Innocentes occidi prohibet, & occiſores punit. *Gen.* 9. Quicunque fuderit ſanguinem humanum, fundetur ſanguis illius. *f* Cor machinans cogitationes peſſimas in proximum. Tales ſunt pugnatores in exercitu Diaboli, qui faciunt machinas ad expugnandum, & ſubvertendum munitiones Domini, idest, viros ſanctos. *Eccli.* 36. Qui peſſimant plebem tuam, inveniant perditionem. *g* Pedes veloces ad currendum in malum] quodlibet. Hi ſunt curſores Diaboli, quia in his, quæ ſunt Diaboli, velociſſimi, & paratiſſimi ſunt; in his autem, quæ Dei ſunt, tot conſilia, tot deliberationes quærunt, ut Deo volenti ingredi in domum eorum, & pulſanti ad oſtium, vix clavis inveniatur: Si vero Diabolus vult intrare, ſtatim claviger paratus aperit. *Cant.* 5. Vox dilecti pulſantis, aperi mihi, ſoror mea, quia caput meum plenum eſt rore, & cincinni mei guttis noctium. Hi ſunt ſimiles urſo, & aſino, qui ſunt debiles in anterioribus, idest, ſpiritualibus, ſed fortes in poſterioribus, idest in temporalibus. *Iſ.* 5. Væ qui potentes eſtis ad bibendum vinum, & viri fortes ad miſcendam ebrietatem. *h* Proferentem mendacia.] ſcilicet teſtem fallacem. Hoc totum ſumendum eſt pro uno de illis ſex. Nec eſt idem cum eo, quod ſupra dictum eſt, ſcilicet; Linguam mendacem.

De lingua hæreticorum.

De lingua adulatoris.

De lingua detractoris.

Poteſt enim mendacium dici, & non contra proximum. Ibi ergo libido mentiendi odiri oſtenditur, hic vero falſum teſtimonium, *inf.* 14. Fidelis teſtis non mentietur, profert mendacium doloſus teſtis: Sed non impune. Unde *inf.* 19. Falſus teſtis non erit impunitus. *i* Et eum, qui ſeminat, &c.] ad rumpendam veritatem fidei, ut hæretici; vel unitatem charitatis, ut ſchiſmatici. Hoc eſt ſeptimum, quod Dominus tanquam graviſſimum deteſtatur. Adverſantur ſchiſmatici Spiritui ſancto, qui ob hoc miſſus eſt, ut charitatis & pacis unitatem reformaret in nobis. Hoc eſt enim illud ſolum, quod Diabolus magis timet, ſcilicet concordiæ unitatem. Unde *Cant.* 6. dicitur de Eccleſia: Quæ eſt iſta, quæ progreditur quaſi aurora conſurgens, pulchra ut Luna, electa ut Sol, terribilis ut caſtrorum acies ordinata? Breviter ergo ſex, quæ odit Dominus, ſunt hæc. Primum, ſuperbia: ſecundum, libido mendacii: tertium, homicidium, ſive crudelitas, quæ perſequitur innocentes: quartum doloſitas invidiæ: quintum, malignitas, idest, præceps voluntas malefaciendi: ſextum, falſum teſtimonium. Hæc ſex odit Deus. Primum, quia humilis: ſecundum, quia verus: tertium, quia pius: quartum, quia bonus: quintum, quia juſtus: ſextum, quia Judex. Unde *inf.* 19. Teſtis iniquus odit Judicium. Septimum vero, ſcilicet diſcordias deteſtatur, quia pax eſt, ſive pacificus, unde & Salomon appellatur.

k Conſerva,] Tertia pars, in qua dehortatur ab injuria proximi, ad quod maxime neceſſaria eſt doctrina, & cuſtodia mandatorum: Unde dicit: Conſerva, idest, ſimul corde & opere ſerva. *l* Fili mi] cui ſervatur patrimonium. *m* Præcepta patris tui] carnalis, & ſpiritualis, ſcil. Dei, Prælati, & magiſtri, & cujuslibet ſapientis, Conſerva, inquam, non ſolum in te per ſcientiam: ſed etiam in aliis per doctrinam. Quædam enim ſervando ſervari non poſſunt, ut ſons ſi affluere ceſſaverit, eo ipſo areſcit, ſic ſcientia. Item gladius, ſi diu moretur in vagina, rubigine excreſcente vix extrahi poteſt, ſic ſcientia.

Quod patet in Prædicatoribus, qui per magnum tempus ceſſant à prædicatione, cum poſtea volunt, non poſſunt: Ideo dicitur *Hier.* 48. Maledictus vir, qui prohibet gladium ſuum a ſanguine, quod eſt veteri homini parcere a gladio verbi Dei. Breviter omnes divitiæ ſpirituales melius communicando ſervantur, & cum diſtribuuntur, augmentantur. Unde *Luc.* 19. de illo, qui mnam ſuam repoſuit in ſudario, dicit Dominus: Auferte ab illo mnam, & date illi, qui habet decem mnas.

n Et ne dimittas legem,] idest, inſtituta. *o* Matris tuæ] ad litteram, vel Eccleſiæ, vel gratiæ, vel ſapientiæ, vel regularis diſciplinæ. *p* Liga ea,] idest, præcepta quaſi faſciculum.

q In corde tuo] exercitio boni operis, vel tenacitate memoriæ, & amoris.

r Jugiter,] idest, ſemper, & ubique *Deut* 6. Erunt verba hæc, quæ ego præcipio tibi, in corde tuo, & narrabis ea filiis tuis, & meditaberis ſedens in domo tua, & ambulans

Digitized by Google

bulans in itinere, dormiens atque conſurgens, & ligabis ea quaſi ſignum in manu tua. *Iſa.* 8. Liga teſtimonium, ſigna legem in diſcipulis meis.

a Et circumda gutturi tuo] ad loquendum, ut quod corde credis, ore confitearis. Unde *Rom.* 10. Corde creditur ad juſtitiam, ore autem confeſſio fit ad ſalutem.

a & circumda gutturi tuo. *b* Cum ambulaveris, gradiantur tecum: *c* cum dormieris, *d* cuſtodiant te, *e* & evigilans *f* loquere cum eis. *g* Quia mandatum lucerna eſt: & *h* lex lux, & *i* via vitæ increpatio diſciplinæ, ut *k* cuſtodiant te a muliere mala, & *l* a blanda lingua extraneæ. *m* Non concupiſcat pulchritudinem ejus *n* cor tuum, *o* ne capiaris nutibus illius. *p* Pretium enim ſcorti vix *q* eſt unius Panis, *r* mulier autem viri pretioſam animam capit. *ſ* Nunquid poteſt homo abſcondere ignem in *t* ſinu ſuo *u* ut veſtimenta illius non ardeant; *x* ambulare ſuper prunas, & non comburantur plantæ ejus? Sic *y* qui ingreditur *z* ad mulierem proximi ſui, non erit mundus, *a* cum tetigerit eam. *b* Non grandis eſt culpa, cum quis furatus fuerit. *c* Furatur enim ut eſurientem impleat animam. *d* Deprehenſus quoque reddet ſeptuplum;

D

b Cum ambulaveris gradiantur tecum,] q. d. ſine illis non gradiaris, ſicut nec miles ad bellum ſine armis, vel peregrinus ſine expenſis. *Matth.* 4. Non in ſolo pane vivit homo, ſed in omni verbo, quod, &c. Hoc eſt, quod dicitur *Ezech* 1. Cum ambularent animalia, ambulabant pariter & rotæ juxta ea. Item non eſt ambulandum in hoc mundo ſine præceptis, ſicut nec ſine lucerna in nocte. *Baruch.* 4. Hic eſt liber mandatorum Dei, & lex, quæ eſt in æternum, omnes qui tenent eam, pervenient ad vitam. Et *infr. ibid.* Ambula per viam ad ſplendorem ejus. *Pſal.* 118. Lucerna pedibus meis verbum tuum. Item 2. *Pet.* 1. Habemus firmiorem propheticum ſermonem, cui benefacitis attendentes, quaſi lucernæ lucenti in caliginoſo loco, donec dies illuceſcat, & lucifer oriatur in cordibus veſtris. *c* Cum dormieris] in morte. *d* Cuſtodiant te] ne rapiat hoſtis. *e* Et evigilans] in reſurrectione.

f Loquere] cum eis, ut ferant tibi teſtimonium de bona vita, vel ut ſolvant, quod promiſerunt, interim expectando. *Job* 31. Quis mihi tribuat adjutorem, ut deſiderium meum audiat omnipotens, & librum ſcribat ipſe, qui judicat. ut in humero meo portem illum, & quaſi Principi offeram eum? Vel poteſt intelligi de ſomno contemplationis, & vigilia actionis. De quibus *Cant.* 5. Ego dormio, & cor meum vigilat. In hoc ſomno cuſtodiunt nos præcepta, ne evaneſcat mens in phantaſmata, & ab eis regimur, ne erremus. Et tangit hic triplex ſtatus, ſcilicet laborantium, quieſcentium, reſurgentium. Primus, ibi: Cum ambulaveris. Secundum, ibi: Cum dormieris. Tertius, ibi: Et evigilans. Idem habes *Cant.* 5. Comedite amici in præſenti panem veſtrum in ſudore, bibite in glorificatione animæ. Inebriamini in corporis clarificatione. Item nota quinque cauſas in littera, quare ſervanda eſt lex, ſive præcepta. Prima eſt, quia eſt cibus animæ. Unde dicitur: Liga ea in corde tuo. Secunda, quia eſt ornamentum, vel cuſtodia linguæ. Unde & dicitur: Et circumda eam gutturi tuo. Tertia, quia eſt dux viæ, ſive lux. Unde dicitur: Cum ambulaveris gradiatur tecum. Quarta, quia eſt comes, & cuſtos in morte. Unde dicitur: Cum dormieris, cuſtodiant te. Quinta, quia ferunt teſtimonium in reſurrectione. Unde dicitur: Evigilans loquere cum eis. *g* Quia mandatum lucerna eſt] minoribus. *h* Et lux] majoribus.

Triplex ſtatus.

Servanda eſt lex ſive præcepta propter quinque.

Et via vitæ increpatio diſciplinæ] incipientibus. Vel ſic:

g Mandatum lucerna eſt,] quaſi lumen in teſta, quoad vetus teſtamentum, ubi erat ſpiritus in littera, veritas in figura.

h Et lex lux] quoad novum teſtamentum, ubi nuda, & aperta eſt veritas.

i Et via vitæ increpatio diſciplinæ,] quoad dicta ſanctorum, quæ nos dirigunt, in hac vita, ut ad vitam veniamus æternam.

k Ut cuſtodiant te, &c] Repete: Conſerva præcepta patris tui, &c. ut cuſtodiant te a muliere mala, ad litteram, quaſi lux ab offendiculo. *Eccli.* 15. Si volueris mandata conſervare conſervabunt te.

l Et a blanda lingua extraneæ,] idest, adulteræ, quæ blanditur, ut decipiat, ſicut Dalila Samſonem. *Jud.* 16. Vel mala mulier, eſt caro, ſive carnalis voluptas, ſive ſæcularis ſcientia, vel hæretica doctrina. Blanda lingua extraneæ, eſt lingua adulatoris.

m Non concupiſcat pulchritudinem ejus,] ſcilicet mulieris, vel carnalis voluptatis, vel ſcientiæ ſæcularis, vel hæreticæ doctrinæ, quæ omnia habent exterius pulchritudinem, ſed interius turpitudinem.

n Cor tuum,] quaſi dicat: ſi vis cuſtodiri a muliere mala, noli reſpicere ſpeciem ejus, nec concupiſcas eam, ſicut David Berſabee. 2. *Reg.* 11.

o Ne capiaris nutibus illius,] ad litteram. De quibus *Iſa.* 3. Nutibus oculorum ibant. Vel. Nutibus illius, id eſt, deſideriis carnis. Cauſam vero, quare mulier non eſt concupiſcenda, ſubjungit, quia vilis. *p* Pretium enim ſcorti vix eſt unius panis,] ad litteram. Vel pretium ſcorti, id eſt, delectatio, propter quam appetitur.

q Vix eſt unius panis,] ideſt, brevis eſt, quia nec per momentum ſatiat. *Oſee* 4. Comedent, & non ſaturabuntur, fornicati ſunt, & non ceſſaverunt. *Hieronymus*: Voluptas carnis præſens non ſatiat, futura cruciat, præterita non delectat. Vile quid ergo eſt, & tamen pro ea datur anima ſanguine Chriſti comparata. Unde ſequitur. *r* Mulier autem viri pretioſam animam capit,] ad imaginem Dei factam, pretio magno emptam, 1. *Corinth.* 6. Empti enim eſtis pretio magno. Sed quo pretio? Non auro quidem corruptibili, vel argento, ſed pretioſo ſanguine, quaſi agni immaculati Jeſu Chriſti. 1. *Petr.* 1. Falſa eſt ergo procul dubio bilanx, & doloſa, in qua plus ponderat amor meretricis, quam ſanguis Chriſti. Fugienda eſt igitur mulier. Quia

Periculoſum eſt converſari cum mulieribus.

ſ Nunquid poteſt homo abſcondere ignem,] ideſt, meretricis, vel hæretici confabulationem.

t In ſinu ſuo, ideſt, in corde ſuo.

u Ut veſtimenta illius non ardeant,] ideſt, corpus, quod eſt veſtis animæ, vel virtutes, quæ veſtiunt animam. *Eccli.* 9. Omni tempore ſunt veſtimenta tua candida. *Apocal.* 16. Beatus qui cuſtodit veſtimenta ſua, ne nudus ambulet. quaſi dicat, Salomon: Non. *Eccli.* 9. Colloquium multum quaſi ignis exardeſcet.

x Aut nunquid poteſt homo] ambulare ſuper prunas, & non comburantur plantæ ejus? quaſi dicat: non.

y Sic qui ingreditur] opere, vel conſenſu.

z Ad mulierem proximi ſui, non erit mundus a peccato.

a Cum,] ideſt, quia tetigerit eam, conſenſu, vel tactu impudico. *Eccleſiaſt.* 13. Qui tetigerit picem, inquinabitur ab ea.

Ignem in ſinu abſcondit, qui mulieri libenter loquitur. Super prunas ambulat, qui affectus ſuos in ſpeciem mulieris figit. Ad has prunas multi ſe calefaciunt, cum Petro Chriſtum negantes. *Matth.* 26. Has prunas accendit Diabolus ſuggeſtionibus pravis. *Job* 41. Halitus ejus prunas ardere facit.

b Non grandis eſt culpa, cum quis furatus fuerit] comparatione adulterii, quia per adulterium violatur thorus cœleſtis ſponſi. Inde etiam provenit ſæpe exhæredatio legitimorum filiorum, quia adulterinis filiis æque partitur hæreditas.

Unde *Eccleſiaſt.* 23. Mulier omnis relinquens virum ſuum peccabit, & ſtatuens hæreditatem ex alieno matrimonio.

Item in adulterio magis offenditur proximus.

Item furtum poteſt reſtitui, adulterium vero non.

Item adulterium fit ex ſola libidine, ſed furtum ſæpius ex neceſſitate. Unde ſequitur.

c Furatur enim, ut eſurientem impleat animam ſuam,] vel ſuorum.

d Deprehenſus quoque reddet ſeptuplum. Contra. *Luc.* 19. Si quem defraudavi, reddo quadruplum. *Exod. vigeſimo ſecundo* Si quis furatus fuerit bovem, vel ovem, & occiderit, vel vendiderit, quinque boves pro uno bove reſtituet, & quatuor oves pro una ove ſolvet. Forte a pluribus fuit ſtatutum ſic, ut in furto ſeptuplum reddatur, ut magis timeretur vel a Spiritu ſancto.

Vel melius: Reddet ſeptuplum, ideſt, perfecte. Sicut illud *Pſal.* 11. Argentum terræ purgatum ſeptuplum, id eſt, perfecte.

o Et]

a Et] inſuper, omnem ſubſtantiam domus ſuæ tradet ipſe fur judici, ſcilicet, vel illi, cui furatus fuerat.
b Et liberabit ſe,] & ita fur perdit ſua.
c Qui autem adulter eſt, propter cordis inopiam,] id eſt, inſipientiam.

& *a* omnem ſubſtantiam domus ſuæ tradet, & *b* liberabit ſe. *c* Qui autem adulter eſt, propter cordis inopiam, *d* perdet animam ſuam. *e* Turpitudinem, & ignominiam congregat ſibi, & *f* opprobrium illius non delebitur. *g* Quia zelus, & furor viri non *h* parcet in die vindictæ, *i* nec acquieſcet cujuſquam precibus, *k* nec ſuſcipiet pro redemptione dona plurima.

CAPUT VII.

l Filii mi, *m* cuſtodi ſermones meos, & *n*

d Perdet animam ſuam,] non tantum ſua. Adulteri, & fornicatores dicuntur non habere cor, quia toti carnei, ſeu carnales ſunt, ſicut dicit *Auguſtin.* Unde *Jerem.* 5. Audi, popule ſtulte, qui non habes cor. *Oſee* 4. Fornicatio, & vinum, & ebrietas auferunt cor.
e Turpitudinem, & ignominiam congregat ſibi] turpitudinem quoad ſe. Quia qui fornicatur, in corpus ſuum peccat, 1. *Cor.* 6. Infamiam quoad proximum, *Eccli.* 9. Ne des mulieri poteſtatem animæ tuæ, ne ingrediatur in virtute tua, & confundaris. Vel turpitudinem in hac vita infamiam in futuro. Unde ſequitur. *f* Et opprobrium illius non delebitur,] imo manifeſtum erit omnibus in judicio. *Eccli.* 23. Relinquetur in maledictum memoria illius, & dedecus illius non delebitur.
g Quia zelus, & furor viri,] ſcilicet, proprii, vel Chriſti. *h* Non parcet in die vindictæ,] ideſt, judicii, in qua vindicabit ſe Deus de omnibus malis, quibus modo videtur pepercisſe.
i Nec acquieſcet cujuſquam precibus,] quia tunc non erit tempus rogandi, ſed accipiendi. *Joan.* 16. In illo die non interrogabitis quicquam.
k Nec ſuſcipiet pro redemptione] reproborum dona plurima. *Soph* 1. Argentum eorum, & aurum eorum non poterit eos liberare in die iræ Domini.

EXPOSITIO CAP. VII.

l Filii mi, &c.] In hoc capitulo exhortatur Salomon filium ſuum ad cuſtodiam mandatorum, & amorem ſapientiæ, & dehortatur ab amore mulieris alienæ. Unde hoc capitulum in duas partes dividitur.

In prima invitamur ad bonum.

In ſecunda revocamur a malo.

In prima parte monet nos Salomon cuſtodire præcepta, & amare ſapientiam.

In ſecunda hortatur nos fugere fornicationem, tam corporalem, quam ſpiritualem, deſcribens meretricem, ibi. De feneſtra enim, &c. Dicit ergo.

l Fili mi] ne prædicta contingant tibi, ibi.
m Cuſtodi ſermones meos] corde, & opere.
n Et præcepta mea reconde tibi] intus in corde, quaſi theſaurum pretioſum, ne inde appetas laudari extra ab hominibus. *Pſalm.* 118. In corde meo abſcondi eloquia tua, ut non peccem tibi. Econtrario Ezechias peccavit, quia theſauros ſuos oſtendit Babyloniis. *Iſa.* 39.
o Fili, honora Dominum,] ipſius imaginem illæſam ſervando, ipſum fide, ſpe, & charitate colendo, te pro ipſo exponendo. Unde *ſupra* 3. Honora Dominum de tua ſubſtantia, ideſt, de teipſo, vel in teipſo, templum Deo magnificum extruendo per bonam vitam. Vel honora Dominum, fidem ejus prædicando, laudes ejus conferendo, pro ipſo fideliter dimicando.
p Et] tunc ſine dubio valebis, ideſt, prævalebis contra hoſtes. *Rom.* 8. Si Deus pro nobis, quis contra nos? Vel, valebis, ideſt, valens eris
q Præter eum vero] ideſt, præter Dominum.
r Ne timueris alienum,] ideſt, diabolum, vel quemlibet, ſed tantum ipſum. *Iſa.* 8 Dominum exercituum ipſum ſanctificate, ipſe ſit pavor veſter, & ipſe terror veſter. *Eccleſ.* 34. Qui timet Deum, nihil trepidabit. *Matth.* 10. Nolite timere eos, qui corpus occidunt, &c. *Iſa.* 51. Quis tu, ut timeas ab homine mortali, & a filio hominis, qui quaſi fœnum cito areſcit? Philoſophus. Qui timet Deum omnia timent eum. Econtrario Cain, quia non timuit Deum, omnia timet.

ſ Serva mandata mea, & vives] vita gratiæ in præſenti, & vita gloriæ in futuro. *Matth.* 19. Si vis ad vitam ingredi, ſerva mandata.
t Et legem meam, quaſi pupillam oculi tui,] ideſt, ita ſolerter, & diligenter, ut pupillam oculi tui, pro qua ſervanda manum, & cetera membra exponimus. Sic pro lege nos, & noſtra exponere debemus, potius quam eam deſeramus. Unde Matathias dixit, 1. *Match* 2. Nunc ergo filii, æmulatores eſtote legis, & date animas veſtras pro teſtamento patrum veſtrorum, &c.

Præcepta mea reconde tibi. Fili, *o* honora Dominum, & *p* valebis, *q* præter eum vero, ne *r* timueris alienum. *ſ* Serva mandata mea, & vives, & *t* legem meam quaſi pupillam oculi tui. *u* Liga eam in digitis tuis, *x* ſcribe illam in tabulis cordis tui. Dic *y* ſapientiæ, ſoror mea es, & *z* prudentiam *a* voca amicam tuam. Ut *b* cuſtodiat te a muliere extranea, & *c* ab aliena, quæ verba ſua dulcia facit.

Comparatur autem lex pupillæ, quia ſicut in pupilla eſt vis videndi corporaliter, ita & in lege eſt vix videndi ſpiritualiter.
u Liga eam in digitis tuis,] ideſt, in diſcretis operibus tuis, ut ſecundum eam omnia agas. Vel, in digitis tuis, ideſt virtutibus animæ, quibus liganda eſt lex amoris vinculo, & bonorum operum exercitio.
x Scribe illam in tabulis cordis tui,] ideſt, in intellectu, & affectu. Ibi ſcribenda eſt per cognitionem ſtylo ſtudioſæ lectionis, hic per amorem ſtylo contemplationis, vel exercitio boni operis. Vel duæ tabulæ cordis ſunt capax intelligentia & tenax memoria. *Jerem.* 31. Dabo legem meam in viſceribus eorum, & in corde eorum ſcribam eam. Alia translatio habet: Deſcribe eam in latitudine cordis tui, ita ſcilicet, ut totum cor impleat, & nihil vacet a lege. Vel latitudo cordis, amor eſt, ubi ſcribenda eſt, ut totum cor ſit liber legis Dei, non ſaccus, vel arca. *y* Dic ſapientiæ, ſoror mea es,] ideſt, eam tibi ſororia dictione junge.
z Et prudentiam] de informatione morum.
a Voca amicam tuam,] ideſt, amore † ſollicito obtempera ei. Vel ſapientia eſt de ſuperioribus, prudentia de inferioribus. Vel ſapientia cognitio per guſtum, prudentia cognitio per intellectum. Illa ſoror eſt, iſta amica eſt, quod minus eſt. Vel ſapientia eſt Chriſtus, qui quemlibet fidelem vocat ſororem. *Cantic.* 4. Veni de Libano ſoror mea, ſponſa. Et e converſo ſponſa vocat eum fratrem. *Cant* 8. Quis mihi det te fratrem meum ſugentem ubera matris meæ? al. † ſollic.

Hic autem Chriſtus vocatur ſoror propter teneritudinem amoris quo diligit nos. Vel ſapientia dicitur ſacra ſcriptura, quæ tanquam ſoror amplectenda eſt, non polluenda inceſtu, ſicut illi eam polluunt, qui in ea aliud quærunt, quam honorem, & gloriam Dei, aut proximi ædificationem.

Hæc enim eſt ſoboles ſpiritualis, ſcilicet honor Dei, utilitas proximi, quam doctor ex ſapientia debet gignere, & tunc eſt verus ſponſus, non adulter quærens in ea propriam gloriam, vel commodum temporale.

Talis ſponſus fuit Paulus 2. *Corint.* 2. Non ſumus, ſicut plurimi adulterantes verbum Dei, ſed ex ſinceritate, ſicut ex Deo coram Deo in Chriſto loquimur. Vel ideo dicitur ſapientia ſoror, quia ſimul cum mundo creatur, cum regeneramur. Vel ideo, ut quæras ei bonum virum, qui durat eam amando, & operando.

Prudentia vero, ut amica habenda eſt, ut ad ipſam in omni negotio cauſa conſilii, in omni periculo cauſa auxilii, in omni adverſitate cauſa ſolatii, quaſi ad fidelem amicum recurras.

Hoc eſt, quod dicitur, *Eccleſiaſt.* 37. Non obliviſcaris amici tui in animo tuo, & non immemor ſis illius in operibus tuis. *Sapient.* 8. Ipſa erit allocutio cogitationis, & tædii mei.
b Ut cuſtodiat te a muliere extranea,] ad litteram, vel ab hæretica doctrina.
c Et ab aliena, quæ verba ſua dulcia facit] ut decipiat. Ecce ſpiritualis amoris ſapientia, quæ carnalem amorem, terrorem repellit. Et poſſet aliquis Salomoni dicere: Et quomodo hoc ſcis? Et reſpondet. Experimento ſcio hoc. Et ecce quomodo.

d De fene-

De *a* feneſtra enim domus meæ per cancellos proſpexi † *b* & video parvulos. *c* Conſidero vecordem *d* juvenem *e* qui tranſit per plateam *f* juxta angulum *g* & prope viam domus illius *h* graditur in *i* obſcuro, k adveſperaſcente die, in *l* noctis *m* tenebris & caligine. Et *n* ecce mulier occurrit illi *o* ornatu meretricio, *p* præparata ad capiendas animas. *q* Garrula *r* & vaga, *ſ* quietis impatiens, *t* nec valens in domo *u* conſiſtere pedibus ſuis. *x* Nunc foris, *y* nunc in plateis, *z* nunc juxta angulos inſidians. *a* Apprehenſumque *b* deoſculatur juvenem, *c* & procaci vultu *d* blanditur, dicens: Victimas pro ſalute † devovi, hodie reddidi vota mea. *e* Idcirco egreſſa ſum in occurſum tuum deſiderans te videre *f* & reperi. *g* Intexui funibus † lectulum meum, *h* ſtravi tapetibus pictis ex Ægypto, *i* aſperſi cubile meum Myrrha, & Aloe, & Cinnamomo. k Veni, inebriemur uberibus, & *l* fruamur † cupitis

a De feneſtra enim domus meæ per cancellos proſpexi; ad litteram ſic potuit eſſe. Cancelli ſunt feneſtræ ſtrictæ, virgis ferreis vel ligneis cancellatæ, vel ipſa parva foramina, ſive feneſtrellæ, quæ ſunt inter virgas, dicuntur hic cancelli. Sic accipitur. *Cant.* 2. En ipſe ſtat poſt parietem noſtrum reſpiciens per feneſtras, proſpiciens per cancellos. Andreas dicit, quod cancellus ſive lurica eſt murus cœnaculorum, ſive quorumlibet ædificiorum oras ambiens ab injuria lapſus incedentes defendens. Clauduntur enim deambulatoria virgis cancellatis.

B

al. † juvenem.

Myſtice. *Myſtice* autem refertur hoc ad Prælatos, qui manentes in domo conſcientiæ ſuæ diligenti cura, & conſideratione debent ſe extendere uſque ad ſubditos, ſecundum quod dicitur *infra* 27 Diligenter agnoſce vultum pecoris tui, tuoſque greges conſidera. Debet autem eorum cura eſſe, ut errantes revocent, converſos regant, ut ſtent, ſtantes pugnant, ut proficiant, & hoc ſignificat baculus Epiſcopi, qui ſuperius curvus eſt, in medio rectus, inferius acutus. Unde verſus,

Attrahe per primum, medio rege, punge per imum.

Dicit ergo Salomon in perſona Prælati.

a De feneſtra enim domus meæ per cancellos proſpexi,] ideſt, ſolerti cura & vigilanti conſideratione attendi vitam ſubditorum, manens in domo propriæ conſcientiæ.

b Et video parvulos] ſenſu.

c Conſidero vecordem,] ideſt, levem ſine cordis diſcretione.

d Juvenem] non virtute, ſed inſtabilitate.

e Qui tranſit per plateam,] ideſt, per latam, & ſpatioſam viam, quæ ducit ad mortem, *Matth.* 7. De qua dicitur *Iſa.* 59. Corruit veritas in plateis, & æquitas non potuit ingredi

f Juxta angulum] relicta anguſta via, quæ ducit ad vitam, declinans a rectitudine veritatis.

g Et prope viam domus illius] ſcilicet, mulieris.

h Graditur] per cogitationes malas vecors juvenis.

i In obſcuro,] ad litteram: Tenebras enim quærunt qui ſunt adulteri. *Job.* 24. Oculus adulteri obſervat caliginem, dicens: non videbit me oculus. *Joan.* 3. Qui male agit, odit lucem,

k Adveſperaſcente die,] ad litteram, vel myſtice, occidente eis ſole juſtitiæ.

l In noctis,] ideſt, peccati.

m Tenebris & caligine] mentis. Ecce triplex obſcuritas mentis tangitur hic. Veſpera dicitur conſenſus in peccatum vel cogitatio prava, nox, delectatio peccati, vel opus; caligo, conſuetudo, vel placentia peccati.

n Et ecce mulier occurrit illi.] Littera plana eſt. Deſcribit enim mulierem meretricem, ad capiendum juvenes idoneam & paratam.

o Ornatu meretricio præparata ad capiendas animas] intuentium per oculos. Ornatus meretricius contrarius eſt honeſtati, ſive decori converſationis, & pœnitentiæ, quæ eſt ornatus ſponſæ Chriſti. *Jerem.* 31. Rurſus ædificabo te, & ædificaberis, filia Iſrael; adhuc ornaberis tympanis tuis.

q Garrula.] Talis mulier vix caſta eſt. Unde B. Virgo in Evangelio non legitur alii locuta, niſi quatuor. Primo, Angelo reſpondendo, *Luc.* 1. Secundo, Eliſabeth ſalutandu, & canendo: Magnificat anima mea Dominum: *Luc.* 1. Tertio, filio ſuo, quaſi increpandu: Fili, quid feciſti nobis ſic. *Luc.* 2. Quarto, in nuptiis. *Joan.* 2.

r Et vaga] corde.

ſ Quietis impatiens] corpore.

t Nec valens in domo] materiali, vel conſcientiæ.

u Conſiſtere pedibus ſuis,] ad litteram, vel affectibus.

x Nunc foris] in domo aliena.

y Nunc in plateis] civitatis, ut videat, & videatur. Unde:

Spectatum veniunt, veniunt ſpectentur ut ipſæ.

z Nunc juxta angulos inſidians] vila prius in publico, ubi quæratur, ut peccet, quaſi dicat, & occulte, & palam ſe offert & invitat ad peccatum.

a Apprehenſumque] verborum blandimentis, vel ad litteram brachiorum amplexibus.

b Deoſculatur juvenem] levem & conſentientem,

c Et procaci vultu,] ideſt, effronti & improbo.

d Blanditur dicens, victimas pro ſalute devovi] vel debui: hodie reddidi vota mea, quaſi dicat, ſacrificium hodie feci, & ideo eſt mihi ſolemne convivium.

C

e Idcirco egreſſa ſum in occurſum tuum deſiderans te videre.] Minus dicit, & plus ſignificat: Non enim ſolum videre deſiderat meretrix. al. † debui.

f Et reperi] te.

g Intexui funibus lectulum meum,] quaſi dicat, mollem feci.

h Stravi tapetibus pictis ex Ægypto,] ideſt, de byſſo Ægyptiaca factis, quæ eſt candidior. Hoc quoque ad libidinem oculorum pertinet: primum ad tactus ſuavitatem. Iſte lectus ducit ad lectum inferni dormientes in eo. *Apocalyp.* 2. Ecce ego mittam eam in lectum, & qui mœchantur cum ea, in tribulatione maxima erunt. Culcitra hujus lecti erit tinea, & operimentum vermes. *Iſaiæ* 14. Subter te ſternetur tinea, & operimentum tuum vermes. *i* Aſperſi cubile meum Myrrha, & Aloe, & Cinnamomo] ut odore provocet. Hoc quoad odoratum. Sed hunc odorem horribilis ſequitur fœtor. *Iſa.* 3. Erit pro ſuavi odore fœtor. Et nota quod tres ſpecies aromaticas nominat, duas amaras, & unam dulcem, in quo notatur, quod in carnali opere plus eſt amaritudinis quam delectationis. Una amaritudo pertinet ad præſens ſæculum, alia ad futurum. k Veni, inebriemur uberibus,] ideſt, abundanter impleamur delectationibus,

al. † lectum.

al. † cupidis.

l Et fruamur cupitis, vel cupidis,] alia littera.

▲ *a* Amplexibus.]

Myſtice. *n* Et ecce mulier, &c.] Myſtice, hæc mulier eſt hæreticus, vir ejus, Chriſtus: juvenis vecors, ſimplices, quos hæretici verborum blanditiis decipiunt. Dicitur ergo.

n Ecce mulier occurrit illi] cuilibet ſimplici.

o Ornatu meretricio,] ideſt, verborum compoſitione, vel ſophiſtica deceptione.

p Præparata ad capiendas animas] laqueis mortis.

q Garrula, quietis impatiens,] ideſt, quietem Eccleſiæ turbare cupiens.

t Nec valens in domo,] ideſt, in primis diſcipulis ſuis, quos jam decepit.

u Conſiſtere pedibus,] ideſt, deſideriis ſuis. Semper enim hæreſis ſerpit ut cancer. *x* Nunc foris] cum paganos vel alios infideles rapit ad ſuum errorem.

y Nunc in plateis] cum voluptuoſos convertit ad ſe.

z Nunc juxta angulos,] cum alios hæreticos trahit ad ſuum ſectam.

a Apprehenſumque deoſculatur,] ideſt, converſum ad ſe blandimentis verborum demulcet.

c Et procaci vultu blanditur,] ideſt, obſtinato errore dicunt ſe pro Deo facere quicquid faciunt, & in omnibus quæ faciunt immolare Deo ſacrificium quaſi victimas ſuæ ſalutis. Nam & Dominus dixit diſcipulis: Venit hora, ut omnis qui interficit vos, arbitretur obſequium ſe præſtare Deo, *Joan.* 16.

g Intexui funibus lectulum meum,] ideſt, præceptis divinis mihi & conſentientibus mihi ſtratum ſalubre parvi, ſed ipſe miſer his funibus ſibi, & ſuis ſequacibus locum perditionis parat, ubi ligatis manibus, & pedibus projiciatur in tenebras exteriores: *Matth.* 25.

h In tapetibus pictis ex Ægypto] intelligitur ornatus eloquentiæ & veritatis artis dialecticæ, qua decipit hæreticus ſimplices, quæ recte ex Ægypto dicuntur, quia ad mœrorem, & confuſionem ducunt. *i* Aſperſi cubile meum Myrrha, & Aloe, & Cinnamomo] ideſt odore virtutum, quas fingit ſe habere hæreticus. Vel per Myrrham, & Aloe ſignificantur opera pœnitentiæ, quæ habent hæretici exterius. Per Cinnamomum intelligitur humilitas quam præmittunt. k Veni, inebriemur uberibus,] ideſt, dulcedine doctrinæ utriuſque teſtamenti. *l* Et fruamur]

a Amplexibus] tota nocte *b* Donec illucеſcat dies] craſtina. Ad litteram, vel dies mortis, vel judicii, quia tunc ceſſabit omnis carnalis voluptas, & incipiet tormentum eorum, & ſecure potes venire.
c Non eſt enim vir] vel maritus meus.
d In domo ſua,] nec etiam timeas ejus ſuperventionem: quia
e Abiit via longiſſima] quod etiam inde patet: quia
C *f* Sacculum pecuniæ ſecum tulit] unde ſuſtentetur.
g In die plenæ Lunæ reverſurus eſt in domum ſuam,] ideſt, finito menſe revertetur.
h Irretivit eum multis ſermonibus, & blanditiis labiorum protraxit illum,] quæ ſunt rete diaboli, *inf.* 29. Qui blandis, fictiſque ſermonibus loquitur amico ſuo, rete expandit greſſibus ejus.
i Statim eam ſequitur] captus, quaſi bos ductus ad victimam, ideſt, ad interitum æternum.
l Et quaſi agnus laſciviens, & ignorans, quod ad vincula ſtultus trahatur, ideſt, in interitum æternum. Laſciviens dico.
n Donec transfigat ſagitta,] ideſt, acuta ſententia judicis. *o* Jecur ejus] ubi eſt ſedes amoris. *Oſee* 13. Dirumpam interiora jecoris eorum. Sequitur inquam. *p* Velut ſi avis feſtinet ad laqueum] trahente eum voluptate; ita etiam quod præveniat tentationes, quod graviſſimum peccatum eſt. *Jerem.* 3. In viis ſedebas expectans eos quaſi latro in ſolitudine, & polluiſti terram in fornicationibus. *Thren.* 1. Parvuli eorum ducti ſunt in captivitatem ante faciem tribulantis.
q Et neſcit,] ideſt, neſcire contemnit, vel ſe neſcire diſſimulat.
r Quia de periculo animæ illius] non ſolum corporis.
ſ Agitur] inter ipſum & ipſam, & Diabolus eſt mango procurans.
t Nunc ergo fili, audi me] ut prædicta poſſis evadere.
u Et attende verbis oris mei,] ideſt, attente ſuſpice aure cordis.
x Ne abſtrahatur in viis illius mens tua,] quaſi dicat, non ſolum non videas, ſed etiam videndi occaſionem ſubtrahas tibi.
y Neque decipiaris ſemitis ejus,] ideſt, promiſſis & blanditiis, quibus quaſi quodam malo compendio itur in infernum.
z Multos enim vulneratos] per malam concupiſcentiam.
a Dejecit] per operis expletionem, quaſi dicat exemplo aliorum diſce fugere mulierem, quia quæ prævaluit fortibus multis, prævalebit tibi uni debili. Et hoc eſt, quod ſequitur.
b Et fortiſſimi quique interfecti ſunt ab ea] ſpiritualiter. Sicut David 2. *Reg.* 11. qui erat manſuetiſſimus. Sampſon, *Judic.* 14. & 16. qui erat fortiſſimus, Salomon, 3. *Reg.* 11. qui fuit ſapientiſſimus.
c Viæ inferi domus ejus,] ideſt, viæ ducentes ad domum illius, ducunt ad infernum, vel ad peccatum inſatiabile. *d* Penetrantes interiora mortis,] vel inferiora, ideſt, uſque ad mortem animæ, vel gehennæ. *Supra* 5. Pedes ejus deſcendunt in mortem, & greſſus ejus ad inferos perveniunt.
Myſtice. Ω cupitis amplexibus,] ideſt, familiaritate mutua, quę ab aliis cupitur. Ita dicit hæreticus ei, quem decipit.
b Donec illuceſcat dies] æternus nobis, ſcilicet.
c Non eſt enim vir,] ideſt, Chriſtus.
d In domo ſua,] ideſt, in Eccleſia corporaliter & viſibiliter.
e Abiit via longiſſima] quia aſcendit in cœlum, quod longe eſt a peccatoribus, ſicut dicit *Pſ.* 118. Longe a peccatoribus ſalus. *Luc.* 19. Homo quidam nobilis abiit in regionem longinquam accipere ſibi regnum, & reverti.
f Sacculum pecuniæ ſecum tulit,] ideſt, corpus in paſſione conſcuſſum, ut theſaurum redemptionis nobis effunderet, in quo ſunt omnes theſauri ſapientiæ & ſcientiæ abſconditi, in quo plenitudo divinitatis corporaliter inhabitat. *Coloſſ.* 2.
g In die plenæ Lunæ reverſurus eſt in domum ſuam,] id eſt, in die judicii, quando plena erit Eccleſia in filiis ſuis, ſecundum quod dicitur, *Apoc.* 6. Vidi ſubtus altare animas interfectorum, dicentes: Uſquequo, Domine, ſanctus, & verus non judicas, & non vindicas ſanguinem noſtrum? Et dictum eſt illis, ut requieſcerent adhuc tempus modicum, donec compleantur conſervi eorum, & fratres eorum.
h Irretivit enim ſermonibus multis, & blanditiis labiorum protraxit illum,] ideſt, procul traxit a rectitudine fidei.
i Statim eam ſequitur] via erroris.
k Quaſi bos ductus ad victimam, ideſt,] ſtultus ad mortem æternam. *m* Et ignorans quod ad vincula ſtultus trahatur,] id eſt funibus peccatorum ad infernum. *n* Donec transfigat ſagitta,] ideſt, judicis ſententia.
o Jecur ejus,] ideſt, interiora ejus omnia. Sed Jecur nominat, quia eſt ibi ſedes amoris.

a amplexibus, *b* donec illuceſcat dies. *c* Non eſt enim vir in *d* domo ſua, *e* abiit via longiſſima: *f* Sacculum pecuniæ ſecum tulit, in *g* die plenæ Lunæ reverſurus eſt in domum ſuam: *h* Irretivit eum multis ſermonibus, & blanditiis labiorum protraxit illum. *i* Statim eam ſequitur k quaſi bos ductus ad victimam, & *l* quaſi agnus laſciviens, & *m* ignorans quod ad vincula ſtultus trahatur, *n* donec transfigat ſagitta *o* jecur ejus. *p* Velut ſi avis feſtinet ad laqueum, & *q* neſcit, quia *r* de periculo animæ illius *ſ* agitur. *t* Nunc ergo fili, audi me, & *u* attende † verbis oris mei. *x* Ne abſtrahatur in viis illius mens tua, *y* neque decipiaris ſemitis ejus. *z* Multos enim vulneratos *a* dejecit, & *b* fortiſſimi quique interfecti ſunt ab ea. Viæ *c* inferi domus ejus, *d* penetrantes † interiora mortis. (al. † verba. al. † inferiora.)

A

CAPUT VIII.

e NUnquid non ſapientia *f* clamitat, & *g* prudentia dat vocem ſuam? In *h* ſummis, excelſiſque verticibus

EXPOSITIO CAP. VIII.

NUnquid non ſapientia, &c.] Hoc capitulum reſpondet per † antitheſim præcedenti. In illo enim actum eſt de muliere fornicaria juvenem ſeducente; in hoc agitur de cœleſti Sapientia clamante in ſummis, excelſiſque virtutibus, in Prophetis & Apoſtolis, & revocante a via mulieris fornicariæ. Dividitur autem hoc capitulum in quatuor partes. (al. † antiphraſim.)

In prima, oſtendit, ubi clamat Sapientia, quia in ſummis virtutibus.

In ſecunda, quibus, ſive ad quos, quia viris & ad filios hominum, ibi: O viri, ad vos, &c.

In tertia, oſtendit de quibus loquitur, quia de magnis rebus, ibi: Audite quoniam &c.

In quarta, oſtendit, quod audiri debet, quia omnes ſermones ejus juſti ſunt, & quia ipſa Sapientia melior eſt cunctis opibus. Et multas alias rationes ponit in littera, quare audienda ſit, ibi: Juſti ſunt, &c. Et quaſi aliquis quæreret, quomodo prædicta mulier præcaveri poſſet? Reſpondet Salomon, quod bene & de facili: quia,
e Nunquid non ſapientia, ideſt, Chriſtus.
f Clamitat,] ideſt, frequenter clamat, quaſi dicat, docens cavere prædictam meretricem. *Joan.* 7. In noviſſimo die magnę feſtivitatis ſtabat Jeſus & clamabat, dicens: Si quis ſitit, veniat ad me, & bibat. Secundo clamavit in ſuſcitatione Lazari, *Joan.* 11. Hæc cum dixiſſet Jeſus, voce magna clamavit: Lazare, veni foras. Tertio clamavit in cruce, *Matth.* 26. Et circa horam nonam exclamavit voce magna, dicens: Heli heli lammaſabactani. Quarto appropinquante morte. *Luc.* 23. Clamans Jeſus voce magna, ait: Pater, in manus tuas commendo ſpiritum meum. Clamat etiam per creaturas, per ſcripturas, per Prædicatores, per inſpirationes, per beneficia inceſſanter. Et ideo dicit: Clamitat. (*Multis modis clamat Dominus.*)
g Et prudentia dat] gratis, vocem ſuam, non alienam. Chriſtus dicitur Sapientia, cum inſtruit de divinis; prudentia, cum inſtruit de humanis. Vel Sapientia dicitur, cum docet fidem, prudentia, cum informat de moribus.
h In ſummis, excelſiſque verticibus,] ad litteram, quia utrumque teſtamentum datum eſt in monte. Vetus, in monte Sinai. *Exod.* 20. Novum in monte Thabor. *Matth.* 17.

Vel, [In ſummis, excelſiſque verticibus,] ideſt, in Prophetis, & Apoſtolis, qui ſummi & excelſi fuerunt vita & intelligentia.

Vel, [In ſummis, excelſiſque verticibus dat vocem ſuam,] ideſt, in aperto, & in publico. *Matth.* 10. Quod in aure auditis, prædicate ſuper tecta.

a Super viam

a ſuper viam in *b* mediis ſemitis ſtans, *c* juxta portam civitatis, in ipſis *d* foribus loquitur, *e* dicens: O viri, *f* ad vos *g* clamito, *h* & vox mea ad filios hominum: *i* Intelligite k parvuli *l* aſtutiam, *m* & inſipientes *n* animadvertite. *o* Audite, quoniam de rebus magnis locutura ſum, *p* & aperientur labia mea, ut *q* recta prædicent. *r* Veritatem meditabitur guttur meum *s* & labia mea *t* deteſtabuntur impium. *u* Juſti ſunt omnes ſermones mei, *x* non eſt in eis pravum quid, *y* neque perverſum. *z* Recti ſunt intelligentibus, *a* & æqui invenientibus ſcientiam. *b* Accipite *c* diſciplinam meam, & *d* non pecuniam, *e* doctrinam *f* magis quam † *g* aurum eligite. *h* Melior enim ſapientia cunctis opibus pretioſiſſimis, *i* & omne deſiderabile k ei non poteſt comparari. *l* Ego ſapientia

a Super viam] quaſi preſto his qui in via mandatorum ambulant. Unde *Luc.* 18. dicitur, quod in via ſtans ſanavit cœcum, ſic: Stans autem Jeſus juſſit eum adduci ad ſe.

b In mediis ſemitis,] ideſt, in ſtratis publicis, ad litteram, in ſemitis conſiliorum pro diverſitate audientium ſtans inſtruens eos paratos eſſe ad pugnam. Unde & Beatus Stephanus in agone poſitus vidit Jeſum ſtantem. *Act.* 7. Juxta portas civitatis. Ad litteram, in Nain in porta mortuum ſuſcitavit. *Luc.* 7.

d In ipſis foribus loquitur,] ideſt, in ipſa porta, ubi omnes conveniebant, ibi Dominus prædicavit: In hoc ipſo inſtruens nos, & confundens hæreticos, qui in occultis, & in obſcuris locis prædicant.

Myſtice. Vel *Myſtice*, porta civitatis eſt doctrina Apoſtolorum. Unde *Apoc.* 21. Et duodecim portæ duodecim margaritæ ſunt per ſingulas, & ſingulæ portæ erant ex ſingulis margaritis. Fores portæ ſunt minores Prædicatores, vel doctores, qui nobis claudunt & aperiunt doctrinam Apoſtolorum. Vel fores ſunt intellectus, & affectus, portæ doctor quilibet. His foribus aſſidet ſapientia, aſſidet enim veritas intellectui, bonitas affectui. *Sap.* 6. Qui de nocte vigilaverint ad eam, non laborabit, aſſidentem enim foribus ſuis inveniet illam.

Moraliter. *Moraliter*. Sapientia in via loquitur activis, ut ad ſe veniant perſeverando. *Matth.*...... Venite ad me omnes, qui laboratis, & onerati eſtis, & ego reficiam vos.

b In mediis ſemitis] loquitur, ne a ſe recedant. *Joan.* 15. Si manſeritis in me, & verba mea in vobis manſerint, quodcumque volueritis, petetis, & fiet vobis. Et *poſt*, Manete in dilectione mea. In foribus portæ loquitur Prælatis, ut recte judicent, & diligant juſtitiam. *Sapient.* 1. Diligite juſtitiam, qui judicatis terram. *Pſ.* 57. Recte judicate, filii hominum.

e Dicens: O viri.] Attentos facit. Et hęc eſt ſecunda pars capituli.

f Ad vos] non ad feminas, quas Pharao vult ſervari maribus ſubmerſis. *Exod.* 1. Quia ſermo Jeſu non capit in talibus. *Joan.* 8. Item [ad vos] non ad pueros, qui non habent virilem dimenſionem, hoc eſt longitudinem longanimitatis, latitudinem charitatis, ſpiſſitudinem humilitatis. Item ad vos, non ad parvulos, quia ad magna invitat, ut patet per ſequentia.

g Clamito,] ideſt, multipliciter clamo, ut dictum eſt *ſupra eodem*, per creaturas, per ſcripturas, per Prædicatores, per inſpirationem, per ſemetipſum, per Angelos, per beneficia, per flagella, & tamen pauci adhuc audiunt illum. Unde *ſup.* 1. Vocavi, & renuiſtis. Et *Matth.* 22. Simile eſt regnum cœlorum homini regi, qui fecit nuptias filio ſuo, & miſit ſervos ſuos vocare invitatos ad nuptias, & nolebant venire.

h Et vox mea ad filios hominum] non ad jumenta, & tamen homines, & jumenta ſalvabis Domine, quemadmodum multiplicaſti miſericordiam tuam Deus. Quæ ſit illa vox ſubjungit.

i Intelligite,] ideſt, interius percipite.

k Parvuli] malitia, 1. *Corinth.* 14. Malitia parvuli eſtote. Vel parvuli, ideſt, humiles, quia talibus Dominus revelat ſecreta ſua. *Matth.* 18. Niſi converſi fueritis, & efficiamini ſicut parvuli, non intrabitis in regnum cœlorum. Item *Luc.* 10. Confitebor tibi Domine, Pater cœli & terræ, quia abſcondiſti hæca ſapientibus & prudentibus, & revelaſti ea parvulis.

l Aſtutiam] quæ eſt cautela vitandi mala. Hæc enim facit de parvulis magnos.

m Et inſipientes] quibus non ſapiunt ſpiritualia. Vel inſipientes reputatione ſua vel mundi: Tales enim vertunt animum ſuum ad bonum.

n Animadvertite,] ideſt, animam ad verba mea quaſi os ad cibum, quaſi oculos ad lucernam vertite.

Vel, animadvertite, ideſt, verba mea ad animum vertite, non tantum ad aures corporis, ſed etiam ad intellectum per attentionem, & ad affectum per amorem, & ad manum per operationem, & tunc demum ad os per prædicationem.

o Audite quoniam de rebus magnis locutura ſum.] Tertia pars capituli eſt. Promiſit enim regnum cœlorum, & dedit fidem Trinitatis, docuit exempla bene vivendi & documenta dedit: Hæc magna ſunt quoad pretium & utilitatem.

p Et aperientur labia mea,] ad literam. *Matth.* 5. Et aperiens os ſuum docebat eos, &c.

Vel, labia Domini ſunt duo teſtamenta, quæ fuerunt clauſa uſque ad adventum Domini, ſed tunc fuerunt aperta. Unde quod Prophetæ futurum dixerant, quod lex ſub figuris clauſum tenebat, Joannes digito demonſtravit. Et ideo dicitur *Matt.* 11. Omnes Prophetæ & lex uſque ad Joannem prophetaverunt. Labia ſunt Apoſtoli, Doctores, Expoſitores, Prædicatores, qui debent aperiri, ideſt aperte loqui. B al. † theſaurum. Sup. 3.

q Ut recta prædicent,] ideſt, mandata, conſilia, virtutes, quæ faciunt hominem rectum.

r Veritatem meditabitur guttur meum,] ideſt, ex præmeditatione loquetur. Et attribuit gutturi quod eſt cordis, propter concordiam cordis & oris. Simile in *Pſalm.* 36. Os juſti meditabitur ſapientiam. Juſti enim habent os in corde, quia nihil loquuntur, niſi præmeditatum. E converſo ſtulti habent cor in ore, quia ſine diſcretione alia loquuntur *Eccleſiaſt.* 21. In ore fatuorum cor eorum, & in corde ſapientium os illorum.

ſ Et labia mea.] Expone, ut *ſupra*.

t Deteſtabuntur impium,] ideſt, Diabolum & membra ejus, *Iſa.* 11. Spiritu labiorum ſuorum interficiet impium. 1. *Theſſ.* 2. Tunc revelabitur ille iniquus, quem Dominus interficiet ſpiritu oris ſui. Vel deteſtatur impium, ideſt, deteſtandam eſſe impietatem oſtendet. Sequitur quarta pars capituli.

u Juſti ſunt omnes ſermones mei,] quia ad juſtitiam informant.

x Non eſt in eis pravum quid] contra fidem.

y Neque perverſum] contra mores. Pravitas enim ad intellectum, perverſitas ad affectum referenda eſt. Unde exponendo ſubjungit.

z Recti ſunt intelligentibus] non omnibus.

a Et æqui invenientibus ſcientiam,] ideſt, invenire deſiderantibus. Aliis vero ſunt iniqui. 2. *Cor.* 2. Chriſti bonus odor ſumus Deo in his qui ſalvi fiunt, & in his qui pereunt, aliis quidem odor mortis in mortem, aliis autem odor vitæ in vitam. Et cum tales ſint ſermones mei. Ergo.

b Accipite,] ideſt, ad vos capite, non ſolum aliis, ne ſitis tantum canalis, ſed primo concha.

c Diſciplinam meam] quæ mores informat, & vitia deſtruit.

d Et non pecuniam,] quia Dominus non habuit pecuniam, *Joan.* 14 Venit princeps mundi hujus, & in me non habet quicquam. Neque etiam ſucceſſor Domini habuit pecuniam: *Act.* 3. Argentum & aurum non eſt mihi. B. *Bernard.* Si aurum habuiſſet, claudum non erexiſſet.

e Doctrinam,] quæ docet bene vivere.

f Magis,] ideſt, potius.

g Quam theſaurum eligite,] quia nemo poteſt duobus dominis ſervire, ideſt, Deo & mammonæ. *Matth.* 6.

h Melior eſt enim ſapientia cunctis opibus pretioſiſſimis] mundi. Nam omnes divitiæ nobiles inveniuntur in ea. Unde *Eccli.* 24. In me gratia omnis viæ & veritatis, in me omnis ſpes vitæ & virtutis. Item melior eſt, quia vitam tribuit poſſeſſori ſuo, quod non facit pecunia. *Eccli.* 6. Melior eſt ſapientia cum divitiis, & magis prodeſt videntibus ſolem: ſicut enim protegit ſapientia, ſic protegit pecunia; hoc autem plus habet eruditio & ſapientia, quod vitam tribuunt poſſeſſori ſuo. *i* Et omne deſiderabile] quod decet, ut honores, quod expedit ut divitiæ, quod delectat ut voluptas. k Ei non poteſt comparari,] ideſt æquiparari, quia illa æterna eſt, hæc vero tranſitoria, *Job.* 28. Non dabitur aurum obrizum pro ea, nec appendetur argentum in commutatione ejus, &c. *l* Ego ſapientia habito in conſilio,] ideſt, in his, qui libenter acquieſcunt conſiliis bonorum. Unde *Job.* 1. habitavit in terra

Hus, quod interpretatur conſilium. Vel, in conſilio, id eſt, in illis, qui nihil agunt ſine conſilio. Unde *Eccli.* 32. Fili, ſine conſilio nihil facias, & poſt factum non pœnitebis. Item *in eod.* Vir conſilii non diſperdet intelligentiam.
a Et eruditis,] id eſt, diſcretis. *b* Interſum cogitationibus] diſponens, & diriges eas. A ſtultis vero, & inordinatis cogitationibus fugit ſapientia. Unde *Sapient.* 1. Spiritus enim ſanctus diſciplinæ effugiet fictum, & auferet ſe a cogitationibus, quæ ſunt ſine intellectu.
c Timor Domini,] id eſt, quo timetur Dominus, ut Pater, non mundus.
d Odit malum,] id eſt,

al. † eſt.

habito in conſilio, & *a* eruditis *b* interſum cogitationibus. *c* Timor Domini *d* odit malum: *e* Arrogantiam & *f* ſuperbiam, & *g* viam pravam, & *h* os bilingue *i* deteſtor. k Meum eſt conſilium & *l* æquitas. *m* Mea eſt prudentia, mea † fortitudo. *n* Per me Reges regnant, & *o* legum conditores juſta decernunt. *p* Per me Principes imperant, & potentes decernunt juſtitiam. *q* Ego diligentes me diligo, *r* & qui mane † *ſ* vigilaverint ad me, *t* invenient me. *u* Mecum ſunt divitiæ, & gloria, *x* opes ſuperbę *y* & juſtitia. *z* Melior eſt fructus meus

fugat quaſi medicina noxium ſanguinem. *Eccli.* 1. Timor Domini expellit peccatum. Vel, odit, id eſt, incendit igne jugis meditationis pœnarum infernalium, *Pſalm.* 38. In meditatione mea exardeſcit ignis.
e Arrogantiam] quæ ſe omnibus aliis præfert, vel quod non habet, falſo ſibi arrogat, vel quod habet ſibi, id eſt, ſuis meritis adſcribit, vel habere dicit.
f Et ſuperbiam] quæ quaſi de bonis habitis extollitur.
g Et viam pravam] eorum, qui aperte mala faciunt, vel nimis aſpere alios corrigunt. *h* Et os bilingue,] id eſt, duplicitatem. *i* Deteſtor,] quaſi excommunicata, quaſi a communione ſanctorum ſeparata. Superbiam vero ſpecialiter deteſtatur ſapientia propter ſex abuſiones ejus. Prima eſt, quia cum ſit quid vacuum & nihilum, omnia vult replere ſeipſa, & nullo modo patitur ſe impleri, quia tumor infuſa repellit. Hoc autem eſt contra naturam; omne enim vacuum naturaliter trahit ad ſe unde impleatur. Secunda abuſio eſt, quia plenitudine ſe infundit. Cœlum enim & terra plena ſunt gloria Domini. Unde: Vivo ego, dicit Dominus, quia implebitur omnis terra gloria mea. Et *Jerem.* 33. Cœlum & terram ego impleo, dicit Dominus. Tertia abuſio eſt, quia etiam pacem ſecum non habet: Superbia enim omne aliud vitium patitur, præterquam ſe. Quarta eſt, quia de pondere proprio aſcendere contendit. Eſt enim ſuperbia pondus, quod eſt initium omnis peccati. *Eccli.* 10. Quinta eſt, quia omnibus vitiis vult cooperiri, ne appareat. Sexta eſt, quia cum ſuo contrario, id eſt, cum humilitate pacem habet, quod in nullo contrarietatis genere invenitur.

Sapientia deteſtatur ſuperbiam propter ſex abuſiones,

Deteſtatur autem os bilingue, quaſi monſtrum: Quid enim monſtruoſius, quam habere duo ora, vel duas linguas? Tales ſunt duplices, & loquaces, qui partim azotice loquuntur, ut dicitur *Nehem.* 13. id eſt, modo ſæculariter, modo ſpiritualiter, modo detrahunt, modo adulantur, venenum ſimul & mel habentes ſub lingua. Unde iſti proprie ſunt Apoſtoli Diaboli. Unde poteſt dici de ipſis: Loquebantur variis linguis pſeudo-Apoſtoli magnalia Diaboli. Grave eſt hoc peccatum & valde deteſtabile. Unde *Eccli.* 5 Super furem confuſio, & penitentia & denotatio peſſima ſuper bilinguem. Vel arrogantiam & ſuperbiam dicit Salomon peccatum cogitationis; viam, peccatum operis, os bilingue, peccatum locutionis. Continua: Dico, quod in conſiliis habito, quia:
k Meum eſt conſilium] unde ad eam recurrendum eſt in omni negotio, non ad homines. *Iſa.* 8. Cum dixerint ad vos, quærite a pythonibus & divinis, nunquid non populus requiret a Deo ſuo viſionem pro vivis, & mortuis, ad legem magis & ad teſtimonium recurrens?
l Et æquitas] ſupple mea eſt. *m* Mea eſt prudentia, mea fortitudo.] Quatuor dicit eſſe ſua, ſcilicet conſilium, æquitatem, prudentiam, fortitudinem, quibus reſpondent quatuor quæ ſequuntur.
n Per me Reges regnant.] Hoc ad conſilium. Reges dicit Apoſtolos, Doctores, Prælatos, & alios qui ſe & alios regnum Eccleſiæ ſibi ſubditum bene & conſulte regere noverunt.
o Et legum conditores juſta decernunt.] Hoc ad æquitatem legum. Conditores dicit expoſitores utriuſque teſtamenti. *p* Per me Principes imperant, & potentes decernunt juſtitiam] ſubditis. Hoc ad fortitudinem. Fortes dicit præceptores & Rectores fidelium, quia omnes a ſapientia habent quicquid poſſunt. Unde ipſa dicit. *Joa.* 15. Sine me non poteſtis facere quicquam. *Rom.* 13. Non eſt poteſtas niſi a Deo. Et nota quod duo iſtorum quatuor pertinent ad intellectum, duo ad affectum, & duo regunt alia duo. Conſilium enim regit fortitudinem, ne ſit præceps. Unde ſub uno ſpiritu conjunguntur. *Iſa.* 11. Spiritus inquit conſilii & fortitudinis.

Item prudentia regit æquitatem, ne ſit prodiga vel avara: Unde ſub uno ſpiritu ponuntur ſcientia & pietas, quæ eſt æquitatis. Spiritus inquit ſcientiæ & pietatis. De his quatuor dicitur *Sap.* 8. Sobrietatem & prudentiam docet ſapientia, & juſtitiam, & virtutem, quibus nihil eſt utilius in hac vita hominibus. Hæ ſunt quatuor rotæ quadrigarum Aminadab, de quibus dicitur *Cant* 6. Anima mea conturbavit me propter quadrigas Aminadab. Et quia talis ſum eligere me debetis. *q* Ego diligentes me diligo.] *Joan.* 14. Qui diligit me, diligetur a patre meo, & ego diligam illum, & manifeſtabo ei meipſum. Ex hac duplici auctoritate videtur, quod nos primo diligamus Deum, poſtea & propterea ipſe nos. Sed contra, 1. *Joan.* 4. In hoc eſt charitas Dei, non quaſi nos dilexerimus eum; ſed quoniam ipſe prior dilexit nos. Solut. Duplex eſt dilectio Dei: æterna & temporalis, ſive dilectio prædeſtinationis & juſtificationis.

al. † vigilant.

Prima dilexit nos ab æterno. Et de illa dicitur *Malach.* 1. Jacob dilexi, Eſau autem odio habui.

Secunda diligit nos ex tempore. Et hujus dilectionis multiplex eſt effectus.

Unus infuſio gratiæ.

Secundus gratiæ conſervatio.

Tertius gratiæ augmentatio.

Quartus gratiæ conſummatio, quod erit in gloria.

De prima dilectione non poteſt dici, quia diligimus Deum, ideo ipſe diligit nos, ſed potius e converſo.

Item de ſecunda quoad primum effectum non poteſt dici, quia nos diligimus Deum. Ideo dilexit nos, ſed potius e converſo Et de illa loquitur Joannes in prædicta auctoritate. Quoad alios effectus ſecundæ dilectionis vere poteſt dici, quia diligimus Deum, ideo diligit nos. Et de hac poteſt intelligi quod hic dicitur, & in *Joan.* 14.
r Et qui mane] gratiæ, fugata nocte peccati. Vel mane, id eſt, in juventute.
ſ Vigilaverint ad me,] id eſt, propter me habendum.
t Invenient me] aſſiſtentem foribus ſuis, ut dicitur *Sap.* 6. Et pulſantem ad oſtium, ut dicitur *Apocalyp.* 3. Circumeuntem & quærentem dignos ſe, ut dicitur *Sap.* 6. Maxima igitur proditio eſt & infidelitas, non diligere ſapientiam, quæ diligit nos, & quærit, & pulſat, & circuit, & etiam prævenit. Unde *Apoc.* 12. Ego ſum alpha, & omega, primus & noviſſimus. Primus in amando, noviſſimus in diſceſſu. Unde *B. Bern.* Benignus Jeſus venientibus ad ſe totus præobviat & præcurrit, & totus totos deoſculatur. Sicut dicitur *Luc.* 15. de filio prodigo redeunte ad patrem: Cum adhuc longe eſſet, vidit illum pater ipſius, & miſericordia motus occurrens occidit ſuper collum ejus, & oſculatus eſt eum.
u Mecum ſunt, &c.] quaſi dicat, ſi amor meus vos non movet ad quærendum, & diligendum, ſaltem vos moveat cupiditas: Quia mecum ſunt divitiæ, & gloria, id eſt, divitiæ glorioſæ, id eſt, quæ faciunt glorioſos.

De quibus dicit *Apoſt. Rom.* 11. O altitudo divitiarum ſapientiæ & ſcientiæ Dei! Hæ ſunt ſpirituales divitiæ, temporales ſtercora ſunt. Unde & *Job* ſuper ſterquilinium ſedere refertur. *Job.* 1. 2.
x Opes ſuperbæ,] id eſt, ſupereuntes, non ima petentes, *Iſa.* 60. Ponam te in ſuperbiam ſæculorum.
y Et juſtitia] etiam mecum eſt, ſane qua cetera nihil valent. Ecce differentia inter divitias temporales & ſpirituales, quia temporales aut vix, aut nunquam cum juſtitia & ſine peccato acquiruntur aut detinentur.

Unde *Auguſtinus*: Omnis dives, aut iniquus, aut hæres iniqui. Spirituales vero & cum juſtitia acquiruntur, & cum juſtitia poſſidentur, vel detinentur, & cum juſtitia diſtribuuntur.
z Melior eſt fructus meus,] id eſt, qui ex me procedit, *ſup* 3. Primi & puriſſimi fructus ejus. Qui autem, & quot, & quales ſint fructus ejus, dicitur *Eccleſiaſt.* 24. per totum: Ego, inquit, mater pulchræ dilectionis, &c. Vel fructus

ſapientiæ

Digitized by Google

ſapientiæ, ideſt, Chriſti, eſt tota Eccleſia: Ipſe enim eſt granum frumenti, quod ſeminatum multum fructum fecit, ſcilicet totam ſegetem Eccleſiæ virtutes & dona: De quibus *Eccli.* 24. Rigabo hortum plantationum, & inebriabo partus mei fructum. Vel [fructus] ſunt vita æterna.

a auro & lapide pretioſo, & *b* genimina mea *c* argento electo. In viis *d* juſtitiæ ambulo, in *e* medio ſemitarum judicii, ut *f* ditem diligentes me, & *g* theſauros eorum repleam. *h* Dominus poſſedit me in *i* initio viarum ſuarum, *k* antequam quicquam faceret a principio, *l* ab æterno *m* ordinata ſum, & *n* ex antiquis *o* antequam *p* terra fieret. *q* Nondum erant abyſſi, & *r* ego jam concepta eram. *ſ* Necdum fontes aquarum eruperant, *t* necdum montes *u* gravi mole conſtiterant.

x Ante colles *y* ego parturiebar, *z* adhuc terram non fecerat, & *a* flumina, & *b* cardines orbis terræ. *c* Quando præparabat *d* cœlos, *e* aderam, *f* quando certa lege & gyro vallabat abyſſos.

Genimina ejus ſunt virtutes gratuitæ. Virtutes vero naturales, & ſenſus naturalis nomine auri, & argenti intelliguntur. Unde bene dicit. Melior eſt fructus meus,] ideſt, vita æterna. *a* Auro, & lapide pretioſo] ideſt, virtutibus naturalibus. Vel ad litteram. *Pſalm.* 118. Ideo dilexi mandata ſuper aurum & topazion. *b* Et genimina mea,] ideſt, virtutes gratuitas, & ſancta deſideria & opera bona. *c* Argento electo,] ideſt, ſenſu naturali, vel venuſto eloquio. *Myſtice.*

d In viis juſtitiæ ambulo, in medio ſemitarum judicii.] Ad litteram Chriſtus vias præceptorum, & ſemitas conſiliorum ambulavit adimplendo, & docuit prædicando, *Iſa.* 2. Docebit nos vias ſuas, & ambulabimus in ſemitis ejus. Hoc eſt contra multos, qui alios docent vias præceptorum, & ſemitas conſiliorum, & ipſi ſemper ſunt in invio, & non in via. *Pſal.* 106. Effuſa eſt contentio ſuper Principes, & errare fecit eos in invio, & non in via cum tamen Angelus dixerit Tobiæ, ideſt, Prælato: Frater, ſcis quemadmodum reliquiſti patrem tuum, ſi placet itaque tibi præcedamus: & lento gradu ſequantur iter noſtrum familiæ *Tob.* 11. Item *Geneſ.* 49. Gad accinctus præliabatur ante eum. Tamen aliquando ſe debet Prælatus vel prædicator per compaſſionem aliis conformare propter indiſcretos æmulatores. Unde *Geneſ.* 33. dicit Jacob ad Eſau, qui volebat, ut ſecum gradetur. Noſti, Domine mi, quod parvulos habeam teneros, & oves, & boves fœtas mecum: quas ſi plus ambulando fecero laborare, morientur una die cuncti greges, præcedat Dominus meus ante ſervum ſuum, & ego ſequar paulatim veſtigia ejus, ſicut videro poſſe parvulos meos. Chriſtus ergo ambulat in viis juſtitiæ, ut & tu ambules in eiſdem, ſi tamen vis ei occurrere. Sapientiæ etiam donum ambulat in viis juſtitiæ, ideſt, & ambulare docet. *Moral.*

Et *e* in medio ſemitarum judicii,] ideſt, diſcretionis. Vel ideo dicit judicii, quia poteſtas judicandi tantum debet dari illis, qui ambulant in ſemitis conſiliorum.

f Ut ditem, &c. quaſi dicat ideo habeo mecum divitias [ut ditem diligentes me] ſpiritualibus divitiis, quæ ſunt veri nominis, Divitiæ vero temporales non ditant, ſed potius inquinant, nec delectant, ſed lacerant. Unde *Eccl.* 22. De ſtercore boum, ideſt, prædicatorum lapidatus eſt piger.

g Et theſauros eorum repleam,] ideſt, loca ubi divitiæ reponuntur, quæ ſunt tres vires animæ. Rationabilem enim replet Dominus perfecta cognitione ſummæ veritatis. Concupiſcibilem perfecta dilectione ſummæ bonitatis. Iraſcibilem perfecta gloria exaltationis.

h Dominus poſſedit me] dixerat quod diligenda eſt ſapientia, & cauſas multas poſuit, adhuc oſtendit alias, quaſi dicat diligite me, quia diligenda ſum. [Dominus] enim [poſſedit,] ideſt, [genuit me.] Sive [me] filium.

i In initio viarum ſuarum,] ideſt, creaturarum, per quas homo venit ad cognitionem Dei. Sed etiam ad notitiam Trinitatis per creaturas venimus: Magnitudo enim creaturarum nos deducit ad potentiam, ordo & pulchritudo ad ſapientiam, bonitas & gubernatio & conſervatio ad bonitatem. Dicitur autem poſſideri ſapientia in initio omnium creaturarum, ideſt, ante omnem creaturam. Vel [in initio,] ideſt, quaſi initium. Et vere initium omnium creaturarum, per ipſam enim quaſi per artem, ſive exemplar, ſive ſigillum univerſalis conditoris facta ſunt omnia. Unde totus mundus, ſive univerſitas creaturarum eſt quaſi quidam liber extractus ab illo exemplari, unde & ipſa dicitur mundus archetypus. Omnem vero operationem extrinſecam præcedit interior præordinatio, quæ nihil aliud eſt apud primum operatorem, quam filii generatio apud patrem. Item ordo naturæ hoc requirit, quod in operibus, quæ ex arte procedunt, prius interius eſt dicere faciam hoc, quam exterius operari, illud vero dicere apud Deum patrem eſt verbum generare. Conceptio vero ſapientiæ, de qua poſtea fit mentio, non eſt niſi partus ſive generatio ipſius. Sed dicitur conceptio, quia nunquam recedit a gremio patris ſecundum quod dicitur *Joan.* 1. Filius, qui eſt in ſinu patris, ipſe enarrabit nobis. Item ludus, de quo *infr.* dicitur, non eſt aliud, quam repræſentatio omnium futurorum, ſeu faciendorum ab ipſa quaſi in ſpeculo æterno. Dies vero non eſt aliud quam tota æternitas, quæ nihil habet de contrario. Vel dies intelliguntur eſſe creaturarum diſtinctiones. Modo redeamus ad litteram.

h Dominus poſſedit me in *i* initio viarum ſuarum,] ideſt, pater genuit me ante omnem creaturam, vel poſſidendam prævidit.

k Antequam quicquam faceret,] ideſt, in eſſe produceret.

Et hoc dicit, ne aliquis putaret in initio creaturarum, vel ante filium aliquando incepiſſe eſſe, ſicut Behemoth, qui dicitur principium viarum Domini, *Job* 40. & tamen ipſe incepit eſſe. Et revera antequam quicquam faceret, poſſedit me: quia

l Ab æterno] ideſt, ſine principio,

m Ordinata ſum,] ideſt, genita ſum, ut per me cuncta ordinarentur. Vel [ab æterno ordinata ſum,] ideſt, a patre genita *Eccl.* 24. Ex ore altiſſimi prodii.

n Et ex antiquis,] ideſt, ante tempus.

o Antequam terra] ad litteram, vel materia quatuor elementorum. Vel [Terra,] ideſt, Eccleſia.

p Fieret,] ideſt, produceretur in eſſe. Non enim facta eſt illa materia, ſed creata.

q Nondum erant abyſſi,] ideſt, primordialis materia, vel quælibet aquarum profunditates, vel profunda corda hominum, vel duo teſtamenta.

r Et ego jam concepta eram] ideſt, a patre genita & apud eum manens, vel præviſa concipi temporaliter de virgine. Simile *Apoc.* 13. Agnus, qui occiſus eſt ab origine mundi, ideſt, præviſus occidi.

ſ Necdum fontes aquarum eruperant] de matrice terræ, vel proruperant in eſſe. Vel [Fontes aquarum,] ideſt, fluenta gratiarum, vel doctrinæ. *Zach.* 13. Erit fons patens domui Iſrael.

t Necdum montes,] ideſt, ſuperbi dæmones.

u Gravi mole conſtiterant,] ideſt, gravitate culpæ demerſi fuerant. Vel ſic.

t Necdum montes] ideſt, Apoſtoli.

u Gravi mole conſtiterant,] ideſt, gravitate morum informati fuerant.

x Ante colles,] ideſt, antequam minores inciperent.

y Ego parturiebar,] ideſt, gignebar. Et nota verbum meditativum, paſſivum, & præteritum imperfectum. Per præteritum imperfectum notatur æterna filii & continua generatio, quia filius ſemper a patre gignitur & gignetur & genitus fuit. Per paſſivum, notatur exitus filii a patre. Per meditativum, notatur, quod incomprehenſibilis eſt illa generatio. Unde *Iſa.* 53. Generationem ejus quis enarrabit? De his montibus dicitur *Joel.* 3. Et erit in die illa, ſtillabunt montes dulcedinem, & colles fluent lacte.

z Adhuc terram non fecerat] ad litteram, vel Eccleſiam. *Eccl.* 1. Generatio præterit, &c.

a Et flumina ad litteram. Vel [Flumina] gratiarum & doctrinæ, vel flumina baptiſmi & pœnitentiæ. *Act. 2. f.*

b Et cardines orbis terræ,] ideſt, quatuor partes mundi] ad litteram. Vel Apoſtolos, quibus fertur tota Eccleſia, vel quatuor virtutes Cardinales, quibus fertur & regitur tota anima rationalis.

c Quando præparabat in diſpoſitione vel ornatu.

d Cœlos] ad litteram, vel Apoſtolos. *Job.* 26. Spiritus Domini ornavit cœlos.

e Aderam,] ideſt, cum eo eram ſicut alius apud alium. *Joan.* 1. In principio erat verbum, &c.

f Quando certa lege & gyro vallabat abyſſos,] ideſt, quando

mare certo termino claudebat. *Job.* 38. Quis concluſit oſtiis mare? quaſi dicat, ego ſolus. *Jerem.* 5. Qui poſui arenam terminum maris.

D Quando *a* æthera firmabat ſurſum, & *b* librabat fontes aquarum: *c* Quando circumdabat mari terminum ſuum, & *d* legem ponebat aquis, ne tranſirent fines ſuos. *e* Quando appendebat fundamenta terræ: cum *f* eo eram cuncta componens. Et *g* delectabar per ſingulos dies, ludens *h* coram eo omni tempore ludens in orbe terrarum, & *i* deliciæ meæ eſſe cum filiis hominum. k Nunc ergo, filii, audite me. *l* Beati, qui cuſtodiunt vias meas. *m* Audite diſciplinam, *n* & eſtote ſapientes: & *o* nolite abjicere eam. *p* Beatus homo *q* qui audit me, & *r* qui vigilat ad fores meas quotidie, *ſ* & obſervat ad poſtes oſtii mei. *t* Qui me invenerit, inveniet vitam, & *u* hauriet ſalutem *x* a Domino. *y* Qui autem in me peccaverit, *z* lædet animam ſuam. *a* Omnes, qui me oderunt, diligunt mortem.

a Quando æthera firmabat ſurſum,] ideſt, cælum empyreum vel firmamentum, cujus firmitas in hoc conſtat, quod ſemper motum ſuum continuans, nunquam mutat locum, nec deſcendit, nec diſſolvitur, quod eſſe non poſſet in tanta machina, niſi divina eſſet potentia ſtabilitum. *Sup. 15. d.* *b* Et librabat fontes aquarum,] ideſt, in numero, pondere & menſura eos conſtituens & præfigens eis terminum certum, *Pſ.* 130. Terminum poſuiſti eis, quem non tranſgredientur. *c* Quando circumdabat mari terminum ſuum.] Ad litteram. Vel quando dæmonum potentiam limitabat; quantum tentare vel nocere poſſent hominibus: Non enim quantum volunt poſſunt: ſed quantum a Deo permittuntur.

Vel per mare accipiuntur impii, qui ſunt quaſi mare fremens, quod quieſcere non poteſt, quorum potentiam limitavit Dominus, quantum poſſunt contra bonos.

d Et legem ponebat aquis, ne tranſirent fines ſuos.] Ad litteram. Vel aquis, ideſt, cunctis populis, quia aquæ multæ populi multi, *Apoc.* 17. Vel aquis legem ponere, eſt ſcripturis ſacris limites præfigere, ut non ad libitum exponantur a quolibet, ſed ſecundum quod Sancti determinant, vel Spiritus S. revelat. *e* Quando appendebat fundamenta terræ,] ideſt, quando ponebat terram quaſi fundamentum aliorum elementorum, ſuper nihil fundans eam.

Terra enim in medio mundi conſiſtit ſua ponderoſitate. *Iſa.* 40.

Quis appendit tribus digitis molem terræ, & libravit in pondere montes, & colles in ſtatera? Vel [fundamenta terræ] ideſt, Eccleſiæ ſunt Apoſtoli, qui in ſanguine ſuo fundaverunt Eccleſiam *Pſ.* Fundamenta ejus in montibus ſanctis. *Apoc.* 21. Murus civitatis habens fundamenta duodecim, & in ipſis nomina duodecim Apoſtolorum. *f* Cum eo eram cuncta componens,] quia indiviſa ſunt opera Trinitatis. Præpoſitio autem, [cum] hic notat identitatem eſſentiæ, & diſtinctionem perſonarum, ſicut hæc præpoſitio, in *Joan.* 1. In principio erat verbum, ideſt, in Patre Filius ut idem & alius; quod autem Filius facit omnia, hoc habet a Patre, penes quem reſidet prima auctoritas. *g* Et delectabar per ſingulos dies,] ideſt, æternaliter gaudebam me eſſe unum cum Patre. Simile *Mich.* 5. Egreſſus ejus ab initio a diebus æternitatis.

Vel [ſingulos dies,] ideſt, per ſingulas operum diſtinctiones.

h Coram eo omni tempore ludens in orbe terrarum,] ideſt, gaudens in his, quæ fiebant, quæ ideo fecit, ut eis gloriam ſuam communicaret.

Vel, [Ludens in orbe terrarum,] ideſt, ludere faciens, homines ſcilicet, de orbe terrarum

Totus enim orbis terræ eſt quaſi quidam ludus pilæ, qui modo ab illo tenetur, modo ad illum projicitur, & aliquando dividitur in partes: & ille unam partem habet, & alius aliam.

Sic & de orbe. Primo fuit monarchia apud Aſſyrios, poſtea quaſi pila projecta venit ad Perſas & Medos, poſtea ad Græcos, poſtea ad Romanos, modo diviſa eſt pila. Hoc eſt, quod dicit *Iſaiæ cap.* 22. Quaſi pilam mittet te in terram latam, & ſpacioſam, ibi morieris. *i* Et deliciæ meæ,] ſunt, ſupple, [eſſe cum filiis hominum,] per inhabitantem gratiam, quia deſiderat in amore noſtro quieſcere, & nos bonis meritis ad ſe videndum perducere.

Vel, [Deliciæ meæ,] ſunt [eſſe cum filiis hominum,] per naturæ humanæ participium. De quibus deliciis homini comminatus miratur *Job. cap.* 7. Quid eſt homo, quia magnificas eum? *Pſalm.* 8. Quid eſt homo, quod memor es ejus? *Deut.* 10. Cum patribus conglutinatus eſt Dominus, & amavit eos, elegitque ſemen eorum poſt eos, Item 1. *Reg.* 18. Anima Jonathæ conglutinata eſt animæ David. Potius ſunt ei deliciæ eſſe cum filiis hominum, quam cum Angelis: quia de his, quæ aucupio, vel venatione capiuntur, fiunt deliciæ ciborum, non de domeſticis, & ipſe quidem venatione prædicationis & aucupio crucis cepit homines. De qua venatione dicitur *Gen.* 27. Sume arma tua, & pharetram & arcum, & egredere foras, cumque venatu aliquid apprehenderis fac mihi inde pulmentum ſicut velle me noſti. Nota, filius Dei eſt ſuper filios hominum: creatione *Geneſ.* 1. Spiritus Domini ferebatur ſuper aquas. Item cum filiis hominum eſt incarnatione. *Iſa.* 7. Ecce virgo concipiet & pariet filium, & vocabitur nomen ejus Emmanuel, quod interpretatur nobiſcum Deus. Item ſub filiis hominum obedientiæ ſubjectione. *Luc.* 2. Et erat ſubditus illis. Item contra filios hominum peccatorum punitione. *Job.* 7. Quare poſuiſti me contrarium tibi? Item eſt pro filiis hominum paſſione, 1. *Pet.* Chriſtus paſſus eſt pro nobis. *Qualiter filius Dei ſit cum filiis hominum.* k Nunc ergo, filii, audite me,] ideſt, meam doctrinam ſuſcipite corde, & facite opere. Et bene debetis audire, quia

l Beati, qui cuſtodiunt vias meas,] ideſt, miſericordiam & judicium, Miſericordiam compaſſionis, judicium diſcretionis.

Pſalm 100. Miſericordiam & judicium cantabo tibi, Domine.

Duas has vias requirit a nobis Dominus, *Michea* 6. Indicabo tibi, homo, quid ſit bonum, & quid Dominus requirat a te, utique facere judicium, & diligere miſericordiam: Unde *Jerem.* 9. Ego Dominus, qui facio miſericordiam & judicium, hæc mihi placent. Per hæc enim placent, per hæc enim acquiritur ſapientia. *Eccleſiaſt.* Concupiſcens ſapientiam conſerva juſtitiam, & Deus præbebit illam tibi.

m Audite diſciplinam,] verborum, qua mores informantur, & verberum, qua vitia reprimuntur. *Eccl.* 11. Malitia unius horæ oblivionem facit luxuriæ maximæ. *n* Et [eſtote ſapientes,] ideſt, manete in ſapientia. Simile. *Iſa.* 1. Lavamini, mundi eſtote, ideſt, in munditia manete.

o Et nolite abjicere eam,] ſcilicet, diſciplinam, quod qui facit, contra animam ſuam facit, *inf* 15. Qui abjicit diſciplinam, deſpicit animam ſuam. Sed diceret aliquis: quare vis te audiri? Ideo quia:

p Beatus homo,] modo ſpe, tandem re.

q Qui audit me,] auditu interiori. *Eccli.* 24. Qui audit me, non confundetur.

r Qui vigilat ad fores meas quotidie,] quæ ſunt duo teſtamenta, vel doctores, vel timor, & amor. Vel oſtium, Chriſtus, ſecundum quod homo, cujus poſtea ſunt humanitas, & divinitas, vel corpus, & anima, vel Prædicatores, qui debent in ſe habere ſculpta Cherubin, & palmas, ſicut dicitur, 3. *Reg.* 6. Vel oſtium poteſt dici cor humanum, cujus poſtes ſunt affectus, & intellectus. Dicit ergo ſapientia. *p* Beatus homo, qui audit me,] ideſt, obedit mihi. *r* Et qui vigilat ad fores meas quotidie,] ideſt, ad ſcripturas intelligendas. *ſ* Et obſervat ad poſtes oſtii mei,] ideſt, ad ſanctos prædicatores imitandos, ſicut legitur *Heſther* 2. de Mardochæo, qui obſervabat ad poſtes palatii Aſſueri. Vel [Beatus, qui obſervat ad poſtes oſtii mei,] ut ſcilicet, me inveniat. Quia *t* Qui me invenerit, inveniet vitam,] quippe quia ipſe eſt vita, *Joan.* 14 Ego ſum via, veritas, & vita. *u* Et hauriet ſalutem,] copioſe in futuro. Hic enim tanquam præguſtatur. *x* A Domino] non a ſe. Vel a Domino, quaſi a puteo pleno deliciis, & divitiis, quem videndo haurimus nobis ſalutem, & omne bonum. *y* Qui autem in me peccaverit] adulterando ſapientiam. *z* Lædet animam ſuam.] Unde *Tob.* 12. Qui faciunt iniquitatem, & peccatum, hoſtes ſunt animæ ſuæ. *a* Omnes, qui me oderunt, diligunt mortem,] quia ego ſum vita, *Joan.* 14.

EXPO-

EXPOSITIO CAP. IX.

a SApientia ædificavit, &c.] Supra agit Salomon de æternitate, & Deitate Chriſti: hic agit de ejuſdem humanitate, ſecundum quam eſt caput Eccleſiæ, quam ut domum

A ædificavit ſibi ſapientia, ſicut hic dicitur, ſeptem columnis eam fulciens, parans in ea convivium, poſtea mittens ancillas ſuas, ut

C A P. IX.

a SApientia b ædificavit c ſibi d domum: e excidit columnas ſeptem.

vocarent ad convivium invitatos, in quo breviter myſterium Incarnationis, & paſſionis comprehendit. Dividitur autem hoc capitulum in tres partes. In prima agit de ædificio domus ſapientiæ & convivio ejus. In ſecunda oſtendit quales ſunt invitati ad illud convivium, & quales non, *ibi*: [Si quis eſt parvulus:] In tertia agit de ſtulta muliere, quæ & ſuos vocat ad ſuum convivium, *ibi*: [Mulier ſtulta, &c.] Multa igitur myſteria ſub paucis verbis comprehendens Salomon, ait:

a Sapientia,] ideſt, Chriſtus, qui eſt Dei virtus, & Dei ſapientia. 1. *Corinth.* 1.

b Ædificavit,] ſua & ſuorum operatione & prædicatione.

c Sibi,] non alii.

d Domum,] ideſt, Eccleſiam.

e Excidit columnas ſeptem,] ideſt, particulares Eccleſias ſeptiformi gratia illuſtrans, per orbem erexit. Vel, [Septem columnæ,] ſunt Doctores, & Predicatores, ſeptiformi gratia rotundati; quos quaſi columnas ad portandum Eccleſiæ fabricam Chriſtus excidit, ideſt, ab amore mundi ſeparavit: De quibus *Pſal.* 74.

Ego confirmavi columnas ejus.

Quæ etiam dicuntur ſeptem, non tantum propter ſeptiformem gratiam, ſed etiam propter ternarii & quaternarii rationem; quia in ſe ducti, duodenarium faciunt, quot fuerunt Apoſtoli, qui etiam fidem Trinitatis quatuor orbis partibus prædicaverunt.

Fundamenta hujus civitatis ſive domus, fuerunt Prophetæ: De quibus *Iſaiæ* 54. Fundabo te in Saphiris, & ponam Jaſpidem propugnacula tua. Columnæ, Apoſtoli, ut dictum eſt.

Murus vero & antemurale, Dominus Jeſus. *Iſaiæ* 26.

Urbs fortitudinis noſtræ Sion, ſalvator ponetur in ea murus & antemurale: Murali, ſunt Prælati. Cuſtodes murorum, Angeli, *Iſaiæ cap.* 62. Super muros tuos, Jeruſalem, conſtitui cuſtodes: tota die & nocte in perpetuum non tacebunt.

De ædificio hujus domus dicitur

Cantic. cap. 3. Ferculum fecit ſibi Rex Salomon de lignis Libani: columnas ejus fecit argenteas, reclinatorium aureum, aſcenſum purpureum media charitate conſtravit. Quia quicquid fecit a Nativitate uſque ad Paſſionem, fecit charitate Chriſtus. De eodem legitur *Tob. cap.* 13. Jeruſalem ædificabitur ex ſaphiro & ſmaragdo, & ex lapide pretioſo omnis circuitus murorum: ex lapide candido & mundo omnes plateæ ſternentur, & per vicos ejus, alleluja cantabitur. De eodem legitur *Apoc.* 21.

Δ a Immolavit

Aliter a principio. a Sapientia ædificavit ſibi domum,] ideſt, corpus & animam ad inhabitandum.

e Excidit columnas ſeptem,] ideſt, ſeptem dona Spiritus ſancti, *Iſaiæ capitulo quarto*, Apprehendent ſeptem mulieres virum unum in die illa, ideſt, ſeptem dona Chriſtum, qui eſt vir unus, quia non habet patrem. Vel ſeptem columnæ, ſunt ſeptem ſigilla, quibus ſignatus fuit liber vitæ, quæ ſolvit leo de tribu Juda. *Apocalyp. cap. quinto*.

Primum ſigillum eſt nativitas: Secundum, circumciſio: Tertium, eſt baptiſmus: Quartum, paſſio: Quintum, ſepultura: Sextum, reſurrectio: Septimum, aſcenſio.

Domus ſapientiæ beata Virgo. Vel domus ſapientiæ eſt Beata Virgo. Septem columnæ ſunt ſeptem virtutes: quas ponit *Jacob capitulo* 3. Sapientia, quæ deſurſum eſt: primum quidem publica eſt, deinde pacifica, modeſtia, ſuadibilis, bonis conſentiens, plena miſericordia & fructibus bonis, judicans ſine ſimulatione. Quæ etiam notantur *Lucæ cap.* 1. In ſalutatione Angeli.

Prima igitur columna eſt pudicitia, quæ notatur *ibi*: Miſſus eſt Angelus Gabriel ad Virginem.

Secunda eſt pax ſive concordia: *ibi*: Deſponſatam viro, cui nomen erat Joſeph.

Tertia ſuadibilitas: *ibi*: Cogitabat qualis eſſet iſta ſalutatio.

Quarta modeſtia: *ibi*: Quomodo fiet iſtud, &c.

Quinta, conſenſus facti: *ibi*: Fiat mihi ſecundum verbum tuum.

Sexta plenitudo miſericordiæ: *ibi*: Exurgens Maria abiit in montana cum feſtinatione.

Septima, judicium ſine ſimulatione: *ibi*: Ecce Ancilla Domini.

Vel aliter. Prima columna eſt virtus, ſive virginitas, quæ tangit: *ibi*: Miſſus eſt Angelus Gabriel ad Virginem.

Secunda, taciturnitas: *ibi*: Cogitabat qualis eſſet iſta *Luc. 1. d.* ſalutatio.

Vel *ibi*: Maria autem conſervabat omnia verba hæc conferens in corde ſuo.

Unde & in *Evangelio* legitur tantum quater locuta fuiſſe.

Primo, Angelo reſpondendo.

Lucæ capitulo primo Secundo, filium increpando.

Lucæ capitulo 2. Fili, quid feciſti nobis ſic? Tertio, Eliſabeth ſalutando: *Lucæ capitulo primo* Quarto, miniſtris conſulendo. *Joan. capitulo* 2. Quodcumque dixerit vobis, facite. Tertia columna eſt ſtabilitas, quæ tangitur *ibi*: Ingreſſus eſt Angelus ad eam. Quarta, ſtrenuitas, quæ tangitur *ibi*: Exurgens autem abiit in montana cum feſtinatione. Quinta, humilitas; *ibi*: Ecce ancilla Domini. Sexta, pietas: *ibi*: Manſit autem Maria cum illa quaſi tribus menſibus. Septima, prudentia: *ibi*: Quomodo fiet iſtud, &c. Unde *verſus*:

Caſta, tacens, reſidens, operans, humilis, pia, prudens;
Hoc ſeptiformi munere Virgo micat.

Item domus ſapientiæ eſt cœlum. Septem columnæ, *Domus ſapientiæ cœlum.* univerſitas Angelorum, quos excidit ſapientia, ideſt, a ruina cadentium ſeparavit. *Job.* 26. Columnæ cœli contremiſcunt & pavent ad nutum ejus.

Item domus ſapientiæ eſt Philoſophia. Septem columnæ ſunt ſeptem liberales artes, ſcilicet, Grammatica, Dialectica, Rhetorica, Arithmetica, Muſica, Geometria, Aſtronomia. Has columnas excidi jubet a vanitate, a ſuperfluitate.

Unde *Deuteronom. cap.* 21. præcipitur, ut puellæ ca- *Domus ſapientiæ Philoſophia.* ptivæ ungues, & cæſareis reſecentur. Grammatica docet recte loqui. Hanc columnam non habent in domo ſua, qui nunquam aperiunt os ſuum ad loquendum verbum Dei: cum tamen ex officio teneantur. De quibus dicitur *Iſaiæ cap.* 26. Speculatores ejus cœci omnes, neſcierunt univerſi, canes muti non valentes latrare. Neſcientes etiam loqui ſpiritualiter: unde cum interrogantur, ut dicant Sebulet, quod interpretatur ſpica, ut non moriantur, non valentes exprimere ſpicam eadem littera, reſpondent Thebolech, quod interpretatur ſpica paleæ; & ideo interficiuntur, ut legitur *Jud. cap.* 10.

Vel certe primam columnam, ideſt, grammaticam non habent detractores, qui nunquam recta loquuntur de aliis: Hæc autem recte & congrue docet loqui. Secundam columnam, ideſt, Dialecticam veram non habent adulatores, qui falſa potentibus blandiuntur: Hæc autem docet vera loqui. Tertiam columnam, ſcilicet, Rhetoricam non habent illi, qui ſemper ſcurrilia & turpia loquuntur: Hæc autem docet ornate loqui. Quartam columnam, ſcilicet, Arithmeticam non habent illi, qui ſunt ſuperbi, qui in numero aliorum nolunt computari, nec vivere cum aliis. Hæc autem docet numerorum proportionem. Talis fuit Phariſæus ille, qui orando dicebat; Gratias tibi ago, Deus, quia non ſum ſicut ceteri homines, *Lucæ cap.* 18. Talis etiam fuit Lucifer, qui nolens eſſe cum aliis, dixit: Conſcendam in cœlum, & ſimilis ero Altiſſimo: *Iſaiæ cap.* 14. Et breviter hanc columnam non habent illi, qui appetunt ſingulares videri.

Quintam columnam, ſcilicet, Muſicam non habent ſchiſmatici, qui diſcordant: Hæc autem docet ſonorum concordias, ſive harmonias & tonorum proportiones. Sextam columnam, ſcilicet, Geometriam non habent divites avari, qui male menſurant, ſibi omnia retinentes, aliis indigentibus & nihil habentibus; Hæc autem docet recte, & vere menſurare.

Septimam columnam, ſcilicet, Aſtronomiam non habent luxurioſi, qui ut porci oculos, & os ſemper habent in luto: Hæc autem docet curſus ſiderum, & motus.

a Immolavit victimas ſuas: b miſcuit vinum, & c propoſuit menſam ſuam. Miſit d ancillas ſuas, ut e vocarent ad arcem & ad f mœnia civitatis.

A a Immolavit victimas ſuas,] ideſt, ſemetipſum. *Eph.* 5. Chriſtus dilexit nos, & tradidit ſemetipſum pro nobis oblationem & hoſtiam Deo in odorem ſuavitatis. Pluraliter autem dicit, victimas,] propter præludia paſſionis, vel propter martyres, quos ipſe quaſi victimas obtulit Deo patri, *Matthæi* 22. Ecce prandium meum paravi: tauri mei & altilia occiſa ſunt, & omnia parata, venite ad nuptias. b Miſcuit vinum,] aquæ, ſcilicet, divinitatem humanitati univit in ſua perſona, & fulgorem divinitatis nube humanitatis temperavit, aliter tantum fulgorem humanus aſpectus ſuſtinere non poſſet. Unde B. *Bern.* Claritatem Solis æterni nec viſus ſingularis aquilæ, ideſt, Beatæ Virginis aſpectus ſuſtinere potuiſſet, niſi nube carnis obumbraretur. Unde & ei quærenti, quomodo fieret iſtud, dictum eſt: Spiritus ſanctus ſuperveniet in te, & virtus Altiſſimi obumbrabit tibi: *Luc.* 8.

Hæc una cauſa, quare in Sacramento altaris aqua miſcetur vino. c Et propoſuit menſam ſuam, ideſt, ſacram ſcripturam, in qua reficeremus, in hoc deſerto præparavit.

Unde *Pſal.* 21. Paraſti in conſpectu meo menſam, adverſus eos, qui tribulant me: Vel. Propoſuit menſam ſuam,] in Sacramento altaris, ubi ad litteram vinum aquæ miſcetur. *Pſal.* 77. Panem Angelorum manducavit homo. De quo pane dicitur *Geneſ.* 3. In ſudore vultus tui veſceris pane tuo. De hac menſa dicitur *Iſa.* 21. Pone menſam, contemplare in ſpecula comedentes & bibentes, Surgite, Principes, & arripite clypeum. Vel ſic:

b Miſcuit vinum,] compunctionis in terris.

c Et propoſuit menſam ſuam, æternæ refectionis in cœlis: ut ſolum illi ad menſam illam ſedeant, qui primo de vino biberint.

Unde & duobus cognatis ſuis per matrem petentibus, ut, unus ſederet ad dexteram ejus, & alius ad ſiniſtram in regno ſuo, reſpondit: Poteſtis bibere calicem, quem ego bibiturus ſum? *Matth.* 20. quaſi dicat, ad menſam meam non ſedebitis, niſi de vino calicis mei biberitis.

* Sic enim ipſemet fecit.

Unde: Ego diſpono vobis ſicut diſpoſuit mihi pater meus regnum ut edatis, & bibatis ſuper menſam meam in regno meo. d Miſit ancillas ſuas,] ideſt, Apoſtolos, & Prædicatores, qui dicuntur ancillæ: quia humiles ſunt in oculis ſuis, viles, & deſpicabiles in oculis mundi, ſolliciti de lucro domini ſui, molles, & tractabiles ad infirmitatem proximi revelandam. De quibus *Job.* 40. Nunquid illudes ei quaſi avi, aut alligabis eum ancillis tuis? Et 2. *Reg.* 6. dixit David, Vivit Dominus, ludam & vilior fiam plus quam factus ſum, & ero humilis in oculis meis, & coram ancillis, de quibus locuta eſt, glorioſior apparebo.

e Ut vocarent ad arcem,] cœli, ubi menſa poſita eſt. *Matth.* 22.

Ite ad exitus viarum, & quoſcumque inveneritis, vocate ad nuptias.

f Et ad mœnia civitatis,] cœleſtia, ubi pax & ſecuritas ſumma eſt: ubi jugis ſolemnitas. *Iſaiæ* 33. Reſpice Sion ſolemnitatis noſtræ civitatem: oculi tui videbunt Jeruſalem civitatem opulentam, tabernaculum, quod nequaquam transferri poterit.

* Planctatum, & ad cœlum vultum attollere. Unde Ovidius:

Ovid. l. 1. Metam.

> *Pronaque cum ſpectent animalia cetera terram:*
> *Os homini ſublime dedit, cœlumque tueri,*
> *Juſſit & erectos ad ſidera tollere vultus.*

Habet etiam Diabolus ſuam domum, ſcilicet, ſapientiam hujus mundi, quæ inimica eſt Deo: Cujus ſeptem ſunt columnæ, ſcilicet, Grammatica, Dialectica, Rhetorica, & ſic de aliis.

Domus diaboli ſapientia hujus mundi.

Habet enim Diabolus grammaticos ſuos, ſicut & Deos ſuos. Grammatici Diaboli ſunt omnes hypocritæ, qui recte, & congrue loquuntur, ſed incongrue vivunt. Dialectici Diaboli ſunt omnes doloſi, qui ſophiſtice loquuntur, ut decipiant. De quibus *Eccleſiaſt.* 37. Qui ſophiſtice loquitur, odibilis eſt. Rhetores Diaboli, ſunt advocati, qui cauſas iniquas fovent potentum. cauſa autem pupilli & viduæ non ingreditur ad eos, ut dicitur *Iſaiæ* 1. Cauſidicorum enim lingua damnifica eſt, niſi eam funibus argenteis vincias. Arithmetici Diaboli ſunt omnes, qui habent numerum præbendarum ſive beneficiorum. De quibus dicitur *Apocalyp.* 3. Et vidi de mari beſtiam aſcendentem habentem capita ſeptem, ideſt, ſeptem Epiſcopos, & cornua decem, ideſt, decem dignitates, & ſuper cornua ejus decem diademata, ideſt, decem mitræ. In quot enim Eccleſiis habet præbendam: tot mitras habet in capite ſuo ſpe, ſive præſumptione. Ob hoc enim præbendas retinent, cum ad nihil aliud ſibi valeant, niſi ad ſolam ſpem, ut ſic Epiſcopatum poſſint adipiſci.

Muſici Diaboli ſunt adulatores, qui omnibus in bono, & in malo concordant. Geometræ Diaboli ſunt quidam ſuperficialiter juſti, qui ſibi propitii ſunt, aliis vero auſteri, quod valde damnabile eſt, maxime in Prælatis & Confeſſoribus.

De quibus dicit Dominus, *Matth.* 23. Super cathedram Moyſi ſederunt Scribæ, & Phariſæi: omnia ergo quæcumque dixerint vobis, ſervate, & facite; ſecundum opera vero eorum nolite facere; Dicunt enim & non faciunt: Alligant autem opera gravia, & importabilia, & imponunt in humeros hominum: digito autem ſuo nolunt ea movere.

De hoc dicitur *infra* 20. Abominatio eſt apud Deum pondus & pondus, ſtatera doloſa non eſt bona.

Aſtronomi Diaboli ſunt curioſi, qui relictis neceſſariis, de curſu ſiderum diligenter inquirunt: quibus dicitur *Eccleſiaſt.* 3.

Altiora te ne quæſieris, & fortiora te ne ſcrutatus fueris: ſed quæ præcepit tibi Deus, illa cogita ſemper. Et *Cant. Mitte arcana Dei, cœlumque inquirere quid ſit.*

Item domus ſapientiæ clauſtrum eſt, cujus fundamentum eſt paupertas, parietes obedientia & continentia, altitudo humilitas, tectum vero eſt amor fraternitatis. Septem columnæ, ſunt ſeptem obſervantiæ regulares, ſcilicet, cibi ariditas, veſtis auſteritas, jejuniorum continuatio, vigiliarum protractio, manuum labor, diſciplinæ rigor: ſeptima eſt orationum inſtantia.

Domus ſapientiæ eſt clauſtrum.

Item domus ſapientiæ eſt cor viri juſti, qui habet pro fundamento fidem, parietes ſunt ſpes, & timor: altitudo humilitas, longitudo longanimitas; tectum charitas. Septem columnæ, ſunt ſeptem virtutes, quas enumerat *Apoſtolus* 2. *Corinth.* 7. dicens: Hoc ipſum ſecundum Deum contriſtari vos quantam in vobis operatur ſollicitudinem, ſed defenſionem, ſed indignationem, ſed timorem, ſed deſiderium, ſed æmulationem, ſed vindictam.

Alias ſeptem columnas diſtinguit Beatus Bernardus ſuper illud *Pſ.* 96. Juſtitia & judicium correctio ſedis dicens; Superioribus debemus reverentiam & obedientiam: paribus conſilium & auxilium inferioribus cuſtodiam & diſciplinam: ſeptima eſt ut judicemus. Vel ſeptem columnæ ſunt ſeptem virtutes, quæ maxime valent ad ſuſtentanda ſeptem onera, quæ in nobis ſunt.

Domus ſapientia eſt cor juſti.

Primum onus eſt pondus proprii corporis: de quo *Sap.* 9. Corpus quod corrumpitur, aggravat animam. *Hebr.* 12. Omnis diſciplina in præſenti quidem videtur non eſſe gaudii, ſed mœroris, poſtea vero fructum pacatiſſimum exercitatis per eam reddet juſtitiæ.

Secundum onus eſt pondus tribulationum, & paſſionum, quod ſatis leve eſt, quia breve. De quo 2. *Corinth.* 4.

Id quod in præſenti eſt momentaneum & leve tribulationis noſtræ, ſupra modum in ſublimitate æternum gloriæ pondus operatur in nobis. Hoc onus portat patientia.

Tertium onus eſt gravamina proximorum, quæ ipſi patiuntur.

Hoc onus portat charitas, *Galat. ult.* Alter alterius onera portate: ſic adimplebitis legem Chriſti.

Quartum onus eſt pondus, vel ſtimulus datus contra elationem de bonis conceſſis. De quo 2. *Corinth* 10. Ne magnitudo revelationum extollat me, datus eſt mihi ſtimulus carnis meæ Angelus Satanæ, qui me colaphizet.

Hoc onus portat humilitas.

Unde Gregorius in Moralibus. Aquas appendere in menſura, eſt inter proſpera & adverſa, inter ſumma & infima, inter tentationes & dona animarum, ſenſum in humilitate cuſtodire.

Quintum onus eſt triſtitia de dilatione præmiorum: De quo *Pſal.* 68.

Defecerunt oculi mei, dum ſpero in Deum meum.

Hoc onus portat longanimitas.

Sextum onus eſt debitum officiorum. Hoc onus ſuſtinet diſcretio.

Unde Jetro dixit Moyſi, *Exod.* 18. Stulto labore conſumeris, ſupra vires tuas eſt negotium, ſolus illud non poteris ſuſtinere, &c. Septimum onus eſt pondus proprio-

rum

Digitized by Google

rum laborum, ſive ſtudiorum. Et hoc onus portat hilaritas conſcientiæ, ſine qua cito corruit homo in laqueum acediæ. Unuſquiſque autem in ſeipſo immolat victimas Deo, dum beſtias vitiorum in ſe trucidat. Menſam propoſuit, cum mundam conſcientiam cuſtodit, ubi Deus convivatur cum ipſo. *Apocalip. cap.* 3. Ego ſto ad oſtium, & pulſo, ſi quis audierit, &c. *inf.* 15. Secura mens quaſi juge convivium. Vinum miſcet nobis ſapientia, cum lætitiam mentis vel ſpiritum compunctionis infundit.

Ancillas ſuas mittit, ut vocent ad arcem, cum bonas cogitationes immittit, quæ vocant ad cœlum.

Sequitur: *a* Si quis eſt parvulus,] ideſt, intus & exterius humilis. Et eſt hæc ſecunda pars. Vel [Parvulus] malitia, non ſenſu. *b* Veniat ad me,] ut ſapiens, & magnus fiat. *Rom.* 8. Quos vocavit, hos & magnificavit. Parvulos vocat ſapientia, quia nullus permittitur intrare ad eam, niſi parvulus. Unde *Matth. cap.* 18. Niſi converſi fueritis, & efficiamini ſicut parvuli, non intrabitis in regnum cælorum, quod eſt ſacra ſcriptura. Et alibi: Sinite parvulos venite ad me, talium enim eſt regnum cœlorum.

Si *a* quis eſt parvulus *b* veniat ad me. *c* Et inſipientibus *d* locuta eſt: *e* Venite, *f* comedite *g* panem meum. *h* & bibite vinum, quod *i* miſcui vobis. k Relinquite infantiam, *l* & vivite, *m* & ambulate per *n* vias prudentiæ. *o* Qui erudit deriſorem, *p* ipſe ſibi *q* facit injuriam; *r* & qui arguit impium, ſibi *ſ* maculam generat. *t* Noli arguere deriſorem *u* ne oderit te.

x Argue ſapientem, & diliget te.

Da *y* ſapienti occaſionem, & addetur ei ſapientia. *z* Doce juſtum, & feſtinabit accipere. Principium *a* ſapientiæ timor Domini, & *b* ſcientia Sanctorum prudentia. *c* Per me enim multipli-

Mar. 10. h. Sola enim humilitas profundum habet, & vacuum, ubi ſapientia recipiatur.

c Et inſipientibus] ſui reputatione, non turgentibus humana philoſophia. *d* Locuta eſt] ſapientia, ſcilicet: Locutio autem ſapientiæ nihil aliud eſt, quam inſpiratio intelligentiæ.

Quid autem locuta fuerit ſapientia parvulis, & inſipientibus, oſtendit dicens:

e Venite] fide.

f Comedite,] ideſt, vobis incorporate.

g Panem meum,] ideſt, divina eloquia, quæ mentem reficiunt, & confirmant, ſicut panis reficit corpus.

h Et bibite,] ideſt, cum gaudio ſuſcipite.

i Vinum, quod miſcui vobis,] ideſt, verbum, quod propoſui vobis.

Verbum enim Dei & vinum & panis dicitur. Panis, quia confirmat; vinum, quia lætificat. Vel panis dicitur ubi eſt difficultas, vinum ubi eſt facultas, ſive facilitas. De hoc pane, & vino dicitur *Zachar.* 9. Quid bonum ejus, quid pulchrum ejus, niſi frumentum electorum & vinum germinans virgines?

Vel ſic. *e* Venite] pede amoris.

f Comedite] dente fidei.

g Panem meum] in ſacramento altaris. Unde *Auguſtinus in libris confeſſ.* Ut quid paras dentem & ventrem? Crede & manducaſti.

h Et bibite vinum,] ideſt, ſanguinem. *i* Quod miſcui vobis,] ideſt, ſub ſpecie vini aquæ miſti vobis propoſui. Vel [Bibite vinum, quod miſcui vobis,] ideſt, credite Deitatem meam, quam in una perſona humanitati univi, quæ aliter bibi non poterat, ideſt, videri ab homine, niſi humanitati miſta fuiſſet. Sed quia nullus hunc panem comedere ſane, & vinum utiliter bibere poteſt, niſi prius reliquerit mundi vanitatem: Ideo ſequitur. k Relinquite infantiam,] ideſt, ſæculi vanitatem. Hic accipitur infantia in malo, ſicut *Iſa. cap.* 65. Non erit ibi amplius infans dierum] & ſenex, qui non impleat dies ſuos, quoniam puer centum annorum morietur, & peccator centum annorum maledictus erit. *l* Et vivite] vita gratiæ. *m* Et ambulate] de virtute in virtutem, ne cum redierit Dominus, inveniat vos otioſos. Unde *Lucæ cap* 19. recedens a diſcipulis dixit: Negotiamini, dum venio. *n* Per vias prudentiæ,] ideſt, per opera diſcrete facta. *o* Qui erudit deriſorem.] Supra dixit Salomon, quos vocat ſapientia ad ſuum convivium, parvulos ſcilicet, & inſipientes ſui reputatione, hic oſtendit quos non vocat, ſcilicet, deriſores, quia fruſtra laboraret vocando eos, quia ipſi derident Doctores. Et hoc eſt:] Qui erudit deriſorem, ideſt, qui verba eruditionis deriſori proponit. *p* Ipſe ſibi,] ideſt, ſapientiæ. *q* Facit injuriam,] quia dat ſanctum canibus, & ſpargit margaritas ante porcos, quod ſapientia prohibuit. *Matth. cap.* 7. Vel [ipſe ſibi] ipſi [facit injuriam] quia laborem ſuum inutiliter expendit, vel quia provocat eum ad injuriandum ſibi.

r Et qui arguit impium, ideſt, rebellem quemlibet diſciplinæ.

ſ Sibi maculam generat,] quia ipſum contra ſe provocat, quod eſt ſuum officium denigrare. Vel maculam infamiæ ſibi generat, quia hujuſmodi indiſciplinabiles, correctores ſuos infamant.

Vel [ſibi] ſcilicet, impio, quia augeretur ei peccatum. Et cum ita ſit.

C

t Noli arguere deriſorem,] ideſt, contemptorem correctionis. *u* Ne oderit te,] ideſt, ne odiendo te corrigentem pejus peccet. Unde *Gloſſ.* Non eſt timendum ne tibi deriſor, cum arguitur, contumelias inferat, ſed hoc potius providendum eſt, ne tractus ad odium inde fiat pejor, ideo tibi aliquoties ab ejus correctione non tuæ timiditatis, ſed dilectionis ejus gratia ceſſandum.

Sap. 5. *a.* *Eccleſ.* 1. *b.* *Pſal.* 1. 10.

Talibus enim medicina vertitur in venenum, ideſt, verbum Dei, quod eſt vera medicina ſuper omnem herbam. Unde *Sapient.* 16. Non enim herba neque malagma ſanavit eos, ſed tuus ſermo, Domine, qui ſanat omnia.

x Argue ſapientem, & diliget te,] ideſt, parvulum, cui ſapit correctio: Hoc enim eſt lapidem in loco debito collocare in Dei ædificio.

Sapientem hic vocat, non perfectæ ſapientiæ, quia tales non habet opus argui, ſed ſapientiæ amatorem, quem ſupra dixit inſipientem. In hoc enim eſt quilibet ſapiens, quod cognoſcit ſuam inſipientiam. Unde *Beatus Bernardus:* Deus tu ſcis inſipientiam meam, niſi quia in hoc ſapiens ſum, quod & ipſe ego eam ſcio. *Gregor.* Primus gradus perfectionis eſt, ſuæ imperfectionis cognitio. Dico ergo: [Argue ſapientem] & ſic.

y Da ſapienti occaſionem, & addetur ei ſapientia] quia cogitabit circa ſe propter verbum tuæ correctionis, & circumſpectior fiet.

Hoc eſt quod dicit *Eccleſiaſt. cap.* 21. Verbum ſapiens quodcumque audierit ſcius, laudabit, & ad ſe adjiciet. Stultus vero e converſo, ut audivit verbum correctionis, mordet dentibus, & non ceſſat, donec avulſerit a corde ſuo ſicut canis ſagittam. Unde *Eccleſiaſt. cap.* 19. Sicut ſagitta infixa femori canis, ſic verbum in corde ſtulti.

a Doce juſtum, & feſtinabit accipere] doctrinam vel ſapientiam, quaſi eſuriens cibum. *Eccleſiaſt. cap.* 24. Qui edunt me, adhuc eſurient. *Gregorius:* Spirituales deliciæ, quanto amplius habentur, tanto amplius eſuriuntur, quaſi dicat, Ideo libenter docendus eſt juſtus, quia libenter recipit, & proficit [Doce] inquam [juſtum] & primo timorem Domini. Quia *a* Principium ſapientiæ timor Domini] ſervilis vel initialis, quia uterque datur a Domino, & utroque timetur Dominus.

Servilis timor eſt principium ſapientiæ introducens, ſicut ſeta, filum. Unde ſicut ſeta ejicitur de foramine, filo intrante; ſic timor hujuſmodi expellitur, ſapientia adveniente: Timor vero initialis eſt principium intrinſecum & commanens.

b Et ſcientia Sanctorum eſt prudentia.] Qua caventur fraudes, qua bonum cognitum eligitur & malum cognitum reprobatur.

Scientiam Sanctorum dicit ſcientiam Domini, quæ facit interius lamentantem, non exterius jactantem, ut dicit *Auguſtinus*.

c Per me enim multiplicabuntur dies tui.] Dixerat ſupra: Si quis eſt parvulus, veniat ad me: Et quæ utilitas eſt venire ad te, o ſapientia? Magna: [Per me enim multiplicabuntur dies tui,] ideſt, virtutes, ſive interiores illuminationes, quia quælibet virtus ſuam habet illuminationem in anima, ut dicit *Gregorius ſuper Job cap.* 1. ubi agit de convivio filiorum.

Ibidem etiam dicitur, quod omnes gratiæ tranſibunt in gloriam. Vel per dies, divinæ conſolationes intelliguntur, quibus Dominus conſolatur ſuos; per noctes vero intelliguntur tentationes, ſive tribulationes.

a Et

a Et addentur tibi anni vitæ] æternæ, ideſt, dabitur tibi vita æterna. Hic addentur dies, in futuro anni. *Pſ. 60.* Dies ſuper dies regis adjicies, annos ejus uſque in diem generationis & generationis.

b Si ſapiens fueris, &c.] quaſi dicat: ego moneo te ad ſapientiam, quod tantum tibi, & non mihi prodeſt. Quia [ſi ſapiens fueris, tibimetipſi eris] principaliter. Sicut de juſto dicitur *Ezechiel. cap* 18. Juſtitia juſti ſuper ipſum erit, & impietas impii erit ſuper eum.

c Si autem illuſor, ſolus portabis malum.] Contra, *Galat. cap. 6.* Alter alterius onera portate. Solutio. Apoſtolus loquitur de onere infirmitatis, ſive tribulationis præſentis: Salomon autem loquitur hic de onere judicii. Unde *Galat. 6.* Unuſquiſque onus ſuum portabit. *d* Mulier ſtulta.] Tertia pars. Supra commendavit Salomon ſapientiam per ſe, nunc per contrarium, eamdem commendabiliorem oſtendit. Dictum eſt ſupra, quod ſapientia miſit ancillas ſuas, ut vocarent parvulos, & inſipientes ad convivium ſuum: Nunc oſtendit quod mulier ſtulta pene eiſdem verbis invitat etiam ad ſuum convivium. Sed diſtat, quia illa ſimpliciter ad ſe venire vocat, hæc autem quos vocat ad ſe, declinare ſuadet, in quo notatur, quod illa errantes ad rectum iter revocat; iſta vero gradientes a recto declinare docet. Intelligitur autem per hanc mulierem, hæretica doctrina vel ſapientia hujus mundi, quæ bene ſtulta dicitur, quia ſapientiam hujus mundi ſtultam fecit Deus. 1. *Corinth.* 1. Et ponuntur hic ſeptem contraria illis ſeptem, quæ ponuntur. *Jacob.* 3. ubi agitur de cœleſti ſapientia. Illa pudica eſt; iſta plena eſt illecebris, ideſt, noxiis voluptatibus. Illa pacifica: iſta clamoſa. Illa modeſta; iſta ſtulta. Illa ſuadibilis; iſta omnino nihil ſciens. Illa bona conſentiens; hæc ſedet in foribus ſuper ſellam, ut omnibus ſtultis ad peccandum conſentiat. Illa plena miſericordia, & fructibus bonis; iſta vocat tranſeuntes per viam, ut interficiat. Illa judicat ſine ſimulatione: hæc ſedet in excelſo urbis loco, ideſt, in ſupercilio elationis. Dicit ergo:

d Mulier ſtulta,] ideſt, hæretica doctrina, vel ſæculi ſapientia, quæ ſtulta eſt, quia veræ ſapientiæ contraria eſt.

e Et clamoſa,] ideſt, garrula, ſine utilitate loquax, quod provenit ex defectu ſapientiæ.

f Plenaque illecebris,] ideſt, pravis voluptatibus. E converſo dicitur de muliere bona, *Eccleſiaſt.* 26. Diſciplina illius datum Dei eſt, mulier ſenſata & tacita, non eſt immutatio eruditæ animæ, gratia ſuper gratiam mulier ſancta & pudorata.

g Et nihil omnino ſciens] veritatis.

h Sedet in foribus domus ſuæ,] ideſt, in Doctoribus falſitatis, per quos intratur in vim erroris, quæ ducit in infernum. Unde dicuntur porta inferi. *Matth.* 16. Et portæ inferi non prævalebunt adverſus eam. Vel ad litteram: [Mulier ſtulta ſedet in foribus domus ſuæ] ut omnibus ſe exponat, ſicut dicitur *Ezech.* 16. Expoſuiſti fornicationem tuam omni tranſeunti viam, ut ejus fieres.

Moraliter. Moraliter autem: Fores ſunt ſenſus corporis, domus mens. *Jerem.* 9. Aſcendit mors per feneſtras veſtras, ingreſſa eſt mors domus veſtras diſperdere parvulos de foris, juvenes de plateis. Has feneſtras ſeu fores cuſtodiunt boni, ut intrare non poſſit mors. *Iſaiæ* 60. Qui ſunt iſti, qui ut nubes volant, & quaſi columbæ ad feneſtras ſuas? Ibi *Gloſſ.* Quidam ſunt quaſi columbæ ad feneſtras, ut ſibi provideant, & nulli noceant; quidam ut milvi inſidiantes, ut rapiant, ut mulier, de qua hic agitur. Quæ dicitur ſedere

i Super ſellam] quaſi docere præſumens, quæ ſcilicet ſella non habet retro nec a lateribus fulcimentum, unde ab omni parte imminet ei præcipitium, ſicut legitur de *Heli* 1. *Reg.* 4. quod ſedebat ante fores domus ſuæ ſuper ſellam, qui auditis rumoribus de arca capta, cecidit retro, & fractis cervicibus expiravit.

k In excelſo urbis loco,] ideſt, in ſupercilio elationis.

l Ut vocaret] ad ſuas illecebras.

cabuntur dies tui, & *a* addentur tibi anni vitæ. Si *b* ſapiens fueris, tibimetipſi eris, c ſi autem illuſor, ſolus portabis malum. *d* Mulier ſtulta & *e* clamoſa, *f* plenaque illecebris *g* & nihil omnino ſciens, *h* ſedet in foribus domus ſuæ *i* ſuper ſellam in *k* excelſo urbis loco, ut *l* vocaret *m* tranſeuntes per viam, & *n* pergentes in *o* itinere ſuo. *p* Quis eſt parvulus *q* declinet ad me. Et *r* vecordi locuta eſt: *ſ* Aquæ furtivæ dulciores ſunt: & *t* panis abſconditus ſuavior. Et *u* ignoravit quod *x* ibi ſint *y* gigantes, & in *z* profundis infarni convivæ ejus. *a* Qui enim applicabitur illi *b* daſcen-

m Tranſeuntes per viam,] hujus mundi, ideſt, Catholicos, qui ſunt veri Hebræi, feſtinantes ingredi in illam requiem: *Hebræor. cap.* 4. Non habentes hic manentem civitatem, ſed futuram inquirentes. *Hebræor.* 13.

n Et pergentes,] ad patriam.

o In itinere ſuo,] ideſt, in via juſtitiæ, ſive pœnitentiæ, dicens. *p* Quis eſt parvulus,] ſenſu, vel parvulum dicit neophytum in Chriſto, quem acrius revocat, ſicut Pharao filios Iſrael fugientes acrius perſequebatur. *Exod.* 14. D

q Declinet ad me,] non dicit: veniat ad me ſicut ſapientia dicit. *Supra eodem*, ſed dicit, declinet, ſcilicet, a recto itinere, quod ducit ad vitam.

r Et vecordi locuta eſt,] quia ſapienti non audet loqui hoc ſcilicet. *ſ* Aquæ furtivæ dulciores ſunt.] Hoc bene competit hæreticæ doctrinæ, quæ fit in abſcondito. Vel ad litteram invitat ad luxuriam, quæ dicitur aqua. *Gen.* 49. Ruben effuſus es ſicut aqua non creſcas. Furtivæ dicuntur hujuſmodi aquæ, quia furtim, ideſt, in abſcondito potantur. 24. Oculus adulti obſervat caliginem, dicens: Non me videbit oculus. Vel furtivæ dicuntur, quia omnis voluptas hujuſmodi extra propriam uxorem, furtum eſt, & ideo dulcior eſt peccatori. Sed quanto dulcior eſt hic in culpa, tanto amarior erit poſtea in pœna, quia qua menſura menſus fueris delectando in peccato, eadem remetietur tibi in ſupplicio. *Matth.* 7. Item *Iſaiæ* 27. In menſura contra menſuram cum abjecta fuerit, judicabit eam. *Apocalyp.* 16. Quantum glorificavit ſe & in deliciis fuit, tantum date illi tormentum & luctum. Exponitur etiam hoc de monachis & religioſis quibuſdam, qui relicto vino Theologiæ, quod palam bibitur & propinatur, turbidam aquam legum & decretalium furtive bibunt, & dulcior eſt eis hæc aqua turbida, quam meraciſſimum vinum Theologiæ. Unde eis dicitur *Jer. cap.* 2. Quia dereliquiſti Dominum Deum tuum, eo tempore, quo ducebat te per viam, & nunc quid tibi vis in via Ægypti, ut bibas aquam turbidam, ideſt, legum? Et quid tibi eſt cum via Aſſyriorum, ut bibas aquam fluminis, ideſt, decretalium? Et *parum ſupra*: Me dereliquerunt fontem aquæ vivæ, & foderunt ſibi ciſternas diſſipatas, quæ non valent continere aquas. Ovidius l. 3. de arte.

t Et panis abſconditus ſuavior, ideſt, doctrina hæretica, vel inuſitatæ voluptates, vel prohibitæ delectationes: quia: *Nitimur in vetitum ſemper, cupimuſque negatum. Hieronymus.*

Quicquid non licet, magis deſideratur; & quod raritate dulce eſt, aſſiduitate in amaritudinem vertitur. Vel [panis abſconditus,] ſunt ſacrificia hæreticorum, vel lepor verborum eorum, vel blandimentum adulationis: De quo *Job.* 20. Panis ejus in utero illius vertetur in fel aſpidum intrinſecus: Ad hunc panem Diabolus vocat. Sed Dominus e converſo vocat ad panem pœnitentiæ, & ad aquam doloris & contritionis. *Iſa.* 3. Dabit tibi Dominus panem arctum, & aquam brevem.

u Et ignoravit,] ſcilicet, parvulus, qui vocatur, vel mulier quæ vocat.

x Quod ibi,] ubi vocatur.

y Sint gigantes,] ideſt, Dęmones inſidiantes, ut rapiant invitatos, vel delectantes in malo, ſicut Dominus delectatur in bonis ſuo modo.

z Et in profundis inferni convivæ ejus,] ſcilicet, ſtultæ mulieris, ideſt, hæreticæ doctrinæ, vel carnalis voluptatis, vel ſapientiæ ſæcularis. *Job.* 26. Ecce gigantes, ideſt, Dęmones, gemunt ſub aquis, ideſt, pœnis, & qui habitant cum eis, ideſt, omnes mali, qui ſunt convivæ hujus mulieris.

a Qui enim applicabitur illi,] ideſt, mulieri per conſenſum.

b Deſcendat ad inferos.]

Unde *ſupra* 5. dicitur: Longe fac ab ea greſſus tuos, ſive viam tuam, & ne appropinques foribus domus ejus. 1. *Regum* 15. dixit Saul Cineo: Abite, recedite, atque diſcedite ab Amalech, ne forte involvam te cum eo.

Et bene dico, quod qui applicabitur illi, deſcendet ad inferos.

a Nam

a Nam qui aſceſſerit ab ea] mente & corpore. *b* Salvabitur,] hic ſpe, in futuro re.

EXPOSITIO CAP. X.

PArabolæ Salomonis filii David Regis Jeruſalem.] Hic incipit ſecunda pars Libri hujus, quaſi ſecundus liber, unde & novus ponitur titulus, ſicut dicit *Gl.* quia novum genus locutionis hic incipit. Supra enim de bonorum & malorum partibus locutus eſt: Primo diu loquens de una, poſtea diu loquens de alia, ut patet in capitulo præcedente, ubi in prima parte continue locutus eſt de Sapientia, in alia parte capituli locutus eſt de muliere ſtulta uſque in finem capituli.

A
Infr. c. a. v. ... eſto.

det ad inferos, *a* nam qui abſceſſerit ab ea *b* ſalvabitur.

CAP. X.

c PARABOLÆ Salomonis filii David Regis Jeruſalem. *d* Filius ſapiens *e* lætificat patrem, *f* filius

In hoc autem ſecundo libro alternis verſibus quaſi intercalariter actus utrorumque deſcribit. Unde difficile eſſet parabolas iſtas ad unum finem ſingulatim reducere.

Reducuntur autem communiter ſic, quia omnes partes faciunt ad commendationem Sapientiæ, & ad deteſtationem inſipientiæ. Dividitur autem hoc capitulum in tot partes, quot habet parabolas, ſive clauſulas. Non enim poteſt dividi per ſententias apte ſicut præcedentia: Et ſimiliter dico de capitulis ſequentibus uſque ad vigeſimum quintum: Ibi enim incipit tertius liber ſecundum quoſdam. Dicit ergo ſic:

c Parabolæ Salomonis filii David Regis Jeruſalem,] ſupple, hæ ſunt, hic eſt titulus: In principio libri in titulo dixit: [Parabolæ Salomonis filii David Regis Iſrael,] hic dicit Regis Jeruſalem.] Et voluat quidam dicere, quod ibi per Iſrael decem tribus intellexerit, hic vero Jeruſalem duas tribus.

Sed hoc non eſt verum, quia nondum facta erat diviſio regni in decem vel duas tribus, ſed Salomone mortuo, tunc primo facta fuit, ut patet 3. *Reg. cap.* 12. Idem eſt ergo dicere Regis Iſrael, & Regis Jeruſalem, quia in Jeruſalem erat ſedes regni, tamen mutatio tituli, ſignum eſt mutationis modi agendi.

d Filius ſapiens,] qui prædictas correctiones libenter recipit.

e Lætificat patrem, qui non ita cito lætatur, ut mater. *f* Filio vero ſtultus] qui non vult recipere correctiones. *g* Mœſtitia eſt matris ſuæ,] quæ magis compatitur filiu erranti quam pater.

Myſtice. *d* Filius ſapiens] eſt quilibet juſtus vel penitens de peccatis, ipſe eſt lætitia patris ſui, ideſt, Chriſti, qui de pænitentia ejus gaudet, & etiam tota Curia cœleſtis. *Luc.* 15. Gaudium erit Angelis Dei ſuper uno peccatore pœnitentiam agente, quam ſuper nonagintanovem juſtis, qui non indigent pœnitentia.

Myſtice.

f Filius vero ſtultus,] ſcilicet, omnis qui de peccatis non dolet, vel qui tranſgreditur mandata Dei.

g Mœſtitia eſt matris ſuæ,] ideſt Eccleſiæ. *Baruch. cap.* 4. Obliti eſtis eum qui nutrivit vos, & matrem veſtram contriſtatis. Moraliter. Pater eſt Prælatus vel Doctor, & idem dicitur mater. Pater corrigendo, mater conſolando & compatiendo. Unde quidam dixit Prælato: *Verbera patris habes, ubera matris habe.*

Moral.

d Filius ſapiens,] eſt bonus ſubditus, ſive bonus diſcipulus. Stultus filius, malus ſubditus, vel malus diſcipulus.

Dicit ergo:

d Filius ſapiens,] lætitia eſt patris, ſive [lætificat patrem,] quia de profectu ſubditorum gaudeant hic Prælati, & in futuro coronabuntur. Unde Paulus dicebat *Philip.* 4. Fratres mei chariſſimi, & deſideratiſſimi, gaudium meum, & corona mea. Gaudium in præſenti, & corona in futuro.

f Filius vero ſtultus eſt meſtitia matris ſuæ,] ſcilicet Eccleſiæ, quæ dolet de morte ejus ſpirituali: *Jerem. cap.* 9. Quis dabit capiti meo aquam, & oculis meis fontem lacrymarum, & plorabo die ac nocte interfectos filiæ populi mei. *Idem* 31. Vox in excelſo audita eſt lamentationis & fletus & luctus, Rachel plorantis filios ſuos & nolentis conſolari ſuper eos, quia non ſunt.

Vel *d* Filius ſapiens,] eſt bonum opus, quod [lætificat patrem,] ideſt, ſuum auctorem, cum pro ipſo remuneratur. *f* Filius ſtultus,] malum opus, quod, [meſtitia eſt matris ſuæ] ideſt, conſcientiæ, quæ contra illud ſemper nunc remurmurat, in fine verme immortali torquebitur in æternum. *h* Non proderunt theſauri impietatis,] ideſt, male acquiſiti. Vel generaliter omnes theſauri, ſive divitiæ temporales dicuntur theſauri impietatis, quia vel male acquiruntur, vel male retinentur, vel male expenduntur.

vero ſtultus *g* mœſtitia eſt matris ſuæ. † *h* Non proderunt theſauri † impietatis, *i* juſtitia vero liberabit a morte. *k* Non affliget Dominus fame animam juſti, *l* & inſidias impiorum ſubvertet

Auguſt. Omnis dives, aut iniquus, aut hæres eſt iniqui. *Eccl.* 11. Si dives fueris, non eris immunis a delicto. Iſti enim theſauri non proderunt, ſed oberunt, quia pro his punientur. *Jacob.* 5. Aurum, & argentum veſtrum eruginavit, & erugo eorum in teſtimonium vobis erit, & manducabit carnes veſtras ſicut ignis.

al. † Nil. al. † iniquitatis.

Vel [non proderunt,] ideſt, non liberabunt die judicii Sophoniæ 1. Argentum eorum, & aurum non poterit eos liberare in die iræ Domini. *Infr. 11. a. Eccl. 5. c.*

i Juſtitia vero liberabit a morte,] ſecunda ſcilicet: De qua *Apocal. cap.* 20. Infernus & mors miſſi ſunt in ſtagnum ignis: Hæc eſt mors ſecunda.

Vel [theſauri impietatis,] ſunt peccata. *Rom. cap.* 2. Secundum duritiam tuam, & cor impœnitens theſaurizas tibi iram die iræ & revelationis juſti judicii Dei.

Juſtitia vero eſt penitentia, quæ quaſi advocatus cauſæ noſtræ in die judicii nos liberabit a morte, ſi cum ea venerimus ad judicium.

Vel [theſauri impietatis,] ſunt ſcientia abſcondita, quæ debet dari nummularis ad uſuram, quia cum illa abſconditur in damnum Domini ſui, impietatis theſaurus dicitur, quia theſaurum impium facit. De quo *Job.* 20. Divitias, quas devoravit, evomet, & de ventre illius extrahet eas Deus, qui vult eas omnibus communicari. Et hæc eſt juſtitia, quæ liberabit a morte, *Jacob. ult.*

Fratres, ſi quis ex vobis erraverit a veritate, & converterit quis eum, ſcire debet, quoniam qui converti fecerit peccatorem ab errore viæ ſuæ, ſalvabit animam ejus a morte, & operiet multitudinem peccatorum. *k* Non affliget Dominus fame animam juſti.] Hæc eſt tertia parabola.

Ad literam verum dicit, quamvis corpus exterius affligitur: Non enim Lazari animam fame afflixit Dominus, ſed probavit: *Lucæ c.* 26. *Pſ.* 36. Junior fui, etenim ſenui, & non vidi juſtum derelictum, nec ſemen ejus quærens panem:

Vel poteſt intelligi de fame ſpirituali, qua eſuritur juſtitia, quæ non affligit animam, ſed vivificat & roborat.

Unde & ſpiritus fortitudinis ei adaptatur, in Gl. *ſuper Matth.* 5. Iſta fame moritur vetus homo, & novus homo ea vivit.

Vel poteſt intelligi de fame verbi Dei, de qua *Amos* 8. Mittam in terram famem &c. famem dico, ideſt, deſiderium. Nam etſi juſtus non habeat, qui eum paſcat pane verbi exterius, tamen Deus ſolo deſiderio paſcit eum interius, & ideo hac fame non affligitur anima juſti, ſed potius ſaturatur, ſecundum quod dicit *Pſ.* 67. Paraſti in dulcedine tua pauperi Deus, &c.

Vel poteſt intelligi de fame vitiorum, quæ non affligit animam juſti, quia Dominus eum paſcit. *Sapient.* 4. Juſtus ſi morte præoccupatus fuerit, in refrigerio erit.

Et tamen eſt fames inſatiabilis: Nam quid eſt luxuria, niſi fames inſatiabilis voluptatis? Quid ſuperbia, niſi fames inſatiabilis dignitatum? Et de hujuſmodi dicitur *Job.* 30.

Nunc derident me juniores tempore, quorum non dignabar patres ponere cum canibus gregis mei, quorum virtus manuum mihi erat pro nihilo, & vita ipſa putabantur indigni: Egeſtate & fame ſteriles, qui rodebant in ſolitudine, ſqualentes calamitate, & miſeria, mandebant herbas & arborum cortices, & radix juniperorum erat cibus eorum.

Et tanguntur hic peccata generalia.

l Et inſidias impiorum ſubvertet,] ideſt, ſuper eos vindicando retorquet, ſicut accidit Aman: *Heſther c.* 7. Unde *Pſ.* 7. Convertetur dolor ejus in caput ejus, & in verticem ipſius iniquitas ejus deſcendet. Vel [Subvertet,] ideſt, vertet ſub, ut ſint in adjutorium, quę parabantur ad interitum *Geneſ. cap.* 37. Sicut patet in Joſeph, quem ne adorarent fratres ejus, vendiderunt: Sed diſponente Deo, ideo adoraverunt, quia vendiderunt: *Geneſ. cap.* 43.

a Egeſtatem

a Egeſtatem operata eſt manus remiſſa, *b* manus autem fortium divitias parat. *c* Qui autem nititur mendaciis, hic *d* paſcit ventos; *e* idem ſequitur aves volantes. *f* Qui congregat in meſſe, filius ſapiens eſt, *g* qui autem ſtertit æſtate, filius confuſionis. *h* Benedictio Domini ſuper caput juſti, *i* os autem impiorum *k* operit iniquitas. *l* Memoria juſti cum laudibus, & *m* nomen impiorum putreſcet. *n* Sapiens *o* corde *p* præcepta ſuſcipiet, *q* ſtultus cæditur labiis,

a Egeſtatem operata eſt manus remiſſa.] Quarta parabola, ideſt, negligens manus, vel otioſa, ſecundum quod dicit *Auguſt.* Operor & non operor, partes ſunt ad operor.
b Manus autem fortium divitias parat,] æternitas: Ad litteram. Qui enim negligenter vivunt in hoc ſæculo, egebunt bonis omnibus in futuro; qui vero Domino fortiter militant, æternis divitiis remunerabuntur, *inf.* 12. Manus fortium dominabuntur, quæ autem remiſſa eſt, tributis ſerviet. *Seneca.* Arcum frangit intenſio: animum vero remiſſio. *c* Qui autem nititur mendaciis, &c.] Quidam libri non habent clauſulam hanc, præcipue antiqui codices, nec videtur eſſe parabola, quia non complectitur ſimul commendabile, & delectabile, ſicut præcedentes & ſubſequentes parabolæ, & ideo forte non ſunt illa Salomonis, ſed ab aliquo auctore appoſita.

Infr. 12. 4.

Dicit ergo: [Qui autem nititur mendaciis,] ideſt, qui confidit in temporalibus.

d Hic paſcit ventos,] ideſt, Demones, quia ſecundum Hebræos risha eſt æquivocum ad ſpiritum, & ad flatum, vel ventos ſuperbiæ, quibus hic paſcitur. *Oſee* 12. Ephraim paſcit ventum & ſequitur æſtum. Temporalia vero mendacia dicuntur, quia non ſolvunt quod promittunt.

Unde *Auguſtinus.* Omnia mendacia ſunt præter Chriſtum *Eccleſiaſt.* 34.

Quaſi qui apprehendit umbram & perſequitur ventum, ſic & qui attendit ad viſa mendacia. Vel ad litteram: Qui nititur mendaciis,] vanæ laudis vel detractionis aliorum vel adulationis propriæ, [hic paſcit ventos,] ideſt Demones, qui dicuntur venti propter velocitatem & ſuperbiam, vel vanos homines. *e* Idem ſequitur aves volantes,] ideſt, verba ventoſa & inania, quibus famam ſeu mundi gloriam acquirat.

Vel [aves,] ideſt, mundi honores non tamen conſequetur, quia fugiunt ſequentes, & ſequuntur fugientes ad modum umbræ.

Unde *Hieron.* Hoc ſolum bonum habet mundana gloria, quod amatores ſuos contemnit, & diligit contemptores ad modum umbræ, quam nemo fugiendo poteſt effugere, nec ſequendo poteſt aſſequi.

f Qui congregat in meſſe, filius ſapiens eſt.] (Quinta parabola) ad litteram hoc verum eſt, ut de formica. *ſupra* 6. Vade ad formicam, o piger, & conſidera vias ejus, & diſce ſapientiam, quæ cum non habeat ducem, nec præceptorem, nec principem, parat æſtate cibum ſibi & congregat in meſſe, quod comedat.

Vel Myſtice. Meſſis eſt præſens vita propter æſtum tribulationum ac tentationum.

Unde *Luc. cap.* 10. Meſſis quidem multa, operarii vero pauci.

Qui in hac meſſe congregat Deo animas falce verbi & exempli, filius ſapiens eſt. Dicitur autem ſapiens, cui ſapiunt res prout ſunt, vel cui ſapit ſalus animarum.

Vel meſſis dicitur doctrina, Unde *infra* 24. In doctrina
Myſtice. replebuntur cellaria univerſa ſubſtantia pretioſa & pulcherrima. Qui congregat in hac meſſe manipulos verarum ſententiarum & bonarum operationum in cœleſte horreum reponendos, filius ſapiens eſt. Vel meſſis dicitur tribulatio præſens, qua patientia & humilitas & manſuetudo ſociantur, & ideo ceteris virtutibus pinguiores debent eſſe, quia ſemper ſunt in meſſe: Ubique enim per gratiam Dei abundant contumeliæ, verbera, verba ignominiæ, injuriæ, moleſtiæ, quibus reficiuntur prædictæ virtutes. Et de hac meſſe verum eſt, quod dicit Dominus: *Luca* 10. Meſſis quidem multa, operarii vero pauci.
g Qui autem ſtertit æſtate, filius confuſionis eſt,] ideſt, qui in hac vita præſenti torpeſcit a bono, confundetur in die tribulationis. Qui ſtertit aliis ſtrepitum facit, & non ſinit fratres, qui ſecum ſunt, dormire, ſic detractor, ſic impatiens, ſic inobediens. Provenit autem ſtertitio ex inordinata capitis poſitione, ideſt, mentis quæ indiſtincta eſt in prædictis peccatoribus.
h Benedictio Domini ſuper caput juſti.] (Sexta parabola) in præſenti per gratiam, in futuro pro gloriam. *Matth. cap.* 25. Venite benedicti patris mei, poſſidete paratum vobis regnum &c. Caput juſti dicit mentem ſeu animam, quam Dominus benedicit ſanctificando per gratiam, multiplicando dona gratiarum ſpiritualium. Aſinum vero, ideſt, corpus non multum curat hic Dominus phalerare, quia ſi bene ſervierit hic, in futuro quatuor phaleris, ideſt, quatuor dotibus decorabit.
i Os autem impiorum,] vorax & loquax, ebrietati, detractioni, adulationi, contumeliis, mendaciis, perjuriis aſſuetum. *k* Operit iniquitas,] in inferno, ideſt, propter iniquitatem, quam ſibi congeſſit, condemnabitur quaſi in pœna ſepultum: ut patet in divite Epulone, qui plus in lingua dicit ſe puniri, quia plus in lingua peccavit. *Luc. cap.* 16. Vel, [os impiorum operit iniquitas,] ideſt, occidit; ne ad confeſſionem peccatorum aperiatur, vel ad laudem Dei. *Eccli. cap.* 15. Non eſt ſpecioſa laus in ore peccatoris. *l* Memoria juſti cum laudibus,] eſt, quia vita tota laudabilis fuit. [Juſti] dico, ideſt, Chriſti, vel cujuslibet Sancti. *Eccl.* 43. B

Laudemus viros glorioſos, & parentes noſtros in generatione ſua. Item *Eccli. cap.* 49. Memoria Joſiæ in compoſitione odoris facta eſt, opus pigmentarii in omni ore quaſi mel indulcabitur. Joſias interpretatur; ubi eſt incenſum Domini vel in quo eſt ſacrificium Domini, vel in quo eſt ſalus Domini, vel in quo eſt Salvator Dominus. Item *Pſalm.* 111. In memoria æterna erit juſtus, ab auditione mala non timebit. *m* Et nomen impiorum putreſcet,] ideſt, deficiet. *Pſ.* 9. Periit memoria eorum cum ſonitu.

Vel [putreſcet] quaſi putredo in pergameno, ideſt, cordibus malorum, & putredo, & fetido in cauſto ſcriptum, ſcilicet, verbis adulatorum. *Jer. cap.* 17.

Recedentes a te in terra ſcribentur. Dicit autem putreſcet, non putreſcit, quia modo non ſentitur fetor ejus, nec putridum innoteſcit, quia nondum habemus nares ſpirituales propter aſſuefactionem fetoris. *Unde B. Bernardus.* Ubi omnes ſordent, non ſentitur fetor unius. Sed in futuro, quando ſpirituales erimus, tunc putreſcet, ideſt, putridum eſſe innoteſcet. E converſo nomen juſtorum, quod modo mortuum eſt, in futuro reviviſcet. *Eccl. cap.* 44. Corpora eorum in pace ſepulta ſunt, & nomen eorum vivet in generationem, & generationem.

Vel [Nomen impiorum putreſcet,] ideſt, ipſi pro eo, *Pſalm.* 41.
quod nomen ſuum vocaverunt in terris ſuis, putreſcent in ſuppliciis, ubi vermis eorum non morietur, & ignis non extinguetur. *Iſaiæ cap. ult.* Econtra juſti, qui celaverunt nomina ſua in terris, ſed vocaverunt in cœlis, in laudibus Dei in æternum gaudebunt.

Vel [Nomen impiorum putreſcet,] ideſt, cauſa nominis, ſcilicet potentia, divitiæ, corporis fortitudo. *Jacob cap.* 5. Divitiæ veſtræ putrefactæ ſunt. Ideo dicit *Jerem.* 9. Non glorietur fortis in fortitudine, & non glorietur dives in divitiis ſuis. *n* Sapiens in corde,] non tantum ore.
p Præcepta Dei [ſuſcipiet,] & ſuſcepta faciet. Unde *ſupra cap.* 9. Doce juſtum, & feſtinabit accipere.

Vel ſic:
n Sapiens,] ideſt, cui ſapiunt res ſecundum valorem & ſaporem proprium.
o Corde ſuſcipiet præcepta,] Dei vel Prælati, non aure tantum, ſicut multi, qui tantum aurem corporis verbo Dei accommodant; cor vero eorum diviſum eſt in multas partes. Quædam pars eſt in arca, quædam in coquina, quædam in lecto. *Oſee* 10. Diviſum eſt cor eorum, nunc interibunt.

Quidam etiam in pergameno, non in animo præcepta Dei ſuſcipiunt. De quibus dicit *Apoſtolus*, quod auribus, non animo philoſophantur.
q Stultus,] vero, [cæditur labiis] docentis quaſi flagellis vel lapidibus, ideo ſtultus fugit doctrinam quaſi gladium, vel ignem, vel lapidem, *Eccleſiaſt.* 21. Compedes in pedibus ſtulto doctrina. Vel [ſtultus cæditur labiis,] ſui ipſius, quibus damnari meruit, quia mors & vita in manibus linguæ, qui diligunt eam, comedent fructus ejus, *inf. cap.* 18. Item *eodem.* Os ſtulti contritio ejus, & labia ipſius ruina animæ ejus. *Eccleſiaſt. cap* 6. Omnis labor hominis in ore ejus.

a Qui

Digitized by Google

a Qui ambulat ſimpliciter ambulat confidenter, b qui autem depravat vias ſuas, c manifeſtus erit. d Qui annuit oculo, dabit dolorem, e ſtultus labiis verberabitur. f Vena vitæ os juſti, g os autem impiorum operit iniquitatem. h Odium ſuſcitat rixas, i & univerſa delicta operit charitas. In k labiis ſapientis invenitur ſapientia, l & virga in m dorſo ejus, qui indiget corde. n Sapientes abſcondunt ſcientiam,

a Qui ambulat ſimpliciter, ambulat confidenter.] Simpliciter ambulat qui humiliter ambulat ſequens eum qui vere ſimplex eſt, ſicut Urias. 2. *Regum* 11. Hic confidenter ambulat, qui ſpernit adverſa, & per hæc, quæ facit, & patitur, confidit ſe ad patriam perventurum. Vel [ſimpliciter ambulat,] qui *Inf. 18.* idem habet in corde, in ore & opere, ſicut Job, & ideo confidenter ambulat, nihil timens nec Dæmonem, nec hominem. *Eccli. 27.* Vel [ſimpliciter ambulat] qui una tantum via ambulat, quæ eſt Chriſtus. *Joan.* 14. Ego ſum via, &c. Confidenter ambulat] qui duobus pedibus innititur, ideſt, pede intellectus, quo curritur ad viam veritatis, & pede affectus per viam pietatis ſeu miſericordiæ.

Qui vero tantum innititur pede intellectus ad cognoſcendam veritatem, claudus eſt uno pede.

Qui vero nec veritati innititur per ſtudium lectionis; nec pietati per exercitium boni operis, claudicat in duas partes, ſicut populus Iſrael, quibus dixit Helias: Uſquequo claudicatis in duas partes, &c. 3. *Reg.* 18.
b Qui autem depravat vias ſuas] declinando a ſtrata publica per errorem vel diſtorquendo a recto fine per malam intentionem, vel recurvando in ſe per humanum favorem. c Manifeſtus erit,] in die judicii, quando libri conſcientiarum aperti erunt. *Danielis* 7. Et revelabuntur abſcondita tenebrarum, & conſilia cordium manifeſtabuntur. Apoſtolus dicit. 1. *Corinth. cap.* 4.
d Qui annuit oculo, dabit dolorem] ſibi, ideſt, punietur pro hoc. Annuitio oculi ſignum eſt luxuriæ. *Iſaiæ* 3. Nutibus oculorum ibant: Vel ſignum eſt irriſionis. *Pſalm.* 34. Qui oderunt me gratis, & annuunt oculis.

Item eſt ſignum fraudis. *Eccliſ. cap.* 27. Annuens oculis fabricat iniqua. e Stultus labiis verberabitur,] ideſt, pro meritis laborum punietur in inferno, ſicut dives Epulo. *Luc.* 16.
f Vena vitæ os juſti,] quia per ipſum vita ad alios venit: Os juſti, dicitur os Chriſti, cujus verbo multi receperunt vitam corporalem, ut Lazarus, *Joan. cap.* 11. Et etiam ſpiritualem, ſicut Maria Magdalena: *Jo.* 7. Item os juſti os Prædicatoris, vel Doctoris, a quibus ad alios fluunt verba vitalia.

Item os juſti, ideſt, Chriſti eſt ſacra Scriptura. *Iſa* 30. Et os meum non interrogaſtis. Hoc os eſt etiam vena vitæ, quia ab eo fluit aqua doctrinæ ſaliens in vitam æternam. *Joann.* 4. Qui biberit ex hac aqua, quam ego ei dabo, fiet in eo fons vivus aquæ ſalientis in vitam æternam. De hoc etiam ſcriptum eſt *Joan.* 7. Qui credit in me, ſicut dicit Scriptura, flumina de ventre ejus fluent aquæ vivæ

E converſo vena mortis eſt os impii, ideſt, hæretici vel detractoris vel adulatoris, quia per ipſos derivatur mors ad alios. *Oſee* 13. Siccabit Dominus venas mortis.
g Os autem impiorum operit iniquitatem] ſuam, ſcilicet, excuſando, vel non confitendo, vel alienam adulando. De primo dicitur *infr.* 28. Qui abſcondit ſcelera ſua, non dirigetur: qui autem confeſſus fuerit, & dereliquerit ea, miſericordiam conſequetur. Ideo rogat *Pſalm.* 140. Non declines cor meum in verba malitiæ ad excuſandas excuſationes in peccatis.

Sicut Adam, qui ſe excuſando, peccatum ſuum retorſit in mulierem: Mulier, inquit, quam dediſti mihi ſociam, dedit mihi de ligno, & comedi: *Geneſ.* 2. Et mulier ſe ſimiliter excuſando, dixit: Serpens decepit me. De tertio, *Job.* 40.

Protegunt umbræ umbram ejus. Et *Matth* 8. Dimitte mortuos ſepelire mortuos ſuos. Ibi *Gregorius*: Mortuus mortuum ſepelit, cum peccator peccatorem aggere adulationis premit. h Odium ſuſcitat rixas] hominum ad invicem jam ſopitas, vel novas excitat, *infr.* 15. Vir iracundus ſuſcitat rixas, qui autem patiens eſt, mitigat ſuſcitatas. *Eccli.* 22. Ante ſanguinem maledicta, & contumeliæ, & minæ.
i Et univerſa delicta operit charitas,] ſcilicet, ut non videantur a Deo ad puniendum. Unde & charitas pallium dicitur, *Iſaiæ* 28. Breve pallium, utrumque operire non poteſt.

Dicitur etiam amictus, quem Dominus expandit ſuper peccata noſtra, ne [illegible] ad puniendum: & tamen nos rejicimus eum a nobis. Unde *Ezech.* 16. Expandi amictum meum ſuper te, & operui ignominiam tuam. Et *infr. eodem* Tu autem habens fiduciam in pulchritudine tua, fornicata es in nomine tuo. 1. *Pet.* 4. Hæc eſt veſtis nuptialis ſine qua quilibet ejicietur a nuptiis. *Matth.* 22. *1. Pet. 4.* Amice, quomodo huc intraſti non habens veſtem nuptialem? At ille obmutuit. Tunc dixit Rex miniſtris: Ligatis manibus, & pedibus ejus, mittite eum in tenebras exteriores. Ideo dicit *Joann. Apocalyp.* 16. Beatus qui cuſtodit veſtimenta ſua, ne nudus ambulet. *Eccleſiaſt* 9. Omni tempore ſint veſtimenta tua candida. k In labiis ſapientis invenitur ſapientia] ſicut theſaurus in agro. *infra* 21. Theſaurus deſiderabilis, & oleum in tabernaculo juſti.

Item ſicut pabulum in horreo: Unde ſicut ex horreo frumentum, ſic ex ore Prælati requiritur verbi pabulum. *Malach.* 2. Labia ſacerdotis cuſtodiunt ſcientiam, & legem ex ore ejus requirent. l Et virga,] ideſt, flagellum.
m In dorſo ejus, qui indiget corde,] ideſt, qui caret ſapientia. In dorſo autem non in facie dicitur ſtultus flagellari, quia peccata ſua non videt, vel quia velatam habet faciem mentis, ut etiam non videat, ad quid flagelletur.

Vel, [in dorſo] ideſt, in noviſſimis. Unde & de malis ſemper legitur, quod Dominus percutit in poſteriora. 1. *Regum* 5. Percuſſit Dominus in ſecretiori parte natium Azotum, & fines ejus. *Pſ.* 77. Percuſſit inimicos ſuos in poſteriora. Item 3. *Regum* 16. Ecce ego demetam poſteriora Baaſan & poſteriora domus ejus. Dicitur autem ſtultus non habere cor. *Oſee* 7. Factus eſt Ephraim quaſi columba ſeducta non habens cor.

Eſt enim cor quaſi avis, quæ per minimum foramen evolat de cavea, vel ſicut aqua, quæ per minimam rimulam effluit, ſic cor humanum per modicam cogitationem, aut unicum aſpectum evolat. Unde *Pſal.* 39. cor meum dereliquit me. *Bernardus*: Nihil fugacius humano corde. Eſt etiam cor quaſi pauper joculator, qui nunquam vult eſſe in proprio hoſpitio, ſed ſemper in alieno.

Ideo virga neceſſaria eſt ei, qui indiget corde, quia per virgam tribulationis redit cor ad domum. *Iſa.* 28. Sola vexatio tantummodo dabit intellectum auditui. *Jerem. cap.* 6. *ſecundum Septuaginta*: Per omnem flagellum, & dolorem erudieris Jeruſalem. n Sapientes abſcondunt ſcientiam] multis de cauſis.

Primo propter incapacitatem audientium. 1. *Corint.* 2. Non judicavi me aliquid ſcire inter vos, niſi Jeſum Chriſtum, & hunc crucifixum. Et *poſt* Sapientiam loquimur inter perfectos, qui ſcilicet capaces ſunt. *Altiora ſunt tacenda multis de cauſis.*

Secundo, propter indignitatem audientium. *Matth. cap.* 7. Nolite ſanctum dare canibus, neque mittatis margaritas veſtras ante porcos.

Tertio, propter periculum, quod imminet auditoribus, ſi eis de arduis fiat ſermo. Unde *Exod.* 21. Si quis aperuit ciſternam, & foderit, & non operuerit eam, cecideritque bos, aut aſinus in ea, Dominus ciſternæ reddet pretium jumentorum. Ciſternam aperire, eſt profunda ſcripturarum prædicare.

Quarto, propter irriſionem auditorum. *Supr.* 9. Noli arguere deriſorem, ne oderit te.

Quinto, propter temporis inopportunitatem. *Eccli.* 20. Homo ſapiens tacebit uſque ad tempus; laſcivus autem & imprudens non ſervabit tempus.

Sextus, propter ſexus infirmitatem. 1. *Timoth.* 2. Docere autem mulieri non permitto.

Septimo, propter loci inconvenientiam. *Matth.* 10. Quod in aure auditis, prædicate ſuper tecta, ideſt, non in abſcondito: Unde verſus.

Os juſti; locus, & tempus, perſona, reatus:
Infirmus, rudis, indignus claudere poſſunt.

Sed nota quod eſt taciturnitas mala, cujus multiplex eſt cauſa. Quandoque timor, quandoque pecunia, quandoque ranunculus in ore, quandoque ignorantia, quandoque negligentia, quandoque cauteriata conſcientia, quandoque odium, quandoque amor malus. *Malæ taciturnitatis octo ſunt cauſæ.* Eſt etiam taciturnitas bona, cujus multæ ſunt cauſæ, ut prænotatum eſt. Item apertio oris mala, quæ quandoque fit cauſa quæſtus, quandoque favoris, quandoque

curioſitatis

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Mala loquacitatis ſunt ſeptem cauſa. Inf. 18. bona locutionis triplex eſt cauſa.

C

curioſitatis quandoque adulationis, quandoque detractionis, quandoque ſubverſionis, quandoque irriſionis. Eſt etiam apertio oris bona, & hujuſmodi tantum triplex eſt cauſa, ſcilicet, honor Dei, ædificatio proximi, profectus ſui. Sequitur: *a* Os autem ſtulti] qui vel inordinate bona vel aperte mala loquitur, vel nec pro loco & tempore.

a Os autem ſtulti *b* confuſioni *c* proximum eſt. *d* Subſtantia divitis urbs fortitudinis ejus, *e* pavor pauperum *f* egeſtas eorum. *g* Opus juſti ad vitam; *h* fructus autem impii *i* ad peccatum. *k* Via vitæ cuſtodienti diſciplinam, *l* qui autem increpationes relinquit, errat. *m* Abſcondunt odium *n* labia mendacia, *o* qui profert contumeliam, *p* inſipiens eſt. In *q* multiloquio non deerit peccatum, *r* qui autem moderatur labia ſua, *ſ* prudentiſſimus eſt. *t* Argentum electum lingua juſti; *u* cor autem impiorum pro nihilo. *x* Labia juſti *y* erudiunt plurimos; qui *z* autem indocti ſunt, in cordis egeſtate morientur. *a* Benedictio Domini divites facit:

b Confuſioni,] ideſt, ignominiæ.

c Proximum eſt,] ut confundat, vel confundatur, quia ſtulte loquitur, *inf.* 15. Os fatuorum ebullit ſtultitiam.

Vel [Confuſioni proximum eſt,] ideſt, effuſioni, quia totum ſe effundens quaſi diluvio verborum immergit auditores. *infr.* 20. Totum ſpiritum ſuum profert ſtultus. Unde & horum gratiæ dicuntur effundi; *Eccli.* 20. Gratiæ fatuorum effundentur.

d Subſtantia divitis urbs fortitudinis ejus.] Ad litteram dives confidit in divitiis quaſi in urbe munita.

e Pavor pauperum, ideſt, cauſa pavoris pauperum eſt.

Myſtice. *f* Egeſtas eorum] Semper enim timent, ne deficiant. Vel Myſtice ſic. Dives eſt, qui habet Deum, ideſt, quilibet Electus, cujus ſubſtantia tota eſt effluentia ſpiritualium divitiarum, qui dicit.

Pſalm. 38. Et nunc quæ eſt expectatio mea, nonne Dominus, & ſubſtantia mea apud te eſt? Hæc affluentia eſt urbs electorum, cujus vallum eſt contemptus terrenorum; murus, ſpes: antemurale, patientia: turris, humilitas: fons turrem muniens, luctus: rivulus hujus fontis lavans omnes ſpurcitias domus, aqua lacrymarum: ſpeculator, prudentia: janitor, obedientia: Rector, ſive Dominus. charitas: cuſtodes, juſtitia, temperantia, fortitudo. In hac urbe refugium eſt cunctis, ibi ſalus. Unde *Iſa. c.* 26. Urbs fortitudinis noſtræ Sion, Salvator ponetur in ea murus, & antemurale. Ad quem ſolum confugiendum eſt. *Pſ.* 89. Domine, refugium factus es nobis. *e* Pavor pauperum,] ideſt, humilium. *f* Egeſtas eorum,] vitæ, ſcilicet, ſpiritualis: Nihil enim aliud timent, niſi hujus temporis egeſtatem; præſentem vero egeſtatem corporis divitias æſtimant.

g Opus juſti ad vitam] æternam acquirendam exercetur. Illa enim merces ipſius eſt. Unde *Matth. cap.* 20. Denarius datur laborantibus in vinea Domini.

Vel ad vitam gratiæ conſummandam, & perficiendam. Nam fides ſine operibus mortua eſt. *Jacob.* 2.

h Fructus autem impii,] ideſt, opera.

i Ad peccatum] tendunt, vel trahunt, quia peccatum, quod per pœnitentiam non diluitur, mox ſuo pondere ad aliud trahit. Unde *Iſa* 5. Væ qui trahitis iniquitatem in funiculis vanitatis, & quaſi vinculum plauſtri peccatum.

Opera impii dicuntur fructus impii, quia his paſcitur, & fruitur in præſenti, *Rom. cap.* 6. Quem fructum habuiſtis in illis, in quibus nunc erubeſcitis?

Vel quia quaſi ſemina fructificant ei ad pœnam. *Eccli. cap* 7. Fili, ne ſemines mala in ſulcis injuſtitiæ, & non metes ea in ſeptuplum, quia quæ ſeminaverit homo, hæc & metet; *Galat. cap.* 6. Vel ideo dicuntur fructus, quia totum hic recipit impius, ulterius autem nihil niſi pœnam. *Matth. cap.* 6. Amen dico vobis, receperunt mercedem ſuam.

k Via vitæ] duplicis eſt [cuſtodienti diſciplinam] flagellorum & verborum. Diſciplina enim hæc eſt atrium regni cœleſtis, per quod oportet intrare. *Actuum cap.* 14. Per multas tribulationes oportet introire in regnum Dei. Etiam ipſum Regem oportuit intrare in regnum ſuum per iſtud atrium. *Luc. ult.*

Nonne oportuit pati Chriſtum, & ſic intrare in gloriam ſuam? Hæc eſt romphæa ignea poſita ante portam Paradiſi: *Geneſ.* 3. Verſatilis quidem bonis; malis vero rejicientibus eam, ſtabilis: *Iſa. cap.* 30.

Et erit tranſitus virgæ fundatus. Tranſitus bonis, fundatus malis. Unde & crux alteri latronum fuit via in cœlum, alteri via ad infernum.

l Qui autem increpationes] Domini [relinquit, errat,] quia extra viam eſt. Vel ideo errat, quia mala reputat, quę optima ſunt, ſcilicet, paupertatem, infirmitatem, tentationem, & ceteras Domini increpationes. *Job.* 6. Increpationes Domini ne reprobes. *Iſaiæ* 5. Væ quidem dicunt bonum malum, & malum bonum.

m Abſcondunt odium,] ideſt, in corde tegunt.

n Labia mendacia,] ideſt, adulatores, qui verbo exterius blandiuntur, & gladio peccati mentem interius occidunt. Unde 2. *Regum* 20. dixit Joab ad Amaſam; Salve, mi frater, & tenuit manu dextera mentum Amaſæ quaſi oſculans eum, porro Amaſa non obſervabat gladium, quem habebat Joab, qui percuſſit eum in inguine & effudit inteſtina ejus in terra. Vel ſic:

m Abſcondunt odium labia mendacia,] ideſt, ſimulatores latens odium in corde celant. *o* Qui profert contumeliam,] ideſt, convitia proximo.

p Inſipiens eſt,] inſipientem ſe eſſe oſtendit. Vel inſipiens eſt, quia inſipidum habet palatum, quia ipſum venenum ſapit ei. In multiloquio non deerit peccatum] temeritatis, vel ſuperfluitatis, ſeu otioſitatis, quod culpa non caret. Unde *Iſaiæ* 58. Si deſieris extendere digitum, & loqui quod non prodeſt, necdum quod obeſt. Item *Matth.* 12. Dico vobis, quod de omni verbo otioſo, quod locuti fuerint homines, reddent rationem de eo in die judicii. *Gregorius*: Otioſum verbum eſt, quod caret intentione piæ utilitatis, aut ratione juſtæ neceſſitatis. Ideo dicit *Eccli.* 22. Quis dabit ori meo cuſtodiam, & ſuper labia mea ſignaculum certum, ut non cadam in ipſis, & lingua mea perdat me?

r Qui autem moderatur labia ſua] ne quid nimis, ne quid parum loquatur. *ſ* Prudentiſſimus eſt,] quia in moderamine linguæ eſt cumulus noſtræ moderationis, quod paucorum eſt. *Jacob* 3. Linguam nullus hominum domare poteſt: Eſt enim inquietum malum, & plena veneno mortifero. Et *ſupra* Si quis in verbo non offenderit, hic perfectus eſt vir. Item Cato: *Proximus ille Deo eſt, qui ſcit ratione tacere.*

t Argentum electum lingua juſti,] ideſt, nitens & ſuaviter ſonans ut argentum electum, & probata, & examinata in fornace diſcretionis antequam loquatur. *Eccliſ.* 28. Argentum tuum, & aurum conſla, ideſt, cum argento eloquentiæ miſce aurum diſcretionis, ut prius veniant verba ad limam, quam ad linguam.

u Cor autem impiorum pro nihilo] habetur ab eo, quia non curat de ejus cuſtodia, vel munditia, vel quia ipſum pro nihilo dat, ideſt, pro humano favore, aut deliciis carnis, aut divitiis mundi, quæ omnia nihil ſunt. *Eccleſiaſt.* 10. Nihil iniquius, quam amare pecuniam, hic enim & animam ſuam venalem habet, quoniam in vita ſua projecit intima ſua. Vel] Cor impiorum pro nihilo, ideſt, nihilum reputatur a Deo, quia vanum eſt, & vana cogitat, & cito ſecreta revelat. Unde *Eccleſiaſt. cap.* 21. In ore fatuorum cor eorum.

Vel quia cito diligit, vel cito odit, & pro nihilo, vel pro modico verbo. Unde *Eccleſiaſt. cap.* 27. Homo ſtultus ſicut Luna mutatur.

x Labia juſti, ideſt, Chriſti, ſcilicet, duo teſtamenta, vel Doctores duorum teſtamentorum.

y Erudiunt plurimos,] ideſt, extra ruditatem ponunt, removendo ab his rubiginem peccati, & formando ex eis vaſa mundiſſima Deo. *inf* 25. Aufer rubiginem de argento, & egredietur vas puriſſimum.

z Qui autem indocti ſunt, in cordis egeſtate morientur,] ideſt, in paupertate ſpirituali, quæ eſt defectus ſapientię, & virtutis. Indoctos enim vocat, qui doceri nolunt. Vel [in egeſtate cordis,] ideſt, pro egeſtate cordis, ideſt, quia non habent cor. Vel [in egeſtate cordis morientur,] quia non habent doctrinam, qua ſe tueantur a pluviis, & grandinibus tentationum. Unde *Auguſt.* Qui indocti ſunt, nudi ſub pluvia ſunt. *Iſa.* 5. Propterea captivus ductus eſt populus meus, quia non habuit ſcientiam.

a Benedictio domini] dexteræ, ſcilicet [divites facit] hic virtutibus, in futuro omnibus bonis. Sed duplex eſt benedictio Domini, ſcilicet, benedictio dexteræ, ideſt, collatio bonorum ſpiritualium, & benedictio ſiniſtrę, ideſt, collatio bonorum temporalium.

Hæc divitem non facit, ſed inanem. *Eccleſ.* 5. Avarus non implebitur pecunia. Et quid mirum? Quia ipſa arca

repletur

repletur. Sed impoſſibile eſt eodem tempore duo loca diverſa ſimul & ſemel repleri. *Tullius*. Animus non arca dives ſolet appellari. *Seneca*: Si vis te divitem facere, non divitiis addendum, ſed cupiditati detrahendum eſt. Eſt & benedictiu dextræ, ſcilicet, collatio bonorum ſpiritualium, hæc divites facit, ideſt, ſufficientes, & nullo indigentes, vel egentes.

a nec ſociabitur eis afflictio. *b* Quaſi per riſum ſtultus operatur ſcelus, *c* Sapientia autem eſt viro prudentia. *d* Quod timet impius, veniet ſuper eum: *e* deſiderium ſuum juſtis dabitur. *f* Quaſi tempeſtans tranſiens non erit impius, † *g* juſtus autem quaſi fundamentum ſempiternum. *h* Sicut acetum dentibus, & fumus oculis, ſic piger his, qui miſerunt eum † in via. *i* Timor Domini *k* apponet dies, & *l* anni impiorum breviabun-

D *a* Nec ſociabitur eis afflictio,] in futuro, quia erunt in requie opulenta, ſicut dicitur *Iſaiæ* 32. Sedebit populus meus in pulchritudine pacis, & in tabernaculis fiduciæ & in requie opulenta.

Vel in præſenti, quia juſtis ipſa tribulatio præſens gaudium eſt, non afflictio, *inf.* 12. Non contriſtabit juſtum, quicquid ei acciderit.

b Quaſi per riſum ſtultus operatur ſcelus,] ideſt, gaudens ſcelus perpetrat, non prævidens quod ſceleris gaudia ſequatur ultionis pœna. *Infr.* 14. Riſus dolore miſcebitur, & extrema gaudii luctus occupat.

Vel ſic: [Per riſum ſtultus operatur ſcelus,] ideſt, quaſi ludendo alios opprimit, vel aliena furatur, & cum forte deprehenditur, dicit, quod ludendo faciebat. *Inf.* 26.

Sicut noxius eſt, qui mittit lanceas & ſagittas in mortem, ita vir, qui fraudulenter noceat amico ſuo, & cum deprehenſus fuerit, dicit, ludens feci.

c Sapientia autem eſt viro prudentia, ideſt, Sapientia, qua ſcilicet, omnia ſapiunt ſecundum valorem & ſaporem proprium, facit virum ſapientem ſive prudentem, ut ſciat eligere bonum, & reprobare malum, & prævidere quid ſtultorum gaudium ſequatur, & quid correctionem juſtorum vel afflictionem.

d Quod timet impius, veniet ſuper eum,] ſcilicet, diſtrictio judicii deſuper veniens, & inferius premens. Ad impium dicit peccantem ſcienter, *ſupra* 1. Ego quoque in interitu veſtro ridebo, & ſubſannabo, cum vobis, quod timebatis, advenerit.

e Deſiderium ſuum juſtis dabitur,] ideſt, quod juſti deſiderant hic, dabitur eis in futurum, ſcilicet, eſſe cum Chriſto.

Ut dicit Apoſtolus *Philippenſ. cap.* 1. Deſiderium habeo diſſolvi, & eſſe cum Chriſto.

f Quaſi tempeſtas tranſiens non erit impius,] ideſt, impius; & perſecutionis ejus tempeſtas in juſtos cito deficiet. *Pſalm.* 36. Vidi impium ſuperexaltatum & elevatum ſicut cedros libani, & tranſivi, & ecce non erat, & quæſivi eum, & non eſt inventus locus ejus, ideſt, proſperitas temporalis.

g Juſtus autem quaſi fundamentum ſempiternum,] fundato in Chriſto petra, omne, quod ſe premit portans quaſi columna fortis. *Apocal.* 3.

Qui vicerit, faciam eum columnam in templo Dei mei. *h* Sicut acetum dentibus,] nocet, [& fumus oculis, ſic piger his, qui miſerunt eum in via,] ad aliquid faciendum, quod propter pigritiam non facit, & ſic nocet Domino ſuo, qui miſit eum. Myſtice. Per acetum, quod a vino degenerat, ſignificatur hæreticorum doctrina, quæ a veritate Eccleſiaſticæ doctrinæ degenerat. Similiter per fumum, qui ab igne elevatur in altum, ſignificatur ſuperba doctrina hæreticorum, quæ quanto plus extollitur, tanto plus evaneſcit. Dentes vero & oculi ſunt Eccleſiæ Doctores, Prædicatores, Prælati, qui recta prævident, ſpiritualia alimenta ei ſuggerunt. Per pigrum accipitur quilibet Catholicus male vivens. Eſt igitur ſenſus. [Sicut acetum dentibus, &c.] ideſt, ſicut hæreticorum perfidia Doctoribus, Prædicatoribus, & Prælatis moleſtias generat; & lacrymas excitat; ſic male vivens Catholicus gravis his, qui miſerunt eum in via hujus mundi, ut doceret viam vitæ & fidem ſuam operibus demonſtraret.

Myſtice.

Moral. Moraliter autem exponitur de Legatis miſſis a ſuperiore, ſive de omnibus habentibus curam animarum, qui mittuntur a ſuperioribus Prælatis docere veritatem, corrigere errores, inſtruere fidem, & reformare mores. Sed ipſi Legati ſæpe propter pigritiam, aut negligentiam, aut avaritiam, aut malitiam, aut ignorantiam ſine fructu vacui revertuntur, niſi forte pleni pecunia & peccatis. Iſti ſunt ſimiles illis, qui mittuntur, ut apportent aquam, & ipſi lutum in vaſis ſuis, vel vaſa vacua, quod magnus pudor debet eſſe. *Jerem. c.* 14. Majores miſerunt miniſtros ſuos ad aquam, venerunt ad hauriendum, & non invenerunt aquam & reportaverunt vaſa ſua vacua, & confuſi ſunt & afflicti, & operuerunt capita ſua propter terræ vaſtitatem, quia non venit pluvia in terra: Confuſi ſunt agricolæ & operuerunt capita ſua, nam & cerva in agro peperit & reliquit, quia non erat herba. Tales Legati ſunt his qui miſerunt eos:] Sicut acetum dentibus, & fumus oculis, ideſt, cauſa damnationis æternæ, ubi erit fletus quoad fumum; & ſtridor dentium, quoad acetum.

al. † juſti.

al. † non habent in via.

Vel ſunt acetum dentibus, ideſt, ſtupor Prædicatoribus, quia propter geſta eorum prædicatio impeditur. *Ezechiel. capit.* 18. Patres comederunt uvam acerbam, & dentes filiorum obſtupeſcunt. Sunt etiam fumus oculis, id eſt, cauſa fletus bonis Prælatis, qui ſunt oculi Eccleſiæ. *Cant. cap.* 4. Quam pulchra es, amica mea, quam pulchra es, & decora, oculi tui columbarum, abſque eo quod intrinſecus latet, ideſt, propter eos, qui jam ſunt in patria decori gloria, pulchra eſt Eccleſia in vivis per bonam converſationem. Dentes Eccleſiæ ſunt Doctores, & Prædicatores, qui debent ex officio omnes beſtias peccatorum, ideſt, quadrupedia & volatilia & reptilia devorare, & corpori Eccleſiæ incorporare: ſicut dictum eſt Petro *in Actibus Apoſtolorum cap.* 10.

De his dentibus dicitur *Cant. cap.* 4. Dentes tui ſicut greges tonſarum, quæ aſcenderunt de lavacro.

Dentes vero in pueritia, & in ſenio putreſcunt, & cadunt, in ſola juventute ſtant.

Unde videtur quod Eccleſia jam ſenex effecta ſit, quia dentes ejus pro maxima parte ceciderunt, & reſidui putrefacti ſunt, ut jam non valeant parvulis frangere panem ſacræ Scripturæ, licet eſuriant, *Thren. c.*4. Parvuli petierunt panem, & non erat qui frangeret eis.

Non poteſt etiam jam dura manducare, ideſt, aliquas tribulationes, vel tentationes ſuſtinere, ſed tantum ſorbitiunculas abſorbet, qualis fecit Thamar Amnon fratri ſuo, & corrupta eſt ab eo *Lib.* 2. *Reg. cap.* 13. Hos dentes frangere conatur Diabolus pluralitate beneficiorum quaſi malleo duriſſimo. *Threnor. c.* 3. Confregit ad numerum dentes meos, cibavit me cinere.

Item caligaverunt etiam oculi Eccleſiæ præ nimia ſenectute; ita ut jam non videat, quibus, & qualibus det ſuam benedictionem, ſicut legitur *Gen. cap.* 27.

Senuit Iſaac, & caligaverunt oculi ejus & videre non poterat: Unde & neſcivit, cui benedictionem ſuam daret.

Item *Iſa. c.* 56. Speculatores tui cœci omnes. Contrarium legitur de Moyſe. *Deut. ult.*

Moyſes centum & viginti annorum erat, quando mortuus eſt, & non caligavit oculus ejus, nec moti ſunt dentes illius.

i Timor Domini,] ſcilicet amicabilis, ſeu filialis.

k Apponet dies,] vitæ præſentis, ad litteram, ut patet in Ezechia *lib.* 4. *Reg. c.*20. Addam diebus tuis quindecim annos. Dies æternos. *Eccli.* 1. Timor Domini delectabit cor, & dabit gaudium, & lætitiam in longitudinem dierum.

Vel dies ſpirituales, ideſt, mentis illuminationes, eo quod expellit tenebras peccatorum, *infra* 16. In timore Domini declinatur a malo. *Eccli. cap.* 1. Timor Domini expellit peccatum.

l Et anni impiorum breviabuntur,] quia propter peccata ſua præveniuntur morte. Unde *Pſ.* 54. Viri ſanguinum, & doloſi non dimidiabunt dies ſuos. Item *Job* 15.

Antequam dies ejus impleantur, peribit. Breviantur autem a Domino dies impiorum miſericorditer, ne plus vivendo pejores fierent, ſicut aliquando medietas alicujus membri præſcinditur, ne reſiduum corrumpatur. *Eccli. c.* 10. Brevem languorem præcidit medicus, ſic & Rex hodie eſt, & cras morietur. Vel [Dies impiorum breviabuntur,] quando brevis proſperitas ejus ſubito auferetur. *Sap. cap.* 5. Mox nati, continuo deſinimus eſſe. Vel [Breviabuntur,] ideſt, breves reputabuntur, quantumcunque vixerint. Unde *Sap. cap.* 3. Filii adulterorum in conſummatione erunt, & ab iniquo thoro ſemen exterminabitur, & ſiquidem longæ vitæ erunt; in nihilum

compu-

tur. *a* Expectatio juſtorum *b* lætitia, *c* ſpes autem impiorum peribit. *d* Fortitudo ſimplicis *e* via Domini, & *f* pavor his, qui operantur malum. *g* Juſtus in æternum non commovebitur: impii *h* autem non habitabunt ſuper terram. Os *i* juſti parturiet Sapientiam. k lingua pravorum peribit. *l* Labia juſti conſiderant placita, & *m* os impiorum perverſa.

C A P. X I.

n STatera doloſa abominatio eſt apud Deum.

computabuntur, & ſine honore erit noviſſima ſenectus eorum. *a* Expectatio juſtorum,] ideſt, ſpes; vel longanimitas.

b Lætitia,] ideſt, radix lætitiæ futuræ quamvis hic ſit triſtitia. *Joan. c.* 16. Dico vobis, quia plorabitis, & flebitis vos; mundus autem gaudebit, vos autem contriſtabimini, ſed triſtitia veſtra vertetur in gaudium. Vel ſic; [Expectatio juſtorum,] ideſt, ipſum expectatum eſt [lætitia,] ideſt, juſti expectant lætitiam quaſi mercedem triſtitiæ ſuæ. *Eccleſiaſt.* 11. Benedictio Dei in mercedem juſti feſtinat. Vel [Expectatio juſtorum lætitia,] ideſt, lætitia, & congratulatio Angelorum expectat juſtos. Vel ideo, quia juſti cum lætitia quaſi ſecuri expectant. *inf. cap.* 17. Gemma gratiſſima expectatio præſtolantis. Item *Philippenſ. cap.* 3. Salvatorem expectamus Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum, qui reformabit corpus humilitatis noſtræ configuratum corpori claritatis ſuæ. Ut autem expectemus, monet Dominus *Luc.* 12. Et vos ſimiles hominibus expectantibus Dominum ſuum, quando revertatur a nuptiis. *c* Spes autem impiorum peribit,] ideſt, præſumptio, qua præſumunt ſe requiem habituros in futuro, vel nihil futuros. Nec eſt contrarium, quod hic dicitur, ei, quod dicitur *ſupra eodem*. Quod timet impius, veniet ſuper eum. Sunt enim quidam ſcientes judicium fore, & malos eſſe puniendos; & tamen nihilominus negligentia, vel deſperatione, vel etiam induſtria peccant: Et his dictum eſt, quod timet impius, veniet ſuper eum, &c. Sunt autem alii, qui mala, quæ hic fiunt, non punienda putant, ſed ſicut bona remuneranda; De his dicitur hic] Spes impiorum peribit.

d Fortitudo ſimplicis,] quæ ſine plica duplicitatis eſt, qui non loquitur in corde & corde.

Eſt *e* Via Domini,] ideſt, obſervantia mandatorum, in quibus confidit. Vel, [Via Domini,] eſt miſericordia, per quam maxime venitur ad ipſum, & ipſe ad nos. Hæc eſt fortitudo ſimplicium, qui non noverunt ſecreta myſteria ſcripturarum.

Unde *Gloſ.* Si obſcura ſcripturarum comprehendere non potes, non de ſalute deſperes, ſed gradere viam Domini, age bona quæ noſti, & inter fortes connumerabis. Vel ſimplex dicitur non diviſus, utrumque pedem habens in via Domini. Pedem intellectus in veritatis cognitione, pedem affectus in bonitatis amore, & talis fortis eſt, quia ipſum totaliter fulcit, & portat Dominus. Alii ſunt claudicantes, qui pedem intellectus habent in cognitione veritatis, ſed non pedem affectus in amore bonitatis. De quibus *Eccleſ. cap.* 2. Væ duplici corde, & labiis ſceleſtis, & manibus malefacientibus, & peccatori terram ingredienti duabus viis. *f* Et pavor his, qui operantur malum,] ſupple, eſt via Domini: Nam ſicut umbraticus equus umbra terretur, ſic vetus homo præceptis Domini: *Eccli. cap.* 1. Execratio peccatori cultura Dei. Item *Lev. c.* 26.

Terrebit eos ſonitus folii volantis, & ita fugient quaſi gladium. *g* Juſtus in æternum non commovebitur, ideſt, ſeparabitur a Deo, quia fundatus eſt ſupra firmam petram.

Unde *Apoſtolus ad Roman. cap.* 8. Certus ſum quod neque mors, neque vita, neque creatura aliqua poterit nos ſeparare a charitate Chriſti. Vel ſic: Juſtus in æternum non commovebitur, ideſt, æterna commotione, licet in præſenti flagellis, & tribulationibus corpore moveatur, tamen fixus manet mente in Deo. *Sap. cap.* 3. Juſtorum animæ in manu Dei ſunt, & non tanget illos tormentum malitiæ.

Terra vero, ideſt, caro data eſt in manu impii: *Job c.* 9. *h* Impii autem non habitabunt ſuper terram,] viventium, qui habitationem ſuam habuerunt in terra morientium. *Apoc. cap.* 8. Væ væ væ habitantibus in terra. Vel ſic: [Impii non habitabunt ſuper terram,] ideſt, non erunt cives Eccleſiæ triumphantis, quia non fuerunt cives Eccleſiæ militantis. Unde quando regnum veniet ad regnum, ut fiat unum ovile, & unus paſtor, excludentur foras tanquam extranei. Vel ideo, [impii non habitabunt ſuper terram,] viventium quia non habent illa quatuor, ſine quibus nemo poteſt habitare, ſcilicet, innocentiam operis, munditiam cordis, mentis ſtabilitatem, oris veritatem. Unde *Pſ.* 23. Quis aſcendet in montem Domini, aut quis ſtabit in loco ſancto ejus? Innocens manibus, & mundo corde. Vel certe ideo non habitabunt ſuper terram impii, quia habitant ſub terra, ideſt, in inferno, qui eſt ſub terra, ut dicit Beatus Gregorius.

i Os juſti parturiet Sapientiam,] ideſt, cum gemitu, & dolore, & præmeditatione docebit alios. Vel [Os juſti] intelligitur intellectus animæ ſanctæ, per quem panis vitæ trajicitur in ventrem affectus per meditationem & laborem, quæ in hoc verbo, parturiet, quod eſt meditativum, ſignificantur. Vel [Os juſti,] ideſt, Chriſti, eſt quilibet Prædicator vel Doctor, qui cum dolore, & meditatione debet parere Sapientiam, ideſt, in lucem proferre. Libentius enim auditur ſermo Predicatoris, quando profertur cum dolore compaſſionis, ſicut dicit Gregorius. De hoc dicitur *Apocalypſis cap.* 12. Clamabat mulier, ideſt, Prædicator, parturiens, & cruciatur, ut pariat. *Galat. cap.* 4. A er. aiſt. e. omnis.

Filioli mei, quos iterum parturio, donec formetur Chriſtus in vobis.

k Lingua pravorum peribit, ideſt, pravi propter peccatum linguæ peribunt, ſicut dives Epulo: *Luc.* 16.

Labia juſti conſiderant placita,] ideſt, juſtus, antequam loquatur, conſiderat apud ſe, ut loquatur placita Deo, & hominibus. *Rom.* 12.

Providentes bona, non tantum coram Deo, ſed etiam coram hominibus.

m Et os impiorum perverſa,] ſupple, conſiderat, ideſt ex induſtria perverſa loquitur detrahendo, & diſcordias ſeminando.

E X P O S I T I O C A P. X I.

STatera doloſa, &c.] Hoc capitulum ſatis congrue præcedenti continuatur. Nam in fine præcedentis capituli docuit Salomon ſimplicitatem, & juſtitiam eſſe placitam Deo: Et quia contraria juxta ſe poſita magis eluceſcunt, ut dicit Philoſophus, ideo in principio hujus capituli oſtendit, quod duplicitas, & dolus ſunt abominabilia apud Deum. Unde dicit:

n Statera doloſa,] pecuniæ, vel judicii, quo quis alios malos, & ſe bonum judicat, vel quo ſua geſta meliora, quam proximi judicat, & mala ſua leviora, vel quo onera gravia, & importabilia imponit in humeros ſubditorum, & digito ſuo non vult ea movere, ſicut Scribæ, & Phariſæi. *Matt.* 23. Hæc [ſtatera doloſa; abominatio eſt apud Deum,] & prohibita a Deo, *Levit.* 19. Nolite facere iniquum aliquid in judicio, in regula, in pondere, in menſura: ſtatera juſta, & æqua ſint pondera, juſtus modius, æquuſque ſextarius. Item *Deuter.* 25.

Non habebis in ſacculo diverſa pondera, majus & minus: nec erit in domo tua modius major, & minor, pondus habebis juſtum & verum, & modius æquus, & verus erit tibi.

Myſtice. *n* Statera,] Juſta, & bona eſt crux Domini: De qua *Job.* 6. in perſona Domini dicit: Utinam appenderentur peccata mea, ideſt, meorum, & calamitas, quam patior, in ſtatera, quaſi arena maris hæc gravior appareret. Et ita fuit, quia peccata noſtra in una parte hujus ſtateræ fuerunt, & calamitas paſſionis ejus in altera, & præponderavit illa: unde in cruce nobis meruit remiſſionem omnium peccatorum, quod fit in baptiſmo & in pœnitentia. Item ſtatera eſt judicium, quod ſi æqualiter ſe habet ad utramque partem, ut nec prece, nec pretio, nec amore, vel odio inclinetur ad alteram partem; tunc ſtatera juſta eſt, & Deo placens. De hac ſtatera dicitur *Eccli.* 21. Verba prudentum ſtatera ponderabuntur. Si autem ad alteram partem ſe magis inclinet, ſtatera doloſa eſt, quia alterum brachium longius habet, & ideo abominatio Deo. Unde *infra cap.* 17. Qui juſtificat impium, & qui condemnat juſtum, uterque abominabilis eſt apud Deum. Et Beda dicit: Qui aliter cauſam pauperis, aliter cauſam potentis Myſtice.

aliter

aliter ignoti, aliter ſodalis andit, ſtateram utique librat iniquam. Item ſtatera eſt rerum æſtimatio, in qua, ſi ſpiritualia præponderant temporalibus, juſta eſt ſtatera. Si autem temporalia ſpiritualibus, tunc eſt doloſa, & falſa. De hac *Pſal.61.* Mendaces filii hominum in ſtateris, &c.

& *a* pondus æquum *b* voluntas ejus. Ubi *c* fuerit ſuperbia, ibi erit & contumelia, ubi *d* autem humilitas, ibi & Sapientia. *e* Simplicitas juſtorum diriget eos, & *f* ſupplantatio perverſorum *g* vaſtabit illos. Non *h* proderunt divitiæ in die ultionis, *i* juſtitia autem liberabit a morte. *k* Juſtitia ſimplicis diriget viam ejus, & in *l* impietate ſua corruet impius. *m* Juſtitia rectorum liberabit eos, *n* & in inſidiis ſuis capientur iniqui. *o* Mortuo homine impio, nulla erit ultra ſpes, & *p* expectatio ſollicitorum peribit.

Item ſtatera eſt affectio mentis, in qua ſi carnalis volnptas, vel mnndi vanitas, vel amor parentum præponderat Deo, procnl dubio doloſa eſt ſtatera, & abominabilis Deo. Voluntas enim Dei eſt, ut nihil ei, *Sup. 10. Eccli. 5.* ſed ipſe omnibus præponatur. Unde, & diligi ſe ſolum jubet ex toto corde, & ex tota anima, & ex tota fortitudine: *Deuter.6.* Item ſtatera eſt ſacra Scriptura in ſe quidem juſta, ſed in ore multorum doloſa, qui male exponunt eam, emollientes eam, ubi non debent; & exaſperantes eam, ubi non oportet; ſibi pii, aliis nimis juſti. Item hæc ſtatera in ore multorum juſta eſt, & recta, ſed in manu doloſa. Dicunt enim & non faciunt. Unde *Oſee* 12. Chanaan, *Matth. 12.* in manu ejus ſtatera doloſa. Item ſtatera eſt cor hominis, in qua ex una parte appenditur præſens felicitas, & pœna æterna: ex altera parte præſens tribulatio, & æterna felicitas. Unde *Eccli.15.* Ante hominem bonum, & malum, mors, & vita: ad quod voluerit, extendet manum ſuam. Si extendit ad dexteram, ideſt, ad præſentem fœlicitatem, doloſa eſt ſtatera, quia in ea plus ponderat nihil, quam aliquid, temporale, quam æternum. Si ad ſiniſtram, juſta, & æqua ſtatera eſt.

Talis fuit ſtatera David, qui ait: *Pſal.* 83. Elegi abjectus eſſe in domo Dei mei magis, quam habitare in tabernaculis peccatorum. Talis fuit ſtatera Moyſi. *Hebr.* 11. Fide Moyſes grandis factus negavit ſe eſſe filium filiæ Pharaonis, magis eligens affligi cum populo Dei, quam temporalis peccati habere jucunditatem; majores divitias æſtimans theſauro Ægyptiorum improperium Chriſti.

Talis etiam fuit ſtatera ipſius Domini, qui cum vellent eum turbæ rapere, & facere Regem, fugit ab eis, & abſcondit ſe; *Joan.6.* Breviter hanc ſtateram habent omnes pœnitentes, qui malunt ſe hic affligere, quam in futuro æternaliter crucientur: De hac ſtatera dicitur *Apoc.* 6. Ecce equus niger, & qui ſedebat ſuper illum habebat ſtateram in manu ſua.

a Et pondus æquum,] ideſt, cor, vel judicium præponderans, & præponens æterna temporalibus: cauſam & cauſam æqua lance conſiderans, & diſcernens. *b* Voluntas ejus,] ideſt, conſonum, & concordans voluntati Dei, qui omnia ſecundum proprium valorem conſiderat, & ponderat. *c* Ubi fuerit ſuperbia, ibi erit & contumelia, confuſionis in præſenti, & damnationis in futuro. *Luc.* 14. & 28.

Qui ſe exaltat, humiliabitur. Sicut enim illuſum fuit Chriſto in veſte purpurea, & baculo arundineo, & corona ſpinea a Judæis: Sic quotidie illuditur ſuperbis a Diabolo, quibus ſuggerit gloriam & honorem hujus mundi aliquid eſſe boni, cum potius ſint contumeliæ; & ludibrium, ſicut quando inſani coronantur, aut pueri, non eſt honor, ſed ludibrium. *Galat.6.* Si quis exiſtimat ſe aliquid eſſe, cum nihil ſit, ipſe ſe ſeducit. Vel ideo [Ubi ſuperbia, ibi contumelia,] ideſt, contumelioſa imago Principis infernalis, qui eſt Rex ſuper omnes filios ſuperbiæ, ut dicitur *Job* 14. Vel ideo, [ubi ſuperbia, ibi contumelia,] quia nemo ingerit alii contumeliam, vel ſentit illatam, niſi per ſuperbiam. *d* Ubi autem humilitas, ibi & Sapientia,] quia vaſa vacua implet Heliſæus 4.*Reg.*4. Vel quia Sapientia eſt aqua, vel emanatio quædam charitatis Dei, ut dicitur *Sap.* 7. & ideo ad profunda humilitatis deſcendit abundantius. Unde *Ptolomeus*. Quemadmodum loca infima plus abundant aquis ceteris lacunis, ſic inter ſapientes ſapientior eſt qui humilior exiſtit. Unde ipſa Sapientia dicit: *Eccli.* 24. Ego in altiſſimis habito. Hæc enim ſunt infima mundi, quibus revelavit Deus abſcondita Sapientiæ ſuæ *Matth.*11. *Luc.*10. Confitebor tibi, Domine, Pater, cœli, & terræ, quia abſcondiſti hæc a Sapientibus, & prudentibus, & revelaſti ea parvulis. *e* Simplicitas juſtorum diriget eos,] per viam rectam, qua itur in civitatem habitationis. Simplicitas dicitur unitas intentionis, & operationis. *f* Et ſupplantatio perverſorum,] ideſt, doloſitas malorum, qua alios pervertere, & ſupplantare nituntur. *g* Vaſtabit illos,] vaſtatione pœnæ, non conſumptionis, quia viventes in pœna, mortui ſunt in culpa. *Pſalm.48.* Mors depaſcet eos.

h Non proderunt divitiæ in die ultionis quaſi diceret, modo poſſunt prodeſſe.

Dum enim tempus eſt agriculturæ, valet ſtercoratio temporalium; dum tempus eſt negotiandi, poſſunt prodeſſe divitiæ, quibus poſſunt emi merces æternarum divitiarum. Unde *Luc.* 19. Negotiamini, dum venio. *Apocal.* 3 Suadeo tibi emere a me aurum ignitum, & probatum, ut locuples fias, & veſtimentis albis induaris. *Sap. 5.*

Sed hoc tempore ceſſante, ceſſabit eorum utilitas, & ideo tunc non proderunt *Sophon.*1. Argentum eorum, & aurum eorum non poterit eos liberare in die iræ Domini. *Hieronymus*. Reges ibi nudo latere palpitabunt, ibi Ariſtoteli non proderunt argutiæ ſuæ, *ibi ſtultus* Plato cum diſcipulis ſuis. *i* Juſtitia autem.] Juſti [liberabit a morte] æterna, & etiam quandoque temporali. *Daniel.* 6. Deus meus miſit Angelum ſuum, & concluſit ora leonum, & non nocuerunt mihi, quia coram eo juſtitia inventa eſt in me. *k* Juſtitia ſimplicis diriget viam ejus] uſque ad perfectum, ut qui juſtus eſt, juſtificetur adhuc. *Apocalypſis ultimo*. Et notandum, quod Salomon ſupra dixerat.] Simplicitas juſtorum diriget eos] modo dicit.] Juſtitia ſimplicis diriget viam ejus,] in quo mutua cohærentia ſimplicitatis, & juſtitiæ notatur. Utraque enim, ſine altera non ſufficit.

Nam ſimplicitas, ſine juſtitia remiſſionem parit, juſtitia ſine ſimplicitate ſeveritatem demonſtrat. Unde Apoſtolis, quando mittebantur, dictum eſt: Eſtote prudentes, ſicut ſerpentes, & ſimplices ſicut columbæ. *Matth.*10. Juſtitia ergo dirigit ſimplicitatem, ne cadat in remiſſionem, & ſimplicitas juſtitiam, ne degeneret in ſeveritatem.

l Et in impietate ſua corruet impius,] quia qui in ſordibus eſt, ſordeſcat adhuc. *Apoc.ult.*

m Juſtitia rectorum liberabit eos,] a morte æterna, quia hujuſmodi juſtitia a Deo ad Deum vadit, non exiens ab extremis, cui Deus eſt Alpha, & Omega, ideſt, principium, & finis. *n* Et in inſidiis ſuis capientur iniqui.] Ut patet in fratribus Joſeph *Gen.*37.

Et in Satrapis Darii. *Daniel.* 6. & *ultim.* Et in Aman *Heſter.*7. Et in Judæis, qui ideo occiderunt Jeſum, ne perderent locum, & gentem, *Joan.*11.

Et ipſi ideo perdiderunt locum, & gentem, quia occiderunt Jeſum.

o Mortuo homine impio, nulla erit ultra ſpes] de eo. Hoc neſcivit Origenes, qui poſt ultimum judicium vitam hominibus impiis dandam promiſit. Cui videtur congruere illud *Iſaiæ* 24. Congregabuntur in congregatione unius faſcis in lacum; & claudentur ibi in carcere; & poſt multos dies viſitabuntur. Sed *Iſaias* loquitur de illa viſitatione, quæ fiet in die judicii, ubi omnes boni, & mali reſument corpora. Quæ viſitatio bonis erit bona; malis vero mala. Unde *Gloſſ. Interlin.* dicit ibi: Et poſt multos dies viſitabuntur, ideſt, ab inferis evocabuntur, ut receptis corporibus iterum recludantur. *p* Et expectatio ſollicitorum peribit, ideſt, fruſtrabitur. Et intelligitur hoc de ſollicitudine mundanæ curioſitatis.

De qua *Matth.* 6. Nolite ſolliciti eſſe, dicentes, quid manducabimus, aut quid bibemus. Eſt autem quædam ſollicitudo neceſſitatis, quæ humanæ imbecillitati indulgetur. *Gen* 3. In ſudore vultus tui veſceris pane tuo. Eſt & ſollicitudo providentiæ, quæ præcipitur *Epheſ.*4. Solliciti ſervare unitatem ſpiritus in vinculo pacis. Alia tranſlatio, ubi nos habemus. [Mortuo homine impio, nulla erit ultra ſpes, & expectatio ſollicitorum peribit,] habet. Defuncti hominis juſti ſpes non peribit: gloria autem impiorum peribit. Et dicit *Gloſſ.* hic. Sciendum tamen, quod & ipſis impiis ſpes veniæ non eſt poſt mortem, ſunt tamen qui de levioribus peccatis, cum quibus defuncti ſunt, poſt mortem poſſunt abſolvi, vel minus caſtigari, vel ſuorum amicorum precibus, & eleemoſynis, & Miſſarum celebrationibus adjuvari. Sed hoc intelligendum eſt ante judicium, & de levioribus

tantum peccatis. Qui vero poſt judicium ſe liberandos putant, omnino falluntur, & ad eos forte pertinet, quod hic ſequitur, [expectatio ſollicitorum peribit.]
a Juſtus de anguſtia,] temporali, [liberatus eſt,] occulte, vel aperte, quaſi de periculo maris, vel de carcere corporis.

a Juſtus de anguſtia liberatus eſt, & *b* tradetur impius *c* pro eo. *d* Simulator *e* ore *f* decipit amicum ſuum: juſti *g* autem liberabuntur *h* ſcientia. In *i* bonis juſtorum † *k* exaltabitur civitas, & in *l* perditione impiorum erit laudatio. *m* Benedictione juſtorum *n* exaltabitur civitas, *o* & ore impiorum ſubvertetur. *p* Qui deſpicit *q* amicum ſuum, *r* indigens corde eſt; *ſ* vir autem prudens tacebit. *t* Qui ambulat fraudulenter, revelat arcana, *u* qui autem fidelis eſt, zelat amici commiſſum.

Mors enim eſt quaſi paſſagium maris hujus mundi, ad portum felicitatis æternæ, & quaſi diſſolutio carceris ad libertatem æternæ jucunditatis. Unde *Pſal.* 123. Laqueus contritus eſt, & nos liberati ſumus. Item *Rom.* 7. Infelix ego homo quis me liberabit de carcere mortis hujus? *b* Et tradetur impius,] tortoribus. *c* Pro eo,] cauſaliter, ideſt, pro ejus afflictione. Sicut patet in Jacobo, qui martyrio coronatus eſt, & Petrus de carcere ſalvatus, & Herodes, qui eos perſecutus eſt, a vermibus viſibiliter conſumptus. *Actor.* 12. Et inviſibiliter raptus, ubi vermis non moritur, & ignis non extinguitur, ut dicitur *Iſai. ult.* Juſtus autem hic intelligitur, qui nihil vult habere de alieno, ſcilicet, nec gloriam, nec vindictam, quæ ſibi Dominus reſervavit. *Iſai.* 24. Gloriam meam alteri non dabo. *Deuter.* 32. Mea eſt ultio, & ego retribuam. Item juſtus eſt, qui reddit unicuique, quod ſuum eſt. Superiori reverentiam, & obedientiam, pari conſilium, & auxilium, inferiori cuſtodiam, & diſciplinam. *d* Simulator,] ideſt, hæreticus catholicam doctrinam ſimulans. *e* Ore,] ideſt, verborum compoſitione, & affluentia. *f* Decipit amicum ſuum,] ideſt, adjutorem, quem dicit ſe amare, vel qui eum amat. *g* Juſti autem,] qui ſequuntur, & tenent corde, & opere veritatem Evangelii. *h* Liberabuntur ſcientia,] Evangelica, ne decipiantur errore hæreticorum. Quia fruſtra jacitur rete ante oculos pennatorum, *ſupra* 1. Vel. *d* Simulator,] ideſt, hypocrita, aliud habens in corde, aliud in ore: Fel in corde, mel in ore. Ille [ore decipit] propter verba religioſa, quæ habet, facit credi de ſe quod ſit bonus, & inde aliquoties ſublimatur. *g* Juſti autem liberabuntur,] ab ejus deceptione.

al. † exultabit.

h Scientia] quia ipſi cognoſcunt intrinſecus, & extrinſecus veritatem. Sicut Socrates cuidam adulanti ſibi reſpondit: Nihil proficis, adulator, cum te intelligam. Et Dominus docet eos cognoſci. *Matth.* 7. A fructibus eorum, inquit, cognoſcetis eos. *i* In bonis juſtorum,] operibus. *k* Exaltabitur civitas.] Ad litteram, ut patet in *Macab.* per quorum opera tota Judæa, & Jeruſalem exaltata fuit. Vel] in bonis juſtorum exaltabitur civitas,] ideſt, meritis juſtorum liberabitur quandoque tota civitas, quia propter paucos juſtos Dominus ſæpe parcit multitudini malorum. *Geneſ.* 18. Dixit Abraham ad Dominum: Quid ſi fuerint ibi decem juſti? Et dixit Dominus: Non delebo propter decem. Item *Actor.* 27. Pepercit Deus ſeptuaginta ſex animalibus. Et e converſo, aliquando propter peccatum unius, multi boni puniuntur, ut patet *Joſue* 7. Ubi propter peccatum Achor, triginta ſex viri interfecti ſunt. *l* Et in perditione impiorum erit laudatio,] inter juſtos propter evidentiam juſtitiæ. Adeo enim omnes juſti juſtitiæ Dei ſubjecti, & uniti erunt, ut ipſa reproborum perditio, quia juſtiſſima eſt, gaudium ſit illis. *Pſal.* 87. Lætabitur juſtus, cum viderit vindictam *Apocalyp.* 18. Exulta ſuper eam cœlum, & Sancti Apoſtoli, & Prophetæ, quoniam judicavit Deus judicium veſtrum de illa. Vel ſic. *i* In bonis juſtorum,] ideſt, in ſpiritualibus, quæ ſola juſti quærunt, & amant.

k Exaltabitur civitas,] ideſt, religio, vel Eccleſia, non in temporalibus; quorum amore, & poſſeſſione potius deprimitur, & ſuffocatur. Unde *Hieronymus*. Religio peperit divitias, quæ ſimul exortæ ſuffocaverunt matrem. Sunt enim viperæ naturæ, ubi ſemper mater in partu morietur. Unde *Actor.* 28 legitur quod Paulo colligente ſarmenta, per quæ ſignificantur temporalia, adhæſit vipera manibus ejus.

l Et in perditione impiorum erit laudatio] ideſt, in converſione eorum, quia perditur in eis impietas, ſecundum quod dicitur *infra* 22. Verte impios, & non erunt, ſupple, impii. Et in hac perditione gaudent Sancti. *Luc.* 15. Dico vobis gaudium erit Angelis in cœlo ſuper uno peccatore pœnitentiam agente. *m* Benedictione juſtorum,] paſſive, qua benedicuntur a Deo. Vel active, qua ipſi miniſterio benedicunt. *n* Exaltabitur civitas,] ideſt, Eccleſia, ubi eſt civium unitas, ab imo vitiorum ad alta virtutum. Vel [benedictione juſtorum,] ideſt, bono conſilio ſapientum, [exaltabitur civitas,] ad litteram. Unde 2. *Reg.* 20 legitur quod conſilio mulieris ſapientis liberata eſt Abela: & Bethulia conſilio, & auxilio Judith. Vel *m* Benedictione juſtorum,] ideſt, bona dictione, ſcilicet devota oratione, hymnorum, & canticorum pura decantatione. *n* Exaltabitur civitas, ideſt religio, ut patet in Beato Benedicto, & B. Bernardo, quorum benedictione tanta ſeges religionis excrevit. Sed hoc oblivioni jam datum eſt. Unde *Eccle.* 9. Parva civitas, & pauci in ea viri. Ad litteram: tempore B Bernardi: Venit contra eam Rex magnus, & vallavit eam, & extruxit munitiones per gyrum, & perfecta eſt obſidio: inventuſque eſt in ea vir pauper, & ſapiens, qui liberavit urbem per ſapientiam ſuam, & nullus deinceps recordatus eſt hominis illius pauperis.

D

ſ.q.t.c. qui ambulat.

o Et ore impiorum ſubvertetur,] ideſt, hæreticorum, vel detractorum, qui bonos in Eccleſia ſubvertunt pro poſſe ſuo.

Vel [ore impiorum,] ideſt, adultorum ſubvertetur civitas, ideſt, Eccleſia. Unde *Iſa.* 3. Popule meus, qui beatum te dicunt, ipſi te decipiunt.

p Qui deſpicit amicum ſuum,] convitiando, vel irridendo, vel non ſubveniendo.

q Indigens corde,] ideſt, ſine corde, quia ei ſapiunt convitia, quæ adeo amara ſunt, ut nullus habens cor ea poſſit ſuſtinere.

Vel ideo, [indigens corde] quia non habet cor ſecum, quod patet ex convitio aliorum. Qui enim cor ſuum ſecum habet, peiora de ſe, quam de aliis ſentit, Vel *p* Qui deſpicit amicum ſuum,] qui eum ſimpliciter amat, ideſt, deſpicabilem facit, ejus peccata detegendo. *r* Indigens corde eſt,] ideſt, Sapientia. *Gloſſ.* Non eſt deſpiciendus, qui nos ſimpliciter amat, etſi quid inepte agat Qui enim hoc facit, indiget Sapientia. Vel de confeſſione exponitur.

p Qui deſpicit,] indignando, vel deſpectum reputando. *q* Amicum ſuum,] ideſt, peccatorem peccata, & ſcelera ſua confitentem, *r* Indigens corde eſt,] ideſt, non habet cor, quia non intelligit: Tali potius eſt compatiendum, & benigne conſulendum, quam indignandum, vel deſpiciendum. Ideo dicit *Apoſtolus Galat.* 6. Fratres, ſi præoccupatus fuerit homo in aliquo delicto, vos, qui ſpirituales eſtis, hujuſmodi inſtruite in ſpiritu lenitatis, conſiderans teipſum, ne & tu tenteris. *ſ* Vir autem prudens tacebit,] in publico peccatum amici, & in ſecreto corriget. Vel [Vir prudens tacebit,] ad opprobria non reſpondens, tanquam ſurdus non audiens, & non habens in ore ſuo redargutiones. Colligit enim in ſinu patientiæ contumelias, quaſi lapides pretioſos, quibus ornabitur corona ſua, cum Beato Stephano in futuro. Quæ enim diſtantia inter hos, & illos lapides, niſi quod iſti quanto ſpiritualiores ſunt, tanto graviores? *t* Qui ambulat fraudulenter, revelat arcana,] aliorum, ideſt, qui revelat arcana aliorum ſibi commiſſa fraudulentus eſt. De hac revelatione dicitur *Eccleſiaſt.* 19. A facie verbi parturit fatuus quaſi gemitus infantis, ſagitta infixa femori canis, ſic verbum in corde ſtulti. *Pſal.* 37.

Vel ſic, *t* Qui ambulat fraudulenter, ideſt, qui perverſe operatur, [revelat arcana,] ſua. Qualis enim in corde, oſtendit in opere. Unde *Eccleſiaſt.* 19. Ex viſu cognoſcitur vir, & ab occurſu faciei cognoſcitur ſenſatus. Amictus corporis, & riſus dentium, & ingreſſus hominis enunciant de ipſo.

u Qui autem fidelis eſt, zelat amici commiſſum,] ideſt, peccatum. Vel [commiſſum, ideſt, ſibi ſecretum. *Eccleſiaſt.* 27. Qui denudat arcana amici, fidem perdit. Unde patet, quod omnis detractor infidelis eſt, & pejor cane, quia ad devorandum proximum ſuum multos advocat, & quanto fœtidiorem invenit, tanto libentius comedit, & aliis ad comedendum apponit. Aliquando etiam ne detractor appareat, ſub ſigillo confeſſionis ſcelera aliorum quaſi dolendo narrat. Cui reſpondere debet illud Senecæ: Qualiter

ab

ab illo ſilentium ſperas, quod tibi ipſi non præſtas. *Ambroſ.* Tolerabiliores ſunt, qui bona noſtra diripiunt, quam qui famam.

C *a* Ubi non eſt gubernator,] ideſt, conſiliator, vel Prælatus, vel Doctor.

b Populus corruet] in bello, vel in peccato. Eſt enim populus quaſi navis vel currus vel ſchola. Unde 4. *Reg.* 2. Pater mi, pater mi, currus Iſrael, & auriga ejus. Sicut igitur navis ſine gubernatore perit, ſic populus ſine rectore corruit in peccatum, *infr.* 14. ubi non ſunt boves, ideſt, Prælati, præſepe vacuum eſt, ideſt, populus omni bono. Unde legitur *Exod.* 32. quod abſente Moyſe corruit populus in peccatum idololatriæ, *ibid.* dicitur: Videns Moyſes, quod nudatus eſſet populus, ait: Si quis Domini eſt, jungatur mihi. Item, ſicut ſcholæ ſine Doctore deficiunt a profectu, ſic populus ſine prædicatore cadit a ſtatu proficiendi, *infr.* 29. Cum defecerit prophetia, diſſipabitur populus. *c* Salus autem, ubi multa conſilia,] non tamen multi Conſiliarii. *Eccl.* 6. Pacifici multi ſint tibi, Conſiliarius ſint tibi unus de mille. Et nota quare hoc dicat Salomon. Dixerat etiam *ſup. eod.* quod fraudulenter ambulat, qui revelat arcana; & fidelis eſt, qui zelat commiſſum, ideſt, in ſecreto corrigens. Ne autem putares, quod ſemper zelari deberes, dicit: Salus autem ubi multa conſilia, quaſi dicat, ſi per te ſolum corrigere non vales, adhibe multos: Sed tales, qui conſulere poſſint, quia ubi multa conſilia, ibi ſalus. Et hoc eſt, quod dicitur *Matth* 18. Si peccaverit in te frater tuus, vade, & corripe eum inter te, & ipſum ſolum; & ſi te audierit, lucratus es fratrem tuum. Si autem te non audierit, adhibe tecum unum, vel duos, ut in ore duorum, vel trium teſtium ſtet omne verbum; quod ſi non audierit eos, dic Eccleſiæ. *d* Affligetur malo, qui fidem facit pro extraneo,] ſcilicet, qui a ſorte Sanctorum eſt extraneus, ideſt, quicunque excommunicato, vel obſtinato peccata ſua non corrigenti communionis gratiam concedit, vel æternam vitam promittit, ſeipſum ante diſtrictum judicem ultione dignum reddit. Vel de Prælatis exponitur: qui fidem pro extraneo faciunt, ideſt, pro populo, quem regendum ſuſcipiunt, quem niſi bene rexerint, affligentur in futuro, quando pro ſingulis oportebit eos reddere rationem. Unde *infra* 20. Tolle veſtimentum ejus, qui fidejuſſor extitit alieni, & pro extraneis auſer pignus ab eo. Vel, affligetur, in præſenti dolore, & compaſſione, & timore, ne aliquem Diabolus rapiat. *e* Qui autem cavet laqueos] culpæ, rumpens eos per pœnitentiam. Vel, laqueos, ideſt, ſæculi perplexitates, fugiendo a mundo. Vel, laqueos promiſſionis, quibus illaqueat ſe verbis oris ſui, qui curam animarum ſuſcipit. Vel, laqueos, ideſt, pulchritudinem creaturarum, quæ homines ad amorem ſuum illaqueant. Unde *Sap.* 3. Creaturæ Dei in odium factæ ſunt, & in tentationem animæ hominum, & in muſcipulam pedibus inſipientium. Item *Guido Carthuſ.* Laqueos comedis, & bibis, & in laqueis quieſcis, & dormis. Hos laqueos cavet, qui omnia propter Chriſtum cum Apoſtolo reputat, ut ſtercora. *Philip.* 4. Et qui hoc facit. *f* Securus erit,] in die judicii, quia dicet cum Petro: Ecce nos reliquimus omnia, & ſecuti ſumus te, quid ergo erit nobis? Et dicet ei Dominus: Amen, amen dico vobis, quod vos, qui ſecuti eſtis me in regeneratione, cum ſederit filius hominis in ſede majeſtatis ſuæ, ſedebitis & vos ſuper ſedes duodecim, &c. *Matth.* 19. Vel, ſecurus erit. ideſt, ſeorſum a cura & ſollicitudine.

1. *Joan.* *g* Mulier gratioſa,] ideſt, habens gratiam. *h* Inveniet gloriam,] ideſt, veniet ad gloriam, ad litteram, ut patet in *Eſther & Judith*. Vel: *g* Mulier gratioſa,] ideſt, Eccleſia plena chariſmatibus gratiarum. *h* Inveniet gloriam] æternam. Vel: *g* Mulier gratioſa,] ideſt, quælibet fidelis anima. *h* Inveniet gloriam] eo quod gratia ſit via ad gloriam. Vel: *g* Mulier gratioſa,] id eſt, B. Virgo, plena Dei gratia, ita ut nec modicum locum ſibi culpa vendicaverit in ea, & in tantum plena, ut de plenitudine ejus nos omnes acceperimus. Hæc; *h* Inveniet gloriam,] quia inveniet gratiam apud Deum, quam perdiderat Eva. *i* Et robuſti habebunt divitias.] Ad litteram: Quia cum fortis armatus cuſtodit atrium ſuum, in pace ſunt ea, quæ poſſidet. *Luc.* 11. Vel, Robuſti, virtutibus: habebunt in futuro divitias æternas, quæ ſolæ vere divites faciunt, *inf.* 21. Cogitationes robuſti ſemper in abundantia. Ideo autem robuſti habebunt, quia regnum Dei vim patitur, & violenti rapiunt illud. *Matt.* 11. Unde & Jacob vi extorſit ab Angelo benedictionem, *Gen.* 32. E contrario otioſi egeſtatem habebunt, *inf.* 28. Qui ſectatur otium, replebitur egeſtate. *k* Benefacit animæ ſuæ vir miſericors,] ideſt, qui benefacit aliis, benefacit & ſibi. *Matth.* 5. Beati miſericordes, &c. Item *Tob.* 4. Quomodo potueris, ita miſericors eſto: ſi multum tibi fuerit, abundanter tribue: ſi exiguum tibi fuerit, etiam exiguum libenter impartiri ſtude; præmium enim bonum tibi theſaurizas in die neceſſitatis. Et etiam in præſenti, quia pietas ad omnia valet, promiſſionem habeas vitæ, quæ nunc eſt, & futuræ, 1. *Tim.* 4. Unde 4. *Reg.* Mulier Sunamitis pro miſericordia, quam Eliſæo exhibuerat, filium ſuum recepit a morte. Ideo autem benefacit animæ ſuæ, ut miſericors, quia illos, quibus compatitur, aut miſeretur, facit propugnatores, & Advocatos, ac Patronos ſuos ante Deum. Sicut viduæ, & pauperes, quas ſuſtentabat Druſiana, rogabant Joannem reverſum de exilio, ut eam ſuſcitaret. Similiter, *Act.* 9. Omnes viduæ flentes oſtendebant Petro veſtes, quas faciebat illis Dorcas.

> Ubi *a* non eſt gubernator, *b* populus corruet: *c* ſalus autem ubi multa conſilia. *d* Affligetur malo qui fidem facit pro extraneo: qui *e* autem cavet laqueos, *f* ſecurus † erit. *g* Mulier gratioſa *h* inveniet gloriam, & *i* robuſti habebunt divitias. *k* Benefacit animæ ſuæ vir miſericors: *l* qui autem crudelis eſt, † *m* propinquos abjicit. *n* Impius facit opus inſtabile: *o* ſeminanti autem juſtitiam, *p* merces fidelis. *q* Clementia † præparat vitam: & *r* ſectatio malorum mortem. *ſ* Abominabile Domino cor pravum,

[Margin: al. † eſt. — al. † &c. al. † etiam. — al. † præparabit. — 2. Cor. 1.]

Vel ideo, benefacit animæ ſuæ, quia omnium afflictionibus affligitur, & ideo omnium præmiis communicat, quia ſi fuerimus ſocii paſſionum, erimus & conſolationum.

Vel ideo, benefacit animæ ſuæ, quia alienis ſordibus ſe lavat, alienis vulneribus ſibi medetur, & de alieno veneno ſibi conficit theriacam. *l* Qui autem crudelis eſt,] ideſt, immiſericors, vel ſeverus. *m* Propinquos abjicit] a ſe. Nomine propinqui intelligitur omnis homo, ſicut dicit *Auguſt.* Specialiter vero pater, & mater, quos abjicit a ſe, proculdubio crudelis eſt: Sicut Scribæ, & Phariſæi, qui docebant populum, ut dicerent patri, & matri corban, quod eſt, donum quodcunque ex me eſt, tibi proderit. *Marc.* 7. Item *Tim* 5. Si quis ſuorum, & maxime domeſticorum curam non habet, fidem negavit, & eſt infideli deterior.

n Impius facit opus inſtabile,] ideſt, peccatum, propter quod ipſe inſtabilis eſt, *Thren.* 2. Peccatum peccavit Jeruſalem, propterea inſtabilis facta eſt.

Vel omne opus impii inſtabile eſt, quia non habet fundamentum fidei, aut radicem charitatis. *Sap.* 4. Adulterinæ non dabunt radices altas.

Vel, impius facit opus inſtabile, congregans ſibi temporalia, quæ tranſeunt, *Eccli.* 14. Omne opus corruptibile in fine deficiet.

Vel de Prælatis exponitur, qui ædificant Sion in ſanguinibus, & Jeruſalem in iniquitate, & ideo opus eorum inſtabile eſt. Unde *Matth.* 15. Omnis plantatio, quam non plantavit Pater meus cœleſtis, eradicabitur. *Mich.* 3.
o Seminanti autem juſtitiam,] ideſt, opera juſtitiæ, vel eleemoſynam, vel verbum prædicationis in terram bonam, ideſt, in corda pauperum.

p Merces fidelis,] ideſt, retributio æterna. *Oſee* 10. Seminate vobis in juſtitia, & metite in ore miſericordiæ. *q* Clementia præparat vitam] æternam. Et dicit *Interlin.* Clementia, ideſt, pietas.

Diſtat autem inter miſericordiam, & pietatem, & clementiam, quia miſericordia eſt miſeria cordis de alieno malo proprie, quod facit ſuum; pietas vero ſua bona aliis communicat; clementia vero eſt lenitas in pœnis aliorum mitigandis. Unde *infra* 20. Miſericordia & veritas cuſtodiunt Regem, & roboratur clementia thronus ejus. *Seneca*: Clementia in Principe, gloria in hoſtes. Ideo dicitur clementia viam præparare, quia qui aliis clemens exiſtit, & Deus ei clemens erit. In qua enim menſura menſus fuerit unuſquiſque, remetietur ei, *Matth.* 7. *r* Et ſectatio malorum mortem] præparat ſupple, ſcilicet, æternam. Sectatio dicit, non ſecutio, quia ſectatio eſt mali ex induſtria, ſecutio ex infirmitate. De hac ſectatione dicitur *Oſee* 5. Ephraim abiit poſt ſordes. *Eccli.* 8. Poſt concupiſcentias tuas non eas, & a voluptate avertere. *ſ* Abominabile

Domino cor pravum] aliud intus habens, aliud foris oſtendens. Sicut cibus immundus faciens abominationem, & motum indignationis in ſtomacho, & ideo non comeditur, & ſi aliquando comeditur talis evomitur. Unde *Apoc.*3. Quia tepidus es, incipiam te evomere ex ore meo.

a & voluntas ejus in his qui ſimpliciter ambulant. *b* Manus in manu non erit innocens † malus: *c* ſemen autem juſtorum ſalvabitur. *d* Circulus aureus in naribus ſuis: *e* mulier pulchra, & fatua. *f* Deſiderium juſtorum omne bonum eſt: *g* præſtolatio impiorum furor, Alii *h* dividunt propria, & ditiores fiunt: alii *i* rapiunt non ſua & ſemper in egeſtate ſunt. *k* Anima quæ benedicit, *l* impinguabitur; & *m* qui inebriat, ipſe *n* quoque inebriabitur.

a Et voluntas ejus in his qui ſimpliciter ambulant,] ideſt, non dupliciter, ſicut illi qui habent alterum pedem in cœlo, & alterum in terra. Pedem intellectus habent in cęlo per cognitionem, & pedem affectus in terra per amorem. De quibus dicitur *Oſee* 10 Diviſum eſt cor eorum, nunc interibunt: Et incident in illam maledictionem. *Eccleſ.*2 Væ qui ingrediuntur viam duabus viis. Item dupliciter ambulant, qui exterius ſpeciem ſanctitatis oſtendunt; interius vero rem veritatis non habent, ſicut hypocritæ, de quibus dicitur *Matth.* 23. quod ſunt ſicut ſepulcra exterius dealbata, intus autem plena oſſibus mortuorum, & omni ſpurcitia. Sequitur. *b* Manus in manu non erit innocens malus,] ideſt, licet malus nihil operis agat exterius, tamen non eſt innocens, quia ſola mala voluntas nocentem facit, & damnat. Unde *Gregor. ſupra Job* 34. Novimus quod omnia diſtricte, non ſolum facta, ſed & cogitata penſantur a Domino, quid igitur faciemus de inceſſu mali operis, ſi ſic ſubtiliter judicat de greſſu cordis?

al. † manus. Eccle. 9.

Aliqui libri habent ſic: [Manus in manu non erit innocens manus,] ideſt, ſi manus ſit plicata ad manum, ut nihil boni operetur, non erit innocens, quia non facit bonum quod debet. Omnis enim omiſſio nocentem facit, ſicut & tranſgreſſio. *c* Semen autem juſtorum ſalvabitur,] ideſt, juſti ex ſemine ſuo ſalvabuntur. Vel [ſemen juſtorum ſalvabitur.] ideſt, juſti, qui ſemper ſe reputant in ſemine, ideſt, in inchoatione, juxta illud *Pſal* 72. Dixi: nunc cœpi. Et *Eccli.*18. Cum conſummaverit homo, tunc incipiet, *Jer.* 3. Patrem vocabis me, & poſt me ingredi non ceſſabis.

Vel, [ſemen juſtorum] ſunt opera bona. Et eſt ſenſus: Semen juſtorum ſalvabitur,] ideſt, juſti ex ſemine ſuo ſalvabuntur. *Apoc.* 14. Opera illorum ſequuntur illos. *Iſa.*61. Scietur in gentibus ſemen eorum, & germen eorum in medio populorum. *d* Circulus aureus in naribus ſuis, mulier pulchra, & fatua,] ad litteram, ideſt, ſicut ſus, ſi haberet circulum aureum in naribus, mergeret eum luto: ſic mulier fatua pulchritudinem vultus, vel habitus cœno voluptatis immergit, & unde deberet laudare Deum, & ejus Sapientiam admirari, qui ſibi dedit talem ſpeciem, inde offendit eum, & impugnat. *Ezech.* 16. Lavi te aqua, & emundavi ſanguinem tuum ex te, & unxi te oleo, & veſtivi te diſcoloribus, & calcavi te hyacintho, & cinxi te byſſo, & indui te ſubtilibus, & ornavi te ornamento, & dedi armillas in manibus, & torquem circa collum tuum, & dedi inaurem ſuper os tuum, & circulos in auribus tuis, & coronam decoris in capite tuo, & ornata ex auro & argento, & veſtita es byſſo, & polymito, & multis coloribus, ſimilam, & mel, & oleum comediſti, & decora facta es vehementer nimis, & profeciſti in regnum, & egreſſum eſt nomen tuum in gentes propter ſpeciem tuam, & perfecta eras in decore meo, quem poſueram ſuper te, dicit Dominus, & habens fiduciam in pulchritudine tua, fornicata es in nomine tuo, & expoſuiſti fornicationem tuam omni tranſeunti, ut ejus fieres.

Myſtice. Myſtice [ſic.] *e* Circulus aureus in naribus ſuis,] ideſt, pulchra, & circumflexa locutio in ſenſibus ſtultæ mentis.

e Mulier pulchra, & fatua,] ideſt, hæretica doctrina. Pulchra verbo, fatua intellectu.

Moraliter. Moraliter. *d* Circulus ſacra Scriptura. Unde & rota vocatur. *Ezech.*1. [Aureus,] propter ſapientiam, quam continet [Mulier,] ideſt, Doctor vel Prædicator. [Pulchra] verbis. [Fatua] operibus.

Sus, Doctor, vel Prædicator luxurioſus, guloſus, avarus. Nares ſuis, labia & diſcretio talis Doctoris, aut Prædicatoris. [Circulus aureus] ergo eſt [in naribus ſuis] cum ſacra Scriptura eſt per doctrinæ magiſterium in labiis pravi Doctoris.

Et eſt talis mulier, ideſt, molliter vivens, pulchra per ſcientiam, fatua per malam vitam. Hi ſunt nuncii David, quibus Anon, ideſt, Diabolus raſit dimidias barbas, & præcidit veſtes uſque ad nates, ut eorum turpitudo non lateret. 2. *Reg.* 10. Non enim ſufficit Diabolo, quod Doctor ſit malus, niſi etiam appareat malitia ejus ad alios corrumpendos. Idem certe intantum nititur, ut Doctores habeant plura beneficia, ut exemplo eorum indigni poſſint habere.

f Deſiderium juſtorum omne bonum eſt,] ideſt, commune bonum. Charitas enim, ut dicit *Aug.* communia propriis, non propria communibus anteponit. D

Vel ſic [Deſiderium juſtorum omne bonum eſt,] ideſt, juſti nihil deſiderant, niſi bonum.

Sicut enim ex amore unius boni, non efficitur aliquis bonus; ſic nec juſtus eſt aliquis, niſi cuilibet, & ſemper reddat, quod ſuum eſt.

Vel ſi [Deſiderium juſtorum eſt omne bonum, ideſt, ſummum bonum, ideſt, Deus, qui eſt omne bonum animæ, quia rationabilis eſt veritas, concupiſcibili ſuavitas, iraſcibili gloriæ æternitas. Unde *Moyſi dicenti Domino*: Oſtende mihi gloriam tuam: reſpondit *Dominus*: Ego oſtendam omne bonum tibi. *Exod.* 33. Hoc bonum deſiderant juſti, quia ſine eo mens humana vacua eſt, & inquieta. Animam enim capacem Deo, nihil Deo minus replere poteſt, ut dicit *Beda*, & *Auguſt.* Dicit etiam *in lib. confeſſ.* Inquietum eſt cor noſtrum, Domine, donec venerit ad te.

g Præſtolatio impiorum furor,] ideſt, dilatio, ſive expectatio dilatoria ab opere malo, vel verbo noxio eſt furor, ideſt, furoris accenſio. Ex eo enim, quod quieſcunt ab opere extra, magis accenduntur furore intra. Unde *Gloſ.* Ira per ſilentium clauſa magis æſtuat.

Vel ſic [Præſtolatio impiorum furor,] ideſt, furor ſuperni judicis præſtolatur impios, ut convertantur hic, aut in futuro judicio condemnentur.

h Alii dividunt propria, & ditiores fiunt.] Ad litteram verum eſt hoc de bonis temporalibus: Non enim quis pauperior efficitur, ſi bona ſua ſeminaverit in manus pauperis, quæ ſunt ager pietatis, afferens fructum trigeſimum, & ſexageſimum & centeſimum. *Matth.*13. Neque enim probabile eſt, quod quis pauperior fiat, ſi divitias in theſaurum, ſive gazophylacium tutum poſuerit, ubi fures non effodiunt, nec furantur. Item verum eſt hoc de ſcientia & amore, quæ amplius diſtributa, amplius augentur, ut dicit *Gregor.* Unde *Joan.* 6. Quinque panes fracti, & diſtributi, duodecim cophinos repleverunt, quinque millibus prius ſatiatis.

Vel ſic. Alii dividunt propria,] ideſt, bona ſua temporalia, [& ditiores fiunt] bonis ſpiritualibus *i* Alii rapiunt non ſua, & ſemper in egeſtate ſunt.] *Beda*. In futuro, ubi nec gutta aquæ dabitur ad refrigerandum, ſicut diviti, *Luc.* 16. Et hic: ubi ſemper avarus eget. *Eccl.* 5. Avarus non implebitur pecunia. Et *infra*. Non ſatiatur oculus viſu, nec auris auditu impletur. *Hieron.* Avarus indiget tam eo quod habet, quam quod non habet. Præterea prima veritas ſponſa eſt intellectus, & prima bonitas ſponſa eſt affectus; & ideo cum alii veritati inhæret intellectus, vel alii bonitati affectus, fallitur, & vacuus remanet, donec primæ veritati, & primæ Bonitati fuerit ſociatur intellectus, & affectus. In prolego Biblia c.b.

k Anima, quæ benedicit] corde per orationem, ore per inſtructionem, opere per ſubventionem.

l Impinguabitur] interius pinguedine gratiarum, & gaudio, quia profectus diſcipulorum gaudium eſt magiſtrorum ut dicit *Gregor.* Vel ideo [impinguabitur,] quia eos, quos doctrina ſua, vel prædicatione convertit, ſpiritualiter manducat, ſecundum quod dictum eſt Petro. *Act.* 10. Occide, & manduca.

m Et qui inebriat] auditores vino ſacri eloquii, quod germinat virgines, ut dicitur *Zachar.*9. Vel lætitia ſpiritualis conſolationis, de qua dicitur *Pſal.* 103. Et vinum lætificat cor hominis.

n Ipſe quoque inebriabitur] potu multiplicis remunerationis. *Hierem.* 31. Inebriabo animas Sacerdotum pinguedine, & populus meus adimplebitur bonis. Ab hoc vino abſtinere conſulunt confeſſores Diaboli, non ſolum ſexta feria, ſed ſemper. Sed ſponſus ſponſam ad potum hujuſmodi vini invitat. *Cant.* 5. Comedite, amici mei, & bibite & inebriamini, chariſſimi.

a Qui

Digitized by Google

a Qui abſcondit frumenta,] ideſt, cibum verbi Dei, ut ſervus nequam talentum ſibi commiſſum. *Matth* 25. *b* Maledicetur in populis,] ideſt, pro illis, quibus prædicando prodeſſe potuit, damnabitur, ut dicit *Beda*, *Gregor.*

a Qui abſcondit frumentum, *b* maledicetur in populis, *c* benedictio autem ſuper caput vendentium. *d* Bene conſurgit diluculo, qui quærit bona, *e* qui autem inveſtigator malorum eſt, *f* opprimetur ab eis. *g* Qui confidit divitiis ſuis, *h* corruet : *i* juſti autem quaſi virens folium germinabunt. *k* Qui conturbat domum ſuam, *l* poſſidebit ventos, & *m* qui ſtultus eſt, ſerviet ſapienti. *n* Fructus juſti lignum vitæ, & *o* qui ſuſcipit animas, *p* ſapiens eſt. Si *q* juſtus in *r* terra recipit, *ſ* quanto magis impius ?

c Benedictio autem ſuper caput vendentium] frumentum verbi Dei pro confeſſione fidei, & exercitio boni operis. Ad hujuſmodi contractum invitat Dominus, *Luc.* 19. Negotiamini dum venio. Item *Iſa.* 55. Omnes ſitientes venite ad aquas, & qui non habetis argentum, properate, & emite, &c. *Eccli.* 31. Splendidum in panibus benedicent labia multorum. *d* Bene conſurgit diluculo, qui quærit bona] quæ faciat, & quibus perveniat ad regnum cœlorum. Diluculo dicit, quia quam cito quis quærit bonum, oritur ei quædam lux, & occidit nox, & ita diluculo conſurgit ad vitam gratiæ in præſenti, & vitam gloriæ in futuro habendam. Nec adeo tarde quis ad Deum convertitur, quin ſufficiat ei reſiduum tempus vitæ quantumlibet breve ad peragendum iter peregrinationis ſi velit.

Unde *Matth.* 20. Denarium receperunt, qui undecima hora venerunt, ſicut illi, qui prima hora venerant. Et *Geneſ.* 7. legitur, quod Noe, & filii ejus cum uxoribus ſuis in articulo diei illius ingreſſi ſunt arcam, & ſalvati ab inundatione diluvii. *e* Qui autem inveſtigator malorum eſt,] ideſt, adinventor novorum peccatorum, vel requiſitor peccatorum aliorum quaſi oblitus ſuorum. *f* Opprimetur] ab eis quaſi quadam mole. Nam ſic inquirendo facit ſua peccata aliena.

g Qui confidit in divitiis ſuis] temporalibus, non attendens bona futura.

h Corruet] a vita æterna, quia confidit in divitiis ſuis, quod eſt inniti vento, & arundini, quæ confracta manus perforat innitentis. *Iſa* 36. Ecce confidis ſuper baculum arundineum confractum iſtum ſuper Ægyptum, cui ſi innixus fuerit homo, intrabit in manum ejus, & perforabit eam. Ideo monet *Pſalm.* 61. Divitiæ ſi affluant, nolite cor apponere. Et 1. *Tim.* 6. Divitibus hujus ſæculi præcipe non ſublime ſapere, nec ſperare in incerto divitiarum.

i Juſti autem quaſi virens folium germinabunt,] ideſt, in bono proficient. *Iſa* 44. Germinabunt inter herbas quaſi ſalices juxta præterfluentes aquas.

Vel ideo dicuntur juſti germinare, quia ſemper novos fructus reputant non maturos. *Eccli.* 18. Cum conſummaverit homo, tunc incipiet, 2. *Cor.* 4. Licet is qui de foris eſt, noſter homo corrumpatur, tamen is qui intus eſt, renovatur de die in diem.

Item quaſi virens folium germinare dicuntur juſti, quia ſicut folia virentia fructus in arbore operiunt ne Solis ardore lædantur, ſic juſti in ſemetipſis per humilitatem opera bona abſcondunt, ne ardore laudis humanæ immatura coquantur.

k Qui conturbat domum ſuam,] ideſt, mentem ſuam tumultibus cogitationum.

l Poſſidebit ventos,] quia aperit eam flatibus Dæmonum quibus obruatur.

Vel ſic : [Qui conturbat domum ſuam,] ideſt, mentem ſuam iraſcendo ſibi ipſi, vel aliis : [Poſſidebit ventos] ideſt, flatus tentationum, & inanium cogitationum habebit. *m* Et qui ſtultus eſt, ſerviet ſapienti,] quia probatiorem facit eum perſequendo, ſicut Eſau Jacob. Unde *Geneſ.* 25. Major ſerviet minori. Sicut inſtrumenta fabrilia, vaſis fabrilibus quæ per illa formantur, vel ſicut dapiferi ſerviunt comedentibus in menſa. Nam qui tribulationem, vel verbera inferunt, dapiferi ſunt patientiæ ; qui injuriam rerum inferunt, dapiferi ſunt humilitatis, qui contumelias inferunt, dapiferi ſunt manſuetudinis. Et omnibus his merces debetur a nobis, quaſi ſervientibus nobis.

Quomodo mali ſerviunt bonis.

Unde *Matth.* 5. Diligite inimicos veſtros, benefacite his qui vos oderunt, & orate pro perſequentibus, & calumniantibus vos, ut ſitis filii patris veſtri qui in cœlis eſt.

Unde B. *Bern.* Quid niſi ſervire dicam, qui mihi caput radit, vel calceamenta tergit, vel terram meam rotat ? Capillos dicit temporalia, lutum calceamentorum, delicias, terram, carnem, vel animam. Radere caput, eſt auferre temporalia, hoc confert humilitatem. Tergere calceamenta, eſt verbera irrogare, hoc patientiam. Terram rotare, eſt contumelias inferre, hoc manſuetudinem.

Serviunt etiam perſecutores, ſicut illi, qui afferebant aurum de Ophir, 2. *Paralip.* 8. Abierunt cum ſervis Salomonis in Ophir, tuleruntque, &c. Unde *Job* 37. Ab Aquilone aurum veniet, ideſt, a detractore, vel quolibet perſecutore ſapientia, ſi patienter ſuſtineantur. 1. *Pet.* 4.

n Fructus juſti lignum vitæ,] ideſt, merces juſti viſio Chriſti. *Pſalm.* 126. Filii merces fructus ventris. *Geneſ.* 15. Ego ſum merces tua magna nimis, *ſupra* 3. Lignum vitæ his, qui apprehenderint eam. *o* Qui ſuſcipit animas,] ideſt, curam animarum, propter ea, quæ ſurſum ſunt ſuſcipiat, non ſe intrudat. *Hebr.* 5. Nemo aſſumit ſibi honorem, ſed qui vocatur a Deo, tanquam Aaron.

Vel [ſuſcipit] non emit prece, vel pretio. Unde B. *Bernardus* : qui pro ſe rogat, jam judicatus eſt, pro quo alius rogat, ſuſceptus ſit tibi.

Vel [qui ſuſcipit animas] defendendas ut patronus, curandas ut medicus, docendas ut Doctor, paſcendas ut paſtor. *p* Sapiens eſt,] quia fructum multiplicem recipiet. Et nota quod dicit : qui ſuſcipit animas, ſapiens eſt : non dicit, qui ſuſcipit vineas, vel domos, vel redditus temporales. Nam qui propter hæc ſuſcipit, inſipiens eſt, & tamen heu ! multi propter hoc hodie animas ſuſcipiunt, non propter animas, ſed propter iſta, & ideo plus curant iſta, quam animas. Si quis velit iſta minuere, vel auferre, certant, litigant, & appellant, nulli deferunt, ſed dicunt ſe pro jure ſuæ Eccleſiæ decertare. Si quis vero animas, quas ſuſcipiunt, verbo, vel exemplo corrumpit, ibi patientiam habent.

De ſuſceptione animarum.

Sed hæc patientia non operatur probationem, ſed reprobationem. Hic nulla appellatio proponitur, & tamen Dominus potius animarum rationem, quam redditurum requiret.

Adhuc enim venient greges ad manum numerantis, ut dicit *Jerem.* 33. Tales certe non intrant in ovile ovium per oſtium, ideſt, per Chriſtum, qui dicit : Ego ſum oſtium, *Joan.* 10. ſed aſcendunt aliunde. Et ideo quotquot venerunt, fures ſunt, & latrones ; quia veniunt, ut mactent, non ut ſalvent ; ut paſcantur, non ut paſcant. Unde conqueritur Dominus, *Ezech.* 34. Fili hominis, propheta de paſtoribus Iſrael, propheta & dices paſtoribus : Hæc dicit Dominus Deus : Væ paſtoribus Iſrael, qui paſcunt ſemetipſos. Nonne greges a paſtoribus paſcuntur ? Lac comedebatis, & lanis operiebamini, & quod craſſum erat occidebatis, gregem autem meum non paſcebatis : Quod infirmum fuit, non conſolidaſtis ; & quod ægrotum non ſanaſtis ; & quod confractum eſt, non alligaſtis ; & quod abjectum eſt, non reduxiſtis ; & quod perierat, non quæſiſtis ; ſed cum auſteritate imperabatis eis, & cum potentia. Et tanguntur in hac auctoritate ſeptem, quæ debent Prælati ſubditis.

Primum eſt pabulum prædicationis, & etiam corporalis ſubventionis, ſeu ſuſtentationis.

Quæ Prælati debent ſubditis.

Secundum, verbum conſolationis.

Tertium, verbum correctionis.

Quartum, diſpenſatio ſacramentorum.

Quintum, exemplum ſanctæ converſationis.

Sextum, ſtudium vigilantis orationis.

Septimum, manſuetudo affabilitatis, ſecundum quod dicitur *Eccleſiaſt.* 4. Congregationi pauperum affabilem te facito.

Tanguntur hic duo vitia, quæ maxime contraria ſunt prælationi, ſcilicet cupiditas, ibi : Lac comedebatis, &c. Et auſteritas, ibi : Sed cum auſteritate imperabatis eis, & cum potentia. Unde *Exod.* 18. Docet Jetro quales debent in prælationem promoveri. Elige, inquit, de omni plebe viros ſapientes, & timentes Deum, & in quibus eſt veritas, & qui oderunt avaritiam. *q* Si juſtus,] ideſt, prædeſtinatus, vel quilibet electus, vel innocens ab utero, vel a baptiſmo. *r* In terra recipit] judicium. *ſ* Quanto magis impius] in fide.

Vitia duo contraria prælationi

a Et peccator] in motibus ſupplicium debet recipere. *Gloſ.* Si martyres tanta patiuntur injuſte, quanta tormenta manent eorum tortores? Si Job & Tobias, & alii electi Dei tanta in hac vita paſſi ſunt, quid miramur,
A ſi nos longe inferiores aliqua tangit afflictio? Etſi enim impii non ſimus, certe ſi peccatores nos eſſe negamus, noſipſos ſeducimus, & veritas in nobis non eſt, 1 *Joan.* 1. Hoc eſt, quod dicitur 1. *Petr.* 1. Si juſtus vix ſalvabitur, impius & peccator ubi parebunt? *Iſa.* 32. Super humum populi mei
al. † ſibi. aſcendent ſpinæ, & vepres, quanto magis ſuper omnes domos gaudii civitatis exultantis. *Jerem.* 25. Ecce in civitate, in qua vocatum eſt nomen meum, ibi: ego incipio affligere, & vos quaſi innocentes, & immunes eritis? Non eritis immunes, gladium ego voco ſuper omnes habitatores terræ.

a &. peccator?

C A P. XII.

b Qui diligit *c* diſciplinam, diligit *d* ſcientiam, *e* qui autem odit increpationes, *f* inſipiens eſt. *g* Qui bonus eſt *h* hauriet † *i* a Domino gratiam: *k* qui autem confidit in cogitationibus ſuis, impie *l* agit. Non *m* roborabitur homo ex impietate, *n* & radix juſtorum non commovebitur. *o* Mulier diligens *p* corona eſt viro ſuo, & *q* putredo in oſſibus ejus, quæ *r* confuſione res dignas gerit. *ſ* Cogitationes juſtorum judicia, & *t* conſilia impiorum fraudulenta. *u* Verba impiorum inſidiantur ſanguini: *x* os juſtorum liberabit eos. *y* Verte impios, & *z* non erunt

E X P O S I T I O C A P. XII.

Qui diligit, &c.] in fine præcedentis capituli monuit Salomon ad juſtitiam commendando fructus ejus. In principio autem hujus capituli exhortatur ad prudentiam, quæ maxime per flagella docetur, & per doctrinam. Unde *Eccli.* 22. Flagella & doctrina in omni tempore ſapientia. Et *Jer.* 6. Secundum LXX. Per omne flagellum, & dolorem erudieris, Jeruſalem: Sed quia non omnia flagella erudiunt, niſi quæ ex amore & patientia ſuſtinentur. Ideo dicit. *b* Qui diligit] in ſeipſo, non in alio. *c* Diſciplinam] verborum, quæ mores informant, aut verberum, quæ vitia caſtigant. *d* Diligit ſcientiam] ſcilicet, ſui ipſius, & Dei cognitionem, quæ ex diſciplina percipitur. *Iſa.* 28. Sola vexatio tantummodo intellectum dat auditui. Item *inf.* 22. Stultitia colligata eſt in corde pueri, & virga diſciplinæ fugabit eam. Idem monet *ſup.* 3. & Apoſt. *Heb.* 12. Fili mi, noli negare diſciplinam Domini, neque fatigeris, dum ab eo argueris.

e Qui autem odit increpationes, ideſt, correctiones.

f Inſipiens eſt] quia quod ſapidum eſt, ideſt, correctio, non ſapit ei. Unde *Greg. in Regiſtro*: Ego ab hominibus corripi, ab omnibus emendari poſco, & ſolum æſtimo amicum, per cujus linguam ante apparitionem diſtricti judicis mentis meæ maculas tergo.

g Qui bonus eſt] ſentiens de Domino in bonitate, nec confidens in cogitationibus ſuis.

h Hauriet] hauritorio humilitatis.

i A Domino gratiam] juſtificantem, vel cooperantem, vel conſummantem, qui habenti dabitur, & abundabit. *Matth* 25. Habenti bonam voluntatem dabitur perfectio boni operis; vel habenti uſum naturalium, dabitur gratia, vel habenti gratiam, dabitur gloria.

k Qui autem confidit in cogitationibus ſuis] ideſt, in ingenio ſuo, ut ſuperbus.

l Impie agit, ideſt, contra Deum, quia ſibi attribuit, quod Dei eſt, *infra* 28. Qui confidit in corde ſuo ſtultus eſt.

m Non roborabitur homo ex impietate,] ideſt, non firmabitur, quia peccatum bona naturalia corrumpit, & gratuita privat, quæ dant animæ fortitudinem.

n Et radix juſtorum non commovebitur,] ideſt, charitas, qua juſti radicati ſunt in Deo, nunquam excidet. 1. *Cor.* 13. ſed perficietur, quia igniculus Sion fiet caminus in Jeruſalem, ut dicitur *Iſa.* 31.

o Mulier diligens corona eſt viro ſuo,] ad litteram, mulier caſta, & bene ac diligenter operans, præbet honorem viro ſuo.

Myſtice [ſic.] *o* Mulier diligens,] ideſt, Eccleſia audiens verbum Dei, & implens præceptum.

p Corona viro ſuo,] ideſt, Chriſto. *Iſ.* 62. Eris corona gloriæ in manu Domini, & diadema regni in manu Dei tui. Vel

o Mulier diligens,] ideſt, plebs devote obediens.

p Corona eſt viro ſuo,] ideſt, gaudium, & gloria Prælato. Unde *Philip* 4. Fratres mei chariſſimi, & deſideratiſſimi gaudium meum, & corona mea ſic ſtate. Item *Iſa* 51 Gaudens gaudebo in Domino, & exultabit anima mea in Deo meo, quia induit me veſtimentis ſalutis, & indumento juſtitiæ circumdedit me, quaſi ſponſum decoratum corona, & quaſi ſponſam ornatam monilibus ſuis.

q Et putredo in oſſibus ejus,] ſcilicet, mulieris ad litteram,

r Quæ confuſione res dignas gerit,] ideſt, adulterium. Unde *Num.* 5. Mulier ſi polluta eſt, contempto viro ſuo adulterii rea eſt, pertranſibunt eam aquæ maledictionis, & inflato ventre computreſcet femur ejus.

Vel [putredo in oſſibus ejus,] ideſt, viri eſt mulier, quæ confuſione res dignas gerit, quia fortitudo viri, ad litteram, per malam mulierem attenuatur.

ſ Cogitationes juſtorum judicia,] ideſt, juſti ſedula mente dijudicant, ſi ſua facta Deo placeant, ne in die judicii juſte valeant judicare. Unde 1. *Cor.* 11. Si noſmetipſos dijudicaremus non utique judicaremur, &c.

Vel cogitationes juſtorum judicia,] ideſt, ad judicia, quia juſti ſemper cogitant de judicio Dei, qualiter ei valeant reſpondere.

Vel, cogitationes juſtorum judicia,] ideſt, diſcrete diſcernentes inter bonum, & malum, honeſtum & inhoneſtum, utile & inutile.

t Et conſilia impiorum fraudulenta,] quia de fraude conſiliantur obliti timoris Domini. Vel blandiendo ſibi ſeipſos defraudant inveniendo excuſationes in peccatis, vel promittentes ſibi veniam, vel longam vitam.

De hujuſmodi conſilio dicitur, *Geneſ.* 49. In conſilium eorum non veniat anima mea. Item *inf.* 28. Viri mali non cogitant judicium, qui autem requirunt Dominum, animadvertunt omnia.

u Verba impiorum inſidiantur ſanguini] proprio, vel alieno. Ad litteram, quia multi propter verba ſua vitam perdiderunt, *ſup* 1. Ipſi contra ſanguinem ſuum inſidiantur, & moliuntur fraudes contra animas ſuas.

Vel: Verba impiorum inſidiantur ſanguini, ideſt, impii non ſolum mente, ſed etiam verbis machinantur, qualiter ſanguis ſanguinem tangat, ideſt, peccatum peccato accumuletur.

x Os juſtorum liberabit eos in præſenti a culpa, & in futuro judicio a pena.

Unde *Matth.* 12. Ex verbis tuis juſtificaberis, & ex verbis tuis condemnaberis.

y Verte impios] de hac vita ad mortem æternam.

z Et non erunt,] quia ſic eſſe in pœna, ideſt, in morte æterna, non eſt eſſe, & ſic vivere non vivere. Vel, non erunt, quales ſe ciant, quia poſt mortem, non quæ ſperabant, invenient, ſed fruſtrati pro præmiis tormenta recipient. Vel ſic.

y Verte impios,] ideſt, converte ab impietate ad pietatem.

z Et non erunt impii,] quia converſio impiorum mors eſt pretioſa, & ſancta, qua ſcilicet moriuntur peccato, ut vivant Deo, *Galat.* 2. Vivo autem jam non ego, vivit vero in me Chriſtus. Vel ſic.

y Verte impios, & non erunt,] quaſi dicat tam ſubito deſinunt eſſe impii, quam ſubito vertit ſe homo. *Pſal.* 36. Vidi impium ſuperexaltatum, & elevatum, ſicut Cedros Libani. Item *Job* 20. Laus impiorum brevis & gaudium hypocritæ ad inſtar puncti. Vel ſic.

y Verte impios] ad poſteriora eorum, hoc eſt, ad finem ipſorum.

z Et non erunt,] ideſt, non reputabuntur, quamvis modo appareant eſſe, quantum ad anteriora ſua, ideſt, bona præſentia. *Iſ.* 40. Omnes gentes quaſi non ſint, ſic ſunt coram eo, & quaſi nihilum, & inane reputatæ ſunt ei. Vel ſic. *y* Verte impios] ut ſcilicet faciem habeant, ubi habent dorſum, & e converſo. *z* Et non erunt,] ideſt, deſinent eſſe impii. Omnes enim impii faciem habent ad bona præſentia, & deorſum ad ſpiritualia. Unde *Ezech.* 8. Ecce in oſtio templi Domini inter veſtibulum, & altare quaſi vigintiquinque viri dorſa habentes contra templum Domini, & facies ad Orientem, & adorabant ad ortum Solis. Alia tranſlatio habet loco iſtius: Verte impios, & non erunt: Quocumque ſe verterit ſceleratus, exterminabitur, ideſt, ſive in vita, ſive in morte male eſt ei,

quia

Digitized by Google

quia ſemper conſcientia remordet eum. *a* Domus autem juſtorum permabebunt, ideſt, conſcientiæ juſtorum ſtabiles erunt contra omnium tentationum genera immobiliter permanentes quia fundatæ ſunt ſuper firmam petram, ita ut nec flatu ventorum, ideſt, ſuggeſtione Dæmonum ſuperborum, vel impetu fluminum, ideſt, cupiditate temporalium divitiarum, vel caſu pluviæ, ideſt, carnis titillatione moveantur. Unde *Matth.* 7. Qui audit verba mea hæc, & facit ea, aſſimilabitur viro ſapienti, qui ædificavit domum ſuam ſupra petram, & deſcendit pluvia, & venerunt flumina & flaverunt venti, & irruerunt in domum illam, & non cecidit; fundata enim erat ſupra firmam petram. Vel, Domus juſtorum permanebunt, ideſt, Eccleſia, cujus jam una pars regnat in cœlis, altera adhuc peregrinatur in terris, nunquam deficiet, quia arcturus ſemper vertitur, & nunquam demergitur.

al. † permanebit. B al. † noſcetur. *Eccli.* 10. al. † ſaturabitur.

a domus autem juſtorum † permanebunt. *b* Doctrina ſua † *c* cognoſcetur vir, *d* qui autem vanus, & *e* excors eſt, *f* patebit contemptui. *g* Melior eſt pauper, & *h* ſufficiens, ſibi, quam *i* glorioſus, & *k* indigens pane. *l* Novit juſtus *m* animas *n* jumentorum ſuorum; *o* viſcera autem impiorum *p* crudelia. *q* Qui operatur terram ſuam, † *r* ſatiabitur panibus, *ſ* qui autem ſectatur otium *t* ſtultiſſimus eſt.

Et Dominus dicit *Matth.* 28. Ecce ego vobiſcum ſum omnibus diebus uſque ad conſummationem ſæculi. Et tunc regnum ad regnum veniet, & fiet unum ovile, & unus paſtor. *b* Doctrina ſua cognoſcetur vir.] De Chriſto, qui antonomaſtice dicitur vir: manifeſtum eſt hoc. *Joan.* 8. Nunquam ſic locutus eſt homo. Vel etiam de quolibet Doctore exponitur. Quia; *b* Doctrina ſua,] ſcilicet, verbi & exempli. *c* Cognoſcetur] eſſe vir, non mulier, ſi videlicet facit bona, quæ docet. Vel, doctrina ſua, ideſt, merito doctrinæ ſuæ, cognoſcetur vir, ideſt, virtuoſus Doctor a Domino, ſcilicet, in die judicii. Alii vero non cognoſcentur, ſed dicetur eis: Neſcio vos, unde eſtis. *Matt.* 7. & 25.

Joan. 10.

d Qui autem vanus,] ideſt, amator vanorum, intus vacuus non habens in ſe vanitatem.

e Et excors eſt,] ideſt, ſine ſapientia. *f* Patebit contemptui] omnium Electorum in die judicii, quia ipſe virilis animi fortitudinem habere contempſit. *Malach* 2. Receſſiſtis de via, & ſcandalizaſtis plurimos de lege, irritum feciſtis pactum Levi, dicit Dominus exercituum, propter quod & ego dedi vos contemptibiles, & humiles omnibus populis. Excors dicitur avarus, quia nunquam habet cor ſuum ſecum, ſed ſemper eſt in arca cum pecunia. *Matth.* 6. Ubi eſt theſaurus tuus, ibi eſt & cor tuum. Item *Oſee* 7. Factus eſt Ephraim quaſi columba ſeducta, non habens cor. Quid mirum? Quia ſuper omne ſtercus projicit illud, ſcilicet, ſuper aurum, & argentum, & hujuſmodi. *Auguſt.* Quid enim aurum, & argentum aliud, niſi terra rubra, quæ ſola hominum avaritia fecit pretioſa? Unde *Eccli.* 10. Nihil eſt iniquius, quam amare pecuniam; hic enim & animam ſuam venalem habet, quoniam in vita ſua projecit intima ſua. Item excors eſt luxurioſus, & ebrioſus. *Oſee* 4. Fornicatio, & vinum, & ebrietas auferunt cor. *g* Melior eſt pauper] pecunia vel ſcientia.

In prologo Bibliæ c 3

h Et ſufficiens ſibi] vita. *i* Quam glorioſus] in divitiis, vel in verbis.

k Et indigens pane,] ideſt, refectione bonorum operum. *Eccli.* 19. Melior eſt homo, qui minuitur ſapientia, & deficiens ſenſu in timore Dei, quam qui abundat ſenſu, & tranſgreditur legem Altiſſimi. *Pſalm.* 36. Melius eſt modicum juſto, &c. Vel:

g Melior eſt pauper] ſpiritu, ideſt, humilis, vel paupertatis amator, & cultor. *h* Et ſufficiens ſibi] quia tali nihil deeſt: habet enim ſine omni contradictione, quod amat, ſcilicet, paupertatem. *i* Quam glorioſus, & indigens pane, ideſt, dives avarus, qui ad litteram, indiget pane. Quia ut dicit *Hieron.* Avaro deeſt tam quod habet, quam quod non habet. Vel *g* Melior eſt pauper & ſufficiens ſibi,] ideſt, ſimplex idiota parum habens auri ſapientiæ, & argenti eloquentiæ, qui inde bene vivit, & inde paſcitur, & reficitur. *i* Quam glorioſus & indigens pane,] ideſt, quam magnus clericus glorioſus in multa ſcientia, qui nunquam inde reficietur. Tales ſunt multi Doctores, qui calcatis torcularibus ſitiunt, ut dicitur *Job* 24. Et in molendino moriuntur ſiti, ut vulgo dicitur. *l* Novit juſtus,] ideſt, verus Prælatus, habens veram juſtitiam, quæ habet compaſſionem, non indignationem, ut dicit *Greg.* Talis inquam novit affectu, & effectu compaſſionis. *m* Animas, ideſt, animalitatem, ideſt, infirmitatem *n* Jumentorum ſuorum,] ideſt, ſubditorum ſuorum, quibus regendis tanquam jumentis Prælatus inſidet. Simile *Exod.* 23. Peregrino moleſtus non eris. Scitis enim animas advenarum, quia & ipſi peregrini fuiſtis in terra Ægypti. Animas jumentorum novit Jacob, cum dixit Eſau fratri ſuo, qui rogabat ſecum ire. *Gen.* 33. Noſti, inquit, Domine mi, quod parvulos habeam teneros, & oves, & boves fœtas mecum, quas ſi plus in ambulando fecero laborare, morientur una die cuncti greges. *o* Viſcera autem impiorum] Prælatorum. *p* Crudelia ſine compaſſione, ſine affectione, ſine miſericordia, de quibus *Ezech.* 34. Quod petierat, non quæſiſtis, ſed cum auſteritate imperabitis eis, & cum potentia. Sed nota quod dicit: viſcera autem impiorum crudelia, quia interiora quorumdam Prælatorum crudeliſſima ſunt, exteriora vero mitiſſima, & benigniſſima videntur, dum affabiles & benignos ſe exhibent in his, quæ ad corpus pertinent procurandum; interiores autem miſerias animarum, quæ tot jaculis confoſſæ ſunt, tot & tantis concupiſcentiarum ardoribus exuruntur, omnino non curant. Et magna eſt valde iſta crudelitas, qua permittunt proprios filios confodi, & exuri, & non curant. Contra quos dicitur *Inf.* 24 Erue eos, qui ducuntur ad mortem, &c. Et *ſup.* 6. Diſcurre, feſtina, ſuſcita amicum tuum. Eſt & alia crudelitas Prælatorum, quia ſanguine multorum millium animarum paſcunt ſanguiſugam luxuriæ ſuæ: ad litteram, de quibus dicit *Hieron.* 23. In Prophetis Jeruſalem vidi ſimilitudinem adulterantium, & iter mendacii. Eſt & tertia crudelitas, ſcilicet, eorum rapacitas, qua tot lacera ſubditorum, ad litteram nudant, ut porticus, & parietes ſuos veſtiant: ventres pauperum evacuant, ut burſas ſuas impleant. Furantur enim pauperibus Chriſti cruſtulas & micas reliquiarum menſæ ejus.

D

Infr. 28. *Eccli.* 10. *Multiplex crudelitas Prælatorum.*

Et de hac crudelitate dicitur *Mich.* 3. Audite Principes Jacob, & Duces domus Iſrael: Nunquid non veſtrum eſt ſcire judicium, qui odio habetis bonum, & diligitis malum, qui violenter tollitis pellem eorum deſuper eos, & carnem eorum deſuper oſſibus eorum? Eſt etiam quarta crudelitas Prælatorum, qua in ſtragem animarum præficiunt conſanguineos omnino indignos, de quibus *Abacuc.* 2. Væ qui ædificat civitatem in ſanguinibus, & præparat urbem in iniquitate: Eſt & quinta crudelitas Prælatorum & maxima omnium qua de ſanguine Jeſu Chriſti, ideſt, de bonis ſuo ſanguine acquiſitis domos, & palatia ampla ædificant, & depingunt, unde pauperes deberent ſuſtentari.

De his dicit *Hieron.* 22. Væ qui ædificat domum ſuam in injuſtitia, & cœnacula ſua non in judicio. Amicum ſuum opprimet fruſtra, & mercedem ejus non reddet ei. Qui dicit: Ædificabo mihi domum latam, & cœnacula ſpatioſa, qui aperit ſibi feneſtras, & facit laquearia cedrina, pingitque ſynopide, ideſt, ſanguine Chriſti, ſic dicit *Hier.* debere intelligi. *q* Qui operatur terram ſuam,] ideſt, carnem edomat diſciplinis, vel animam ſuam ſpiritualibus ſtudiis exercet, vel plebem ſubditam vomere prædicationis excolit. *r* Satiabitur panibus] virtutum in præſenti, æternorum præmiorum in futuro. *Gen.* 3. In ſudore vultus tui veſceris pane tuo.

Alter enim indignus eſt pane omnis, qui non laborat. De hoc dicitur *Eccli.* 20 Qui operatur terram ſuam, inaltabit acervum frugum, ideſt, altum faciet. In quo notantur, ſcilicet, copioſitas frugum & ſublimitas, quibus in cœlum aſcenditur, & cœleſte horreum impletur. *ſ* Qui autem ſectatur otium,] ideſt, laborare negligit pro ſalute ſua, & ſubditorum. *t* Stultiſſimus eſt] licet mundo ſapiens videatur.

Primus gradus ſtultitiæ eſt, bonum non facere, dum licet.

De gradibus ſtultitiæ.

Secundus gradus malum facere.

Tertius, in malo ſe aſſueſcere, quod eſt ſectari otium. *Eccli.* 33. Multam malitiam docuit otioſitas. Vel primus gradus ſtultitiæ eſt vitæ propriæ neceſſaria non quærere.

Secundus ſeipſum hoſtibus indefenſum exponere.

Tertius, hoſtes ſuos, qui eum interficiant, in ſeipſo nutrire. Hos tres gradus habet, qui otium ſectatur. Nam vitæ ſpiritualis neceſſaria quærere negligit. Seipſum indefenſum malignis ſpiritibus exponit. In ſeipſo motus carnales quaſi hoſtes crudeliſſimos nutrit. *Iſa.* 26. Juſtitiam non fecimus in terra, ideo non ceciderunt habitatores terræ.

a Qui ſuavis eſt, b vivit in moderationibus: in c ſuis monitionibus relinquit contumeliam. d Deſiderium impii † e monumentum eſt peſſimorum; f radix autem juſtorum g proficiet. h Propter peccata labiorum i ruina k proximat malo; l effugiet autem juſtus de † m anguſtia. n De fructu oris ſui o unuſquiſque replebitur p bonis, & q juxta opera manuum ſuarum retribuetur ei. r Via ſtulti recta in oculis ejus, ſ qui autem ſapiens eſt, audit conſilia. t Fatuus ſtatim indicat iram ſuam; u qui autem diſſimulat injuriam, x callidus eſt. y Qui quod novit, loquitur, † judex juſtitiæ eſt; z qui autem mentitur, teſtis eſt fraudulentus.

a Qui ſuavis eſt,] ideſt, ſine aſperitate iracundiæ reprehenſionis. b Vivit in moderationibus,] ideſt, propter moderatam, & manſuetam correctionem, vitam gratiæ in præſenti, & vitam gloriæ in futuro ſibi, & ſubditis acquirit. Et talis c In ſuis monitionibus relinquit contumeliam,]ideſt, abjicit & te dulciter, ac ſuaviter monens in ſpiritu lenitatis, præoccupatos peccato ſuſcipiens, ſicut docet *Apoſtolus Galat.* 6. & *Pſ.* 140. Corripiet me juſtus in miſericordia, & increpabit me, &c. Malus autem & Hypocrita cum iracundia increpat. Unde *inf.* 14. In ore ſtulti virga ſuperbiæ. *Greg.* Vera juſtitia compaſſionem habet, falſa vero dignationem.

al. † monimentum.

al. † anguſtia. *Infra* 23.

Item *Tullius de amicitia*. Monere & moneri officium veræ eſt amicitiæ, ita tamen, ut adulatione careat admonitio, & contumelia careat objurgatio. Qualiter autem admonendum ſit unumquodque genus hominum, docet *Gregorius in Moralib. & in Paſtorali* 1. *Tim.* 5. Seniorem ne increpaveris, ſed obſecra, ut patrem; juvenes, ut fratres; anus, ut matres; juvenculas, ut ſorores in omni caſtitate. Et *Eccli.* 8. Non litiges cum homine potente, &c. per totum. d Deſiderium impii monumentum eſt peſſimorum,] ideſt, memoria, & recordatio. Impius enim de malorum præcedentium moribus loquitur libenter, quia eos imitari deſiderat. Vel [deſiderium impii,] ideſt, mala voluntas impii. e Et monumentum peſſimorum,] cauſaliter, ideſt, ducit ad monumentum peſſimorum, ideſt, infernum, quod eſt ſepulchrum peſſimorum hominum, & Dæmonum. *Luc.* 16. Mortuus eſt dives, & ſepultus in inferno. Vel [deſiderium impii] pro quo graviter punitur [eſt monumentum peſſimorum,] ideſt, erudimentum, & admonitio aliorum peſſimorum, ne ſimilia faciant. Unde *inf.* 19. Peſtilente flagellato ſtultus ſapientior erit. Vel [deſiderium impii eſt monimentum peſſimum,] quia ſuum pravum deſiderium excuſat per exempla peſſimorum, dicens: Sic facit ille, & ille. *Job.* 40. Protegunt umbræ umbram ejus. Vel de clauſtralibus exponitur, qui ſunt monumenta peſſimorum, ideſt, ſepulchra peccatorum, & pravorum deſideriorum, & malarum ſuggeſtionum, quas in ſe extinguunt, & ſepeliunt: In quo ſepulchro Dominus ſepelitur. Unde *Joan* 19. Erat autem in loco, ubi crucifixus eſt Jeſus, hortus, & in horto monumentum novum, in quo nondum quiſquam poſitus fuerat. Ibi ergo propter Paraſceven Judæorum, quia juxta erat monumentum, poſuerunt Jeſum. Vel [deſiderium impii,] ideſt, Diaboli, monumentum eſt peſſimorum, ideſt, interitus & perditio eorum, ejus eſt quies, & gaudium. Bonos enim faſtidit, ſed de malis facit delicias ſuas. Unde *Abacuch* 1. Incraſſata eſt pars, & cibus ejus electus, *Eccleſiaſt.* 13. Venatio Leonis Onager in Eremo. Item *Job* 40. Abſorbebit fluvium, & non mirabitur, & habet fiduciam, quod influat Jordanis in os ejus. f Radix autem juſtorum,] ideſt, amor & deſiderium, quod in Chriſto fixerunt, quaſi radicem cordis ſui. g Proficiet] in fructum vitæ æternæ. E contrario radix impiorum deficiet, quia in terra arida ſita eſt, hoc eſt, in mundo. *Sapient.* 4. Adulterinæ plantationes, &c. h Propter peccata labiorum] incircumciſorum. i Ruina] culpæ, & pœnæ. k Proximat malo] homini. *Pſal.* 139. Vir linguoſus non dirigetur in terra. Multo minus in cœlo. Et intellige labiorum tam propriorum, quam alienorum. Sæpe enim vento adulationis, vel flatu detractionis, ſive irriſionis, vel ſuſurro pravi conſilii, vel iniquæ ſuggeſtionis, corruit homo, quæ omnia ſunt peccata alienorum labiorum, quibus liberatus juſtus refert gratias Deo. *Eccli.* 51.

De clauſtralibus.

Confitebor tibi, Domine Rex, & collaudabo te Deum ſalvatorem meum. Confitebor nomini tuo, quoniam adjutor, & protector factus es mihi, & liberaſti corpus meum a perditione, a laqueo linguæ iniquæ, & a labiis operantium iniquitatem. Qualiter autem propter peccata propriorum labiorum proximet ruina malo homini, planum eſt.

Maxime autem propter verba jactantiæ. *Dan.* 4. Nonne hæc eſt Babylon civitas magna, quam ego ædificavi in domum regni, in robore fortitudinis meæ, & in gloriam decoris mei? Cum ſermo adhuc eſſet in ore Regis, vox de cœlo ruit. Tibi dicitur Nabuchodonoſor Rex: Regnum tuum tranſibit a te, & ab hominibus ejicient te, &c.

C

l Effugiet autem juſtus] reddens Deo, quod ſuum eſt, & ſibi, & proximo. m De anguſtia] præſentis miſeriæ, vel culpæ, quæ tam arcta eſt, ut in ingreſſu ejus neceſſe habeat unuſquiſque non ſolum pellem, ſed etiam omnia membra novi hominis deponere.

Et de hoc dicitur *Thren.* 1. Omnes perſecutores ejus apprehenderunt eam inter anguſtias. Item *Job* 36. Salvabit te de ore anguſto latiſſime, & non habente fundamentum ſubter ſe. n De fructu oris ſui,] ideſt, de bonæ locutionis merito.

al. † fructus. 1.95.c.8.

o Unuſquiſque replebitur,] in futuro, quando erit vera repletio.

p Bonis] æternis, quæ nunquam marceſcent, ſi tamen facit bonum, quod dicit. Unde ſubdit. q Juxta opera manuum ſuarum retribuetur ei.] Nec notat [juxta] æqualitatem, ſed exceſſum, quia Dominus ſemper remunerat bonos ſupra condignum, & punit malos citra meritum. Eſt autem multiplex fructus oris.

Primus eſt oratio. Secundus confeſſio. Tertius prædicatio. Quartus laus, & gratiarum actio. Quintus, abſtinentia, quæ reprimit gulam. Sextus modeſtia loquelæ. Septimus conſilium.

Multiplex fructus oris.

Et de his fructibus replebitur unuſquiſque bonis cœleſtium gaudiorum, ſi tamen vacuus per humilitatem inveniatur. Non enim Heliſæus infudit oleum in vaſis plenis, ſed vacuis, 4. *Reg* 4.

Et nota quod dicit: De fructu oris ſui replebitur unuſquiſque, non dicit de foliis oris ſui. Et certe timendum eſt multis, ne ſint ficus illa folioſa ſine fructu, cui maledixit Dominus. *Matth.* 21. Sed dico, quod folia cum fructu ſunt, cum verba de radice charitatis per lineam rectæ intentionis procedunt.

r Via ſtulti,] ideſt, opera & conſilia. [recta] videtur, [in oculis ejus,] ſed non recta videtur in oculis aliorum, *infra* 26. Sapientior ſibi ſtultus videtur ſeptem viris loquentibus ſententias. Sed unde hoc? Inde, quia habet oculos incurvatos ad infima, vel obliquatos ad favorem, vel odium. ideſt, vel ad dexteram, vel ad ſiniſtram, & ideo curva, & obliqua ei recta videtur. Ideo talis homo non acquieſcit conſiliis aliorum, *infra* 18. Non recipit ſtultus verba prudentiæ.

Myſtice.

ſ Qui autem ſapiens eſt, audit conſilia,]ideſt, acquieſcit conſiliis ſapientum, *ſupra* 1. Audiens ſapiens ſapientior erit.

t Fatuus ſtatim indicat iram ſuam,] contumeliam, pro contumeliis ulciſcendo ſe reddens. Provenit autem hæc feſtinata indicatio iræ, vel contumelioſa reprehenſio de parvitate cordis. Unde *Apoſtolus Coloſſen.* 3. Patres nolite ad iracundiam provocare filios veſtros, ut non puſillo animo fiant.

u Qui autem diſſimulat injuriam] ſibi illatam.

x Callidus eſt,] ideſt, ſapiens: ſicut Saul, qui diſſimulavit contemptum eorum, qui dicebant: Nunquid iſte poterit nos ſalvare? 1. *Regum* 10. Et David de Semei, 2. *Regum* 16. Alia translatio habet: Stultus eadem hora pronunciat iram ſuam: occultat autem ignominiam ſuam aſtutus.

y Qui, quod novit, loquitur, judex juſtitiæ eſt,] id eſt, qui didicit, quæ docet, poteſt eſſe judex juſtus: Seneca:

Vis ſapienter loqui? loquere quæ ſcieris.

Sic fecit Dominus *Joan* 3. Nos, inquit, quod ſcimus, loquimur. z Qui autem mentitur] in teſtimonio, teſtis eſt fraudulentus, fraudem faciens auditoribus, quia facit eos credere pro vero, quod falſum eſt. Dicit autem hic Salomon omnem locutionem qua aliquid aſſerimus in teſtimonium deputari, ut ſcil. omnia, quæ loquimur, diſcuſſione examinemus, qua teſtimonium diceremus, & audientes quaſi judices habeamus, &

noſipſos,

Digitized by Google

Et *a* qui promittit, & *b* quaſi gladio pungitur conſcientiæ, *c* lingua autem Sapientium ſanitas eſt. *d* Labium veritatis firmum erit in perpetuum; *e* qui autem teſtis eſt repentinus, *f* concinnat *g* linguam mendacii. *h* Dolus in corde cogitantium mala: *i* qui autem pacis † *k* ineunt conſilia, *l* ſequitur eos gaudium. *m* Non contriſtabit juſtum *n* quicquid ei acciderit, impii *o* autem replebuntur *p* malo. *q* Abominatio eſt Domino labia mendacia, *r* qui autem fideliter † agunt, *ſ* placent ei.

noſipſos, ut teſtes. Unde *Seneca*: Loquens de tuo proximo: ſcito te vel pro eo, vel contra eum teſtimonium dicere. *a* Et qui promittit] ſe aliquid dare, vel facere. *b* Et quaſi gladio pungitur conſcientiæ] ſi non ſolverit, quod promittit. Ad litteram enim mendax promiſſio, & ſi ſuaviter de ore exeat, pungit tamen, & lacerat conſcientiam quę ſemper dicit ſolvendum eſſe promiſſum. Vel poteſt intelligi de violenta promiſſione, quæ conſcientiam pungit, & torquet, dum illam animi pudor extorquet. *Gloſſ.* ita exponit. Qui promittit ſe veritati obedire in Baptiſmo, ſcilicet, vel in confeſſione, & poſtea tempore tentationis deficit, dum loricam juſtitiæ, & ſcutum patientię a ſe abjicit, gladius tentationis cor tranſigit. *c* Lingua autem Sapientium ſanitas eſt] quia quod promittit, ſolvit; & quæ loquitur, pertinent ad animæ ſanitatem ſibi & auditoribus; & quia conſtans eſt in verbo ſuo, & firmus; & quia dulciter admonendo eſt cauſa ſanitatis. *Job* 39. Pulli Aquilæ lambunt ſanguinem, id eſt, ſubditi dulci, & blanda Prælatorum ſuorum prædicatione compuncti peccata ſua confitentur, & emendant, ſicut e contrario morſu rigidæ nimis increpationis in deſperationem ducti defendunt, & amplificant. *Luc.* 16. Lazarus jacebat ante januam divitis, ulceribus plenus, & canes venientes lingebant ulcera ejus. Omnis autem infirmitas animæ, ſi bene attenderis, aut eſt tenebræ intellectus, aut putredo, ſeu infectio affectus. Contra primum dictum eſt canibus, id eſt, Apoſtolis: Vos eſtis lux mundi. Contra ſecundum. Vos eſtis ſal terræ. *Matt.* 5. De utroque ſimul dicitur, *Sap.* 6. Multitudo Sapientum ſanitas orbis terrarum. *d* Labium veritatis firmum erit in perpetuum.] Labium veritatis appellat ſacram Scripturam, quæ & per labium æneum deſignatur. *Exod.* 30. Et dicitur hoc, quia vanitas Philoſophorum, & deliramenta hæreticorum exterminabuntur, hæc autem Scriptura firma & immobili veritate permanet in æternum. Unde *Matth.* 24. & *Marc.* 13. Cœlum & terra tranſibunt, verba autem mea non tranſibunt. Item labia veritatis, ſunt Doctor, & Prædicator veritatis, ideo requiritur in eis ſumma puritas, quia nihil adeo mundum vult homo habere, ſicut os ſuum & labia. Non ſunt labia veritatis, quos polluit mendacii turpitudo, aut malæ converſationis macula. Cujuſmodi ſunt, de quibus dicit Apoſtolus ad *Tit.* 1. Coinquinatæ ſunt eorum mens, & conſcientia, verbis confitentur ſe noſſe Deum, factis autem negant. Et ideo non eſt conveniens eorum teſtimonium propter contrarietatem vitæ, & doctrinæ, propter quam jure repelluntur a teſtimonio prædicationis. Ideo hodie periclitatur cauſa Domini propter defectum teſtium. Adverſarii enim tot & tanta habent dicere in teſtes, & in facta, & in dicta teſtium, quod per eos parum, aut nihil de jure ſuo poſſit Dominus obtinere.

ſ. q. c. ſin al. [illegible]

al. † arguunt.

Olim bonos teſtes habuit Dominus. *Actor.* 1. Vos eritis mihi teſtes in Jeruſalem.

Et tunc obtinebit ubique Dominus in cauſa ſua contra Diabolum; modo ubique vincitur, & ſuccumbit.

e Qui autem teſtis eſt repentinus] ſubito teſtificans quæ ignorat, vel ingerens ſe non rite vocatus. *f* Concinnat,] id eſt, componit, vel ſubornat. *g* Linguam mendacii,] id eſt, locutionem mendacem ad palliandum falſitatem ſuam. Congruit hoc, & detractoribus, qui revera teſtes ſunt repentini, quia præter juris ordinem ſe ingerunt contra proximum. Secundum *Gloſſ.* Teſtis repentinus eſt hæreticus qui nova dogmata ingerit tanquam teſtimonia repentina, ut repentinum intelligamus novum, & ſubitum. Item teſtis repentinus eſt omnis, qui antequam didicerit, vel expertus fuerit, docere, vel prædicare præſumit. *Eccleſ.* 34. Vir in multis expertus cogitabit multa, & qui multa didicit, enarrabit intellectum, id eſt, extra aliis narrabit. *h* Dolus in corde cogitantium mala] facere aliis.

Qui enim aperte nocere non audent, dolo nocere cogitant. Sicut Scribæ, & Phariſæi, quibus dicit Dominus. *Matth.* 9. Quid cogitatis mala in cordibus veſtris? Maxime autem dolus eſt in corde Hypocritarum, & hæreticorum, qui per omnem fraudem, & dolum animas decipere moliuntur, ſicut falſarum mercium venditores, & ſicut aucupes, venatores, piſcatores, qui omnes fraude, & dolo exercent ſua artificia. *Hierem.* 5. Inventi ſunt in populo meo impii inſidiantes quaſi aucupes laqueos ponentes. *i* Qui autem pacis] temporis, & pectoris. k Ineunt conſilia] ſecum, vel cum aliis.

l Sequitur eos gaudium] plenum, quod dabitur in futuro. *Matth.* 5. Beati pacifici, quoniam filii Dei vocabuntur. Sunt autem tria conſilia pacis reformandæ. Primum eſt deſerere mala commiſſa. Secundum eſt eadem emendare. Tertium eſt beneplacitis Dei inceſſanter inſiſtere.

Triplex conſilium pacis reformandæ.

D

Item triplex conſilium pacis conſervandæ.

Item pacis conſervandæ tria ſunt ſimiliter conſilia. Primum eſt abdicatio divitiarum, pro quibus mundus pugnat, litigat, & inquietat. Secundum eſt patientia, quæ non repercutit, imo cedendo pacem ſibi conſervat. Tertium eſt humilitas, quæ nulli moleſta eſt, & neminem anguſtat, aut comprimit, imo comprimentes ſe velut inane quoddam & vacuum ſine reſiſtentia intra ſe recepiat. Hæ tres virtutes, contemptus temporalium, patientia, humilitas omnem actionem bellorum, & litium, & inquietudinem auferunt. Ideo conſilia earum, non ſolum reformandæ, ſed & conſervandæ pacis conſilia ſunt. Illos, qui iſta conſilia ineunt, ſequitur gaudium æternum, ut poſt hanc vitam ſemper illud habeant nunquam finiendum. Vel ideo ſequitur, ut illos in fine excipiat intra ſe. Unde dicetur: Euge ſerve bone & fidelis, &c. *Matth.* 25. E contrario illos, qui ſunt mali, præcedit illud gaudium temporale, & vanum quaſi nuncius præcurrens ad præparandum ejus hoſpitium tenebroſum, & luctuoſum, *inf.* 14. Eſt via, quæ videtur homini juſta, noviſſima autem ejus deducunt ad mortem. Riſus dolore miſcebitur, & extrema gaudii luctus occupat. *m* Non contriſtabit juſtum] qui ut leo confidit, *inf.* 28. Et æquo animo biformes fortunę eventus ſuſtinet. *n* Quicquid ei acciderit,] ſcilicet, proſperum vel adverſum.

Sicut enim accidens adeſt, & abeſt præter ſubjecti corruptionem, ita præſens proſperitas & tribulatio viro juſto adeſt, & abeſt præter ejus contriſtationem, & conturbationem.

Triſtari autem & conturbari exterius poteſt juſtus, ſed gaudium, & conſolatio ſemper intus erunt, & ideo non contriſtatur, nec conturbatur. Contriſtari enim dicitur, qui totaliter triſtatur intus, & extra, ſicut converti, vel confiteri dicitur, qui totaliter vertitur & fatetur.

Vel accidere dicitur juſto, quicquid præter ſpem, & intentionem ei evenit. Principalis autem intentio juſti eſt, quærere regnum Dei, & juſtitiam ejus, & ſeipſum reddere Deo, quicquid autem e latere ſe ingerit, accidens eſt, nec juſtum contriſtat, quia ejus propoſitum non impedit. Multi vero hujuſmodi accidentibus contriſtantur, quoniam illa principalia faciunt, & eſſe accidentia non permittunt, facientes contra illud mandatum Domini. *Matth.* 6. Primum quærite regnum Dei, quaſi principale, & juſtitiam ejus, & hæc omnia adjicientur vobis. Inde eſt quod ipſi pavent ubique. Unde *infr.* 28. Fugit impius nemine perſequente, juſtus autem quaſi leo confidens abſque terrore erit.

o Impii autem replebuntur,] id eſt, iterum implebuntur.

p Malo] pœnæ, quia primo ſe impleverant malo culpæ. Vel ideo, replebuntur malo, quia hic ſe evacuant omni bono. E contrario juſti replebuntur bono, quia hic ſe evacuant omni malo hauritorio timoris & humilitatis. *q* Abominatio eſt Domino labia mendacia,] id eſt, mendaces, hæretici, Hypocritæ, adulatores, Hiſtriones, conjectores, mendaces, Prædicatores, qui, ſcilicet quod verbis prædicando confitentur, factis negant. Et tales recte abominatio ſunt Domino, quia nauſeam provocant, dum nec omnino frigidi, nec calidi, ſed tepidi. Ore quidem calidi, corde vero & opere frigidi. Ideo Dominus incipiet eos ore ſuo evomere, ſicut *Apocalyp.* 3. *r* Qui autem fideliter agunt] vel, arguunt, alia littera non quærentes, ſcilicet, agendo, vel arguendo, niſi quæ Dei ſunt.

ſ Placent ei] quia quod beneplacitum eſt illi, fideliter implent.

Qui ergo agendo, vel arguendo quærunt, quæ ſua ſunt, infideles ſunt, & fraudulenter agunt, & ideo maledicti. *Hierem.* 48. Maledictus, qui facit opus Domini fraudulenter, vel negligenter, alia littera.

a Homo

a Homo verſutus *b* zelat ſcientiam, & *c* cor inſipientium provocat ſtultitiam. *d* Manus fortium *e* dominabitur, *f* quæ autem remiſſa eſt, *g* tributis ſerviet. *h* Mœror in corde † viri *i* humiliabit eum, & *k* ſermone bono lætificabitur. *l* Qui negliget damnum *m* propter amicum *n* juſtus eſt, *o* iter autem impiorum *p* decipiet eos. *q* Non inveniet fraudulentus *r* lucrum, & *ſ* ſubſtantia hominis erit *t* auri pretium. In *u* ſemita juſtitiæ *x* vita, *y* iter autem devium *z* ducit ad mortem.

a Homo verſutus,] ideſt, circumſpectus, & prudens diſpenſator Domini. *b* Zelat ſcientiam] uſque ad tempus opportunum. Eſt enim tempus loquendi, & tempus tacendi. *Eccli.* 3. Stultus non attendit tempus, ſed omni tempore loquitur, & ideo ejus parabola reprobatur, quia non profert eam tempore ſuo. *Eccli.* 20. Sapiens vero obſervat tempus. Unde *ſup.* 10. Sapientes abſcondunt ſcientiam. Cauſas autem abſconſionis, ibi multiplices oſtendimus, & ideo hic pertranſimus. *Sap.* 10.

c Et cor inſipientium, &c.] propriam plus quam oportet appetendo ſcire, vel aliis, quæ capere nequeunt, ingerendo, vel ſtulte, vel ſuperbe loquendo, ut Nabal 1. *Reg.* 25. Aut docendi officium præſumendo. Sæpe enim in ſilentio humiles ſunt, qui dum docendi officium aſſumunt, aut ex ipſa re, aut ex vana laude, aut ex propria placentia ſeducuntur. Vel, provocat ſtultitiam alienam nimis rigide, aut nimis timide corrigendo, aut incorrigibiles arguendo. Unde *Eccleſ.* 8. Non litiges cum homine potente, ne forte incidas in manus illius; nec contendas cum viro locuplete, ne forte conſtituat litem tibi; ne litiges cum homine linguato, & non ſtruas in ignem illius ligna; quotquot enim verba tali dixeris, tot ligna in ignem ejus ponis. al. † juſti.

d Manus, &c.] Ad litteram: Unde David, ideſt, manu fortis præ aliis fratribus in Regem inungitur 1. *Reg.* 16. & 2. *Reg.* 2. & 5. Moraliter. *d* Manus fortium,] ideſt, fortis fortitudine ſpirituali. *e* Dominabitur,] carni, mundo, Diabolo, propriæ voluntati, & ſuo ſenſui. Primo, per ſobrietatem: ſecundo, per charitatem: tertio, per humilitatem: quarto: per obedientiam: quinto, per ſapientiam ſanctorum, qua quis plus aliis, quam ſibi credit, ſicut dicit *Beatus Bernard.* De qua ſapientia dicitur, 1. *Cor.* 1. Quod ſtultum eſt Dei, ſapientius eſt hominibus. *Exod.* 3. Si quis inter vos videtur ſapiens eſſe in hoc ſæculo, ſtultus fiat, ut ſit ſapiens. *Gloſſ.* ſic exponit.

d Manus fortium dominabitur,] ideſt, perfecti, non ſolum vitiorum bella ſuperant, ſed & electis fratribus majore virtutum gratia principantur. *f* Quæ autem remiſſa eſt,] ideſt, pigra ad operandum, vel non extenta eleemoſynis, & operibus bonis *g* Tributis ſerviet.] Ad litteram, ideſt, ut tribuatur ei. Vel, ſerviet Diabolo tributis, ideſt, in tributis, quæ quotidie ſibi ſolvit. Tot enim tributa Diabolo ſolvit unuſquiſque, quot peccata committit.

Ubique enim Diabolus pedagiarium ſuum poſuit in nobis: In ore vitium gulæ, quod nec unam buccellam permittit intrare ventrem, niſi aliquam voluptatem inde retineat tanquam pedagium.

Sic in auribus pruritum, ut ſemper novitatem deſiderent. In oculis curioſitatem. Sic & in cæteris partibus corporis poſuit Diabolus pedagiarios ſuos ad colligenda tributa. *h* Mœror in corde viri] juſti, non in oculis tantum. *i* Humiliabit eum] ſub potenti manu Dei, ad confeſſionem. Neceſſe eſt enim, ut prius peccatorem mœror cordis humiliet, quia ut dicit *Ambroſ.* Peccatum ubi oritur, ibi moritur. Deinde ſermo Sacerdotis Deo reconciliet, & erigat, ne deſperet. Unde ſequitur: *k* Et ſermone bono lætificabitur] hic ſermone conſolationis, promiſſionis, tandem ſermone optimo ſalutationis Venite benedicti patris mei, &c. *Matth.* 25. *l* Qui negligit damnum,] ideſt, leviter patitur damnum rerum, vel corporis, vel nominis. *m* Propter amicum] quemlibet, vel propter Chriſtum, qui vere eſt amicus, qui omni tempore diligit, *infr.* 17. Omni tempore diligit, qui amicus eſt.

n Juſtus eſt,] ideſt, fidelis amicus eſt. Et nota quod dicit: Qui negligit damnum, non ſolum qui incurrit, Multi enim damnum incurrunt, qui non negligunt propter amicum. Intelligimus autem hoc, ubi amicus indiget hujuſmodi neglectu.

Unde *Seneca:* Sic proſis amico, ne tibi noceas. Amico vero lege, & jure amicitiæ debetur tam bonorum, quam malorum omnium communicatio. Unde *Seneca*: Amicorum omnia ſunt communia. Et Diogenes audito, quod quidam pauper amicus eſſet cujuſdam divitis dixit: Cur ergo iſte pauper, ille dives? De hoc dicitur, *Eccli.* 22. Si mala mihi evenerit, per amicum ſuſtinebo. *Cant.* 8. Si dederit homo omnem ſubſtantiam ſuam pro dilectione, ideſt, ea urgente vel imperante, quaſi nihil deſpiciet illam,] ideſt, ſubſtantiam. *Heb.* 10. Vinctis compaſſi eſtis, & rapinam bonorum veſtrorum cum gaudio ſuſcepiſtis, cognoſcentes vos habere meliorem, & manentem ſubſtantiam.

Qui autem damnificari ſe reputant in aliquo, quod ei eveniat propter amicum, & maxime propter Chriſtum, qui pro nobis ſemetipſum tradidit, quis dubitat illum injuſtum, & infidelem eſſe? Unde 1. *Joan.* 3. In hoc cognovimus charitatem Dei, quoniam ille animam ſuam pro nobis poſuit, & nos debemus animas pro fratribus ponere. Sed nota quod eſt multiplex damnum.

Videlicet
- Rerum. Unde *Hebr.* 10. Rapina bonorum veſtrorum cum gaudio ſuſcepiſtis.
- Corporum. *Matth.* 10. Nolite timere eos, qui occidunt corpus, &c.
- Vitæ temporalis. *Joan.* 12. Qui amat animam ſuam, perdet eam. Item *Act.* 20. Non facio animam meam pretioſiorem me.
- Famæ. *Matth.* 5. Beati eſtis, cum maledixerint vobis homines.
- Parentum. *Deut.* 33. Qui dixerit patri ſuo, & matri ſuæ: neſcio vos, & fratribus ſuis, ignoro illos, & neſcierunt filios ſuos, hi cuſtodierunt eloquium tuum, & pactum tuum ſervaverunt.

o Iter autem impiorum] quo ſe ſervare indemnes ab amico, vel ab ipſo Domino opinantur. *p* Decipiet eos, &c.] quia incomparabiliter majora damna incurrent. Fidem enim amicitiæ perdunt, quæ omni temporali ſubſtantia melior eſt. Unde *Eccli.* 40. Omne munus, & iniquitas delebitur, & fides in ſæculum ſtabit. Vel, Iter impiorum decipiet eos, ſicut via mellita decipit urſum ducens ipſum ad foveam, vel præcipitium, vel ſicut eſca piſcem, aut avem decipit, vel ſicut ſal arietem, quod ducit eum ad carnificinam, vel ſicut falſæ merces decipiunt imperitum emptorem, aut ſicut ſomnia decipiunt ſomniantes. Unde *Eccli.* 34. Vana ſpes, & mendacium viro inſenſato, & ſomnia extollunt imprudentes.

q Non inveniet fraudulentus] qui fraudem aliis facit. *r* Lucrum] in futuro, licet modo videatur ſibi. Nam majus damnum patitur, & fraudem majorem in ſe, quam faciat aliis. Nam divitias virtutum perdit & commodum temporale acquirit. *Matth.* 16. Quid prodeſt homini, ſi univerſum mundum lucretur, animæ vero ſuæ detrimentum patiatur. *ſ* Et ſubſtantia hominis] juſti hic pro amico neglecta. *t* Erit auri pretium,] ideſt, valde pretioſa. Vel ſic. *r* Fraudulentus,] ideſt, Hypocrita, vel avarus, qui congregat in ſaccum pertuſum.

q Non inveniet lucrum,] ideſt, bona æterna, quæ boni mercatores lucrantur. *ſ* Et ſubſtantia hominis,] ideſt, ejus, qui re & nomine homo eſt. *t* Erit auri pretium,] ideſt, auro pretioſior, quaſi dicat, qui vere eſt homo, id habet pro ſubſtantia, cui poſtponendum eſt aurum, ſcilicet, ſpiritualia bona, cætera omnia ei ſunt quaſi accidentia.

Vel erit auri pretium, ideſt, claritatis æternæ, quaſi dicat, qui vere homo eſt, dat ſubſtantiam ſuam pro vita æterna habenda. *u* In ſemita juſtitiæ, ideſt, in obſervantia conſiliorum, & arctiorum præceptorum eſt *x* Vita] gratiæ: in fine vero ſemitæ, vita gloriæ. *Sup.* 7. Serva mandata, & vives. Et *infr.* 16. Semita Juſtorum declinat malum culpæ, & gehennæ.

y Iter autem devium, &c.] a via juſtitiæ quo pravus incedit.

z Ducit ad mortem] primam & ſecundam, ideſt, culpæ, & pœnæ. Iter mortis eſt voluptas carnis, divitiarum vanitas, appetitus honorum. Hæc qui ſequuntur, tendunt ad mortem. *Oſee* 5. Ephraim cœpit abire poſt ſordes ſuas *Eccli.* 18. Poſt concupiſcentias tuas non eas, ideſt, ne facias eas ducem tuum, quia neſciunt ducere niſi ad mortem.

EXPO-

Digitized by Google

EXPOSITIO CAP. XIII.

a Filius ſapiens, &c.] In hoc capitulo Salomon primo ait de profectu diſciplinæ, innuens differentiam inter ſtultum, & ſapientem.

A Tantum enim diſtat inter ſtultum, & ſapientem, ut dicit *Beda*, ut hic aliquando profectu eruditionis ad eum, qui ſe docuerat, docendum perveniat, ille vero, cum etiam arguitur, non audit. Et hoc eſt.

Sap. 12. 21. † prævaricatorum. *a* Filius ſapiens] eſt doctrina patris, ideſt Doctor Doctoris ſui. Hoc enim plerumque fit ad litteram, dum diſcipulus oſtendit in opere, quod de ſolo ſermone ſuſcipit a Doctore. Vel filius ſapiens, eſt populus gentilis, qui factus eſt, doctrina, id eſt, Doctor patris ſui, id eſt populi Judaici.

CAPUT XIII.

a Filius ſapiens doctrina patris: *b* qui autem illuſor eſt, non *c* audit, cum arguitur. *d* De fructu oris ſui *e* homo ſatiabitur bonis, *f* anima autem † impiorum *g* iniqua. *h* Qui cuſtodit os ſuum, *i* cuſtodit animam ſuam: qui *k* autem inconſideratus eſt ad loquendum, *l* ſentiet mala. *m* Vult & non vult piger, *n* anima autem operantium *o* impinguabitur.

Vel, filius ſapiens, id eſt, Chriſtus, eſt doctrina patris, ideſt, Virtus & Sapientia Dei Patris. 1. *Cor.* 1. Vel eſt doctrina patris, id eſt, doctus a patre. Vel, filius ſapiens, eſt doctrina patris, id eſt, docet eum, qui ſe docuit eſſe patrem. Sapientia enim filii ſapientem, & patrem oſtendit, ſtultitia vero patriaſtrum. *b* Qui autem illuſor eſt,] i. contemptor diſciplinæ. Vel illuſor, audiens, & non faciens. *c* Non audit cum arguitur,] id eſt, probat ſe non audiſſe. Interius enim nihil audit, cum arguitur verbis, vel flagellis. Sentit quidem amaritudinem flagellorum, unde plangit; ſed non audit interius veritatem, & charitatem flagellantis, vel medicinam flagellorum. Vulgo dicitur. Nimis ſurdus eſt, qui non audit, accipe ſive cape, ſic nimis ſurdus eſt, qui non audit, fuge, cave. Quotidie clamat Scriptura.

Accipe gratiam, & cape gloriam, fuge culpam, & cave pœnam. Sed iſta non audiunt illuſores. *d* De fructu oris ſui] non de ſoliis verborum. *e* Homo ſatiabitur bonis] quia merito prædicationis, quæ operibus comprobatur, augetur ſcientia, eloquentia & affectus. *Fructus oris multiplex.* Eſt autem multiplex fructus oris.

Primus eſt modeſtia ſermonis. Secundus, abſtinentia contra vitium gulæ. Tertius, veritas. Quartus confeſſio peccati. Quintus, confeſſio laudis. Sextus, oratio. Septimus, gratiarum actio. Octavus, reclamatio pro jure Chriſti, ut, ſcilicet non taceamus, cum ejus injuriam, aut contumeliam, noſtra reclamatione avertere poſſumus. Nonus, ſoboles ſpiritualis, quæ maxime requiritur a Doctoribus & Prælatis. Propter hunc fructum multiplicem dicit Salomon. De fructu, &c. Verum eſt, ſi os ſuum ita excoluerit, ut fructus bonos afferat. Væ autem illis qui ſola folia habent, ſicut ficus illa, cui maledixit Dominus, & areſacta eſt ſtatim. *Matt.* 21. Væ autem & væ illis, qui nec fructus, nec folia habent, arbores autumnales, bis mortuę, ſicut dicit Judas. *In epiſtol. ſua.* Semel quidem mortuæ, quia ſine foliis, & iterum mortuæ, id eſt, morte dignæ, quia ſine fructu. De quibus *Iſa.* 1. Cum fueritis velut quercus defluentibus foliis, & velut hortus abſque aqua, erit & fortitudo veſtra, ut favilla ſtupæ, & opus veſtrum quaſi ſcintilla, & ſuccendetur utrumque ſimul, & non erit, qui extinguat. Væ etiam illis, qui folia aliena ſibi uſurpant, ut de aliorum operibus glorientur. De quibus dicitur. *Jer.* 23. Ecce ego ad Prophetas, dicit Dominus, qui furantur verba mea unuſquiſque a proximo ſuo. Væ & illis, qui cum deberent habere folia ſuavia, virentia, medicinalia, præſtantia jucunditatem ſpectantibus, & refrigerium audientibus, non habent niſi folia juniperorum, aut ſpinarum ad pungendos, & ſcandalizandos audientes. Væ & illis, qui folia nimis mollia habent, id eſt, verba adulatoria, quod omnino reprobabile eſt in ſermone. De quibus *Jerem.* 23. Viſionem cordis ſui loquuntur, non de ore Domini, loquuntur his, qui blaſphemant me dicentes: Locutus eſt Dominus, pax erit vobis, & omni, qui ambulat in pravitate cordis ſui, dixerunt, non veniet ſuper vos malum. *f* Anima autem impiorum] id eſt, illuſorum vel prævaricatorum. Alia littera, vel Pſeudoctorum, vel Prædicatorum. *g* Iniqua] quia propriam gloriam, aut commodum temporale lucro animarum præferunt, quo nihil iniquius eſt, cum Chriſtus pro lucro animarum ſeipſum dederit.

Vel impii ſunt detractores, qui in patrem, & matrem, & fratres dentibus malitiæ deſæviunt, quorum anima iniqua eſt, id eſt, ab æquitate diſcedens. Nulla enim menſura iniquior judicio detractorum. *h* Qui cuſtodit os ſuum] exterius, & interius, quod eſt intellectus, per quem omnia noxia, & ſalubria intrant in ventrem affectus.

i Cuſtodit animam ſuam] a lapſu. Unde *Eccli.* 14 Beatus qui non eſt lapſus verbo ex ore ſuo. Cuſtodiendum autem eſt os ab ingredientibus, id eſt, eſca & potu. Unde *Guido Carthuſien.* Laqueos bibis, & comedis. Hi ſunt proditores, qui blandiuntur hoſpiti, ingredientes domum ejus & cum recepti fuerint, jugulant receptorem ſuum. *Infr.* 23. Ne intuearis vinum quando flaveſcit, cum ſplenduerit in vitro color ejus; ingreditur enim blande, ſed in noviſſimo mordebit, ut coluber, & ſicut regulus venena diffundet. *Inf. 23.* Cuſtodiendum eſt etiam os ab exeuntibus, ne exeant per illud, niſi quæ bona ſunt. De corde enim per os exeunt cogitationes malæ, homicidia, adulteria, fornicationes, falſa teſtimonia, blaſphemiæ. *Matth.* 15. Hæc ſunt, quæ coinquinant hominem.

Cuſtodiendum eſt etiam os ab omni ſpurcitia eloquii turpis, & ſtulti, adulationis, detractionis, ſcurrilitatis, mendacii, convitii, ocii, vanitatis. Et de omnibus his dicitur *Epheſ.* 5. Fornicatio & omnis immunditia, aut avaritia, nec nominetur in vobis, ſicut decet Sanctos, aut turpitudo, aut ſtultiloquium, aut ſcurrilitas, quæ ad rem non pertinet. Hoc autem difficile eſt, niſi detur a Domino. Propter hoc dicit *Eccli.* 22. Quis dabit ori meo cuſtodiam, & ſuper labia mea ſignaculum, ut non cadam ab ipſis, & lingua mea perdat me?

Et in vitis Patrum legitur quidam ſemper oraſſe: Domine, libera me a lingua mea. *Seneca.* Tardiloquum te eſſe jubeo, & prope eris Deo. Unde *Cato.*

Proximus ille Deo eſt, qui ſcit ratione tacere.

k Qui autem inconſideratus eſt ad loquendum, id eſt, præceps, vel plus attendens ornatum ſermonis, quam ſententiam. Contra quos *Seneca.* Plus me occupat medulla ſenſuum, quam ſpuma verborum. *l* Sentiet mala, &c.] & hic & in futuro, ut ille, qui nunciavit David mortem Saulis. 2. *Reg.* 1. Et illi, qui nunciaverunt David mortem Isboſeth. 2. *Reg.* 4. Ideo dicit *Jac.* 1. Sit omnis homo velox ad audiendum, tardus autem ad loquendum. *m* Vult & non vult piger] *Gloſſ.* exponit hoc de duplici, qui vult affectu, ſed non vult effectu, qui vult regnare cum Chriſto, ſed non vult pati pro eo, cum tamen dicat Apoſtolus. 2. *Timot.* 2. Si commortui ſumus, & convivemus, ſi ſuſtinebimus, & conregnabimus. *Eccli.* 2. Vę duplici corde, & peccatori ingredienti terram duabus viis. Exponitur eſſe hoc de Clericis, qui volunt habere emolumenta Eccleſiarum, ſed nolunt habere curam, & ſollicitudinem animarum. Unde ſignificantur per illum, *Ruth. ultim.* qui volebat habere agrum, ſed non uxorem. Sunt etiam multi qui bene volunt mori, ſed nolunt bene vivere, & ſignificantur per Balaam *Num.* 22. qui dicebat: Moriatur anima mea morte juſtorum, & fiant noviſſima mea horum ſimilia. De hoc pigro dictum eſt *ſup.* 6. qui præ pigritia noluit avertere oculum a ſtillicidio, ſed tota nocte jacens ſub eo oculum amiſit. Et alius piger, qui ſcintillam ignis, quæ ſuper pedem ſuum ceciderat, excutere noluit, & pedem ſuum exuri permiſit. Stillicidium eſt importuna cogitatio, oculus, intellectus, ſcintilla eſt primus motus, pes, affectus. *n* Anima autem operantium, &c.] id eſt, præcepta Dei implentium.

o Impinguabitur] hic pinguedine gratiæ, in futuro pinguedine gloriæ. *Jerem.* 31 Inebriabo animas Sacerdotum pinguedine. Otioſa igitur anima, & torpens, marceſcet, & extenuabitur. Et hoc mirum eſt, quia omnia cetera, quæ laborant, ipſo labore macerantur, & extenuantur; in otio vero & deliciis impinguantur. Anima autem humana e converſo otio, & deliciis extenuatur, & marceſcit, labore paſcitur, & impinguatur. Quod inde apparet, quia homo nutritus in deliciis, ad ignem tribulationis, vel tentationis oppoſitus non poteſt coqui in pinguedine ſua, ſed ſtatim exuritur, & conſumitur; alius vero qui bonis operibus inſudat, igni tribulationis applicitus pinguedine charitatis, & gaudii perfuſus optime coquitur, ut fiat cibus Chriſto. Unde Laurentius aſſatus gratias egit, & ad ignem applicatus Chriſtum confeſſus eſt. Sed unde hoc, niſi quia ipſa bona opera cibus ſunt & refectio animæ? Unde *Joan.* 4. Meus cibus eſt, ut faciam voluntatem ejus, qui miſit me, ut perficiam opus ejus, *Gen.* 3. In ſudore vultus tui veſceris pane tuo, donec, &c.

a Verbum

Digitized by Google

a Verbum mendax juſtus deteſtabitur; impius *b* autem confundit, & *c* confundetur. *d* Juſtitia cuſtodit innocentis viam: *e* impietas † autem *f* peccatorem ſupplantat. *g* Eſt quaſi dives, cum nihil habeat: & *h* eſt quaſi pauper, cum *i* in multis divitiis ſit. *k* Redemptio animæ viri *l* divitiæ ſuæ: *m* qui autem pauper eſt *n* increpationem non ſuſtinet. *o* Lux juſtorum *p* lætificat: *q* lucerna autem impiorum *r* extinguetur. *ſ* Inter ſuperbos ſemper jurgia ſunt, *t* qui autem agunt † omnia *u* cum conſilio, *x* reguntur Sapientia. *y* Subſtantia feſtinata *z* minuetur,

a Verbum mendax juſtus deteſtabitur] quia os, quod mentitur, occidit animam: *Sap.* 1. Veritas autem, ſive veriditas pars eſt juſtitiæ, ſive ſpecies, ſicut fraus, & mendacium partes ſunt iniquitatis: Et ideo juſtus, id eſt, factor, & amator juſtitiæ deteſtatur mendacium, & omnem fraudem. *b* Impius autem con-
ſ.q.ſ.i.ſn fundit] hic alios verbo mendaci, & contumelioſo. *c* Et] ipſe, confundetur, opprobrio ſempiterno.
d Juſtitia cuſtodit innocentis viam.] Hoc planum eſt
al. † vero. de juſtitia divina, quæ innocentes perire non ſinit, licet tribulari ad tempus permittat, quia injurias eorum graviter vindicat. Item juſtitia propria cuſtodit innocentis viam, id eſt, innocentem ambulantem in via hujus mundi, a laqueis
B venantium, ideſt, Dæmonum, & a fovea noxiæ voluptatis, ſcilicet, gulæ, & luxuria, & ab omni errore, *ſupra* 11. Juſtitia ſimplicis diriget viam ejus.

Innocens autem dicitur, qui nec facit miſerum, nec relinquit miſerum, ut dicit *Auguſt.* Item innocens eſt, qui non operatur malum. Utroque modo juſtitia eſt cuſtos innocentis, non ſinens eum errare. *e* Impietas] quæ eſt contraria juſtitiæ. *f* Peccatorem ſupplantat,] id eſt, firmamentum, & fulcimentum a pedibus ejus latenter ſubtrahit, ideſt, Deum in quo ſolo pedes figendi ſunt. Unde 1. *Cor.* 3. Fundamentum aliud nemo ponere poteſt, præter id, quod poſitum eſt, quod eſt Chriſtus Jeſus. *Pſalm.* 17. Dominus firmamentum meum, & refugium meum. *g* Eſt quaſi dives, cum nihil habeat.] Anthypophora eſt. Poſſet enim dici, quomodo juſtitia innocentis viam cuſtodit, & impietas ſupplantat peccatorem? Videmus enim quotidie juſtos, & innocentes pauperari, & impios, & peccatores ditari, & proſperari.

Et reſpondet Salomon: Impii divites eſſe videntur, ſed revera non ſunt, ſicut *Apoc.* 3. Angelo Laodiceæ Eccleſiæ Tu dicis, quia dives ſum, & locupletatus, & nullius egeo, & neſcis, quia tu es miſer, & miſerabilis, & pauper, & cæcus & nudus. Et hoc eſt, quod dicitur hic. Eſt quaſi dives, ſed non vere dives, quia tantum divitias hujus mundi habet, cum nihil habeat, apud Deum. Divitiæ enim hujus mundi non ſequuntur
Pſalm. 75. morientes, ſed opera. *Apoc.* 14. Opera enim illorum ſequuntur illos.

Ut patet de divite epulone. *Luc.* 16. Unde *Pſalm.* 48. Cum interierit homo, non ſumet omnia, neque deſcendit cum eo gloria ejus. Et *alibi*. Dormierunt ſomnum ſuum, & nihil invenerunt omnes viri divitiarum in manibus ſuis. Viri divitiarum dicit, non Domini, quia maritali affectu eas amplexantur, & non tanquam poſſeſſores dominantur, & in veritate ipſi divitias non habent, ſed potius habentur ab eis. Vanitatem divitiarum habent, ſed non veritatem.

Nomen habent, ſed non uſum, imo familia, vel fures, vel domini eorum habent uſum, ſed ipſi ſolum nomen. Unde *Eccleſ.* 6. Eſt malum, quod vidi ſub Sole, & quidem frequens apud homines: Vir, cui dedit Deus divitias, & ſubſtantiam, & honorem, & nihil deeſt animæ ſuæ ex omnibus quæ deſiderat, nec tribuit ei poteſtatem Deus, ut comedat ex eo, ſed homo extraneus vorabit illud. Item Hypocrita eſt quaſi dives cum nihil habeat, quia ſpeciem ſanctitatis habet, ſed non rem veritatis.
h Et eſt quaſi pauper] in mundo. *i* Cum in multis divitiis ſit] ſpiritualibus, quæ ſolæ vere divitem faciunt. Humilis pauper eſt opinione ſua, quia nihil ſe habere putat. Sed vere dives eſt, quia humilitas proprius locus gratiarum eſt.

Unde, ubi humilitas, ibi omne bonum. Ideo, Beati pauperes ſpiritu, quoniam ipſorum eſt regnum cœlorum. *Matt.* 5. Poteſt etiam hoc exponi de illis, qui pro Chriſtu omnia reliquerunt, & nudi nudum ſequuntur. Qui revera quaſi pauperes ſunt exterius, ſcilicet, ſed non ſunt pauperes, quia exterior paupertas tantum ſpecies paupertatis eſt, non veritas. De his dicitur 2. *Cor.* 6. Sicut egentes, multos autem locupletantes, tanquam nihil habentes, & omnia poſſidentes. Illi enim divitias poſſident, qui eis dominantur contemnendo, & ſub pedibus affectuum conculcando. *k* Redemptio animæ viri] re & nomine. *l* Divitiæ ſuæ] temporales, ad litteram. *Dan.* 4. Peccata tua eleemoſynis redime, & iniquitates tuas miſericordiis pauperum. *Luc.* 11. Quod ſupereſt, date eleemoſynam, & ecce omnia munda ſunt vobis. Et in hoc potior eſt conditio divitum, quia habent unde poſſint ſibi conducere patronos, & advocatos apud Deum. Vel *k* Redemptio animæ viri] non mollis, & effœminati, ſunt *l* Divitiæ ſuæ,] ideſt, quas ſecum moriens, & ubique ferre poteſt, quæ auferri non poſſunt, ideſt, virtutes, & opera bona. Unde *inf.* 16. Miſericordia & veritate redimitur iniquitas. Vel proprie divitiæ virorum non feminarum, ſunt præſentes tribulationes, qui bene utuntur eis, & ſibi al. † concta. ſervire cogunt. Et hæ divitiæ ſunt redemptio animæ eorum, quia per illas liberantur a tribulatione inferni, & etiam purgatorii. *m* Qui autem pauper eſt] carens divitiis prædictis. *n* Increpationem non ſuſtinet] Epheſ. 6. verbum, aut verberum, quia non habet ſcutum patientiæ, quod objiciat, & loricam juſtitiæ, & galeam ſpei. *Hier.* 10. Non ſuſtinebunt gentes comminationem ejus. Vel, non ſuſtinet increpationem, illam, ſcilicet, ultimam. Eſurivi & non dediſtis mihi manducare, &c. *Matth.* 25. Imo confundetur, & ſubmergetur ab ea, quia non habet virtutes, quibus fulciatur. Unde *Job* 6. Cum vix parvam ſtillam ſermonis ejus audierimus, qui poterit tonitruum magnitudinis ejus intueri? Vel ſic. *m* Qui pauper eſt ſpiritu. *n* Non ſuſtinet,] ideſt, non audiet, increpationem illam: Ite maledicti. *Matth.* 25.
o Lux juſtorum, ideſt, ſpes futurorum.
p Lætificat] in præſenti, & in futuro, quia quicquid eis in præſenti evenit lætanter accipiunt propter ſpem futurorum. Vel, lux juſtorum, eſt præſens tribulatio, & tentatio, quia illa illuminante ſe vident qualiter & quomodo ſit ambulandum. Hæc eſt enim collyrium, quo inuncti oculi clarius vident. Unde *Apoc.* 3. Collyrio inunge oculos tuos, ut videas. Item *Eccleſ.* 34. Qui non eſt tentatus, quid ſcit? Lux iſta lætificat hic, & in futuro, licet modo contriſtare videatur quibuſdam. *Hebr.* 12. Omnis diſciplina in præſenti quidem videtur non eſſe gaudii, ſed mœroris; poſtea autem fructum pacatiſſimum exercitatis per eam reddet juſtitiæ. *q* Lucerna autem impiorum,] ideſt, felicitas hujus ſæculi, quam impii pro luce habent. *r* Extinguetur] cito ut fumus de fumario. Et nota lucerna extincta fumum facit, fœtorem reddit, ſeipſam conſumit. Sic felicitas temporalis amatores ſuos, cum extinguitur in morte, projicit in infernum, ubi erit fletus ex fumo, & ſtridor dentium ex frigore, & fœtore. *Matth.* 13. *ſ* Inter ſuperbos ſemper jurgia ſunt] ad litteram, quia alteri ſupereſſe contendit.

Item in eodem loco eſſe volunt ſimul & ſemel, quod eſſe non poteſt. Nullus enim in mundo locus diverſa capit ſimul, & ſemel. Sed Deus qui locus eſt fidelium omnes ſimul continet, & in pace. Unde *Joan.* 16. In mundo preſſuram, in me autem pacem habebitis.
t Qui autem agunt omnia] non quædam. *u* Cum conſilio] divinorum eloquiorum, vel patrum ſpiritualium.
x Reguntur Sapientia] quæ jurgia dirimit, ideſt, moderatione, quæ eos jurgare non ſinit. *Eccli.* 32. Omnia fac cum conſilio, & poſt factum non pœnitebis.
y Subſtantia feſtinata,] ideſt, temporales divitiæ, cupide, & inordinate acquiſitæ.
z Minuetur;] ideſt, cito deficiet, & proprio defectu conſumetur. Vel
y Subſtantia feſtinata,] id eſt, felicitas ante tempus opportunum deſiderata. *z* Minuetur, id eſt, annihilabitur, quia Dominus ſic ordinavit, ut paupertas divitias, tribulatio gaudium, ignominia gloriam præveniat. Unde felicitas, quæ in præſenti optatur, feſtinata ſubſtantia eſt. Ideo dicit *Iſa.* 28. Qui crediderit, non feſtinet. *Gregor.* Quiſquis præſentis vitæ delectationibus ſatiari deſiderat, quaſi fructus ante tempus edere feſtinat. Verum eſt hoc etiam de ſubſtantia ſpirituali; quæ cum feſtinatur haberi, minuitur, ut patet in noviciis, qui præcurrere volunt fortioribus ſe, & ideo plerumque dum feſtinant, aut corruunt, aut offendunt, aut fatigantur, & deficiunt, aut invident eis, quos æmulari non valent. Unde *infra* 28. Vis qui feſtinat ditari, & aliis invidet, ignorat quod egeſtas ſuperveniat ei.

a Quæ

a quæ autem paulatim *b* colligitur manu, *c* multiplicabitur. *d* Spes *e* quæ differtur, *f* affligit animam, *g* lignum vitæ deſiderium veniens. *h* Qui detrahit *i* alicui rei, ipſe *k* ſe in futurum obligat; *l* qui autem *m* timet præceptum, in *n* pace *o* verſabitur. *p* Lex ſapientis *q* fons vitæ, ut *r* declinet a *ſ* ruina mortis. *t* Doctrina bona *u* dabit gratiam, in *x* itinere *y* contemptorum *z* vorago. *a* Aſtutus omnia *b* agit cum conſilio, *c* qui autem fatuus eſt, *d* aperiet ſtultitiam. *e* Nuncius impii *f* cadet in malum. *g* Legatus fidelis *h* ſanitas. *i* Egeſtas & *k* ignominia *l* ei, qui deſerit *m* diſciplinam: qui *n* autem acquieſcit arguenti, *o* glorificabitur. *p* Deſiderium ſi *q* compleatur, *r* delectat animam, *ſ* deteſtantur ſtulti eos, qui fugiunt mala. *t* Qui cum Sapientibus graditur, *u* ſapiens erit, *x* amicus ſtultorum ſimilis *y* efficietur.

a Quæ autem paulatim,] ideſt, moderato, & coaptato viribus greſſu. *b* Colligitur manu,] ideſt proprio labore acquiritur, non furto, vel rapina, vel uſuris. *c* Multiplicabitur,] ideſt, multa erit, & durabit. *d* Spes,] æterni boni. *e* Quæ differtur] ut amplius deſideretur, & cumulatius detur. *f* Affligit] deſiderio animam expectantis. *Aug.* tamen dicit, quod hæc expectatio ſeu dilatio non eſt juſtis, niſi extenſio manus, ut plus accipiant; malis vero elevatio ſecuris, ut acrius feriantur. Quidam hoc referunt ad expectarionem Patrum, qui erant in limbo, per hoc probare volentes ipſos tædio & dolore expectationis fuiſſe affectos, ſeu afflictos. C

g Lignum vitæ deſiderium veniens,] ideſt, deſideratum quod ſemper venit, ſcilicet felicitas æterna, eſt lignum vitæ, ideſt, indeficiens. Et reſpicit ad hoc, quod ſupra dictum eſt:

Myſtice. Subſtantia feſtinata minuetur. Vel ſic: Lignum vitæ, ideſt, Chriſtus, qui ſuis ſuaviſſimis fructibus reficit, & comeſtis ſæpius facit immortales, eſt deſiderium veniens, non vadens ſicut felicitas temporalis, ſed ſemper veniens, & ſemper præſens. Et hoc dico, cum venerit in gloria. Ipſe eſt enim in quem Angeli proſpicere deſiderant, 1. *Pet.* 1. Ipſe eſt deſiderium collium æternorum, ut dicit *Gen.* 49. *h* Qui detrahit] injuſte. *i* Alicui rei] bonæ.

k Ipſe ſe in futurum obligat] ad pœnam futuram merito detractionis. Vel ſic. *h* Qui detrahit alicui rei,] non ipſam rem, ſed peccatum vel vitium in ea vituperans. *k* ipſe ſe in futurum, &c.] ad cavendum illud, ne ſibi dicatur illud. *Rom.* 2. Qui prædicas non furandum, furaris, &c. *l* Qui autem] Dei præceptum, quod tranſgredi, vel violari non licet. *m* Timet,] ideſt, veretur, & veneratur ut ſanctum. *n* In pace] æterna. *o* Verſabitur,] ideſt, verſetur a bello, in quo modo eſt. Vel ſic.

l Qui] Dei præceptum timet, quo videlicet præcipit noſipſos dijudicare. 1. *Cor.* 11. *n* In pace verſabitur,] ideſt, in ſpiritu lenitatis. Conſiderans enim propriam infirmitatem levius ſuſtinet infirmitatem aliorum. Unde *Job* 5. Viſitans ſpeciem tuam non peccabis. *p* Lex ſapientis,] ideſt, Salomonis eſt. *q* Fons vitæ,] ideſt, gratiæ ſcilicet, vel gloriæ. Vel, lex ſapientis, ideſt, lex Moyſi eſt fons vitæ, non quod vitam tribuat, ſed quia obſervantes declinat a ruina mortis. Vetus enim lex, eſt lex timoris. Timor autem mortem declinat, ſed non confert vitam. Vel, lex ſapientis, ideſt, Chriſti eſt fons vitæ æternæ, qui in quatuor paradiſi flumina dividitur. *Gen.* 2. ideſt, in quatuor Evangelia. De quo fonte emanant aquæ vivæ ſalientes in vitam æternam. *Joan.* 4. Lex Sapientis dico, eſt fons vitæ. *r* Ut declinet] ideſt, declinare faciat. *ſ* A ruina mortis] æternæ, ideſt, a peccato mortali, quod facit ruere in mortem æternam. *t* Doctrina bona] ideſt, ſimplex & ſincera. *u* Dabit gratiam,] tam doctori quam auditoribus. *Interlin. Gloſ.* dicit gratiam pro gratia. Et eſt ſumpta de *Joan.* 1. Quia doctrina bona eſt data Doctori pro gratia bene vivendi & bene docendi. *x* In itinere,] ideſt, in operibus. *y* Contemptorum,] ideſt, ſuperborum alios contemnentium, eſt. *z* Vorago] culpæ hic, & pœnæ in futuro. Vel, in itinere contemptorum doctrinæ bonæ & ſalutis propriæ: vorago, ideſt, obſcuritas ignorantiæ, & profunditas malitiæ. Vel, in itinere contemptorum, ideſt, in mundo, in quo eſt vorago triplex, ſcilicet concupiſcentia carnis, concupiſcentia oculorum, & ſuperbia vitæ, ſicut dicitur 1. *Joan.* 2. Et hoc eſt, quod legitur *Gen.* 14. Quod vallis ſilveſtris multos habebat puteos bituminis. *a* Aſtutus,] ideſt, diſcretus, & in deprehendendis fraudibus alienis circumſpectus. *b* Omnia agit cum conſilio,] maxime divino, quod eſt in ſcripturis. Et hoc merito, quoniam omnia opera noſtra manet diſtrictio examinata. *Joel.* 3. Ecce in diebus illis & in tempore illo, cum convertero captivitatem Juda & Jeruſalem, congregabo omnes gentes, & deducam eas in vallem Joſaphat, & diſceptabo ibi cum eis. *c* Qui autem fatuus eſt,] ideſt, præter conſilium omnia faciens. *d* Aperiet ſtultitiam,] ideſt, manifeſtabit verbis & factis. *e* Nuncius impii,] ideſt, nuncius Diaboli, ut hæreticus, malus conſiliarius, & quilibet mala ſuggerens. *f* Cadet in malum,] in quod alios præcipitare conatur, ſcilicet, in gehennam. *g* Legatus fidelis,] ideſt, Doctor vel Prædicator, non quærens datum, ſed fructum. Eſt. *h* Sanitas,] effective ut medicus, ideſt, faciens ſanitatem ſpiritualem ſibi & auditoribus. Hic Legatus duplicem debet facere ſanitatem contra duplicem morbum, quo laborat totus mundus. Omnis enim ſpiritualis infirmitas hominis, aut eſt vitium intellectus, & hoc eſt ignorantia; aut vitium affectus, & hoc eſt malitia. Propter primum, dictum eſt hujuſmodi Legatis. *Matt.* 5. Vos eſtis lux mundi. C

Propter ſecundum, dictum eſt in eis *ibidem*: Vos eſtis ſal terræ. De hoc Legato dicit *Abdias*: Auditum audivimus a Domino, & Legatum ad gentes miſit, ſurgite & conſurgamus adverſus eos in prælium. Abdiæ

i Egeſtas] bonorum internorum, quæ non acquiruntur, niſi per diſciplinam. *k* Et ignominia,] quoad alios.

l Ei, qui deſerit,] ideſt, non ſuſcepit.

m Diſciplinam, ideſt, correctionem. Hæc autem egeſtas apparet ex vacuitate horrei, cellarii, & theſauri ſpiritualis, & multitudine debitorum. Ignominia autem in hoc apparet, quod homo contentus eſt victu & veſtitu aſini ſui, ideſt, corporis, non curans de anima. Et hæc eſt prima ignominia. Secunda eſt, quod ipſe eſt ludibrium Dæmonum, qui de ipſo ſicut de ſimia ludunt.

Tertia eſt, quod Dominus exultat de ipſo ſicut de ſtulto. *Gen.* 3. Ecce Adam factus eſt quaſi unus ex nobis. Quarta erit in die judicii coram omnibus.

n Qui autem acquieſcit arguenti,] diſciplinæ, vel Doctori, vel Deo, qui arguit per Scripturas, per exempla, per flagella, per aſſiduam remurmurationem conſcientiæ.

o Glorificabitur,] contra egeſtatem, & ignominiam, ſicut patet in David, qui acquievit Nathan. 2. *Reg.* 12.

p Deſiderium,] bonum, vel malum.

q Si compleatur,] opere.

r Delectat animam,] quia delectatio non eſt niſi completio deſiderii, ſicut afflictio animæ eſt dilatio ſpei. *Supra eadem.*

Sed hæc expoſitio minus ſufficiens eſt, & tamen de *Gloſ.* eſt, quia mundanum vel carnale deſiderium compleri non poteſt, imo de infuſione evacuatur. Unde *infra* 30. Duæ ſunt ſanguiſugæ, quæ ſemper clamant, affer, affer. Et *Seneca ad Lucillum*: Tu ſcies, ſi naturalia ſint deſideria tua, ſcilicet ſi ſint finita; ſi autem infinita, naturalia non erunt. Natura enim modico contenta eſt, ſicut dicit *Philoſophus*: Deſiderium ergo complebilem, & finitum, ſi compleatur delectat animam, licet corpus in puncto ad modicum contriſtetur.

ſ Deteſtantur ſtulti, qui fugiunt mala,] ideſt, peccata, ideſt, illi, qui carnalibus deſideriis gaudent, qui revera ſtulti ſunt, deteſtantur illos, qui pro amore cœleſtium, mundi, vel carnis oblectamenta contemnunt. *Eccli.* 1. Execratio eſt peccatoribus cultura Dei. Item *Job* 12. Deridetur juſti ſimplicitas, lampas contempta apud cogitationem divitum parata ad tempus ſtatutum. *Gen.* 46. Deteſtantur Ægyptii omnes paſtores ovium.

t Qui cum Sapientibus graditur,] ideſt, actus eorum ſapienter imitatur.

u Sapiens erit,] ideſt, inter Sapientes reputabitur, quia vitam æternam, ſicut illi, habebit. Quod enim illi ſtudio, hic exercitio bonorum operum acquirit. Unde *infr.* 30. Stellio manibus nititur, & moratur in ædibus Regum, ideſt, ſimplex, qui proprio labore acquirit, quod alii artibus, ut dicit *Apulejus*.

x Amicus ſtultorum,] qui libenter eſt cum eis, & amat eorum conſortium.

y Similis efficietur,] eis, ideſt, ſtultus. Unde *Pſalm.* 17. Cum Sancto ſanctus eris, &c. Seneca: Turpium amor niſi cum turpi ratione conciliari non poteſt. *Eccli.* 13. Qui tetigerit picem, inquinabitur ab ea. *Gloſ.* dicit hic: Qui ſtultos, non quia homines ſunt, ſed propter ſtultitiam,

quia,

quia, ſcilicet, mimi ſunt, vel hiſtriones, vel hujuſmodi amat, non ut inſtruendo corrigat, ſed ut favendo deteriores efficiat, licet ſapiens videatur, ſtultorum damnatione tenebitur. Unde Sara dicit, *Tob.* 3. Nunquam cum ludentibus miſcui me, neque cum his qui in levitate ambulant participem me præbui.

a Peccatores perſequitur malum, & *b* juſtis retribuentur bona. *c* Bonus *d* relinquet *e* hæredes *f* filios, & *g* nepotes, & *h* cuſtoditur juſto *i* ſubſtantia peccatoris. k Multi cibi in *l* novalibus patrum, & † *m* aliis congregantur abſque judicio. *n* Qui parcit virgæ, *o* odit filium ſuum; qui *p* autem diligit illum, *q* inſtanter erudit. *r* Juſtus comedit: & replet animam ſuam; *ſ* venter autem impiorum, inſaturabilis.

a Peccatores perſequitur malum,] idest, pœna peccatorum ſuorum, ſicut de bonis dicitur, *Apoc.* 14. Opera illorum ſequuntur illos, ut teſtes. Unde *Sap.* 6. Poteſtas vobis, & virtus ab Altiſſimo, qui interrogabit opera veſtra, & cogitationes ſcrutabitur. al. † aliis.

b Et juſtis retribuentur bona] æterna, pro quibus laboraverunt, non ut dives Epulo, qui in vita ſua recepit bona, & Lazarus ſimiliter mala. *Luc.* 16.

c Bonus relinquet hæredes. filios, & nepotes.] Sæpe tamen accidit contrarium, quia boni ſine filiis, aut nepotibus moriantur, ut virgines. Ideo.

Myſtice. Myſtice exponatur. *c* Bonus,] ideſt, Chriſtus, qui ſolus bonus eſt ſubſtantialiter.

d Relinquet] in mundo. *e* Hæredes] ſui patrimonii, ideſt, Eccleſiæ.

f Filios,] ideſt, Apoſtolos. *g* Et nepotes,] ideſt, ſucceſſores Apoſtolorum, ideſt, Prælatos, qui ſimiliter tales debent inſtituere in Eccleſia, quos relinquent hæredes in regimine Eccleſiæ. Neminem enim debent facere Canonicum, qui non poſſit eis ſuccedere in Epiſcopatu, alioquin male faciunt. Sicut cuidam Papæ dixit quidam Cardinalis: In periculum animæ tuæ ſit, ſi facis aliquem Cardinalem, qui non ſit dignus fieri Papa. *h* Et cuſtoditur juſto,] ideſt, Deo. *i* Subſtantia peccatoris,] ideſt, diaboli, videlicet gentes quæ ei ſerviebant, donec Chriſtus venit, qui eum vicit, & tulit ſpolia ejus, juxta illud, *Luc.* 11. Cum fortis armatus cuſtodit atrium ſuum, &c. Vel ſic. *h* Cuſtoditur juſto,] ideſt, populo Gentili, juſtificato per fidem.

i Subſtantia peccatoris,] ideſt, regnum, & ſacerdotium populi Judaici. Vel

i Subſtantia peccatoris,] ideſt, aurum ſapientiæ, & argentum eloquentiæ, & veſtes virtutum Philoſophorum. *h* Cuſtoditur juſto, ideſt, Doctori Catholico, ſicut oves Laban, Jacob, *Geneſ.* 30 Item divitiæ Ægyptiorum, Hebræis. *Exod.* 12. Item domus Aman, Mardochæo. *Eſther.* 8. Vel

i Subſtantia peccatoris,] ideſt, theſaurus ſapientiæ in Doctore, qui nec eam guſtat, nec utitur illa. Quæ *h* Cuſtoditur juſto,] ideſt, impletori. Cuſtoditur, inquam, in corde hujuſmodi Doctoris tanquam in ſcrinio vel arca. Unde *Malac.* 2. Labia Sacerdotis cuſtodiunt ſcientiam, quaſi horreum publicum, vel Gazophylacium parochiæ. Simile, *Job* 5. de viro ſtulto, cujus meſſem famelicus comedet, & ipſum armatus rapiet. *Exod.* 20. Divitias quas devorabit, evomet, & de ventre ejus extrahet eas Deus. Vel

i Subſtantia peccatoris,] ideſt, dignitas vel prælatio ſuperbi Prælati.

h Cuſtoditur juſto,] ideſt, humili. Unde *Eccli.* 10 Sedes Ducum ſuperborum deſtruxit Deus, & ſedere fecit mites pro eis, ut patet in Saul, & David. k Multi cibi in novalibus Patrum.] Ad litteram, multa fertilitas provenit ex laboribus Patrum. Dicitur autem novale, quaſi noviter valens, ſcilicet terra, quæ prius inutilis fuit, per culturam novam facta eſt utilis. *Jer. c.* 4. Novate vobis novale, & nolite ſerere ſuper ſpinas. Vel. Myſtice ſic: *k* Multi cibi, ideſt, multiplex refectio ſpiritualis.

l In novalibus Patrum, ideſt, libris, & eloquiis antiquorum Patrum, quos multo ſudore vomere ingeniorum ſuorum excoluerunt, & uberes inde fructus nobis eduxerunt. Unde *Joan.* 4. Alii laboraverunt, & vos in labores eorum introiſtis. Et hoc eſt quod ſequitur. *m* Et aliis congregantur abſque judicio,] ideſt, abſque labore, & merito ſuo. Quod patet in gentibus, quibus data eſt ſacra Scriptura abſque merito ſuo, & ablata Judæis malo merito ſuo. Unde *Matt. c.* 21. Auferetur a vobis regnum Dei, & dabitur genti facienti fructum illius.

Sic hodie multi congregant ſcientiam, non in ſuis cordibus, ſed in codicibus, & neſciunt quibus congregant. Unde *Pſal.* 38. Theſaurizat, & ignorat, cui congregabit ea.

Et nota quod *B. Bernard.* dicit: Quidam congregant ſcientiam, ut ſciant, & eſt curioſitas. Quidam, ut ſciantur, & eſt vanitas. Alii, ut ditentur, & eſt cupiditas. Alii ut ædificentur, & eſt prudentia. Alii ut ædificent, & eſt charitas. *n* Qui parcit virgæ,] ideſt, qui ſubtrahit correctionem, quando eſt neceſſaria. *o* Odit filium ſuum,] ideſt, ad modum odientis ſe habet ad illum, dum videt eum conculcari a porcis, & a beſtiis devorari, & non adhibet virgam ad hujuſmodi beſtias effugandas, ut patet in Heli, & filiis ejus, 1. *Reg.* 1. Unde maximum ſignum odii eſt, quod Deus non corrigit peccatores. E converſo, maximum ſignum amoris eſt, quando ſtatim corrigit. *Infr.* 23. *Eccli.* 30.

Unde 2. *Machab.* 6. Multo tempore non ſinere peccatoribus ex ſententia agere, ſed ſtatim ultiones adhibere, magni beneficii eſt, *Pſal.* 98. Deus tu propitius fuiſti eis, & ulciſcens in omnes adinventiones eorum. *Eccli.* 30. Qui diligit filium, aſſiduat illi flagella, ut lætetur in noviſſimo ſuo, *inf.* 22. Stultitia colligata eſt in corde pueri, & virga diſciplinæ fugabit eam. Et ita patet, quod qui non corrigit filium, odit illum. *p* Qui autem diligit illum,] ideſt, filium. *q* Inſtanter erudit] eum, verbis & verberibus, ſicut equum indomitum, alioquin in præcipitium ibit. *Eccli.* 30. Equus indomitus evadet durus, & filius remiſſus evadet præceps. *r* Juſtus comedit] ubique, & undique, quicquid ei apponitur, ſive panes, ſive lapides objurgationis, juxta conſilium *Eccli.* 2. Omne, quod tibi applicitum fuerit, accipe, ideſt, ad te cape, & in dolore ſuſtine, & in humilitate patientiam habe. Nihil enim poteſt apponi juſto, quod non ſit cibus alicujus virtutis ejus.

Contumeliæ enim ſunt cibus manſuetudinis; injuriæ, mitiratis; verbera patientiæ: Nam de igne tribulationis vivit, ut Salamandra: de carduis nutritur, ut aſinus, de tunſionibus impinguatur, ut urſus.

Ignominia eſt cibus humilitatis; indigentia aliena, cibus eſt pietatis; copia aliena cibus eſt charitatis, & ſic de aliis. Bene ergo dicit Salomon: Juſtus comedit, & replet animam ſuam,] proficiendo in omnibus.

Exponitur etiam hoc de menſa orationis, in qua opulentiſſima & ſplendidiſſima eſt refectio animæ. Ibi enim proprie homo comedit panem Angelorum. Exponitur etiam de menſa ſacræ Scripturæ, & congruentius, quia in illa comedit juſtus, dum ſibi illam ſpiritualiter incorporat, lumine veritatis replens intellectum, & ſuavitate virtutum replens affectum. Exponitur etiam de menſa Euchariſtiæ, ubi panis de cœlo comeditur, habens in ſe omne delectamentum, & omnis ſaporis ſuavitatem. *Sap.* 16. Et hoc pane repletur anima, non corpus. *ſ* Venter autem impiorum inſaturabilis,] quia ut dicit *Gloſ.* Refecti cibis Patrum, aliis congregant abſque judicio, ideſt, tantum ad hoc congregant abſque judicio, ideſt, tantum ad hoc congregant, ut aliis effundant, & ipſi vacui remanent, ſicut columba, quæ congregat in gutture grana, ut paſcat pullos, & ipſa jejuna remanet. De his dicitur *Eccli.* 6. Omnis labor hominis in ore ejus, ſed anima ejus non implebitur bonis. Item *Oſee* 4. Comedent, & non ſaturabuntur.

Moraliter. *ſ* Venter impiorum,] eſt cupiditas, quæ inſatiabilis eſt, ſicut dicitur *Eccli.* 5. Avarus non impletur pecunia; & multis de cauſis eſt inſatiabilis. Prima eſt, quia non habet fundum; eſt enim quaſi ſaccus pertuſus. Secunda, quia ſemper creſcit, etiam ex ſolo aſpectu cibi, ideſt, divitiarum. Tertia, quia nihil eorum, quæ cupit, mittitur in hunc ventrem. Cupiditas enim in corde eſt, ubi pecunia intrare non poteſt, quomodo ergo extinguere poteſt famem cordis pecunia in arcam miſſam? Quarta eſt, quia hujuſmodi cupita non ſunt impletiva cordis humani, ubi eſt fames cupiditatis. Sicut enim deliraret, qui conaretur arcam implere ſapientia, quæ illius omnino capax non eſt; ſic certe multi delirant, qui cor humanum conantur implere pecunia. Quinta eſt, quia omnia hujuſmodi concupita vana ſunt, & potius faciunt vacuitatem, quam repletionem. *Gen.* 1. Terra autem erat inanis, & vacua, &c. *Moral.* *Cupiditas eſt inſatiabilis.*

EXPO-

EXPOSITIO CAP. XIV.

a SApiens mulier, &c.] In fine præcedentis capituli aſſignavit Salomon differentiam inter juſtum, & impium, quia juſtus comedendo replet animam ſuam; impii autem venter inſaturabilis eſt, quia impius non animam, ſed burſam implere contendit. In hoc autem capitulo multas alias aſſignat differentias inter eoſdem ſub diverſis nominibus & rerum proprietatibus, ſed omnia ad unum tendunt, hoc eſt, ad juſti commendationem, & impii deteſtationem, ut ſcilicet, juſtitia diligatur, & impietas odiatur. Dicit ergo.

A

CAPUT XIV.

a SApiens mulier b ædificat domum ſuam. c inſipiens d extructam quoque e deſtruet manibus. f Ambulans recto itinere, & g timens Deum, h deſpicitur ab eo, qui i infami graditur via. In k ore ſtulti virga ſuperbiæ, l labia Sapientum cuſtodiunt eos. Ubi m non ſunt boves, n præſepe o vacuum eſt, p ubi autem † apparent plurimæ ſegetes, q ibi manifeſta † eſt fortitudo bovis. r Teſtis fidelis ſ non mentitur, t profert mendacium doloſus teſtis. u Quærit deriſor x Sapientiam, & non invenit, y doctrina prudentium facilis.

al. non habet † appareant. al. non habet † eſt.

Job 8. a Sapiens mulier,] ad litteram, ædificat domum ſuam, ideſt, conſervat, & ampliat familiam ſuam, vel hæredes hæreditate non privat. Sed c Inſipiens,] ſcilicet, mulier. d Extructam quoque] a viro vel a patre. e Deſtruet manibus,] ideſt, operibus, ſcilicet, male vivendo, quia ſic conſumit hæreditatem filiorum, unde familia deberet ſuſtentari. Vel,

Myſtice. Myſtice. a Sapiens mulier,] ideſt, Eccleſia vel fidelis anima. b Ædificat] fide vel operibus bonis domum ſuam, non manufactam, id eſt, non hujus creationis, ſed cœleſtium manſionem, quam fide, & opere meretur.

Vel, domum ſuam, ideſt, propriam conſcientiam, in qua habitat anima, & quieſcit, imo & ipſe Dominus. 2. *Cor.* 5. Scimus, quod ſi terreſtris noſtra habitatio diſſolvatur, ædificationem ex Deo habeamus, domum non manufactam, ſed æternam in cœlis. c Inſipiens,] ideſt, Hæreticus vel reprobus. d Extructam.] vel, extructa, alia littera, ideſt, a bonis bene ordinata. e Deſtruet manibus,] ideſt, malis operibus, & verbis.

Moral. Moraliter. a Sapiens mulier,] ideſt, bonus Prælatus, qui debet Deo concipere, & parere prædicando bonos filios, & in Eccleſiis inſtituendo. Tot enim filios Prælatus parit, quot in Eccleſia inſtituit. b Ædificat domum ſuam,] ideſt, Eccleſiam, bonos inſtituendo, & malos amovendo. Et ſumitur hæc expoſitio de *Exod.* 1. ubi legitur: Quia timuerunt Deum obſtetrices, ædificavit illis domos, ideſt, dedit illis filios. Bonus igitur Prælatus ita facit, quia ad hoc poſitus eſt, ut Deo bonos filios pariat. Impius autem Prælatus nonnunquam colubros, & canes & omnia genera immundorum animalium parit. Non dico Deo, ſed Diabolo. Quamplurimos hujuſmodi ſtructores habet hodie Dominus, qui revera non domum ædificant, ſed ædificatam deſtruunt, ponentes beſtias loco hominum, loco columnarum conſtituentes feſtucas. Unde *Iſa.* 49. Ecce in manibus meis deſcripſi te, muri tui coram oculis meis ſemper, venerunt ſtructores tui deſtruentes te.

Unde ſi quis recte inſpiceret, videret domum Dei, id eſt, Eccleſiam quaſi acervum lapidum, ſine ordine minores majoribus, pueros ſenibus ſuperpoſitos, ſine cemento charitatis, ut recte impletum ſit illud *Michea* 3. Sion quaſi ager arabitur, & Jeruſalem quaſi acervus lapidum erit, & mons templi in excelſa ſilvarum. Et hoc illud eſt malum, de quo dicitur *Eccli.* 10. Eſt malum, quod vidi ſub ſole, quaſi per errorem egrediens a facie Principis, poſitum ſtultum in dignitate ſublimi, & divites ſedere ſeorſum, vidi ſervos in equis, & Principes ambulantes ſuper terram quaſi ſervos. Quare autem inſipiens ordinata a ſapientibus deſtruat, oſtendit, cum ſubjungit. f Ambulans recto itinere,] in quo non eſt obliquatio in dexteram favoris, nec in ſiniſtram odii, nec recurvatio in ſeipſum, ſed rectitudo ad Deum ſolum.

g Et timens Deum,] ideſt, declinans a malo, & ab omni, quod credit Deo diſplicere. h Deſpicitur ab eo,] ideſt, ab inſipiente, ſicut David a Michol. 2. *Reg.* 6. Vel ſicut aurum & argentum, & lapides pretioſi a porcis, vel ſicut ſol a noctuis. Unde *Sap.* 2. Gravis eſt nobis etiam ad videndum, quoniam diſſimilis eſt aliis vita illius, & immutatæ ſunt viæ ejus. [Eo.] dico.

i Qui infami,] vel, infinita, alia littera, gradietur via. Infamis eſt via, de qua mali ſentiunt boni. Via infinita, eſt via circularis, de qua *Pſal.* 11. In circuitu impii ambulant.

k In ore ſtulti virga ſuperbiæ,] ideſt, ſuperba, & imperioſa correctio. E converſo, in ore juſti virga manſuetudinis. Unde & in arca manna ſimul cum virga fuit. *Exod.* 25. Et in *Numer.* 17. de virga illa legitur, quod fronduit, & floruit & amygdala protulit, quæ ſunt cibus infirmorum. Vel ſic: In ore ſtulti virga ſuperbiæ quia grandia loquitur, & minatur, vel quia meretur cædi pro verbis oris ſui. Vel in ore ſtulti virga ſuperbiæ,] ideſt, lingua ſuperba, & contumax, qua omnes percutit. Unde *Eccli.* 26. In muliere Zelotypa flagellum linguæ omnibus communicans. l Labia Sapientum cuſtodiunt eos,] a virga ſuperbiæ, dum dulcia, & humilia, vera tamen verba reſpondent. Unde *inf.* 15. Mollis reſponſio frangit iram. m Ubi non ſunt boves,] ideſt, Doctores ſtudioſi, fortes, patientes, laborioſi, cornuti. n Præſepe,] ideſt, locus, ad quem ſancta animalia congregantur ad paſtum ſpiritualem, ſcilicet, Eccleſia. o Vacuum eſt,] a paſtu ſpirituali, quia labor & ſtudioſitas bovis multiplicat paſtum ſpiritualem, quo præſepe repletur, ut dicit *Gloſſ.* unde etiam bos poſtea reficitur. Quod figuratum eſt in Helia. 3. *Reg.* 17. qui Sareptanam viduam pavit, a qua & ipſe paſtus eſt. De hujuſmodi bove legitur, *Deuter.* 25. Non alligabis os bovis triturantis, Item *Corinth.* 9. *Job* 24. Aſinum pupillorum abegerunt, & abſtulerunt pro pignore bovem viduæ. Vidua eſt Eccleſia, bos Prælatus, quem Dæmones pro pignore totius parochiæ habendæ auferunt. Securi enim ſunt de parochia habenda, cum jam Prælatum tenent in carcere peccatorum.

Heb. 9. 32. 9. 5. & *Juramenti.*

Cornua bovis ſunt patientia, & ſapientia, quæ ex auditu, & inſpectione ſacræ Scripturæ aſſumuntur. Unde *Exod.* 34. legitur, quod facies Moyſi cornuta fuit ex conſortio ſermonis Domini. Nunc autem non ex conſortio Dei, ſed ex familiaritate magnatorum ſibi multi aſſumunt cornua dignitatum, ut vere dicant illud. *Amos* 6. In fortitudine noſtra aſſumpſimus nobis cornua.

p Ubi autem apparent plurimæ ſegetes,] ideſt, multitudo bene operantium.

q Ibi manifeſta eſt fortitudo bovis,] ideſt, Prælati excolentis terram, ideſt, Eccleſiam, quaſi dicat, abundantia frugum probat diligentiam, & fortitudinem boum, & vacuitas præſepis defectum, vel pigritiam bovis, *inf.* 29. Cum prophetia defecerit, diſſipabitur populus.

r Teſtis fidelis,] ad litteram, vel Doctor, vel Prædicator bona fide, ideſt, fideliter inſtruens auditores.

ſ Non mentitur, in doctrina vel prædicatione, quod grave peccatum eſt. *inf.* 19. Falſus teſtis non erit impunitus, & qui loquitur mendacia, peribit. Timeant igitur ſibi, qui in lectione, & prædicatione fabulas narrant, ne auditores fatigentur diu eos audire.

Nulla enim eſt excuſatio, quia Deus non vult, ut dicatur mendacium quoquomodo. Unde *Job* 13. Nunquid indiget Deus veſtro mendacio, ut pro eo dolos loquamini?

t Profert mendacium doloſus teſtis,] ideſt, Hæreticus, vel Doctor, vel Prædicator quæſtuarius, qui omnia agit in dolo quia cauſam Dei agere ſe ſimulat, & non facit, ſed propriam inſuper, & venalis eſt, & ideo non valet ejus teſtimonium. Et ideo periclitatur cauſa Dei ubique, quia non habet teſtes idoneos.

u Quærit deriſor,] ideſt, Hæreticus, vel tentator, vel Hypocrita.

x Sapientiam, & non inveniet,] quia male quærit, vel quia ibi quærit, ubi non eſt, *Jacob* 4. Petitis, & non accipitis, eo quod male petatis. *Joan.* 7. Quæretis me, & non invenietis.

Ubi autem quærunt eam, dicitur *Oſee* 5. In gregibus ſuis, & in armentis ſuis vadent ad quærendum Dominum, & non invenient eum.

y Doctrina prudentium facilis,] ideſt, prudentes faciliter docent, & docentur, quia omnes obices difficultatis amoverunt a corde, & ore ſuo. Student enim cordis munditie, propter quam datur eis intelligentia veritatis. *Iſa.* 54. Ponam univerſos filios tuos doctos a Domino.

a Vade contra virum ſtultum, & † b neſcit c, labia prudentiæ Sapientia.

d Callidi eſt intelligere viam ſuam, & e imprudentia ſtultorum errans. Stultus f illudit peccatum, † g inter juſtos morabitur gratia. h Cor, quod novit amaritudinem animæ ſuæ, i in gaudio ejus k non miſcebitur extraneus. l Domus impiorum m delebitur, n tabernacula juſtorum o germinabunt. Eſt p via, quæ videtur homini juſta, q noviſſima autem ejus deducunt ad mortem. r Riſus ſ dolore miſcebitur.

a Vade contra virum ſtultum,] corripiendo, vel arguendo ejus ſtultitiam. b Et neſciet, ideſt, neſcius remanebit, *infr.* 27. Si contuderis ſtultum in pila, quaſi ptiſanas feriente deſuper pilo, non auferetur ab eo ſtultitia ejus. Quare hoc? Quia animalis homo non percipit ea, quæ Dei ſunt

B 1. *Cor.* 2. c Labia prudentiæ,] ideſt, eloquia pru-

al. † neſcit. dentum, ſunt, [Sapientia,] quia ſola Sapientia eis dulcis eſt, vel quia de ſola Sapientia loquuntur. Vel,] labia prudentiæ, [ſunt,] Sapientia,] ideſt, doctrina prudentum eſt ſapida.

al. † &. d Callidi eſt intelligere viam ſuam,] ideſt, Sapientis eſt ſcrutari opera ſua. Unde *Thren.* 3. Scrutemur vias noſtras, & quæramus, & revertamur ad Dominum. Debet autem unuſquiſque intelligere viam ſuam, unde venit, per quam vadit, & quo vadit, ideſt, principium, medium, & finem.

Vita cujuſlibet, eſt via ejus, cujus principium immundum, medium perverſum, ultimum periculoſum. Unde *Bernard.* Attende, homo, unde venis & erubeſce; ubi es, & ingemiſce: quo vadis, & contremiſce: Hoc debet quilibet conſiderare. Unde Angelus quæſivit ab Agar: Unde venis, & quo vadis? *Gen.* 16. Et David ſimiliter a puero Ægyptio, 1. *Reg.* 30. e Et imprudentia ſtultorum errans,] ideſt, improvidentia de futuris facit ſtultos errare, ideſt, ſtulti errant, quia non provident futura. Ideo dicitur *Eccli.* 7. In omnibus operibus tuis memorare noviſſima tua, & in æternum non peccabis.

f Stultus illudit peccatum,] ideſt, ludit in peccato, vel ludendo peccat. Unde *ſup.* 10. Stultus quaſi per riſum operatus ſcelus.

Vel, [Stultus illudit peccatum,] ideſt, peccatum putat riſum. Unde *inf.* 15. Stultitia gaudium eſt ſtulto. Et *Exod.* 32. Sedit populus manducare, & bibere & ſurrexerunt ludere.

Item *Gen.* 21. legitur, quod Hiſmael luſit cum Iſaac, ideſt, ad idololatriam provocabat. Unde illum ludum vocat Apoſtolus perſecutionem. *Galat.* 4. Vel, [Stultus illudit peccatum,] ideſt alludit peccato, quia exteriori delectationi congaudet, pœnam interiorem deteſtans.

Vel, [Stultus,] mundo, [illudit peccatum,] dum ſapienter declinat ab illo.

g Inter juſtos morabitur gratia,] quia ibi pax, & quies, & adjutorium Dei eſt. Ibi etiam non eſt otioſa. Unde 1. *Cor* 15. Gratia Dei ſum id, quod ſum, & gratia ejus in me vacua non fuit. Deteſtatur enim otioſum ipſa gratia, & ideo inter juſtos commoratur, quia cooperantur ei. Inter injuſtos autem non vult eſſe, quia ibi eſſet otioſa, & in opprobrio. Unde *Seneca*: Nil tam fugiendum, quam diſſimilium ſocietas.

h Cor, quod novit amaritudinem animæ ſuæ, ideſt, culpam ſuam, quæ eſt amaritudo animæ, licet dulcedo ſit carnis, Novit, inquam, ad dolendum, & confitendum, & ſatisfaciendum, ſicut ille, qui dicebat: Recogitabo tibi omnes annos meos in amaritudine animæ meæ. *Iſa.* 38. i In gaudio ejus,] quod habebit in futuro, peracta pœnitentia.

k Non miſcebitur extraneus,] ideſt, alienus a pœnitentia, quia per multas tribulationes oportet nos intrare in regnum cœlorum. *Act.* 14. Vel ſic. h Cor quod novit amaritudinem animæ ſuæ,] ideſt, quanta pœnæ amaritudo debeatur animæ ſuæ pro peccato i In gaudio ejus] quod ſequitur hanc cognitionem. k Non miſcebitur extraneus,] ab hujuſmodi cognitione. Unde latro dexter, qui novit amaritudinem ſuam, dixit: Et nos quidem juſte, nam digna factis recipimus, in gaudio fuit, a quo ſeclutus fuit latro ſiniſter, qui noluit cognoſcere amaritudinem ſuam, *Luc.* 23. *Gloſs.* ſic exponit. h Cor] juſti, [quod novit amaritudinem animæ ſuæ,] de dilatione futuræ gloriæ, vel incolatu præſentis miſeriæ. i In gaudio ejus,] æterno, quod expectat. k Non miſcebitur extraneus,] ideſt, reprobus, qui propria ſponte cæcatus non videt, quod in præſenti patitur, & quod in futuro ſit paſſurus, non prævidet. Vel ſic & melius. h Cor, quod novit amaritudinem animæ ſuæ,] ideſt, animalitatis ſuæ, quæ eſt præſens tribulatio, quam bona, quam fructuoſa, quam pretioſa ſit. i In gaudio ejus,] tribulationis, ideſt, habito de ea. k Non miſcebitur,] ideſt, non communicabit, extraneus] ideſt, expers tribulationis; hujuſmodi enim gaudium non eſt quorumlibet, ſed Electorum. Non eſt hoc gaudium ferculum generale, ſed pictantia ſpecialium amicorum. Unde hoc cibo non guſtat ruſticus, ut vulgo dicitur. Hanc pictantiam fecerat Dominus Apoſtolis. *Act.* 5. ubi dicitur: Ibant Apoſtoli gaudentes, &c. Sed ſi de tribulatione eſt amicis tantum gaudium, quantum putas erit gaudium de triumpho? Unde *Eccli.* 10, Qui gloriatur in paupertate, quanto magis in ſubſtantia? Tria ergo ſunt de amaritudine iſta noſcen- *Infr.* 16.

da. Primum eſt virtus ejus, & efficacia, qua ſe habet ad ardorem concupiſcentiarum, ſicut aqua ad ignem. *Eccli.* 11. Malitia unius horæ oblivionem facit luxuriæ maximæ. Secundum eſt valor, & pretium ejus; quia ipſi comparatur regnum cœlorum. *Matth.* 5. Beati, qui perſecutionem patiuntur, &c. Tertium eſt bonitas ipſius in ſe. Aliter enim non daretur ab amantiſſimo, & ſapientiſſimo Patre chariſſimis filiis, niſi eſſet in ſe bona. *Apocal.* 3. Ego quos amo, arguo, & caſtigo. Sequitur. Et: l Domus impiorum,] ideſt, præſens habitatio, quam putant æternam.

m Delebitur.] 1. *Cor.* 7. Præterit figura hujus mundi.

n Tabernacula juſtorum,] ideſt, præſens converſatio, in qua ſunt incolæ & peregrini. o Germinabunt,] ideſt, proficient in merito, quod modo latet, ſed in futuro apparebit fructus ex germine, ideſt, præmium ex merito. Et nota, quod dicit, [domus impiorum,] & [tabernacula juſtorum.] Domus enim ſunt civium, tabernacula peregrinorum & militantium. In quo dat intelligere Salomon, quod qui habent hic manſionem ſuam, impii ſunt. Qui autem futuram inquirunt, ſicut peregrini juſti ſunt. Unde *Heb.* 13. Non habemus hic manentem civitatem, ſed futuram inquirimus.

p Eſt via, quæ videtur, &c.] cum ſit injuſta, ideſt, mala, quia aut non recto oculo cordis, aut nimis a longe, aut ſuperficialiter tantum eam intuetur.

q Noviſſima, &c. ad mortem] æternam. Hæc eſt via hujus mundi. Via Cain, via Chore, via Balaam, ideſt, invidorum, ambitioſorum, cupidorum. De qua Judas in canonica ſua: Væ illis, qui in via Cain abierunt, & errore Balaam mercede effuſi ſunt, & in contradictione Chore perierunt. Exponitur etiam hoc de Prælatis nimis rigidis, quibus via duræ increpationis videtur juſta, quia non officium ſuum attendunt, ſed tantum meritum illius, qui peccavit, neſcientes quoniam miſericordia ſuperexaltat judicium, & quia judicium ſine miſericordia fiet illi, qui non fecerit miſericordiam. *Jacob.* 2. Dicit enim *Auguſt.* quod in pœnis accipiendis totum jus proſequi ſumma injuſtitia eſt. Ideo dicitur *Eccli.* 7. Noli eſſe multum juſtus, neque plus ſapias, quam neceſſe eſt, ne obſtupeſcas, ne impie agas multum. Et *Auguſt.* dicit bonum verbum: Nemo eſt ita præpoſitus aliis, ut ſit meritorum retributor, ſed ſalutis adjutor. Vox carnificum eſt, ſic meruit, ſic puniatur; ſed vox Chriſtianorum eſt, ſic dolet, ſic curetur; ſic cecidit, ſic relevetur. Super hoc conqueritur Dominus, *Iſa.* 57. Juſtus perit, & non eſt qui recogitet in corde ſuo, & viri miſericordiæ colliguntur, quia non eſt, quia intelligat. r Riſus dolore, &c.] generaliter, quoniam neque ſpiritualis riſus abſque exteriori afflictione habetur, vel acquiritur; neque corporalis riſus, qui ſpirituali dolore pungentis conſcientiæ, & angore deſiderii, & labore acquiſitionis totus reſpergitur. Quod Dominus diſpenſatorie facit, qui riſus temporalis eſt vinum vehementer inebrians, & ideo aqua tribulationis muſtum temperatur a Domino medicante. Nam ſi purum biberetur, faceret homines inſanire. Adhuc etiam multi inſaniunt. *Iſai.* 28. Væ coronæ ſuperbiæ, ebriis Ephraim. *Hier.* 51. Calix aureus Babylon in manu Domini inebrians omnem terram, de vino ejus biberunt gentes, & inde commotæ ſunt. Vel ſic. r Riſus,] ideſt, gaudium temporale. ſ Dolore miſcebitur,] ideſt, in dolorem vertetur. *Luc.* 6. Væ vobis, qui nunc ridetis, quia lugebitis, & flebitis. E converſo dicitur de bonis. *Joan.* 16. dico vobis, quia plorabitis, & flebitis vos; mundus autem

gaudebit,

Digitized by Google

gaudebit, vos autem contriſtabimini, ſed triſtitia veſtra vertetur in gaudium. Quod ſignificatum fuit *Joan.* 2. ubi aqua verſa eſt in vinum. *a* Et extrema gaudii] mundani. *b* Luctus,] pœnitentiæ, vel gehennæ, occupat. Quod Dominus figurative oſtendit in ſe, qui veniens in Jeruſalem laudari, & honorari voluit, & poſtea pati.

31. 9. 4. &c. *innocent.* Unde eodem die ubique in Eccleſia fit feſtiva proceſſio, & poſtea legitur paſſio.

In proceſſione legitur Evangelium breve de laude & honore ejus, & poſtea paſſio prolixior, quia breve eſt gaudium hujus mundi, ſed æterna eſt pœna gaudentium in hoc mundo. *c* Viis ſuis,] ideſt, operibus ſuis, quæ revera non ſunt viæ, ſed invium. *d* Replebitur ſtultus,] in futuro. Et ſignanter dicit, replebitur, quia peccata, quæ ſunt viæ ſtultorum, habent duo, ſcilicet, voluptatem, & pœnalitatem. Unam partem bibunt hic ſtulti, ſcilicet, voluptatem, unde ſemipleni ſunt. In futuro bibent aliam partem, ſcilicet, pœnalitatem, & tunc erunt pleni, unde *ſup.* 12. dicitur: Peccatores replebuntur malo. In hoc autem eſt ſtultitia, quia pervertitur ordo juſtitiæ, quia primo debet bibi calix pœnalitatis, & poſtea calix voluptatis. Et ita faciunt Sapientes. Et hoc ordine porrigit Dominus calicem ſuum amicis ſuis. Calix enim in manu

Pſal. 74. Domini vini meri plenus miſto. Mundus vero, & Diabolus e converſo dant. Ideo dicitur *Abacbuc.* 2. Væ qui dat potum amico ſuo mittens fel ſuum, & inebrians, ut aſpiciat nuditatem ejus. *e* Et ſuper eum erit vir bonus,] in judicio, quaſi judex. *Matt.* 19. Amen dico vobis, quod vos, qui reliquiſtis omnia, & ſecuti eſtis me, &c. Tri-

Tripliciter boni ſunt ſuper malos. pliciter autem bonus eſt ſuper malo. Primo converſatione, quia malorum converſatio eſt in terra, bonorum autem converſatio in cœlis eſt. *Phil.* 3. Secundo dignitate, quia ſtultus Sapienti, & malus bono ſervit, *ſupra* 11. Stultus ſerviet Sapienti, *infra* 17. Servus ſapiens dominabitur ſtultis filiis.

Tertio poteſtate in judicio, ut dicitur *Malach.* 4. Calcabitis impios, cum fuerint cinis ſub planta pedum veſtrorum in die, qua ego facio, dicit Dominus exercituum. *f* Innocens,] ideſt, inexpertus, & ignarus malitiæ, tam ſuæ, quam alienæ *g* Credit omni verbo,] tam bono, quam malo, & ſicut parvulus circumfertur omni vento doctrinæ, ut legitur *Epheſ.* 4. Quod vitium eſt. Sunt enim duo vitia quaſi contraria, ſcilicet, nimia levitas ad credendum, & nimia tarditas ad credendum. Inter quæ medius eſt habitus qui eſt virtus, & dicitur aſtutia, nec omni, nec nulli credens. *Seneca*: Et omnibus, & nulli credere vitium eſt. *Eccli.* 19. Qui cito credit, levis eſt corde, & minorabitur, Item 1. *Joan.* 4. Chariſſimi, nolite credere omni ſpiritui, ſed probare Spiritus, ſi ex Deo ſint. *h* Aſtutus conſiderat greſſus ſuos,] ideſt, prævidet ubi ponat, & figat pedes ſuorum affectuum, & intentionum. *i* Sapiens timet,] pœnas, & ſeparationem, & offenſam patris *k* Et declinat a malo,] ideſt, a peccato. Per timorem enim Domini declinat homo a malo, ut dicitur *infra* 15. Vel ſic. Sapiens, qui habet oculos in capite, ut dicitur *Eccle.* 1. Timet pericula viæ, quia videt totum mundum plenum laqueis, & gladiis, & puteis bituminis, ideſt, viſcatæ voluptatis. Unde *Eccli.* 7. Qui timet Deum, nihil negligit. *l* Stultus tranſilit,] de peccato in peccatum velut equus exoculatus, qui nihil timet, quia nihil videt. Unde vulgo dicitur.

Nullum animal audacius equo cæco. *m* Et confidit,] de impunitate. *n* Impatiens,] ideſt, impetuoſus, qui ſtatim effundit iram ſuam. *o* Operabitur ſtultitiam,] aperte iram ſuam oſtendendo. *p* Et vir verſutus,] ideſt, ſimulator, hypocrita, qui iram diſſimulat, & non ex furore, ſed conſulte, & ſtudioſe vindictam quærit. *q* Odioſus eſt,] ideſt, plenus odio Dei, & hominum. Unde *Job* 36. Simulatores, & callidi provocant iram Dei, *ſup.* 11. Simulator ore decipit amicum ſuum. *Hier.* Comparatione duorum malorum, melius eſt aperte peccare, quam ſanctitatem ſimulare. Et *Gloſſa*: Reprehenſibilis eſt impatiens, ſed multo pejor, & odioſior eſt verſutus. Ille enim palam oſtendit ſtultitiam ſuam, iſte cum ſit corde perverſus, ſimplicitatem ſimulat, & humano

a & extrema gaudii *b* luctus occupat. *c* Viis ſuis *d* replebitur ſtultus. & *e* ſuper eum erit vir bonus. *f* Innocens *g* credit omni verbo: *h* aſtutus conſiderat greſſus ſuos. *i* Sapiens timet, & *k* declinat a malo: *l* ſtultus tranſilit, & *m* confidit. *n* Impatiens *o* operabitur ſtultitiam, & vir † *p* verſutus *q* odioſus eſt. *r* Poſſidebunt *ſ* parvuli ſtultitiam, & *t* expectabunt aſtuti *u* ſcientiam. *x* Jacebunt mali *y* ante bonos, *z* & impii ante *a* portas juſtorum. *b* Etiam proximo ſuo *c* pauper *d* odioſus erit, *e* amici vero divitum *f* multi. *g* Qui deſpicit proximum ſuum, *h* peccat,

al. † verboſus.

judicio ſanctus, divino inter reprobos æſtimatur. *r* Poſſidebunt] quaſi hæreditatem cum proprietate, & uſufructu ejus. *ſ* Parvuli] ſenſu, ſtultitiam, qua præſentia bona judicant meliora futuris, quæ eſt ſapientia mundi, nolentes eam commutare in ſapientiam Dei, quæ eſt ſtultitia mundi. Juxta conſilium Apoſtoli 1. *Cor.* 3. Si quis ſapiens videtur eſſe in ſæculo, ſtultus fiat, ut ſit ſapiens. Sapientes autem hujus mundi ideo parvuli appellantur a ſanctis, quoniam quaſi pueri abecedarii, & elementarii in libro univerſi pulchritudinem creaturarum, quæ ſunt litteræ hujus libri mirantur, & intellectum, & ſcientiam earum, quæ eſt Dei potentia, & ſapientia, & bonitas, omnino non capiunt. Vel *ſ* Parvuli,] ideſt, Judæi ſub pedagogo legis conſtituti, ut dicitur *Galat.* 3. *r* Poſſidebunt ſtultitiam] litteralis intelligentiæ, ei inſeparabiliter adhærentes. *t* Expectabunt aſtuti,] ideſt, ſapientes, non contenti puerilibus. *u* Scientiam,] vel ſapientiam alia littera, quæ utraque datur a Deo, *Jacob.* 1. Omne datum optimum, &c. Et dicitur hoc contra illos, qui præcipitare volunt tempus doctrinæ, cum ſcientia veniat quodam ordine, & quibuſdam gradibus: Indiget enim experimento, & tempore, ut dicit *Philoſophus*: Quod bene norunt aſtuti, & ideo expectant: Parvuli puſillanimitate diffidentes, vel tædio affecti, reſiliunt, & non ſuſtinent expectare. *x* Jacebunt mali] quoad mores, ſurgere non valentes. C

y Ante bonos,] ideſt, in conſpectu bonorum, quos hic deprimebant.

z Et impii] in fide.

a Ante portas juſtorum,] ideſt, ante ſenſus, ſive ante viſionem juſtorum. Videbunt enim juſti malos jacentes in tormentis, ut gratiores ſint Deo redemptori ſuo. Unde *Iſa ult.* Egredientur, & videbunt cadavera virorum, qui prævaricati ſunt in me: vermis eorum non morietur, & ignis eorum non extinguetur, & erunt uſque ad ſatietatem viſionis omni carni. Quod autem ait: Egredientur, non pedibus, ſed oculorum intuitu, intelligitur, quem cum volunt, foras emittunt ad videndum eorum ſupplicia. Unde *Beda*, quod ait: Ante bonos, vel ante portas, non ad loci vicinitatem pertinet, ſed ad viſionem, qua tormenta malorum aſpiciunt.

b Etiam proximo ſuo pauper odioſus erit.] Ad litteram, ut Job, & Tobias uxoribus ſuis fuerunt non ſolum oneroſi, ſed etiam multis aliis inimicis ſuis. Et hoc ideo eſt, quia ſicut canes circumdationem carnium amant in oſſibus, ſic mundus circumdationem divitiarum in amicis. Mundum voco amicos fortunæ, de quibus *Seneca*: Mel muſcæ, cadavera lupi, frumenta formicæ ſequuntur, prædam ſequitur turba iſta, non hominem. *Eccli.* 6. Eſt amicus ſocius menſæ, & non permanet in die neceſſitatis.

Vel Myſtice. *c* Pauper] divitiis ſpiritualibus virtutum, & operum.

d Odioſus erit proximo,] ideſt, Chriſto, qui proximum ſe probat, *Luc.* 10. In parabola ſauciati.

Odioſus autem dico non affectu, quia odium non cadit in Deum, ſed effectu. Dicet enim quaſi iratus: Ite maledicti in ignem æternum, &c. *Matth.* 25. Et illud: Ligatis manibus, & pedibus ejus, projicite eum in tenebras exteriores, *Matth.* 22.

e Amici vero divitum] hujus mundi.

f Multi] dum divites ſunt. Si autem pauperes fiant, pauci aut nulli, *infra* 19. Divitiæ addunt amicos plurimos, a paupere autem, & hi quos habuit, ſeparantur. Vel

e Amici divitum] virtutibus.

f Multi] omnes videlicet Sancti, & Angeli.

g Qui deſpicit proximum ſuum] natura, ſanguine, affectu, profeſſione, deſerendo eum in neceſſitate, vel aſperando.

h Peccat] contra juſtitiæ rectitudinem, quæ jubet hoc facere aliis quod ſibi vellet quilibet fieri. Unde *Matth.* 7. Quæcumque vultis, ut faciant vobis homines, & vos facite illis. Item peccat contra innocentiæ regulam, quæ nec miſerum facit, nec miſerum relinquit, ut dicit *Auguſtinus*. Item peccat contra charitatem, quam exclu-

Digitized by Google

dit a ſe. Unde 1. *Joan.* 3. Qui viderit fratrem ſuum neceſſe habere, &c. *a* Qui autem miſeretur] affectu vel effectu. *b* Pauperi] ſimpliciter, ideſt, cuilibet indigenti, non cuidam tantum. *c* Beatus erit.] Unde *Matt.* 5. Beati miſericordes, quoniam ipſi miſericordiam conſequentur, *infr.* 19. Fœneratur Domino, qui miſeretur pauperis, viciſſitudinem ſuam reddet ei. *d* Qui credit in Domino] fide vera, & viva. *e* Miſericordiam diligit,] & ſibi fieri a Deo, dum fide illuminante, pro malis præteritis judicium ſibi imminere cognoſcit, & alii facere, dum per hoc ſe veniam conſecuturum ſperat.
f Errant,] a fide operante per dilectionem.

a qui autem miſeretur *b* pauperi, *c* beatus erit. *d* Qui credit in Domino, *e* miſericordiam diligit, *f* errant *g* qui operantur malum. *h* Miſericordiæ, & *i* veritas *k* præparant bona. In *l* omni opere bono erit abundantia; ubi *m* autem verba ſunt plurima, ibi frequenter egeſtas. *n* Corona ſapientium divitiæ eorum, *o* fatuitas ſtultorum

g Qui operantur malum,] ideſt, peccatum contra miſericordiam. *h* Miſericordia, & veritas præparant bona] æterna. Miſericordia enim erigit ſpem, veritas incutit timorem. Quæ ſunt duæ molæ, inter quas molitur homo, ut fiat panis dignus menſæ Domini, de quibus habetur *Deut.* 24. Vel. *h* Miſericordia] hominis, qua miſeretur pauperis. *i* Et veritas] qua ſe judicat. k Præparant bona,] gratiæ in præſenti, & gloriæ in futuro. Vel *h* Miſericordia,] qua Deus largitur gratiam. *i* Et veritas,] qua punit. k Preparant bona,] ideſt, bonum locum in gloria. Vel. *h* Miſericordia] quæ promittit. *l* Et veritas,] quæ implet promiſſum. Vel, *h* Miſericordia] qua Deus vocat nos, & adoptat in filios. *i* Et veritas,] qua pactum baptiſmale ei ſervamus.
k Præparant,] ideſt, in vita iſta parant bona, in futura vita habenda. *l* In omni opere bono erit abundantia,] gratuitorum, & æternorum bonorum, quaſi dicat, bona opera faciunt operantes abundare. Et hoc merito, quia opera bona fructus ſunt, & fruges, de quibus eſt omnis abundantia bonitatis, quæ opus inchoat, & implet, & conſummat. Sicut enim bonus fructus oritur ex abundantia pinguedinis terræ, ita bonum opus ex abundantia pinguedinis gratiæ. *m* Ubi autem ſunt verba plurima] ſine opere, ibi frequentes egreſſus veri boni, quia in multiloquio non deerit peccatum. *Supra* 10. Sicut ficus folioſa ſine fructu cui maledixit Dominus. *Matth.* 21. & *Marc.* 11. *n* Corona ſapientum divitiæ eorum,] ideſt, divitiæ ſapientium diſtributæ pauperibus ſunt coronæ, ideſt, cauſa coronæ eorum, qua coronabuntur in gloria. Vel, corona ſapientium divitiæ eorum, ideſt, ſapientes non quærunt alias divitias, quam coronam factam ex auro ſapientiæ & argento eloquentiæ & lapidibus pretioſis, ſive gemmis virtutum, qua ſoli Reges coronantur, qui ſcilicet, regnant ſuper membra ſua, & vires, & motus, & paſſiones. *o* Fatuitas ſtultorum] eſt imprudentia, ideſt, improvidentia, quaſi dicat, ideo ſunt fatui, quia ſibi non provident de futuris, & de præſentibus commodis gaudent. *p* Liberat animas teſtis fidelis,] ideſt, Chriſtus Dominus, qui teſtimonium reddit ſub Pontio Pilato, bonam confeſſionem, ſicut legitur 1. *Timoth.* 6. Hic liberat animas de carcere peccatorum, & de manibus Diaboli. *Joan.* 8 Si filius vos liberavit, vere liberi eritis, Vel, teſtis fidelis, eſt bonus Doctor, & verus Prædicator, in quorum perſonam, vel dicta nihil habet objicere adverſarius. Quibus dicitur *Iſa.* 44. Vere vos teſtes mei, dicit Dominus. Et *Act.* 1. Eritis mihi teſtes in Jeruſalem, & in omni Judæa, & Samaria, & uſque ad ultimum terræ. *q* Et profert mendacia] de malo theſauro cordis. *r* Verſipellis,] ideſt, Diabolus, qui pellem ſuam vertit, ne agnoſcatur, transfigurans ſe in Angelum lucis, 2. *Cor.* 11. ideſt, mala quæ ſuggerit, bona eſſe mentitur, & dum bona promittit, ad æterna tormenta perducit. Vel verſipellis dicitur hæreticus, & hypocrita, & generaliter quilibet deceptor, qui cor lupinum vertunt ſub pelle ovina. *Matt.* 8. Attendite a falſis Prophetis, qui veniunt ad vos in veſtimentis ovium, intrinſecus autem ſunt lupi rapaces.

Vel, verſipellis eſt Prædicator quæſtuarius, qui pellem ſacræ Scripturæ vertit ad lucrum temporale, & talis ſæpe profert mendacia.

Alia tranſlatio habet: Incendit autem mendacio doloſus animas deceptorum. Et dicit *Interlin.* Antigraphus, quaſi dicat, hic ſunt diverſæ tranſlationes, diverſos ſenſus habentes. Antigraphus enim quædam figura eſt ſimilis *y* Græco, habens punctum deſuper, & ponitur ubi ſunt diverſæ tranſlationes, diverſos ſenſus habentes, ſicut hic. Et eſt una de 15. figuris, quibus Sancti per totam Bibliam utuntur,

imprudentia. *p* Liberat animas teſtis fidelis, & *q* profert mendacia *r* verſipellis. In *ſ* timore Domini *t* fiducia fortitudinis, *u* & filiis ejus erit ſpes. *x* Timor Domini *y* fons vitæ, ut *z* declinet a *a* ruina mortis. In *b* multitudine populi *c* dignitas *d* Regis, & in *e* paucitate plebis *f* ignominia Principis. *g* Qui patiens eſt, multa gubernatur

propter quarum ignorantiam multæ gloſæ ignorantur. Hæc autem ſunt nomina figurarum, aſteriſcus, obelus, obelus ad punctum, limniſcus inter punctos, antigraphus cum puncto, parigraphus, poſitura griphia, antiſigma ſine puncto, antiſigma cum puncto, ancora ſuperior, ancora inferior, ceraunium, &c. *ſ* In timore Domini,] qui eſt B 1.q 4. c. Eccleſia. §. his ita.

initium ſapientiæ, ut dicit *Interlin.* *t* Fiducia fortitudinis,] quia tantum fortius mundum deſpicit quis, quanto plus Deum timet. Et recte conjunxit Salomon timorem, & fortitudinem. In timore enim eſt humilitas contra præſumptionem; in fortitudine magnanimitas contra puſillanimitatem, ne humilitas ſine fortitudine ſit puſillanimis, & fortitudo ſine humilitate præſumptuoſa. *Eccleſ.* 1.
u Et filiis ejus,] ſcilicet timoris, erit ſpes. Qui enim prudenter timent Deum, conſequenter ſperant in eo. Timor enim peccatum expellit. *Eccli.* 1. Quo expulſo, ſtatim anima exonerata erigitur ad Deum, ſperans ab eo liberari a pœna, quam meruerat per peccatum. Unde *Pſ.* 113. Qui timent Dominum ſperaverunt in Domino, &c. Filii timoris dicuntur, qui divino timore reguntur, ſicut filii virtutis, & reſurrectionis dicuntur, qui virtutibus ſtudent, & ad gaudia reſurrectionis pertinent, quibus erit ſpes, juxta illud *Pſalm.* 113. Qui timent Dominum, ſperaverunt in Domino.
x Timor Domini,] ideſt, quo timetur Dominus.
y Fons vitæ,] ſcilicet ſpiritualis, ideſt, initium, non ut ex eo fluat vita ſpiritualis, ſicut ex fonte rivulus, ſed hoc modo.
z Ut declinet,] ideſt, declinare faciat.
a A ruina mortis,] ideſt, a caſu mortalis peccati.
b In multitudine populi dignitas Regis,] ideſt, gloria, ad litteram, ut patet in Salomone, 3. *Reg.* 10. quando venit ad eum Regina Saba.

Myſtice. *b* In multitudine populi,] Deo fideliter ſervientis. Myſtice.
c Dignitas,] ideſt, honor ſive gloria.
d Regis,] ideſt, Chriſti regentis Eccleſiam. Vel, Regis, ideſt, Prælati, ſe & ſubditos bene regentis. Sed contra hoc videtur eſſe illud, *Iſa.* 9. Multiplicaſti gentem, & non magnificaſti lætitiam.

Solutio: Illud exponitur ſecundum unam de ſeptem regulis Ticonii ſic. Multiplicaſti gentem in fide Chriſti, non magnificaſti lætitia Judæorum.
e Et in paucitate plebis] ad Deum feſtinantis.
f Ignominia Principis,] ideſt, Diaboli, vel hæretici, non quod paucos habeat Diabolus, ſed quia jus, & poſſeſſio ejus minuitur in converſione infidelium, quaſi dicat Salomon, in incremento populi fidelium, Chriſti gloria creſcit, vel boni Prælati, in minoratione infidelium creſcit ignominia Diaboli, vel hæretici.
g Qui patiens eſt multa gubernatur ſapientia,] ut patet in David & Semei, 2. *Reg.* 16. Sapientia enim duo habet, lumen cognitionis, quo illuminat intellectum, & ſaporem ſuavitatis, quo reficit affectum. Patientia omnia ſapiunt ſuaviter, etiam ipſa amaritudo perſecutionis, & tribulationis.

Unde *Deut.* 33. Inundationes maris quaſi lac ſugent. Item patienti ipſæ tenebræ perſecutionis, & tribulationis præſtant lumen. *Iſa.* 28. Sola vexatio tantummodo dabit intellectum auditui. *Pſal.* 138. Et nox ſicut dies illuminabitur, ſicut tenebræ ejus, ita & lumen ejus. Totam igitur ſapientiam habet patiens, quia lumen cognitionis, & ſaporem ſuavitatis in omnibus habet. Et ideo verum eſt, quod patiens multa gubernatur ſapientia, ideſt, tota ſapientia.

Et ideo ubique commodum, & lucrum facit. Unde Dominus invitans diſcipulos ad lucrum iſtud, dicit *Luc.* 21. In patientia veſtra poſſidebitis animas veſtras, *infr.* 16.

Melior

Melior eſt patiens viro forti, & qui dominatur animo ſuo, ideſt, animoſitati ſuæ, expugnatore urbium. *a* Qui autem impatiens eſt, exaltat ſtultitiam ſuam,] ideſt, in evidenti ponit ad omnia reſpondendo. Unde *ſup.* 3. Qui fatuus eſt, aperit ſtultitiam ſuam. Et *inf.* 16. Os fatuorum ebullit ſtultitiam in omni loco.

† Sapientia, *a* qui autem impatiens eſt, exaltat ſtultitiam ſuam. *b* Vita carnium *c* ſanitas cordis, *d* putredo oſſium invidia. *e* Qui calumniatur *f* egentem, *g* exprobrat factori ejus, *h* honorat autem eum, *i* qui miſeretur † k pauperis. In *l* malitia ſua † *m* expellitur impius, *n* ſperat autem juſtus in *o* morte ſua. In *p* corde prudentis *q* requieſcit Sapientia, *r* & indoctos † quoſque erudiet. *ſ* Juſtitia *t* elevat † egentem, *u* miſeros facit populos peccatum. *x* Acceptus eſt Regi *y* miniſter intelligens, *z* iracundiam ejus *a* inutilis ſuſtinebit.

al. † prudentia.

b Vita carnium,] ideſt, infirmitatis exterioris eſt. *c* Sanitas cordis,] ideſt, puritas conſcientiæ, & intentionis: quaſi dicat, puritas conſcientiæ, & rectitudo intentionis roborat, & vivificat infirmitatem hominis. Unde *Eccli.* 30. Jucunditas cordis, hæc eſt vita hominis. Cum enim cor ſanum eſt: omnia membra ſpiritualia moventur ad nutum ejus. Vel ſic: *b* Vita carnium, ideſt, laicorum, vel ſæcularium eſt. *c* Sanitas cordis,] ideſt, Clericorum, vel Clauſtralium, quia ab ipſis debet procedere ſpiritus vitæ in illos. Sed non eſt ſic, imo ſpiritus mortis procedit ex eis. *Matt.* 15. De corde exeunt cogitationes malæ, homicidia, adulteria, fornicationes, furta, falſa teſtimonia, blaſphemiæ. Totum enim corruptum eſt cor Eccleſiæ, & infectum, & ideo totum corpus infirmatur, *Iſa.* 1. Omne caput languidum, & omne cor mœrens, a planta pedis, uſque ad verticem, non eſt in eo ſanitas.

al. † pauperi.

al. † expelletur.

d Putredo oſſium,] ideſt, bonorum operum, eſt invidia, quia quantumcumque videatur fortia opera noſtra, per invidiam putreſcunt ante oculos Dei. Invidia enim totum hominem interiorem putreſcere, & tabeſcere facit, ſicut febris hectica.

Unde *Gregorius de invidia* dicit: In corde rabies, in vultum acies, in ore ſtridor dentium, ibi ſerpens antiquus omnia ſua concutit.

Vel ſic. Putredo oſſium invidia, ideſt, Doctorum, Prædicatorum, Clauſtralium, qui omnes debent eſſe oſſa Eccleſiæ, ideſt, ſicci caſtitate, concavi humilitate, medullati charitate, fortes patientia, albi ſanctimonia, macri abſtinentia.

De hujuſmodi oſſibus dicitur *Ezech.* 37. Oſſa arida, audite verbum Domini. Hæc dicit Dominus Deus oſſibus his: ecce ego immittam in vos ſpiritum, & vivetis, & dabo ſuper vos nervos, & ſuccreſcere faciam ſuper carnes, & ſuperextendam in vobis cutem, & dabo vobis ſpiritum, & vivetis.

e Qui calumniatur,] falſo criminando, vel duriter increpando, vel jactanter deridendo.

f Egentem,] ſcientia, vel virtute, vel divitiis.

g Exprobrat factori ejus,] ideſt, Deo, qui talem eum fecit.

Poterat enim eum feciſſe ſapientiorem, vel ditiorem te, ſi voluiſſet. *Luc.* 10. Qui vos ſpernit me ſpernit.

h Honorat autem eum,] ideſt, factorem ſuum.

i Qui miſeretur,] affectu, vel effectu.

k Pauperis,] materialis, vel ſpiritualis, quia reputat ſibi impenſum, quod pauperi propter ipſum impenditur. *Matt.* 25 Amen dico vobis quamdiu feciſtis uni ex fratribus his minimis, mihi feciſtis, *inf.* 19. Fœneratur Domino, qui miſeretur pauperis.

l In malitia ſua,] ideſt, pro malitia ſua, & cum malitia ſua.

m Expellitur impius,] a ſpe boni, vel a regno Dei, vel de Eccleſia, quaſi putridum membrum, vel de mundo, vel de corpore. Et eſt argumentum, quod mali deferunt ſecum malam voluntatem in infernum. Unde *Ezech.* 32. Deſcenderunt in infernum cum armis ſuis. Et *Eccli.* 27. Conteretur cum delinquente delictum.

n Sperat autem juſtus, qui ſcilicet reddit Deo, & ſibi, & proximo ſuo. *o* In morte ſua,] ad litteram, quia tunc moriuntur omnes adverſarii ejus, & ipſe liberatur de carcere captivitatis, & applicat ad portum ſalutis, & inveniet theſaurum, quem tota vita ſua quærere non ceſſavit, ſcilicet, Chriſtum. *Phil.* 1. Mihi vivere Chriſtus eſt, & mori lucrum. *Pſalm.* 215. Pretioſa in conſpectu Domini mors Sanctorum ejus. *Eccli.* 41. Noli metuere judicium mortis. *Ibidem*. O mors, bonum eſt judicium tuum homini indigenti! Vel ſic: Juſtus ſperat in morte ſua, qua moritur peccato; quia tunc fugit ad Dei miſericordiam, quando peccato moritur. Unde *Job* 13. Si occiderit me, ſperabo in eum. Nullus enim quantumcumque peccator deſperare debet, quia ſi moriatur peccato, ſpe ſalvus erit. Quacumque enim hora peccator ingemuerit, &c. *Ezech.* 18. Noſtra tranſlatio habet: Dum averterit ſe impius ab impietate ſua, quam operatus eſt, & fecerit judicium, & juſtitiam: ipſe animam ſuam vivificabit: *p* In corde prudentis,] ideſt, prævidentis diem mortis ſuæ. *q* Requieſcit Sapientia,] quia ibi eſt ſine litigio ſollicitudinis temporalis. Unde *Eccli.* 38. Sapientiam ſcribe tempore vacuitatis, & qui minoratur actu, Sapientiam percipiet, quia Sapientia replebitur. In corde imprudentis, & peccatoris, ibi nec eſt, nec requieſcit Sapientia, quia non invenit foramen, per quod intret. Unde *Sap.* 1. In malevolam animam non introibit Sapientia. In corde bonorum ibi quieſcit Sapientia quaſi in proprio hoſpitio, tamen aliquando inquietatur per venialia peccata. Unde dicit *Hier. ſupra Iſaiam*, quod Sapientiam in ſolo Chriſto habuit manſionem quietis; in aliis hoſpitium tribulationis. Et nota quod dicit, in corde. Primo enim Sapientia habenda eſt in corde, intellectu, & affectu. Secundo in manu, effectu. Tunc demum in ore, profectu, & ſic ſibi & aliis proficiet. Unde ſequitur. *r* Et indoctos quoque erudiet, verbo, & exemplo. Juſtitia elevat egentem,] ab egeſtate, ut patet in Joſeph elevato de carcere Pharaonis. *Gen.* 41. Et in Daniele educto de lacu leonum. *Daniel.* 6. Vel. *ſ* Juſtitia,] ideſt, humilitas *t* Elevat egentem] ideſt, ſuam indigentiam cognoſcentem humiliter, & profitentem. *Luc.* 18. Qui ſe humiliat, exaltabitur. *Eccli.* 11. Sapientia humiliati exaltabit caput illius, & in medio magnatorum conſedere illum faciet. Et *Eccli.* 15. Qui timet Deum, faciet bona; & qui continens eſt juſtitiæ, apprehendet illam. Et *inf. eod.* Et exaltabit illum apud proximos ſuos. *u* Miſeros facit populos peccatum,] quia ad miſeriam inferni trahit illos, & quia facit eos ſervos Diaboli. Unde *Pſ.* 37. Miſer factus ſum, & curvatus, &c. Vel peccatum facit populos miſeros, virtutum, & operum, qui prius erant felices, ideſt, cauſa felicitatis. *x* Acceptus eſt Regi miniſter intelligens,] ideſt, prudens ad litteram. Vel.

al. † quoſque.

al. † egentem.

Myſtice. *y* Miniſter intelligens,] Chriſtus eſt, qui voluntatem Regis, ideſt, Patris in omnibus intellexit, & fecit; de quo *Matt.* 20. Filius hominis non venit miniſtrari, ſed miniſtrare. Et ideo. *x* Acceptus eſt Regi,] ideſt dilectus Deo Patri. *Matt.* 17. Hic eſt filius meus dilectus, in quo mihi complacui. — *Myſtice.*

Moraliter. *y* Miniſter, &c. Quilibet noſtrum miniſter eſt. 2. *Cor.* 6. In omnibus exhibeamus noſmetipſos, ſicut Dei miniſtros non ſicut dominos: Diſpenſatores enim miniſteriorum Dei ſumus, non domini. Et qui hoc intelligit, & intelligere efficaciter ſe oſtendit. *x* Acceptus eſt Regi,] ideſt, Chriſto, Unde dicit ei in fine: Euge, ſerve bone, & fidelis, &c. *Matth.* 25. Et nota, quod fidelem vocat, quia in nullo ſibi dominium uſurpavit, ſed tantum miniſterium. Unde *B. Bernard.* Fidelem ſervum te eſſe putato, ſi nihil de bonis Domini tui manibus tuis inhæſerit: Dominus enim ſibi dominium reſervavit; ibi autem diſpenſatio credita eſt. — *Moraliter.*

z Iracundiam ejus,] ideſt, Regis. *a* Inutilis,] ſervus, ſuſtinebit in futuro, quando dicetur miniſtris: Tollite ab eo talentum, & date ei, qui habet decem talenta: Omni enim habenti dabitur, & abundabit, inutilem autem ſervum ejicite in tenebras exteriores, *Matth.* 15. & *Luc.* 19. Quanto magis iracundiam Regis ſuſtinebit ſervus noxius, vel damnoſus, qui alios ſcilicet, occidit per malum exemplum, aut per pravam ſuggeſtionem? *Rabanus*: Quid meretur rapacitas, ubi ſic damnatur inutilitas? *Auguſtin.* Summa ira Dei eſt cum hic parcit: ad hoc enim parcit hic, ut in æternum puniat: Si non parcit, ad hoc non parcit, ut in æternum parcat.

Unde *Pſal.* 6. & 37. Domine, ne in furore tuo arguas me, &c. Ibi dicit *Auguſt.* Domine, hic ure, hic ſeca, dummodo in futuro parcas. Hoc eſt primum ſignum iracundiæ Dei, quod hic peccatum non punit. Secundum eſt præſens proſperitas

Digitized by Google

ſperitas. Unde *Greg.* Succeſſus præſentis felicitatis eſt indicium æternæ reprobationis. Tertium ſignum eſt, quod ſine contentione dimittit eos Dominus Diabolo, vel ſibi ipſis. *Rom.* 1. Propter quod tradidit illos Deus in deſideria cordis eorum, in immunditiam, &c.

demnandum. *Pſalm.* 33. Vultus autem Domini ſuper facientes mala, &c.
k Lingua placabilis,] ideſt, Doctoris Catholici.
l Lignum vitæ,] quia ad fructum, & ſoliditatem vitæ, gratiæ, & gloriæ ducit. Vel,

CAPUT XV.

a RESponſio mollis *b* frangit iram, *c* ſermo durus *d* ſuſcitat furorem. *e* Lingua Sapientium *f* ornat ſcientiam, os *g* fatuorum *h* ebullit ſtultitiam. In *i* omni loco oculi Domini contemplantur bonos, & malos. k Lingua placabilis *l* lignum vitæ, quæ *m* autem immoderata eſt, *n* conteret ſpiritum. *o* Stultus irridet diſciplinam patris ſui; *p* qui autem cuſtodit *q* increpationes, *r* aſtutior fiet: In *ſ* abundanti juſtitia virtus *t* maxima eſt, *u* cogitationes autem impiorum *x* eradicabuntur. *y* Domus juſti *z* plurima fortitudo, & in *a* fructibus impii *b* conturbatio.

EXPOSITIO CAP. XV.

a RESponſio mollis, &c.] Commendata intelligentia cordis ſupra, docet hic Salomon reſponſum oris, conferens duram, & mollem reſponſionem, oſtendens quid utraque efficiat, ut ſic doceat mollem eligere reſponſionem, & duram fugere.

Dicit ergo. *a* Reſponſio mollis,] ideſt, benigna, vera tamen. *b* Frangit,] ideſt, mitigat iram increpantis vel comminantis, ut patet in Abigail. 1. *Reg.* 25. Et in Gedeone, qui dixit Ephraitis.

Melior eſt racemus Ephraim vindemiis Abiezer. *Judic.* 8. *c* Sermo durus,] increpantis, vel reſpondentis. *d* Suſcitat furorem,] in altero, ut patet in Nabal. 1. *Reg.* 25. Et in Roboam 3. *Reg.* 12. Et in vitis Patrum legitur de quodam Abbate, qui mittebat in civitatem quemdam monachum comparare neceſſaria, qui inveniens quemdam raptorem, dixit ei: Quo vadis Dæmon? Et ille reſpondit: Tu experieris me eſſe Dæmonem, & extracto gladio occidit eum. Quem raptorem iterum Abbas inveniens, dixit ei: Salve frater: Et reſpondit; Non ſum frater tuus, ſed frater Dæmonum ſum, & ſecutus Abbatem, factus eſt monachus.

Unde *Hieron.* Vide quid lenitas ſermonis fecerit, & quid auſteritas. Per quod patet, quod nunquam debemus abominari peccatores. *Deut.* 23. Non abominaberis Idumæum, quia frater tuus eſt: neque Ægyptium, quia advena fuiſti in terra ejus. Sicut dicitur de quodam recluſo, quod ſpuit in faciem cujuſdam peccatoris, qui venerat ad eum confiteri. Eſt autem mollis reſponſio, cum quis verba increpantis humiliter recipit, ut dicit Beda. Item cum flagellamur a Domino infirmitate, vel aliqua tribulatione, tunc mollis reſponſio eſt patiens ſuſtinentia flagelli. Et hæc reſponſio mitigat iram.

Unde *infr. eod.* Vir iracundus ſuſcitat rixas, qui patiens eſt mitigat ſuſcitatas. Mollior reſponſio eſt culpæ ſuæ recognitio, & juſtitiæ Dei commendatio. Sed molliſſima reſponſio eſt gratiarum actio in ipſa tribulatione. Et hæc reſponſio omnino frangit iram.

Unde *Eccli.* 18. Nonne ardorem refrigetabit ros? Sic & verbum bonum melius, quam durum.
e Lingua Sapientium,] *Interlin.* dicit, ideſt, Catholicorum patrum.
f Ornat ſcientiam,] divini eloquii fideliter exponendo. Vel,
ſ Lingua Sapientium,] ideſt, Doctorum, qui ex ſapore cordis proferunt verba.
f Ornat ſcientiam,] manifeſtando aliis exquiſitis, & planis verbis, non politis, & rhythmicis. Talis enim ornatus, ut homo placeat, meretricius eſt, & potius ſordidat, quam ornet.

Unde *infra* 26. Quomodo ſi argento ſordido ornare velis vas fictile, ſic labia tumentia cum peſſimo corde ſociata.
g Os fatuorum,] ideſt, hæreticorum.
h Ebullit ſtultitiam,] ſcripturam pervertendo, ſuos ſenſus Sanctorum auctoritatibus præponendo. Vel:
g Os fatuorum,] ideſt, ſine condimento ſalis, ideſt, diſcretionis loquentium.
h Ebullit ſtultitiam,] quia ferventer, & impetuoſe profert eam.
i In omni loco oculi Domini contemplantur bonos, & malos:] Unde cautius agendum eſt: Unde Boetius; Magna nobis indicta eſt neceſſitas probitatis, niſi diſſimulare velimus, cum omnia agimus in conſpectu Judicis cuncta cernentis, *infra* 16. Omnes viæ hominum patent oculis ejus. *Job.* 25. Nudus eſt infernus coram illo, & nullum eſt operimentum perditioni. Contemplatur autem Dominus bonos ad remunerandum. *Pſ.* 33. Oculi Domini ſuper juſtos, &c. Malos vero ad condemnandum.

k Lingua placabilis,] ideſt, Deum placans, & homines. *l* Lignum vitæ,] quia fructus ejus vita eſt his, qui apprehenderint eam. *m* Quæ autem immoderata eſt, ideſt, ſine modo Eccleſiaſticæ regulæ. *n* Conteret ſpiritum,] proprium, & auditorum, *infr.* 18. Os ſtulti contritio ejus, & labia ipſius ruina animæ ejus. *o* Stultus irridet diſciplinam patris ſui,] Stultus eſt Judaicus populus, qui irriſit & adhuc irridet diſciplinam patris ſui, ideſt, Chriſti qua pro nobis diſciplinatus eſt. *Iſ.* 53. Diſciplina pacis noſtræ ſuper eum. Vel qua eos per ſe, & Apoſtolos docuit. 1. *Cor.* 1.

Verbum crucis pereuntibus quidem ſtultitia eſt. Vel. Stultus eſt omnis peccator terrenis actibus deditus, non providens in futurum. Is irridet diſciplinam patris ſui, ideſt, Dei vel Prælati, vel Doctoris monentis terrena contemnere, & cœleſtia quærere. *p* Qui autem cuſtodit,] ideſt, patienter ſuſcipit. *q* Increpationes,] verborum vel verberum. *r* Aſtutior fiet,] ideſt, ſapientior. *ſ* In abundanti juſtitia, qua ſobrie, & pie, & juſte vivitur in hoc ſæculo. *Tit.* 2. *t* Virtus maxima eſt,] Magna, quia ſobria ſibi. Major, quia juſta proximo. Maxima, quia pia Deo. Vel juſtitia ſufficiens eſt obſervantia præceptorum, hæc fuit in lege. Abundans juſtitia eſt impletio conſiliorum, & in hac eſt virtus maxima, ideſt, fortitudo, hanc docet Evangelium. Unde *Mat.* 5. Dico autem vobis, quia niſi abundaverit juſtitia veſtra plus quam Scribarum, & Phariſæorum, non intrabitis in regnum cœlorum. Vel abundans juſtitia eſt ſubjicere ſe minori. In hac virtus maxima eſt, ideſt, humilitas maxima: Magna, quia majori ſponte ſe ſubjicit. Major quia pari. Maxima, quia minori. *Mat.* 3. Sine modo, ſic enim docet nos adimplere omnem juſtitiam, ideſt, omnem gradum humilitatis. Vel abundans juſtitia fuit paſſio Chriſti, quia ſolvit, quæ non rapuit. Et ibi fuit virtus maxima, ideſt, charitas maxima, quia majorem hac dilectionem nemo habet, &c. *Joan.* 15. Vel. *ſ* In abundanti juſtitia,] ideſt, in eleemoſyna. *t* Virtus maxima eſt,] ideſt, miſericordia, ut patet in Zachæo, *Luc.* 19. Et in muliere, quæ miſit duo minuta in gazophylacium. *Luc.* 21. *u* Cogitationes autem impiorum,] quæ ſunt contra juſtitiam. *x* Eradicabuntur,] ideſt, fruſtrabuntur, quia ſine virtute fuerunt. *Pſ.* 145. In die illa peribunt omnes cogitationes eorum. Vel, eradicabuntur, ideſt: radix eis auferetur, ſcilicet, opulentia, potentia, quæ ſunt radices pravarum cogitationum. Unde *Sap.* 4. Commovebit eos a fundamentis, ideſt, cogitationibus, & uſque ad ſupremum operum deſolabuntur. Et nota, quod duplex eſt cogitatio impiorum. Quædam de gaudio in præſenti. Alia de impunitate peccati. Unde eradicabitur. *Apoc.* 18. Qui in corde ſuo dicit: Sedeo Regina, & vidua non ſum, & luctum non videbo, & ideo in una die plagæ ejus venient, mors, & luctus, & fames, & igne comburetur. *y* Domus juſti, ideſt, Eccleſia Chriſti.

Duplex cogitatio impiorum.

z Plurima fortitudo,] ideſt, plurimum fortis, quia fundata eſt ſupra firmam petram. *Matt.* 5. Vel. *y* Domus juſti,] ideſt, conſcientia juſti, vel ſoboles juſti, ſecundum quod dicitur *Exod.* 1. quod Dominus dedit domos obſtetricibus, ideſt, ſobolem. Soboles juſti ſunt virtutes, ex quibus ſancta deſideria, & ex eis bona opera. Et hæc ſunt ei. *z* Plurima fortitudo.] Quælibet enim virtus, fortitudo magna eſt, quia eam reddit fortem in bello contra vitia. *a* Et in fructibus impii,] ideſt, in operibus Diaboli. *b* Conturbatio,] fervet, ſupple, quia nititur evertere domum Chriſti, per ſe, per falſos fratres, per apertos averſarios. Vel. *a* In fructibus impii,] ideſt, in operibus doloſis.
b Conturbatio, ideſt, animæ, & corporis turbatio in præſenti, & in futuro. *Sap.* 5. Videntes turbabuntur timore horribili, & mirabuntur in ſubitatione inſperatæ ſalutis.

a Labia

Digitized by Google

a Labia ſapientum *b* diſſeminabunt *c* ſcientiam, *d* cor ſtultorum *e* diſſimile erit. Victimæ *f* impiorum *g* abominabiles Domino: *h* vota juſtorum *i* placabilia. k Abominatio eſt Domino via impii, *l* qui ſequitur juſtitiam; diligitur *m* ab eo. n Doctrina mala † deſerentium viam vitæ: *o* qui increpationes odit, *p* morietur. *q* Infernus, & perditio coram Domino, *r* quanto magis corda filiorum hominum. Non *ſ* amat peſtilens *t* eum, qui ſe corripit, *u* nec ad ſapientes graditur. *x* Cor gaudens *y* exhilarat faciem, in *z* mœrore animi *a* dejicietur ſpiritus. *b* Cor ſapientis † quæret doctrinam, & *c* os ſtultorum † paſcetur imperitia. *d* Omnes dies pauperis *e* mali,

a Labia ſapientum] quibus ſcilicet ſapiunt res, prout ſunt. *b* Diſſeminabunt,] ideſt, diverſis vel diverſimode, ſcilicet, verbo, & exemplo ſeminabunt in cordibus auditorum quaſi in terra bona.

B *c* Scientiam] rectæ fidei, & bonorum morum. *Eccli* 11. Mitte panem tuum ſuper tranſeuntes aquas, quia poſt multa tempora invenies illum. *Iſa.* 32. Beati, qui ſeminatis ſuper omnes aquas inmittentes pedem bovis, & aſini. *d* Cor ſtultorum, ideſt, hæreticorum.

Infr. 21. Eccli. 30. c. 3. q. 1. c. non eſt putanda 34. 9. 5. 6. ſcriptum.

e Diſſimile erit] cordi ſapientis, quia ſapiens ſcientiam ſeminatam recipit, ut ſe & alios recte vivere doceat; ſtultus vero, ideſt, hæreticus pro ſcientia perfidiam concipit, ut eam docendo decipiat. Vel, cor ſtultorum diſſimile erit, ſibi ipſi variis cogitationibus agitatum. *Eccli.* 27. Homo ſanctus in ſapientia manet, ſicut Sol, nam ſtultus ſicut Luna mutatur.

al. † deferenti.

f Victimæ impiorum,] ideſt, orationes, opera, ſacrificia hæreticorum. *g* Abominabiles Domino.] Tum propter offerentes, quia quicquid non eſt ex fide, peccatum eſt. *Rom.* 14. ideſt, abſorbetur a peccato. *Iſa.* 1. Cum multiplicaveritis orationem, non exaudiam, manus enim veſtræ ſanguine plenæ ſunt. Item propter oblatum. *Eccli.* 34. Immolantis ex iniquo oblatio eſt maculata.

h Vota juſtorum,] ideſt, illorum, qui fidem Catholicam bonis operibus affirmant.

i Placabilia,] ideſt, Deo grata, quia quicquid offert juſtus, totum eſt Placatio Deo, ſive cogitationes devotæ, ſive deſideria ſancta, ſive opera bona. E converſo. k Abominatio eſt, &c.] ideſt, peccatoris, quia fœtida, & immunda, & maligna. Fœtida Deo, immunda ſibi, maligna proximo. E converſo, via juſti, quaſi cella eſt pigmentaria plena ſpeciebus aromaticis, habens balſamum charitatis, & oleum pietatis, thus devotionis, myrrham diſciplinæ.

l Qui ſequitur juſtitiam] tanquam doctricem ſuam, ut quæcumque ſibi ab aliis vult fieri, eadem facit illis, ſicut Dominus dicit *Matth.* 7. Et quod odit ſibi fieri, alii non faciat, ut dicitur *Tob.* 4.

m Diligitur ab eo,] ſcilicet, Domino, ideſt, fructum dilectionis conſequitur. Ipſe enim prior diligit, qui gratiam qua diligatur infundit.

Unde 1. *Joan.* 4. In hoc eſt charitas Dei, non quaſi nos dilexerimus eum, ſed quoniam ipſe prior dilexit nos. *Eccli.* 27. Si ſequaris juſtitiam apprehendes illam, & indues quaſi poderem honoris, & inhabitabis cum ea, & proteget te in ſempiternum.

n Doctrina mala deſerentium viam vitæ;] ideſt, Chriſtum, qui eſt via vitæ. *Joan.* 14. Ego ſum via, veritas, & vita. Vel via vitæ eſt pœnitentia, de qua *Matth.* 7. Arcta eſt via, quæ ducit ad vitam, & pauci inveniunt eam. Doctrina eorum qui deſerunt hanc viam, mala eſt, ad minus ſibi; quia, ut dicitur in libro Proſperi, male vivere & bene docere nihil aliud eſt, quam ſeipſum lingua propria damnare.

Item *Eccli.* 27. Narratio peccantium odioſa. Vel mala, quia de malis: Triplex enim eſt ſchola eorum, ſcilicet, carnis, mundi, diaboli.

In prima docentur diſcipuli dormire diu, comedere ſplendide, bibere multum.

In ſecunda, ambire honores, dilatare poſſeſſiones, exaltare parentes.

In tertia, ſuperbire, invidere, odire: ſed ſchola Chriſti non hoc docet, ſed paupertatem, ſed manſuetudinem, ſed luctum, ſed juſtitiam, ſed miſericordiam, ſed munditiam, ſed pacem, ſed patientiam. *Matth.* 5.

o Qui increpationes odit,] ideſt, flagella præſentia, vel ſapientum correctiones.

p Morietur] morte ſecunda, quia jam mortuus eſt morte prima. Ideo dicitur *Job.* 5. Increpationes Domini ne reprobes. Item *ſupra* 3. Diſciplinam Domini fili mi, ne abjicias, ne deficias, cum ab eo corriperis. *Eccleſ. cap.* 21. Qui odit correctionem, veſtigium eſt peccatoris, ideſt, Diaboli.

q Infernus, & perditio coram Domino,] ideſt, nota ſunt Domino, ad litteram. *Job. cap.* 26. Nudus eſt infernus coram eo, & nullum operimentum perditioni.

Vel Myſtice. Infernus] eſt profunditas malarum cogitationum, inſatiabilitas noxiarum affectionum: Perditio eſt malitia operationum. Hæc omnia nota ſunt Deo ad puniendum, ſicut bona ad remunerandum. *Job. cap.* 34. Non ſunt tenebræ, & non eſt umbra mortis, ubi ſe abſcondant qui operantur iniquitatem. *Heb. c.* 4. Omnia nuda ſunt, & aperta oculis ejus, ad quem nobis ſermo. Item infernus dicitur avarus, quia inſatiabilis. *Eccli. cap.* 5. Avarus non implebitur pecunia. Et *inf.* 30. Tria ſunt inſatiabilia; Infernus, & os vulvæ, & terra. Item infernus dicitur detractor, quia vivos abſorbet, *ſup.* 1. Deglutiamus eum ſicut infernus viventem. Et quia confœderatos diſſolvit. *Oſee c.* 13. Infernus inter fratres dividet. Item infernus eſt quilibet peccator, ubi ſunt tenebræ obſcuriſſimæ, quia ibi non lucet Sol juſtitiæ, ut dicitur *Sap. c.* 5. Ibi tot Dæmones, quot vitia, ibi algor infidelitatis, ibi ardor iniquitatis.

Myſtice. *Inf.* 27. al. † quærit. al. † paſcitur.

Perditio vero dicitur ipſum peccatum; & hæc omnia ſunt coram Domino ad perdendum. E converſo, viri ſancti ſunt quaſi paradiſus, locus ſcilicet amœnitatis, imo amœniſſimus locus ad Dei inhabitationem proprie deputatus. *Iſa.* 51. Ponet deſertum ejus delicias, & ſolitudinem ejus, quaſi hortum Domini. Gaudium & lætitia invenietur in ea, gratiarum actio, & vox laudis. *Joel. c.* 2. Quaſi hortus voluptatis terra coram eo. Unde dictum eſt *ſup.* 8. Deliciæ meæ eſſe cum filiis hominum. In hoc horto invenies gramina virentia ſanctarum meditationum, flores piorum deſideriorum, folia utilium locutionum, fructus bonorum operum. Et hic ortus eſt coram Deo, ad cuſtodiendum, ad irrigandum, ad inhabitandum. *r* Quanto magis corda filiorum hominum,] ideſt, bonorum, ſupple, coram eo ſunt, quaſi dicat, ſi Dominus reſpicit mala, ut puniat, multo magis bona, ut remuneret, quia pronior eſt ad miſerendum, quam ad puniendum, vel ad condemnandum. Et miſericordia ſuperexaltat judicium. *Jacob.* 2.

ſ Non amat peſtilens,] ideſt, peccator, qui jam ſedet in cathedra peſtilentiæ, & corruptus alios corrumpit verbo, & exemplo.

t Eum qui ſe corripit,] ideſt, a malo revocat, vel ſuper malo ſuo redarguit. *Amos* 5. Odio habuerunt in porta corripientem, & loquentem perfecte abominati ſunt.

u Nec ad ſapientes graditur] quia timet argui. *Joan. c.* 3. Qui male agit, odit lucem, & non venit ad lucem, ut non arguantur opera ejus.

x Cor gaudens,] ideſt, bona conſcientia.

y Exhilarat faciem] exteriorem, ad litteram, & etiam producit vitam. Unde *Eccli.* 30. Jucunditas cordis hæc eſt vita hominis. *z* In mœrore animi,] ideſt, in triſtitia conſcientiæ ægræ. *a* Dejicitur] de alto virtutum ſpiritus, non ſolum facies, *Eccli.* 30. Triſtitiam longe expelle a te, multos enim occidit triſtitia, & non eſt utilitas in ea. Et intellige de triſtitia ſæculi, quæ mortem operatur, ut dicitur 2. *Cor.* 7.

b Cor ſapientis, &c.] qua doceatur, & doceat: Nam velle doceri prudentiæ eſt, velle docere charitatis. Et has duas virtutes continet in ſe ſapientia. *c* Et os ſtultorum paſcetur imperitia,] ideſt, vanitate, & falſitate. Quatuor ſunt animalia quæ paſcuntur quatuor elementis: Salamandra igne † Hirundo aere, Halec aqua, Talpa terra; ſic ſunt quatuor ſtultorum genera, qui hujuſmodi paſcuntur, & vivunt. Invidi & iracundi igne paſcuntur malignitatis. Superbi & ambitioſi aere vanæ laudis, & mundanæ dignitatis. Luxurioſi & guloſi, aqua voluptatis. Cupidi & avari, terra temporalis proſperitatis.

al. † camelos.

d Omnes dies, &c.] ſpiritu, ideſt, cujuſlibet juſti.

e Mali] malitia pœnæ, ideſt, pœnales, & laborioſi. Unde *Gen* 47. Dies peregrinationis vitæ meæ centum triginta annorum ſunt parvi & mali. Et *Epheſ.* 5. Redimentes tempus, quoniam dies mali ſunt, malitia pœnæ, de qua dicitur. *Matth.* 6. Sufficit diei malitia ſua. Vel, *d* Omnes dies pauperis] virtutibus.

e Mali ſunt] malitia pœnæ & culpæ.

a ſecura mens *b* quaſi juge convivium. *c* Melius eſt parum cum *d* timore Domini, quam *e* theſauri magni, & inſatiabiles. *f* Melius eſt vocare ad olera *g* cum charitate, quam *h* ad vitulum ſaginatum *i* cum odio. Vir *k* iracundus *l* provocat rixas, *m* qui patiens eſt mitigat ſuſcitatas. *n* Iter † pigrorum *o* quaſi † ſepes ſpinarum, *p* via juſtorum abſque offendiculo. *q* Filius ſapiens *r* lætificat patrem, & ſtultus homo deſpicit matrem ſuam. *ſ* Stultitia gaudium ſtulto, *t* & vir prudens diriget greſſus ſuos. *u* Diſſipatur cogitationes, ubi non *x* eſt conſilium, ubi *y* vero plures ſunt conſiliarii, confirmantur.

al. † impiorum. al. † ſepis.

a Secura mens] bonorum, ſecuritate ſpei, vel ſine cura, & ſollicitudine temporali. *b* Quaſi juge,] ideſt, continuum, & feſtivum convivium, quia mens, quæ ſine cura eſt, ſemper eſt in gaudio, & æterni convivii jam præſentit odorem. De quo convivio dicitur *Luc.* 5. Relictis omnibus ſurgens Matthæus ſecutus eſt Jeſum, & fecit ei convivium magnum Levi in domo ſua. In hoc convivio aqua tribulationis mutatur in vinum jucunditatis. Et ideo quanto plus ibi fuit de aqua, tanto plus ibi erit de vino. Unde &

C Dominus, qui dare vult hujuſmodi vinum, præcipit. *Joan.* 2. Implete hydrias aqua. Convivæ hujus convivii ſunt virtutes, quæ omnes propriis ferculis reficiuntur, ſicut in corporali convivio omnia membra corporis reficiuntur. Unde *Eſther* 1. Cum implerentur dies convivii, invitavit Rex omnem populum qui inventus eſt in Suſis, a maximo uſque ad minimum, & juſſit ſeptem diebus convivium præparari: ecce juge in veſtibulo horti, ecce feſtivum. *Gloſſ.* exponit in malo ſic. *a* Secura mens] a timore Domini, ideſt, ſine cura vitæ ſpiritualis. *b* Quaſi juge convivium,] quia ſine timore Dei mundi deliciis fruitur, ſicut dives Epulo, qui induebatur purpura, & byſſo, & epulabatur quotidie ſplendide. *Luc.* 16. Hi ſunt, qui dicunt *Iſa.* 22. Comedamus, & bibamus, cras enim moriemur. Et *Sap.* 10. Venite, & fruamur bonis quæ ſunt, utamur creatura, tanquam in juventute celeriter, vel feliciter. Vino pretioſo, & unguentibus nos impleamus, & non prætereat nos flos temporis. In hoc convivio impinguantur; & roborantur omnia membra veteris hominis, quæ ſunt fornicatio, immunditia, impudicitia, luxuria, & hujuſmodi, quæ *Gal.* 5. numerantur. *c* Melius eſt parum] cibi, pecuniæ, ſcientiæ.

d Cum timore Domini,] ideſt, quo timetur Dominus filialiter, ſcilicet,

e Quam theſauri magni, &c.] ideſt, quam copia epularum carnalium, vel divitiarum temporalium, vel ſcientiarum ſæcularium ſine timore Domini, quæ nullo modo animam ſatiant, propter quod inſatiabiles theſauri dicuntur ſecundum æſtimationem mundi, qui hujuſmodi affluentiam theſauros & divitias conſuevit appellare.

De hoc dicitur in *Pſal.* 36. Melius eſt modicum juſto ſuper divitias peccatorum multas.

Item *inf.* 16. Melius eſt parum cum juſtitia, quam multi fructus cum iniquitate.

Item 17. e. Quid prodeſt habere divitias, cum ſapientiam emere non poſſis?

f Melius eſt vocare ad olera,] quæ ſunt cibus omnium, etiam infirmorum. *Roman.* 14. Qui infirmus eſt, olus manducet.

g Cum charitate] cum qua modicum ſatis eſt, ſine qua cetera nihil ſunt, 1. *Cor.* 13. Si habuero omnem fidem, itaut montes transferam.

h Quam ad vitulum ſaginatum,] ideſt, impinguatum, obeſum, ad litteram. *i* Cum odio,] quaſi dicat, gratius eſt modicum, quod datur cum hilaritate, quæ eſt ſignum amoris, quam multum, quod datur cum triſtitia, quæ eſt ſignum odii. *Seneca.* Multo gratius venit quod cum facili, quam quod plena manu datur. Unde *Eccli.* 35. In omni dato hilarem fac vultum tuum, & in exultatione ſanctifica decimas tuas.

Myſtice. Joan. 1. Myſtice: Vitulus ſaginatus eſt Chriſtus Dominus, omnium virtutum pinguedine ſaginatus, de cujus pinguedinis plenitudine nos omnes accepimus, quem pater in reditu filii prodigi immolavit. *Luc.* 15. Melius eſt ergo cum charitate comedere olera, quam cum odio accedere ad Euchariſtiam. Modus eſt loquendi, quia illum bonum, iſtum vocat malum. 1. *Corinth.* 11. Quicumque manducaverit panem, & biberit calicem Domini indigne, reus erit corporis & ſanguinis Domini.

Moraliter. Moraliter. Olera ſunt infirmorum opera, ſcilicet ſimplex obſervantia mandatorum Dei. Vitulus ſaginatus, ardua opera perfectorum, ſcilicet adimpletio conſiliorum. Dicit ergo, quod melius eſt cum charitate ſervare mandata, quam cum odio implere conſilia. *Gloſſ.* Multo melius eſt ſimplicis vitæ innocentiam cum charitate ſervare, quam virtutum exterius fulgere miraculis, & interiora mentis ab odiorum ſordibus non purgare.

k Vir iracundus] qui cito iraſcitur, & diu ſervat iram.

l Provocat rixas,] ideſt, contentiones, & lites. *Jac.* 1. Ira viri juſtitiam Dei non operatur.

m Qui patiens eſt, mitigat ſuſcitatas,] imo extinguit omnino ſicut aqua ignem, *infr.* 25. Patientia lenietur Princeps, & lingua mollis confringet duritiam. *Sup. 10.* *n* Iter pigrorum,] quos piget operari juſtitiam, vel facere pœnitentiam.

o Quaſi ſepes ſpinarum,] ideſt, durum, & aſperum. Pigri enim cum viam pœnitentiæ aggredi cogitant, animadvertunt amaritudinem pœnitentiæ, & quaſi a ſepibus ſpinarum reſiliunt. Unde *infr.* 22. Dicit piger, leo eſt foris, in medio platearum occidendus ſum. *De his quæ revocant a bono propoſito.* Sunt autem quatuor, quæ præcipue revocant a bono propoſito, ſcilicet, amor voluptatum, ambitio dignitatum, timor aſperitatis, diffidentia perſiſtendi. Sunt & alia quatuor, quæ retardant, & quandoque omnino impediunt, ſcilicet amor parentum, fiducia longioris vitæ, multitudo conſiliariorum, timor propriæ debilitatis. Vel *n* Iter pigrorum] eſt vita præſentis voluptatis. *o* Sepes ſpinarum] ſpinoſa, & pungentia deſideria pigrorum. Unde ſicut ſepes ſpinarum non tranſitur abſque læſione pedum, ſic nec præſens voluptas abſque punctione affectuum; quia autem deliciæ præſentis vitæ ſpinæ ſunt, dicit *Job.* 30. Eſſe ſub ſentibus delicias computabant. Unde ruſticus in luna faſce ſpinarum onuſtus, quid aliud eſt, quam homo in mutabilitate præſentis vitæ ſub onere præſentium voluptatum? *Num.* 1. Sicut ſpinæ ſe invicem complectuntur, ſic convivium eorum pariter potantium conſumetur, quaſi ſtipula ariditate plena. *p* Via juſtorum abſque offendiculo,] quia recta, quia plana, quia lucida, quia ſecura; nam quicquid adverſitatis, vel difficultatis acciderit, æquo ferunt animo. Unde *ſupra* 12. Non contriſtabit juſtum, quicquid ei acciderit. Ideo ſemper currunt juſti in via ſua, quouſque perveniant ad patriam. *Iſa. cap.* 40. Qui ſperant in Domino, mutabunt fortitudinem, aſſument pennas ſicut aquilæ, current, & non laborabunt, ambulabunt, & non deficient. E converſo, via impiorum plena eſt ſpinis avaritiæ, quæ ſuffocant ſemen. *Matth.* 13. Et gladiis detractionis. *Inf.* 22. Arma & gladius in vita ſuperbi. Item laquei adulationis, *Eccli.* 9. Communionem mortis ſcito, quoniam in medio laqueorum ingredieris, & ſuper arma dolentium ambulabis. Item lapidibus contentionis, & objurgationis. *Eccli.* 21. Via peccantium complantata lapidibus. Item difficilis eſt. *Sap.* 5. Ambulavimus vias difficiles. Item tenebroſa, & lubrica. *Pſ.* 34. Fiat via illorum tenebræ, & lubricum, &c. Ideo non eſt mirum, ſi ambulans in hac via impingit.

q Filius ſapiens] expone ut *ſupra* 10.

r Lætificat patrem, & ſtultus homo deſpicit matrem ſuam] carnalem vel ſpiritualem, ſcilicet Eccleſiam, gratiam, doctrinam, quia non paret monitis, præceptis, & conſiliis ejus.

Vel quia facit contra generationem ſuam. *Iſa.* 1. Filios enutrivi, & exaltavi, ipſi autem ſpreverunt me. *ſ* Stultitia gaudium ſtulto,] ideſt, ſtultus gaudet ſtultitia ſua, *ſup.* 10. Stultus quaſi per riſum operatur ſcelus. *t* Et vir prudens diriget greſſus ſuos,] in viam rectam, quæ ducit in civitatem habitaculi. Contra *Jerem.* 10. Scio, Domine, quia non eſt hominis via ejus, nec eſt viri, ut ambulet, & dirigat greſſus ſuos. Sol. Deus dirigit auctoritatem, & gratiam infundendo, homo dirigit cooperando.

u Diſſipantur cogitationes,] ideſt, ad diverſa variantur.

x Ubi non eſt conſilium,] ideſt, deliberatio ſententiæ. Conſilium enim nihil aliud eſt, quam deliberata ſententia, vel conſilium ſapientum, vel ſacræ Scripturæ, *infr.* 20. Diviſum eſt cor eorum, nunc interibunt. Vel ſic: *u* Diſſipantur cogitationes,] ideſt, cogitata non ſortiuntur effectum, ubi non eſt conſilium.

y Ubi vero plures ſunt conſiliarii, confirmantur,] ideſt, ad effectum bonum perducuntur, *Oſee* 10. Cogitationes

nes conſiliis roborantur, & gubernaculis tractanda ſunt bella. Sed contra, *Eccli.* 6. Multi pacifici ſint tibi, conſiliarius autem unus de mille. Solutio. Unus, ideſt, Chriſtus, vel unus, ideſt, conſtans, non variabilis, vel unus, ideſt, pauci: Bonum eſt enim multorum audire conſilia, ſed paucis aperire cor ſuum.

a Lætatur homo in † ſententia oris ſui, & *b* ſermo opportunus eſt *c* optimus. *d* Semita vitæ ſuper *e* eruditum, ut *f* declinet *g* de inferno noviſſimo. † *h* Domum ſuperborum *i* demolietur Dominus, & *k* firmos faciet terminos viduæ. *l* Abominatio Domini, cogitationes malæ, & *m* purus ſermo *n* pulcherrimus *o* firmabitur ab eo. *p* Conturbat *q* domum ſuam, qui *r* ſectatur avaritiam: qui *ſ* autem odit munera, *t* vivet. *u* Per miſericordiam *x* & fidem *y* purgantur peccata; per *z* timorem autem Domini *a* declinat omnis a malo. *b* Mens juſti meditabitur † Sapientiam, *c* os impiorum redundat malis: *d* Longe eſt Dominus ab impiis,

al. † ſcientia.

al. † domus.

al. † obedientiam.

a Lætatur homo in ſententia oris ſui] quando credit ſe bene locutum fuiſſe: Humanum enim eſt, ut dicit *Gloſſ.* de ſententia, quaſi prudenter prolata, lætari. Sed vere ſapiens non ſolum quod loquitur, ſed etiam opportunitatem loci & temporis, & perſonæ, cui loquitur, diligenter inquirit. Et hoc eſt, quod ſequitur. *b* Et ſermo opportunus,] ideſt, opportune prolatus, ideſt, tempore & loco, & debito modo. *c* Eſt optimus,] Bonus, quia de bono theſauro cordis. *Matth.* 13. Omnis ſcriba doctus ſimilis eſt patrifamilias, qui profert de theſauro ſuo nova & vetera. Item melior, quia ad bonum, ideſt, ad Dei honorem, & proximi ædificationem. *Eph.* 4. Omnis ſermo malus non procedat ex ore veſtro, ſed ſi quis bonus eſt ad ædificationem fidei, ut det gratiam audienti.

Item optimus, quia congruens loco, tempori, & perſonæ. *Infr.* 25. Mala aurea in lectis argenteis, qui loquitur verbum in tempore ſuo. Optimi ſermonis quinque ſunt partes, ſcilicet, doctrina veritatis, exhortatio honeſtatis, confeſſio peccati, confeſſio laudis, & oratio. Unde 1. *Corinth.* 14. In Eccleſia volo quinque verba ſenſu meo loqui, ut alios inſtruam, quam decem millia verborum in lingua.

d Semita vitæ,] gratiæ, per quam itur ad vitam gloriæ.

e Super eruditum,] ſcientia & opere.

Triplex eſt infernus. *f* Ut declinet de inferno noviſſimo,] ideſt, de pœna noviſſimæ damnationis. Vel ſic.

d Semita vitæ,] ideſt, impletio conſiliorum, quia via vitæ obſervatio mandatorum.

e Super eruditum,] ideſt, extra ruditatem ſæcularis vitæ poſitum.

f Ut declinet,] per humilitatem.

g De inferno, &c.] non eſt de omni inferno. Primus infernus eſt pœna temporis; ſecundus pœna Purgatorii; tertius pœna inferni. Vel ſic. *d* Semita vitæ, ideſt, imitatio Chriſti, qui eſt vita animæ. *Joan.* 14. Ego ſum via veritas, & vita.

e Super eruditum,] ideſt, quemlibet perfectum. *Joan.* 12. Si quis mihi miniſtrat, me ſequatur. Vel ſic. Semita vitæ ſuper eruditum, ideſt, crux ſuper Chriſtum, qui ex his, quæ paſſus eſt, didicit obedientiam. *Heb.* 5. De hoc dicitur *Iſa.* 9. Factus eſt principatus ſuper humerum ejus, *Joan.* 19. Et bajulans ſibi crucem, exivit in eum, qui dicitur Calvariæ locum. Vel ſic. Semita vitæ ſuper eruditum, ideſt, ſequi eruditum eſt ſemita vitæ. *h* Domum ſuperborum,] ideſt, conventicula hæreticorum, & Eccleſiæ perſecutorum, vel quorumcumque malorum.

i Demolietur Dominus,] ideſt, ſubvertet, vel modo ſalubriter reducendo ad pœnitentiam, vel in fine damnabiliter projiciendo in pœnam æternam. Vel domus ſuperborum, eſt familia, vel corpus ſuperborum, quam Dominus in fine demolietur, ideſt, de mole propriæ iniquitatis condemnabit, quia ſuperbiebant de bonis acceptis a Domino. *Job.* 22. Quaſi nihil poſſit facere Omnipotens, æſtimabant eum, cum ille impleſſet domos eorum bonis. *k* Et firmos faciet terminos viduæ,] ideſt, Eccleſiæ, pro qua mortuus eſt. Firmata eſt enim, & fundata Eccleſia ſupra firmam petram, itaut ſubverti non poſſit, licet tribulationibus concuti poſſit. Eſt enim Arcturus, qui ſemper vergitur, ſed nunquam demergitur; & navicula Petri fluctibus quatitur, ſed non ſubmergitur. Unde *Matth.* 27. Vobiſcum ſum uſque ad conſummationem ſæculi. Vel, terminos viduæ, dicit primos fundatores Eccleſiæ, ſcilicet, Apoſtolos & Martyres & ultimos Prædicatores, qui erunt tempore ultimæ perſecutionis, quos Dominus firmos faciet in fide & patientia. Vel termini viduæ ſunt articuli fidei, quos Dominus firmos fecit, ideſt, per univerſum orbem firmiter credi. Vel vidua eſt anima cujuſlibet juſti, pro qua ſponſus ſuus, ideſt, Chriſtus utiliter mortuus eſt. Hujus terminos & marchias, ubi ſolent hoſtes concurrere, ideſt, ſenſus, qui ſunt in confinio corporis & animæ, firmos faciet Dominus, ideſt, ſtabiles, vel firmos, ideſt clauſos. Clauſio enim ſenſuum eſt firmitas eorum, ſicut clauſio clauſtri, vel caſtri firmitas ejus eſt. *l* Abominatio Domini cogitationes, &c.] Judæorum dicentium: Quis eſt hic, qui etiam peccata dimittit? *Luc.* 7. Vel de omnibus intelligitur, quia omnis mala cogitatio cor facit tepidum, & nauſeam provocat Domino, ut evomat illud: conſenſus peccati, frigidum facit; opus mortuum; conſuetudo, fœtidum. Unde *ſup.* 11. Abominabile eſt Domino cor pravum.

Matth. 7.

m Et purus ſermo,] quo confeſſus eſt Petrus ipſum eſſe filium Dei, *Matth.* 16. Tu es Chriſtus filius Dei vivi, iſte ſermo eſt.

n Pulcherrimus,] ideſt, fideliſſimus.

o Firmabitur ab eo,] ideſt, confirmabitur. Quod impletum eſt ibidem cum Dominus reſpondit: Beatus es, Simon, Barjona, quia caro & ſanguis non revelavit tibi, ſed Pater meus, qui in cœlis eſt. Vel generaliter. 14. q. 5. ex ſcriptum.

m Purus ſermo,] a ſtultiloquio, a vanitate, a falſitate, a detractione, ab adulatione, a duplicitate, a ſcurrilitate, a mendacio, a perjurio, a falſo teſtimonio, ab otioſitate, a nugacitate, a ſuperfluitate. *n* Pulcherrimus] ideſt, triplici pulchritudine pulcher. Sententia pulcher, utilitate pulchrior, honeſtate pulcherrimus. Et talis ſermo. *o* Firmabitur ab eo,] ideſt, a Domino fructificatione eorum, qui audiunt, aut miraculorum coruſcatione, ſicut legitur *Marc. ult.* Illi autem profecti prædicaverunt ubique Domino cooperante, & ſermonem confirmante ſequentibus ſignis. Vel firmabitur ab eo, in judicio, quando omnibus bonis verbis præmia reddet condigna. *p* Conturbat domum ſuam,] ideſt, familiam.

r Qui ſectatur avaritiam,] dicendo nimis comeditis, vel bibitis, aut nimis reſtringendo ei neceſſaria. Unde *ſup.* 11. Qui conturbat domum ſuam, poſſidebit ventos, ideſt, lites. Et quidam dixit:

Servorum ventres modio caſtigat iniquo.
Crumenæ largus, nulli largitur amico.

Vel. *p* Conturbat,] ideſt, intus & extra turbat.

q Domum ſuam,] ideſt, conſcientiam.

r Qui ſectatur avaritiam,] ideſt, corde & corpore ſequitur.

ſ Qui autem odit munera,] a corde, ab ore, a manu.

t Vivet,] vita gratiæ in præſenti, & vita gloriæ in futuro. *Iſa.* 33. Quis habitabit ex vobis cum ardoribus ſempiternis, ideſt, in ſplendoribus Sanctorum, qui ardent in amore Dei, & qui excutit manus ſuas ab omni munere, *inf.* 22. Victoriam, & honorem acquirit, qui dat munera: animam autem aufert accipientium. Munera accipere ad nutrimentum mutuæ charitatis, bonum eſt, aut cauſa neceſſitatis, aliter malum eſt. Unde *Job.* 15. Ignis devorabit tabernacula eorum, qui libenter munera accipiunt. *u* Per miſericordiam] Dei condonantis, & hominis animæ ſuæ miſerentis. *x* Et fidem,] virtute formatam *y* Purgantur peccata,] quoad culpam. Vel *u* Per miſericordiam,] qua miſeremur proximo affectu, & effectu *x* Et fidem,] juſtificantem. *y* Purgantur peccata,] quoad culpam, & quoad pœnam. Fide enim purgantur quoad culpam. *Rom.* 4. Arbitramur juſtificari hominem per fidem ſine operibus legis. *Act.* 15. Fide purificans corda eorum. Miſericordia purgantur quoad pœnam. *Luc.* 11. Date eleemoſynam, & ecce omnia munda ſunt vobis. *Inf.* 16. Miſericordia & veritate redimitur iniquitas. *z* Per timorem autem Domini,] ſervilem vel initialem, *a* Declinat omnis a malo,] culpæ & pœnæ. Timor enim deſcribitur eſſe fuga mali. *Eccli.* 27. Si non timore Domini tenueris te inſtanter, cito ſubvertetur domus tua. *b* Mens juſti, &c.] ut eam ſentiat corde, & doceat ore. Vel Sapientiam, ideſt, Chriſtum, ut eum imitetur.

c Os impiorum redundat, &c.] ex nimia exuberantia cordis. *Mat.* 12. Ex abundantia cordis os loquitur. *d* Longe eſt Dominus, &c.] Ideo non audiuntur ab eo. Sed contra. *Jerem.* 23. Cœlum & terram ego impleo. Item, *Act.* 17.

dicitur: Quamvis non longe ſit ab unoquoque noſtrum, in ipſo enim vivimus, movemur, & ſumus. Item Deus ubique eſt, ergo non longe ab impiis. *Pſal.* 138. Si aſcendero in cœlum, tu illic es, ſi deſcendero in infernum, ades. Sol. Deus ubique eſt potentia, eſſentia, præſentia, ſed longe a malis, gratia, *Eccli.* 15. Longe abeſt a ſuperbia, & dolo. Alio modo prope eſt Deus malis, ſcilicet per flagellationem. *Pſal.* 94. Quadraginta annis proximus fui generationi huic, &c. Sed juſtis prope per gratiam. Omnibus autem prope per vitæ ſuſtentationem, & temporalium collationem. *Iſa.* 55. Quærite Dominum dum inveniri poteſt, invocate eum dum prope eſt.

a & orationes juſtorum exaudiet. *b* Lux oculorum lætificat animam: *c* fama bona impinguat oſſa. *d* Auris, quæ audit *e* increpationes vitæ, in *f* medio ſapientium commorabitur. *g* Qui abjicit diſciplinam, *h* deſpicit animam ſuam; *i* qui autem acquieſcit k increpationibus, *l* poſſeſſor eſt cordis. *m* Timor Domini *n* diſciplina ſapientiæ, & *o* gloriam præcedit humilitas.

CAPUT XVI.

Hominis *p* eſt † animum

A al. † animam.

a Et orationes juſtorum exaudiet,] quia prope ipſum ſunt. Converſatio enim eorum in cœlis eſt. *Phil* 3. *Pſ.* 144. Prope eſt Dominus omnibus invocantibus eum in veritate. *Iſa.* 65. Antequam clament, ego exaudiam eos, adhuc illis loquentibus, ego exaudiam; orationes malorum non audit Dominus. Primo, quia ipſi non audiunt legem Domini, *inf.* 28. Qui declinat aures ſuas ne audiat legem, oratio ejus fiet execrabilis. Secundo, quia non audiunt pauperes, *inf.* 21. Qui obturat aurem ſuam ad clamorem pauperis, & ipſe clamabit, & non exaudietur. Tertio, propter malitiæ oppoſitionem. *Thren.* 3. Oppoſuiſti nubem tibi, ne tranſeat oratio. Quarto, propter malitiam operum. *Iſa.* 1. Cum multiplicaveritis orationes veſtras, non exaudiam: manus enim veſtræ ſanguine plenæ ſunt. Sed nota, quod humilitas fidelis comes eſt orationis, quæ ipſam ducit ad Deum, & exaudire facit eam. *Eccli.* 35. Oratio humiliantis ſe nubes penetrabit; & donec propinquet, non conſolabitur, & non diſcedet donec Altiſſimus aſpiciat.

Orationes malorum Deus non audit.

b Lux oculorum lætificat animam,] ad litteram, ut patet in *Tob.* 11. Vel, lux oculorum interiorum, ſcilicet, intellectus, & affectus, ideſt, gratia, lætificat animam in præſenti, ſpe; in futuro, re. *Eccle.* 11. Dulce lumen, & delectabile eſt oculis videri Solem. Alia tranſlatio habet: [Videns bona oculus delectat cor.] Bona, ideſt, Deum, in quo videntur omnia.

c Fama bona impinguat oſſa] animæ, ideſt, virtutes. Boni enim videntes, vel audientes bona alicujus, gaudent inde, & laudant Deum, & ſic merentur & ita impinguant ſe de pinguedine aliorum. *d* Auris quæ audit] & exaudit obediendo. *e* Increpationes vitæ,] ideſt, correctione verborum, vel verberum, quæ ducunt ad vitam gratiæ, & gloriæ. *Luc.* 21 In patientia veſtra poſſidebitis animas veſtras. *f* In medio ſapientium commorabitur] ut audiendo ſapiens fiat. *Eccli.* 6. Si inclinaveris aurem tuam, excipies doctrinam; & ſi dilexeris audire, ſapiens eris. Sicut enim emptores pannorum illuc libentius vadunt, ubi ſciunt multitudinem pannorum meliorum venalium; & emptores equorum, ubi ſciunt multitudinem equorum venalium: & venatores, ubi ſciunt frequentiam ferarum: Sic boni diſcipuli, qui ſunt veri venatores veritatis, & honeſtatis libenter commorantur in multitudine ſapientium, qui verbo docent veritatem, & exemplo honeſtatem.

Unde dicitur *Eccli.* 6. In multitudine *Presbyterorum* prudentium ſta, & ſapientiæ illorum ex corde conjungere, ut omnem narrationem Dei poſſis audire, & proverbia laudis non effugiant a te.

g Qui abjicit diſciplinam] verberum, vel verborum.

h Deſpicit animam ſuam,] quia diſciplina janitor eſt domus noſtræ tenens clavem, nec ſinit intrare indignos. Eſt etiam propugnator tenens gladium evaginatum ſuper latrunculos primorum motuum. Eſt etiam mundatrix domus conſcientiæ: Et ideo, qui abjicit diſciplinam, deſpicit animam ſuam, quia expellit janitorem ſuum, & propugnatorem, & mundatricem omnium ſordium ejus, ac cuſtodem fideliſſimum.

i Qui autem acquieſcit] intellectu, & affectu.

k Increpationibus] verberum, & verborum, ſicut Paulus *Actor.* 9.

l Poſſeſſor eſt cordis] ſui, ideſt, dominus, quia cogit illud, contra conſenſum proprium, & propriam voluntatem, quia non vult liberum eſſe, ſed ſequi aliorum voluntatem, & ſenſum. Unde *infr.* 19. Qui poſſeſſor eſt mentis diligit animam ſuam.

m Timor Domini,] ſcilicet ſervilis, initialis, filialis. *n* Diſciplina ſapientiæ eſt,] ideſt, diſciplinatum facit, & ſapientem. Unde *Pſ.* 118. Confige timore tuo carnes meas, ideſt, carnales concupiſcentias. Differunt autem ſcientia, ſapientia, diſciplina, prudentia, & conſilium. Scientia conſiſtit in cognitione veritatis uniuſcujuſque rei. Sapientia, in ſapore bonitatis. Diſciplina, in mortificatione pravitatis. Prudentia, in electione boni præcogniti, & fuga mali. Conſilium, in deliberatione ſententiæ. Timor igitur, qui expellit peccatum ab anima, Sapientiam introducit, quia tunc anima poteſt ſaporare res omnes, & bonas, & malas, ſecundum ſaporem proprium. Corrigit etiam timor ſuperbiam carnis, & ſpiritus: & ideo recte dicit *Salomon*: Timor Domini, quo timetur Dominus diſciplina ſapientiæ, ideſt diſciplinata ſapientia.

Differentia inter ſcientiam, ſapientiam, diſciplinã, prudentiã, & conſiliũ.

o Et gloriam præcedit humilitas] ſicut vallis montem. Ut ſicut non poteſt quis aſcendere in montem, niſi per vallem; ſic nec poteſt quis aſcendere in gloriam, niſi per humilitatem. *Luc.* 14. Qui ſe humiliat, exaltabitur. *Matth.* 18. Niſi converſi fueritis, & efficiamini ſicut parvuli, non intrabitis in regnum cœlorum. *Præcedit* humilitas gloriam, non ſolum tempore, ſed ordine, & merito & cauſa. Unde quanto major fuerit humilitas, tanto major erit gloria, ut patet in Domino Jeſu, qui ſuper omnes fuit humilis, & ſuper omnes glorioſus, & poſt ipſum beata Virgo. Eſt etiam humilitas prima virtutum in pœnitudine, fides in converſione, charitas in operatione. Si quis autem bene advertat, octo bona inveniet, quæ facit juſtitia. Primum eſt meditatio ſapientiæ. Unde dictum eſt: Mens juſti meditatur ſapientiam. Secundum eſt orationis exauditio. Ibi: Et orationes juſtorum exaudiet. Tertium eſt lætitia in Deo. Ibi: Lux oculorum lætificat animam. Quartum eſt bonæ famæ exultatio. Ibi: Fama bona impinguat oſſa. Quintum eſt obedientia increpationis. Ibi: Auris, quæ audit increpationes, &c. Sextus eſt timor Dei. Ibi: Timor Domini, &c. Septimum eſt humilitas. Octavum gloria. Ibi: Et gloriam præcedit humilitas.

Octo bona facit juſtitia in nobis.

EXPOSITIO CAP. XVI.

HOminis eſt animum, &c.] Multa moralia poſuit Salomon, ſed quoniam humilitatem quæ eſt propriæ vilitatis cognitio, ſequitur confeſſio peccatorum. Et quia ante dixit: Gloriam præcedit humilitas. Ideo primo agit de confeſſione peccati, dicens: *p* Hominis eſt animum] vel animam præparare, *Interlin.* Ex libero arbitrio. Sed contra. *Joan.* 15. Sine me nihil poteſtis facere. *Rom.* 9. Non eſt volentis, nec currentis, ſed Dei miſerentis. *Phil.* 2. Deus eſt, qui operatur in nobis & velle & perficere pro bona voluntate. 2. *Cor.* 3. Non quod ſimus ſufficientes cogitare aliquid ex nobis, quaſi ex nobis, ſed ſufficientia noſtra ex Deo eſt *Iſ.* 26. Omnia opera noſtra operatus es in nobis, Domine.

Solutio. Animam præparare, & gratiæ Dei eſt, & liberi arbitrii. Gratiæ Dei per auctoritatem, & operationem, liberi arbitrii per conſenſum, & cooperationem. Adjutores enim Dei ſumus. 1. *Cor.* 3. Unde Paulus 1. *Cor.* 15. Abundantius omnibus laboravi, non ego autem, ſed gratia Dei mecum. Ideo hæc, quæ ſunt gratia operantis, & liberi arbitrii cooperantis, aliquando attribuuntur gratiæ Dei propter operationem. Unde *Pſ.* 50. Domine labia mea aperies. *Jer.* 31. Converte me Domine, & convertar ad te.

Item *Pſalm.* 84. Converte nos Deus ſalutaris noſter. Aliquando libero arbitrio propter cooperationem. Unde *Pſalm.* 80. Dilata os tuum, & implebo illud. *Jacob.* 4. Appropinquate Deo, & appropinquabit vobis: emundate manus, peccatores, Purificate corda duplices animo. *Zach.* 1. Convertimini ad me, dicit Dominus exercituum, & convertar ad vos.

Debet autem homo animam præparare, ut ſpeculum, tergendo pœnitudine, lavando lacrymarum imbre, ſanctificando oratione, ſolidando meditatione, mundando a terrena ſollicitudine.

Item ut vas profundando humilitate, dilatando charitate, religando caſtitate, fœces ejiciendo confeſſione. Sic debet præparari animus. Ad hæc autem debet præparari, ſcilicet, ad recipiendam gratiam, 1. *Regum ſeptimo*, Præparate corda veſtra Domino, & ſervite illi ſoli.

Digitized by Google

ſoli. Item ad tentationum tolerantiam. *Eccleſ.* 2. Fili, accedens ad ſervitutem Dei, &c. Item, ad ſaltandum, & plangendum coram verbo Dei, quod eſt quaſi cantatio delectabilis & lamentabilis. Unde *Matth.* 11. Cecinimus vobis, & non ſaltaſtis: lamentavimus, & non planxiſtis,

præparare *a* & Domini gubernare linguam: *b* omnes viæ hominum *c* patent oculis ejus: *d* ſpirituum *e* ponderator eſt Dominus. *f* Revela Domino opera tua, & *g* dirigentur *h* cogitationes tuæ *i* Univerſa propter ſemetipſum *k* operatus eſt Dominus: impium *l* quoque *m* ad diem malum. *n* Abominatio eſt Domini omnis arrogans: *o* etiam ſi † manus ad manum fuerit, *p* non erit innocens. *q* Initium † vitæ bonæ *r* facere juſtitiam: *ſ* accepta autem apud Deum *t* magis, quam immolare hoſtias. *u* Miſericordia & *x* veritate *y* redimitur *z* iniquitas, & in *a* timore Domini *b* declinatur a malo. *c* Cum placuerint Domino viæ hominis: *d* inimicos quoque ejus convertet ad pacem. *e* Melius eſt parum cum † lætitia, quam *f* multi fructus cum iniquitate.

a Et Domini,] eſt [gubernare linguam,] ad loquendum bona & utilia, & tacendum mala, & inutilia. In quo patet linguæ ægritudinis magnitudo, quæ tanto gubernatore indiget. *Jacob.* 3. Nullus hominum linguam domare poteſt. Eſt enim inquietum malum, &c. Vel ſic, [Domini eſt gubernare linguam,] id eſt, dirigere ſermonem loquentis uſque ad cor audientis, quod non poteſt facere loquens.

al. † manu. *b* Omnes viæ,] ideſt, actiones, [hominum,] tam bonorum, quam malorum.

c Patent oculis ejus,] id eſt, notæ ſunt ei ad remunerandum, vel ad puniendum, Oculi Domini ſunt juſtitia, & miſericordia, quibus reſpicit bonos, & malos. Illos juſte, & miſericorditer, ideſt, ſupra meritum præmiando: iſtos juſte, & miſericorditer, ideſt, citra meritum puniendo.

d Spirituum,] ideſt, cogitationum.

e Ponderator eſt Dominus,] ut ſingulas cogitationes æquo judicio puniat, vel præmiet. Vel ſic.

d Spirituum,] ideſt, animarum,

e Ponderatot eſt Dominus] ideſt, fecit eis pondus. *Job.* 28. Qui fecit ventis pondus ideſt, animabus corpus.

Vel [Spirituum ponderator eſt Dominus,] ideſt, virorum ſpiritualium, quibus confert pondus, & ſtabilitatem mentis contra adverſa. *Iſa.* 40.

Quis menſus eſt pugillo aquas, & cœlos palmo ponderavit? Vel [Spirituum ponderator eſt Dominus,] ideſt, intentionum, juxta quarum pondus judicat ipſa opera. Unde *Ambroſius*: Intentio tua operi tuo nomen imponit. Quod patet in vidua mittente in gazophylacium duo minuta, *Luc.* 21. De qua dicit Dominus: Vere dico vobis, quod vidua hæc pauper plus omnibus miſit, ideſt, plus intentione, vel devotione. Vel [Spirituum ponderator eſt Dominus,] ideſt, diſcretor ſpiritualium, & carnalium affectionum. *Hebræor. quarto*, Vivus eſt ſermo Dei, & efficax, & penetrabilior omni gladio ancipiti, & pertingens uſque ad diviſionem animæ, ac ſpirituum, compagum quoque & medullarum, & diſcretor cogitationum cordis.

f Revela Domino opera tua,] ideſt, peccata, quæ proprie ſunt opera hominum.

Per confeſſionem enim peccata revelata, ſive diſcooperta, ſtatim aufugiunt, ut latrones, nuditatem, & turpitudinem ſuam erubeſcentia. Item revelanda ſunt Domino peccata, ſicut pauperes ulcera ſua monſtrant tranſeuntibus.

Hæc eſt enim efficaciſſima apud Deum interceſſio, ſcilicet, miſeriarum oſtenſio. Vel [Revela Domino,] non mundo, [opera tua,] bona. Etiamſi manifeſtare oporteat propter officii ſui neceſſitatem, non propter hominum laudes, ſed propter Dei gloriam, & proximi utilitatem manifeſtanda ſunt, *Matthæi* 5. Sic luceat lux veſtra coram hominibus, ut videant opera veſtra, &c.

g Et dirigentur, ad Deum.

h Cogitationes tuæ,] non tantum opera.

i Univerſa propter ſemetipſum,] ideſt, ſola bonitate ſua gratuita, non neceſſitate, aut ſuaſione, aut merito.

k Operatus eſt Dominus,] Deus Trinitas. Nihilominus etiam univerſa operatus eſt Dominus, propter hominis utilitatem.

l Impium quoque,] ideſt, Diabolum cum toto corpore ſuo expectat.

m Ad diem malum,] ideſt, judicii, in quo malos male perdet. Unde *Job* 1. In diem perditionis ſervatur malus, & ad diem furoris ducetur.

n Abominatio eſt Domini omnis arrogans,] quadrupliciter ex ſe pro meritis, falſo, plus omnibus. *Eccli.* 10. Odibilis coram Deo, & hominibus ſuperbia.

o Etiamſi manus ad manum fuerit,] applicata, nihil operans. *p* Non erit innocens,] ideſt, immunis a peccato, quia ſola voluntate peccatur. Propterea innocens eſt, qui nec facit miſerum, nec relinquit miſerum. Unde ſi non faciat, non ideo erit innocens, ſi relinquat. De hoc *ſup.* 11. Manus in manu non erit innocens malus. Manus enim in manu eſt, cum bona opera malæ intentioni junguntur. Unde *Mat.* 6. Neſciat ſiniſtra tua, quid faciat dextera tua. al. † viæ. *q* Initium vitæ bonæ,] id eſt ſpiritualis. *r* Facere juſtitiam,] naturalem, quæ dicit: Quæcumque vultis, ut faciant vobis homines: & vos eadem facite illis. *Matth.* 7. Conſummatio vero juſtitiæ eſt, nulli facere, quod ſibi nollet fieri, quæ eſt altera pars juſtitiæ naturalis. *Tob.* 4. B al. † Juſtitiæ. Vel [Initium vitæ bonæ,] ſpiritualis: [facere,] de ſeipſo tanquam de latrone. *Pſal.* 28. Juſtitia, & judicium præparatio ſedis tuæ. *Iſa.* 26. Juſtitiam non fecimus in terra noſtra, ideo non ceciderunt habitatores ejus. Vel [Initium vitæ facere juſtitiam,] ideſt, obſervatio mandatorum eſt initiata juſtitia; impletio conſiliorum, eſt conſummata juſtitia, *ſ* Accepta autem apud Deum,] eſt juſtitia. *t* Magis quam immolare hoſtias,] quia juſtitia per ſe & ſemper eſt bonum & acceptum Deo; ſed non immolare hoſtias. Unde *Eccle.* 5. Melior eſt obedientia, quam ſtultorum victimæ. Vel quia in hujuſmodi juſtitia, ſicut in obedientia mactatur proprius ſenſus & propria voluntas; in immolatione vero hoſtiarum caro aliena mactatur, ut dicit Gregorius ſuper illud 1. *Reg* 15. Melior eſt obedientia, quam victimæ. *Oſee* 6. Miſericordiam volo, & non ſacrificium. Tamen dicit *Eccli.* 35. Salutare ſacrificium attendere mandatis. Et concordat *Gloſ.* quæ dicit hic: Melius eſt in ſimplici converſatione Deo ſervire devote, quam multis abundare virtutibus, & proximorum facta deſpicere. *u* Miſericordia,] Dei miſerentis. *x* Et veritate,] confitentis,] *y* Redimitur,] ideſt, remittitur. *z* Iniquitas,] i. peccatum, & quoad culpam, & quoad pœnam. Ubi enim veritas confitentis concurrit miſericordiæ Salvatoris, ibi eſt remiſſio peccatorum; quia tunc fit pax inter Deum & ipſum peccatorem. Unde *Pſal.* 84. Miſericordia, & veritas obviaverunt ſibi, ſcilicet in confitente; & ſtatim juſtitia, & pax oſculatæ ſunt, in ſignum reconciliationis. Vel ſic. *u* Miſericordia,] ideſt, operibus miſericordiæ. *y* Redimitur iniquitas,] quoad pœnam. Unde *Dan.* 4. Redime peccata tua eleemoſynis. Vel *u* Miſericordia] Chriſti in primo adventu liberante a culpa. *x* Et veritate,] ejuſdem in ſecundo adventu liberante ab omni corruptione, & pœna. *y* Redimitur,] ideſt, tollitur. *z* Iniquitas,] Electorum totaliter. Vel, *u* Miſericordia,] habita proximo. *x* Et veritate,] facta in nobis. *y* Redimitur iniquitas,] i. anima pro iniquitate ſuppliciis obnoxia. *a* Et in timore Domini,] triplici, ſervili, qui eſt pœnæ, initiali, qui eſt erubeſcentiæ, Triplex timor. filiali, qui eſt offenſæ. *b* Declinatur a malo,] i. a peccato. *c* Cum placuerint Domino viæ hominis] i. cogitationes, affectiones, locutiones, operationes. *d* Inimicos quoque ejus convertet ad pacem,] i. ab inſultu, & impugnatione ejus ceſſare faciet. Vel [convertet ad pacem] pectoris. Tanta eſt. n. ſanctitas religionis divinæ & tantæ virtutis, ut plerique hi, qui foris ſunt, i. infideles eam venerentur, & cum his pacem habeant, quos conſiderant Deo perfecte ſervire, quamvis religione diſcordent, ut patet in Joſeph: *Gen.* 41. Et in Tobia, *Tob.* 1. Et in Moyſe. *Exod.* 2. Et in Daniele: *Dan* 2. Sæpe etiam perſecutores non ſolum ad pacem, ſed etiam ad fidem convertuntur, propter devotionem juſtorum. *e* Melius eſt parum cum lætitia,] mentis, ideſt, cum hilaritate, & ſerenitate bonæ conſcientiæ. *f* Quam multi fructus cum iniquitate,] *Pſ.* 36. Melius eſt modicum juſto & parum cum lætitia mentis, quam multum cum iniquitate.

Primo, propter periculum male expendendi; quia ubi multæ ſunt opes, & multi ſunt, qui comedunt eas. *Eccli.* 5. Secundo, propter peccatum male retinendi. Unde *Eccli.* 11. Si dives fueris, non eris immunis a delicto. Tertio propter bonum pacis, quia divitiæ iſtius ſæculi non poſſunt haberi

ſine

ſine perturbatione, & ſollicitudine maxima, quæ tamen divitibus eſt conſolatio. Unde *Luc.* 6. Væ vobis divitibus, qui hic habetis conſolationem veſtram. *a* Cor hominis diſponet viam ſuam,] ideſt, vitam ſuam. *b* Sed Domini eſt dirigere greſſus ejus,] ideſt, opera moderari, & ad rectum

a Cor hominis diſponet viam ſuam, ſed *b* Domini eſt dirigere greſſus ejus. *c* Divinatio in *d* labiis Regis, in *e* judicio *f* non errabit os ejus, *g* Pondus & ſtatera † judicia Domini ſunt, & *h* opera ejus *i* omnes lapides ſæculi. *k* Abominabiles Regi *l* qui agunt impie: *m* quoniam juſtitia firmatur ſolium. *n* Voluntas Regum labia juſta, *o* qui recta loquitur, dirigetur. *p* Indignatio Regis *q* nuncii mortis, & vir *r* ſapiens placabit † eum. In *ſ* hilaritate vultus Regis *t* vita & *u* clementia ejus *x* quaſi imber ſerotinus. *y* Poſſide ſapientiam, *z* quia auro melior eſt, & *a* acquire prudentiam, quia pretioſior eſt argento. *b* Semita juſtorum *c* declinat mala, *d* cuſtos animę ſuę *e* ſervat † vitam ſuam.

finem perducere, vel charitate informare. Hoc eſt, quod vulgariter dicitur: Homo proponit, ſed Deus diſponit. Ideo dicitur *Tob.* 4. Omni tempore benedic Deum; & pete ab eo, ut vias tuas dirigat.

47. diſt. ſicut hoc neceſſe in fin.

al. † Juſtitia.

c Divinatio,] ideſt, divinus ſermo, vel divina ſapientia. *d* In labiis Regis,] ideſt, Chriſti: Et ideo. *e* In judicio] futuro, vel quo occulte judicat, modo hunc vocando ad pœnitentiam, illum dimittendo, hunc affligendo, illum ſublimando. De quo *Roman.* 11. O altitudo divitiarum Sapientiæ, & ſcientiæ Dei, quam incomprehenſibilia ſunt judicia ejus! &c. *f* Non errabit os ejus,] ideſt, nihil falſi exibit de ore ejus. Non enim ſecundum viſionem oculorum judicabit, neque ſecundum auditum aurium arguet, ſed judicabit in juſtitia pauperes, & arguet in æquitate pro manſuetis terræ. *Iſa.* 11. Vel ſic. *c* Divinatio,] ideſt, divinorum, ſcilicet Vatum gentilium reſponſio. *d* In labiis Regis,] ideſt, in diſpoſitione Regis, ideſt, Chriſti. De quo *Pſ.* 72. Deus judicium tuum Regi da, &c. Hic Rex non ſolum ſermones ſuorum dirigit, ſed etiam divinos, ideſt, vates gentilium quid reſpondeant interrogantibus, diſponit, teſte *Michæa*, qui ad deceptionem Achab dicit Spiritum miſſum a ſolio Dei, qui ora Prophetarum ejus adimpleret falſitate. 3. *Reg.* 22. Sic exponit *Gloſſ.* Item poteſt exponi ſic. *c* Divinatio,] ideſt, divinorum narratio, non fabularum. *d* In labiis Regis,] ideſt, Prælati vel Doctoris, vel cujuslibet juſti ſeipſum bene regentis. Et ideo. *f* Non errabit, &c.] alios judicando, vel in judicio futuro, quia veritas diriget eum. *Hieron.* dicit, quod divinatio nunquam in bonam partem accipitur, niſi hic. Unde cum Simon magus vellet Petro oſtendere idola ſua eſſe Deos, quia futura prædicebant, reſpondit Petrus: Aliud eſt divinatio, & aliud divinitas. *g* Pondus & ſtatera, &c.] ideſt, judicia Domini æqua, & juſta ſunt, quia omnia facit in numero, pondere, & menſura. *Sap.* 11. In numero contra ſingularitatem, in pondere contra levitatem, in menſura contra ſuperfluitatem. *h* Et opera ejus] ſunt pondus & ſtatera, ideſt, tanta æquitate facta, quanta deprehenditur in ponderibus, & ſtatera. *i* Omnes lapides,] ideſt, dura & aſpera flagella, quæ videntur patientibus iniqua, ſunt pondus & ſtatera, ideſt, æquitatis judicii ponderata & librata. Vel per lapides ejus ſignificantur viri ſancti, graves gravitate conſtantiæ contra ventum adulationis, & detractionis. Juxta illud *Pſ.* 14. In populo gravi laudabo te. De quibus dicitur *Deuter.* 8. Dominus Deus tuus introducet te in terram bonam, &c. cujus lapides ferrum ſunt, de cujus montibus æris metalla fodiuntur. Hi lapides pondus ſunt & ſtatera, ideſt, æqui, & juſti. Et dicuntur lapides ſæculi, quia durant in ſæculum, vel quia ſuſtentant ſæculum, ſicut columnæ lapideæ domum. *k* Abominabiles Regi,] ideſt, Chriſto, vel Prælato, vel Principi, vel cuilibet juſto, regnum cordis, & oris & manus bene regenti. *l* Qui agunt impie, ideſt, contra pietatem, ut hæretici; vel qui dentibus, & unguibus in alios deſęviunt ut detractores; vel qui ſeipſos occidunt per iracundiam, vel qui Deum impugnant per ſuperbiam.
m Quoniam juſtitia firmatur ſolium,] ideſt, ſedes regni. Unde *infra* 25. Aufer impietatem de vultu Regis, & firmabitur juſtitia thronus ejus. E converſo per injuſtitiam perditur regnum. Unde *Eccli.* 10. Regnum a gente in gentem transfertur propter injuſtitias, & injurias, & contumelias, & diverſos dolos, ſicut patet in Saul & Roboam. *n* Voluntas Regum labia juſta, ideſt labia juſta placent Regibus, ideſt, juſtis ſe & alios bene regentibus: de quibus *Luc.* 10. Multi Reges & Prophetæ voluerunt videre quæ vos videtis, & non viderunt. Sunt autem multi, qui ſe Reges & Prælatos æſtimant, cum revera non ſint, niſi nomine tenus; re autem piratæ vel latrones.

Unde Alexandro quærenti a quodam pirata, quare devaſtaret mare? dicitur ille pirata reſpondiſſe: Ego, quia parva ſcapha devaſto, dicor pirata, tu vero, quia claſſe magna totum orbem devaſtas, diceris Imperator. Et Socrates videns præpoſitos cujuſdam Principis ducere quemdam latronem ad patibulum, dixit: Magni fures parvum latronem ſuſpendunt.

o Qui recta loquitur,] ideſt, recte, [dirigetur] ut rectis greſſibus operum perveniat ad vitam æternam. E converſo: Vir linguoſus non dirigetur in terra viventium. *Eccli.* 37. Ante omnia opera tua verbum verax præcedat te; & ante omnem actum conſilium ſtabile.

Pſal. 119. al. † eam.

p Indignatio Regis nuncii mortis,] ad litteram, ideſt, ira Regis nunciat mortem illis, quibus iraſcitur. Vel ſic: [Nuncii mortis] ſunt, [Indignatio Regis] ut patet in illo, qui nunciavit David mortem Saulis, 2. *Reg.* 1. Et in illis, qui nuntiaverunt eidem mortem Isboſeth. 2. *Reg.* 4.

C

al. † vam.

Myſtice. *q* Nuncii mortis] ſunt Angeli Satanæ, omnes hæretici, vani Philoſophi, detractores, adulatores, omnes mali ſuggeſtores. Hi ſunt [indignatio Regis] æterni, quia offendunt eum, & eis Dominus indignatur; tamen non negatur ei pœnitentia, dum ſunt in via. Unde ſequitur. *r* Et vir ſapiens placabit eum] ſcilicet Regem, ſicut Jacob, Eſau, præmiſſis muneribus. *Geneſ.* 33. Et Abigail David, 1. *Reg.* 25.

Myſtice.

ſ In hilaritate vultus Regis vita,] ideſt, ſecuritas vitæ, ut patet in Eſther, & Judith: Vel.
Myſtice. *ſ* In hilaritate vultus Regis,] ſcilicet Chriſti venientis ad judicium.

Myſtice.

t Vita,] quia quicumque viderint vultum Chriſti hilarem, vivent cum eo in æternum. Soli enim electi eum videbunt placatum, quem reprobi videbunt iratum. Omnes autem videbunt eum ſecundum humanitatem. *Iſa.* 40. Videbit omnis caro ſalutare Dei noſtri.
u Et clementia ejus, [ideſt, lenitas.
x Quaſi imber ſerotinus] qui in Judæa jam maturis meſſibus venire conſuevit. Imber temporaneus datur ad germinandum, & ſerotinus ad maturandum. Imbri ergo ſerotino comparatur clementia Chriſti, quæ germina bonæ vitæ, ideſt, initia ad maturitatem perſeverantiæ perducit. Ipſe enim utrumque dat, & germen, & maturitatem, ideſt, & velle & perficere. *Philip.* 2. Deus eſt qui operatur in nobis, & velle, & perficere pro bona voluntate. Hoc eſt, quod dicitur *Deuter.* 11. Dabit Dominus pluviam terræ veſtræ temporaneam & ſerotinam, ut colligatis frumentum, vinum, & oleum.
y Poſſide ſapientiam,] quaſi artem vivendi, ideſt, ipſam ſolam reputa tuam poſſeſſionem. Vel, [poſſide ſapientiam,] ideſt, intra in corporalem poſſeſſionem ſapientiæ, pedem intellectus ponendo in veritate per fidem, & pedem affectus in bonitate per charitatem.
z Quia auro melior eſt,] ut dictum eſt *ſupra* 8.
a Et acquire prudentiam, quia pretioſior eſt argento.] Differt ſapientia a prudentia, quia ſapientia eſt virtus qua ſapiunt res, prout ſunt mala male, bona bene, & optima optime: Prudentia vero eſt virtus electiva boni, & fugitiva mali. Item ſapientia eſt de his, quæ ad fidem pertinent: Prudentia vero de his, quæ ad mores pertinent in formandos. Item ſapientia eſt de divinis, prudentia de humanis. Primo modo tam ſapientia, quam prudentia virtus eſt: Duobus aliis modis in genere cognitionis ſunt. Comparatur autem ſapientia auro; prudentia argento; quia ſicut aurum præfertur argento in valore, ſic ſapientia prudentię. Nam ſapientia regitur contemplativa vita, prudentia activa. *b* Semita juſtorum,] ideſt, obſervatio conſiliorum & ſupererogationum.
c Declinat mala,] ideſt, illicita & perverſa, a quibus longe vadit.
d Cuſtos animæ ſuæ,] ideſt, qui cuſtodit animam ſuam a Dęmonum ſuggeſtione, a carnis voluptate, a mundi vanitate, qui ſunt latrunculi Syriæ, & latrunculi Moab, & latrunculi Ammon, de quibus 4. *Reg.* 24. Syria interpretatur ſublimis. Ecce Diabolus ſuperbus. Moab ex patre, ecce voluptas carnis. Ammon iniquus, vel onerans, ecce mundus. *e* Servat vitam ſuam,] ſcilicet gratiæ, ut tandem tranſeat ad vitam gloriæ.

a Con-

Digitized by Google

a Contritionem *b* præcedit ſuperbia , *c* & ante ruinam exaltatur ſpiritus. *d* Melius eſt humiliari *e* cum mitibus, quam *f* dividere ſpolia cum ſuperbia . *g* Eruditus in verbo † *h* reperiet *i* bona , & qui k ſperat in Domino, *l* Beatus eſt . *m* Qui ſapiens eſt corde , *n* appellabitur prudens : & *o* qui dulcis eſt eloquio , *p* majora reperiet . *q* Fons vitæ *r* eruditio poſſidentis, *ſ* doctrina ſtultorum *t* fatuitas : *u* Cor ſapientis erudit os ejus, & *x* labiis † ejus addet gratiam . *y* Favus mellis verba compoſita : *z* dulcedo animæ *a* ſanitas oſſium. Eſt *b* via , quæ videtur homini recta , & *c* noviſſima ejus ducunt ad mortem . Anima *d* laborantis *e* elaborat ſibi, *f* quia compulit eum os ſuum . Vir † *g* impius *h* fodit malum, & in *i* labiis ejus k ignis *l* ardeſcit. *m* Homo perverſus *n* ſuſcitat lites , *o* & verboſus *p* ſeparat Principes . Vir *q* iniquus *r* lactat amicum ſuum , & *ſ* ducit eum *t* per viam non bonam.

al. † percipiet.

al. † Illiſa.

Sap. 4. 1. al. † Inſipiens.

a Contritionem,]qua quis conteritur, vel alium conterit. *b* Præcedit ſuperbia] quæ eſt initium peccati. *Eccli.* 10. Ut patet in Nabuchodonoſor , qui propter ſuperbiam ſuam factus eſt bos. *Dan.* 4. Vel , [contritionem gehen-

C næ,] in qua conreretur ſimul corpus , & anima , [præcedit ſuperbia ,]qua receditur a Deo; Nunquam enim Deus permitteret ſic conteri hominem, niſi prius receſſiſſet ab eo. Exemplum in Antiocho Epiphane. 1. *Machab.* 6. Et in Herode Agrippa . *Act.* 12. De hoc dicit *Jer.* 17. Induc ſuper eos diem afflictionis , & duplici contritione conrere eos , Domine. *c* Et ante ruinam axaltatur ſpiritus,] ideſt , extollitur per ſuperbiam . Humilitas vero , quia in imo eſt, non timet ruinam , aut caſum. *Job.* 30. Elevaſti me , & quaſi ſuper ventum ponens eliſiſti me valide. *d* Melius eſt humiliari.]ideſt, humilia pati & vivere abjecte , & viliter . *e* Cum mitibus ,] ideſt , cum manſuetis. *f* Quam dividere ſpolia cum ſuperbis,]quaſi dicat : Melius eſt pati injuriam cum humilibus, & apoliari , quam irrogare aliis , & cum ſuperbis ditari . *Pſ.* 83. Elegi abjectus eſſe, &c. Item *Heb.* 11. Fide Moyſes grandis factus negavit ſe filium Pharaonis, magis eligens affligi cum populo Dei , quam temporalis peccati habere jucunditatem . *g* Eruditus in verbo ,] doctrinæ , aut prædicationis. *h* Reperiet,] ſibi & auditoribus . *i* Bona,] gratiæ , & gloriæ , quæ ſola quærit. k Et qui ſperat in Domino ,] licet non noverit prædicare , aut docere . *l* Beatus eſt ,] jam ſpei ſecuritate, tandem rei veritate. *Iſa.* 50. Quis ambulavit in tenebris , & non eſt lumen ei ? Speret in nomine Domini, & invitatur ſuper Deum ſuum. *m* Qui ſapiens eſt corde ,] ideſt , cui ſapiunt res, prout ſunt, licet neſciat prædicare. *n* Appellabitur prudens,] & eſt in veritate; quia ſcit eligere bonum, & reprobare malum . *Beda* ſic exponit . *m* Qui ſapiens eſt corde,] ſolum , ideſt , qui Sapientiam fide quam didicit , corde cuſtodit, merito nomen prudentis accipit.

Sed qui eamdem Sapientiam docte prædicare , & contra hæreticos defendere novit , majoris laboris præmia digniora percipiet. Hoc eſt quod legitur *Matt.* 5. Qui fecerit ſic, & docuerit , hic magnus vocabitur in regno cœlorum 1. *Timoth.* 5. Qui bene præſunt Præsbyteri , duplici honore digni habeantur , maxime qui laborant in verbo, & doctrina . *o* Et qui dulcis eſt eloquio] prædicando , exhortando , corrigendo , hæreticis reſiſtendo. *p* Majora reperiet,] præmia ſcilicet, quam Sapiens corde tantum, quia habebit aureolam Prædicatorum, quod non ille. Unde *Dan* 12. Qui docti fuerint , fulgebunt , quaſi ſplendor firmamenti ; & qui ad juſtitiam erudiunt, quaſi ſtellæ in perpetuas æternitates. Sed ex hoc videtur , quod aureola augeat præmium, quod tamen non conceditur. Sol. Revera aureola non auget premium. Et quod hic dicitur, [majora reperiet ,] præmia , ideſt , plura , quia auream , & aureolam , illi autem tantum auream . Vel ſic , [majora reperiet ,] præmia quam meruerit. Vel, [Qui dulcis eſt eloquio majora reperiet,] quia pluribus prodeſt. *Eccli.* 6. Verbum dulce multiplicat amicos, & mitigat inimicos. *q* Fons vitæ,] ſcilicet, gratiæ, & gloriæ. *r* Eruditio poſſidentis,] ipſam eruditionem, ideſt, habentis interius in corde per intellectum, & affectum; & in opere per effectum: Ex tali quippe eruditione oritur vita gratiæ & gloriæ. *ſ* Doctrina ſtultorum,] qui non faciunt, quod docent. *t* Fatuitas,] ideſt, fatua ſine ſapore , quia nec ipſi ædificantur ex ea, nec ædificant audientes. Illis dicitur. *Iſa.* 42. Qui multa vides, nonne cuſtodies? & qui apertas habes aures, nonne audies? *u* Cor Sapientis erudiet os ejus,] ut diſcrete, & modeſte, & utiliter loquatur, non turpiloquium, aut ſtultiloquium, aut ſcurrilitatem, aut vanitatem , aut mendacium, aut detractionem, aut adulationem, ſicut dicit Apoſtolus . *Eph.* 4. Omnis ſermo malus ex ore veſtro non procedat; ſed ſi quis bonus eſt, ad ædificationem fidei, ut det gratiam audientibus. Similiter cor ſtultorum docet os eorum , ſed ſtultitiam , aut malitiam. *Job.* 15. Docuit iniquitas os tuum, & imitaris linguas blaſphemantium . Item *Jer* 9. Docuerunt linguas ſuas loqui mendacium . *x* Et labiis ejus addet gratiam,] ideſt, loquela ejus erit gratioſa . Nam qui ſapienter , & affectione loquitur , libenter auditur . Unde *inf.* 22. Qui diligit cordis munditiam , propter gratiam labiorum, habebit amicum Regem . D

y Favus mellis verba compoſita] ideſt , donis gratiarum ac moribus ordinata . In favo mellis duo ſunt , ſcilicet , mel , & cera. Mellis dulcedo refertur ad refectionem affectus, cera ad illuminationem intellectus. Hæc duo debent facere verba Doctorum. Unde de Joanne Baptiſta dicitur *Jo.* 5. Erat Joannes lucerna ardens , & lucens. *z* Dulcedo animæ,] ideſt, cordis munditia , operis innocentia , oris modeſtia . *a* Sanitas oſſium ,]ideſt , virium naturalium, quæ ex his roborantur. E contrario vitia ſunt infirmitas, & corruptio earum. Nam in hæreticis corrupta eſt vis rationabilis; in avaris , & luxurioſis , & guloſis vis concupiſcibilis; in ſuperbis, invidis, & iracundis, vis iraſcibilis. Vel [dulcedo animæ,] ideſt , cognitio Chriſti , quæ dulcedinem in anima facit : eſt [ſanitas oſſium ,] ideſt , virtutum.

b Eſt via, quæ videtur homini recta ,] ut quibuſdam magna pœnitentia, vel aſpera correctio, aliis ſplendide comedere, divitiis abundare.

c Et noviſſima ejus ducunt ad mortem ,] æternam, quia ſine diſcretione omnis via præcipitium habet. Unde *Levit.* 2. Jubet Dominus ſal apponi in ſacrificio. *d* Anima laborantis ,] qui non amat requiem ſibi in hoc exilio. *e* Laborat ſibi ,] principaliter, ideſt , ad ſuum profectum. *f* Quia compulit eum os ſuum ,] ideſt , comeſtio pomi vetiti , quod comedit Adam. Unde dictum eſt ei , & in eo omnibus hominibus : In ſudore vultus tui veſceris pane tuo. *Gen.* 3. Hoc eſt , quod dicitur *Eccli.* 6. Omnis labor hominis in ore ejus, ideſt , propter os ejus.

Moraliter. Os compellit laborare Doctores , & prædicatores, quia quodammodo cogit eos agere , quod docent , ut os Turturis retorqueatur ad aſcellam . Et hoc eſt, quod dictum eſt *ſup.* 6. Illaqueatus es verbis oris tui , & captus propriis ſermonibus. *g* Vir impius,] cui bona deſipiunt , & mala ſapiunt . *h* Fodit malum ,] ideſt , de profundo iniquitatis extrahit per excogitatam adinventionem, quaſi non ſufficerent mala conſueta. In foſſione etiam duo notantur , labor ſcilicet, & ſcrutinium. De labore dicit *Jer.* 9. Ut inique agerent , laboraverunt. De ſcrutinio dicit *Pſ.* 36. Scrutati ſunt iniquitates, defecerunt ſcrutantes ſcrutinio,

i Et in labiis ejus ,] ideſt , impii . k Ignis ,] iracundiæ, vel ignis gehennæ.

l Ardeſcit ,] quia merito labiorum ſuorum ardebit igne perpetuo. *m* Homo perverſus ,] ideſt , penitus a Deo verſus, ſcilicet, corde , ore , & opere. Vel , [perverſus ,] ideſt , veritati contradicens . *n* Suſcitat lites ,] ideſt , ſeminat diſcordias. Vel [ſuſcitat lites ,] ideſt , querelas contra ſe apud Deum multiplicat , tot & tantas, ut eas non poſſit, nec ſciat pacificare. *o* Et verboſus ,] ideſt, plenus verbis . *p* Separat Principes ,] ad litteram, diſcordias ſeminando . Vel , [ſeparat] a ſeipſo , Principes , ideſt , ſanctos Angelos. *q* Vir iniquus,] ideſt , adulator . *r* Lactat amicum ſuum,] qui amat eum , ideſt , blandiendo decipit , *ſup.* 1. Fili , ſi te lactaverint peccatores, ne acquieſcas eis. *Matt.* 8. *Luc.* 9. Dimitte mortuos ſepelire, &c. *Greg.* Mortui mortuum ſepeliunt , cum peccatores peccatorem favoribus premunt. *ſ* Et ducit eum ,] acquieſcentem ſibi. *t* Per viam non bonam,] ideſt , per viam ſuperbiæ , vel inanis gloriæ , quia facit eum , cui adulatur , vel ſuperbire , vel inaniter gloriari Unde *inf* 29 Homo qui blandis , fictiſque ſermonibus loquitur amico ſuo, rete expandit greſſibus ejus. *Iſ.* 3. Popule meus, qui beatum te dicunt , ipſi te decipiunt , & viam greſſuum tuorum diſſipant.

a Qui

Google

a Qui attonitis oculis,]ideſt, ſtupefactis ante ſe poſita non videntibus. *b* Cogitat prava] aliis. *c* Mordens labia ſua perficit malum]mentis propoſito. Et notat hic Salomon proprietates cogitantium mala. Habent enim oculos attonitos, ut etiam ante ſe poſita non videant, ut dicitur *Job* 15.

a Qui attonitis oculis *b* cogitat † prava, *c* mordens labia ſua perficit malum. *d* Corona dignitatis, ſenectus, *e* quæ in viis juſtitiæ reperietur. *f* Melior eſt patiens viro forti, & *g* qui dominatur animo ſuo, *h* expugnatore urbium. *i* Sortes mittuntur in ſinum, ſed *k* a Domino temperantur.

Quid te elevat cor tuum, & quaſi magna cogitans attonitos habes oculos? dicit Eliphaz. Item mordent labia aut baculos, quod eſt ſignum alicujus mali perpetrandi. *d* Corona dignitatis ſenectus,] ideſt, mentis maturitas, & vita immaculata ſunt cauſa coronæ, ideſt, vitæ æternæ. *e* Quæ in viis juſtitiæ reperietur. Viæ juſtitiæ duæ ſunt, ſcilicet facere aliis quod tibi vis fieri: non facere aliis, quod tibi fieri non vis. In his viis ſenectus hæc venerabilis invenitur. *Sap.* 4. Senectus venerabilis eſt, non diuturna, neque numero annorum computata, &c.

al. † mala

Tob. 6

f Melior eſt patiens viro forti,] ideſt, melior eſt patientia, quam fortitudo, quia per patientiam vincitur proprius animus; per fortitudinem vero, quod eſt extra, ſuperatur. Unde exponendo ſubjungit. *g* Et qui dominatur animo ſuo] eum ſibi ipſi humilitate patientiæ ſubjiciendo. *h* Expugnatore urbium] quia qui expugnat urbem, toto ſe pugnat extra, ideſt, quod contra ſe eſt; qui autem animum ſuum expugnat, dimidio ſe contra ſeipſum pugnat, & ideo glorioſior eſt ibi victoria. Unde Sancti nunquam, aut raro gloriantur in hoc, quod ſtrenue agunt, ſed in eo quod patiuntur. *Gal. ult.* Mihi autem abſit gloriari, &c. Nec in fortitudine, ſed in patientia, dicit Dominus, poſſidebitis animas veſtras. *Luc.* 21.

i Sortes mittuntur, &c.] Hic docet metaphorice comparatione ſortis non debere ſuperbire de bono, quia dubii & incerti ſunt exitus rerum. Unde *Eccli.* 9. Non ſcit, an amore, an odio dignus ſit, ſed omnia in futurum ſervantur incerta. Sicut enim ſortes in ſinu contentæ abſconduntur, ſed poſtea extractæ patent; ſic facta hominum in præſenti latent, cujus ſint meriti, ſed in futuro patebunt, quaſi de ſinu divini judicii extracta. Et hoc eſt quod dicit: Sortes mittuntur in ſinum, ideſt, in occulto, ſicut calculi ſolent in urna poni. *k* Sed a Domino temperantur] ut ſuper illum cadat ſors, de quo vult Dominus. Unde *Act.* 2. Et cecidit ſors ſuper Mathiam. Sors antiquitus erat in uſu, ſed modo non; quia non ſorte, ſed arte, & aliquando fraude eliguntur Rectores. Verſus:

Sorte patent Jonatha, Jonas, Saul, atque Mathias,
Achor, Presbyteri, funiculus hoc modo factus,
Diviſit, modo quæ fiunt non ſorte, ſed arte.

Sorte patent Jonathas, 1. *Reg.* 14. *Jonas* 1. Saul, 1. *Reg.* 10. Atque Mathias. *Act.* 2. Achor. *Joſ.* 7. Presbyteri. *Luc.* 1. Funiculus hoc modo factus diviſit. *Joſ.* 14. & *ſeq.* Modo quæ fiunt non ſorte, ſed arte.

EXPOSITIO CAP. XVII.

MElior eſt buccella ſicca cum gaudio, quam domus plena victimis,] ideſt, lautioribus, & ſolemnibus epulis, [cum jurgio] ad litteram.

Myſtice. Myſtice. Melius eſt parvum bonum cum charitate, quæ eſt gaudium, & riſus animæ, ſine ſcientia prædicandi, quod eſt buccellam ſiccam comedere, quam magis fulgere virtutibus cum admiſtione diſcordiæ, quæ eſt jurgium. Unde *Eccli.* 19. Melior eſt homo, qui minuitur ſcientia, & deficiens ſenſu in timore Dei, quam qui abundat ſenſu, & tranſgreditur legem Altiſſimi. Vel ſic. *l* Melior eſt buccella ſicca,] ideſt, modica ſubſtantia. *m* Cum gaudio,] ideſt, cum pace, & quiete mentis. *n* Quam domus plena victimis, cum jurgio, ideſt, quam multæ divitiæ cum cura, & ſollicitudine, quæ eſt jurgium mentis. *Eccle.* 5. Dulcis eſt ſomnus operanti, ſive parum, ſive multum comedat; ſaturitas autem divitis non ſinit eum dormire. *Pſ.* 36. Melius eſt modicum juſto ſuper divitias peccatorum multas. Item [Melior eſt buccella ſicca cum gaudio,] ideſt, modica eleemoſyna cum hilaritate, quam multa, & magna dare cum objurgatione, & triſtitia. Unde *Eccli.* 35. In omni dato hilarem fac vultum tuum, & in exultatione ſanctifica decimas tuas. Hoc eſt quod dicit Apoſtolus 2. *Cor.* 9. Qui parce ſeminat, parce & metet; & qui ſeminat in benedictionibus, de benedictionibus & metet. Unuſquiſque prout prædeſtinavit in corde ſuo non ex triſtitia, aut neceſſitate. Hilarem enim datorem diligit Deus. Item, [Melior eſt buccella ſicca cum gaudio,] ideſt, modica pœnitentia cum mentis hilaritate ſine laude hominum, quam domus plena victimis cum jurgio, ideſt, quam magna corporis afflictio cum cordis murmuratione, quæ eſt peſſimum jurgium. *Hieronymus.* melius eſt paucos Pſalmos cum hilaritate animi canere, quam totum Pſalterium cum triſtitia tranſcurrere. Vel *l* Melior eſt buccella] Euchariſtiæ [ſicca,] i. ſine potu lacrymarum, ſine pulmento devotionis, ſine ſalce contritionis. *m* Cum gaudio] ſpei & mundæ conſcientiæ. *n* Quam domus plena victimis,] ideſt, quam opera diſciplinæ, ubi multa animalia vitiorum occiduntur. *o* Cum jurgio,] ideſt, carnis rebellione. Utrumque tamen bonum eſt, ſed illud melius. De hac buccella dicitur *Ruth.* 2. Quando hora veſcendi fuerit, veni huc, & comede panem, & intinge buccellam tuam in aceto, ideſt, in commemoratione paſſionis Chriſti, quod debet fieri cum cordis compaſſione. Unde *Gen.* 3. In ſudore vultus tui veſceris pane tuo. *p* Servus ſapiens dominabitur filiis ſtultis, &c.] ideſt, auctoritatem dividendi accipiet, ut patet in Joſue ſervo Moyſi, qui filiis Iſrael terram promiſſionis diviſit. *Joſ.* 14. Vel in diviſione partem accipiet, ut patet in Jeroboam, qui decem Tribus habuit, & Roboam filius Salomonis tantum duas. 3. *Reg.* 12. Et in Jephte. *Judic.* 1.

A Eccl. 16.

al. † Deus.

CAP. XVII.

l MElior eſt buccella ſicca cum *m* gaudio, quam *n* domus plena *o* victimis cum jurgio. *p* Servus ſapiens *q* dominabitur filiis ſtultis, & *r* inter fratres hæreditatem dividet. *ſ* Sicut igne probatur argentum, & aurum camino; ita corda probat † Dominus.

Myſtice. *p* Servus ſapiens, ideſt, populus gentilis, qui olim Idolis ſerviebat. *Rom.* 6. Cum ſervi eſſetis peccati, liberi fuiſtis juſtitiæ. Filii ſtulti ſunt populus Judaicus, quibus modo dominatur populus gentilis. *r* Et inter fratres,] ideſt, inter filios regni, dividet hæreditatem cœleſtem, vel ſacram Scripturam prædicando, & docendo. Quod autem ſacra Scriptura hæreditas dicatur, teſtatur David. *Pſ.* 118. dicens: Hæreditate acquiſivi teſtimonia tua. De hac diviſione prophetavit Jacob *Gen.* 49. Beniamin, ideſt, Paulus, lupus rapax, mane comedet prædam, & veſpere dividet ſpolia. Myſtice.

Moraliter, ſecundum *Gloſſ.* *p* Servus] eſt quilibet pœnitens, olim ſervus diaboli, & peccati; quia qui facit peccatum, ſervus eſt peccati, *Joan.* 9. Sed modo effectus eſt [ſapiens] pœnitendo de peccatis. Hic *q* dominabitur filiis ſtultis] ideſt, juſtis negligentibus, & in charitate torquentibus. *r* Et inter fratres, &c.] ideſt, inter Electos portionem ſecundum exigentiam meritorum ſuorum æternæ hæreditatis habebit. Item, *p* Servus ſapiens] eſt quilibet juſtus, cui ſapiunt res, prout ſunt, ſerviens Deo corde, ore, & opere. Hic *q* Dominabitur filiis ſtultis,] ideſt, detractoribus, quia non reputat eos, quia licet lacerent, & mordeant, & oblatrent, ut canes, linguas tamen habent medicinales, & extrahunt exterius putredinem vitiorum de corde juſtorum per confuſionem, ſi qua eſt interius. Item latrando cuſtodiunt ne ad mala exeat juſtus. Unde *Diogenes*: Omnis homo neceſſarium habet, aut valde amicum, aut valde inimicum ad ſui cuſtodiam. Item ſpinæ & vepres, etſi non proferant ex ſe uvas, aut ficus; valent tamen ad faciendum ſepes ad cuſtodiam vinearum. Valent etiam ad pungenda apoſtemata, ut ſanies effluat extra. Hoc faciunt inimici, qui ſerviunt detrahendo. Unde *Matt.* 7. & *Luc.* 6. Nunquid colligunt de ſpinis uvas, aut de tribulis ficus? Ita, Domine, ipſi, qui ſunt Sapientes, quia & tu de lapidibus panes dulces facis. Unde & B. Stephano lapides dulces fuerunt. Item *p* ſervus ſapiens] eſt ſpiritus, ſive anima pœnitentis. Filii ſtulti ſunt peccata, vel mala opera, quæ ſerviunt de tribus, ſcilicet, de aqua, de ſale, de ſinapio. De aqua lacrymarum, quam effundunt ad lavandum manus, id eſt, opera. De ſale diſcretionis, quia diſcretior, & cautior eſt homo poſt peccatum. De ſinapio compunctionis, quam excitat in recordatione ſui, qua pungitur cor triplici aculeo, ſcilicet doloris, pudoris, & timoris. Et hoc eſt, quod dicitur *Rom.* 8. Omnia cooperantur in bonum his, qui ſecundum propoſitum vocati ſunt Sancti, etiam peccatum, dicit *Gloſſ.* *ſ* Sicut igne probatur argentum, & aurum camino; ita corda probat Dominus] fortiora ſcilicet, quæ per aurum ſignificantur, probat majori tribulatione, quæ per Moraliter.

caminum

Digitized by Google

caminum intelligitur; fragiliora, quæ per argentum deſignantur, probat minori tribulatione, quæ per ignem accipitur hic. Sunt autem tria probatoria boni auri. Primum, eſt ignis fornacis. Secundum, tactus lapidis. Tertium, repoſitio in luto. Sic viri juſti tria habent probatoria. Primum, eſt ignis tribulationis, ubi ſicut aurum in fornace probatur; ſic juſtus ab omni ſorde mundatur. *Sap.* 3. Tanquam aurum in fornace probavit eos Dominus. *Eccli.* 27. Vaſa figuli probat fornax, & homines juſtos tentatio tribulationis. Secundum eſt probatorium laudis humanę, ubi ſicut aurum in tactu lapidis cognoſcitur; ſic juſtus in laude hominis. Si enim afficitur, vel inficitur ea, reprobus eſt; ſi non, probatus eſt. De hoc dicitur *infr.* 27. Quomodo probatur in conflatorio argentum, & in fornace aurum; ſic probatur homo ore laudantium. Probatio iſta fortior eſt, quam præcedens. Multi enim ignem tribulationis æquanimiter ſuſtinent, qui laudes, vel vituperia pati neſciunt ſine elatione, vel odio. Tertium probatorium, ſunt divitiæ temporales, ubi ſi cor hominis non putreſcit; ſicut nec bonum aurum in luto putreſcit; tunc probatus eſt homo; ſi autem putreſcit aurum, reprobatum eſt: ſimiliter & homo. Unde *Jer.* 6. Argentum reprobum vocate illos, quia Dominus projecit eos.

Tribus modis probatur aurū; ſimiliter Juſti.

Inf. 24. c.
Inf. 31. c.

Tempore Martyrum aurum Eccleſiæ probatum eſt igne, tempore Confeſſorum laude, quia toto mundo laudabantur, nec inde ſuperbiebant, ſed totam laudem in Dominum retorquebant.

Tempore vero noſtro, in quo fœces ſeculi devenerunt, probatur Eccleſiæ aurum in luto divitiarum, & in pluribus reprobum invenitur. Hoc triplex probatorium in figura præceſſit. Nam Abel, Cain habuit quaſi ſuum probatorium? Iſaac, Hiſmaelem, Jacob, Eſau. *a* Malus obedit linguæ iniquæ,] quæ triplex eſt, ſcilicet, lingua carnis, lingua mundi, lingua diaboli. Lingua carnis ſuadet ſuavia, ſcilicet, molliter dormire, bene comedere, & diſſuadet aſpera, ſcilicet, jejunare, vigilare, & hujuſmodi. Hæc lingua loquitur tibi, cum vis ſurgere ad matutinas, aut cum vis jejunare. Et primo contradicit, & appellat, a manifeſto gravamine, & poſtulat diem. Si autem non acquieſcitur ei, tunc incipit allegare, & oſtendere rationes, ſicut aſina Balaam. *Num.* 23. Multi inquit, mortui ſunt, vel inſanierunt propter nimias vigilias, & propter nimia jejunia; melius eſt ſuaviter ire, quam cito deficere. Et dicit Poeta.

De triplici lingua.

Quod caret alterna requie durabile non eſt.

Ovidius in Epiſtolis.

Et rationabile ſit obſequium veſtrum, *Rom.* 12. Et carnem ſuam nemo unquam odio habuit. *Epheſ.* 5. Sed bonus onager clamorem hujus exactoris non audit, ideſt, deſiderium voluptatis. *Job* 39. Lingua mundi ſuadet vana, ſcilicet, honores mundi, divitias, & hujuſmodi: diſſuadet vera bona, ſcilicet, paupertatem, humilitatem, & vilitatem. Hæc eſt lingua Ægyptiaca, quam veri filii Jacob miſſi ad emendum frumentum non intelligunt. *Gen.* 42. Tertia lingua, ideſt Diaboli ſuadet iniqua, ſcilicet, invidiam, odium, ſuperbiam & hujuſmodi: & diſſuadet pacem, concordiam, charitatem & hujuſmodi. Hæc eſt lingua Syriaca, quam viri de Jeruſalem non intelligunt. *Iſa.* 36. Qui huic triplici linguæ obedit, ideſt, acquieſcit, malus eſt. Signanter autem dicit, malus obedit linguæ iniquæ, quia omnis malus has tres linguas ſibi præficit Prioriſſas, ut quicquid juſſerint, ſtatim obediat.

De qualibet harum trium linguarum poteſt intelligi illud *Eccli.* 27. Lingua tertia multos commovit, & diſperſit illos de gente in gentem. Et *inf. eod.* Lingua tertia mulieres fortes ejecit, & privat illas laboribus ſuis.

b Et fallax obtemperat labiis mendacibus,] ideſt, Diaboli, qui eſt mendax, & pater mendacii. *Joan.* 8. qui promittit temporalia, ut oblivisci faciat æterna.

Dicitur autem Diabolus habere linguam iniquam aperte ſuggerendo, & labium mendax occulte inſidiando: & qui non vult reſiſtere apertę tentationi, merito decipitur occulta ſuggeſtione ſub ſpecie virtutis, ut dicit *Greg.* Unde *Job* 24. Ipſi fuerunt rebelles lumini, neſcierunt vias ejus. Vel: *b* Fallax,] ideſt, ſimulator, hypocrita, qui ſeipſum & alios ſub ſpecie aliena decipit.

c Obtemperat labiis mendacibus,] laudantium ſcilicet, & adulantium. Juſto enim judicio Dei fit, ſicut dicit *Greg.* ut

a Malus obedit linguæ iniquæ, & *b* fallax *c* obtemperat labiis mendacibus. *d* Qui deſpicit pauperem, *e* exprobrat factori ejus; & *f* qui in ruina lætatur alterius, non erit impunitus. *g* Corona ſenum, filii *h* filiorum; *i* & gloria filiorum, k patres eorum. Non *l* decent ſtultum *m* verba compoſita, *n* nec Principem *o* labium † mendax. *p* Gemma *q* gratiſſima expectatio præſtolantis, *r* quocumque ſe † verterit *ſ* prudenter † intelligit. *t* Qui celat delictum, quærit *u* amicitias,

B

al. † mendens.

al. † vertit.
al. † intelliget.

qui alios exterius decipit, ipſe interius excæcatus, quæ de ſe falſa audit, quandoque credens decipiatur. *d* Qui deſpicit pauperem,] indignando, quia pauper eſt, vel maledicendo, vel non ſubveniendo. *e* Exprobrat Factori ejus,] nam quicquid fit pauperi, fit ipſi Chriſto, qui eſt Factor, & pater pauperum. *Matt.* 25. Quamdiu uni ex fratribus his minimis meis feciſtis, mihi feciſtis. Item *Matth.* 10. Qui vos recipit, me recipit. Et *Luc.* 10. Qui vos ſpernit, me ſpernit. Vel ſpiritualiter. *d* Qui deſpicit pauperem,] ideſt, qui abominatur peccatorem. *e* Exprobrat Factori ejus,] ideſt, qui propter peccatores factus eſt homo. Non enim veni vocare juſtos, ſed peccatores. *Matt.* 9. Unde *Deut.* 23. Non abomineris Ægyptium, *Job* 31. Si deſpexi prætereuntem, eo quod non haberet indumentum, & abſque operimento pauperem. *f* Et qui in ruina lætatur alterius, non erit impunitus,] quia ipſum gaudium eſt ei ruina. Et intelligitur hoc de ruina peccati, vel mortis, vel infortunii. De nulla enim ruina alterius, etiam inimici gaudendum eſt, ſed potius compatiendum, & dolendum, *inf.* 24. Cum ceciderit inimicus tuus, ne gaudeas, & in ruina ejus ne exultet cor tuum, ne forte videat Dominus, & diſpliceat ei, *Job* 31. Si gaviſus ſum ad ruinam ejus, qui me oderat, & exultavi, quod inveniſſet eum malum. *g* Corona ſenum,] ideſt, gaudium Patriarcharum, & Prophetarum, & ſunt.

h Filii filiorum,] ideſt, ſucceſſores Apoſtolorum, a quibus digna laude celebrantur. Unde *Eccls.* 44. Laudemus viros glorioſos, & parentes noſtros in generatione ſua. *i* Et gloria filiorum,] ideſt, Prædicatorum novi teſtamenti ſunt.

k Patres eorum,] ideſt, Patriarchæ, & Prophetæ, quia in hoc gloriantur moderni Prædicatores, quod veterum Patrum filii eſſe meruerunt. Quod autem Apoſtoli dicantur filii Patriarcharum, & Prophetarum, teſtatur *Pſal.* 44. Pro Patribus tuis nati ſunt tibi filii, ideſt pro Patriarchis, & Prophetis Apoſtoli. Item, quod nos ſimus Apoſtolorum filii, dicit Paulus, 1. *Cor.* 4. Ego per Evangelium in Chriſto vos genui. Moraliter. Filii, ſunt cogitationes, filii filiorum ſunt affectiones. Pronepotes, ſunt operationes. Bene ergo dicit.

Moraliter.

g Corona ſenum filii filiorum,] non filii, quia cogitationibus non coronamur, ſed affectionibus. *l* Non decent ſtultum,] ideſt, ſuperbum, [Stultus enim dicitur, quaſi ſtans altus] *m* Verba compoſita,] ideſt, ſacra eloquia, quæ audientes, & facientes componunt, & ornant. Unde *ſup.* 11. Circulus aureus in naribus ſuis, mulier pulchra, & fatua, ideſt, doctrina pulchra verbis, fatua operibus.

Vel ſtultus dicitur quilibet peccator, quem non decent verba compoſita, ideſt, ſacra doctrina, quia quod ædificaret verbo, deſtrueret exemplo. *Eccli.* 15. Non eſt ſpecioſa laus ore peccatoris, quia non eſt a Deo miſſus. *n* Nec Principem,] quemlibet, vel Prælatum, *o* Labium mendax,] decet imo valde dedecet, ſive in Judicio, ſive in prædicatione, ſive in conſilio, ſive in ſimplici locutione. *Eccli.* 25. Tres ſpecies odivit anima mea, & aggravor valde animæ eorum, pauperem ſuperbum, divitem mendacem, & ſenem fatuum, & inſenſatum. *p* Gemma,] ideſt, vita æterna, pro qua comparanda Sapiens negotiator vendidit univerſa, quæ habuit. *Matt.* 13. Eſt. *q* Gratiſſima expectatio præſtolantis,] ideſt, a longe videntis. Præſtolari enim dicitur a præ & Stolon, quod eſt longum, quia longe videre facit fides, & ſpes, ſcilicet, uſque ad cœlum. De hoc dicit *ſup.* 10. Expectatio juſtorum lætitia. *Thren.* 3. Bonum eſt præſtolari cum ſilentio ſalutare Dei. *r* Quocumque ſe verterit,] ſcilicet, præſtolans, ſive ad gaudia cęli, ſive ad ſupplicia inferni, ſive ad miſerias ſæculi. *ſ* Prudenter intelligit,] ideſt, intus legit, quæ bona, quæ mala, quæ fugienda, quæ timenda, quæ appetenda. *t* Qui celat delictum,] alterius. *u* Quærit amicitias,] Dei, & proximi.

Nam celare delictum alterius, eſt ſepelire mortuum, quod eſt opus pietatis. E converſo, revelare eſt mortuum detumulare, quod eſt nefandiſſimum.

De hoc *Eccleſiaſt.* 27. Qui denudat arcana amici, fidem

perdit

perdit, & non invenit amicum ad animum ſuum. *Seneca* Tardiloquum te eſſe jubeo, & prope erit tibi Deus. Et Socrates interrogatus a quodam, qualiter haberet gratiam Dei, & hominum, reſpondit: Si optima quæque egeris, & pauca locutus fueris. *a* Qui alto ſermone, ideſt, audibili. *b* Repetit,] ideſt, revelat alii

al. † altero. delictum proximi. *c* Separat fœderatos,] ideſt, ſe & illum, cujus ſecretum revelat. Aliqui libri habent. Qui altero ſermone repetit, delictum ſcilicet proximi, ſeparat fœderatos ideſt, amicitiam inter illum, cujus delictum revelat, & illum, cui revelat. Hanc litteram legit

D *Gloſſ.* quæ dicit: Primus ſermo eſt, cum fit delictum; alter cum manifeſtatur; & ſecundum hoc poteſt intelligi, tam de proprio delicto, quam de alieno. Vel primus ſermo eſt confeſſio, qua tibi peccatum, vel ſecretum confitetur proximus. Alter ſermo eſt revelatio tua, qua tu aliis revelas, & de hac dicitur *Eccli.* 42. Non duplices ſermonem auditus de revelatione ſermonis abſconditi. *d* Plus proficit correctio apud prudentem] qui ſcit, quid bonum, quid malum. *e* Quam centum plagæ apud ſtultum,]

al. † Dominum. qui neſcit diſcernere inter bonum, & malum. Talis enim, nec flectitur, nec blanditiis emollitur. Unde *inf.* 27. Si contuderis ſtultum in pila quaſi ptiſanas deſuper ferienre pilo, non auferetur ab eo ſtultitia ejus.

a qui † alto ſermone *b* repetit, *c* ſeparat fœderatos. *d* Plus proficit correctio apud prudentem, quam *e* centum plagæ apud ſtultum. *f* Semper jurgia quærit malus, *g* Angelus autem crudelis *h* mittetur contra eum. *i* Expedit magis Urſæ occurrere raptis fœtibus, quam *k* fatuo confidenti ſibi in ſtultitia ſua. Qui *l* reddit mala pro bonis, non *m* recedet malum de *n* domo ejus. *o* Qui dimittit aquam, *p* caput eſt jurgiorum & *q* antequam patiatur contumeliam, judicium deſerit. Et qui *r* juſtificat impium, & qui *ſ* condemnat juſtum, *t* abominabilis eſt uterque apud † Deum,

f Semper jurgia quærit malus,] ideſt, ſeditioſus.
g Angelus, autem crudelis,] ideſt, Diabolus.
h Mittetur contra eum] ut in præſenti affligat ſicut Ægyptios, *Exod.* 12. Vel poſt mortem ad æternum interitum rapiat. Vel ſic. Malus, ideſt, contentioſus, ſemper jurgia quærit, ſive colloquendo, ſive diſputando, magis confidens in clamore, & contradictione, quam in ratione. Unde Petrus dixit ad Simonem Magum: Si interrogas ad contradicendum, non reſpondeo: Nihil enim prohibet poſt evidentiſſimas rationes, ſeu ratiocinationes dicere: nihil eſt dictum. Contra hunc mittit Dominus aliquando Angelum crudelem, ideſt, alium clamatorem, 1. *Cor.* 11. Si quis videtur contentioſus eſſe, nos talem conſuetudinem non habemus, ſed nec Eccleſia Dei. *i* Expedit magis Urſæ occurrere raptis fœtibus] quando valde irata eſt. *k* Quam fatuo confidenti ſibi in ſtultitia ſua] quia Urſa majori vi vincitur; ſtultus vero eruditiſſimis rationibus ſuperari non poteſt.

Myſtice. Myſtice. Urſa eſt gentilitas, catuli rapti, ex ea converſi, ſtultus, hæreticus: Et facilius fuit, & eſt Doctoribus furori gentilitatis occurrere, aliquibus ex ea a beſtiali ſævitia ad pietatem fidei converſis, quam hæretico confidenti in ſui dogmatis perfidia.

Moraliter. Moraliter. Urſa, quæ fortis eſt in poſterioribus, ſed debilis in capite, ſignificat Diaboli ſuggeſtionem, quæ in principio debilis eſt, ſed poſtea convaleſcit. Fatuus eſt ſenſus carnalis, cui ſapida deſipiunt, & inſipida ſapiunt. Expedit ergo magis occurrere Urſæ raptis fœtibus, ideſt, extinctis primis ſuggeſtionum motibus, quam fatuo, id eſt, carnali ſenſui. Facilius eſt enim ſuggeſtiones Diaboli ſuperare, quam inſultus ſenſus carnalis. Diabolus enim reſiſtendo vincitur, ſicut dicit *Jacob* 4. Reſiſtite Diabolo, & fugiet a vobis: Senſus autem carnalis ſemper tecum: eſt enim familiaris inimicus: De quo dicitur *Mich.* 7. Ab ea, quæ dormit in ſinu tuo, cuſtodi clauſtra oris tui; quia filius contumeliam facit patri, & filia conſurget in matrem ſuam, & nurus contra ſocrum ſuam: & inimici hominis domeſtici ejus. *l* Qui reddit mala pro bonis] quæ eſt retributio Diabolica, quam Deus neſcit. *m* Non recedet malum] culpæ & pœnæ. *n* De domo ejus,] ideſt, familia, vel corpore, vel conſcientia. *Jerem.* 18. Nunquid redditur pro bono malum? Et *infra eodem*. Ne propitieris iniquitati eorum, peccatum eorum a facie tua non deleatur. Omnis impatiens, qui maledicenti ſibi, vel malefacienti iraſcitur, reddit malum pro bono. Hujuſmodi enim tribulatio nihil aliud eſt, quam lixivium ad lavandum ſordes capitis, ideſt, cordis. Qui igitur tribulanti ſe iraſcitur, quaſi puer ſcabioſus eſt, qui matri lavanti caput ejus iraſcitur, & convitiatur. Item hujuſcemodi tribulatio aqua eſt ad extinguendum ignem concupiſcentiæ. Unde *Eccli.* 11. Malitia unius horæ oblivionem facit luxuriæ magnæ. *Multiplex utilitas tribulationis.*

Qui igitur tribulanti iraſcitur ſimilis eſt illi, cujus domos ardet: & afferenti ſibi aquam ad extinguendum convitiatur. Item tribulatio panis eſt animæ. Unde *Thren.* 3. Saturabitur opprobriis. Qui igitur tribulanti iraſcitur ſimilis eſt cani, qui manum porrigentis ſibi panem mordet. Sed dicet aliquis, etſi bona faciunt tribulantes; tamen non quia hoc intendunt, ideo non ſunt ſuſtinendi.

Amice, nec ſpinæ, quæ vineam claudunt & cuſtodiunt, hoc intendunt, ſed ſi ideo rejicis, ſtultus es.
o Qui dimittit aquam, ideſt, non refrænat linguam.
p Caput eſt jurgiorum,] ideſt, origo diſcordiæ, & contentionis. *Eccli.* 12. Non des aquæ tuæ exitum nec modicum, nec mulieri nequam veniam prodeundi. Vel aqua eſt fluxa cogitatio, quam dimittit, qui de cogitatione ſtatim in verba prorumpit, & talis fatuus eſt. Unde *ſup.* 12. Fatuus ſtatim indicat iram ſuam. Quare? Quia vas cordis ſui ligaturam, circulum patientiæ, vel humilitatis; aut manſuetudinis non habet: unde immundum eſt ſecundum legem. *Num* 19. Omne vas, quod non habet ligaturam deſuper, immundum eſt.
q Et antequam patiatur contumeliam, judicium deſerit] diſcretionis, ideſt, antequam audient contumeliam ab alio, prorumpit in contumelias, non diſcernens quid dicat, vel utrum ſilere, aut loqui debeat, vel quid diſtet inter contumeliam & pati contumeliam.

Putant enim multi, quod pati contumeliam ſit contumelia, ſed non eſt, imo honor, quo non ſunt omnes digni: Ideo juſti gaudent in paſſione contumeliarum. *Act.* 5. Ibant Apoſtoli gaudentes, &c. Vel ſic: Antequam patiatur, ideſt, donec patiatur, contumeliam, Judicium deſerit, alios objurgando injuſte: Sunt enim quidam, qui ſemper rixantur, donec audiant contumeliam, & tunc tacent. Unde *Martialis* coquo cuidam dixit, qui ſemper clamabat, dum alii recitarent carmina ſua, ut audirentur verſus ſui, donec ad plenum verberatus eſt. *Mart. l. 1. Epigrammaton.*

Quod clamas ſemper, quod verſibus obſtrepis, Heli.
Non facis hoc gratis; accipis, ut taceas.

r Et qui juſtificat impium,] pro ipſo judicando.
ſ Et qui condemnat juſtum,] contra eum ſententiam dando. *t* Abominabilis eſt uterque apud Deum,] licet non apud mundum, vel apud ſe: Sicut Judæi, qui Barrabbam impium quaſi juſtum petierunt dimitti, & Chriſtum quaſi impium condemnari. *Matt.* 27. *Iſa.* 5. Væ qui dicitis malum bonum & bonum malum.

Sed quid faciet Judex, cum videt impium, & quem ſcit impiam cauſam habere, prævalere ſecundum allegationes: & juſtum quem ſcit juſtam cauſam habere ſuccumbere? Si judicat ſecundum allegata, condemnat juſtum, & juſtificat impium, & ita abominabilis fit apud Deum; ſi aliter judicat, facit contra ordinem Judicis. Sol. Aliud eſt aliquid ſcire, ut homo: aliud, ut Judex.

Tu ſcis ut homo iſtum habere juſtam cauſam; ſed ut judex ſcis eum habere injuſtam: tibi homini evidentia facti extra judicium fecit fidem de cauſa, ſed tibi judici allegationes in judicio fecerunt fidem, & ideo ubi es, ut Judex, oportet te judicare ſecundum allegata: nec ſic juſtificas impium, & condemnas juſtum, quia apud te Judicem ille juſtus eſt, cujus allegationes prævalent, & alius injuſtus, qui ſuccumbit, licet apud te hominem e converſo ſit; ideo ubi es, ut homo, e converſo judicabis. Unde *Ambr.* 3. *cauſa*, q. 7. c. *judicet*. Bonus Judex nihil ex arbitrio ſuo facit, & domeſticæ proprietate voluntatis; ſed juxta leges, & jura pronuntiat, ſcitis juris, ideſt, ſtatutis obtemperat; non indulget propriæ voluntati: nihil paratum & meditatum de domo defert; ſed ſicut audit, ita judicat. Licet enim quaſi homo aliter de facto certus ſit; in eo tamen, quod gerit perſonam Judicis, ſedet tanquam prorſus factum ignorans: quare ratione perſonæ, quam gerit, debet ſemper ſecundum allegata judicare. Etſi objicitur, quod contra conſcientiam condemnat innocentem, ergo & moraliter peccat. Reſpondeo per interemptionem, quia non contra conſcientiam, ſed per conſcientiam condemnat. Conſcientia enim ſua ſibi debet dictare, ita eſſe faciendum; aliter erronea eſt. *Originaliter Amb. ſup. Beati immaculatis.*

Aliqui tamen aliter dicunt, ſcilicet, quod debet alii delegare cauſam, qui neſciat factum, qui poſſit ſecundum conſcientiam judicare.

a Quid

a Quid prodeſt habere divitias] temporales, quæ deficiunt. *b* Stulto,] ideſt, diviti avaro. *c* Cum Sapientiam] qua fieret ſapiens. *d* Emere non poſſit,] In ſuo ſtatu manens, & ideo dicitur ſtultus, quia ſi vellet mutare ſtatum, divitiis ſuis poſſet emere Regnum cœlorum, ubi veram ſapientiam haberet: Juxta illud *Matth.6.* Theſaurizate vobis theſauros in cœlo, &c. De hac ſtultitia dicitur *Eccle.5.* Quid prodeſt poſſeſſori, niſi quod cernit divitias oculis ſuis? Imo certe nocent ei: Sunt enim ei ſicut mola aſinaria in collo, ut demergatur in profundum; ſicut dicitur *Matt.* 18. Sunt etiam quaſi gibbus cameli, ut non poſſit tranſire per foramen acus in cæleſtem Jeruſalem, ut dicitur *Matt.* 19

a Quid prodeſt habere divitias *b* ſtulto, *c* cum Sapientiam *d* emere non poſſit? *e* Qui altam facit domum ſuam, *f* quærit ruinam: & qui *g* evitat diſcere, incidit in *h* mala. Omni *i* tempore diligit, *k* qui amicus eſt, & *l* frater in anguſtiis comprobatur, *m* Homo ſtultus plaudet manibus, *n* cum ſpoponderit pro amico ſuo. *o* Qui meditatur diſcordias, diligit *p* rixas: & qui *q* exaltat os ſuum, quærit *r* ruinam. *ſ* Qui perverſi cordis eſt, *t* non invenit bonum; & qui vertit *u* linguam, *x* incidet in malum.

Myſtice. *a* Quid prodeſt habere divitias Scripturarum vel bonorum operum. *b* Stulto,] ideſt, hæretico, vel Judæo, vel hypocritæ, vel cuilibet malo Chriſtiano.

c Cum Sapientiam,] ideſt, Chriſtum, qui eſt Dei virtus, & Dei Sapientia. 1. *Cor.* 1. Vel fidei unitatem, vel vitam æternam, vel bonam actionem emere non poſſit? Chriſtum quoad Judæum, velamen malitiæ habens ſuper faciem cordis, Chriſtum in lege non poteſt cognoſcere. Fidei unitatem quantum ad hæreticum, qui fidem deſtruit. Vitam æternam quoad hypocritam, qui bonis, quæ facit, laudem hominum quærit, & emit. Bonam actionem, quantum ad malum Chriſtianum, cujus omnis vita peccatum eſt, ideſt, abſorpta a peccato. *e* Qui altam facit domum ſuam,] ad litteram, ideſt, alta & magna ædificia conſtruit de pecunia male acquiſita, vel de patrimonio crucifixi, vel ſuperbiæ cauſa, vel oppreſſionis aliorum. *f* Quærit ruinam,] ideſt facit, unde ruat in infernum. Unde *Jerem.* 22. Væ qui ædificat domum ſuam in juſtitia, & cœnacula ſua non in judicio. Vel ſic.

e Qui altam facit domum ſuam,] Ideſt, qui aſpirat ad honores, & dignitates ſæculares.

f Quærit ruinam,] ideſt, unde ruat, ſicut Satan. *Iſa.* 14. Aſcendam ſuper altitudinem nubium, ſimilis ero Altiſſimo, veruntamen in infernum detraheris in profundum laci, *Luc.* 10. Et tu, Capharnaum, uſque ad cœlum exaltata es, uſque ad infernum demergeris. Vel de novitiis clauſtralibus poteſt hoc exponi, qui non ſunt contenti regula communi, ſed ſuperaddunt; quibus non ſufficit eſſe confeſſores, ſed volunt eſſe martyres: qui ſæpe credunt ſibi revelationes fieri, & patiuntur mirabiles deluſiones: & cum volunt alios præcedere, ſæpe alios ſequi non poſſunt. Dicit ergo.

e Qui altam facit domum ſuam,] ideſt, converſationem ſuam ſuper alios eminere cupiens.

f Quærit ruinam] a communitate aliorum. *Seneca:* Redige te ad parva, unde excidere non poſſis. *Luc.* 10. Vidi Satanam ſicut fulgur de cœlo cadentem. Vel ſic.

e Qui altam facit domum ſuam,] ideſt, parentelam ſuam, ſicut Epiſcopi, & Abbates, qui de bonis Eccleſiæ, & in Eccleſia volunt ſublimare parentes ſuos.

f Quærit ruinam,] ideſt, facit, unde ruat in infernum. Unde dicitur *Mich.* 3. Audite hoc Principes Jacob, & Duces domus Iſrael, qui abominamini judicium, & omnia recta pervertitis, qui ædificatis Sion in ſanguinibus, & Jeruſalem in iniquitate. Propter hoc, cauſa veſtri Sion quaſi ager arabitur, & Jeruſalem quaſi acervus lapidum erit, & mons templi in excelſa ſilvarum, ubi non ſunt, niſi infructuoſæ arbores. Item *Abdiæ* 1. Si exaltatus fueris, ut aquila, & inter ſidera poſueris nidum tuum, inde detraham te, dicit Dominus. *g* Et qui evitat diſcere] legem Dei, quæ docet recte vivere, unde ſignificatur per arborem vitæ, quæ eſt in medio Paradiſi.

Quinque mala negligentis diſcere legem. *h* Incidit in mala] multa. Primo, in tenebras erroris, & ignorantiæ. 2. *Petr.* 1. Cui non præſto ſunt hæc, cæcus eſt, & manu tentans. Secundo, in captivitatem Diaboli, & peccati. 1. *Iſa.* 5. Propterea ductus eſt populus meus, quia non habuit ſcientiam. Tertio, quia repellitur a ſervitio Dei. *Oſee* 4. Quia tu repuliſti ſcientiam, repellam te & ego, ne ſacerdotio fungaris mihi: Quarto, quia reddit orationem execrabilem. Unde *inf.* 28. Qui declinat aures ſuas, ne audiat legem, oratio ejus execrabilis. Quinto incidit in malum infelicitatis. *Sap.* 3. Sapientiam, & diſciplinam qui abjicit, infelix eſt.

i Omni tempore] proſperitatis & adverſitatis. *k* Diligit, qui amicus eſt] re & nomine. Vera enim amicitia junctura eſt animorum amantium, non continuatio, ſed condignatio; ſed miſtura, quæ non patitur aliquod permiſtorum tangi, quin totum tangatur. Unde Tullius dicit. Idem velle, idem nolle, ea demum vera eſt amicitia. Hæc amicitia non verbis, ſed factis contrahitur. *Sap.* 4.

Unde 1. *Joan.* 3. Filioli, non diligamus verbo, neque lingua, ſed opere, & veritate. Hæc amicitia non beneficiis paſcitur exterioribus, ſed amore. Unde Tullius. Hanc dicimus veram amicitiam, cujus fructus totus in amore eſt. Et de hoc dicit *Eccli.* 6. Si poſſides amicum, in tentatione poſſide illum. Sed eſt amicitia fortunæ, quæ in tempore proſperitatis diligit, in adverſitate deſerit. De qua *Eccleſ.* 6. Eſt amicus ſecundum tempus, & non permanebit in tempore tribulationis. *Seneca:* Sicut ingreſſus eſt, ſic exibit *Auguſt.* Periculoſum eſt † amicum fieri cum eo, a quo neceſſe habeat ſeparari. *l* Et frater in anguſtiis comprobatur] ſicut olla in igne. Unde *Seneca:* Hoc habet boni adverſitas, quod amicos probat. *al.* † *unicum.*

m Homo ſtultus plaudet manibus,] præ gaudio. *n* Cum ſpoponderit Deo, pro amico ſuo] cujus animam regendam ſuſcipit. Et recte ſtultus dicitur: Nam qui curam animarum ſuſcipit, pro latronibus patibulo adjudicatis, pro civitate obſeſſa, pro infirmis deſperatis fidejuſſorem ſe conſtituit, & de hoc gaudet. Sed hoc ideo eſt, quia honorem, non onus; redditus, non iſta pericula cogitat. Unde *Zachar.* 11. Paſce pecora occiſionis, quæ qui poſſederant, occidebant, & non dolebant, & vendebant ea dicentes: Benedictus Dominus, divites facti ſumus. Pro amico dicit, quia ſolo Dei amore ſuſcipienda eſt cura animarum. *Eccli.* 8 Non ſpondeas ſupra virtutem tuam; quod ſi ſpoponderis, reſtituens cogita.

Multipliciter malus exaltat os ſuum.

o Qui meditatur diſcordias] ſeminandas inter alios. Vel diſcordias, ideſt, injurias ſibi illatas. *p* Diligit rixas,] ideſt, clamoſas, & contentioſas litigationes. *Levit.* 19. Non quæras ultionem, nec memor eris injuriæ civium tuorum. Unde *Cato:*

Poſt inimicitias iram meminiſſe malorum eſt.

q Et qui exaltat os ſuum] magnatibus detrahendo, contra legem, *Exod.* 22. Diis non detrahes. *Pſalm* 72. Poſuerunt in cœlum os ſuum, & lingua eorum tranſivit in terra. Vel laudando ſeipſum, contra illud, *infr.* 27. Laudet te alienus, & non os tuum; extraneus, & non labia tua. Vel magnifica loquendo, contra illud, 1. *Reg.* 2. Nolite multiplicare loqui ſublimia gloriantes. Vel de peccato gloriando *Pſal.* 51. Quid gloriaris in malitia, qui potens es in iniquitate? Vel ſe jactando, ut Nabochodonoſor. *Dan* 4. Nonne hæc eſt Babylon civitas magna, quam ego ædificavi in domum regni in robore fortitudinis meæ, & gloria decoris mei? Cum adhuc ſermo eſſet in ore Regis, vox de cœlo ruit: Tibi dicitur, Nabuchodonoſor Rex: Regnum tuum tranſibit a te, & ab hominibus ejicient te, & cum beſtiis, atque feris erit habitatio tua, fœnum quaſi bos comedes. Non tamen credendum, quod fuerit bos; ſed ita videbatur ei, quod eſſet bos ex parte anteriori, & leo ex parte poſteriori. Qui his modis exaltabit os ſuum.

r Quærit ruinam,] ideſt, facit, unde ruat in culpam, & inde in gehennam. *Jerem.* 11. Ad vocem loquelæ grandis exardeſcet ignis.

ſ Qui perverſi cordis eſt] ex quo debet procedere vita. Unde *ſup.* 4. Omni cuſtodia ſerva cor tuum, quia ex ipſo vita procedit. *t* Non invenit bonum,] ideſt, vitam gratiæ, & ita nec vitam gloriæ. Vel ſic. *ſ* Qui perverſi cordis eſt] ideſt, qui cogitando machinatur malum. *t* Non invenit bonum,] ideſt, Deum. *Sap.* 1. Perverſæ cogitationes ſeparant a Deo. *u* Et qui vertit linguam] propriam ad libitum auditorum, ut adulator. *Iſ.* 30. Loquimini nobis placentia. Vel alienam ut detractor, qui & linguam, & mentem auditorum vertit, & pervertit. Unde *Sap.* 1. A detractione parcite linguæ. Vel. *u* Qui vertit linguam,] ideſt, ſacram Scripturam perverſe exponendo. *x* Incidet in malum,] culpæ, & gehennæ. *Jerem.* 23. Onus erit unicuique ſermo ſuus, & pervertiſtis verba Dei viventis.

a Natus

a Natus eſt ſtultus in ignominia ſua,] & in ignominia moritur, & ad ignominiam æternam deſcendit. *Eccle.* 5. Miſerabilis prorſus infirmitas, quomodo venit, ſic revertitur. Item *Eccli.* 41. Væ vobis viri impii, qui dereliquiſtis legem Domini Altiſſimi; & ſi nati fueritis, in maledictione naſcemini; & ſi mortui fueritis, in maledictione erit pars veſtra. *b* Sed nec pater] naturalis, vel ſpiritualis, ſcilicet Deus, vel Prælatus. *c* In filio fatuo lætabitur,] imo contriſtabitur. Prælatus enim tot filios gignit, quot Canonicos in Eccleſia inſtituit. Filius fatuus eſt parvus ne potulus ſale Sapientiæ non conditus. In tali filio non lætabitur in fine Prælatus. Unde *Eccli.* 16. Ne jucunderis in filiis impiis, ſi multiplicentur, nec oblecteris ſuper ipſos. Et *infra eodem*: Utile eſt mori ſine filiis, quam relinquere filios impios. Item *Job* 21. Egredientur quaſi greges parvuli eorum, & infantes eorum exultant luſibus, tenent tympanum, & cytharam, & gaudent ad ſonitum organi, ducunt in bonis dies ſuos, & in puncto ad infernum deſcendunt.

al. † non habent filio. — *Sap. 15.* — *Eccli. 8.*

a Natus eſt ſtultus in ignominia ſua, ſed *b* nec pater in † filio *c* fatuo lætabitur. *d* Animus gaudens *e* ætatem floridam facit, *f* ſpiritus triſtis *g* exſiccat oſſa. *h* Munera de ſinu impius accipit, ut pervertat ſemitas judicii. In *i* facie prudentis *k* lucet Sapientia, *l* oculi ſtultorum in *m* finibus terræ. *n* Ira patris *o* filius ſtultus, & *p* dolor matris, quæ *q* genuit eum. *r* Non eſt bonum *ſ* damnum inferre *t* juſto, nec a percutere Principem, qui recta judicat. Qui *x* moderatur ſermones ſuos, *y* doctus, & prudens eſt:

Econverſo, bonus Prælatus de bonis filiis lætabitur in futuro. Unde *Philip.* 4. Fratres mei chariſſimi, & deſideratiſſimi, gaudium meum, & corona mea, &c. Et 2. *Cor.* 1. Gloria veſtra ſumus, ſicut & vos noſtra, in die Domini noſtri Jeſu Chriſti. *d* Animus gaudens ætatem floridam facit,] ad litteram, tardius ſeneſcit jucundus homo, quam iracundus. Vel Myſtice. *d* Animus gaudens] gaudio in Spiritu ſancto. *e* Ætatem floridam facit,] ideſt, actionem bonam, unde fructus cœleſtis procreatur, & odor bonæ famæ. *f* Spiritus triſtis,] eſt, triſtitia ſæculi, quæ mortem operatur, 2. *Cor.* 7. *g* Exſiccat oſſa,] ideſt, virtutes, vel vires a pinguedine charitatis, & devotionis, & gaudii in Spiritu ſancto. de hoc dicitur *Eccli.* 30. Jucunditas cordis hæc eſt vita hominis, & theſaurus ſine defectione ſanctitatis, & exultatio viri eſt longævitas, & triſtitiam longe expelle a te; multos enim occidit triſtitia, & non eſt utilitas in illa. *h* Munera de ſinu impius accipit, ut pervertat ſemitas judicii,] ideſt latenter accipit. Impium dicit Judicem, qui munera latenter accipit, quibus vendit juſtitiam, & ideo impius dicitur: quia in Deum peccat, cujus eſt judicium, ut dicitur *Deut.* 1. Non accipietis cujuſquam perſonam quia Dei judicium eſt.

Myſtice.

Moral. Moraliter. *h* Munera,] ſunt delectationes occultæ, quas Diabolus, vel caro ſpiritui porrigit, ut pervertat judicium diſcretionis, quo debet diſcernere quid & quomodo faciendum ſit. *Eccli.* 20. Exenia & dona excæcant oculos Judicum, & quaſi mutus in ore avertit correctiones eorum.

i In facie prudentis,] exteriori. *k* Lucet Sapientia,] id eſt, apparet quaſi lucerna illuminas alios per exemplum. Nam verecundia frontis, diſciplina ſenſuum, modeſtia oris, maturitas inceſſus, gravitas ſtatus, mediocritas habitus, quid aliud ſunt, niſi quidam radii Sapientiæ exterius radiantes, quibus proditur Sapientia cordis? Unde *Eccli.* 19. Ex viſu cognoſcitur vir, & ab occurſu faciei cognoſcitur ſenſatus: amictus corporis, & riſus dentium, & ingreſſus hominis enunciant de ipſo. Vel,

i In facie Prudentis,] interiori, quæ eſt ſyndereſis.

Myſtice. *k* Lucet Sapientia,] quia illi omnia ſemper faciunt, prout ſunt bona, bene: mala male. Ipſa enim ſola ſemper remurmurat malo, & deſiderat bonum; nec ſubeſt libero arbitrio, ſed ſuper omnes vires animæ eſt. Unde *Ezec.* 1: per caput Aquilæ deſignatur. Et de hoc facie dicitur *Gen.* 2. Formavit Deus hominem de limo terræ, & inſpiravit in faciem ejus ſpiraculum vitæ.

Optime dicit, vitæ, quia ſyndereſis ſemper vivit deſiderio boni, & nunquam peccato moritur, quia nunquam peccat. Vel.

Myſtice. *i* In facie prudentis,] ideſt, Chriſti.

k Lucet Sapientia,] divinitatis: In carne enim apparens, in doctrina, & miraculis Sapientiam divinitatis oſtendebat. *Eccli.* 8. Sapientia hominis lucet in vultu ejus, potentiſſimus faciem illius commutavit. Tota etiam converſatio ſua circumfulta fuit gratia, & Sapientia & admiratione. Unde *Eſther* 6. vel 15. ſecundum diverſa capitula dixit Eſther ad Aſſuerum: Vidi te, Domine, quaſi Angelum Dei, & conturbatum eſt cor meum præ timore gloriæ tuæ: Valde enim mirabilis es, Domine, & facies tua plena eſt gratiarum. Unde credo, quod ſolus viſus multum conferebat, imo etiam viſus cujuslibet viri perfecti multum confert videntibus. *Rom.* 1. Cupio vos videre, ut impertiar vobis aliquid gratiæ ſpiritualis. *l* Oculi ſtultorum,] ideſt, avarorum, qui ſtulti dicuntur, quia tranſitoria præponunt æternis. *m* In finibus terræ,] ideſt, in terrenis, ad litteram, in vineis, in agris, & ceteris poſſeſſionibus, quia ubi amor, ibi oculus. Nec tantum oculi, ſed & aures, & lingua, & cor. Unde *Matth.* 6. Ubi eſt theſaurus tuus, ibi eſt & cor tuum. Tales vero, nec cogitare, nec loqui, nec audire poſſunt, niſi de terrenis: quia ibi cor, ibi lingua, ibi aures eorum ſunt.

Unde *Iſ.* 29. Humiliaberis, de terra loqueris, & de humo audietur eloquium tuum, & erit quaſi pythonis de terra vox tua, & de humo muſſitabit eloquium tuum. Item *Jon.* 3. Qui de terra eſt, de terra loquitur. Huic auctoritati, quæ hic ponitur, ſolet conjungi illud. *Eccli.* 2. Oculi Sapientis in capite ejus. Et fit ex his duabus auctoritatibus quaſi unum proverbium: Oculi Sapientis in capite ejus: oculi autem ſtultorum in finibus terræ. Sicut illud, quod communiter dicitur: Cum venerit Sanctus Sanctorum, ceſſabit unctio veſtra, ſumptum eſt de diverſis locis, *Dan.* 9. *n* Ira patris,] carnalis, vel ſpiritualis, ideſt, cauſa, vel materia iræ, & doloris.

o Filius ſtultus,] ſcilicet qui devorat veſtes ſuas propriis manibus. *p* Et dolor matris,] carnalis, vel ſpiritualis, ideſt, Eccleſiæ. *q* Quæ genuit eum,] In mundo, vel in fide. Quantum doleat Eccleſia de ſtultitia filiorum, qui ſe gratis in ignem avaritiæ projiciunt, & in lutum luxuriæ, dicit *Jer.* 21. Vox in excelſis audita eſt lamentationis, & fletus, & luctus, Rachel plorantis filios ſuos, & nolentis conſolari ſuper eos, quia non ſunt. *r* Non eſt bonum,] imo malum eſt. *ſ* Damnum inferre, rerum, vel corporum, vel famæ, vel vitæ, vel parentum. *t* Juſto homini,] qui nulli nocet, ſed reddit unicuique, quod ſuum eſt. Hoc malum eſt inferenti, juxta illud *Sap.* 10. Tranſtulit illos per mare rubrum, & tranſvexit eos per aquam nimiam; inimicos autem illorum demerſit in mare. Juſto vero, cui infertur, bonum eſt, quia fabricatio coronæ.

Unde *Pſ.* 128. Supra dorſum meum fabricaverunt peccatores, coronam ſcilicet, mihi de lapide pretioſo.

Vel Myſtice. *r* Non eſt bonum damnum inferre juſto,] ideſt, Chriſto, cui infertur damnum, cum filii ejus occiduntur per detractionem, per adulationem, per iniquam ſuggeſtionem, per malum exemplum, cum etiam hæreditas ejus diſſipatur, cum templa ejus violantur ſpiritualiter, & corporaliter. *u* Nec percutere Principem, qui recta judicat,] ſupple, bonum eſt, ideſt, Chriſtum, qui eſt Princeps Principum. *Myſtice.*

Quod faciunt blaſphemantes, iraſcentes, murmurantes contra judicia ejus: Quod fecerunt Judæi, qui & lingua, & manu eum in faciem percuſſerunt. Unde *Iſ.* 50. Corpus meum dedi percutientibus, & genas meas vellentibus, faciem meam non averti ab increpantibus, & conſpuentibus in me. Item *Mich.* 5. In virga percutient maxillam Judicis Iſrael. Item *Zach.* 13. Percute paſtorem, & diſpergentur oves gregis.

Moraliter. Princeps eſt omnis, qui rebus & membris, cogitationibus, & affectionibus, & locutionibus, & operationibus ſuis principatur. *Moral.*

Hunc percutere lingua, vel manu non eſt bonum, quod tamen ſæpe faciunt detractores. *x* Qui moderatur ſermones,] virtute modeſtiæ. *y* Doctus & prudens eſt,] Doctus a Deo, prudens ad proximum. Moderari autem debet ſermo a quinque. Primo, a multiloquio, *ſup.* 10. In multiloquio non deerit peccatum: qui autem moderatur labia ſua, prudentiſſimus eſt. Secundo, a præcipitatione ſermonis. *Jacob* 1. Sit omnis homo velox ad audiendum, tardus autem ad loquendum. Unde *Seneca*: Tardiloquum te eſſe jubeo, & prope erit tibi Deus. Tertio, a fervore, ut non pro occidendo pulice accingatur enſis. Sicut quidam, qui ad frangendum ovum mutuavit ſecurim. *Sermo debet moderari a quinque.*

Unde *ſup.* 5 Labia tua conſervent diſciplinam. Quarto, a temporis inopportunitate, *Eccli.* 20. Ex ore fatui reprobabitur

babitur parabola, non enim dicit eam in tempore ſuo. Quinto, ad auditorum capacitatem, ut parvis parva, & magnis magna prædicentur. *Luc.* 12. Quis putas eſt fidelis diſpenſator, & prudens, quem conſtituit Dominus ſuper familiam ſuam, ut det illis in tempore tritici menſuram. *a* Et pretioſi ſpiritus,] id eſt, chari vel rari eſt.

b Vir eruditus,] ideſt, extra ruditatem infantiæ poſitus, quaſi dicat, vir eruditus, qui non curat infantilia, ideſt, temporalia, pretioſum habet ſpiritum, id eſt, charum, & plenum divitiis pretioſis, juxta illud *Pſ.* 111. Gloria & divitiæ in domo ejus, ideſt, in conſcientia.

c Stultus quoque ſi tacuerit,] cum oportet.

d Sapiens reputabitur.] Unde *Eccli.* 41. Melior eſt homo qui abſcondit ſtultitiam ſuam, quam qui abſcondit ſapientiam ſuam. Stultum tacere ſemper bonum eſt; ſapientem vero aliquando tacere, aliquando loqui neceſſe eſt. Unde *Eccle.* 3. Eſt tempus tacendi, & eſt tempus loquendi. Item *Eccli.* 20. & tacens non habens ſenſum loquelæ, & eſt tacens ſciens tempus apti temporis. *e* Et ſi compreſſerit labia ſua] a timore jactantiæ, vel a multiloquio. *f* Intelligens] reputabitur. Vel qui compreſſerit, quando tentatio loquendi irruit, ſicut in quodam Monacho, qui tentabatur, & dicebat quod creparet, niſi diceret hæc verba: Paries tibi dico, quæ eſt hæc perverſio ordinis noſtri, quod manibus loquimur, & ore laboramus.

& *a* pretioſi ſpiritus vir *b* eruditus. *c* Stultus quoque ſi tacuerit, *d* ſapiens reputabitur, & ſi *e* compreſſerit labia ſua, *f* intelligens.

CAPUT XVIII.

g OCcaſiones quærit *h* Qui vult *i* recedere ab amico, *k* omni tempore erit † exprobrabilis. *l* Non recipit ſtultus verba prudentiæ, niſi ea † dixerit, quæ verſantur in corde ejus. *m* Impius cum in profundum venerit peccatorum, contemnit, *n* ſed ſequitur eum ignominia, & opprobrium. *o* Aqua profunda verba ex ore viri, & *p* torrens redundans fons ſapientiæ. *q* Accipere perſonam impii in judicio non eſt bonum, ut declines a veritate judicii. *r* Labia ſtulti † *ſ* immiſcent ſe rixis, & *t* os ejus jurgia provocat. *u* Os ſtulti contritio ejus, & *x* labia ipſius *y* ruina animæ ejus. *z* Verba bilinguis quaſi ſimplicia, & *a* ipſa perveniunt uſque ad interiora ventris.

EXPOSITIO CAP. XVIII.

OCcaſiones quærit, &c.] Non eſt quærenda continuatio, nec continentia hujus capituli, quia tot habet partes quot parabolas, & ſecundum quod Dominus inſpirabat loquebatur parabolas; propter quod ſuperfluum judico laborare ad parabolas ordinandas, aut continuandas, ſed ſicut poſitæ ſunt, exponantur. Dicit ergo. *g* Occaſiones quærit,] ideſt, rationes excuſabiles vel opportunitates. *h* Qui vult] ſponte.

Sup. 17. *i* Recedere ab amico,] ad litteram. Vel, ab amico, ideſt, a Chriſto, qui vere amicus eſt, quia omni tempore diligit. Alii cauſantur infirmitatem, alii paupertatem, alii fortunam ſeu fatum, & qui hoc facit.

k Omni tempore erit exprobrabilis,] ideſt, extra ſanctitatem, vel excommunicatus, ideſt, extra communionem, quia rumpit fœdus amicitiæ. *l* non recipit ſtultus verba prudentiæ, niſi ea dixerit quæ verſantur in corde ejus,] ideſt, quæ ei placeant, quia non cognoſcit talem monetam. Vel quia ſtultitia occupavit hoſpitium ejus cordis, unde non eſt ibi locus prudentiæ. *m* Impius cum in profundum venerit peccatorum, contemnit,] peccare, ideſt, non curat peccare. Vel, contemnit] ſe quia pro quolibet vili dat ſe, ut avarus pro obolo, luxurioſus pro momentanea voluptate, ſuperbus pro vaniſſima laude. Vel, contemnit Deum, quia peccatis abſorptus ipſum nec veretur, nec timet. Profundum peccatorum poteſt dici contumacia, pertinacia, defenſio, jactantia, deſperatio, præſumptio, excæcatio intellectus, corruptio affectus. *n* Sed ſequitur eum ignominia, & opprobrium] futuræ damnationis, quæ ſcilicet impii non cogitaverunt, nec timuerunt, dum vitare poſſent. Unde *Jerem.* 20. Confundentur vehementer, quia non intellexerunt opprobrium ſempiternum quod nunquam delebitur. *o* Aqua profunda verba ex ore viri,] ideſt, Chriſti prolata, ſcilicet Sacramenta utriuſque Teſtamenti. *p* Et torrens redundans fons ſapientiæ.] Aqua profunda dicit, quantum ad vetus Teſtamentum propter profunditatem, & obſcuritatem figurarum & myſteriorum. Fons ſapientiæ quoad novum Teſtamentum, propter apparentiam veritatis, quæ latuerat in figuris, & ſuavitatem Sacramentorum novi Teſtamenti. Torrens autem dicitur prædicatio, quia ſicut torrens ceſſat in hyeme, ita prædicatio ceſſabit poſt hanc vitam. Unde *Jerem.* 31. Non docebit vir ultra proximum ſuum: dicens: Cognoſce Dominum, omnes enim cognoſcent a minimo uſque ad maximum, dicit Dominus. Comparatur autem aquæ ſacra Scriptura, quia lavat & mundat mentes hominum a ſordibus peccatorum, *Joan* 15. Jam vos mundi eſtis propter ſermonem quem locutus ſum vobis. Et quia in ea videt ſe homo ſicut in aqua, vel in ſpeculo. *Jac.* 1. Si qui eſt auditor verbi & non factor, hic comparabitur viro conſideranti vultum nativitatis ſuæ in ſpeculo, &c. Et quia irrigat, & fœcundat mentes ad fructus bonorum operum germinandos. *Heb* 6. *Jac. Scriptura comparatur aquæ.*

Terra ſæpe venientem ſuper ſe bibens imbrem, & generans herbam opportunam illis a quibus colitur, accipit benedictionem a Domino. *q* Accipere perſonam impii in judicio non eſt bonum, ut declines a veritate judicii] quæ conſiſtit in hoc, ut non ſecundum faciem, ſed juſte judicetur. Veritas enim judicii merita cauſæ non perſonas attendit. Unde *Lev.* 19. Non injuſte judicabis, non conſideres perſonam pauperis, nec honores vultum potentis, juſte proximo tuo judica. *al. † miſcent.* *Infr.* 25.

r Labia ſtulti] inconſiderati, & incircumſpecti ad loquendum.

ſ Immiſcent ſe rixis,] ideſt, clamoſis contentionibus. In hoc autem quod dicit, immiſcent ſe, notat inſeparabilem adhæſionem; mixtura enim eſt inſeparabilis miſcibilium unio.

t Et os ejus jurgia provocat.] E converſo, os ſapientis lites ſedat. Unde *ſup.* 15. Lingua placabilis lignum vitæ, quæ autem inconſiderata eſt, conteret ſpiritum. *u* Os ſtulti contritio ejus,] ideſt, inſtrumentum contritionis ſui ipſius, & aliorum. Detractor enim ſe, & alios propriis dentibus conterit, & adulator ſimiliter. Jactator ſe, & proprios filios conterit, & devorat, ideſt, opera ſua, ſicut vetula impiiſſima, quæ comedit filios ſuos. De quibus dicitur *Thren.* 2. Ergone comedent mulieres fructum ſuum, parvulos ad menſuram palmæ? Similiter falſus teſtis & omnis mentiens ore proprio ſeipſum conterit. Similiter omnis turpiloquus, grandiloquus, vaniloquus, ſcurriloquus, gaſtrimargus, garulus, ebrioſus, & omnes hujuſmodi ore ſuo ſe conterunt.

x Et labia ipſius] ſtulti, ſcilicet. *y* Ruina animæ ejus] expoſitio eſt præcedentis, non ſolum corporis. Unde *Sap.* 1. Os, quod mentitur, occidit animam. Ideo dicit *Eccli.* 14. Beatus vir, qui non eſt lapſus verbo ex ore ſuo. Et bene dicit, ex ore ſuo, quia hujuſmodi homo totus eſt in ore ſuo; ſicut dicitur vulgariter: Iſte homo totus eſt in verbis. *z* Verba bilinguis quaſi ſimplicia,] ſed revera duplicia. *a* Et ipſa perveniunt uſque ad interiora ventris,] ideſt, vulnerant cor lethali vulnere. Unde *Exod.* 10. dicitur, quod plaga locuſtarum graviſſima fuit. Et *Apoc.* 9. dicuntur locuſtæ habere quaſi caudas ſcorpionum. Nullum animal bilingue legitur, niſi homo, unde ſolus duplici fræno indiget, ſcilicet fræno modeſtiæ, & fræno abſtinentiæ. *Eccli.* 28. Verbis tuis facito ſtateram, & frænos ori tuo rectos. Bilinguis autem dicitur, qui duobus linguis loquitur bona hic, mala illic, unum in aure iſtius, & aliud in aure illius.

Item qui bona dicit in præſenti homini, mala autem in abſentia. Sed talis proprio nomine dicitur ſuſurro. *Eccli.* 28. Suſurro & bilinguis maledictus, multos enim turbavit pacem habentes. Notabiliter autem dicit Salomon, verba bilinguis quaſi ſimplicia, quia ſub prætextu pietatis detrahit. Dicit enim ſic: Deus ſcit & B. Virgo, quia non dico niſi pro bono, & quia tangit cor meum, vel quia vellem bonum ejus, & hujuſmodi, quæ omnia ſunt incentiva odii ejus, de quo loquitur audientibus, & ſui mendacii credendi præparativa. De talibus dicitur *Pſal.* 54. Molliti ſunt ſermones ejus ſuper oleum, & ipſi ſunt jacula. Vel quaſi ſimplicia dicuntur, quia ſub prætextu jocoſitatis detrahit, vel conviciatur acriter, & videtur jocus. [Ipſa] autem [perveniunt uſque ad interiora ventris,] ideſt, mentis. Unde *Eccli.* 12. 2. In labiis ſuis indulcat inimicus, & in corde ſuo inſidiatur, ut ſubvertat in foveam.

a Pigrum] ad bonum. *b* Dejicit timor,] ideſt, ſuſpicio futuri mali, ne incipiat bonum, vel ut deſiſtat a bono incepto, *ſup.* 15. Iter pigrorum quaſi ſepes ſpinarum. Item *inf.* 22. Dicit piger, leo eſt foris, in medio platearum occidendus ſum. *c* Animæ autem effœminatorum,] ideſt, mollium, debilium, deſidioſorum. *d* Eſurient,] quia ſemper tenres, ſeu filantes, cogitando, & ordientes deliberant, nunquam texunt operando, ſimiles ruſtico, qui ſemper acuit ligonem ſuum, donec totus conſumptus eſt, & tamen nunquam fodit in vinea, vel in agro. Et talibus dicitur *ſup.* 6. Uſquequo, piger, dormies? quando conſurges a ſomno tuo? Paululum dormies, paululum dormitabis, paululum conſeres manus, ut dormias, & veniet tibi quaſi viator egeſtas, & pauperies quaſi vir armatus.

al. † ipſum

Sup. 10.

a Pigrum *b* dejicit timor, *c* animæ autem effœminatorum *d* eſurient. *e* Qui mollis, & diſſolutus eſt in opere ſuo, *f* frater eſt *g* ſua opera diſſipantis. *h* Turris fortiſſima *i* nomen Domini, *k* ad † ipſum *l* currit juſtus, & *m* exaltabitur. *n* Subſtantia divitis urbs *o* roboris ejus, & *p* quaſi murus validus circumdans eum. *q* Antequam conteratur, *r* exaltatur *ſ* cor hominis, & *t* antequam glorificetur, *u* humiliatur. *x* Qui prius reſpondet, quam *y* audiat, ſtultum ſe eſſe demonſtrat, & confuſione dignum. *z* Spiritus viri *a* ſuſtentat imbecillitatem ſuam, *b* ſpiritum vero ad iraſcendum facilem quis poterit ſuſtinere? *c* Cor prudentis poſſidebit ſcientiam, & *d* auris ſapientium † *e* quærit *f* doctrinam,

e Qui mollis, & diſſolutus eſt in opere ſuo,] ideſt, qui bonum inceptum propter tribulationes inſurgentes dimittit. *f* Frater,] ideſt, ſimilis eſt. *g* Sua opera diſſipantis,] id eſt, deſtruentis. *Jer.* 48. Maledictus, qui facit opus Domini negligenter. Mollities operis proprie eſt tepiditas operandi, diſſolutio vero remiſſio amoris, quo operans debet ligari ad opus. *h* Turris fortiſſima nomen Domini,] ideſt, invocatio nominis ejus eſt turris fortiſſima, ideſt, tutiſſimum refugium, ad quod contra ſagittas & ſpicula Diaboli & ſatellitum ejus recurrere debemus. Unde *Pſal.* 89. Domine refugium factus es nobis. Et alibi. *Pſ.* 17. Diligam te Domine fortitudo mea, Dominus firmamentum meum & refugium meum, & liberator meus. Vel. *i* Nomen Domini,] ideſt, Chriſtus. Unde *Iſ.* 30. Ecce nomen Domini venit de longinquo, ardens furor ejus, & gravis ad portandum. Iſtud nomen tribulatis clamantibus ad ipſum eſt turris fortiſſima. Unde Dominus ſæpe tribulationes immittit, ut clamemus ad ipſum, & liberemur. Sicut Jonæ navigantι immiſit Dominus tempeſtatem, & conſilio ſuo projectus in mare abſorptus eſt a ceto. In cujus ventre clamavit ad Dominum, & evomuit eum cetus & liberatus eſt. Unde *Pſ.* 82. Imple facies eorum ignominia, & quærent nomen tuum, Domine. Juxta eſt enim Dominus his, qui tribulato ſunt corde. Ita facit Dominus ad modum callidæ nutricis, quæ digitum, vel aurem infantis ſtringit, ut clamet in aure piæ, & tenerrimæ matris. Et interroganti matri quid habet infans, reſpondet nutrix, hoc vult, vel illud. Nonne ipſe Dominus ſic nos leniter ſtringit præſentibus tribulationibus, ut ad ipſum clamemus, qui nos tenerrime plus quam mater diligit? Juxta illud *Iſ.* 63. In dilectione tua, & indulgentia ſua ipſe redemit eos. Item *Iſa.* 49. Nunquid poteſt oblivisci mulier infantem ſuum, ut non miſereatur filio uteri ſui? Et ſi illa oblita fuerit, ego tamen non obliviſcar tui. Et ſtatim ſubdit cauſam: Ecce in manibus meis deſcripſi te, ſcilicet in cruce, quod nulla mater fecit unquam, nec faciet. Propter quod dicitur *Joan.* 15. Majorem hac dilectionem nemo habet, quam ut animam ſuam ponat quis pro amicis ſuis. De hoc dicit *Aug.* Ideo premuntur juſti in Eccleſia Dei, ut preſſi clament, clamantes exaudiantur; exauditi autem liberentur; liberati vero glorificent Deum. Vel ſic. *i* Nomen Domini,] ideſt, oratio. *h* Turris fortiſſima,] ideſt, tutum refugium à facie tribulantis. Unde *Sap.* 18. Commotio in eremo facta eſt multitudinis, ſed non diu permanſit ira tua, properans enim homo ſine querela deprecari pro populis proferens ſervitutis ſuæ ſcutum orationem, & per incenſum deprecationem allegans reſtitit iræ, & finem impoſuit neceſſitati. Unde ſequitur hic. *k* Ad ipſum,] quaſi ad filium. *l* Currit juſtus,] qui de ſe non confidit, ſed tantum in ipſo. *m* Et exaltabitur] in gloria. *n* Subſtantia divitis,] ſpiritualis, ideſt, virtutes, quibus fultus ſubſiſtit. *o* Urbs roboris ejus,] ideſt, urbs robuſta. *p* Et quaſi murus validus circumdans eum,] & defendens eum undique ab inſidiis hoſtium. Ecce virtus dicitur urbs juſtorum, cujus foſſatum eſt contemptus terrenorum; murus, ſpes; antemurale, patientia; turris, humilitas; propugnacula, totus cœtus virtutum. Mundo enim obſidenti, & impugnanti ab una parte per avaritiam reſiſtit largitas, & ab alia parte carni impugnanti reſiſtit caſtitas; ex alia parte Diabolo impugnanti reſiſtit humilitas, & ſic de aliis. *q* Antequam conteratur,] in futuro. *r* Exaltatur] in hoc ſæculo. *ſ* Cor hominis.] Caſum enim omnem præcedit exaltatio. Unde *Job* 30. Exaltaſti me, & quaſi ſuper ventum ponens eliſiſti me valide. *t* Et antequam glorificetur in futuro. *u* Humiliatur in hoc ſæculo. Unde *ſupra* 15. Gloriam præcedit humilitas. Item *infra* 29. Superbum ſequitur humilitas, & humilem ſpiritu ſuſcipiet gloria. Hoc eſt, quod dicitur *Luc.* 18. Omnis qui ſe exaltat, humiliabitur, &c. Humiliari oportet, ne offendamus ad humile oſtium quod eſt Chriſtus. Unde *Joan.* 10. Ego ſum oſtium. Item *Matth.* 7. Intrate per anguſtam portam. *x* Qui prius reſpondet,] quaſi magiſter. *y* Quam audiat,] ut diſcipulus, prius canalis, quam concha, *z* ſtultus eſt,] vel ſtultum ſe eſſe demonſtrat.] Item qui prius, quam utriuſque partis rationes audierit ſententiam præcipitat, & ſe confuſione dignum demonſtrat. *Eccli.* 18. Ante judicium para juſtitiam tibi, & antequam loquaris, diſce. In tribus præcipue cavenda eſt præcipitata reſponſio. In judiciis ante examinationem. *Job.* 19. Cauſam, quam neſciebam, diligentiſſime inveſtigabam. In conſiliis ante plenariam deliberationem. *Eccli.* 5. Si eſt tibi intellectus, reſponde proximo; ſin autem ſit manus tua ſuper os tuum ne capiaris in verbo indiſciplinato, & confundaris. Item in ſcholis docendo antequam didicerit.

C

Eccli. 11.

al. † quæret.

Unde *Ariſtot.* a diſcipulo ſuo petiit duo, ut taceret, & loqui diſceret. Et alius Philoſophus diſcipulis ſuis ſilentium quinque annorum imponebat, ut tangit *Gloſs.* Hieronymi ſuper illud *Eccli.* 3. Eſt tempus tacendi, & eſt tempus loquendi. Item Simonides quidam Philoſophus interrogatus a quodam Rege, quid eſſet Deus; poſtulavit inducias unius diei, poſtea duorum, poſtea trium, poſtea quatuor: Ad ultimum dixit: hæc eſt quæſtio, quæ quanto plus diſcutitur, tanto minus innoteſcit. *z* Spiritus viri,] ideſt, Chriſti, vel cujuſlibet juſti. *a* Suſtentat imbecillitatem ſuam] quam habet a parte carnis. Unde *Sap.* 9. dicitur: Corpus, quod corrumpitur, aggravat animam, quaſi dicat Chriſtus, & quilibet Sanctus imbecillitatem carnis, ne in tentationibus ſuccumbat, mentis fortitudine ſuſtentat. *Matth.* 26. Spiritus quidem promptus eſt, caro autem infirma. *b* Spiritum vero ad iraſcendum facilem quis poterit ſuſtinere?] quaſi dicat rarus, ſcilicet ſapiens, cui ſapiunt contumeliæ & deſipit adulatio. Iracundia enim ignis eſt, & ideo aqua ſapientiæ ſemper indiget cohabitans iracundo, aut aliter comburitur. *Eccli.* 7. Ne ſis velox ad iraſcendum, quia ira in ſinu ſtulti requieſcit, & ideo ſæpe ardet ſinus ejus. Item *infra* 29. Vir iracundus provocat rixas, & qui ad indignandum facilis eſt, erit ad peccata proclivior. *Beda*: Qui ad iraſcendum facilis eſt, nec ipſe ſeipſum poteſt ſuſtinere. *c* Cor prudentis poſſidebit ſcientiam,] ideſt, ut ſuam habebit, utendo ea quaſi re ſua ſibi, non ſolum aliis, ſicut multi qui ſcientiam habent, ſicut cophinus panem, vel horreum triticum, vel dolium vinum nihil inde comedentes aut bibentes, ſed tantum aliis miniſtrantes. Similes Tantalo, qui in mediis aquis ſiti perit. Unde eis poteſt dici:

Cavenda eſt præcipitata reſponſio in tribus.

Sic vos non vobis vellera fertis oves.
Sic vos non vobis fertis aratra boves.
Sic vos non vobis mellificatis apes.

Ad hoc etiam cor prudentis ſcientiam poſſidere debet, ut poſſit ſtultum ſuſtinere, ſicut dicit *Gloſs.* Unde 2. *Cor.* 11. Libenter ſuffertis inſipientes, cum ſitis ipſi Sapientes: ſuſtinetis enim, ſi quis vos in ſervitutem redigit, ſi quis devorat, ſi quis accipit, ſi quis extollitur, ſi quis in faciem vos cædit. Si quis ergo hoc libenter non ſuſtinet, proculdubio Sapiens non eſt, qui ſapida quaſi inſipida rejicit. *d* Et auris Sapientium] quibus ſapiunt omnia, prout ſunt. *e* Quærit] per ſe ſtudendo, vel ab aliis audiendo. *f* Doctrinam] ut doceatur, & doceat. Quærit autem auris Sapientis doctrinam ſicut ſuavem concentum. Unde *Eccli.* 40. Tibiæ & Pſalterium ſuavem faciunt melodiam, & ſuper

utraque

Jon. 1. & 2.

Pſal. 33.

Digitized by Google

a Donum hominis b dilatat viam ejus, & c ante Principes d ſpatium ei facit. Juſtus e prior eſt accuſator ſui, f venit amicus ejus, & g inveſtigabit eum. h Contradictiones i comprimit ſors, & k inter potentes quoque dijudicat. l Frater, qui † adjuvatur a fratre, quaſi m civitas firma, n & judicia o quaſi vectes urbium. p De fructu oris viri q replebitur venter r ejus, & ſ genimina labiorum ipſius ſaturabunt eum. t Mors & vita in † u manibus linguæ, x qui diligunt eam, y comedent fructus ejus.

utraque lingua ſuavis. Item ſicut oculus indiget luce, ut inde paſcatur, ſic auris voce ne deficiat. Lux enim paſtus eſt oculi, ſicut vox auris. *Eccli.* 38. Vox mallei innovat aurem. Malleum dicit verbum Dei, quia conterit dura corda peccatorum. Juxta illud *Jer.* 23. Numquid non verba mea ſunt quaſi ignis ardens, dicit Dominus, & quaſi malleus conterens petram? a Donum hominis] D paſſive, ideſt, quod ei donatur deſuper a Deo, ſcilicet charitas, fides, ſpes, ceteræque virtutes.

b Dilatat viam ejus,] ideſt, cogitationem, affectionem, operationem. Quo enim quis gratia Spiritus ſancti magis repletur intus, eo latius bona opera foris multiplicantur. (al. † Juvatur.) Vel [dilatat viam ejus] ſuſtollendo ad cœlum, ubi nulla latitudo, ubi nulla coanguſtatio ſuperborum. Unde *Auguſt.* Noli hic pati anguſtias, evola in cœlum, ubi nemo anguſtabit te, nemo te comprimet. Vel ſic. a Donum hominis,] active, ideſt, quod ipſe ex charitate Deo offert. b Dilatat viam ejus] uſque ad cœleſtis palatii amplitudinem. c Et ante Principes] cœleſtis patriæ. d Spatium ei facit,] removens omne impedimentum. *Luc.* 11. Date eleemoſynam, & ecce omnia munda ſunt vobis. Vel ad literam. a Donum hominis] temporale. b Dilatat viam ejus, & ante Principes ſpatium ei facit,] ut patet in quodam paupere, qui non poterat habere acceſſum ad Henricum Comitem Campaniæ, ſed parato exenio de gruello avenæ munda mapula cooperto, dilatata ſtatim ſibi via ab oſtiariis præſentavit illud Comiti. Et interrogatus a Comite quare ſic feciſſet, reſpondit aliter ſe non poſſe intrare ad ipſum, & Comes ſcyphum aureum ante ſe poſitum dedit ei. e Juſtus prior eſt accuſator ſui,] quam alterius. Omnis enim qui vere juſtus eſt, ubi peccantium errata conſpicit, primo ſeipſum inſpicit, & cum ſollicitus ſe accuſaverit, alios benigne corrigit. Non enim peccatorem digne reprehendere poteſt, qui in eadem damnatione eſt. Unde *Joan.* 8. dixit Dominus Phariſæis: Qui ſine peccato eſt veſtrum, primus in eam lapidem mittat. Item *Rom.* 3. Qui alios doces, teipſum non doces; qui prædicas non furandum, furaris; qui dicis non mœchandum, mœcharis. Vel ſic. e Juſtus prior eſt accuſator ſui, ideſt, antequam ab aliis accuſetur, quia prior videt peccata ſua & prior dolet. Injuſtus vero ultimo ſe accuſat, ideſt, poſt omnes: non enim videt peccata ſua, niſi ab aliis accuſetur, & donec tota vicina clamet contra ipſum. Unde *Seneca*: Qui ſecreto nolunt audire veritatem, in publico eam audient. f Venit amicus ejus,] ideſt, Chriſtus in cor ejus per præſentiam divinæ contemplationis, ſi hoc ſcilicet fecerit, id eſt, ſi ſe prior accuſaverit. g Et inveſtigabit eum,] ideſt, inveſtigare ſeipſum faciet, ne forte latro, ideſt, Diabolus ibi abſconditus lateat ſub umbra alicujus malæ affectionis, *Soph.* 1. Scrutabor Jeruſalem in lucernis, & viſitabo ſuper viros defixos in fæcibus ſuis. h Contradictiones,] diſcordium, ſchiſmaticorum, & hæreticorum. i Comprimit ſors,] divinæ diſpoſitionis, vel electionis, vel extremi judicii. Unde *inf.* 26. Judicium determinat cauſas, & qui imponit ſtulto ſilentium, iras mitigat.

Moral. Moraliter. h Contradictiones,] ideſt, carnis rebelliones. i Comprimit ſors,] ideſt, gratia Dei. k Et inter potentes quoque dijudicat,] ideſt, inter carnem, & ſpiritum, quæ potenter adverſum ſe pugnant. *Gal.* 5. Caro concupiſcit adverſus ſpiritum, & ſpiritus adverſus carnem: hæc enim ſibi invicem adverſantur. l Frater qui adjuvatur a fratre, quaſi civitas firma,] ideſt, populus Judaicus & gentilis fraterna charitate in Chriſto invicem conſentientes, unam Eccleſiæ Catholicæ conſtituunt unitatem. Unde *Joan.* 10. Alias oves habeo, & illas oportet me adducere, ut fiat unum ovile & unus paſtor. n Et judicia,] ideſt, dogmata utriuſque teſtamenti. o Quaſi vectes urbium] ſunt, ſupple, ideſt, ſicut vectes urbium muniunt, & firmant, ita dogmata utriuſque teſtamenti muniunt Eccleſias. Vel ſic. l Frater qui adjuvatur a fratre,] ideſt, cœtus, & congregatio fratrum invicem diligentium, invicem ſupportantium, in omnibus concordantium, eſt

m Quaſi civitas firma,] ædificata lapidibus quadris, ſcilicet, juſtitia, temperantia, fortitudine, prudentia, charitatis cæmento ligatis, ſupra firmam petram fundata, quæ nec timet ventum, nec pluvias, nec flumina, ſicut legitur *Matt.* 7. Vel frater, & frater, ſunt caro, & ſpiritus; vel affectus, & intellectus, qui cum ſe invicem adjuvant fortes, & inexpugnabiles ſunt, ſicut civitas firma contra inſultus hoſtium. Si autem intellectu ſtas per fidem, & affectu ruis per illicitum amorem, diſſipatus eſt murus tuæ civitatis, & patet introitus hoſti.

Unde *Job* 30. Inſidiati ſunt mihi, & prævaluerunt, & non fuit, qui ferret auxilium: quaſi rupto muro, & aperta janua irruerunt ſuper me. (al. † manu.) Ideo dicitur *Eccli.* 4. Melius eſt duo ſimul eſſe, quam unum; habent enim emolumentum ſocietatis ſuæ; ſi unus ceciderit, ab altero fulcietur. Væ ſoli, quia cum ceciderit, non habet ſublevantem ſe. Et ſi dormierint duo, fovebuntur mutuo, unus quomodo calefiet? Et ſi quiſpiam prævaluerit contra unum, duo reſiſtent ei. p De fructu oris viri,] qui bene dicit, & bene vivit. q Replebitur,] in futuro. r Venter ejus,] ideſt, mens, vel deſiderium. ſ Et genimina labiorum ipſius ſaturabunt eum,] in futuro, gloria. De multiplici fructu oris dictum eſt *ſup.* 12. *ibi.* De fructu oris ſui replebitur unuſquiſque bonis. t Mors, & vita in manibus linguæ,] ideſt, in uſu, & abuſu linguæ. In uſu, vita; in abuſu, mors. Item in ſilentio linguæ, vita cordis; & in effrænata locutione, mors cordis. Unde B. *Arſenio* oranti Deum, ut oſtenderet ei viam ſalutis, facta eſt vox de cœlo, dicens: Fuge homines, tace. Et ille dimiſſo ſæculo Eremum petiit. Et iterum oravit ut prius, & facta eſt ad eum vox: Fuge, tace, quieſce. Et hoc eſt, quod dicitur, *Iſ.* 47. Sede tacens, intra tenebras filia Chaldæorum. *Matt.* 12. Ex verbis tuis juſtificaberis. Ecce vita in manibus linguæ. Et ex verbis tuis condemnaberis. Ecce mors in manibus linguæ.

Moraliter. u In manibus linguæ, ideſt, in operatione ſermonis. (Moral.) t Mors, & vita] Mors Dæmonum, vita fidelium. Nam ſi Prædicatores, & Doctores manum oris adjungerent, ideſt facerent, quod docent, reviviſcerent mortui peccatores, & morerentur Dæmones. Juxta illud *Joan.* 5. Amen, amen dico vobis, quia venit hora, & nunc eſt, quando mortui audient vocem filii Dei; & qui audierint, vivent. Si igitur ad vocem Prædicatoris & Doctoris non reviviſcunt peccatores, aut non audiunt, aut qui loquitur, non eſt filius Dei. Item de bona lingua exponitur, de qua *Eccli.* 6. Lingua Eucharis in bono homine abundabit. u In manibus linguæ] iſtius, ideſt, in uſu & ſilentio, quæ ſunt duæ manus linguæ, & utraque bona eſt. t Mors & vita] Mors veteris hominis, & vita novi. Nam veterem hominem docet conteri, & novum reparari. Unde iſta lingua Eucharis Paulo dixit *Epheſ.* 4. Deponite vos ſecundum priſtinam converſationem veterem hominem, qui corrumpitur ſecundum deſideria erroris. Ecce mors in lingua, ſed hæc mors pretioſa eſt in conſpectu Domini. *Pſ.* 115. Renovamini autem ſpiritu mentis veſtræ, & induite novum hominem, qui ſecundum Deum creatus eſt in juſtitia & ſanctitate veritatis. Ecce vita. Ideo dictum eſt *ſup.* 15. Lingua placabilis lignum vitæ. Item exponitur de mala lingua, ſcilicet, detractoris. [In manibus] enim ejus [mors & vita.] Mors loquentis, vita patientis.

Et de hac dicitur *Eccli.* 28. Beatus, qui tectus eſt a lingua nequam, qui in iracundia illius non tranſivit, & qui non attraxit jugum ejus, & in vinculis illius non eſt alligatus: Jugum enim illius ferreum eſt, & vinculum æreum; mors illius, mors nequiſſima. x Qui diligunt eam] linguam bonam, vel malam. y Comedent fructus ejus.] Bonos, vel malos, ideſt, vitam, vel mortem. Redde ſingula ſingulis. De fructu malo dicitur *Rom.* 6. Quem fructum habuiſtis tunc in illis, in quibus nunc erubeſcitis? De bono dictum eſt *ſup.* 3. Primi & puriſſimi fructus ejus. Fructum linguæ ſuæ comedebat dives Epulo in (*Pſal.* 8.) inferno, cum dixit *Luc.* 16. Pater Abraham, miſerere mei; & mitte Lazarum, ut intingat extremum digiti ſui in aqua, ut refrigeret linguam meam; quia crucior in hac flamma. Fructum linguæ ſuæ comedent boni: quia in ſæcula ſæculorum laudabunt te, Domine.

a Qui invenit mulierem bonam, † *b* invenit bonum, & *c* hauriet *d* jucunditatem *e* a Domino. *f* Qui expellit mulierem bonam, *g* expellit bonum: *h* qui autem tenet adulteram, *i* ſtultus eſt, & inſipiens. Cum *k* obſecrationibus loquetur pauper, & *l* dives *m* effabitur rigide. Vir † *n* amabilis *o* ad ſocietatem, *p* magis amicus erit, quam *q* frater.

CAPUT XIX.

r MElior eſt pauper qui *ſ* ambulat in *t* ſimplicitate ſua, quam *u* dives *x* torquens labia ſua, & *y* inſipiens. Ubi *z* non eſt ſcientia animæ, *a* non eſt bonum:

a Qui invenit mulierem bonam,] ideſt, obedientem viro, & tranquillam, & caſtam, & pudoratam. *b* Invenit bonam,] ideſt, bonam ſociam. Vel bonum, ideſt, pacem, & quietem. *Eccli.* 26. Gratia ſuper gratiam mulier ſancta, & pudorata. *c* Et hauriet *d* jucunditatem *e* a Domino,] ideſt, jucundabitur in filiis de illa ſuſceptis, vel de ſocietate ejus. *al. † invenit.* Unde *Eccli.* 26. Mulieris bonæ beatus vir, numerus enim annorum illorum *Ec. 9. c. 3.* duplex. Mulier fortis obleƈtat virum ſuum, & annos vitæ illius in pace implebit. *f* Qui expellit a ſe mulierem bonam,] ſicut ſupra expoſitum.

g Expellit bonum,] quia raro invenitur, ſcilicet bona mulier. *Eccli.* 7. Virum *al. † amicabilis.* de mille unum reperi, mulierem ex omnibus non inveni. Et tamen inveniri poteſt. Unde *inf.* 31. Mulierem fortem quis inveniet? procul & de ultimis finibus pretium ejus.

Myſtice. Myſtice. Mulier bona eſt ſancta Eccleſia, cujus ſponſus eſt Chriſtus, *Joan.* 3. Qui habet ſponſam, ſponſus eſt; amicus autem ſponſi qui ſtat, & audit eum, gaudio gaudet propter vocem ſponſi. Hæc mulier invenitur ab his qui quærunt eam, eo fine quo debent, ideſt, ut uxorem, non ut concubinam, ideſt, propter fructum non propter datum: propter ſalutem animarum, non propter fumum divitiarum. *a* Qui ſic invenit mulierem bonam, invenit bonum] ſibi & ſubditis, in præſenti & in futuro. *c* Et hauriet jucunditatem a Domino,] æternam ſcilicet, quando dicetur ei. Euge ſerve bone, & fidelis, quia ſuper pauca fuiſti fidelis, ſupra multa te conſtituam, intra in gaudium Domini tui. *Matth.* 25. Item.

f Expellit mulierem bonam,] ideſt, qui non vult recipere Eccleſiam cum cura animarum. *g* Expellit bonum,] ideſt, profectum multorum, qui proficerent ab illo, & non incurrerent malum, quia, ut dicit *Greg.* Qui præditus eſt vita & ſcientia, & latere appetit, tot animarum reus eſt, quot in publicum veniens potuit prodeſſe. Senſus eſt non omnino verus. Multi tamen inveniunt hanc mulierem, qui tamen non inveniunt bonum, ſed malum, ideſt, mortem æternam. Quare hoc? quia male quærunt eam. Non enim ipſam ut uxorem quærunt, nec ut prolem ex ea generent, nec aliquid quod ad jus matrimonii pertinet, ſed tantum cum divitiis & deliciis fornicantur & honoribus, quæ fornicatio quanto ſpiritualior, tanto deteſtabilior. Unde *Jer.* 23. Adulteris plena eſt terra, ideſt, Eccleſia, quia a facie maledictionis luxit terra, arefacta ſunt arva deſerti, ideſt, laici, factus eſt curſus eorum malus, & fortitudo eorum diſſimilis. Propheta namque & Sacerdos polluti ſunt, & in domo mea inveni malum eorum, ait Dominus. Et quod malum, ipſe poſtea oſtendit: In Prophetis Samariæ vidi fatuitatem, & prophetabant in Baal, & decipiebant populum meum Iſrael, & in Prophetis Jeruſalem vidi ſimilitudinem adulterii, & iter mendacii.

Moraliter. Moraliter. Mulier bona, ideſt, fœcunda adminiſtratio activa, quæ ſignificatur per Martham, *Luc.* 10. Et per Liam, *Gen.* 29. Qui hanc mulierem invenit,] ideſt, ex obedientia ſuſcipit, & propter Deum. *b* Invenit bonum] ſibi in futuro, & etiam in præſenti invenit agrum ubi eſt abſconditus theſaurus. Unde *Matth.* 13. Simile eſt regnum cœlorum theſauro abſcondito in agro terrenę adminiſtrationis, quem qui invenit homo vadit, & præ gaudio illius vendit omnia quæ habet, & emit agrum illum. *c* Et hauriet] pro adminiſtratione illa. *d* Jucunditatem] æternam. *e* A Domino,] qui eſt fons omnis jucunditatis. Et quanto majorem ſuſtinet in adminiſtratione turbationem propter Deum, tanto majorem hauriet jucunditatem. Vel, mulier bona eſt caro obediens ſpiritui, vel ſenſualitas conſentiens rationi; qui hanc invenit, invenit bonum, ſcilicet adjutorium. Unde *Gen.* 2. Non eſt bonum hominem eſſe ſolum, faciamus ei adjutorium ſimile ſibi. *e* Et hauriet jucunditatem a Domino,] ſcilicet gloriam immortalitatis. *Eccli.* 15. Stola gloriæ veſtiet illum, jucunditatem, & exultationem theſaurizabit ſuper illum, & nomine æterno hæreditabit illum Dominus Deus noſter. *f* Qui expellit mulierem bonam,] indiſcrete affligendo, ut Balaam aſinam ſuam. *Num.* 23. *g* Expellit bonum,] per indiſcretionem, quod ſcilicet bonum poterat mereri. *Epheſ.* 5. Nemo carnem ſuam unquam odio habuit. *h* Qui autem tenet adulteram,] ideſt, qui carnem ſuam concupiſcentiis fovet & nutrit. *i* Stultus eſt & inſipiens,] ideſt, cæcus eſt in intellectu, quia non videt foveam ſibi paratam. Item inſipidus eſt in affectu, quia non ſentit fœtorem carnalium voluptatum. *Eccli.* 9. Ne des mulieri poteſtatem animæ tuæ, ne ingrediatur in virtute tua, & confundatur. De hac muliere dicitur *infr.* 21. Melius eſt ſedere in angulo domatis, quam cum muliere litigioſa in domo communi. Item adulteram tenet, qui Eccleſiam, vel præbendam ad delicias corporales retinet. Et recte adultera dicitur, quia ſponſum de lecto conſcientiæ ejicit propter mœchum. Unde *Ezech.* 16. Judicabo te judicio adulterarum, & congregabo adverſus te omnes amatores tuos. *k* Cum obſecrationibus loquetur pauper] ſpiritu ad Deum non prætendens merita, ſed miſericordiam, dicens cum Propheta *Pſal.* 50. Miſerere mei Deus, ſecundum magnam miſericordiam tuam. *l* Et dives,] ideſt, ſuperbus. *m* Effabitur rigide,] merita ſua jactans ſicut Phariſæus, *Luc.* 18. Deus, gratias tibi ago, quia non ſum ſicut cæteri homines, raptores, injuſti, adulteri; velut etiam hic publicanus, jejuno bis in Sabbato, decimas do omnium quæ poſſideo. Et poſtea additur ibi de paupere loquente cum obſecrationibus. Publicanus autem ſtans a longe, nolebat nec oculos in cœlum levare, ſed percutiebat pectus ſuum, dicens: Deus propitius eſto mihi peccatori. Vel ad litteram. *k* Cum obſecrationibus loquetur pauper,] ideſt, multum rogat, antequam detur ei locus ad loquendum, & etiam timide loquitur. Dives vero rigide loquitur, & ab omnibus auditur, ut patet in curiis Prælatorum, ubi pauper vix habet auditum. *Eccli.* 13. *Infr.* 18. Diviti decepto multi recuperatores: locutus eſt ſuperba, & juſtificaverunt illum; humilis deceptus eſt, inſuper & arguitur; locutus eſt ſenſate & non datus eſt ei locus, dives locutus eſt, & omnes tacuerunt, & verbum illius uſque ad nubes perducent; pauper locutus eſt, & dicunt: quis eſt hic? & ſi offenderit, ſubvertent illum. Hæc miſeria jam venit in diſputationibus Theologiæ, quod omnino reprobabile eſt. *n* Vir amabilis ad *o* ſocietatem,] ideſt, benignus, prudens, & conſtans ſocius. *p* Magis amicus erit,] ideſt, magis amat, & amatur. *q* Quam frater,] carnalis. Unde *Pſa.* 48. Frater non redimit, redimet homo. Et *inf.* 27. Melior eſt amicus juxta, quam frater longe.

Myſtice. *n* Vir amabilis,] ideſt, populus gentilis converſus. *Myſtice.* *o* Ad ſocietatem,] Eccleſiæ. *p* Magis amicus erit] Chriſto, ideſt, magis amat, & amatur a Chriſto. *q* Quam frater,] ideſt, Judaicus populus, infidelis, qui frater eſt Chriſti ſecundum carnem.

EXPOSITIO CAP. XIX.

r MElior eſt pauper,] ideſt, ſimplex & idiota, auditor verbi Dei. *ſ* Qui ambulat] bene operando quæ audit. *t* In ſimplicitate ſua,] ideſt, ſui ſenſus ſive intellectus. *u* Quam dives,] ideſt, litteratus, ſuperbus. *x* Torquens labia] ad hæreſim prædicandam, vel ad malam vitam. Ille enim labia ſua torquet. qui bene docet, & male vivit. De quibus dicitur *Matth.* 23. Quæ dicunt, facite; quæ autem faciunt, nolite facere; dicunt enim, & non faciunt. *y* Inſipiens,] ideſt, ſine ſapore ſcientiæ, cui non ſaporantur res, prout ſunt. Conterit enim talis tota die aromata ſacrorum eloquiorum, & non ſentit odorem. Et hoc ideo eſt, quia in cloaca vitiorum merſus eſt uſque ad nares. Vel ſic. *r* Melior eſt pauper qui ambulat in ſimplicitate ſua,] ideſt, humilis Prædicator cum parva ſcientia ambulans in via morum, ſive mandatorum. *u* Quam dives torquens labia ſua & inſipiens,] ideſt, quam magnus Prædicator multum habens auri ſapientiæ, & argenti eloquentiæ. Qui torquet labia,] ideſt, prædicationem ſuam, vel ad poſteriora, vel ad temporalia lucra, vel ad dexteram favoris, & laudis humanæ, vel ad ſiniſtram odii & detractionis. *z* Ubi non eſt ſcientia animæ,] ideſt, de ſalute. *a* Non eſt bonum,] gratiæ, vel gloriæ, quia ipſa eſt ductrix & mater omnium bonorum. Unde *Sap.* 7. Venerunt mihi omnia bona pariter cum illa, & innumerabilis honeſtas per manus illius, & lætatus ſum in omnibus, quoniam antecedebat me iſta ſapientia, & ignorabam, quoniam omnium bonorum mater eſt. Item ſcientia animæ eſt fundamentum totius ædificii ſpiritualis.

Unde

Unde *Sap* 13. Vani ſunt omnes homines, in quibus non eſt ſcientia Dei. Item ſcientia animæ lux eſt, unde ubi ipſa eſt, non audent venire latrones, ideſt, dæmones, quia qui male agit, odit lucem, *Joan.* 3. Item ſcientia animæ eſt ſpeculator in arce mentis, quæ ſemper clamat latrones, latrones, & cuſtodes murorum, id eſt, virtutes excitat clamans, & tuba inſonans vigilate, vigilare, & ipſos hoſtes lapidibus auctoritatum obruit. Item ſcientia animæ amorem Dei confert. Unde *Sap.* 7. Neminem diligit Deus, niſi eum, qui cum Sapientia inhabitat. Propter hæc omnia bene dicit Salomon: Ubi non eſt ſcientia animæ, non eſt bonum aliquod. Unde patet, quod Sapientia mundi non eſt bonum *Jac.* 3. Non eſt iſta ſapientia deſurſum deſcendens a Patre luminum, ſed terrena, animalis, diabolica.

& *a* qui feſtinus eſt, *b* pedibus *c* offendit. *d* Stultitia hominis *e* ſupplantat greſſus ejus, & *f* contra Deum ſervet animo ſuo. *g* Divitiæ addunt amicos plurimos, a *h* paupere autem *i* & hi, quos habuit, *k* ſeparantur. *l* Teſtis falſus non erit impunitus, & qui *m* mendacia loquitur, non *n* effugiet. *o* Multi colunt *p* perſonam Potentis, & *q* amici ſunt dona tribuentis.

a Et qui feſtinus eſt pedibus] animæ, ideſt, affectu & intellectu, plus apperendo ſapere, quam oportet, vel quæ non oportet. *c* Offendit offendiculo erroris, quoad pedem intellectus, vel quoad affectum offendiculo peccati. Ibi in via fidei, hic in via morum. Scientia quidem ſine zelo charitatis inflat, & zelus ſine ſcientia animæ errat. Vel ſic. *a* Qui feſtinus eſt,] ideſt, præproperus conquerendo de vindicta Dei dilata malis, aut de mercede retributionis dilata bonis. *b* Pedibus offendit] intellectu, per ignorantiam, & affectu, per inordinatum appetitum. Altiſſimus enim patiens redditor eſt, ut dicitur *Eccli.* 5. Item feſtinus pedibus eſt, qui præter conſilium ſententiam præcipitat, ut multi faciunt, qui audito verbo detractionis de aliquo, ſtatim acquieſcunt, & judicant illum cui detrahitur. Et omnis hujuſmodi. *c* Offendit,] in Deum, cui offert judicium; & in proximum, cui injuſte derogat & forte ſine culpa ejus. Ideo dicitur *Rom.* 2. Inexcuſabilis es, o homo, qui judicas, in quo enim judicas alterum, teipſum condemnas. Scimus enim quoniam judicium Dei eſt ſecundum veritatem in eos, qui talia agunt. Item *Jac.* 4. Qui detrahit fratri, aut qui judicat fratrem ſuum, detrahit legi, & judicat legem. *d* Stultitia hominis] qua viam veritatis deſerit, nec fatetur errorem ſuum, ſed potius in conditorem refundit, ut Adam & Eva. *Gen* 3. cauſantis quod Deus occaſionem peccandi ſibi tribuerit, vel quod hominem fragilem fecerit, vel quod hoſtem verſutum tentare permiſerit. *e* Supplantat greſſus ejus,] in eo quod facit excuſare ſe, ſicut Saul 1. *Reg.* 15. Contra quod dicit *Pſal.* 240. Non declines cor meum in verba malitiæ ad excuſandas excuſationes in peccatis. Vel, Supplantat greſſus ejus, qui non ſinit pedes ponere in via, ideſt in Chriſto, qui eſt via, veritas, & vita. *Joan.* 14. Vel in via, ideſt, in fide, quæ eſt via ducens ad Chriſtum. Unde *Aug.* Opera bona propter fidem videntur mihi eſſe curſus celerrimus præter viam. Vel: *d* Stultitia hominis,] ideſt, inſipientia. *e* Supplantat greſſus ejus,] quia facit ponere pedes affectuum ſuper vacuum, & inane, ideſt, temporalia, quæ vacuum, & inane ſunt, quia nec fulcimentum præbent innitenti, nec plenitudinem continenti, nec fructum laboranti, nec ſaturitatem poſſidenti. *f* Et contra Deum ſervet animo ſuo,] ſicut inſanus, quaſi onera importabilia homini impoſuerit, aut etiam fatum, vel conſtellationem allegans. *g* Divitiæ addunt amicos plurimos.] Ad litteram, verum eſt de divitiis temporalibus, quæ addunt amicos plurimos; ſed non veros amicos, ſed amicos fortunæ. Quod patet, quia divitiis recedentibus, recedunt. De quibus *Sen.* Prædam ſequitur turba iſta, non hominem. *Eccli.* 6. Eſt amicus ſecundum tempus, & non permanebit in tempore tribulationis. Vel divitiæ regni cœleſtis per Doctores & Prædicatores fidelibus patefactæ, addunt Deo, & ipſis Doctoribus amicos plurimos, ideſt, omnes fideles, qui Prædicatoribus acquieſcunt. *h* A paupere autem, & hi quos habuit] amicos tempore fortunæ pinguis. *k* Separantur,] tempore paupertatis, ſicut canes ab oſſe corroſo, qui non curant, ubi illud relinquant. Solus Chriſtus verus amicus eſt, qui omni tempore diligit. Unde *ſup.* 17. Omni tempore diligit, qui amicus eſt. Vel ſic. *h* A paupere autem,] ideſt, a Philoſopho, qui pauper dicitur, quia veras virtutes non habet, qui ſacras litteras ignorat. *i* Et hi, quos habuit] diſcipulos. *k* Separantur,] convertentes ſe ad ſacram Scripturam audiendam, ut quotidie patet in Artiſtis & Philoſophis. *l* Teſtis falſus, &c.] quia nullum malum impunitum, ſicut nullum bonum irremuneratum. *Iſidorus.* Falſus teſtis tres offendit. Deum, cujus veritatem annihilat. Judicem, cui veritatem occultat. Reum, quem falſitate ſua condemnat. *De falſo teſte.*

Myſtice. Myſtice. Teſtis Chriſti eſt quilibet Prædicator. Unde *Act.* 1. Et eritis mihi teſtes in Jeruſalem, & omni Judæa & Samaria, & uſque ad ultimum terræ. Item quilibet Martyr teſtis eſt paſſionis Chriſti. Unde & Martyr teſtis interpretatur. Falſus teſtis eſt, qui falſa docet, aut prædicat. Item falſus Martyr hypocrita, quia ſibi contradicit, quod enim verbis aſſerit exterius, vita deſtruit interius. Item falſus teſtis eſt omnis Doctor aut Prædicator, bona docens, & mala faciens, ore conſtruens, & opere deſtruens. De quibus dicit *Apoſt. Tit.* 1. Confitentur ſe noſſe Deum, factis autem negant, cum ſint abominati, & incredibiles, & ad omne opus bonum reprobi. Hi ſunt ſicut præcones vini alieni, qui nunquam guſtant de eo ſed alios ad emendum invitant; aut ſicut † mediatores mercium alienarum; aut ſicut magiſtri operum, & ædificiorum, qui aliis ligna & lapides polire, & portare præcipiunt, & in ædificio ponere, ipſi autem chirothecas & virgam in manu tenentes, nihil omnino faciunt Unde *Matth.* 23. Super cathedram Moyſi ſederunt Scribæ & Phariſæi; omnia ergo, quæcumque dixerint vobis, ſervate, & facite; ſecundum autem opera eorum nolite facere. *al. † mercatores.*

Dicunt enim & non faciunt. Alligant autem onera gravia & importabilia, & imponunt in humeros hominum; digito autem ſuo nolunt ea movere. Et tamen hujuſmodi Doctores melius etiam, quam magiſtri volunt remunerari. Unde ſequitur ibi.

Amant enim primos recubitus in Cœnis, & primas cathedras in Synagogis, & ſalutationes in foro, & vocari ab hominibus Rabbi. Item falſus teſtis eſt omnis detractor, qui nec vocatus, nec juratus contra fratrem ſuum teſtificatur, abſente parte adverſa & pro diabolo, nam cum dicit illum eſſe adulterum vel hypocritam, vel hujuſmodi, quid aliud teſtificatur, niſi quod ille eſt poſſeſſio diaboli; *Seneca*: Loquens de proximo tuo, ſcito te pro eo, vel contra eum teſtimonium ferre. De hoc dicitur *infra* 25. Jaculum & gladius, & ſagitta acuta, homo, qui loquitur contra proximum ſuum falſum teſtimonium. Item adulator eſt falſus teſtis, qui laudat impios. Unde *Pſal* 9. Quoniam laudatur peccator in deſideriis animæ ſuæ, & iniquus benedicitur.

Omnes hujuſmodi teſtes non erunt impuniti, quia tenentur de omni damno propter ſuum teſtimonium irrogato ſimpliciter, vel quantum in eis eſt. *m* Et qui mendacia loquitur,] quæcumque, ſed maxime in doctrina morum, & fidei.

n Non effugiet,] peccatum, vel pœnam, quia omne mendacium peccatum *Aug.* Vel. *m* Qui loquitur mendacia,] ideſt, temporalia, quæ mendacia ſunt, quia non ſolvunt, quod promittunt. Promittunt enim ſatietatem, & plenitudinem; & ipſa famem & exinanitionem perſolvunt. Unde *Aug.* Chriſtus ſolus veritas eſt: cetera autem omnia mendacia ſunt.

Hæc mendacia libenter loquuntur divites hujus mundi. Unde *Oſee* 7. Ego redemi eos, & ipſi contra me locuti ſunt mendacia. *Pſ.* 4.

Filii hominum uſquequo gravi corde, &c. Qui hæc mendacia libenter loquitur. *n* Non effugiet] quia omnia temporalia, quæ diligit, laqueos ſibi tendunt, *Sap.* 14. Creaturæ Dei factæ ſunt in odium, & tentationem animæ hominum, & in muſcipulam pedibus ſapientium. *o* Multi colunt,] ideſt, honorant, & venerantur.

p Perſonam potentis] quod & male, & bene poteſt fieri. Si propter officium fiat, ideſt, quia Dei miniſter eſt, bene fit; ſi autem quia potens, aut dives, aut nobilis, aut hujuſmodi; tunc peccatum eſt. Unde *Levit.* 19. Non honores vultum Potentis.

Item Gregorius in Moral. Perſonam accipere, eſt hominem, non quia homo eſt, ſed propter ea, quæ circa ipſum ſunt, honorare.

q Et amici ſunt dona tribuentis] ſicut canes carnificis, & oves paſtoris ſal in manu habentis, & porci pediſſequæ vas plenum furfure deferentis. Unde *Eccli.* 6. Eſt amicus ſocius menſæ. Item *Jer.* 6. A minore uſque ad maximum omnes avaritiæ ſtudent a Propheta uſque ad Sacerdotem. Item *Iſa.* 1. Omnes diligunt munera, ſequuntur retributiones. *Jer.* 8.

a Fratres hominis pauperis oderunt eum, *b* inſuper & amici,] ideſt, qui videbantur amici tempore proſperitatis. *c* Procul receſſerant ab eo] tempore paupertatis, quando deberent venire ad eum refovendum. Unde manife-
B ſte patet, quod in proſperitate non poteſt cognoſci amicus. Unde *Eccli.* 12. Non agnoſcetur in bonis amicus, & non abſcondetur in malis inimicus.

a Fratres hominis pauperis oderunt eum, *b* inſuper & amici *c* procul receſſerunt ab eo. *d* Qui tantum verba ſectatur, nihil *e* habebit: qui autem *f* poſſeſſor eſt mentis, diligit *g* animam ſuam; & *h* cuſtos prudentiæ *i* inveniet bona. *k* Teſtis falſus non erit impunitus, & qui loquitur mendacia, peribit. Non *l* decent ſtultum † *m* divitiæ, nec *n* ſervum *o* dominari Principibus. *p* Doctrina viri per *q* patientiam *r* noſcitur, & *ſ* gloria ejus eſt *t* iniqua prætergredi.

Sicut *u* fremitus leonis, *x* ita & Regis ira: & *y* ſicut ros ſuper herbam, ita & hilaritas ejus. *z* Dolor patris filius *a* ſtultus

Myſtice. Pſal. 68. Myſtice. Pauper homo Chriſtus eſt, qui dicit: Ego ſum pauper & dolens. Et *Thr.* 3. Ego vir videns paupertatem meam. Hunc pauperem fratres ejus, id eſt, Judæi, de quorum cognatione fuit ſecundum carnem, oderunt eum, & occiderunt. *b* Inſuper &
al. † deliciæ. amici procul receſſerunt ab eo,] ideſt Apoſtoli tempore paſſionis. *Pſal.* 87. Elongaſti a me amicum, & proximum, &c. *Job* 19. Fratres meos longe fecit a me, & noti mei quaſi alieni receſſerunt a me, dereliquerunt me propinqui mei: & qui me noverant, obliti ſunt mei. *d* Qui tantum verba ſectatur,] ideſt, verborum leporem, non veritatem ſententiæ. *e* Nihil habebit] quia verba ventus ſunt, & retineri non poſſunt. Unde *ſup.* 14. Ubi verba ſunt plurima, ibi frequenter egeſtas. Vel *d* Qui tantum verba ſectatur] & non opera verborum facit. *e* Nihil habebit] quia non auditores legis juſti apud Deum, ſed factores. *Rom.* 2. Unde *Jac.* 1. Eſtote factores legis, non auditores tantum. *f* Qui autem poſſeſſor eſt mentis,] ideſt, Dominus voluntatis ſuæ & ſenſus ſui. *g* Diligit animam ſuam,] quia tanquam verus Dominus & verus poſſeſſor arcet ab ea beſtias vitiorum, & aves malarum cogitationum. Poſſeſſio dicitur, quaſi pedis ſeſſio. Unde mentem poſſides, ſi eam apud te habes, ut non diſperſa ſtultratim in vineis, in agris, in domibus, in præbendis vagetur. Item mentem poſſides, ſi ejus ſervitia habes, ſi inde comedis & bibis, ſi de ea Domino tuo quaſi de feudo proprio ſervitia reddis. *h* Et cuſtos prudentiæ,] ideſt, providentiæ jam acquiſitæ. Cuſtodia enim eſt de re acquiſita. Non enim ſufficit acquirere rem, niſi etiam acquiſita cuſtodiatur, quia:

Non minor eſt virtus, quam quærere parta tueri.

i Inveniet bona] gratiæ, & gloriæ, cuſtoditur autem prudentia, ideſt, providentia aſſidua mortis cogitatione. Unde *quidam* dixit: Summa philoſophia eſt aſſidua mortis cogitatio. *k* Teſtis falſus non erit impunitus: & qui loquitur mendacia peribit.] Unde *Pſ.* 5. Perdes omnes, qui loquuntur mendacium. Repetitio eſt hic, quia idem *ſup. eodem* dixit. Et hoc propter duo genera teſtimoniorum, ut dictum eſt, ſcilicet verbi, & facti. Hic enim dicitur falſus teſtis, falſus interpres verbi Dei, *ſupra* vero qui contra proximum dicit falſum teſtimonium. *l* Non decent ſtultum] qui neſcit æſtimare res ſecundum valorem ſuum. *m* Divitiæ,] vel deliciæ, alia littera, ſcilicet ſpirituales, quia eis non utitur, ſicut non decet ſurdum cithara, nec cæcum lucerna, nec porcum aromata, nec canes ſancta. Unde *Matt.* 7. Nolite ſanctum dare canibus, nec mittatis margaritas ante porcos. Similiter nec mortuum decent epulæ *Eccli.* 30. Bona abſcondita in ore clauſo, quaſi appoſitiones epularum circumpoſitæ ſepulchro. Item non decent ſtultum epulæ, ſive divitiæ ſpirituales, ſicut nec liquor pretioſus vas confractum. *Eccli.* 21. Cor fatui quaſi vas confractum, omnem Sapientiam non tenebit. *n* Nec ſervum dominari Principibus] decet, imo valde indecens eſt; quia ſervus omnes, quibus præeſt, ſubjicit ſervituti ejus, cujus eſt ſervus, & omnes comprimit & conculcat, quia,

Aſperius nihil eſt humili, cum ſurgit in altum,
Cuncta ferit, dum cuncta timet, cunctiſque minatur.

Hoc eſt illud malum de quo *Eccli.* 10. Vidi malum quaſi per errorem egrediens a facie Principis, poſitum ſtultum in dignitate ſublimi, & divites ſedere deorſum. Vidi ſervos in equis, & Principes ambulantes quaſi ſervos ſuper terram. De hoc dicitur *inf.* 30. Per tria movetur terra; & quartum, quod non poteſt ſuſtinere, per ſervum, cum regnaverit, per ſtultum, cum ſaturatus fuerit cibo; per odioſam mulierem, cum in matrimonio fuerit aſſumpta; & per ancillam, cum hæres fuerit Dominæ ſuæ.

Myſtice. *l* Non decent ſtultum,] ideſt, hæreticum, *m* *Myſtice.*
Divitiæ ſcripturarum, quia eis abutitur. *n* Nec ſervum] i. peccatorem, quia qui peccatum facit, ſervus eſt peccati. *Joan.* 8. *o* Dominari Principibus,] ideſt, juſtis, qui rebus & membris, & cogitationibus, affectionibus, locutionibus, & operationibus ſuis principantur. *p* Doctrina viri,] ideſt, Eccleſiaſtica doctrina. *q* Per patientiam] ipſorum Doctorum. *r* Noſcitur] quod bona & perfecta ſit, quia dum magis affligi, & interfici tempore pro Chriſto eligunt, quam a veritatis prædicatione ceſſent, oſtendunt quam bona, & quam ſalutaris eſt doctrina Eccleſiæ. Vel ſic. *p* Doctrina viri,] ideſt, cujuslibet Doctoris. *q* Per patientiam,] ſuam. *r* Noſcitur,] quia ſi multum patiens eſt, multum doctus oſtenditur; ſi parum, parum. Patientia enim quaſi probatorium, & menſura eſt doctrinæ. Unde *Pſ.* 91. Bene patientes erunt, ut annuncient. Vel ſic. *p* Doctrina viri,] ideſt, Chriſti. *q* Per patientiam] propriam. *r* Noſcitur,] ab omnibus, qui cogitant, quanta paſſus eſt. Quanto magis enim quis patientiam ejus cognoſcit, tanto ampliorem Sapientiam ejus agnoſcit. *ſ* Et gloria ejus,] ideſt, Chriſti. *t* Eſt iniqua prætergredi,] ideſt, iniquitatem præterire, ideſt, nihil mali facere, ſed pati. Unde *Iſ.* 53. Iniquitatem non fecit, nec dolus fuit in ore ejus. Et tamen Deus Pater voluit eum conterere in infirmitate. Hoc eſt, quod dicit Sponſa. *Cant.* 5. Dilectus meus candidus, & rubicundus. Candidus per innocentiam, rubicundus per ſanguinem paſſionis. Similiter. *ſ* Gloria ejus,] i. Doctoris. *t* Eſt iniqua prætergredi,] ideſt, mala non facere, & pœnam pati. Non enim ſufficit Doctori propria innocentia ſeu munditia ſine tolerantia, nec e converſo. *u* Sicut fremitus leonis, ita & Regis ira.] Ad litteram, ſicut ad rugitum leonis animalia ſiſtunt gradum; ita irato Rege omnes timent.

Myſtice. *y* Sicut fremitus leonis] terrorem incutit cunctis animalibus. *x* Ita & Regis ira,] ideſt, comminatio *Myſtice.*
Chriſti de die judicii omnes homines contremiſcere facit.

Moraliter. *u* Sicut fremitus leonis] facit ſtare omnia animalia, ut nec pedem moveant. *x* Ita & ira Regis, ideſt, *Moral.*
Prælati correctio debet ſubditos deterrere, ut nec pedem audeant ad illicita perpetranda movere. *Oſee* 11. Quaſi leo rugiet, quia ipſe rugiet & formidabunt filii maris. Vel, *u* Sicut fremitus leonis] facit ſtare beſtias: *x* Ita & ira Regis,] ideſt, magnificentia rationis, quæ eſt Rex in regno animæ, omnes motus beſtiales cogitationum, & affectionum ſtare facit, ut non procedant ad conſenſum, vel opus. Unde *infr.* 20. Rex, qui ſedet in ſolio judicii ſui, diſſipat omne malum intuitu ſuo. *y* Et ſicut ros ſuper herbam, ita & hilaritas ejus,] ideſt, Domini in judicio, ſcil. juſtis. *Iſ.* 26. Expergiſcimini, & laudate qui habitatis in pulvere, quia ros lucis ros tuus, & terram gigantum detrahes in ruinam. Vel hilaritas Domini ſunt promiſſiones, & conſolationes ejus, quæ mentem humanam lætificant, & impinguant, & ad fructum boni operis ſurgere faciunt, & ab æſtu tentationum refrigerant, quæ omnia facit ros ipſi herbæ. Vel

Myſtice prima parabola de fremitu leonis, & ira Regis *Myſtice.*
ad ſecundum adventum pertinet. Secunda parabola de rore & hilaritate, ad primum adventum refertur. Unde *Gen.* 18. Sara audito de Iſaac naſcituro, riſit. Et *Gen.* 21. dixit Sara: Riſum fecit mihi Dominus, quicumque audierit, corridebit mihi. Unde in nativitate veri Iſaac debemus omnes Beatæ Virgini corridere. *y* Dolor patris filius ſtultus,] ad litteram ſtultitia filii, cauſa eſt doloris patris. Et e converſo ſapientia filii, cauſa eſt lætitiæ patris: Unde *ſup.* 10. Filius ſapiens lætificat patrem; filius vero ſtultus mœſtitia eſt matris ſuæ.

Myſtice. *z* Dolor patris,] ideſt, Dei, qui pater eſt *Myſtice.*
omnium creatione. *a* Filius ſtultus,] quilibet peccator. Et eſt *anthropopathos*. Deus enim in natura ſua impoſſibilis eſt, ſed more humano dicit Scriptura ipſum dolere, cum homines, quos creavit ad ſe laudandum, & honorandum, & ſerviendum, ſervire Diabolo conſpicit. Unde *Gen.* 6. Pœnituit eum, quod feciſſet hominem in terra, & præcavens in futurum, & tactus dolore cordis intrinſecus, delebo, inquit, hominem, quem creavi, a facie terræ. Vel. *z* Dolor patris,] ideſt, Chriſti. *a* Filius ſtultus,] ideſt, populus Judaicus, vel quilibet peccator, cui compaſſus, & propter quem paſſus eſt. Unde *Iſ.* 53. Vere languores noſtros ipſe tulit, & dolores noſtros ipſe portavit.

Moraliter. *z* Dolor patris,] ideſt, Prælati, qui debet *Moral.*
eſſe pater ſubditorum generatione, & correctione. *a* Filius ſtultus,] ideſt, ſtultitia ſubditorum, qui a in ignem, vel in aquam vitiorum ſeipſos, ſicut lunatici, vel dæmoniaci,

projiciunt

Digitized by Google

proiiciunt, ſi de hujuſmodi ſtultitia non dolet Prælatus, non eſt pater, ſed pictura patris. Unde *Zach* 11. O paſtor & idolum. Sed bonus Prælatus, quaſi bonus pater, de ſtultitia ſubditorum dolet, & gemit, 2. *Reg.* 1. Doleo ſuper te, frater mi Jonatha, decore nimis, & amabilis ſuper amorem mulierum, ideſt, plus quam ament, vel amentur mulieres.

& a tecta jugiter perſtillantia b litigioſa mulier. c Domus d & divitiæ e dantur a † parentibus: f a Domino autem proprie g uxor prudens. h Pigredo immittit i ſoporem, & k anima diſſoluta l eſuriet. Qui m cuſtodit n mandatum, o cuſtodit animam ſuam; p qui autem negligit † q viam ſuam, r mortificabitur. ſ Fœneratur Domino, qui miſeretur † pauperi & t viciſſitudinem ſuam reddet ei.

Joſ. 27. al. † patribus. 26. diſt. c. deinde. C

a Et tecta jugiter perſtillantia litigioſa mulier,] ideſt, hæreticorum Eccleſia, quaſi dicat, ſicut tecta perſtillantia pluviam ſuſcipiunt, non ad utilitatem, ſed ad moleſtiam inhabitantium; ita Eccleſia hæreticorum divina verba non ad ſalutem animarum, ſed ad ſubverſionem ſuſcipit, quæ male exponens contra Catholicos litigando convertit. Item tecta mundas pluviæ guttas recipiunt, ſed ſub tectis in domo ſordidas reddunt; ita hæretici verba Dei limpidiſſima ſuſcipiunt & ſordidata perverſa expoſitione auditoribus reddunt. De hoc forte ſumptum eſt illud, quod communiter dicitur: Tria ſunt, quæ expellunt hominem de domo. Fumus, ſtillicidium, & mala uxor, ſive litigioſa mulier. Unde verſus:

Sunt tria damna domus, imber, mala femina, fumus.

Moral. Moraliter. *b* Litigioſa mulier,] eſt conſcientia ſcrupuloſa, quæ omnia dubitat, & de omnibus diſputat. Quæ recte tectis perſtillantibus comparatur: quia ſtillæ pluviarum ſuper tecta ſtrepitum & ſonitum faciunt, & iterum de tectis cadentes ſtrepitum faciunt; ita quicquid tacite dicitur in ſcrupuloſa conſcientia, ſtrepitum facit, quæ etiam alios per nimiam inquiſitionem moleſtat. Unde *Eccli.* 25. Commorari leoni, & draconi placebit magis, quam habitare cum muliere nequam. Vel litigioſa mulier eſt caro queruloſa, quæ non debet audiri, nec habere vocem in capitulo, quia excommunicata eſt a Deo, *Gen.* 3. Maledicta terra in opere tuo, ideſt caro.

Hæc quamdiu eſt excommunicata, non habet vocem pro ſe, ſed contra ſe bene auditur, donec abſolvatur a Summo Pontifice in Conſilio generali ultimæ, ſcilicet, reſurrectionis. Et de hac muliere dicitur *Eccli.* 25. Brevis omnis malitia ſuper malitiam mulieris. Vel mulier hæc eſt plebs ſeditioſa alicui Sacerdoti commiſſa, quæ tectis jugiter perſtillantibus comparatur, quia ſicut in hujuſmodi tectis modo unum foramen eſt operiendum, modo aliud, ita in plebe, modo foramen luxuriæ, modo foramen diſcordiæ eſt reparandum, & ſic nunquam eſt in pace vir litigioſæ mulieris. *c* Domus & *d* divitiæ *e* dantur a parentibus,] ad litteram. *f* A Domino autem proprie, non ab alio. *g* Uxor prudens.] Quam enim mulier prudens ſit, hoc a ſolo Domino eſt. Domus vero & divitiæ dantur a parentibus uxoris marito.

Myſtice. Myſtice. *c* Domus,] eſt ſacra Scriptura. *d* Et divitiæ.] ſpiritualis intelligentia. Hæc *e* Dantur a parentibus.] Prophetis, Apoſtolis, Doctoribus. Sed *g* Vox prudens, ideſt, Eccleſia vel bona conſcientia. *f* A Domino proprie, datur. Vel. [domus & divitiæ,] ſunt ſpes & gaudium de Chriſti Incarnatione, quaſi ornamenta & munuſcula præcedentia nuptias. Hæc a parentibus,] ideſt, a Patriarchis & Prophetis data ſunt. [Sed prudens uxor,] ideſt, ipſa Divinitas. A Domino proprie datur, ideſt a ſolo Domino data eſt humanitati unita in thalamo uteri virginalis. *h* Pigredo,] ideſt ſegnities operandi. *i* Immittit ſoporem,] intelligendi, quia paulíſper, ut dicit *Gloſ.* Recte ſentiendi vigilantia amittitur, dum a bono opere ceſſatur.

Moraliter. Moraliter. *h* [Pigredo,] operandi ſpiritualia, quæ dicitur acedia. *i* Immittit ſoporem,] ideſt, mentis excæcationem, ut non videat pericula præcavere. Vel in bono legitur ſic. *h* Pigredo congregandi temporalia,] ideſt, contemptus temporalium. *i* Immittit ſoporem,] ideſt, contemplationem. Unde *Cant.* 5. Ego dormio, & cor meum vigilat. Vel melius. *h* Pigredo,] ideſt, pigritia, qua aliquis non vult ſuſtinere labores, & onera adminiſtrationis. *i* Immittit ſoporem, ideſt, otium contemplationis. Multi enim ſeipſos decipiunt, qui eſſent apti ad vineam Domini colendam, ideſt, ad ſuſtinendos labores alicujus adminiſtrationis, & palliantes ſuam pigritiam, nomine contemplationis otium petunt. Quibus dicitur *Matth.* 22. Quid hic ſtatis tota die otioſi? Ite in vineam meam. Tales, niſi ſibi caveant, poterunt cito fraudari denario diurno. Nam ut dicit *Hieronymus* non mediocriter errat, qui minus bonum majori præfert.

k Et anima diſſoluta,] ſcilicet, corde, ideſt, cogitationibus & deſideriis diſperſa, non Deo unita, vel alicui occupationi neceſſariæ ligata. *l* Eſuriet,] hic voluptates, quæ non ſatiant. *Oſee* 4. Comedent, & non ſaturabuntur. Et in futuro eſuriet, ideſt, eſuriem æternam habebit, ſicut dives Epulo ſitit. *Luc.* 16. *m* Qui cuſtodit,] corde, ore, & opere. *n* Mandatum.] Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota fortitudine tua. *Deut.* 6. Et proximum tuum ſicut teipſum. *Matth.* 22. Vel. Mandatum, ſcilicet, totum Decalogum. *o* Cuſtodit animam ſuam,] Deo, vel ad vitam æternam. Unde *ſup.* 3. Cuſtodi legem meam & conſilium meum, & erit vita animæ tuæ, & gratia faucibus tuis. Vel ſic. Qui cuſtodit mandatum, cuſtodit animam ſuam,] a devio erroris, quia mandatum lucerna eſt. *Pſal.* 118. Lucerna pedibus meis verbum tuum, & lumen ſemitis meis, &c. Et *ſup.* 6. Mandatum lucerna, & lex lux. Eſt etiam mandatum, ſive lex ſepes arcens ab anima beſtias vitiorum. Unde *Oſee* 2. Sepiam vias tuas ſpinis, & ſepiam eas maceria. Et ideo qui hanc ſepem cuſtodiunt, cuſtodiunt animam ſuam a beſtiis; & qui diſſipant ſepem hanc exponunt ſe beſtiis ad devorandos. Unde *Eccli.* 1. Qui diſſipant ſepem, mordebit eum coluber. *p* Qui autem negligit viam ſuam,] ideſt, viam mandatorum Dei, quæ data ſunt, ut per ea, quaſi per viam ambulemus, & curramus ad Chriſtum. Juxta illud *Pſa.* 118. Viam mandatorum tuorum cucurri, &c.

al. † vias ſuas. *al. † pauperis.*

r Mortificabitur,] in anima, hic per culpam, & in futuro per pœnam. Vel ſic. *p* Qui negligit,] ideſt, contemnit. *q* Viam ſuam,] id eſt: Chriſtum, qui eſt via, per quam itur ad Patrem, ſicut ipſe dicit *Joan.* 14. Nemo venit ad Patrem, niſi per me. *r* Mortificabitur,] ideſt, morte æterna damnabitur. Et merito, quia contemnendo viam ſeparat ſe a vita. Idem enim ipſe eſt via & vita. Unde *Joan.* 14. Ego ſum via, veritas, & vita. Vel ſic. *p* Quia negligit viam ſuam,] ideſt, vitam ſuam, non curans qualiter vivat, ſcilicet, bene, vel male, vel cui, ſcilicet, Deo, vel mundo. *r* Mortificabitur,] ideſt, damnabitur. Vel. *p* Qui negligit viam ſuam,] ideſt, qui non ſollicite conſiderat opera ſua. *r* Mortificabitur,] ideſt, gratia privabitur. Hanc negligentiam excludit timor Dei. Unde *Job* 9. Verebar omnia opera mea, ſciens quod non parceres delinquenti. Multo fortius nec parcent peccanti. Timor igitur Dei ſollicitudinem ſui parit, quæ eſt unum de tribus bonis, quæ Dominus requirit a nobis. *Michea* 6. Indicabo tibi, homo, quid ſit bonum, & quid Dominus requirat a te; utique facere judicium, & diligere miſericordiam, & ſollicitum ambulare cum Deo tuo. *ſ* Fœneratur Domino, qui miſeretur pauperis,] affectu, & effectu, ideſt, qui dat eleemoſynam pauperi, Domino accommodat ad uſuram, qui reddet centuplum in præſenti, & vitam æternam in futuro, ut dicitur *Matth.* 19. Domino fœneratur, non pauperi tantum; quia quicquid fit pauperi propter Deum, fit ipſi Domino, ſicut ipſe dicit *Matth.* 25. Quandiu feciſti uni ex fratribus meis minimis, mihi feciſtis. Sed quod etiam fœneretur, qui miſeretur ejus, hoc habes *Eccli.* 29. Qui facit miſericordiam, fœneratur proximo. Unde *Luc.* 16. Facite vobis amicos de mammona iniquitatis, ut cum feceritis, recipiant vos in æterna tabernacula. Nomine eleemoſynæ omnis ſubventio miſerationis intelligitur. Unde *Luc.* 11. Date eleemoſynam & ecce omnia munda ſunt vobis. Sunt autem in univerſo ſeptem eleemoſynæ, tres glorioſæ, & quatuor glorioſiores. Tres ſunt, doctrina, conſilium, eleemoſyna manualis. *Septem ſunt eleemoſynæ.*

Quatuor ſunt, oratio, compaſſio, injuriarum remiſſio, amoris conjunctio. Hic habetur, quod Dominus non ſolum amicus eſt miſericordium, ſed etiam ſervus. Dicitur enim *inf.* 22. Qui accipit mutuum ſervus eſt fœnerantis. Et verum eſt. Ipſe enim fatetur *Iſa.* 43. Servire me feciſti in peccatis tuis: præbuiſti mihi laborem in iniquitatibus tuis. *t* Et viciſſitudinem ſuam, &c.] Dominus ipſi fœneranti, ideſt, præmium pro merito & uſura, ſcilicet, Regnum cœlorum. Unde *Auguſt.* Præbe tectum, & accipe cœlum. Hæc eſt menſura largiſſima, de qua dicitur *Luc.* 16. Date & dabitur vobis, menſuram bonam & confertam & coagitatam & ſuperfluentem dabunt in ſinum veſtrum.

a Erudi filium tuum,] timorem Domini, viam morum & fidei. *b* Et non deſperes,] de eo, ſi correctionem tuam noluerit ſtatim accipere, ſed perſiſte in correctione, & eruditione ejus. Nam qui amat filium, aſſiduat illi flagella, ut lætetur in noviſſimo ſuo, ut dicitur *Eccli.* 30.

Myſtice. Myſtice. *a* Erudi filium tuum,] idest, diſcipulum, vel ſubditum, benigne & al. † ne. manſuete, quaſi filium doce & corrige. *Galat.* 6. Fratres, ſi præoccupatus fuerit al. † enim. homo in aliquo delicto, vos, qui ſpirituales eſtis, hujuſmodi inſtruite in ſpiritu lenitatis. *b* Et non deſperes,] ſi ſtatim non acquieſcit, vel ſi ſtatim non fit bonus: Non enim Agricola ſtatim fructus colligit, ſed expectat tempus aptum. Unde *Jacob* 5. Ecce Agricola expectat pretioſum fructum terræ, patienter ferens, donec accipiat temporaneum, & ſerotinum. Patientes igitur eſtote, fratres, uſque ad adventum Domini, & confirmate corda veſtra, quoniam Adventus Domini appropinquabit. *Tullius*: Eadem eſt differentia cordium humanorum; quidam cito, quidam tarde boni fiunt. *c* Ad interfectionem autem ejus,] ſpiritualem ſcilicet. *d* Ne ponas animam tuam,] inſtructionem debitam ſubtrahendo, vel indebite iraſcendo, vel nimis aſpere corrigendo, aut nimis graviora onera imponendo, aut malo exemplo corrumpendo, vel ſcandalizando, tot modis Prælatus ſubditum interficit.

a Erudi filium tuum, & † *b* non deſperes: *c* ad interfectionem autem ejus ne *d* ponas animam tuam. *e* Qui † impatiens eſt *f* ſuſtinebit damnum, & *g* cum rapuerit *h* aliud apponet. *i* Audi conſilium, & *k* ſuſcipe diſciplinam, ut ſis *l* ſapiens in noviſſimis tuis. Multæ *m* cogitationes in corde viri; *n* voluntas autem Domini in † æternum permanebit. *o* Homo indigens *p* miſericors eſt, & *q* melior † eſt pauper † juſtus, *r* quam vir mendax. *ſ* Timor Domini ad vitam, *t* & in plenitudine *u* commorabitur *x* abſque viſita-

e Qui impatiens eſt,] injurianti, vel contumeliam inferenti.

f Suſtinebit damnum,] perditæ patientiæ, ceterarumque virtutum, quæ quaſi colligatæ, vel conjuratæ, ſimul manent, aut ſimul recedunt. Ideo dicit *Jacob* 2. Qui offendit in uno, factus eſt omnium reus. Vel, [ſuſtinebit damnum,] eorum, quæ fuiſſet lucratus, ſi patiens fuiſſet, & patientiam habuiſſet, ſcilicet, theſauros inæſtimabiles & ſui ipſius poſſeſſionem.

Solus enim patiens, ſui ipſius poſſeſſor eſt. Unde *Gregor.* Dum patientes ſumus, hoc ipſum incipimus poſſidere, quod ſumus. *Luc.* 21. In patientia veſtra poſſidebitis animas veſtras. Hæc autem amittit impatiens, qui neſcit æquanimiter contumelias ſuſtinere, & injurias, & verbera. *g* Cum rapuerit,] impatiens, idest, cum injuriatus alii fuerit quolibet modo nocendi. *h* Aliud apponet,] idest, damno impatientiæ aliud damnum ſuperaddet, ſcilicet, damnum innocentiæ, quam amittit injuriando. Vel, [Aliud apponet,] idest, non ſolum quod rapuit, reſtituet; ſed aliud addet ad aliud. Verbi gratia: Tu læſiſti aliquem, qui pro cura ſua multa expendit: tu teneris ei, non ſolum ad expenſas curationis, ſed etiam ad omne illud, quod interim ſibi, & ſuis lucratus fuiſſet ſecundum æſtimationem boni viri, quia omne illud abſtuliſti ei. Unde *Exod.* 22. Si quis furatus fuerit bovem, vel ovem, & occiderit; quinque boves pro uno bove reſtituet, & quatuor oves pro una ove. *i* Audi conſilium, propter pericula, quæ imminent, & mala, in quibus es, idest, acquieſce conſilio.

k Et,] hoc conſilium, [ſuſcipe diſciplinam,] verberum, & verborum. Vel.

i Audi conſilium,] idest, doctrinam ad illuminationem intellectus.

k Et ſuſcipe diſciplinam, ad informationem affectus. Licet autem conſilium hic præponatur, tamen diſciplina præcedit. Nam diſciplina quaſi limitatio cordis eſt ad ſuſcipiendam dearationem doctrinæ, & quaſi ſpinarum extirpatio ad ſuſceptionem ſeminis. Unde *Jerem.* 4. Novate vobis novale, & ſerere ſuper ſpinas. *Sap.* 6. Initium ejus, ideſt, Sapientiæ, veriſſima eſt diſciplinæ concupiſcentia. *l* Ut ſis ſapiens in noviſſimis tuis,] ſaltem ſi non prius, ut ſcilicet, ſapienter diſponas tibi, & domui tuæ in noviſſimis tuis, ideſt, in fine, & fideliter computes cum Domino de villicatione tua.

m Multæ cogitationes in corde viri,] ideſt, variæ, & diverſæ.

n Voluntas autem Domini in æternum permanebit,] invariabilis. Hoc eſt, quod communiter dicitur: Homo proponit, ſed Deus diſponit, quia quicquid cogitet homo, neceſſe eſt voluntatem Dei in omnibus adimpleri, ut patet in fratribus Joſeph, qui per venditionem ejus cogitaverunt † evadere Dei diſpoſitionem, quam Joſeph in ſomno demonſtravit, ut ſcilicet, ne adorarent eum: ſed ideo adoraverunt, quia vendiderunt. al. † avertere.

o Homo indigens,] ideſt, humilis, qui ſe omnibus indigentem recognoſcit, vel qui pauperiem patitur, aut paſſus eſt. *p* Miſericors eſt,] ut miſericordiam conſequatur: Vel quia miſerias expertus eſt, unde qualiter oporteat aliis miſereri, & compati cognoſcit. Unde *Hebr.* 4. Non habemus Pontificem, qui non poſſit compati infirmitatibus noſtris: tentatum autem per omnia pro ſimilitudine abſque peccato. Et *Greg.* Omnipotens Deus Principem Apoſtolorum cadere permiſit, ut in ſua culpa diſceret, qualiter aliis miſereri deberet. Sed ſunt quidam, qui ſe eſſe homines obliti ſunt, & ideo peccatoribus inſultant, & mirantur, quod aliis talia accidant cum ipſi non tententur. Et hoc forte ideo eſt, quia Dæmonibus indigni videntur, ut ab eis tententur; vel quia vident eos ex eo quod non tentantur extolli, & inflari contra alios, qui tentantur. Unde in Vitis Patrum legitur, quod quidam juvenis Monachus vexabatur a cogitatione fornicationis, & revelavit hoc cuidam ſeni inexperto in talibus: qui indignans dixit eum indignum eſſe habitu monachali, qui talia cogitabat, & deſperans ille juvenis dimiſſa cella ad ſæculum redibat. Sed ſecundum Dei diſpoſitionem obviavit ei Abbas Apollonius, qui intuens, quæſivit cauſam tantæ turbationis, ac triſtitiæ, qui nolebat ei reſpondere. Sed Apollonius, blandius inſtans extorſit ab eo, quod ſic tentaretur, & quod ſic dixiſſet ei ſenex. Et petiit Apollonius, ut daret ei diem illum, & reducto eo in cellam ſuam, ivit Apollonius ad cellam illius ſenis, & ſtans ante cellam rogavit Dominum, ut tentationem fornicationis amoveret a juvene, & mitteret in ſenem illum: & ſtatim vidit Æthiopem nigrum juxta cellam ſenis ſagittas ignitas mittentem in illum, & non valens ſenex ſuſtinere redibat ad ſæculum, cui occurrens Apollonius quæſivit, quid haberet. Et erubeſcens ſenex, noluit ei dicere. Et tandem dixit ei Apollonius, quod rediret in cellam ſuam, & diſceret compati tentatis. Et indicavit ei, unde veniſſet ſibi tentatio. Et quod prius tentatus non fuerat, hoc ideo fuit, quia a Dæmonibus erat & incognitus, & contemptus, propter quod non meruerat eorum tentationibus probari, & perfici in virtute.

al. † non habet in æternum. al. † non habet eſt. al. † non habet juſtus.

D

q Et melior eſt pauper juſtus,] ideſt, humilis paupertatem ſuam recognoſcens, & confitens, ſicut publicanus.

r Quam vir mendax,] ideſt, pallians peccata & oſtentans bona ſua, ut Phariſæus, *Luc.* 18. Paupertas agnita oditur a multis, ſed ſumma perfectio virtutis eſt perfecta recognitio propriæ paupertatis.

Probatio. Summa ſive perfecta recognitio paupertatis eſt ſumma humilitas, & omnes virtutes ſunt coæquales, & æqualiter creſcunt; ergo perfecta recognitio paupertatis eſt ſumma perfectio omnium virtutum. Unde *Plato*, cum eſſet ſummus omnium Philoſophorum, dixit: Unum ſolum ſcio, quod nihil ſcio. *ſ* Timor Domini ad vitam,] ducit, quia per ipſum expellitur peccatum, *Eccli.* 1. Et declinantur pericula mortis. Unde *ſupr.* 14. Sapiens timet & declinat a malo, ſtultus tranſilit, & confidit. Eſt etiam timor Domini quaſi expaventaculum beſtiarum ſpiritualium, ideſt, malarum cogitationum & affectionum. Unde *Philoſophus* quidam dixit: Qui timet Deum, omnia timent eum: qui vero non timet Deum, omnia timet. *t* Et in plenitudine] beatitudinis Sanctorum. *u* Commorabitur,] timor, ideſt, faciet commorari timentes. Hoc eſt, quod legitur *Eccli.* 40. Timor Domini quaſi Paradiſus benedictionis, & ſuper omnem gloriam operuerunt illum. *x* Abſque viſitatione peſſimi,] i. Diaboli, qui eſt malus propter ſuperbiam, qua cecidit; pejor propter invidiam, qua felicitati hominis invidit, peſſimus propter odium, quo Deum odit. *Pſ.* 73. Superbia eorum, qui te oderunt, aſcendit ſemper. Hic peſſimus viſitator eſt monachorum. Unde legitur in Vitatis Patrum de quodam Abbate, qui vidit eum oneratum ampullis. Qui quæſivit a diabolo, quo vadis? Reſpondit. Commemorare fratres, &c. Et quoſdam viſitat ipſe Epiſcop. ſuperbiæ, quandoque mittit Archidiaconos, & Archipresbyteros ſuos, ſc. Spiritus luxuriæ & avaritiæ, & quilibet ſuo tempore accipit procurationem ſuam. Luxuria de nocte, avaritia de die;

inanis

Digitized by Google

inanis gloria in æſtate, deſidia, & gula in hyeme. Unde dicitur *Iſa.* 18. Æſtare perpetua erunt ſuper eum volucres, & omnes beſtiæ terræ ſuper eum hyemabunt. *a* Abſcondit piger,] ideſt, deſidioſus Prædicator. *b* Manum ſuam ſub aſcella, nec ad os ſuum applicat eam] ideſt, non vult facere, quod dicit.

tione peſſimi, *a* Abſcondit piger *b* manum ſuam ſub aſcella, nec ad os ſuum applicat eam. *c* Peſtilente flagellato *d* ſtultus *e* ſapientior erit; ſi *f* autem corripueris Sapientem, *g* intelliget † Sapientiam. Qui *h* affligit patrem, *i* & fugit matrem, *k* ignominioſus † erit, *l* & infelix. *m* Non ceſſes, fili, audire doctrinam, nec *n* ignores ſermones ſcientiæ. *o* Teſtis iniquus *p* deridet judicium, & *q* os impiorum *r* devorat iniquitatem. *ſ* Parata ſunt deriſoribus *t* judicia, & mallei percutientes *u* ſtultorum corporibus.

Manum enim ad os porrigere, eſt voci opera concordare.
infr. 26. Talis piger non reflectit os Turturis ad aſcellas, ideſt, verba ſua operi non ſociat, quod tamen præcipitur. *Levit.* 1. Tales homines, qui non poſſunt, vel nolunt manum ad os applicare, neceſſe eſt mori fame, niſi forte, ut parvuli lacte adulationis paſcantur, de pane autem, & vino, quæ aliis prædicando propinant, non guſtant.

al. † diſciplinam.

al. † eſt.

c Peſtilente flagellato] publice. *d* Stultus] videns hoc, & inde correctus. *e* Sapientior erit,] ideſt, aliquantulum ſapiens: Abuſiva eſt comparatio.

Felix, quem faciunt aliena pericula cautum.

Peſtilens dicitur peccator, qui peſtem ſuam late effundit, ideſt, qui multos circumquaque inficit ſuo vitio, velut ovis contagioſa. Tales ſunt detractores, mali Prælati, mali Doctores, qui peccati ſui exemplo multos circumquaque inficiunt, ut patet in ſociis hujuſmodi Prælatorum, qui adeo infecti ſunt, ut nec habitum, nec geſtum, imo fere nihil Chriſtianæ religionis in ſe habeant. Unde *infr.* 29. Princeps, qui libenter audit verba mendacii, omnes habet miniſtros impios. Item *Eccleſiaſt.* 10. Qualis eſt rector civitatis, tales & qui habitant in ea. *f* Si autem corripueris Sapientem] cui ſapit correctio, & omnia prout ſunt. *g* Intelliget Sapientiam,] ideſt, intus, ſive intra correctionem leget Sapientiam, quia ſaporabit eam quaſi dulcem. Correctio enim duo habet, ſcilicet, corticem amaritudinis exterius, & nucleum eruditionis dulcem, & ſapidum interius, & illum intelligunt, ideſt, intus legunt Sapientes. Hoc eſt, quod dicitur *Heb.* 12. Omnis diſciplina in præſenti quidem videtur non eſſe gaudii, ſed mœroris: Ecce cortex amarus: Poſtea vero fructum pacatiſſimum exercitatis per eam reddet juſtitiæ, Ecce nucleus dulcis. Vel [intelligit Sapientiam] conſiderans ſe eſſe debitorem hujus pœnæ, & etiam majoris, & ideo gaudebit quaſi de debiti ſolutione. Unde *Micheæ* 7. Iram Domini portabo, quoniam peccavi. *h* Qui affligit patrem] naturalem, vel Deum vel Prædicatorem, vel Prælatum, peccando ſcilicet. *i* Et matrem,] ideſt, Eccleſiam, vel gratiam vel doctrinam [fugit] male vivendo, diſciplinam non recipiendo. *k* Ignominioſus erit] hic. *l* Et infelix in futuro. Item patrem affligit, & matrem fugit: qui eis amorem, & honorem debitum non impendit, ideſt, ſubtrahit. Unde *infr.* 28. Qui ſubtrahit aliquid a patre ſuo, & matre, & dicit hoc
Myſtice. non eſſe peccatum, particeps homicidæ eſt. Myſtice. Populus Judaicus patrem ſuum afflixit, quando Chriſtum crucifixit. Et matrem ſuam fugit, ideſt, Eccleſiam, vel Sapientiam, vel gratiam, quæ mater, & nutrix eſt hominis interioris. Unde *Eccli* 3. Filii Sapientiæ Eccleſia Sanctorum, vel Juſtorum, & natio illorum obedientia & dilectio. Et ideo [ignominioſus] eſt [& infelix] quia opprobrio habetur ab omnibus,
Moraliter. & ſub tributo ſervit. Vel. *h* Qui affligit patrem,] id eſt, Prælatum non obediendo. *i* Et fugit matrem,] ideſt, Eccleſiam, odio habens mammas ejus, ideſt, doctrinam, & prædicationem. *k* Ignominioſus erit] hic apud Sapientes, & in futuro toti curiæ cæleſti. *l* Et infelix, ideſt, forte felicitatis æternæ privatus. *m* Non ceſſes, fili, audire doctrinam] vel [diſciplinam] *Dum neſcis, diſcas, ſit modus iſte tibi.* Unde *Eccli.* 6. Fili, a juventute tua excipe doctrinam, & uſque ad canos invenies Sapientiam. Hic eſt ille panis quotidianus, quem magiſter noſter Jeſus docuit nos petere *Matth.* 6. Panem noſtrum quotidianum, &c. Ubi dicit *Gl.* quo non ſolum ad dies ſingulos, ſed ad momenta ſingula indigemus, quia vita hominis militia, ſive tentatio eſt ſuper terram. *Job* 7. Et illa quaſi armis defendimus nos, ſicut Dominus Jeſus in tentatione ſua. Audienda eſt ergo inceſſanter doctrina, quia eſt vox tubæ dominicæ deterrentis hoſtes, & animantis bellatores, & equos eorum ad prælium. Unde *Job* 39. Gloria narium ejus terror, terram ungula fodit, exultat audacter, occurrit armatus, contemnit pavorem, nec cedit gladio, ubi audierit buccinam, dicit vah.

Item audienda eſt doctrina inceſſanter, quia eſt gladius, quo accingi debemus, quamdiu ſumus in bello, ideſt, in hac vita, ubi impugnant nos mundus, caro, Diabolus.

Unde *Cant.* 3. En lectulum Salomonis ſexaginta fortes ambiunt ex fortiſſimis Iſrael, omnes tenentes gladios, & ad bella doctiſſimi, uniuſcujuſque enſis ſuper femur ſuum.

Item audienda eſt doctrina inceſſanter, quia eſt aqua, qua aſpergi debemus, quamdiu incendia vitiorum circa nos exardeſcunt.

Ideo dicitur Prædicatori: *Iſa.* 40. Clama.

Quid clamabo? Omnis caro fœnum: Et ideo timeat ignem. *n* Nec ignores ſermones ſcientiæ,] ideſt, prudentiæ, quæ eſt cognitio boni, & mali. Boni, quod quotidie a Deo recipimus, & quod expectamus. Mali, in quo fuimus, in quo ſumus, & quod imminet, niſi caveatur. Igitur, [nec ignores ſermones ſcientiæ,] quia lucerna ſunt, quæ fugat tenebras, & oſtendit quo, & quo eundum ſit, & a quibus declinandum.

Unde *Pſal.* 118. Lucerna pedibus meis verbum tuum, & lumen ſemitis meis.

ſ Teſtis iniquus deridet judicium] ideſt, deludit, quia falſo teſtimonio errare facit judicem. Teſtis iniquus dicitur, qui non æqualiter ex utraque parte teſtificatur, ſed declinat ad alteram partem. Vel. *o* Teſtis iniquus,] ideſt, hæreticus, & omnis deſperans. *p* Deridet judicium,] ideſt contemnit, dicens non eſſe futurum judicium: De quo dictum eſt *ſup. eodem.*

Falſus teſtis non erit impunitus, & qui loquitur mendacia, peribit. Item teſtis iniquus eſt omnis detractor, qui contra veritatem teſtimonium dicit. Et omnis adulator, qui pro falſitate teſtificatur, laudans peccatorem in deſideriis animæ ſuæ, & iniquum benedicens. Uterque derident judicium, contemnentes illud mandatum Domini: Non falſum teſtimonium dices: *Exod.* 20. *q* Et os impiorum,] id *Pſalm.* 9.
eſt, teſtium iniquorum. *r* Devorat iniquitatem,] ideſt, avide tranſglutit mentiendo in teſtimoniis ſuis, [Devorat] dicit, quia non maſticat. Sentiret enim amaritudinem amariſſimam, quæ intus latet in fundo calicis, ſed Diabolus dulcedinem falſam deſuper apponit, quæ non ſinit ſentire fæcem amaritudinis, quæ intus latet. *ſ* Parata ſunt deriſoribus,] præceptorum, ac futuri judicii, & Prædicatorum, qui hæc prædicant, *t* Judicia,] condemnationis. *Iſaiæ* 30. Præparata eſt ab heri tophet a Rege præparata profunda, & dilatata, nutrimenta ejus ignis, & ligna multa, flatus Domini, ſicut torrens ſulphuris ſuccedens eam. Deriſores enim ſunt omnes, qui Deo dicunt: Pater, Pater, Domine, Domine, ſed nec filios, nec ſervos ſe opere oſtendunt, ſolo ore, & filii, & ſervi Dei ſunt; ſed toto corde, & opere ſervi Diaboli. De quibus *Matth* 7. Non enim omnis, qui dicit mihi: Domine, Domine, intrabit in regnum cælorum. *Iſ.* 29. Populus hic labiis me honorat, cor autem eorum longe eſt a me. *t* Et mallei percutientes,] ideſt, pœnæ gehennales. *u* Stultorum corporibus,] ideſt, eis, qui ſtulte voluptatem corporis ſaluti animæ præpoſuerunt. Mallei percutientes proprie dicuntur remorſus, ſive vermis conſcientiæ, qui reprobos æternaliter feriendo cruciabit. Incus eſt ipſa pœna exterior, quæ eſt immobilis. Et ipſi reprobi inter hanc incudem, & malleos quaſi ferrum candens percutientur. Faber eſt Diabolus, qui modo ſufflat ſuggerendo, ut in æternum incendat, de quo *Iſa.* 44. Faber ferrarius lima operatus eſt, in prunis, & in malleis formavit illud, ſcilicet, idolum. *Iſa.* 54. Ecce ego creavi fabrum, ſufflantem in igne prunas, & proferentem vas in opus ſuum. *Job* 41. Halitus ejus prunas ardere facit. Vel. *u* Mallei percutientes,] ideſt, ſacrorum eloquiorum verba, parati ſunt. *x* Stultorum corporibus,] edomandis. Unde, *Jer.* 23. Quid paleis ad triticum, dicit Dominus? Nunquid non verba mea ſunt, quaſi ignis ardens, & quaſi malleus conterens petras, *Eccli.* 38. Vox mallei innovat aurem ejus, & contra ſimilitudinem vaſis oculus ejus. Sed multi propter aſſuetudinem percutiendi jam indurati ſunt, ſicut aſini ſtimulationibus, ut omnino non ſentiant, nec moveantur, & ſurdi facti ſunt, ſicut ſonatores campanarum, & molendinarii ipſo tumultu. *Job.* 41. Indurabitur cor ejus quaſi lapis, & ſtringetur quaſi malleatoris incus, &c.

EXPO-

CAP. XX.

a Luxurioſa res vinum, & b tumultuoſa Ebrietas. c Quicumque his d delectatur, non e erit Sapiens. f Sicut rugitus leonis, g ita & terror Regis, h qui provocat eum, i peccat in animam ſuā. k Honor eſt hominis, qui ſeparat ſe a contentionibus, omnes l autem ſtulti m miſcentur contumeliis. n Propter frigus o piger p arare noluit, q mendicabit ergo r æſtate, & non ſ dabitur ei. t Sicut aqua profunda, ſicut u conſilium in corde viri, ſed x homo Sapiens exhauriet illud. y Multi homines miſericordes vocãtur; z virum autẽ fidelẽ quis inveniet?

EXPOSITIO CAP. XX.

a Luxurioſa res,]eſt, [vinum,]potatum, ſcilicet, cauſa luxuriæ. *Epheſ.* 5. Nolite inebriari vino, in quo eſt luxuria. *Hier.* Venter mero æſtuans de facili ſpumat in luxuriam. b Et tum ultuoſa,] Unde *Eccli.* 31. Vinum multum potatum irrationem, & iram, & ruinas multas facit. *inf.* 31. Noli Regibus dare vinum; quia nullum ſecretum eſt, ubi regnat ebrietas. Nota quod multa mala facit ebrietas: Depauperat. Unde *Eccli.* 19. Operatius ebrioſus non locupletabitur.

A 25. diſt. 6. luxurioſa, &c. luxurioſam.

Multa mala facit Ebrietas.

Item facit apoſtatate. *Eccli.* 19. Vinum, & mulieres apoſtatate faciunt etiam Sapientes. Item aufert cor. *Oſee* 4. Vinum, & ebrietas auferunt cor. Item turpitudinem denudat. *Gen.* 9. Bibens Noe vino inebriatus eſt, & nudatus in tabernaculo ſuo.

Item ſecreta revelat. *inf.* 31. Nullum ſecretum, ubi regnat ebrietas. Item cor venerat. *inf.* 23. Ingreditur blande, ſed in noviſſimo mordebit, ut coluber, & ſicut Regulus venena diffundet. Item amaritudinem cordis facit. *Ec.* 31. Amaritudo animæ vinum multum potatum, Item mentem enervat. *Eccli.* 31. Ebrietatis animoſitas imprudentis offenſio, minorans virtutem, & faciens vulnera. Item rixas facit, pœnam æternam parat, oculos eruit, & multa alia facit, quæ patent, *inf.* 23. *ibi*. Cui væ, cujus patri væ, &c.

Breviter Ebrietas, non voluptas, ſed pœna eſt. Unde *Tullius* dicit.

Si videres iſtos epulones, ſicut boves opimos ſtertere, & ſudare; tunc intelligeres eos, qui maxime voluptatem ſequuntur, minime aſſequi. Ideo recte ſequitur hic.

c Quicumque his,]ideſt, vino, & Ebrietate. d Delectatur,]ideſt, delectationem quærit. e Non erit Sapiens,] quia ebrietas palatum cordis inficit, ut bona male ſapiant, & mala bene. Item Ebrietas tranſvertit ſenſum & intelligentiam. Unde *Hier.* Nihil adeo obruit intelligentiam, ſicut comeſtio, & Ebrietas. *Gr.* Ebrietas eſt blandus Dæmon, dulce venenum, ſuave peccatum: quam qui habet, non ſe habet: quam qui facit, non facit peccatum, ſed totus eſt peccatum. f Sicut rugitus leonis,] timetur ab aliis animalibus. g Ita, & terror Regis,] timendus eſt hominibus. Unde *ſup.* 89.

Myſtice. Sicut fremitus leonis, ita & ita Regis. Myſtice. f Sicut rugitus]facit animalia ſiſtere gradum, g Ita, & terror,] ideſt, Chriſti comminantis pœnas æternas. Dei, [Regis,] ideſt, Prælati, vel liberi arbitrii, vel rationis, cujus magnanimitas debet compeſcere omnes motus illicitos & animales. h Qui provocat,]Regem. i Peccat,]ideſt, contra vitam ſuam. Vel, [in animam ſuam,] ad litteram, quia occidit eam peccando. Peccatum enim ſeparat a Deo, qui eſt vita animarum. *Iſai.* 49. Iniquitates veſtræ diviſerunt inter vos, & Deum veſtrum. Et hæc diviſio mors animæ eſt. Duæ ſpecies ſpiritualiter provocant Deum ad iram, ſcilicet, hypocritæ, & divites avari, illi, quia quod non habent, ſe habere ſimulant, iſti, quia quod ſuum non eſt, injuſte retinent. Illi oſtendunt, quod non habent; iſti abſcondunt quod habent. De hypocritis Deum provocantibus dicit *Job* 36. Simulatores, & callidi provocant iram Dei. De avaris divitibus dicit *Oſee* 12. Ad iracundiam me provocavit Ephraim in amaritudinibus ſuis, ideſt, in divitiis, quas cum amaritudinibus acquirit, & poſſidet, & expendit. k Honor eſt homini, &c.]ideſt, a litigioſis diſputationibus. Unde *Eccli.* 8 Non litiges cum homine linguato, & ne ſtruas in ignem illius ligna. De hoc dicit Apoſtolus 1. *Cor* 11. Si quis videtur, vel vult contentioſus eſſe, nos talem conſuetudinem non habemus, neque Eccleſia Dei. Non ergo membra Eccleſiæ Dei ſunt, qui litigant diſputando, maxime in quæſtionibus, ubi nulla eſt utilitas. Unde 2. *Tim.* 2. Commoneo teſtificans coram Deo, noli contendere verbis, ad nihil n. utile eſt, niſi ad ſubverſionem audientium. Et *inf.* Stultas autem, & ſine diſciplina quæſtiones devita, ſciens quia generant lites. Servum autem Domini non oportet litigare, ſed manſuetum eſſe ad omnes, docibilem, patientem, cum modeſtia corripientem eos, qui reſiſtunt veritati. Item 1. *Tim.* 6. Si quis aliter docet, & non acquieſcit ſanis ſermonibus Domini noſtri Jeſu Chriſti, & ei, quæ ſecundum pietatem eſt, doctrinæ, ſuperbus eſt, nihil ſciens, ſed languens circa quæſtiones & pugnas verborum, ex quibus oriuntur invidiæ, contentiones, blaſphemiæ, ſuſpiciones malæ, conflictationes hominum mente corruptorum, & qui a veritate privati ſunt. Eſt autem contentio triplex, quæ mala eſt & vitanda. Diſputatoria, litigatoria, oſtentatoria. De diſputatoria jam dictum eſt. De litigatoria dicit *Eccli.* 8. Non litiges cum homine potente. 1. *Cor.* 6. Frater cum fratre contendit, & hoc apud infideles. Unde *Matth.* 5. Ei, qui vult tecum in judicio contendere, & tunicam tuam tollere, dimitte ei & pallium. De oſtentatoria dicitur *Luc.* 22. Orta eſt contentio inter diſcipulos, quis eorum videretur eſſe major. Honor igitur eſt homini, qui ſeparat ſe ab his contentionibus. Et hoc monuit, & docuit Dominus *Matth.* 5. quando dixit. Sit ſermo veſter; eſt, eſt, non, non. Hæc eſt brevis, & bona reſponſio, maxime in ſcholis Theologiæ. Quod autem amplius eſt, a malo eſt. Unde ſequitur hic. l Omnes autem ſtulti,]ideſt, inſipientes. m Miſcentur contumeliis,] contumelioſe opponendo & reſpondendo, Unde *ſupr.* 18. Labia ſtulti miſcent ſe rixis. Et bene dicit, miſcent, vel miſcentur, quia ſeparari non poſſunt. Miſtura enim eſt inſeparabilis, conjunctio miſtorum. n Propter frigus, &c.] cum tempus arandi eſt. q Mendicabit ergo æſtate,]quando tempus eſt colligendi. ſ Et non dabitur ei,] quia tunc homines intendunt ſegetibus colligendis, de quibus vivant in hyeme, & eleemoſynas faciant.

Triplex mala contentio.

Myſtice. Myſtice. n Propter frigus,] deſidiæ, torporis. Piger,] tepidus in fide, & charitate. p Arare noluit,]ideſt, Deo ſervire in agro, vel in vinea Eccleſiæ. q Mendicabit ergo æſtate,]ideſt, in die judicii. ſ Et non dabitur ei,] ſicut patet in divite epulone *Luc.* 16. Quia quæ ſeminaverit homo, hæc & metet. *Gal* 6. Et ſi nihil ſeminaverit, nihil metet.

Moraliter. Moraliter. o Piger,] ad bene operandum. n Propter frigus,] corporis, vel amoris mundani. p Arare noluit,] terram cordis ſui aratro pœnitentiæ, vel terram corporis aratro diſciplinæ, ut inde peſtiferas radices extirparet, & ad ſuſcipienda ſemina virtutum, ac Sapientiæ præpararet. Et hoc eſt, quod dicitur *inf.* 24. Per agrum hominis pigri tranſivi, & per vineam viri ſtulti, & ecce totum repleverant orticæ, & operuerant ſuperficiem ejus ſpinæ, & maceria lapidum deſtructa erat. Quod cum vidiſſem, poſui in corde meo, & exemplo didici diſciplinam, quaſi aratrum, quo excoleret terram ſuam. Unde ſtatim addidit. Uſquequo, piger, dormies? q Mendicabit ergo,]id eſt, mendicus & pauper erit. r Æſtate ideſt, in alia vita. ſ Et non dabitur ei,] quia quilibet gaudebit, ſi merita ſua ſibi ſufficiant ad ſalutem. Unde *Matth.* 25. dicunt fatuæ virgines ad prudentes: Date nobis de oleo veſtro, quia lampades noſtræ extinguuntur.

Reſponderunt prudentes, dicentes, Ne forte non ſufficiat nobis, & vobis, ite potius ad vendentes, & emite vobis nummo pœnitentiæ, dum licet. t Sicut aqua, &c.]quæ exhauriri non poteſt. u Sic conſilium, &c.] *Jer.* 17. Profundum eſt cor hominis, & inſcrutabile, & quis cognoſcet illud? noſtra tranſlatio habet. Pravum eſt cor hominis. Comparatur autem conſilium viri aquæ profundæ, propter adulationem, propter irrigationem, propter fœcunditatem, propter refrigerationem. Unde *ſup.* 18. Aqua profunda verba ex ore viri, ideſt, Chriſti, vel cujuslibet boni Doctoris. x Sed homo Sapiens, &c.] ſcilicet, conſilium, ideſt; ad hauriendum ibi recurret ad illud in omni negocio ſuo. Juxta illud *Eccl.* 32. Fili, ſine conſilio nihil facias, & poſt factum non penitebis. Sicut mulier Samaritana veniebat ad puteum haurire aquam. *Job* 4. & invenit ibi Jeſum. Sic qui ad conſilium Sapientis recurrit, inveniet ibi ſalutem. y Multi homines miſericordes vocantur,] apud homines, qui tantum in faciem vident. Etiam mulieres crudeliſſimæ, quæ filios ſuos ſine contradictione devorari permittunt, a lupis, benigniſſimæ vocantur apud homines, & verum eſt, quod miſericordes ſunt in lupos. Tales hodie multi ſunt Prælati, & vocantur miſericordes, quamvis ſint crudeliſſimi. z Virum autem fidelem quis inveniet?] quaſi dicat, pauci ſunt viri fideles fide, vel fidelitate. Unde *Luc.* 18. Filius hominis veniens, putas, inveniet fidem in terra? Fidelis eſt ille, qui Domino jura ſua fideliter reddit, & res ſuas fideliter cuſtodit, & nihil inde ſibi, niſi quod

datur

Digitized by Google

datur a Domino retinet. Unde B. *Bern.* Fidelem ſervum te eſſe putato, ſi nihil de bonis Domini tui manibus tuis adhæſerit. Duo ſunt bona, quæ ſibi Dominus ſpecialiter retinuit, ſcilicet gloria, & vindicta. De ſecundo dicitur *Deut.* 37.
B Mea eſt ultio, & ego retribuam. De primo *Iſ.* 42. Gloriam
al. † autem. *Infr. Job* 1. *De poenit. diſt.* 1. *c. ſi enim.* meam alteri non dabo. Qui igitur de malis ſibi illatis ſe vindicare vult, aut de bonis, quæ habet gloriari, infidelis eſt. Nihilominus infidelis eſt, qui caſtrum ſibi commiſſum a Domino, id eſt, ſeipſum tempore belli, id eſt, tentationis, hoſtibus capitalibus Domini ſui, id eſt, Dæmonibus reddit, ad minus donec nunciaverit Domino ſuo, & petierit ſuccurſum, ſicut fecerunt viri de Jabes Galaad. 1. *Reg.* 11. Sed multi ſtatim ut vident hoſtes applicare
Infr. eod. de præſump. ... machinas ad caſtra, aperiunt ei, & caſtrum Domini ſui produnt ſine ictu.

a Juſtus, † qui ambulat in *b* ſimplicitate ſua *c* beatos poſt ſe filios derelinquet. *d* Rex, *e* qui ſedet in *f* ſolio judicii, *g* diſſipat omne malum *h* intuitu ſuo. *i* Quis poteſt dicere: Mundum eſt cor meum, *k* purus ſum a peccato? *l* Pondus, & pondus, menſura, & menſura utrumque abominabile eſt apud Deum. Ex *m* ſtudiis ſuis intelligitur puer, ſi munda, & *n* recta ſint *o* opera ejus.

a Juſtus qui, &c. de virtute in virtutem proficiens. *b* In ſimplicitate, unus & idem in corde, ore & opere, qualis intus talis foris, utrobique bonus. *c* Beatos poſt ſe, &c.] Hoc non eſt ſemper verum ad litteram. Samuel enim juſtus iniquos filios reliquit poſt ſe. 1. *Reg.* 8. Et è converſo, Achaz impius piiſſimum filium Ezechiam poſt ſe reliquit. 4. *Reg.* 17. Spiritualiter igitur intelligitur de Prælatis juſtis, & ſimplicibus. Juſtis in opere, ſimplicibus in intentione, id eſt, recta & ſimplici intentione bona facientibus. Hi poſt ſe relinquunt beatos filios, id eſt, bonos imitatores ſui, vel bonos ſubditos, id eſt, bene doctos: vel bonos canonicos, quos inſtruendo generant Domino. Sed quales filios Prælati noſtri temporis poſt ſe relinquant, novit Deus; tamen dicam illud, ad minus multos faciunt perjurare. Miſeri enim idiotæ, & pueri, quos inſtituunt, jurant indemnitatem, & fidelitatem Eccleſiæ, ad quam inſtituunt, & forte quoad parietes, & ad vineas bene ſervant juramentum, ſed quantum ad animas, quæ ſunt in veritate Eccleſiæ, & templum Dei, qualiter ſervent illud, Deus novit. Olim filii Eccleſiæ, ſe morti pro ea exponebant, una manu muros Jeruſalem conſtruentes, & alia manu gladium contra hoſtes tenentes, ſicut legitur factum ſub Zorobabel. *Nehemiæ* 4. Sed heu! modo voluptatibus corporis vacant, in fœcibus ſuis putreſcentes, ſicut legitur *Jer.* 48. Fertilis fuit Moab ab adoleſcentia ſua, & requievit in fœcibus ſuis, non eſt tranſfuſus de vaſe in vas: & in tranſmigratione non abiit: idcirco permanſit guſtus ejus in eo. Credo, quod utile eſſet clero noſtro ſuſcitari perſecutiones, & transfunderentur de vaſe voluptatis in vas humilitatis, de vaſe contumeliæ in vas pœnitentiæ: tunc devoti eſſent, & fervidi, qui modo ſunt delitioſi & tepidi. Unde *Pſal* 82. hoc orat. Imple facies eorum ignominia, & quærent nomen tuum, Domine. Myſtice de Chriſto exponitur. Qui
Myſtice. juſtus, & ſimplex, reliquit poſt ſe beatos filios, id eſt, Apoſtolos eum imitantes. Similiter exponitur de quolibet juſto, qui poſt ſe relinquit beatos filios, id eſt, bona opera, quæ faciunt eos beatos. Vel beatos filios, id eſt, exempla ſua ſequentes. Unde omnes Electi filii Abrahæ dicuntur. Et ſi nullum aliud præmium expectaret homo, tamen ad alios informandus deberet bona facere, ut proficerent eum imitando: Sicut Eleazarus ſcriba 2. *Macab.* 6. cum dicerent ei, quod ſimularet ſe comedere carnes porcinas, & viveret, reſpondit, Non eſt ætati noſtræ dignum fingere, ut multi adoleſcentes arbitrantes Eleazarum nonaginta annorum tranſiiſſe ad vitam alienigenarum, & ipſi propter meam ſimulationem, & propter modicum corruptibilis vitæ tempus decipiantur, & propter hoc maculam atque execrationem meæ ſenectuti conquiram. Nam etſi in præſenti tempore ſuppliciis hominum eripiar, ſed manus omnipotentis, neque vivus, neque defunctus effugiam. Quamobrem vitam fortiter excedendo ſenectute quidem dignus apparebo, adoleſcentibus autem exemplum forte relinquam. *d* Rex qui, &c.] id eſt, qui judicat æquitatem. *g* Diſſipat omnes, &c.] ad litteram, quia *pœnæ paucorum multos terrore coercent.*

Myſtice. *Apoc.* 17. *Luc.* 22. Myſtice. *d* Rex,] id eſt, Chriſtus, qui eſt Rex Regum: *h* intuitu,] pietatis ſuæ. *g* Diſſipat omne malum] ſcilicet culpæ & pœnæ futuræ. Unde reſpexit Dominus Petrum, & flevit amare. *Ezech.* 26. Tranſivi per te, & vidi te, & ecce tempus tuum tempus amantium, & expandi amictum meum ſuper te, & operui ignominiam tuam. Vel *g* Diſſipat omne malum,] id eſt, diſſipabit, ſcilicet, in die judicii. *h* Intuitu.] juſtitiæ ſuæ. Unde *Gen.* 18. Deſcendam; & videbo utrum clamorem, qui venit ad me, opere compleverint.

Moraliter. *d* Rex,] id eſt, Prælatus. *e* Qui ſedet, &c.] Moraliter. id eſt, in eminentia virtutum, judicans quod rectum eſt. *h* Intuitu ſuo,] id eſt, in circumſpectione ſua. *g* Diſſipat omne malum, primo in ſe, & poſtea in ſubditis. Vel *d* Rex,] id eſt, ratio. *e* Qui ſedet,] quaſi Judex, vel Doctor. *f* In ſolio judicii,] ſtellato virtutibus. *h* Intuitu ſuo,] id eſt, diſcretione & imperio ſuo. *g* Diſſipat omne malum,] id eſt, omnes motus illicitos reprimit, & compeſcit. Quis poteſt, &c.] a peccato cogitationis, delectationis & conſenſus? Et *k* Purus ſum, &c.] locutionis, vel operis, quaſi dicat, nullus. Unde 1. *Jo.* 1. Si dixerimus, quoniam peccatum non habemus, ipſi nos ſeducimus, & veritas in nobis non eſt. Sed contra *Job* 27. Non peccavi & in amaritudinibus moratur oculus meus. *Et* 27. Juſtitiam meam, quam cœpi tenere, non deſeram, non enim reprehendit me cor meum in omni vita mea. Dicimus, quod quilibet digne pœnitens, & in firmo propoſito non peccandi de cetero perſiſtens, ſi diceret: Mundum eſt cor meum, verum diceret, licet multa peccata perpetraverit, quia ut dicit Beda ſuper *Luc.* 4. ſuper illud. Et ſtatim dimiſit eam febris. Et ſuper *Marc.* 1. idem dicit *Gloſ.* ubi etiam loquitur de ſocru Simonis. Pius Deus pie petentibus aut non intellecta intelligere facit, aut non intellecta condonat. Unde & *Gl.* hic dicit. Non dicit Salomon, quis habet mundum cor, quia dicitur *Matt.* 5. Beati mundo corde. Et *Pſal.* 23. Quis aſcendet in montem Domini, &c. Poſtea dicit, Innocens manibus, & mundo corde. Sed quis poteſt dicere, quia temerarium eſt ſe laudare. Vel poteſt dici quod quis notat raritatem. Pauci enim, vel forte nulli ſunt, qui habent cor mundum ab omni mortali & veniali peccato. Unde *Aug.* Si omnes Sancti, quotquot ſunt a primo juſto uſque ad ultimum, ſimul eſſent, nihil aliud dicerent, quam, dimitte nobis debita noſtra: excepta beata Virgine, de qua, cum de peccatis loquimur, nullam prorſus volumus habere mentionem. Quod autem dicitur de Job, intelligitur de mortalibus peccatis. Vel non peccavi, & non reprehendit me cor meum, ut tantam pœnam debeam ſuſtinere. Sed quia ſunt multi, qui facta ſua quaſi fortia laudant, & aliorum quaſi vilia vituperant. Ideo ſubdit. *l* Pondus & pondus, menſura, &c.] quia tales homines, quaſi inſipidos cibos, evomet Dominus. Ad litteram autem deteſtabiles oſtendit Salomon eos, qui diverſa pondera habent in domo ſua, parva quibus vendunt: magna, quibus emunt, quod tamen in lege prohibetur. *Lev.* 19. Nolite facere iniquum aliquid in judicio, in regula, in pondere, in menſura. Et *Deut.* 25. Non habebitis in ſacculo diverſa pondera, majus & minus; non erit in domo tua modius major & minor.

Myſtice, *l* Pondus & pondus, &c.] habent qui peccata ſua parva æſtimant, & peccata aliorum magna. Myſtice. Qui feſtucam vident in oculo fratris; in ſuo autem trabem non conſiderant. Item pondus & pondus habet in domo ſua, qui ſuis actibus quærit, quæ laudentur; & in factis proximi, quæ vituperentur. Scultum, imo periculoſum eſt de peccatis aliorum judicare. Unde quidam Sanctus dixit cuidam:

Inſulta meretrici, ſi audes, neſcis, frater, cauſam, vel modum tentationis ejus; tuæ autem ſcis, unde & tua peccata æſtimare potes, illius autem non.

Item in vitis Patrum legitur, quod pluribus congregatis, ut judicarent de peccato cujuſdam fratris, vocatus eſt quidam ſenex, qui cum veniſſet, & audiſſet cauſam, quare vocaſſent eum, dixit: Væ tibi Copres, qui veniſti judicare peccatum fratris tui minimum, & tua magna non vides. Item alia vice ſimiliter congregatis Patribus eadem de cauſa, quidam alius ſenex eorum ſtultitiam deprehendens tacuit, & accepit duos ſacculos, unum magnum, & alium parvum, & implevit eos arena, & magnum retro in humeris ſuis poſuit; parvum vero coram ſe in brachiis appendit. Et interrogatus ab aliis, quid hoc eſſet? reſpondit: Sacculus iſte parvus ſunt peccata fratris, quæ videmus, & ideo magna judicamus, ſacculus autem iſte magnus ſunt peccata noſtra, quæ non videmus, & ideo parva judicamus, & æſtimamus, & compuncti omnes egerunt pœnitentiam. Ideo dicit Dominus *Matth.* 7. Nolite judicare, & non judicabimini. Et ibidem. Quid vides feſtucam in oculo fratris tui, & trabem in oculo tuo non vides? *Rom.* 2. Inexcuſabilis es, o homo, qui judicas, &c. *m* Ex ſtudiis ſuis, &c.) ſine contagio erroris: *n* Et recta,] ſine curvitate intentionis. *o* Sint opera ejus.] Ex ſtudio enim puerorum quaſi quibuſdam ſignis percipitur de ipſis quales ſint futuri. Sicut quidam Imperator filium, qui ſuus dicebatur,

ex ſtudio

ex ſtudio faciendi molendina, percepit non eſſe ſuum, & poſtea probavit eum eſſe filium molendinarii. Et Aſtyages ex ludo puerorum percepit Cyrum, quem alii pueri inter ſe Regem conſtituerant, eſſe de genere ſuo, ut dicitur in hiſtoriis. Unde *Gl.* dicit hic. Quemcumque videris ſtudere virtutibus cum modeſtia, & obſervantia mandatorum Dei, & maxime ſimplicitati, & humilitati, hujus munda, & recta opera intellige. Neceſt contrarium ei, quod dixerat *ſup. eodem.* Quis poteſt dicere mundum eſt cor meum? Hic enim docet, quali poteſt eſſe via juſtorum, ſupra vero oſtendit, qualis ſit via hominum. Unde alia tranſlatio manifeſtior eſt. [Juvenis, qui cum juſto eſt, directa

C

a Aurem audientem, & *b* oculum videntem, Dominus *c* fecit utrumque. *d* Noli diligere ſomnum: ne te egeſtas opprimat. *e* Aperi oculos tuos, & *f* ſaturare panibus. *g* Malum eſt, malum eſt, dicit omnis emptor, *h* & cum *i* receſſerit, tunc *k* gloriabitur.

eſt via illius,] qui enim cum Sapientibus graditur, Sapiens erit *ſupr.*13. *a* Aurem audientem,] ideſt, auditorem obedientem. *b* Et oculum videntem,] ideſt, Doctorem eruditum, & bene docentem. *c* Dominus fecit utrumque] quaſi dicat, nemo ſibi aſcribere debet, quod obediens, aut eruditus ſit, quia utrumque eſt a Domino. *Iſa.*26. Omnia opera noſtra operatus es in nobis, Domine. Et *Exod* 4. Moyſi dicenti, quis ego ſum, ut eam ad Pharaonem? dixit Dominus: Quis fecit os hominis, & quis fabricatus eſt mutum, & ſurdum, videntem, & cecum? quaſi dicat, ego ſolus. Si intelligatur de aure, & oculo interiori, idem eſt auris audiens, & oculus videns, ſcilicet cor intelligens, ſive intellectus: Sed dicitur auris, in quantum recipit ab alio: Oculus vero, in quantum objecta intuetur per ſe. Unde ſuper *Matth.* dicit *Gloſ.* Foris aliud eſt audire, aliud videre, intus autem audire, & videre idem eſt.

Somnus quintuplex. *d* Noli diligere ſomnum, ne te egeſtas opprimat.] Hoc poteſt exponi de quintuplo ſomno. Eſt enim ſomnus culpæ quo *Epheſ.* 5. Surge, qui dormis, & exurge a mortuis. Qui hunc ſomnum diligit, opprimet eum egeſtas futura, quando nec etiam gutta aquæ ſitienti dabitur, ſicut patet in divite Epulone: *Luc.*16. Item eſt ſomnus ignorantiæ, de quo *Rom.*13. Hora eſt jam nos de ſomno ſurgere. Qui hunc ſomnum diligit, opprimet eum egeſtas æterna. Unde *Iſ.*5. Propterea captivus ductus eſt populus meus, quia non habuit ſcientiam. 1.*Cor.*14. Si quis ignorat, ignorabitur.

Item eſt ſomnus inertiæ, de quo *infr.* 24. Uſquequo, piger, dormies? uſquequo de ſomno conſurges? Qui hunc ſomnum diligit, opprimet eum egeſtas præſens, & futura. Unde in *eodem capitulo* ſtatim ſubditur: Parum dormies, modicum dormitabis, pauxillum manus conſeres, ut quieſcas, & veniet tibi quaſi curſor egeſtas tua, & mendicitas tua, quaſi vir armatus. Item eſt ſomnus, ſcilicet, gaudium præſentis felicitatis, qua oculi cordis clauduntur, & aures animæ obſurdeſcunt, & omnes ſenſus ſpiritus ligantur, & miris phantaſmatibus illuduntur. De ſomno dicit *Pſal.*75. Dormierunt ſomnum ſuum, & nihil invenerunt omnes viri divitiarum in manibus ſuis. Qui hunc ſomnum diligit, opprimet eum egeſtas in evigilatione poſt mortem. Unde *Iſ.*29. Sicut ſomniat eſuriens & comedit, cum autem fuerit expergefactus, vacua eſt anima ejus, & ſicut ſomniat ſitiens, & bibit, & poſtquam fuerit expergefactus, laſſus adhuc ſitit, & anima ejus vacua eſt: Sic multitudo omnium gentium, quæ dimicaverunt contra montem Sion. Multos decipit hic ſomnus. Unde *Eccli* 34. Multos errare fecerunt ſomnia, & exciderunt ſperantes in illis. Item eſt ſomnus, ſcilicet, otium contemplationis, de quo *Eccle.* 5. Dulcis eſt ſomnus operanti, ſive parum, ſive multum comedat, ideſt, guſtet de ſuavitate contemplantium. Hunc ſomnum qui diligit, opprimet eum egeſtas, ideſt, inopia laborum, tentationum, moleſtiarum, & operationum, quæ ſunt divitiæ Liæ, ideſt, activæ vitæ, Rachel enim ſterilis eſt: Et meliora ſunt ubera prædicationis, quam oſcula contemplationis. Tamen ut dicit *Aug.* Joannes, felicior eſt, ſed Petrus melior: & Lia fœcundior, ſed Rachel pulchrior. Noli igitur diligere ſomnum illum multiplicem, ne te opprimat egeſtas: Tamen ultimus ſomnus pro tempore diligendus, & quærendus eſt, & accipiendus, ſic tamen ut poſt dulces amplexus Rachelis declinet Jacob aliquando ad Liam fœcundandam. Quilibet ſomno opponitur ſua vigilia.

Quintuplex vigilia contraria ſomno quintuplici.

Primo, ſcilicet, ſomno peccati opponitur vigilia diſcretæ orationis. Unde 1.*Pet.*4. Eſtote prudentes, & ſobrii, & vigilate in orationibus. Secundo, ideſt, ſomno ignorantiæ opponitur vigilia ſtudioſæ lectionis *Prov.* 8. Ego diligentes me diligo, dicit ſapientia, & qui mane vigilaverint ad me, invenient me. Tertio, ideſt, ſomno inertiæ, ſive torporis opponitur vigilia honeſti laboris. *Eccli.* 31. Vigilia honeſtatis tabefaciet carnes, & cogitatus illius auferet ſomnum. Quarto, ideſt, ſomno gaudii temporalis, opponitur vigilia doloris, qui in hac vita, quæ eſt una hora, ſemper habendus eſt. Unde *Matth.*26. Non potuiſtis una hora vigilare mecum. Bene dicit mecum, quandiu in hac vita fuit, ſemper in dolore fuit. Quinto, ideſt, ſomno contemplationis opponitur vigilia ſollicitæ actionis. 2.*Tim.*4. Tu vero vigila, in omnibus labora, opus fac Evangeliſtæ. Unde de hac multiplici vigilia ſubditur hic. *e* Aperi oculos tuos] interiores ad ſanctas vigilias, dicit *Gl. Interl.* *f* Et ſaturare panibus] celeſtium gaudiorum, quaſi dicat, evigila a prædictis ſomnis, & gaudebis abundanter in futuro. Vel ſic. *e* Aperi oculos tuos,] ideſt, vigila ad doctrinam Sapientiæ. *f* Et ſaturare panibus,] ideſt, ejus documentis. Unde *ſupr.* 8. dicit Sapientia: Mecum ſunt divitiæ, & gloria, opes ſuperbæ, & juſtitia, ut ditem diligentes me, & theſauros eorum repleam. Et bene dicit [Saturare panibus] ideſt, ſententiis, & documentis Sapientiæ: Multi enim hos panes habent ſicut area, vel cophinus, aut clibanus. Vel ſic. *e* Aperi oculos tuos,] ut videas, qualia apponat tibi Dominus, qualia mundus, qualia caro, qualia diabolus. *f* Et ſaturare panibus] tibi appoſitis, quibus volueris. Unde *Eccli.*15. Ante hominem bonum & malum, vita, & mors, ad quod voluerit, extendat manum ſuam. Dominus apponit hic panem penitentiæ. *Gen* 3. In ſudore vultus tui veſceris pane tuo. Et *Matt.* 3. Agite penitentiam, appropinquabit enim regnum celorum. In futuro vero his, qui hoc pane modo fuerint ſaturati, apponet panem gloriæ, de quo *Pſ.* 77. Panem Angelorum manducavit homo. Et alibi *Pſ.*16. Satiabor, cum apparuerit gloria tua. De hoc dicitur *Luc.*14. Beatus qui manducabit panem in regno Dei.

Mundus apponit panem vanitatis: Caro panem voluptatis: diabolus panem impietatis.

Et de hoc triplici pane intelligitur illud, quod dictum eſt *ſupr.* 9. Aquæ furtivæ dulces ſunt, & panis abſconditus ſuavior. *g* Malum eſt, malum eſt, dicit omnis emptor, & cum receſſerit] a venditore poſt emptionem [tunc gloriabitur] Ad litteram ita eſt: Mercatores quando volunt aliquid emere ſemper deſpiciunt, & viliſicant: cum autem emerint, gloriantur quaſi de bono foro.

Myſtice exponitur de mercibus celeſtibus, quas qui emit nummo penitentiæ, dicit. *g* Malum eſt, malum eſt,] ideſt, nimis carum, & nimis laborioſum, quaſi dicat, malum eſt, quia multa oportet agere, & multa oportet pati, antequam habeantur merces illæ. *h* Et cum emptor,] ideſt, penitens. *i* Receſſerit] a foro penitentiæ in domo celeſtis patriæ. *k* Tunc gloriabitur] quia bonum forum habuit. Non enim condignæ ſunt paſſiones hujus temporis ad futuram gloriam, quæ revelabitur in nobis. *Rom* 8. *Myſtice.*

Hujuſmodi merces, quia non explicantur hominibus, contemnuntur, & ideo dicunt [malum eſt, malum eſt.] Sed ſi eſſent explicitæ merces, & viderent eas, omnes currerent ad eas, quaſi ad bonum vinum. Unde in transfiguratione, ubi Dominus modicum quid harum mercium explicavit, ſtatim dixit Petrus: Domine, bonum eſt nos hic eſſe: ſi vis, faciamus hic tria tabernacula, ad vendendum has merces: Tibi unum, Moyſi unum, & Eliæ unum. *Matt.* 17. Sibi & ſociis non petiit Petrus fieri tabernacula, quia ipſi emptores erant, qui non habent tabernacula. Sed illi tres erant venditores mercium, qui indigent tabernaculis ad reponendum merces in mercato

E converſo eſt de mercibus diaboli, quæ emuntur nummo propriæ voluntatis, quia omnis, qui emit eas, dicit, bonum eſt, bonum eſt, dum emit, ſed cum receſſerit in morte, tunc erubeſcet, & contriſtabitur, *Rom.*6.

Quem fructum habuiſtis tunc in illis, in quibus nunc erubeſcitis? Nam finis illorum mors eſt. Stulti ſunt mercatores, qui emunt has merces, quaſi in ſacco; quia cum defecerint merces, perpetuo dolebunt. Unde *Apoc.* 18. Væ, væ, væ civitas illa magna Babylon, civitas illa fortis, quoniam una hora venit judicium tuum, & negotiatores terræ flebunt ſuper illam, & lugebunt, quoniam merces eorum nemo emet amplius. Quippe tunc erunt explicatæ, & apparebunt

Digitized by Google

† Eſt *a* aurum, & *b* multitudo gemmarum: *c* & vas pretioſum *d* labia ſcientiæ. *e* Tolle veſtimentum ejus, *f* qui fidejuſſor extitit alieni, & *g* pro extraneis *h* aufer pignus ab eo. *i* Suavis eſt homini *k* panis mendacii, & *l* poſtea *m* implebitur os ejus *n* calculo. *o* Cogitationes conſiliis † roborantur, & *p* gubernaculis *q* tractanda ſunt bella. Ei, cui *r* revelat myſteria, & *ſ* ambulat fraudulenter, & *t* dilatat labia ſua, ne *u* commiſcearis. Qui *x* maledicit patri ſuo, & *y* matri, *z* extinguetur † lumen ejus in *a* mediis tenebris.

rebunt omnibus. *a* Eſt aurum &c.] quaſi dicat, Salomon. Modo emptor cœleſtium mercium dicit. Malum eſt, malum eſt, ſed cum receſſerit, tunc gloriabitur, quia illud, quod emit. *a* Eſt aurum,] Sapientiæ. *b* Et multitudo, &c.] ideſt, virtutum. *c* Et vas pretioſum,] continens intra ſe pretium vitæ æternæ. Et *d* Labia] quibus emit, ſunt [ſcientiæ] plena, vel poſſeſſa, a ſcientia. Vel. *d* Labia,] quibus uſus eſt emptor iſtarum mercium. *a* Eſt aurum, &c.] ideſt, pretioſa ſicut illa. Hoc modo exponit *Gloſſ.*

al. † non habitabit.

Moraliter. Infr. 2. Moraliter *d* Labia ſcientiæ,] ſunt Doctores, & Prædicatores, qui debent docere ſcientiam bene vivendi, & recte credendi. Hi ſunt. *a* Aurum & multitudo,] ideſt, vaſa gratiarum deaurata auro Sapientiæ, & gemmata gemmis virtutum, & ideo pretioſa. De quibus *Iſa.* 22. Suſpendam ſuper eum, ſcilicet Chriſtum, & ſuper corpus ejus, quod eſt Eccleſia, omnem gloriam domus patris ejus, vaſorum diverſa genera, omnis vas parvulus, a vaſis creaturarum uſque ad omnes vas muſicorum: Vaſa vocat Prædicatores cœleſtium gaudiorum. Vaſa creaturarum, dicit Prædicatores pœnitentiæ per quos dat nobis potum in lacrymis in menſura. Vaſa parvula dicit minores Prædicatores. *Pſalm.* 79. Omnia hæc vaſa ſuſpendit Dominus a terra ſuper Eccleſiam, ut per eos potaretur aqua Sapientiæ ſalutaris, & vino lætitiæ ſpiritualis. Unum de his vaſis fuit Paulus. Unde *Act.* 9. Vas electionis eſt mihi iſte. Item *infr.* 25. Aufer rubiginem de argento, & egredietur vas puriſſimum. Quod factum eſt in die converſionis Sancti Pauli. *e* Tolle veſtimentum &c.] ideſt, pro alieno. *g* Et pro extraneis,] pro quibus fidejuſſit. *h* Aufer pignus ab eo,] niſi ipſe, vel creditor reddiderit debitum. Unde *ſapr.* 6. Fili, ſi ſpoponderis pro amico tuo, defixiſti apud extraneum manum tuam, &c. Sed contrarium videtur, *Deut.* 24. Non auferes pignoris loco viduæ veſtimentum. Sol. Non eſt contrarium, quia ibi loquitur Dominus de debitore, ut patet per præcedentia, divite; hic autem loquitur de fidejuſſore paupere. Præterea ibi de paupere debitore loquitur, hic de divite fidejuſſore. Vel aliter & melius, ibi prohibet tolli pignus neceſſarium, ſine quo non poteſt eſſe, vel vivere debitor, vel fidejuſſor; hic jubet tolli pignus, ſine quo poteſt eſſe, & vivere debitor, vel fidejuſſor.

al. † roborabuntur. *al. † lucerna.*

Myſtice. Myſtice, exponitur hoc de Prælatis, qui fidejuſſores ſe conſtituunt apud Deum, pro omnibus, quorum curam ſuſcipiunt. Dicit ergo. *e* Tolle veſtimentum,] ideſt, curam, & ſollicitudinem temporalium. *f* Ejus, qui fidejuſſor, &c.] ab eo, ſc. qui curam animarum ſuſcipit, quaſi dicat qui curam animarum ſuſcipit, debet deponere curam temporalium rerum, & earum ſollicitudinem, quia nemo militans Deo, implicat ſe negotiis ſæcularibus. 2. *Tim.* 2. Unde ſponſa *Can.* 5. Expoliavi me tunica mea, quomodo induar illa? Ita debet dicere quilibet religioſus, cum aſſumitur ad prælationem. Unde & Elias cum caperetur in curru in cœlum, dejecit pallium ſuum. 4. Reg 2. Nudus ergo ſine veſtimentu curæ temporalis debet quilibet exercere officium prædicationis. Unde & Apoſtolis cum mitterentur ad prædicandum, dixit Dominus. *Luc* 9. Nihil in via tuleritis, neque virgam, neque peram, neque pecuniam, neque panem, neque duas tunicas habeatis, ideſt, duas curas, ſcilicet curam prædicationis, & curam ſollicitudinis temporalis. Sufficit enim uni una, & nemo utrumque ſimul peragere poteſt. Unde *Exod.* 4. legitur quod Angelus Domini occurrit Moyſi eunti in Ægyptum ad liberandum populum, & voluit eum occidere, quia duxit ſecum uxorem, & filios. Inde eſt, quod mulier Samaritana vadens aliis Samaritanis nunciare, quod Jeſus adeſſet, reliquit Hydriam ſuam: *Joan.* 4. per quam ſignificatur cura, & ſollicitudo temporalis. Et hoc eſt, quod dicit ſponſa *Cant.* 5. Tulerunt, ideſt, abſtulerunt pallium meum cuſtodes murorum. *g* Et pro extraneis] ideſt, prædica auferendum. Prælatos enim ſummopere curare debet, ut nulla pereat de animabus, quas regendas ſuſcepit. Reddet animam pro anima, ideſt, pœnam ſuſtinebit pro animabus, quæ ejus negligentia, vel inſufficientia perierunt. Unde *ſap.* 11. affligetur malo, qui fidem facit pro extraneo. *i* Suavis eſt homini, &c.] ideſt, acquiſitus per mendacium advocationis, vel adulationis, quæ ſuaviter dicitur, & accipitur. *l* Et poſtea,] ideſt, in futuro. *m* Implebitur os ejus,] advocati, ſcilicet, vel adulatoris. *n* Calculo,] ideſt pœna æterna. Unde *Job* 20. Panis ejus in utero illius vertetur in fel aſpidum intrinſecus, ideſt, in amaritudinem, & venenum inſanabile. Os autem impleri calculo potius, quam aliud membrum dicitur, quia ore maxima peccat advocatus & adulator. Et juſtus eſt, ut per quæ quis peccat, per hæc & torqueatur. *Sap.* 11. Unde dives epulo cruciatur in lingua, quia lingua peccaverat. *Luc.* 16. Vel. *k* Panis mendacii,] eſt felicitas temporalis, quæ ſe panem eſſe mentitur, cum non ſit, ſed ſiliquæ porcorum, quæ non ſatiant, ſed inflant, Cui iſte panis ſuavis eſt. *m* Implebitur os ejus calculo,] ideſt, amaritudine penitentiæ, vel gehennæ. *o* Cogitationes, &c.] ut immobiles permaneant, & ſuum ſortiantur effectum. Quæ autem ſine conſilio ſunt cogitationes, leves ſunt, & mutabiles, & penitentiam pariunt. *Tob.* 4. Conſilium ſemper a Sapiente perquire. *p* Et gubernaculis,] ideſt, conſilio, ſenſu, & prudentia non viribus ſolum. *q* Tractanda,] non ſolum corporalia, ſed etiam ſpiritualia, contra mundum, contra carnem, contra Diabolum. Non enim eſt nobis colluctatio adverſus carnem, & ſanguinem tantum, ſed adverſus Principes, & Poteſtates, adverſus mundi rectores, ut dicitur *Eph.* 6. Unde *ſup.* 11. Salus ubi multa conſilia. *r* Ei, qui revelat,] ideſt, ſecreta amici ſibi commiſſa. *ſ* Et ambulat fraudulenter,] adverſus amicum ſuum, quærens, ſcilicet, amari, & non amare; cum tamen in judicio cujuſlibet non ponderet Dominus quantum amatus fuerit, ſed quantum amaverit. *t* Et dilatat,] contra priorem amicum, quod in tribus conſiſtit, ſcilicet in jactantia ſui, in loquendo, quæ ad eum non pertinent, vel quæ ejus ſcientiam, & officium excedunt, in male loquendo de proximo. Tali, inquam. *u* Ne commiſcearis,] ideſt, ne ſis amicus. De hoc *Eccli* 17. Qui denudat amici ſecreta, fidem perdit. *Seneca.* Quod ſecretum eſſe volueris, noli revelare; qualiter enim ab alio ſilentium expectas, quod tibi ipſi non præſtiteris?

Exod. 21. *Lev.* 20.

Moraliter. *r* Et qui revelat myſteria,] ideſt, profunda, & difficilia Sacræ Scripturæ his, quibus revelanda non erant, prædicat, ideſt, indignis, aut minus capacibus. *ſ* Et ambulat,] in docendo, vel prædicando, non quærens honorem Dei, & ſalutem animarum, ſed gloriam propriam, aut commodum temporale. *t* Et dilatat labia ſua,] ſubtilia prædicando, & quæ auditoribus non congruunt, ſed eiuſdem, & aliorum vires excedunt. [Ei] inquam *u* Ne commiſcearis,] ideſt, ne ſis ei ſimilis. Peccat enim talis in tribus. Primo, quia myſteria celanda revelat. *Dan.* 8. Signa viſionem. Et 12. Tu autem, Daniel, claude ſermones, & ſigna librum uſque ad tempus ſtatutum: pertranſibunt plurimi, & multiplex erit ſcientia. Secundo, quia fraudulenter ambulat. *Jer.* 14. Maledictus, qui opus Dei facit fraudulenter. Tertio, quia ſupra ſe labia ſua dilatat. *Rom.* 12. Non plus ſapere, quam oportet ſapere, &c. *x* Qui maledicit patri ſuo, [&] *y* matri] ſuæ, ad litteram. *z* Extinguetur lumen ejus in mediis tenebris,] ideſt, morte æterna punietur. Unde *Exod.* 21. Qui maledixerit Patri ſuo, aut matri, morte moriatur. Idem *Lev.* 20. *Moraliter.*

Myſtice. *x* Qui maledicit patri ſuo,] ideſt, Chriſtum blaſphemando, vel purum hominem, vel purum Deum pertinaciter aſſerendo. *y* Et matri,] ideſt, Eccleſiæ, non obediendo, vel impugnando, vel ſacramenta ejus annihilando. *z* Extinguetur lumen ejus,] ideſt, gratia, ſive fides. *Myſtice.*

a In mediis tenebris,] ideſt in tenebris culpæ, quæ ſunt mediæ tenebræ. Primæ enim ſunt tenebræ ignorantiæ, cum quibus naſcimur, poſtremæ tenebræ gehennæ, mediæ ſunt tenebræ culpæ. Et in his proprie extinguitur lumen fidei, & gratiæ. Vel ſic. *x* Qui maledicit patri ſuo, & matri,] ideſt, Prælato, qui eſt pater corrigendo, & mater conſolando. Maledicit inquam, detrahendo, vel peccata ejus revelando, ſicut fecit Cham. *z* Extinguetur lumen ejus,] flatu propriæ detractionis, quo ſimul triplex lumen extinguitur, ſcilicet, lumen famæ in Prælato, cui detrahit: lumen gratiæ in ipſo, qui detrahit; lumen bonæ conſcientiæ in illis, apud quos detrahit. *a* In mediis tenebris,] ideſt, in ſuis propriis tenebris,

nebris, quibus amiſſa gratia excæcatur. *a* Hæreditas, ad quam &c.] ideſt, præſens felicitas, quæ nimis cito appetitur. *b* In noviſſimo, &c.] ideſt, carere faciet feſtinantes. Nam qui hic feſtinat ditari, non ditabitur in futuro, imo egebit ſumma egeſtate. *inf.* 28. Vir, qui feſtinat ditari, & invidet aliis, ignorat, quod egeſtas ſuperveniet ei. Vel ſic. *a* Hæreditas, &c.] ideſt, qui gradus regiminis appetit prius quam ſubeſſe didicerit. *b* In noviſſimo,] mercede retributionis, quæ bonis rectoribus debetur, [carebit.] Imo nimium feſtinus corruet in infernum. Unde *Iſa.* 14. Quomodo cecidiſti de cœlo, Lucifer, qui mane oriebaris? Vel ſic. *a* Hæreditas, &c.] ideſt, ille qui feſtinat habere hæreditatem æternam, ſtatim in principio converſionis, vel pœnitentiæ ſuæ. *b* In noviſſimo, &c. æterna, [carebit.] Non enim mercenarii mercedem operis in mane recipiunt, ſed in veſpera. Unde *Pſal.* 103. Exibit homo ad opus ſuum, & ad operationem ſuam uſque ad veſperam. Et *Matt.* 20. Cum ſero factum eſſet, dixit Dominus vineæ procuratori ſuo: Voca operarios, & redde illis mercedem.

Rom. 12. D

al. † *Dominum.* *Sapr. eod.*

al. † *devotare.* *al.* † *tractare.*

a Hæreditas, ad quam feſtinatur in principio, in *b* noviſſimo benedictione carebit. *c* Ne dicas reddam malum pro malo, *d* expecta Dominum, & liberabit te. *e* Abominatio eſt apud † Deum pondus, & pondus: *f* ſtatera doloſa non eſt bona. *g* A Domino diriguntur greſſus viri, quis *h* autem hominum intelligere poteſt *i* viam ſuam? Ruina *k* eſt homini † *l* devotare Sanctos, & poſt vota † retractare. *m* Diſſipat impios *n* Rex ſapiens, & *o* incurvat ſuper eos fornicem, *p* Lucerna Domini *q* ſpiraculum hominis,

Ideo arguendi ſunt quidam, qui ſtatim, ut aſſumunt habitum religionis, vel bene vivere inceperint, cupiunt diſſolvi, & eſſe cum Chriſto. Unde *Eccli.* 20. Hodie fœneratur quis: & cras expetit, & odibilis eſt homo hujuſmodi. Item de novitiis exponitur, qui quandoque nimis feſtinant. Ut enim ſenſerint aliquam devotionem, vel unam lacrymam effuderint, volunt omnes alios præcedere jejunando, vigilando, diſciplinando ſe, & abſtinentias alias indiſcrete faciendo. Similes cuidam Monacho, qui neſcivit æquitate, qui in mane tantum fatigavit equum ſuum, quod media die defecit, nec potuit facere dietam ſuam, & aliis abeuntibus ipſe ſolus, ſicut ſtultus ſine equo remanſit. Quieſcendum eſt aliquando, quia

Quod caret alterna requie durabile non eſt.

Ovidius in Epiſt.

Senec. Ita faciendum eſt, & agenti quieſcendum, & quieſcenti agendum. Alternandæ ſunt etiam operationes, ut tollatur faſtidium, modo ad orationem, modo ad lectionem, modo ad prædicationem, modo ad diſputationem, modo ad ſacram collationem. Hæc enim ſunt quinque officia fratrum, in quibus animus delectatur, nec corpus nimium fatigatur propter alternationem. *c* Ne dicas reddam, &c] ſed potius bonum. 1. *Pet.* 3. Non reddentes malum pro malo, nec maledictum pro maledicto; ſed e contrario benedicentes. Hoc eſt, quod docuit Dominus diſcipulos ſuos. *Matt.* 5. Diligite inimicos veſtros, benefacite his, qui oderunt vos, orate pro perſequentibus, & calumniantibus vos. Idem dicitur in lege, *Lev.* 19 Non oderis fratrem tuum in corde tuo, ſed publice argues eum, ne habeas ſuper illo peccatum, non quæras ultionem, nec memor eris injuriæ civium tuorum. Signanter autem dicit Salomon. [ne dicas, reddam, &c.] non dixit, non reddas malum pro malo, quidam enim cum plus non poſſunt, minantur. Et quaſi quæreret ille.

Quid ergo faciam de injuria mihi illata? Reſpondit Salomon. *d* Expecta Dominum, &c.] quia ipſe eſt Dominus, & judex ad quem pertinet vindicta. *Deut.* 32. Mea eſt ultio, & ego retribuam. Et *Heb.* 10. Mihi vindictam, & ego retribuam. Et eſt ſumptum de *Ezech.* 9. ſecundum 70. ubi nos habemus, Appropinquaverunt viſitationes urbis, & unuſquiſque vas interfectionis habet in manu ſua. *Eccli.* 28. Qui vindicari vult a Deo, inveniet vindictam. *Joan.* 5. Neque enim Pater judicat quemquam, ſed omne judicium dedit filio. Unde aperte Deo injuriam facit, qui ſibi judicium uſurpat alios judicando. Expectandus igitur eſt Dominus, qui omnibus aſſignavit diem, in quo omnibus jus planum, & apertum ſine appellatione, & reclamatione fiet. Interim autem ſunt ſervandæ treguæ, quia pendente cauſa, & aſſignata die utrique parti, utraque pars in protectione Domini Papæ eſt, coram quo ventilanda eſt cauſa. *e* Abominatio eſt, &c.] ideſt, diverſitas ponderum, magna ad emendum, & parva ad vendendum. Et *f* Statera doloſa,] ad litteram,

Rom. 12.

quia quando alterum brachium ſtateræ longius eſt, vel quando altera lanx gravior eſt, tunc ſtatera doloſa. Et hujuſmodi doloſitas ſtateræ, & ponderum diverſitas prohibetur in lege. *Lev.* 19. & *Deut.* 2. In anima pondus, & pondus eſt affectio, & affectio, triſtis, & hilaris. Triſtis in adverſitate, hilaris in proſperitate, quod apud Deum abominabile eſſe non dubitatur. Sicut enim bona recipimus cum hilaritate, & gratiarum actione, ita & mala ſuſcipere debemus. Unde *Job* 2. Si bona ſuſcepimus de manu Domini, mala autem quare non ſuſtineamus? Humanum dicit Job propter infirmitatem. Bona enim dicit ſuſcipi, mala vero ſufficit ſuſtineri. Sed eadem affectione recipienda ſunt bona, & mala a Domino, quia eadem charitate donantur ab ipſo. Sicut a phyſico datur electuarium dulce, & potio amara eadem cura. Statera doloſa eſt judicium falſum, quo bona noſtra magna, & mala parva judicamus, & in aliis e converſo. *g* A Domino diriguntur, &c.] ideſt, opera interiora, & exteriora, non a libertate arbitrii, ut dicit *Pelagius*: Non a fato, non a conſtellatione. Unde *Iſ.* 26. Omnia opera noſtra operatus es in nobis, Domine. Unde *ſupr.* 16 Cor hominis diſponit viam ſuam, ſed Domini eſt dirigere greſſus ejus. *Jer.* 10. Scio, Domine, quia non eſt hominis via ejus; nec viri eſt, ut ambulet, & dirigat greſſus ſuos. Et *Joan.* 15. Sine me nihil poteſtis facere. *h* Quis autem hominum, &c.] ideſt, finem vitæ ſuæ, utrum brevis, vel longus; bonus, vel malus ſit? quaſi dicat, nullus. Unde *Eccli.* 9. Sunt juſti, atque ſapientes, & opera eorum in manu Dei, & neſcit homo utrum amore, an odio dignus ſit, ſupple finali. Vel. *i* Viam,] ideſt, opera ſua. *Job* 9. Verebar omnia opera mea. Et *Greg.* Sæpe in oculis ſordet interni judicis, quod in intentione fulget operantis. Et 1. *Cor.* 4. Nihil mihi conſcius ſum, &c. Si igitur nemo poteſt intelligere viam ſuam, multo minus dirigere greſſus ſuos poteſt quis. *k* Ruina eſt homini, &c.] ideſt, peccatum eſt homini aliquid Sanctis vovere, & illud non reddere. Vovere enim fuit voluntatis, ſed reddere eſt neceſſitatis. Unde *Pſal.* 75. Vovete, & reddite, ideſt, ſi voviſtis, reddite. Et *Deut.* 23. Cum votum voveris Domino Deo tuo, non tardabis reddere, quia requiret illud Dominus Deus tuus; & ſi moratus fueris, reputabitur tibi in peccatum. Vel. *l* Devotare,] ſecundum *Gloſſ.* eſt ex voto facto Sanctis aliquod malum intentare. Sicut *Act.* 23. Quadraginta viri devoverunt ſe, neque manducaturos, neque bibituros, donec occiderent Paulum. Et hoc, [ruina eſt homini,] ideſt, peccatum, quo ruit in infernum. *Iſidor.* In male promiſſis, reſcinde fidem, in turpi voto muta decretum. Alia tranſlatio habet. [Muſcipula eſt viro citato,] ideſt præcipiti, aliquid de ſuis conſecrare, ſi poſtquam votum fecit, pœnitentiam agit, ideſt, pœnitet eum feciſſe, utroſque vero, ideſt, & eos qui vota ſua contemnunt; & eos qui ſua vota ut compleant, Sanctos perſequuntur, manet æterna damnatio. Unde ſubditur. *m* Diſſipat impios Rex, &c.] ideſt, Chriſtus auferens eis ſepem, ideſt, cuſtodiam Angelorum, & dimittens eos ſecundum deſideria cordis eorum, juxta illud *Iſa.* 5. Nunc oſtendam vobis, quid ego faciam vineæ meæ, auferam ſepem ejus. *Gloſ.* ideſt, cuſtodiam Angelorum, & erit in direptionem. Hoc facit Dominus quotidie Eccleſiæ, cum aufert bonos Prælatos, & permittit pueros & effeminatos in loco eorum promoveri. *o* Et incurvat ſuper eos fornicem,] ideſt, arcum triumphalem, quaſi dicat, comprimit eos, quaſi victos. Mos fuit antiquitus, ut habita victoria de hoſtibus erigerent ſibi fornices, in quibus deſcribebant laudes ſuas: Sicut fecit Saul 1. *Reg.* 15. habita victoria de Amalech. Et Abſalon fecit ſimiliter, 2. *Reg.* 18. A fornice dicitur fornicatio, quia in fornicibus, & arcubus ſolebant fornicari.

Sap. 16. 4. *diſt.* c. *ſicut hi, in fin.*

Reg. 2. *n.* 5.

Moraliter. *n* Rex ſapiens,] ideſt, liberum arbitrium, ſive ratio, vel bonus Prælatus. *m* Diſſipat impios,] ideſt, vitia, vel Dæmones, ideſt, aufert eis omnia ſuffragantia, & omnem opportunitatem. *o* Et incurvat ſuper eos fornicem,] ideſt, diſciplinam, & cautelam: Per diſciplinam enim præterita, & præſentia vitia deſtruuntur, per cautelam futura præcaventur. *p* Lucerna Domini] ideſt, fides, vel gratia, quam accendit Deus in corde hominis, quaſi in templo ſuo. *q* Spiraculum hominis,] quia facit eum reſpirare, & vivere ſpiritualiter. Unde *Gen.* 2. Formavit Deus hominem de limo terræ, & inſpiravit in faciem ejus ſpiraculum vitæ: Vel ſic conſtrue.

Moraliter.

q Spiraculum Domini,] ideſt, gratia inſpirata a Domino eſt. *p* Lucerna hominis,] quæ illuminat illum interius, & ſeipſum ſibi oſtendit.

a Quæ

Digitized by Google

a Quæ inveſtigat omnia, &c.] ideſt, conſcientiæ, quæ venter eſt animæ, omnia recipiens per doctrinam, & recepta coquens igne charitatis, & diligens examine diſcretionis, mala ejiciens foras, & bona retinens ad nutrimenta membrorum, ideſt, virtutum. Et hoc eſt, quod docet Apoſtolus. 1.*Theſ.*5. Omnia probate, quod bonum eſt tenete, ab omni ſpecie mala abſtinete vos. Scrutatur autem Dominus conſcientiam, ſicut domum propter tria. Primo, ne ſit aliquid ibi furtivum latens, ideſt, mala concupiſcentia. (*diſt.8 ſ. c. paro.*) Secundo, ne ſit ibi latro abſconditus, ideſt, Diabolus. Tertio, ut clavum peccati extrahat, ſicut de pede equi. De hoc dicitur *Soph* 1. Scrutabor Jeroſalem in lucernis: Tunc ſerviet nobis Dominus de candela. (al. ♰ maculam.) *b* Miſericordia, & veritas, &c. ad litteram, [miſericordia,] ideſt, benignitas, qua parcit innocenti, & cuſtodit. *c* Et veritas,] ideſt, juſtitia, qua punit nocentes. [Vel miſericordia & veritas cuſtodiunt Regem,] ideſt, Chriſtum nobis, ſcilicet, Miſericordia enim ejus facit nos eum amare, veritas ejus facit nos eum timere. Et hoc eſt, quod dicitur *infr.* 27. Qui ſervat ficum, comedet, fructus ejus, & qui cultor eſt Domini ſui, glorificabitur.

quæ *a* inveſtigat omnia ſecreta ventris. *b* Miſericordia & *c* veritas cuſtodiunt Regem, & *d* roboratur clementia thronus ejus. *e* Exultatio juvenum fortitudo eorum, & *f* dignitas ſenum canicies. *g* Livor *h* vulneris *i* abſterget ♰ mala, & *k* plagæ in ſecretioribus ventris.

Moraliter. Moraliter. *b* Miſericordia & veritas cuſtodiunt Regem,] ideſt, quemlibet motus ſuos interiores, & exteriores bene regentem. Miſericordia Dei cuſtodit a malo deſperationis, & veritas Dei a periculo præſumptionis. Vel *b* Miſericordia,] qua miſeris compatitur affectu & effectu, cuſtodit ab illo opprobrio futuro: Eſurivi, & non dediſtis mihi manducare, &c. *Matth.*25. *c* Et Veritas,] qua ipſe dijudicat, cuſtodit a judicio condemnationis, juxta illud 1. *Cor.* 11. Si noſipſos dijudicaremus, non utique judicaremur. Vel melius. *b* Miſericordia] cuſtodit a malis alienis, ne imputentur, quia compatitur. *c* Et veritas,] cuſtodit a propriis, ne puniantur, quia ea punit. *d* Et roboratur clementia, &c. Ad litteram clementia Regis in ſubditos ſuſtinet eum, & facit fortem: Omnes enim ſequuntur eum libenter, & juvant fideliter. Unde *Seneca ad Neronem in libro de clementia.* Clementia Regis in ſubditos gladius in hoſtes.

Similiter clementia Prælati in Subditos ſuos gladius eſt in hoſtes, ideſt, in Dæmones, vel detractores.

E converſo duritia, & auſteritas Regis diſſipat thronum ejus, ut patet in Rohoam filio Salomonis, qui propter duram reſponſionem ad populum, amiſit regnum decem tribuum 3. *Reg.*12. *e* Exultatio juvenum fortitudo eorum, id eſt, juvenes exultant de fortitudine ſua. *f* Et dignitas ſenum canicies,] ideſt, Sapientia vitæ & munditia. De qua *Sap.* 4 Senectus venerabilis eſt, non diuturna, neque numero annorum computata. Cani ſunt ſenſus hominis, & ætas ſenectutis vita immaculata. Hæc duo genera hominum debet Prælatus in Eccleſia promovere: Juvenes fortes ad cantandum in Eccleſia, ad laborandum in vinea, ad portandum pondus diei, & æſtus, & ſenes dignos, & venerabiles ad danda conſilia. Sed heu! pro his pueri inſtituuntur, qui maculant gremium matris ſuæ, quippe hoc eſt proprium puerorum. *g* Livor ideſt, dolor. *h* Vulneris,] exterioris. *i* Abſterget mala, ideſt, peccata. *k* Et plagæ, &c.] abſtergent mala, ideſt, peccata, quaſi dicat Salomon, dolor exterioris laboris, & dolor interioris contritionis abſtergent mala mentis.

EXPOSITIO CAP. XXI.

l Sicut diviſiones aquarum, ita cor Regis in manu Domini,] ideſt, ſicut in poteſtate Dei fuit dividere aquas ſuperiores, quæ ſunt ſupra firmamentum, ab inferiobus. *Gen.*1. Ita in poteſtate ejus eſt cor Regis, ideſt, cujuſlibet ſe bene regentis. *o* Quocumque voluerit, &c.] ad cogitandum, ad amandum, Amor enim eſt totalis inclinatio animi, ut dicit *B. Dioniſ.* Et bene dicit, [inclinabit,] quia non eſt in poteſtate noſtra, ut amemus, quod volumus, vel quantum volumus, ſicut dicit *Greg.* Nulli Sanctorum conceſſa eſt tanta charitas, quantam vellet. Vel ſic. *l* Sicut diviſiones aquarum,] ideſt, diverſa dona gratiarum ſunt in manu Dei tribuentis ea, cui vult, & quando vult, & ſicut vult, juxta illud *Jo* 3. ſpiritus ubi vult ſpirat. Et 1. *Cor.* 12. Diviſiones gratiarum ſunt, idem autem ſpiritus dividens ſingulis, prout vult. *m* Ita cor Regis,] ideſt, cor regale, quod excuſſit a ſe jugum ſervitutis malæ, nec alicui ſervit, niſi Deo, cui ſervire regnare eſt. *n* In manu Domini] ſicut oblatio in manu Sacerdotis; vel ſicut virga in manu paſtoris; vel ſicut liber in manu ſcriptoris, ut in eo ſcribat, quod voluerit; vel ſicut remigium in manu gubernatoris; vel ſicut avis nobilis in manu militis, quam projicit ad prædam, quando vult, & ad quam prædam vult. Ita Dominus cor humanum ſemper ad prædam nobilem capiendam projicit, non ad muſcas, ideſt, ad ſeipſum. Ipſe enim eſt præda nobilis, ad quam ſolam volant aves nobiles. Unde *Job* 39. Numquid per Sapientiam tuam plumeſcit accipiter expandens alas ſuas ad auſtrum? Numquid ad præceptum tuum elevabitur aquila, & in arduis ponet nidum ſuum? In petris manet, & in præruptis ſilicibus commoratur, atque inacceſſis rupibus, inde contemplatur eſcam, & de longe oculi ejus proſpiciunt, pulli ejus lambunt ſanguinem, & ubicumque cadaver fuerit, ſtatim adeſt. Vel *m* Cor Regis,] eſt in manu Domini,] ideſt, in protectione Domini. *Sap.* 3. Juſtorum animæ in manu Dei ſunt, &c. Et *o* Quocumque voluerit, inclinabit illud] ſurſum, vel deorſum: ante vel retro; dextrorſum, vel ſiniſtrorſum; intra, vel extra. Hæ ſunt octo differentiæ meditationis cordis humani, dum eſt in via. Surſum, ad gaudia Paradiſi. Deorſum, ad ſupplicia inferni. Ante, ad mortem, quæ ante oculos noſtros eſt, & ad judicium futurum. Retro, ad peccata vitæ præteritæ, quæ jam receſſit. Dextrorſum, ad præſentes proſperitates, quam breves, quam mobiles, quam fallaces ſint. Siniſtrorſum, ad præſentes adverſitates, quam cito tranſeant, quam glorioſæ, quam utiles, quam dulces ſint. Intra, ad defectus proprios, quot ſint, & quanti, & qualiter reparandi. Sunt autem ſeptem, proficiendi modicitas, cadendi pronitas, reſurgendi impoſſibilitas, ſtandi difficultas, ſeducendi facilitas, operandi debilitas, patiendi fragilitas. Extra, ad pericula viæ hujus mundi, quam plena ſit laqueis; & foveis, & puteis bituminatis, & periculis infinitis, periculis fluminum, periculis latronum, periculis ex genere, periculis ex gentibus, periculis in civitate, periculis in ſolitudine, periculis in mari, periculis in falſis fratribus. 2.*Cor.*11. Dominus quocumque voluerit inclinat cor hominis, modo ad hoc meditandum, modo ad illud, ſecundum quod noverit expedire. Vel [Cor Regis in manu Domini] eſt, quoniam affectuoſe cogitat vulnera, quæ Dominus ſuſtinuit propter nos. *Iſa* 49. Ecce in manibus meis deſcripſi te. Et *Zach.*13. Quid ſunt plagæ iſtæ in medio manuum tuarum? Et dicet: His plagatus ſum in domo eorum, qui diligebant me. Hic debet eſſe cor Regis ſemper. Unde *Pſal.*142 Memor fui dierum antiquorum, meditatus ſum in omnibus operibus tuis, in factis manuum tuarum meditabar. *Iſa.* 2. Ingredere in petram, & abſcondere in foſſa humo a facie timoris Domini. Et *Cant* 2. Veni columba mea, in foraminibus petræ, in caverna maceriæ. *p* Omnis via viri] re & nomine, ideſt virtuoſe, & viriliter agentis. *q* Recta ſibi videt,] ideſt a Deo & in Deum, aliter non graderetur per eam. *r* Appendit autem. &c.] ideſt judicat, quæ via recta ſit, & quæ non. Et ideo nullus debet confidere in opere ſuo, licet bonum ſibi videatur. Unde Apoſtolus 1.*Cor.*4 Nihil mihi conſcius ſum, ſed non in hoc juſtificatus ſum. Item *Job* 9. Verebar omnia opera mea. Et *Gr.* Sæpe ſordet in oculis interni judicis, quod in intentione fulget operantis. Vel [Appendit corda Dominus,] ideſt in appenſo ſtateræ ponit, ut videat, quorſum ponderet. *Iſa.*28. ponam in pondere judicium, & juſtitiam in menſura. Amor pondus animæ eſt. Et ſi ponderat ſurſum bonum eſt. Et de hoc dicit *Job* 28. Qui fecit ventis pondus. Si vero ponderat deorſum, malus eſt. Et de hoc dicit *Jer.*17. Cuſtodite animas veſtras, & nolite pondera portare in die Sabbati. *ſ* Facere miſericordiam, & judicium,] ideſt, diſcretam miſericordiam, & miſericors judicium. *t* Magis placet Domino] qui appendit corda, & ponderator eſt ſpirituum *ſupr.*16. *u* Quam victimæ] jejuniorum, diſciplinarum, vigiliarum, vel, legalium ſacrificiorum. Unde *Eccli.*4. Melior eſt obedientia, quam ſtultorum victimæ, ideſt, indiſcretæ afflictiones. Hoc eſt, quod dicitur *Oſee* 5. Miſericordiam volui, & non ſacrificium, & ſcientiam Dei plus, quam holocauſta.

Octo differentiæ meditationis cordis humani.

De ſeptemplici defectu.

C A P. XXI.

l Sicut diviſiones aquarum, *m* ita cor Regis in *n* manu Domini, *o* quocumque voluerit, inclinabit illud. Omnis *p* via viri *q* recta ſibi videtur: *r* appendit autem corda Dominus. *ſ* Facere miſericordiam, & judicium, *t* magis ♰ placet Domino, quam *u* victimæ. A

al. ♰ placent.

Et loquitur Propheta de ſacrificio forinſeco, & holocauſto ſimiliter, quæ parum valent. Unde *Iſa.* 58. Numquid

tale

tale eſt jejunium, quod elegi, per diem hominem affligere animam ſuam? Numquid torquere quaſi circulum caput ſuum, & ſaccum, & cinerem ſternere? Nomquid iſtud vocavit jejunium, & diem acceptabilem Domino? Nonne hoc eſt magis jejunium, quod elegit? Diſſulve colligationes impietatis, ſolve faſciculos de-

al. † &.

primentes, dimitte eos, qui confracti ſunt, liberos, & omne onus dirumpe: Frange eſurienti panem tuum, & egenos, vagoſque indue in domum tuam. Cum videris nudum, operi eum, & carnem tuam ne deſpexeris. Hoc eſt judicium, & miſericordia, quæ placent Domino. Vel facere miſericordiam in alios, & judicium in ſe, magis placent Domino, quam victimæ. Homo enim per judicium mala ſua punit, & deſtruit, per miſericordiam aliena ſibi aſſumit. Miſericordiæ autem duæ ſunt ſpecies. Una, qua homo bona ſua aliis communicat. Et hæc proprio vocabulo pietas appellatur, & hæc eſt menſura raſa, fluvius intra ripas ſuas. Altera, qua mala aliena ſua facit, & hæc proprio nomine dicitur miſericordia, quaſi cordis miſeria, hæc eſt menſura cumulata, fluvius inundans, & exiens ripas. Et in his duabus virtutibus conſiſtit vera amicitia. Amicus enim non eſt, qui particeps omnis fortunæ non eſt, ut dicit Diogenes.

al. † non habet ſemper.

a Exaltatio oculorum † eſt *b* dilatatio cordis, *c* lucerna impiorum *d* peccatum. *e* Cogitationes robuſti † *f* ſemper in abundantia, *g* omnis autem piger in egeſtate eſt. *h* Qui congregat theſauros lingua mendacii, *i* vanus, & *k* excors eſt, & *l* impingetur ad laqueos mortis. *m* Rapinæ impiorum, *n* detrahent eos, quia, *o* noluerunt facere judicium. *p* Perverſa via viri *q* aliena eſt:

Judicii duæ ſunt partes.

Item judicii duæ ſunt partes. Diſcretio, qua diſcernitur quid, & quando, & quomodo, & propter quid faciendum eſt, & hæc proprie judicium dicitur, ſcilicet, diſcretionis & definitionis utrumque complectens. Secunda eſt executio diſcretionis, quæ proprie dicitur juſtitia, qua homo ſe juſtificat, & affligat. Unde *Pſalm.96.* Juſtitia & judicium correctio ſedis ejus. Tribus autem cauſis ſe juſtificant, & affligant viri ſancti hic.

Prima eſt, ut ſe a debito abſolvant, ne cum ſervo nequam tortoribus tradantur, donec reddant univerſum debitum, ſicut legitur *Matth.*18.

Secunda eſt, ut vitam præſentem amaram ſibi faciant, ne aliquid in eis placeat, quod Deo diſpliceat, ut patet in furatione ſcyphi Eremitæ, & in interfectione pueri ab Angelo: In quibus duobus, patres illi nimis delectabantur, ut narrat *Greg. in dialogo.* Tertia eſt, ut incolatus, & exilium hujus miſeriæ magis diſpliceat, & ardentius exire feſtinent.

Unde *Greg.* Electis ſuis faciet Dominus aſperum iter hujus mundi, ne dum electus quiſque quadam amœnitate viæ paſcitur magis eum diu ire, quam cito pervenire delectet. Quarta eſt etiam, ut latrones, ideſt, pravos motus a ſe exterreant: Juxta illud *Iſa.26.* Juſtitiam non fecimus in terra noſtra, ideo non ceciderunt habitatores ejus. Quinta etiam poteſt eſſe, quia affligendo quaſi terram excolunt, ut inde paſcantur. Unde *infr* 28.

Qui operatur terram ſuam ſatiabitur panibus. *a* Exaltatio oculorum eſt dilatatio cordis,] Dupliciter exponitur hoc, ſcilicet, charitas, quæ dilatat cor, quia in Deum erigit. *a* Eſt exaltatio oculorum,] ſpiritualium, intellectus, ſcilicet, & affectus, quorum alter per cognitionem Dei exaltatur, alter per amorem. E converſo anguſtia cordis, ideſt, cupiditas, quæ cor anguſtat, & anguſtiat, eſt declinatio oculorum ſpiritualium, quia terrena tantum facit cogitare. Unde *Pſ.*16. Projicientes me nunc circumdederunt me, oculos ſuos ſtatuerunt declinare in terram. Secundo modo exponitur in malo, ſic *b* Dilatatio cordis] ideſt, lætitia præſentis proſperitatis, *a* Eſt exaltatio oculorum,] ideſt, cauſa ſuperbiæ, cujus ſignum eſt extollentia oculorum.

De hac dilatatione dicitur *Deut.*32. Incraſſatus eſt dilectus, & recalcitravit, incraſſatus, impinguatus dilatatus, dereliquit Deum factorem ſuum, & receſſit a Deo ſalutari ſuo, ſcilicet per ſuperbiam. *c* Lucerna impiorum,] ideſt, concupiſcentia oculorum, vel manifeſtatio peccati, vel delectatio in peccato, vel doctrina perverſorum eſt, [peccatum] Vel. *c* Lucerna impiorum,] ideſt, præſens proſperitas, eſt. *d* Peccatum,] ideſt, cauſa peccati. Simile *Ezech.16.* Hæc fuit iniquitas Sodomæ tuæ, ſuperbia, ſaturitas, abundantia panis, & otium. Vel. *c* Lucerna impiorum;] eſt impietas, & hoc eſt [peccatum,] Avaritia enim oculus eſt avari, luxuria oculus luxurioſi, & ſic de aliis, quod patet ex hoc, quia luxurioſo mulier deformis formoſa videtur. Et unde hoc? quia non videt eam oculo naturæ, ſed oculo luxuriæ, qui talis eſt. De hujuſmodi oculo dicitur *Zach.* 5. Hic eſt oculus eorum in univerſa terra. *e* Cogitationes robuſti, ideſt, viri juſti, fortiter pugnantis contra triplicem hoſtem ſuum, ſcilicet mundum, carnem, Diabolum. *f* Semper in abundantia,] ſunt æternorum bonorum, ubi mente converſatur, licet corruptibili paupertate affligatur in terra. *Phil.3.* Converſatio noſtra in cœlis eſt. Et *Col.3.* Mortui eſtis, & vita veſtra abſcondita eſt cum Chriſto in Deo. *g* Omnis, &c. in egeſtate,] ſpirituali, vel corporali. Unde *ſup.*20. Propter frigus piger arare noluit, mendicabit ergo æſtate, & non dabitur illi. *h* Qui congregat theſauros, &c.] ut hæretici, advocati, adulatores, hiſtriones, quæſtuarii Prædicatores, de quibus dicitur 1.*Tim.*6. Qui volunt divites fieri, incidunt in tentationes, & in laqueum Diaboli. Et *Jer.9.* Omnes adulteri ſunt, & cœtus prævaricatorum, & extenderunt linguam ſuam quaſi arcum mendacii, & non veritatis: Confortati ſunt in terra, quia de malo ad malum egreſſi ſunt, & me non cognoverunt, dicit Dominus. Omnis, qui ejuſmodi eſt, dicitur vanus, ideſt, nihil valens. Unde *ſup.* 10. B

Argentum electum lingua Juſti, cor autem impiorum pro nihilo. Vel *i* Vanus] ideſt, vacuus, quia cupiditas quo magis arcam implere deſiderat, eo amplius mentem evacuat. Vel, [Vanus,] ideſt, vanis adhærens, & quaſi unitus illis. *k* Excors,] etiam dicitur, ideſt, ſine corde. Talis enim homo projicit cor ſuum ſuper omnia ſtercora, quæ videt, vel cogitat.

Unde *Eccli.* 10. Nihil iniquius, quam amare pecuniam, hic enim & animam ſuam venalem habet, quoniam in vita ſua projecit intima ſua. Et *Oſee* 7. Factus eſt Ephraim quaſi columba ſeducta non habens cor. Et *Matt.6.* Ubi eſt theſaurus tuus, ibi eſt & cor tuum, in arca ſcilicet, vel in menſa, vel in nundinis, & ubicumque aliquid habet, ibi eſt aliena pars cordis ſui. Unde cum tales veniunt ad Eccleſiam vel ad ſermonem, veniunt quaſi mulier ad aquam ſine hydria, vel ſine urceo. Et bene dicit. *l* Et impingetur ad laqueos mortis] quia amor divitiarum hujuſmodi homines quaſi obex in via præcipitat in peccata, quæ ſunt laquei mortis æternæ: Sicut dicitur *ſup.*5. Iniquitates ſuæ capiunt impium, & funibus peccatorum ſuorum quiſque conſtringitur. *m* Rapinæ impiorum.] ideſt, raptorum, uſurariorum, furum, Advocatorum, quorumdam Medicorum, & Theologorum.
n Detrahent eos,] in profundum inferni, quia tot molas aſinarias collo ſuo appendunt, quot rapinas exercent. *Iſa.*33. Væ qui prædaris, nonne & ipſe prædaberis? Modum autem prædationis ſignanter exprimit *Iſa.* 1. loquens de civitate, quæ vaſtatur ab hoſtibus. Terra veſtra deſerta, ideſt, mens a gratia, ſcilicet, civitates veſtræ ſuccenſæ ſunt igni cupiditatis, regionem veſtram coram vobis devorant alieni, ideſt, Dæmones, & deſolabitur, ſicut in vaſtitate hoſtili, & derelinquetur a Domino ſcilicet, filia Sion, ideſt, miſera anima ut umbraculum in vinea, vindemiata, ſcilicet, & ſicut tugurium in cucumerario, collectis cucumeribus, & ſicut civitas, quæ vaſtatur, quæ primo obſidetur, poſtea capitur, deinde bonis omnibus ſpoliatur, & demum apponitur ignis, & comburitur: Sic fit in omnibus divitibus, obſidentur, cum tentantur; capiuntur, cum conſentiunt, & ſpoliantur bonis omnibus, cum moriuntur: quia alius habet annulos ſuos, alius denarios; alius equos, alius domos; vermes, corpus; Diabolus, animam; & ſic nudus, & miſer igni infernali apponitur æternaliter cruciandus. *Eccli.*10. Cum morietur homo, hæreditabit ſerpentes, ideſt, Dæmones, & beſtias, ideſt, parentes, vermes. Ad litteram: Dæmones habent animam, & alia non curant. Unde *Gen.*14. Da mihi animas, cetera tolle tibi. Parentes habent divitias, alia duo non curant. Vermes habent corpus, & de aliis duobus non curant. *o* Quia noluerunt, &c.] Domino de ſeipſis, & ideo ipſe judicabit eos, quia aut homo punit, aut Deus, ut dicit *Aug.* Vel [Noluerunt facere judicium,] ideſt, noluerunt ſeipſos judicare, id eſt æſtimare, quam pretioſi ſint, & quam vilia pro quibus dant ſeipſos. Unde *Aug.* Appende te, homo, ex pretio, quo, ſcilicet, redemptus es, ſanguine, ſcilicet, quaſi agni immaculati, & incontaminati Jeſu Chriſti. 1. *Petr.*1. Et 1. *Cor.* 6. Empti eſtis pretio magno, &c. De hoc dicit 1. *Cor.* 11. Si noſmetipſos judicaremus, &c. Vel. [Noluerunt facere judicium,] pauperibus juxta præceptum Domini. *Iſa.* 1. Quærite judicium, ſubvenite oppreſſo, judicate pupillo. *p* Perverſa via viri, &c.] a Deo, ſcilicet, a quo alienat *Sap.* 1. Perverſæ cogitationes ſeparant a Deo. Vel. *q* Aliena,] ſcilicet, ab homine, ideſt, innaturalis: Naturale enim eſt homini benefacere: Unde & rationi hominis naturaliter ſcriptum eſt: Quæcumque vultis, ut faciant vobis homines, & vos eadem facite illis: *Matth.* 7. Et *Tob.* 4.

Quod

Digitized by Google

Quod ab alio oderis tibi fieri, vide, ne tu aliquando alteri feceris. Ideo cum homo peccat, opus facit alienum, & ideo quaſi cogit Deum opus facere alienum, ſcilicet punire. Unde *Iſa.* 28. Alienum eſt opus ejus, ut operetur opus ſuum, peregrinum eſt opus ejus ab eo. *a* Qui autem, &c.] corde, ore,

qui *a* autem mundus eſt, *b* rectum opus ejus. *c* Melius eſt ſedere in angulo domatis, quam cum *d* muliere litigioſa † in *e* domo communi. *f* Anima impii deſiderat malum: non *g* miſerebitur proximo ſuo, *h* Mulctato peſtilente, *i* ſapientior *k* erit parvulus: & ſi *l* ſectetur † Sapientem, *m* ſumet ſcientiam. *n* Excogitat juſtus de *o* domo impii, ut *p* detrahat impios a malo.

Qui *q* obturat aurem ſuam ad clamorem pauperis, & *r* ipſe clamabit, & *ſ* non exaudietur.

& opere, qui ſcilicet, ſine macula ſunt, & ſequuntur agnum quocumque ierit. *Apoc.* 14. *b* Rectum,] eſt, [opus ejus,] non exiens ab extremis, ſed in Deo principio, tendit in Deum finem, per medium charitatis. Nam Dominus media charitate conſtravit. *Cant.* 36. Melius eſt, &c.] ideſt domus proprie ſcilicet *d* Quam cum, &c.] ſibi & mulieri, quia ibi erit in pace, hic in litigio. Vel doma proprie dicitur tectum domus, ubi ad litteram melius eſſet ſedere cum paſſeribus & hirundinibus, quam cum muliere litigioſa in medio domus, quia etſi aves facerent ſibi ſtrepitum & tumultum, pejus eſt litigium malæ mulieris.

Infra 5. al. † habet &

al. † ſapientiam.

Supr. 19.

Myſtice. [Myſtice.] *c* Melius eſt ſedere, &c.] ideſt, in unitate Eccleſiæ: *d* Quam cum, &c.] ideſt, doctrina hæretica. *e* In domo communi,] ideſt, immunda, ubi hæreticorum conventicula celebrantur. *Pſalm.* 83. Elegi abjectus eſſe in domo Dei mei magis, quam habitare in tabernaculis peccatorum.

Moraliter. [Moraliter.] Mulier litigioſa eſt vita activa, vel adminiſtratio temporalis, vel cura parochialis, quæ litigiis & ſollicitudinibus plenæ ſunt Domus communis, mundus eſt, ubi omnes ſimul habitant, & boni & mali uſquequo veniat judex, habens ventilabrum in manu ſua, qui ſeparabit malos de medio juſtorum, ut dicitur *Matt.* 3. Angulus Domus eſt Eccleſia, ubi conveniunt in unum judaicus populus, & gentilis.

De vita activa & contemplativa. Unde & Chriſtus ſponſus Eccleſiæ, dicitur lapis angularis. Doma ipſius domus, clauſtrum eſt, ubi tantum aves habitant, ideſt, contemplativi. Dicit ergo. *c* Melius eſt, &c.] ideſt, in ſecreta altitudine vitæ contemplativæ, ideſt, in clauſtro: *d* Quam cum, &c.] ideſt, vita activa, vel adminiſtratione temporali, vel cura parochiali: *e* In Domo communi,] ideſt, in mundo. Et ex hoc videtur, quod contemplativa melior ſit activa. Ad quod facit illud *Luc.* 10. Maria optimam partem elegit, quæ non auferetur ab ea. Et *Beda*. Melius eſt cœlibem ducere vitam propter comitatum Agni, quam optimam ducere mulierem. Contra *Eccli.* 42. Melior eſt iniquitas viri: ideſt, intranquillitas activi Prælati, quam benefaciens mulier, ideſt, quam contemplativus quieſcens.

Solu. Contemplativa felicior eſt: ſed activa melior. Ita dicit *Aug.* ſuper *Joan.* .... Item contemplativa ſecurior eſt, ſed activa utilior Unde Maria ſedente, Martha procurat, quid comedat Jeſus. *Luc.* 10. Item contemplativa jucundior eſt, ſed activa fecundior. Unde & Rachel pulchrior fuit, ſed Lia fecundior. *Gen.* 29. *f* Anima impii, &c.] ſcilicet, facere voluntatem ſuam, & voluptatem: *g* Non miſerebitur, &c.] indigenti affectu compaſſionis, vel effectu miſerationis. Sicut Sacerdos, & Levita non ſunt miſerti ſauciati. Luc. 10. Impius large ſumitur, ideſt, peccator, proprie vero impius dicitur in Deum, vel in parentes. Pietas enim, ut dicit Tullius, eſt cultus Dei, vel parentum. *h* Mulctato peſtilente,] ideſt, punito peccatore alios verbo, & exemplo corrumpente. *i* Sapientior,] ideſt, intelligentior, vel ſaporatior. *k* Erit parvulus,] ideſt, quilibet carnalis homo, qui velut puer parva diligit, ideſt, temporalia, & parvis terretur, ideſt, flagello temporali, vel morbo corporali, vel amiſſione rerum temporalium; magna vero non timet, ideſt, patibulum infernale. Idem *ſupr.* 19. Peſtilente flagellato, ſtultus Sapientior erit; ſola enim vexatio intellectum dat auditui. *Iſa.* 28. Etiam aliena, ut patet in Leone, qui percuſſo catulo coram ſe, contremiſcit & emendatur. *l* Et ſi ſectetur, &c.] cum eo converſando. *m* Sumet ſcientiam,] ideſt, eruditionem ab eo. Unde *ſup.* 13. Qui cum Sapientibus graditur, Sapiens erit. Sicut qui ſe aromatibus confricat, inde reportat odorem. Et carbones mortui ex affricatione vivorum accenduntur. Et illuminabile corpus ex affinitate luminis illuminatur, ſicut vitrum, & aqua & oculus. Et nota, quod dicit [ſectetur, quod eſt verbum frequentativum. Non enim ex una auditione ſcitur liber, nec uno flatu accenditur carbo, nec ex una lotione albatur tela: ita nec prima vice ſapit peccatoribus Sapientia, vel pœnitentia. *Eccli.* 1. Execratio eſt peccatori cultura Dei, ſupple, in principio. *n* Excogitat juſtus,] ideſt, Chriſtus. *o* De domo impii;] ideſt, Diaboli: cujus domus eſt cœtus hæreticorum, vel quorumlibet iniquorum: qui dicitur Eccleſia malignantium. *p* Ut detrahat, &c.] ideſt, peccatores a malo culpæ. Ad hoc enim venit in mundum Dominus, ut peccatores a Diabolo liberaret, & de carcere peccati extraheret. Unde *Matth.* 9. Non veni vocare juſtos, ſed peccatores. Vel juſtus eſt quilibet bonus Prælatus: qui cogitat ex toto corde, quomodo peccatores extrahat a peccato, ſicut bonus paſtor oves eruit de faucibus luporum. Unde *Amos* 3. Quomodo ſi eruat paſtor de ore leonis duo crura, aut extremum auriculæ, ſic eruentur filii Iſrael, qui habitant in Samaria in plaga lectuli & in Damaſci grabato. *q* Qui obturat, &c.] ideſt, qui claudit viſcera miſericordiæ pauperi petenti eleemoſynam, vel conſilium, & auxilium. *r* Et ipſe clamabit,] ideſt, in oratione. *ſ* Et non exaudietur] a Deo. Juſtum enim eſt, ut qua menſura menſus eſt pauperi: pater pauperum remetiatur ei. Unde *infr.* 28. Qui avertit aurem ſuam, ne audiat legem, quæ præcipit pauperibus ſubvenire: oratio ejus erit execrabilis. Vel. *r* Et ipſe, &c.] ſcilicet poſt mortem: Domine, Domine aperi nobis, cum fatuis virginibus. *ſ* Et non exaudietur,] ſed dicetur ei: Neſcio te *Matth.* 25. *Jacob.* 3. Judicium fiet ſine miſericordia illi, qui non fecit miſericordiam. Exemplum patet in divite Epulone: qui Lazarum clamantem ad januam ejus, nolebat audire: & ipſe poſtea poſitus in tormentis clamavit, nec fuit exauditus: *Luc.* 26. Vel ſic. *q* Qui obturat, &c.] id eſt, peccatoris, contemnendo ipſum, quia peccator eſt; vel non adjuvando, ſi poteſt, vel conſolando, vel ad minus compatiendo. *r* Et ipſe, &c.] ad Dominum pro peccatis ſuis. *ſ* Et non exaudietur:] quia ipſe non exaudivit. *Iſa.* 28. Hæc eſt requies mea, reficiet laſſum, & hoc eſt refrigerium meum & noluerunt audire, & erit eis verbum Domini, manda, remanda, expecta, reexpecta, modicum ibi, modicum ibi. Item *Gen.* 21. legitur, quod cum Iſaac ſenſiſſet manus Jacob piloſas eſſe, quæ ſignificant peccatorem, dixit ei: Accede ad me fili, & da mihi oſculum. Et *Luc.* 15. filio prodigo revertenti, pater occurrens cecidit ſuper collum ejus. Et *Jo.* 11. Acceſſit Jeſus ad ſepulchrum Lazari, licet dicerent et, jam fœtet, quatriduanus eſt, &c. Vel ſic.

q Qui obturat, &c.] ideſt, peccatoris de injuria, quam intulit, veniam poſtulanti, nolens dimittere. *r* Et ipſe, &c.] in oratione dominica: Dimitte nobis debita noſtra.

ſ Et non, &c. quia non exaudivit. Unde *Eccli.* 28. Relinque proximo tuo nocenti te, & tunc deprecanti tibi peccata ſolventur. *Matth.* 6.

Homo homini ſervat iram, & a Deo quærit medelam? In hominem ſimilem ſibi non habet miſericordiam, & de peccatis ſuis deprecatur? ipſe dum caro ſit, reſervat iram & propitiationem petit a Deo?

[Myſtice,] de Chriſto exponi poteſt, qui Antonomaſtice pauper dicitur. *Pſ.* 69. Ego egenus & pauper ſum. Horrea enim & cellaria ſua, ideſt, corda Doctorum vacua ſunt frumento Electorum, & vino Virgines germinante. Item apothecæ clauſtralium diſſipatæ ſunt, & vacuæ ſpeciebus, & aromatibus virtutum, quibus olim tota perfundebatur Eccleſia. Unde *Joel.* 1. Demolita ſunt horrea, diſſipatæ ſunt apothecæ, quoniam confuſum eſt triticum. Item Chriſtus in menſa ſua vaſa lutea, & teſtea habet, qui ſolebat habere aurea, & argentea. Vaſa dico Prædicatores, quibus Dominus filios ſuos potat. Unde *Thr.* 4. Quomodo obſcuratum eſt aurum, mutatus eſt color optimus, diſperſi ſunt lapides ſanctuarii in capite omnium platearum? Filii Sion inclyti & amicti auro primo quomodo reputati ſunt in vaſa teſtea opus manuum figuli, ideſt, Diaboli. Item non habet domum, ubi caput reclinare poſſit. *Matth.* 8. Vulpes foveas habent, & volucres cœli, ideſt, Dæmones, nidos: filius autem hominis non habet, ubi caput ſuum reclinet: Imo mendicat ad oſtium cujuslibet, ut recipiatur, & pauci eum recipiunt. *Apoc.* 3. Ego ſto ad oſtium, & pulſo. *Can.* 5. Aperi mihi ſoror mea, ſponſa mea, columba mea, immaculata mea, quia caput meum plenum eſt rore, & cincinni mei guttis noctium. Item nudus eſt, & diſcalceatus. Unde *Iſa.* 20 dixit Dominus: Sicut ambulavit ſervus meus Iſaias nudus, & diſcalceatus trium annorum ſignum, & portentum erit ſuper Ægyptum. *Iſaias* interpretatur Domini ſalutare. Qui igitur ad clamorem hujus pauperis qui fit per Prædicatores, per inſpirationes, & multis aliis modis, ut dictum eſt ſupra multoties, obturat aurem ſuam,

Ipſe clamabit in die tribulationis, & non exaudietur. *a* Munus abſconditum,] ideſt, eleemoſyna abſcondita ab humano favore. *b* Extinguit iras,] diſtricti judicis. Unde auctoritas, quæ ſumpta eſt de duobus locis *Eccli.3. & d.29 ejuſdem.* Sicut aqua extinguit ignem, ita eleemoſyna extinguit peccatum. Item *Eccli 4.* Ignem ardentem extinguit aqua, & eleemoſyna reſiſtit peccatis. Item *Matth. 6.* Te faciente eleemoſynam, neſciat ſiniſtra tua, quid faciat dextera tua, ut ſit eleemoſyna tua in abſcondito, & Pater tuus, qui videt in abſcondito, reddet tibi.

al. † extinguet.

Vel. *a* Munus abſconditum,] eſt gratia Dei, quæ abſcondite datur a Deo, ita quod neſcit etiam recipiens. Unde *Job 9.* Si venerit ad me, non videbo eum: & ſi abierit, non intelligam

al. † datur *Eccli. 25.*

a Munus abſconditum † *b* extinguit iras, & *c* donum in ſinu *d* indignationem maximam. *e* Gaudium juſto eſt *f* facere judicium; & *g* pavor operantibus iniquitatem. Vir *h* qui erraverit a via doctrinæ, in *i* cętu Gigantium *k* commorabitur. *l* Qui diligit epulas, in *m* egeſtate erit: qui *n* amat vinum, & pinguia, non ditabitur. Pro *o* juſto † dabitur impius, & pro recto iniquus. *p* Melius eſt habitare in terra deſerta, *q* quam cum muliere rixoſa, & iracunda. *r* Theſaurus deſiderabilis, & *ſ* oleum in *t* habitaculo juſti, & *u* imprudens homo *x* diſſipabit *y* illud. *z* Qui ſequitur juſtitiam, & *a* miſericordiam, *b* inveniet vitam, & *c* juſtitiam, & *d* gloriam. *e* Civitatem fortium *f* aſcendit Sapiens, *g* deſtruxitque robur fiduciæ ejus. *h* Qui cuſtodit os ſuum & *i* linguam ſuam, *k* cuſtodit ab anguſtiis *l* animam ſuam; *m* Superbus,

Abſcondita etiam dicitur, quia recipiens non debet eam oſtendere mundo, quia faſcinantes oculos habet. Unde *Sap.4.* Faſcinatio nugacitatis, ideſt, adulatio, vel detractio, obſcurat bona. Et *Gregorius.* Deprædari deſiderat, qui theſaurum publice in via portat. *c* Et donum, &c.] pauperis. *d* Indignationem maximam,] extinguit. *Eccli. 29.* Conclude eleemoſynam in ſinu pauperis, & hæc pro te exorabit ab omni malo. *e* Gaudium juſto, &c. ideſt, juſte judicare ſe, vel alios, quia inde ſperat æternam remunerationem. *Sap. 1.* Diligite juſtitiam, qui judicatis terram. Vel. *e* Gaudium eſt juſto,] ideſt, cauſa Gaudii æterni. *f* Facere judicium, ideſt, opera ex diſcretione. *g* Et pavor,] eſt [operantibus iniquitatem,] quia ipſa iniquitas timorem habet annexum ſibi. *Sap. 17.* Cum ſit timida nequitia, dat teſtimonium in condemnationem. Semper enim præſumit ſæva, perturbata conſcientia. Vel ſic. *e* Gaudium eſt juſto,] Chriſto ſcilicet. *f* Facere judicium, & hic *g* pavor operantibus.] *h* Vir qui erraverit, &c.] morum & fidei. *i* In cętu Gigantium] i. Dæmonum. *k* Commorabitur,] in inferno ſcilicet. Unde *Matt. 25.* Diſcedite a me, maledicti, in ignem æternum, qui præparatus eſt Diabolo & Angelis ejus. Et *Job 26.* Gigantes genuit ſub aquis, ideſt, in pœnis inferni, & qui habitant cum eis, ideſt, ſuperbi. Diabolus dicitur Gigas, & Chriſtus dicitur Gigas, ſed alia, & alia de cauſa. Chriſtus propter geminam naturam. Unde *Pſ.18.* Exultavit ut gigas ad currendam viam. Diabolus vero, quia terram comedit, ideſt, terrena diligi ſuggerit. Unde *Gen. 3.* dictum eſt ei: Terram comedes, ſcilicet, in membris tuis, omnibus diebus vitæ tuæ. *l* Qui diligit epulas,] carnales. *m* In egeſtate erit,] in præſenti, vel in futuro, ut patet in divite epulone, qui hic epulabatur quotidie ſplendide, & poſtea mendicavit guttam aquæ: nec potuit impetrare. *Luc.16.* Et *n* Qui amat vinum, &c.] neque hic, neque in futuro *Eccli.19.* Operarius ebrioſus non locupletabitur. Quid mirum? Ipſe eſt ſervus duarum ſanguiſugarum inſatiabilium ſcilicet gulæ, & luxuriæ, quæ ſemper clamant: Affer, affer *infr.30.* Et quidquid acquirit, ponit in ſaccum pertuſum. *Aggæi 1.* Comediſtis, & non eſtis ſatiati; bibiſtis, & non eſtis inebriati; operuiſtis vos, & non eſtis calefacti; & qui mercedes congregavit, miſit eas in ſaccum pertuſum. *o* Pro juſto, &c.] id eſt, mali punientur propter mala, quæ fecerunt bonis. Juſtus & rectus idem eſt hic, ut dicit *Gloſ.* Impius autem & iniquus non idem. Sed impius dicitur majoribus ſceleribus implicatus, vel qui nunquam fidem recepit, vel qui ad apoſtaſiam rediit, ſive fidelium perſecutor. Iniquus vero dicitur generaliter omnis malus. Et ita pro juſto datur impius, cum pro martyre perſecutor punitur, ut Herodes pro Innocentibus. Et pro recto datur iniquus, quando malus quilibet quia juſtos, quos vidit, noluit imitari, damnatur. Unde *Matth. 12.* Viri Ninivitæ ſurgent in judicio, in comparatione, ſcilicet, non potentia, cum generatione iſta, & condemnabunt eam, quia pœnitentiam egerunt ad prædicationem Jonæ, & ecce plus quam Jonas hic. *p* Melius eſt habitare in terra deſerta] ab hominibus. *q* Quam cum muliere rixoſa, & iracunda,] ad litteram.

Myſtice,] Terra deſerta, eſt gentilitas. Unde *Iſa.35.* Lætabitur deſerta & invia, & exultavit ſolitudo. Mulier rixoſa eſt Synagoga, quæ ſemper rixata eſt cum Prophetis & Apoſtolis. Unde *Matth.23.* Jeruſalem, Jeruſalem, quæ occidis Prophetas, & lapidas eos, qui ad te miſſi ſunt. Et ideo melius eſt habitare cum iſta, quam cum illa, quod & Chriſti electio probavit. Vel terra deſerta, eſt quies contemplationis, quæ dicitur deſerta reſpectu vitæ activæ fructificantis. Mulier rixoſa eſt vita activa, ubi pluſima turbatio eſt. Unde *Luc. 10.*

Martha, Martha ſollicita es, & turbaris erga plurima. *p* Melius eſt] ergo, [habitare in terra deſerta,] ideſt, in quiete, vel otio contemplationis. ideſt, jucundius: *q* Quam cum muliere, &c.] ideſt, quam cum labore activæ vitæ, ubi ſæpe oportet iraſci. Item Terra deſerta, eſt anima † devota habens opera bona, ſed non habens pinguedinem devotionis, ſecundum quod dicitur *Jud 1.* Terram arentem dediſti mihi, junge & irriguam aquis. Mulier rixoſa, eſt caro, quæ ſemper adverſus ſpiritum rixatur, & pugnat.

B *ſupr. 13.*

al. † indevota.

Item Terra deſerta eſt clauſtrum: mulier rixoſa, mundus. *r* Theſaurus deſiderabilis,] ideſt, claritas bonorum operum, Deo amabilis. *ſ* Et oleum,] ideſt, pinguedo dilectionis, quod ſecum ſumpſerunt prudentes virgines. *Matth.25.* *t* In habitaculo juſti,] ideſt, in Eccleſia Chriſti, vel in conſcientia viri juſti. Alia translatio habet, [Theſaurus deſiderabilis requieſcit in ore ſapientis,] *u* Et imprudens homo,] ideſt, hæreticus, vel quilibet mali ſuggeſtor: *x* Diſſipabit,] ideſt, diſſipare conabitur. *y* Illud,] ſcilicet, oleum, vel theſaurum. Vel ſic. *r* Theſaurus deſiderabilis,] ideſt, anima Deo amabilis. *ſ* Et oleum,] ideſt, gratia: *t* In habitaculo juſti,] ideſt, in corpore juſti 2. *Cor.4.* Habemus theſaurum iſtum in vaſis fictilibus. *u* Et imprudens homo,] ideſt, perſecutor bonorum. *x* Diſſipabit illud,] ſcilicet, habitaculum juſti, ideſt, corpus, quia animæ nocere non poteſt. *Matth. 10.* Nolite timere eos, qui occidunt corpus; animam autem non poſſunt occidere. *z* Qui ſequitur juſtitiam,] quoad ſe: *a* Et miſericordiam,] quoad proximum, vel utramque quoad utrumque.] Sequitur, dico, quaſi lucem, quaſi Ducem, quaſi regulam, quaſi viam regiam. *b* Inveniet vitam,] gratiæ in præſenti. *c* Et juſtitiam,] in futuro, quia juſte judicabitur *d* Et gloriam,] quia ſupra meritum recipiet. Vel *b* Inveniet vitam,] quam pro Chriſto perdidit, *Joan. 21.* Qui perdiderit animam ſuam in hoc mundo, in vitam æternam cuſtodit eam. *c* Et juſtitiam,] pro qua ſervanda uſque ad mortem certavit. *d* Et gloriam,] quam quæſivit. *e* Civitatem fortium, ideſt, mundum, qui eſt civitas fortium, ideſt, Dæmonum Aſcendit Sapiens,] ideſt Chriſtus. *g* Deſtruxitque robur, &c.] ideſt, Diabolum, vel Idola, vel Sapientiam mundi, vel cultum legalium, in quibus confidebant homines. *Iſa.19.* Ecce Dominus aſcendet ſuper nubem levem, & ingredietur Ægyptum, & movebuntur ſimulacra Ægypti a facie ejus, & cor Ægypti tabeſcet in medio ejus. Vel civitas fortium eſt internus, quam Dominus aſcendit, ideſt, potenter calcavit, & ſpoliavit. Unde *Matt.12.* Quomodo poteſt quiſquam intrare in domum fortis & vaſa ejus diripiet? Ita fecit Dominus, primo alligavit fortem, i. Diabolum in cruce, poſtea intravit domum ejus, ideſt, infernum, & diripuit vaſa ejus, ideſt, Sanctos, quos reperit in limbo, ſecum eduxit. Vel civitas fortium, eſt ſacra Scriptura, in qua ſoli fortes animo habitant. Hanc aſcendit Sapiens, cui ſcilicet, ſapiunt omnia ſecundum proprium ſaporem, de qua dicitur *Joſue 15.* Venit Caleph, ſcilicet, inde conſcendens ad habitatores Dabir, quam prius appellabant Cariath Sepher, ideſt, civitas litterarum. Dixitque Caleph. Qui percuſſerit Cariathſepher & ceperit illam, dabo ei Axam filiam meam uxorem. Dabir interpretatur loquens Deo, vel oraculum Dei. *h* Qui cuſtodit, &c.] ab intrantibus, & egredientibus. *i* Et linguam ſuam,] ab omni malo verbo: *k* Cuſtodit, &c.] inferni. *l* Animam ſuam,] quia qui non offendit in verbo, hic perfectus eſt vir. *Jac 4.* De hoc *ſupr.13.* Qui cuſtodit os ſuum, cuſtodit animam ſuam. *Ibi* ſatis dictum eſt de hujuſmodi cuſtodia. *m* Superbus, &c.] Superbus eſt

bus eſt proprie, qui aliis appetit præeminere, vel præeſſe. Arrogans, qui falſo ſibi tribuit, quod non habet, vel quod habet, adſcribit meritis, vel viribus ſuis. Et omnis talis indoctus eſt, quia vult præeſſe, cum nondum didicerit ſubeſſe, ſicut Lucifer. Et talis in ira, ideſt, in furore operatur ſuperbiam, quia quicquid facit, ſuperbe facit, & ſine modo, vel quia ſuperbiendo provocat contra ſe iram Dei. *a* Deſideria occidunt pigrum, qui vult ditari, ſed non vult operari. Vult gloriari cum Chriſto in cœlo, ſed non vult pati cum eo in terra. De hoc *ſupra* 13. *Sup. 13. g. c. non eſt.* Vult, & non vult piger. *b* Noluerunt enim, &c.] boni. *c* Manus ejus,] id eſt, pigri. *d* Operari,] dum poterat. *Gal. ult.*

Et arrogans vocatur indoctus, qui in ira operatur ſuperbiam. a Deſideria occidunt pigrum; b noluerunt enim quicquam c manus ejus d operari. e Tota die concupiſcit, & deſiderat, f qui autem juſtus eſt, g tribuet, & h non ceſſabit. i Hoſtiæ impiorum k abominabiles, quæ l offeruntur ex ſcelere. m Teſtis mendax n peribit, vir o obediens p loquetur † victoriam. Vir q impius procaciter r obfirmat vultum ſuum: qui ſ autem rectus eſt, t corrigit † viam ſuam. Non u eſt ſapientia, non x eſt prudentia, non y eſt conſilium z contra Dominum. a Equus † paratur ad diem belli, Dominus autem ſalutem tribuet.

al. † victorias. Dum tempus habemus, operemur bonum ad omnes. *e* Tota die, &c.] impius & tamen non vult operari, ut habeat. Sicut ſtultus, qui ſtat ſub pomo, & *al. † iram.* intuens poma pulcherrima, deſiderat; & tamen non vult extendere manum, vel aſcendere in arborem, ut apprehendat, & hoc propter ſtultitiam, vel pigri- *al. † paratus.* tiam ſuam. Non ſic fecit Dominus Jeſus, ſed intuens fructus arboris crucis optimos, & pulcherrimos apprehendit. Unde *Cant.* 2. Aſcendam in palmam, & apprehendam fructus ejus, qui ſunt generis humani redemptio, captivorum in limbo liberatio, januæ Paradiſi apertio, Dei & hominum reconciliatio: ruinæ Angelicæ reparatio. *f* Qui autem, &c.] ideſt, juſtitiarius ſui ipſius. Vel, juſtus, reddens Deo, quod ſuum eſt, timorem, ſcilicet, & honorem, & amorem. Timorem, quia Dominus iraſcibilis. Honorem, quia magiſter rationabilis. Amorem, quia ſponſus concupiſcibilis. Et proximo, quod ſuum eſt, ſcilicet, pietatem, & miſericordiam, & patientiam. Pietatem, propria bona illi communicando. Miſericordiam, mala illius aſſumendo. Patientiam, mala illata æquanimiter ſuſtinendo. Item ſibiipſi, quod ſuum eſt, ſcilicet opus, diſciplinam, & cibum. Opus, ut proficiat: diſciplinam, ne laſciviat: cibum, ne deficiat. Qui ſic juſtus eſt.

g Tribuet,] ſupererogando his. *h* Et non ceſſabit,] tribuere, vel acquirere laborando, unde tribuat neceſſitatem patienti. *Pſal.* 11. Jucundus homo, qui miſeretur, & tribuit; diſponit ſermones ſuos in judicio. Sed ſunt multi, qui ſe juſtos æſtimant, ſi ſui tantum judiciarii ſint, ſive carnifices, ſi peccata propria defleant, ſi aliena non rapiant, ſimiles viti, quæ totum vinum ſuum bibit; aut fonti, qui totam aquam ſuam glutit. Non eſt ſic, ſed qui vero modo juſtus eſt, non ſolum ſibi, ſed omnibus laborat, & vivit, pro omnibus orando, jejunando, vigilando, & alia bona faciendo, quæ quanto communiora, tanto ſunt meliora. Unde *ſup* 5. Bibe aquam de ciſterna tua, & fluenta putei tui. Et poſtea. Deriventur fontes tui foras, & in plateis aquas tuas divide, pro peccatoribus orando, & flendo. *i* Hoſtiæ impiorum,] ideſt, ſacrificia, & jejunia hæreticorum, vel oblationes, vel eleemoſynæ raptorum, furum, uſurariorum. *k* Abominabiles, Domino. *l* Quæ, ideſt, quia illæ, offeruntur ex ſcelere. *Eccli.* 34. Immolantis ex iniquo oblatio eſt maculata. Et *inf. eod.* Qui offert ſacrificium ex ſubſtantia pauperum, quaſi qui victimat filium in conſpectu patris ſui. Vel, *i* Hoſtiæ impiorum,] poſſunt dici jejunia, vigiliæ, diſciplinæ, & ceteræ afflictiones immoderatæ quorundam nimis juſtorum, & ſibi impiorum. De quibus *Hieron* De rapina ſacrificium Deo offert, qui de neceſſariis corpori aliquid ſubtrahit, & ſe nimis attenuat, imo fures ſunt tales ſicut illi, qui equis in ſtabulis furantur avenam. Unde talibus dicit *Eccli.* 7. Noli eſſe juſtus multum, neque plus ſapias, quam neceſſe ſit, nimis parcendo tibi. *m* Teſtis mendax peribit,] æternaliter propter peccatum *Myſtice.* falſi teſtimonii. Myſtice. *m* Teſtis mendax,] eſt, qui ſe Deo ſervire teſtatur; ſed dicta factis non compenſat, ut hypocritæ, & falſi Prædicatores, qui dicunt, & non faciunt,

Et talis. *n* Peribit,] ideſt, juſte damnabitur. *o* Vir obediens,] ideſt, viriliter obediens Deo, vel Prælato ſuo. *Auguſt.* Verus obediens mandatum non procraſtinat, ſed parat aures auditui, linguam voci, manus operi, pedes itineri, & ſe totum intra recolligit, ut mandatum peragat imperantis. *p* Loquetur victoriam,] ideſt, de victoria, qua ſeipſum per virtutem obedientiæ vicit, laudabit Deum. Vel loquetur victorias, ideſt, prædicando docebit victorias bellorum ſpiritualium, contra mundum, contra carnem, contra Diabolum, quæ omnia ſola obedientia vincit. Unde Auguſt. Sola obedientia veriſſime eſt virtus, quæ totaliter vivit contra ſe. Ubi enim aliquid ſuum habet, aut nulla, aut minima eſt. Obedire enim dicitur, quaſi obaudire, id eſt, contra ſe audire. Alii ergo, qui ſpiritualia bella non ſenſerunt, nec victorias habuerunt, non poſſunt loqui victorias, niſi ſicut cæci ſyllogizant de coloribus. *Eccli.* 34.

Vir in multis expertus cogitabit multa, & qui multa dicit, experientia ſcilicet, enarrabit intellectum: qui autem non eſt expertus, pauca recognoſcit. Unde *in eodem* 43. dicitur.

Qui navigat mare, enarrat pericula ejus & audientes auribus noſtris admirabimur. *q* Vir impius, &c.] ideſt, pertinaciter. *r* Obfirmat vultum ſuum,] contra correctiones, ut Cain, & Judas, qui Domino arguente noluerunt ſe humiliter flectere ad pœnitentiam: ſed pertinaces in malitia ſua perierunt.

De talibus dicit *Iſa.* 48. Durus es tu, & nervus ferreus cervix tua, & frons tua ærea. *Jer.* 5. Attriviſti eos, & noluerunt accipere diſciplinam, induraverunt facies ſuas ſupra petram, & noluerunt reverti. Eſt autem duritia pertinaciæ, & hæc mala eſt. De qua dicit *Job* 7.

Nec fortitudo lapidum fortitudo mea, nec caro mea ænea eſt, quaſi dicat, non ſum durus duritia lapidum, ideſt, inſenſibili. *Ezech* 2.

Filii dura facie & indomabili corde ſunt, ad quos ego te mitto. Item eſt duritia conſtantiæ, & hæc bona eſt. *Iſa.* 20. Poſui faciem meam ut petram duriſſimam, & ſcio quoniam non confundar. *Ezech.* 3. Ecce dedi faciem tuam valentiorem faciebus eorum, & frontem tuam duriorem frontibus eorum, & ut adamantem, & ut ſilicem dedi faciem tuam. Nota, facies Chriſti dura fuit propter opprobria, durior propter alapas, duriſſima propter ſputa, quæ omnia fortiter, & patienter ſuſtinuit. *Iſa.* 50. Corpus meum dedi percutientibus, & genas meas vellentibus. Faciem meam non averti ab increpantibus, & conſpuentibus in me. *ſ* Qui autem, &c.] ideſt, rectitudinis amator. *t* Corrigit viam ſuam,] ideſt peccatum ſuum, quo iram Dei contra ſe provocavit, ut Petrus, qui reſpiciente ſe Domino, mox pœnitendo correxit, quod negando deliquerat. *Matth.* 26. *u* Non eſt Sapientia,] de divinis. *x* Non eſt prudentia,] de temporalibus. *y* Non eſt conſilium, de præcavendis periculis. *z* Contra Dominum,] quia quicquid ſapiunt hæretici, vel conſiliantur, vanum eſt, & inutile, ut dicit Beda. Vel ideo dicit hoc, quia omnes mali unde ſe contra Dei diſpoſitionem erigunt, inde voluntatem Dei implent, ut dicit Gregor. Ut patet in fratribus Joſeph, qui ne adorarent Joſeph, ſicut Deus diſpoſuerat, vendiderunt.

Sed ideo adoraverunt, quia vendiderunt. *Gen.* 43. Similiter Saul, ut David occideretur, centum præputia Phi- *Gen.* 37. liſthinorum, poſtulavit pro dote. 1. *Reg.* 18 qui ex eo ſublimatus eſt in honore. Similiter Judæi, ne perderent locum, & gentem, Dominum occiderunt; ſed ideo perdiderunt, quia occiderunt. *Joan.* 11. Et de hoc dicit *Job* 5. Qui apprehendit ſapientes in aſtutia eorum, & conſilium pravorum diſſipat. Vel ſic. *u* Non eſt, &c.] id eſt, Sapientia, quæ eſt contra Dominum, non eſt ſapientia, ſed potius ſtultitia, ut Sapientia hujus mundi ſtultitia eſt apud Deum. Similiter

Non eſt prudentia contra, &c.] ideſt, prudentia, quæ eſt contraria Domino, ſcilicet, prudentia carnis non eſt vere prudentia, ſed mors. *Rom.* 8. Prudentia carnis mors eſt, prudentia vero ſpiritus vita & pax.

Item *y* Non eſt, &c.] ideſt, conſilium contrarium Domino, ſicut conſilium Achitophel, non eſt vere conſilium, quia conſilium debet eſſe melioris boni. *a* Equus paratur, *De præparatione hominis ad bellum.* &c.] q. d. hominis eſt, Deo devote tempore perſecutionis animum præparare, corpus ſuum diſcrimini offerre vel divini adjutorii eſt, ut, cœpto labori victoria, ſaluſque ſuccedat. Præparatur autem iſte equus ad bellum tempore perſecutionis, in tribus. In aſſuefactione laboris, doloris, famis, ſitis, frigoris, & ceterarum hujuſmodi moleſtiarum, ne cum in bellum venerit, ſolo ſonitu buccinæ terreatur. Item præparatur virtute, & animoſitate ſeſſoris. Equus enim ſub ſtrenuo ſeſſore, ſtrenuior eſt. Tertio, præparatur armorum

munitiune, ne ad ſingula jacula vulneretur. Arma voco hic fortitudinem, patientiam, audaciam, quibus contemnitur mors. Et tunc equus ad ſonitum buccinæ exultans audacter in occurſum pergit armatis, & cum audient ſonitum buccinæ, dicit Vah. *Job* 29. de hoc equo dicitur *Nehem.* 2. Tranſivi ad portam ſontis, & ad aquæductum Regis: & non erat locus jumento, cui inſidebam, ut tranſiret: quod de Chriſto & ejus corpore exponitur.

CAPUT XXII.

a MElius eſt nomen bonum, quam b divitiæ multæ; ſuper c argentum enim, & aurum gratia bona. d Dives e & pauper f obviaverunt ſibi: g utriuſque operator eſt Dominus. h Callidus i videt malum & k abſcondit ſe, l innocens m pertranſiit, & n afflictus eſt damno. Finis o modeſtiæ timor Domini, p divitiæ, & q gloria, & vita. r Arma, & gladii in via † ſ ſuperbi; t cuſtos autem animæ ſuæ u longe recedit ab eis. x Proverbium eſt, adoleſcens juxta viam ſuam, y etiam cum ſenuerit, non recedet ab ea.

EXPOSITIO CAP. XXII.

A *Eccle.* 7. a MElius eſt nomen bonum,] ideſt, bona fama, & vera. b Quam divitiæ, &c.] temporales: quia divitiæ temporales, inutiles ſunt amanti. *Eccle.* 5. Qui amat divitias, fructum non capiet ex eis, & al. † perverſi. hoc ergo vanitas. Fama vero bona odor vivificus eſt. Unde 2. *Corinth.* 2. Chriſti bonus odor ſumus in his, qui ſalvi fiunt, & in his, qui pereunt; aliis autem odor vitæ in vitam: aliis autem odor mortis in mortem. De hoc *Eccle.* 41. Curam habe de bono nomine, hoc enim magis permanebit tibi, quam mille theſauri magni, & pretioſi. Eſt autem fama ore multorum celebrata laudatio. Quæ & veritatem debet habere & auctoritatem. Unde Beda. Nomen bonum habet, qui fidelium teſtimonio laudatur, licet paucorum, non vulgi imperiti.

Seneca. Tantumdem eſt ſi lauderis ob turpia, quantum ſi a turpibus

Vel nomen bonum, eſt nomen adoptionis in filium Dei, vel ſcribi in libro vitæ.

Et hoc melius eſt, quam divitiæ multæ. Unde Beda: Si quis mundum univerſum lucraretur, merito totum contemneret, ut ejus nomen ſcriberetur in cœlis, ejuſque memoria inter Sanctos, & Angelos fulgeret æterna.

Unde & Dominus dicit de hoc eſſe gaudendum, non de operatione miraculorum. *Luc.* 10. Nolite gaudere, quia Spiritus vobis ſubjiciuntur; gaudete autem, quod nomina veſtra ſcripta ſunt in cœlis. Nomen illud, nihil aliud eſt, quam notitia, qua agnoſcuntur filii Dei. c Super argentum &c.] quæ facit hominem bonum, & a bonis pro bonis laudari, pro hac gratia datur gloria, non pro argento, vel auro. Unde *Joan.* 1. De plenitudine ejus omnes accepimus, & gratiam pro gratia. d Dives, & pauper, &c. ad litteram, in via. g Utriuſque operator, &c.] Et ideo nec dives propter divitias honorandus; nec pauper propter inopiam deſpiciendus, ſed uterque amandus, quia opus Dei ſunt, & ad imaginem Dei facti. *Eccle.* 18. Timor Dei eſt non deſpicere hominem juſtum pauperem, & non magnificare virum peccatorem divitem.

Myſtice. Myſtice. d Dives, & pauper,] ideſt, Judæus, & Gentilis. f Obviaverunt ſibi,] in angulo fidei catholicæ. g Utriuſque operator eſt, &c. Et ideo neuter debet alium deſpicere, quia Dominus utrumque diligit ſicut opus ſuum. *Sapient.* 6. Puſillum, & magnum ipſe fecit, & æqualiter eſt illi cura de omnibus. Vel: d Dives & pauper,] ideſt, Deus, & homo. f Obviaverunt ſibi,] in Chriſto. Unde *Pſ.* 48. Simul in unum dives, & pauper. g Utriuſque operator, &c.] ideſt unionem illorum operatus eſt Deus Trinitas: Vel, d Dives virtutibus, e Et pauper,] ſpiritu. f Obviaverunt ſibi,] in quolibet juſto. h Callidus videt malum] perſecutionis k Et abſcondit ſe,] ex timore. Unde multi ex Principibus crediderunt in Jeſum, ſed propter Phariſæos non confitebantur ne extra Synagogam fierent. Callidi enim vi- Joan. 12. debant malum perſecutionis, & abſcondebant fidem pietatis. Et multi timore mortis Chriſtum negaverunt. Utrique mali ſunt. Sed Gamaliel non propter malum perſecutionis, ſed de conſilio Apoſtolorum abſcondebat fidem, ut dicit B. Clemens *in itinerario B. Petri.* l Innocens,] autem, m pertranſiit,] itinere manifeſtæ profeſſionis, ut Apoſtoli. n Et afflictus eſt damno rerum, & corporis. Vel ſic h Callidus,] ideſt, aſtutus, ſive Sapiens. i Videt malum,] arcum divini judicii, & pœnas æternas. k Et abſcondit ſe,] in abſcondito religionis vel pœnitentiæ. l Innocens] ideſt, ſimplex. m Pertranſiit] exponendo ſe vento inanis gloriæ. n Et afflictus eſt damno,] conſtantiæ, & bonorum operum, & gloriæ æternæ. o Finis modeſtiæ, &c.] qui permanet in ſæculum ſæculi. Et p Divitiæ] æternæ. q Et gloria, & vita,] ſupple, ſunt finis modeſtiæ. Finis etiam modeſtiæ eſt timor Domini limitans, & arcens omnem exceſſum ineptæ lætitiæ, quæ ſe virtutum motibus latenter ingerit. Et hoc loco eſt modeſtia generale nomen virtutis: Et de hoc *Eccle.* 25.

Timor Domini ſuper omnia ſe ſuperpoſuit: quaſi repreſſorium quoddam, ne vento vanæ gloriæ, aut inepte lætitiæ moveantur. p Divitiæ, & gloria, & vita,] id eſt, dives, & glorioſa vita, eſt finis modeſtiæ. Sed objicitur *Eccle.* 25. dic: Initium dilectionis timor Domini: Non ergo eſt finis omnium virtutum timor Domini: Solut. *Aug.* dicit in *lib.* 83. *qq.* quod timor Domini ſicut eſt initium Sapientiæ, ita eſt & conſummatio. Sed non idem timor. Triplex eſt enim Timor Domini, Servilis, initialis, & filialis. Servilis, initium eſt Sapientiæ & omnium virtutum. Principium dico extrinſecum & præparativum, quia expellit peccatum. Initialis ſimiliter eſt initium virtutum, ſed intrinſecum, & permanens. Filialis vero, ſive caſtus, qui permanet in ſæculum ſæculi, conſummatio eſt omnium virtutum, & finis in præſenti.

Unde & ultimo ponitur inter dona. *Iſa.* 11. Et repleri dicitur, quod non alia dona. Aliqui legunt ſic. o Finis modeſtiæ, &c.] & ipſe timor eſt, [divitiæ & gloria, & vita.] Unde *Iſa.* 33. Et erit fides temporibus ſuis divitiæ ſalutis Sapientia, & ſcientia, timor Domini ipſe eſt theſaurus ejus.

Item *Eccle.* 40. Facultates, & virtutes exaltant cor, & ſuper omnem gloriam operuerunt illum, æterna præmia, dicit *Interlin.* Item. *Eccle.* 1. Timor Domini gloria & gloriatio, in præſenti, dicit *Gloſ.* Et lætitia, & corona exultationis æternæ beatitudinis in futuro. Item *Bed.* 1.

Perfectio virtutum eſt ad hunc ſtatum animi conſcendere, quo gratiam conditoris etiam in modico timeamus offendere qui & alibi vocatur perfecta charitas, quæ foras mittit timorem. r Arma, & gladii, &c] ideſt, in vita, ſive converſatione ſuperba. Arma defenſionis contra corrigentes, & gladii impugnationis contra minores. Unde *ſup.* 13. Inter ſuperbos ſemper jurgia ſunt. Vel r Arma & gladii,] ideſt, verba & facta mala. ſ In via ſuperbi,] quibus ſe, & alios ſcandalizando occidit. *Eccle.* 9.

Longe eſto ab homine poteſtatem habente occidendi, & non ſuſcitandi. Vel r Arma, & gladii,] ideſt, potentia, & opulentia temporalis quæ lethale vulnus amoris infligunt. ſ In via ſuperbi,] ideſt, in via, quæ ducit ad ſuperbum, ideſt, ad Diabolum, qui eſt Rex ſuper omnes filios ſuperbiæ. *Job* 41.

Et hæc ſunt arma dolentium, quæ multos dolere faciunt. *Eccle.* 9. In medio laqueorum ingredieris, & ſuper arma dolentium ambulabis. t Cuſtos autem, &c.] ideſt vir juſtus, & humilis, qui omni cuſtodia ſervat cor ſuum, quaſi caſtrum Domini ſui, u Longe recedit ab eis,] ſcilicet, armis, & gladiis. Vel r Arma, & gladii in via 1. Jo. 4. ſuperbi,] ideſt, adulatio, & detractio. t Cuſtos autem, &c.] ideſt, humilis, & patiens. u Longe recedit ab eis,] quia humilis adulationem declinat ſemper cogitans de ſua utilitate, patiens non timet detractionem. x Proverbium eſt, adoleſcens, juxta viam ſuam,] incedens, ſive bona ſive mala ſit. y Etiam cum ſenuerit, non recedet ab ea,] de facili, quia dum conſuetudini non reſiſtitur, fit neceſſitas, ut dicit Aug. & ideo non parum differt a juventute aſſueſcere.

Tamen dicit Beda, quod plerique vitia adoleſcentiæ ſuæ relinquunt in ſenectute, alii virtutes adoleſcentiæ in ſenectute mutant in vitia, multi ſervant vitia juventutis in ſenectute.

Et hoc ſæpius contingit, ideo hujuſmodi proverbium ponit Salomon, ut auditores a prima ætate virtutibus ſtudere perſuadeat. Nam:

Quo ſemel eſt imbuta recens ſervabit odorem Horatius in Epiſt.
Teſta diu.

Et Græca narrat hiſtoria, Alexandrum magnum moribus, & inceſſu Leonidis pædagogi ſui non potuiſſe carere, & vitiis, quibus parvus fuerat infectus. Unde *Job* 20. Oſſa ejus implebuntur vitiis adoleſcentiæ ejus, & cum eo dormient in pulvere. Ideo dicitur *Thren.* 3. Bonum eſt viro, cum portaverit jugum Domini ab adoleſcentia ſua.

a Dives

a Dives pauperibus imperat] quaſi Dominus. d Et qui accipit mutuum, &c.] ideſt, accomodantis ſibi. Ad litteram patet. Unde *Eccli.* 10. Eſt malum, quod vidi ſub ſole, quaſi per errorem egrediens a facie Principis, poſitum ſtultum in dignitate ſublimi.

a Dives b pauperibus c imperat, & d qui accipit mutuum, e ſervus eſt fœnerantis. f Qui ſeminat iniquitatem, g metet mala, & h virga iræ ſuæ conſummabitur. i Qui pronus eſt ad miſericordiam k benedicetur, de l panibus enim ſuis m dedit n pauperi. o Victoriam, & p honorem q acquiret, r qui dat munera, animam ſ autem † aufert t accipientium. u Ejice x deriſorem, & y exibit cum eo jurgium, z ceſſabuntque cauſæ, & a contumeliæ. b Qui diligit cordis munditiam c propter gratiam labiorum ſuorum, habebit d amicum Regem. e Oculi Domini cuſtodiunt ſcientiam,

Myſtice. Myſtice. a Dives,] ideſt; Chriſtus. b Pauperibus,] ideſt, humilibus, qui ejus imperium
B implent, imperat. d Et qui accipit mutuum] a Chriſto. e Servus eſt fœ-
Eccl. 31. nerantis,] ideſt, Chriſti, qui omnia quæ habet homo, ei quaſi mutuum accommodat. Unde quidam peregre pro-
al. † *auferet.* ficiſcens vocavit ſervos ſuos, & tradidit illis bona ſua, &c. Unde nullus poteſt aliqua re, etiam membro aliquo uti pro voluntate ſua, ſed tantum pro voluntate Domini. Unde *Bern.* Fidelem ſervum te eſſe putato, ſi de bonis Domini tui manibus tuis nihil adhærere permiſeris. Vel. a Dives] virtutibus. c Imperat, ideſt, imperabit in die judicii. b Pauperibus,] ideſt, peccatoribus, quos ſub pedibus conculcabit. *Malac. ult.* Egrediemini, & ſalietis ſicut vitulus de armento & calcabitis impios, cum fuerint cinis ſub planta pedum veſtrorum in die qua ego facio, dicit Dominus exercituum. d Et qui accipit mutuum,] ideſt, debitor implendi omnia quæ audit. Unde *Jac.* 1. Eſtote factores verbi, & non auditores tantum. Et *Rom.* 2. Non auditores, ſed factores legis juſtificabuntur apud Deum. f Qui ſeminat iniquitatem,] ideſt, qui verbo, vel exemplo docet iniquitatem. g Metet mala,] ideſt, ſuſtinebit pœnam. *Gal.* 6. Quæ ſeminaverit homo, hæc & metet. *Job* 4. Vidi eos qui operantur iniquitatem, & ſeminant dolores, & metunt eos, flante Deo periiſſe, & ſpiritu iræ ejus eſſe conſumptos. h Et virga iræ, &c.] ideſt, oppreſſione qua opprimit alios, finietur, vel ipſe conſummabitur virga iræ ſuæ, ideſt, flagello quo alios conterit, conteretur, i Qui pronus eſt ad miſericordiam,] ideſt, ad opera miſericordiæ. k Benedicetur] ab his quibus miſeretur affectu, vel effectu *Eccli* 31. Splendidum in panibus benedicent labia multorum, & teſtimonium veritatis illius fidele. E contrario qui abſcondunt miſericordiam, maledicentur, *ſup.* 11. Qui abſcondit frumenta, maledicetur in populis, benedictio autem ſuper caput vendentium. Vel ſic. i Qui pronus eſt, &c.] a Deo hic benedictione ſiniſtræ, quia pro talento Domini expenſo bene, & utiliter meretur multiplicationem talenti. Unde *Matth.* 26. Illi, qui quinque talenta acceperat, quia bene in eis operatus fuerat, datum eſt talentum ſervi nequam. Unde *ſup.* 11. Anima quæ benedicit, impinguabitur, & qui inebriat, ipſe quoque inebriabitur. Item benedicetur benedictione dexteræ in futuro. l De panibus enim ſuis] non ſolum carnalibus, ſed etiam ſpiritualibus. m Dedit] non vendidit, non mutuavit. n Pauperi] non diviti. Sicut multi qui explorant divites quibus dent eleemoſynas ſuas, qui ſunt ditiores eis. Quod etiam faciunt multi Religioſi, pro bonis ſcilicet, & Sanctis, quorum ſunt familiares orantes: de peccatoribus, qui omnino indigent non curantes, cum tamen dicat Dominus *Iſa.* 58. Frange eſurienti panem tuum, & egenos, vagoſque induc in domum tuam, &c. Et Dominus, *Luc.* 14. Cum facis convivium, voca pauperes, & debiles, cæcos, & claudos, & beatus eris, quia non habent unde retribuant tibi. o Victoriam & honorem, &c.] Ad litteram patet hoc de victoria, & honore mundi, qui omnino venalis eſt. ſ Animam autem aufert] dator munerum. t Accipientium] cauſa cupiditatis, non cauſa neceſſitatis, aut cauſa fovendæ mutuæ charitatis. Unde *Job* 15. Ignis devorabit tabernacula eorum, qui libenter munera accipiunt. Qui tamen multi ſunt, & magni nomine: De quibus dicitur *Mich.* 3. Hæc dicit Dominus ſuper Prophetas qui ſeducunt populum meum, qui mordent dentibus ſuis, & prædicant pacem, & ſi quis non dederit in ore eorum quidpiam, ſanctificant ſuper eum prælium. Et *Act.* 20. Beatius eſt magis dare, quam accipere. Vel ſic, o Victoriam] de vitiis in præſenti. p Et honorem] pro victoria in futuro. q Acquiret] ſibi [qui dat munera] corporalia, vel ſpiritualia. *Pſal.* 40. Beatus qui intelligit ſuper egenum, & pauperem, &c. ſ Animam autem, &c.] occaſionaliter, quia qui accipit, & non indiget, idem eſt, ac ſi rapiat. Exemplum eſt in vitis Patrum, de patribus qui rogabant quamdam pauperem mulierem, ut reciperet ab eis benedictionem, unde ſe, & filios, & filias ſuas paſceret, & veſtiret. Et reſpondit mulier: Abſit a me hoc peccatum, quia non indigeo. Et alii pauperi obtulerunt, qui reſpondit: Vultis mihi auferre procuratorem meum? tot enim annos habito hic, & nihil mihi defuit. Et patres glorificabant Deum. Vel ſic. r Qui dat munera doctrinæ ſpi- *ſ. q. q. e. in loco.*
ritualis, vel prædicationis. o Victoriam] contra mundum, carnem, diabolum. p Et honorem] apud Deum, & homines [acquiret,] 1. *Tim.* 5. Qui bene præſunt Presbyteri, duplici honore digni habeantur, maxime qui laborant in verbo, & doctrina. ſ Animam autem aufert] Diabolo. t Accipientium] doctrinam, & prædicationem, *Luc.* 11. Beati qui audiunt verbum Dei, & cuſtodiunt illud. Hæc munera bonum eſt dare & accipere. u Ejice deriſorem] a te. y Et exibit, &c.] quia ceſſante cauſa, ceſſabit effectus. Unde *ſupr.* 17. Semper jurgia quærit malus. De deriſoribus ſatis dictum eſt *ſup.* 3. ibi: Parata ſunt deriſoribus judicia.

Myſtice: u Ejice] ab Eccleſia. x Deriſorem,] ideſt, *Myſtice.*
hæreticum incorrigibilem. y Et exibit, &c.] ideſt, pacem præſtabit Eccleſiæ. Unde *Tit. ult.* Hæreticum hominem poſt unam & ſecundam correctionem devita, ſciens quia ſubverſus eſt, qui hujuſmodi eſt.

Moraliter. Deriſor eſt Monachus Cauſidicus, & liti- *Moralit.*
gioſus, qui exterius nomine, & habitu militat Deo, interius corde, ore, & opere militat Diabolo. Qui mortuus eſt, & litigat, ſepultus, & diſcurrit, ubique portans ſudarium ſuum, quæ major deriſio iſta? Ejice hunc deriſorem, quaſi pacis, & quietis inimicum de clauſtro. Peccatum enim eſſet hominem vivum dimittere in ſepulchro cum mortuis. y Et exibit] ſicut cum Lucifero exivit omne cœli litigium. Unde *Apoc.* 12. Factum eſt prælium magnum in cœlo: Michael & Angeli ejus præliabantur cum Dracone, & Draco pugnabat, & Angeli ejus, & non valuerunt reſiſtere, neque locus inventus eſt eorum amplius in cœlo. Si enim propter inquietationem, & turbationem quietis corporalis, Monachus ſtertere aſſuetus ejicitur de dormitorio fratrum, quanto magis propter turbationem quietis ſpiritualis, ideſt, contemplationis, & ſanctæ converſationis ejiciendus eſt Monachus, cauſidicus, & litigioſus de clauſtro? Eſt enim abuſio clauſtri, ut dicit *B. Bern.* ſed hodie non eſt abuſio, ſed eſt ſpecialis obedientia, & nomen ſpeciale habet, ſicut Cellarius, vel Prior, vel Sacriſta. Unde & tales in clauſtris maxime honorantur, & ideo Monachi libenter currunt ad leges & decreta. z Ceſſabuntque cauſæ] illo ejecto, a Et contumeliæ.] ideſt, opprobria, quæ tota die dicuntur de Religioſis propter cauſas. b Qui diligit, &c.] non ſolum corporis, quæ tantum ſignum eſt perfectæ munditiæ, ſive veſtis. c Propter gratiam, &c.] ideſt, rectæ doctrinæ, & rectæ prædicationis. d Habebit amicum Regem,] ideſt, Chriſtum. Unde *Joan.* 15. Vos amici mei eſtis, ſi feceritis quæ præcipio vobis omnia, quorum unum eſt obſervantia munditiæ cordis. Unde *Matth.* 5 Beati mundo corde, quoniam ipſi, &c. Et *Pſ.* 1. Lavamini, mundi eſtote, auferte malum cogitationum, &c. De hoc dicit ſponſus ad ſponſam in *Pſ.* 44. Diffuſa eſt gratia in labiis tuis, propterea, &c. Sed nunquid qui non habet cordis munditiam, ceſſare debet a doctrina & prædicatione veritatis? Reſponſio: Si non ſit notorius, & habet officium, non debet ceſſare. Unde *Or.* Nolo duplicis criminis eſſe reus, ut & bona non faciam, & bona quæ novi, taceam. e Oculi, &c.] veritatis in Eccleſia. Sola enim miſericordia Domini, quæ ſignificatur per oculos, cuſtoditur ſcientia veritatis in Eccleſia. Undique enim impugnatur ſcientia veritatis: Exterius a falſitate hæreticorum, interius a vanitate Doctorum, & Prædicatorum, qui dimiſſa vel ignota veritate docent, & prædicant vanitatem. *Iſa.* 5. Væ qui trahitis iniquitatem in funiculis vanitatis, ideſt, verbis ſubtilibus Philoſophorum, & inutilibus. Et *Iſa.* 19. Confundentur, qui operabantur linum plectentes, & texentes ſubtilia, & erunt irrigua ejus flaccentia, ideſt, arentia, *Sap.* 13. Vani ſunt omnes homines, in quibus non eſt ſcientia Dei, & de his, qui &c.

Vel [oculi Domini] intelliguntur Prælati, Doctores, Prædicatores, qui cuſtodiunt ſcientiam Eccleſiæ, quaſi diſpenſatores Domini, 1. *Cor.* 4. Si nos exiſtimet homo, ut miniſtros Chriſti, & diſpenſatores myſteriorum Dei. Sed

jam quæritur inter diſpenſatores, ut fidelis quis inveniatur. Omnes enim quæ ſua ſunt, quærunt, non quæ Jeſu Chriſti, *Mal.* 2. Labia Sacerdotis cuſtodiunt ſcientiam, & legem ex ore ejus requirunt, quia Angelus Domini exercituum eſt.
Pſal. 8. Item cuſtodiunt ſcientiam in Eccleſia, ſicut canes latratu ſacrarum objurgationum, arcentes ab ea Dæmones, & hæreticos, & omnes malos ſuggeſtores tanquam latrones. Et ideo dicuntur vigiles, & cuſtodes, *Cant.* 3. Invene-
Infr. 31. C runt me vigiles, qui cuſtodiunt civitatem. Et *Iſa.* 62. Super muros tuos Jeruſalem, conſtitui cuſtodes, tota die, & tota nocte in perpetuum non tacebunt. *a* Et ſupplantantur] a Domino. *b* Verba iniqui,] ideſt, hæretici, vel cujuslibet mali, quia non habent fundamentum rectæ intentionis, aut firmamentum veritatis, ſed ventum vanitatis, aut vacuum falſitatis. *c* Dicit] in animo ſuo [piger] ad bona opera, ad confeſſionem fidei, quam corde tenet. De quo *ſup* 18. Pigrum dejecit timor. Item *ſup.* 6. Vade ad formicam, o piger. Et 13. Vult, & non vult piger. *d* Leo eſt foris,] ideſt, perſecutor, vel Diabolus, qui me occidet, ſi fidem confiteor, vel acrius impugnabit, ſi aperte benefacio. Et hoc eſt, quod ſequitur. *e* In medio platearum, &c.] ideſt, veniens in publicum per opera acrius tentatus, aut conviciis, & irriſionibus confuſus, aut injuriis effectus, aut tormentis laceſſitus ſuccumbam. De hoc loco ſumptum eſt illud, quod communiter dicitur: Piger ſervus Propheta eſt. *f* Fovea profunda os alienæ,] ideſt, oſcula, & ubera meretricis, vel cujuslibet etiam mulieris. Unde *infr.* 23. Fovea profunda eſt meretrix, & puteus anguſtus aliena, quia ex quo aliquis ſemel in eam lapſus fuerit, vix exire poteſt. Unde *Oſee* 5. Non dabunt cogitationes ſuas, ut revertantur ad Deum ſuum, quia ſpiritus fornicationis in medio eorum, vel poteſt intelligi de eloquentia ſcientiæ ſæcularis, quæ quaſi meretrix auditores ſuos allicit, adeo ut non ſit fovea, a qua facilius non extricarent ſe homines. Sponſa enim intellectus hominis eſt ſapientia cœleſtis. Unde *Sap.* 6. Quæſivi ſponſam eam mihi aſſumere, & amator factus ſum formæ illius: Mundana vero ſapientia meretrix eſt. Exponitur etiam de mundana felicitate, & de carnali voluptate, quæ ſignificantur per malam mulierem, de qua habes concordantia *ſup.* 9. *inf.* 23. & *Eccli.* 9. & 25. & 16. & *Eccli.* 7. *Iſa.* 3. *Apoc.* 17. *g* Cui iratus eſt Dominus, incidet in eam.] Nam merito ſuperbiæ ſæpe Dominus permittit cadere hominem in fornicationem, ut dicit *Greg. in moral.* *h* Stultitia colligata eſt] quaſi in quodam faſciculo. *i* In corde pueri,] non ætate, ſed ſenſu. Jeremias enim puer prophetavit. *Jer.* 1. Et Daniel puer judicavit ſenes, & vicit, *Dan.* 13. Unde *Beda*, Pueros dicit animos ſtultitiæ, vel inertiæ, vel laſciviæ deditos, quos neceſſe eſt caſtigari diſciplina prudentum. *k* Et virga diſciplinæ,] ideſt, correctio prudentum. *l* Fugabit eam] ſicut ventilabrum fugat muſcas, & virga pulverem, & pediculos [Colligata] dicitur, quia quaſi violenter detinetur ſtultitia in corde hominis, quia cor proprius locus eſt ſapientiæ.

& *a* ſupplantantur *b* verba iniqui. *c* Dicit piger, *d* leo eſt foris, in *e* medio platearum occidendus ſum. *f* Fovea profunda os alienæ, cui *g* iratus eſt Dominus incidet in eam. *h* Stultitia colligata eſt in *i* corde pueri, & *k* virga diſciplinæ *l* fugabit eam. Qui *m* calumniatur pauperem, ut *n* augeat *o* divitias ſuas, *p* dabit ipſe ditiori, & *q* egebit. *r* Fili mi, *ſ* inclina *t* aurem tuam & *u* audi verba ſapientium: *x* Appone autem cor ad doctrinam meam, quæ pulchra *y* erit tibi, cum *z* ſervaveris eam in † ventre tuo. Et *a* redundabit in labiis tuis, ut ſit in *b* Domino *c* fiducia tua. Unde & *d* oſtendi eam tibi hodie. Ecce *e* deſcripſi eam tibi tripliciter in *f* cogitationibus, *g* & ſcientia, ut *h* oſtenderem tibi firmitatem, & *i* eloquia veritatis reſpondere ex his, illis qui *k* miſerunt te.

Myſtice. Myſtice. Puer intelligitur populus Judaicus. *i* In corde] cujus [colligata eſt ſtultitia] litteralis intelligentiæ, quam fugavit. *k* Virga diſciplinæ,] ideſt, Crux Paſſionis Dominicæ, per quem reſerata ſunt myſteria ſpiritualis intelligentiæ. *m* Qui calumniatur pauperem] trahendo in cauſam. *n* Ut augeat divitias ſuas] auferendo pauperi ſua. *p* Dabit ipſe ditiori] ſe, ſcilicet Regi, vel alicui Principi *q* Et egebit,] ad litteram. Unde *Iſa.* 33. Væ qui prædaris, nonne & ipſe prædaberis? Et *Hab.* 2. quia tu ſpoliaſti gentes multas, ſpoliabunt te omnes qui reliqui fuerint de populis.

Myſtice. Myſtice. *m* Qui calumniantur pauperem] ſpiritu, ideſt, quemlibet juſtum, detrahendo virtutibus ejus. *n* Ut augeat] per ejus vituperationem. *o* Divitias ſuas,] ideſt, humanæ laudis gloriam quam quærit. *p* Dabit ipſe ditiori] ſe & [egebit,] ideſt, illud bonum, quod videbatur habere, vel quod habiturus erat, auferetur ab eo, & dabitur habenti, & abundabit. Unde *Luc.* 19. Auferte ab eo mnam, & date illi qui decem mnas habet. Et dixerant ei: Domine habet decem mnas. Dico autem vobis, quia omni habenti dabitur, & abundabit; ab eo autem qui non habet, & quod habet auferetur ab eo. Vel ſic. *m* Qui calumniatur pauperem] detrahendo famæ, vel ſcientiæ ejus. *n* Ut augeat divitias ſuas,] ideſt, famam, & ſcientiam ſuam. *p* Dabit ipſe] divitias ſuas, velit, nolit [ditiori ſe,] ideſt, Deo, al. † ore. qui auferet ab eo ad minus in morte, & quandoque in præſenti. *q* Et egebit] perpetua egeſtate. Unde *Job* 20. Divitias, quas devoravit, evomet, & de ventre ejus extrahet eas Deus. Auctoritas. Rapina eſt enim alienam gloriam mentiendo non corrumpis, ſi ſilendo ſepellis, alienam obfuſcas, quia privatam gloriam cogitas. *r* Fili mi, &c.] Hic mutatur ſtilus loquendi. Triplicem enim modum loquendi habet Salomon in hoc libro: In prima parte hujus libri loquitur Salomon quaſi pater ad filium diutius diſputans de bonorum, & malorum partibus, & hoc uſque ad 10. cap. Ibi enim mutavit Salomon ſtilum, non ad filium, ſed ſecum ratiocinando alternis verſibus, de bonis & malis diſputans. Et hoc modo proceſſit uſque huc. *Tertius modus loquendi Salomonis in hoc libro.* Nunc vero revertitur ad priorem ſtilum, ut ad eum quem doceat, verba faciat pulcherrimum initium novæ locutionis prælibans, ut ille qui loquitur aures apponat. Unde dicit. *r* Fili mi] cui ſervatur hæreditas paterna. *ſ* Inclina] per humilitatem & attentionem. *t* Aurem tuam] non tam exteriorem, quam interiorem. *u* Et audi verba ſapientium] qui non loquuntur niſi bona, & utilia, quæ ſapiunt, *Eccli.* 6. In multitudine Presbyterorum prudentium ſta, & ſapientiæ illorum ex corde conjungere. *x* Appone autem cor, &c.] intelligendam, & faciendam. *y* Quæ pulchra erit tibi] in futuro ſuper omnia alia dogmata, quamvis primo videatur aſpera. Unde *Eccli.* 6. Quæ aſpera eſt nimium ſapientia in doctis hominibus. & non permanebit in illa excors. Tunc inquam pulchra erit tibi.

z Cum ſervaveris eam in ventre tuo,] ideſt, in intimo corde tuo, ſcilicet intellectu & affectu. *a* Et redundabit in labiis tuis] per prædicationem. *b* Ut ſit in Domino] non in te. *c* Fiducia tua] quaſi dicat, ſi inclinaveris aurem tuam ad audiendum verba ſapientium, & appoſueris cor ad intelligendum, & cuſtodieris in ventre memoriæ, & prædicaveris ore, & opere, tunc erit fiducia tua in Domino. Unde *ſup.* 2. Fili mi, ſi ſuſceperis ſermones meos, &c. *d* Unde & oſtendi, &c.] ideſt, in vita præſenti, poſtquam ceſſabit omnis doctrina hominis: Sed erunt omnes docibiles Deo. Unde *Jer.* 31. Non docebit ultra vir proximum ſuum, & vir fratrem ſuum, dicens: Cognoſce Dominum, omnes enim cognoſcent me a minimo uſque ad maximum, ait Dominus. Unde *Can.* 2. Hyems tranſiit, ideſt, vita præſens, imber doctrinæ, & prædicationis abiit, & receſſit.
e Ecce deſcripſi eam, &c.] ideſt, in tribus habendam, ſcilicet in cogitatione, locutione, operatione. In his tribus debet unuſquiſque poſſidere ſapientiam. Unde *Beda*: Cogitare, loqui & opere exercere ſapientiam præcipit Salomon, quæ triplex deſcriptio toto hoc libello refulget. [Deſcripſi eam] inquam, tripliciter. *f* In cogitationibus,] ideſt, ad cogitandum interius corde. *g* Et *Iſa.* 54. *Joan.* 6. ſcientia,] ideſt, ad docendum exterius ore, & opere. Ecce tripliciter deſcripta eſt ſapientia ad cogitandum, ad loquendum, & operandum. Sic debet eam habere omnis Doctor, & ſic debet eam recipere omnis auditor, ut ſcilicet, ſciat, dicat, faciat. Et poſſet quærere filius Salomonis; quare ita tripliciter deſcripſiſti mihi ſapientiam? Reſpondet Salomon. *h* Ut oſtenderem tibi firmitatem ſapientiæ,] quia in his tribus firmatur ſapientia in homine, ſcilicet cogitatione, locutione, operatione. Unde *Eccli.* 4. Funiculus triplex difficile rumpitur, & ita oſtenderem tibi. *i* Eloquia veritatis reſpondere ex his,] ideſt, per hæc. *k* Illis qui miſerunt te] audire verba ſapientiæ. Et qui miſerunt eum? Chriſtus, & tota Eccleſia, quæ ab eo erudiri expectat. Omnes enim qui ſapientiam audiunt, & qui non audiunt miſſi ſunt audire ſapientiam, ad docendum totam Eccleſiam.

Et

Digitized by Google

Et qualiter unuſquiſque audierit, & docuerit, oportebit in die judicii reſpondere. Propter quod dicitur *Abac.* 2. Super cuſtodiam meam ſtabo, & figam gradum ſuper munitionem, & contemplabor, ut videam, quid dicatur mihi, & quid reſpondeam ad arguentem me. Et reſpondit Dominus mihi, & dixit: Scribe viſum, & explana eum ſuper tabulas, ut percurrat, qui

D legerit eum. Unde *Job* 31. Quid faciam, cum ſurrexerit ad judicandum Deus: & cum quæſierit quid reſpondebo illi? Et paulo poſt ſubdidit, d. Librum ſcribat ipſe qui judicat, ut in humero meo portem illum, & circumdem illum quaſi coronam mihi, per ſingulos gradus meos pronunciabo illum, & quaſi Principi offeram eum. *Pſal.* 111. Jucundus homo, qui miſeretur, & commodat, diſponet ſermones ſuos in judicio, ad reſpondendum Judici.

a Non facias violentiam pauperi, quia pauper eſt; *b* neque conteras egenum in *c* porta, *d* quia Dominus judicabit *e* cauſam ejus, & *f* configet *g* eos, qui confixerunt animam ejus. *h* Noli eſſe amicus, homini iracundo, k neque ambules cum *l* viro furioſo, ne *m* forte diſcas *n* ſemitas ejus, & *o* ſumas ſcandalum animæ tuæ. *p* Noli eſſe cum his, *q* qui defigunt manus ſuas, & *r* qui vades ſe *ſ* offerunt pro *t* debitis. Si *u* enim non habet unde *x* reſtituat, *y* quid cauſæ eſt, † *z* ut tollat *a* operimentum de *b* cubili tuo? Ne *c* transgrediaris terminos antiquos, *d* quos poſuerunt Patres tui.

a Non facias violentiam pauperi,] cuilibet, & maxime Chriſto, qui pro nobis factus eſt pauper intantum, ut non haberet, ubi caput ſuum reclinaret. *Matth.* 8. *b* Neque conteras egenum] quemlibet, vel Chriſtum. *c* In porta,] ideſt, in judicio injuſte judicando, vel ei juſtitiam denegando. *Deut.* 16. Judices & magiſtros conſtitues in omnibus portis tuis,

Pſalm. 9. ut judicent populum juſto judicio, nec in alteram partem declinent. Non accipies perſonam, nec munera; quia munera excæcant oculos Sapientum, & mutant verba juſtorum: juſte, quod juſtum eſt, exequaris. Rationes autem, quare non eſt conterendus egenus, ſubdit Salomon: *d* Quia Dominus judicabit] in futuro.

e Cauſam ejus,] ſcilicet, pauperis, & egeni, quia Domino derelictus eſt pauper; & orphano ipſe erit adjutor. *f* Et configet,] ideſt, æternaliter in anima, & corpore perdet. *g* Eos, qui confixerunt animam ejus,] ideſt, judices, qui eum cruci affixerunt. *Zach.* 12. Aſpicient ad eum, quem confixerunt, & plangent eum planctu, quaſi ſuper unigenitum, & dolebunt ſuper eum, ſicut doleri ſolet in morte primogeniti. Idem habes *Apoc.* 1. Vel,] configet eos, qui confixerunt animam ejus,] ideſt, filios ſuos, quos dilexit ut animam ſuam, imo plus, quam animam ſuam, quia pro ipſis illam dedit. *Joan.* 15. Et *Jerem.* 12. Reliqui domum meam, dedi dilectam animam meam. *h* Noli eſſe amicus,] ideſt, familiaris. *i* Homini iracundo,] ideſt, qui libenter iraſcitur; quia moleſtas, & oneroſas facit amicitias, ut dicit Tullius; Generaliter verum eſt hoc, quia omnis mala ſocietas fugienda eſt, quia a convictu formantur mores. Et corrumpunt bonos mores colloquia prava. 1. *Cor.* 15. Tamen ſicut dicit Beda: perfecti perverſos proximos ſuos non debent fugere, quia ſæpe illos ad bonum trahunt, nec ipſi ab eis pervertuntur. *Jer.* 16. Ipſi convertentur ad te, & tu non converteris ad eos. Infirmi vero ſocietatem malorum debent vitare, inquantum poſſunt, ne mala, quæ frequenter aſpiciunt, & corrigere non valent, incipiant imitari.

Myſtice. Myſtice. *h* Noli eſſe amicus homini iracundo,] ideſt, Judæo, qui veſana mente Chriſtum, & diſcipulos ſuos perſecutus eſt. *k* Neque ambules,] quaſi ſocios. *l* Cum viro furioſo] ideſt, cum quolibet aperte peccante, vel Judæo. *m* Ne forte diſcas,] ex convictu. *n* Semitas ejus, quibus currit ad infernum. *o* Et ſumas ſcandalum animæ tuæ,] ideſt, offendiculum peccati, quo corruas in infernum. *Eccli.* 13. Qui tetigerit picem, inquinabitur ab ea; & qui communicaverit ſuperbo, induet ſuperbiam. *Pſal.* 17. Cum Sancto ſanctus eris, &c. *Jer.* 15. Non ſedi in conſilio ludentium, & gloriatus ſum a facie manus tuæ, ideſt, auxilii, vel flagelli tui. *p* Noli eſſe cum his, qui defigunt manus ſuas] ſpondendo pro aliis. *r* Et qui vades,] ideſt, ſponſores, ſive fidejuſſores. *ſ* Se offerunt, non requiſiti. *t* Pro debitis] alienis, ad litteram. Non prohibet ſocietatem eorum, ſed monet, ne libenter fidejubeat pro alio. *u* Si enim non habet) ille debitor principalis. *x* Unde reſtituat,] creditori debitum.

y Quid cauſæ eſt,] certe. *z* Ut tollat,] ipſe creditor [operimentum de cubili tuo?] Vel. *y* Quid cauſæ eſt,] ideſt, quæ utilitas, vel quæ neceſſitas eſt *z* Ut tollat,] ideſt, tolli faciat debitor, pro quo fidejubes. *a* Operimentum de cubili tuo,] ideſt, pignus pro debito ſuo quodlibet ſecretiſſimum?

Myſtice, prohibet ambire cathedram, & ingerere ſe ad curam animarum ſuſcipiendam. Defigere enim manus, & vadem ſe offerre pro debitis, eſt pro alio ſpondere. Unde *ſup.* 6. Fili, ſi ſpopondiſti pro amico tuo, defixiſti apud extraneum manum tuam, reſponſurus in die judicii pro omnibus, quorum curam ſuſcepiſti. Unde præſentandus eſt quilibet ad curam animarum ſuſcipiendam a Patrono, tanquam medicus ad infirmos curandos. Qui ſi Sapiens eſſet, reſponderet illud *Iſa.* 3. Non ſum medicus, & in domo mea non eſt panis doctrinæ, neque veſtimentum virtutum, aut bonorum operum, nolite me conſtituere Principem populi. Et quomodo erit Princeps aliorum, qui neſcit eſſe Princeps ſui? 1. *Tim.* 3. Si quis domui ſuæ præeſſe neſcit, quomodo Eccleſiæ Dei diligentiam habebit? Item præſentandus eſt, quaſi Athleta, & Pugil Parochiæ, contra Dæmones, contra Hæreticos, contra Tyrannos. Unde Epiſcopus debet videre, ſi habeat arma, & clavam; & ſi audax, aut formidoloſus ſit. Et ſic debet clamare illud *Deut.* 20. Quis eſt homo formidoloſus, & corde pavido? vadat & revertatur in domum ſuam, ne pavere faciat corda fratrum ſuorum. Item præſentandus eſt, quaſi vir, vel ſponſus ad ſponſam. Unde & Epiſcopus videre debet, ſi habet virilia, quibus poſſit generare. Si non, ſtatim debet promulgare legem illam. *Deut.* 23. Non intrabit Eunuchus attritis, vel amputatis teſticulis, & abſciſſo veretro Eccleſiam Dei. Item præſentandus eſt quaſi bos ad excolendum agrum Domini. Unde Epiſcopus debet videre, ſi habeat cornua, ideſt, vitam, & ſcientiam; aut ſi ſit cornupeta. Quod ſi ſic, timeat legem illam *Exod.* 21. Si bos cornupeta fuerit ab heri, & nudiuſtertius, & conteſtati ſunt Dominum ejus, nec recluſit Dominus eum, occideritque virum, vel mulierem bos, ſcilicet, & bos obruetur lapidibus, & Dominum illius occident. Bos cornupeta eſt Prælatus ambitioſus. Unde *Amos* 6. Nunquid currere queunt in petris equi? aut arari poteſt in bubalis? quoniam convertiſtis in amaritudinem judicium, & fructum juſtitiæ in abſynthium, qui lætamini in nihilo, qui dicitis: Nunquid non in fortitudine noſtra aſſumpſimus nobis cornua, ideſt, plura beneficia? Item præſentandus eſt, ſicut aſinus ad portandum onera totius Parochiæ. Et de hoc aſino dicitur *Job* 24. Aſinum pupillorum abegerunt, & abſtuleſunt pro pignore bovem viduæ. De hac materia require *ſup* 11. Qui animas ſuſcipit, Sapiens eſt. Ideo propter hæc, & his ſimilia, quæ requiruntur in Prælatis, dicit Salomon cohibet. *p* Noli eſſe cum his,] ideſt, de numero eorum. *q* Qui defigunt manus ſuas,] ideſt, temere præſumunt fidejubere pro ſubditis; reddituri rationem pro omnibus *r* Et qui vades ſe offerunt pro debitis,] ideſt, animas ſuas obligant pro omnibus peccatis ſubditorum, quod curabont ea.

Myſtice. 1.2.q.2.c.in legib. & 7. q.1.c. ſi quis Epiſcop. & 13.q.1.c.24. q.2.c.transferunt & 25.q.1.c.1. & 93.diſt. c. diacones ſunt ver. etenim, & de ſepul. c.1.

Unde 3. *Reg.* 20. Cuſtodi virum iſtum, qui ſi lapſus fuerit, erit anima tua pro anima ejus.

u Si enim non habet,] ille pro quo ſpopondiſti.

x Unde reſtituat,] cenſum, quem debet Deo, ſcilicet fidem, & opera, & præterea, quod accrevit per peccata. *y* Quid cauſæ eſt,] ideſt, quæ cauſa te impellit ad hoc, ut te vadem pro illo offeras?

z Ut tollat,] ideſt, ut tolli faciat in die judicii.

a Operimentum,] virtutum.

b De cubili tuo,] ideſt, de conſcientia, qua indutus videbaris, quando ſpopondiſti pro illo.

c Ne transgrediaris, &c.] ideſt, terminos antiquorum, ſcilicet, terminos fidei, doctrinæ, ſermonum, exemptorum. *d* Quos poſuerunt, &c.] ideſt, Doctores, Patriarchæ, Prophetæ, Apoſtoli, Expoſitores. *Exod.* 19. Conteſtare populum, ne forte velit tranſcendere terminos ad videndum Dominum & pereat ex eis plurima multitudo. Hoc eſt contra Religioſos, & Prælatos, qui pro parvis domunculis prædeceſſorum ſuorum ædificant ſibi magna palatia. Unde B. Bernardus cum in quadam Abbatia ædificia magna constructa vidiſſet, dixit: Cito receſſimus a viis Patrum noſtrorum. Ideo autem bonum eſt non tranſgredi terminos antiquos, quia infra limites eſt ſecuritas, & in Marchiis eſt guerra.

a Vidiſti virum velocem, &c.] ideſt, ſtrenuum, & ſollicitum nihil de contingentibus omittentem. *b* Coram Regibus,] ideſt, Apoſtolis. *c* Stabit,] in die judicii quia eorum juſſa ſtrenue implevit. *d* Nec erit ante ignobiles,) ideſt, non erit in ſiniſtra cum ignobilibus & reprobis Doctoribus, quorum cavit errorem. *Eccli.*31. In omnibus operibus tuis eſto velox, & omnis infirmitas non occurret tibi. Hæc eſt velocitas ſtrenuitatis, quæ bona eſt. Eſt autem velo-
A citas temeritatis, quæ mala eſt. 2. *Reg.* 2. Aſabel curſor velociſſimus fuit, quaſi unus de capreis, quæ morantur in ſilvis.

Vidiſti virum *a* velocem in opere ſuo, *b* coram Regibus *c* ſtabit, *d* nec erit ante ignobiles.

CAP. XXIII.

e QUando ſederis, ut *f* comedas cum *g* Principe, *h* diligenter attende, quæ poſita ſunt ante faciem tuam, & *i* ſtatue cultrum in *k* gutture tuo, ſi *l* tamen habes † in poteſtate animam tuam. *m* Ne deſideres de cibis ejus, in quo eſt panis mendacii. *n* Noli laborare, ut *o* diteris, ſed *p* prudentiæ tuæ *q* pone modum. *r* Ne erigas oculos tuos ad *ſ* opes, quas *t* non potes habere, *u* quia † facient ſibi pennas quaſi aquilæ, & volabunt in cœlum.

EXPOSITIO

CAP. XXIII.

e QUando ſederis, ut, &c.] Litteta moralis eſt hic. Ad litteram enim in conviviis Principum, & Magnatum ſplendidior, & delicatior, & copioſior ſolet eſſe apparatus ciborum & potuum; unde facilius exceditur ibi modus, vel in loquendo, vel in comedendo, vel bibendo. Ideo monet Salomon, ibi menſuram diſcretionis habere in verbo, in cibo, & in potu: ut non prior ibi loquaris, nec prior incipias comedere; ſed primus deſinas cauta diſciplinæ, nec aliquid quæras, ſed illa, quæ appoſita fuerint, in pace & honeſte comedas. Et hæc omnia plenius habes *Eccli.*31. ubi dicitur: Supra menſam magnam ſediſti, non aperias ſuper illam faucem tuam prior, nec extendas manum tuam prior, & invidia contaminatus erubeſcas, nec comprimatis convivio vino.

Continentiam ergo, & temperantiam in menſa materiali docet eſſe ſervandam, tam Eccleſiaſticus, quam Salomon.

Myſtice. Myſtice autem docet cautelam & modum eſſe tenendum in menſa ſacræ Scripturæ & Euchariſtiæ. Dicit ergo. *e* Quando ſederis,] non jaceetis ut porcus, ſicut multi faciunt, nec ſteteris ſicut pueri, ſed quando ſederis honeſte, ut decet.

f Ut comedas,] ad reficiendum, non ad delectandum. *g* Cum Principe,] quocumque ſæculari vel Eccleſiaſtico. *h* Diligenter attende, &c.] non expectans meliora, circumſpicies ſervientes huc & illuc, ſed ea, quæ ante te ſunt poſita, cum diligentia & attentione ſume ſine exceſſu.

Et ſtatue cultrum,] ideſt, diſcretionem.

k In gutture tuo,] ne ſcilicet, loquendo, vel comedendo, vel bibendo excedas. Gutture comeditur cibus, & formatur locutio: ideo pro locutione ſimul & comeſtione ponitur.

Cultro ſecatur, & ſcinditur, ideo pro diſcretione ponitur, qua bona a malis, ſufficiens a ſuperfluo ſeparatur. *l* Si tamen habes, &c.] ideſt, ſi tui juris es, nec a Principe compellaris loqui, vel bibere, vel comedere.

Et tamen etiam in omnibus ſervandus eſt modus; nec ſtatim acquieſcendum eſt ei, cum præcipit loqui, vel bibere. Unde *Eccli* 13. Advocatus a potentiore diſcede; ex hoc enim magis te advocabit, ne improbus ſis, ne impingaris, & ne longe ſis ab eo, eas in oblivionem, ne retineas ex æquo loqui cum illo, nec eredas multis verbis illius: ex multa enim loquela tentabit te.

m Ne deſideres de cibis, &c.] ideſt, ne deſideres comedere cibos acquiſitos mendacio, ſive dolo, ſive injuſte quolibet modo.

Myſtice. Myſtice. *e* Quando ſederis cum Principe,] ideſt, cum Magiſtro vel Prædicatore. *f* Ut comedas,] ideſt, ut pane verbi Dei reficiaris, quia non in ſolo pane vivit homo, &c. *Deut.* 8 2.

h Diligenter attende, quæ poſita ſunt, &c.] ideſt, diligenter inveſtiga ſenſum ſcripturæ tibi appoſitæ, ut illum ſequaris, non tuum imponas *Joan.* 5. Scrutamini ſcripturas, in quibus putatis vos vitam habere. *i* Et ſtatue cultrum,] ideſt, diſcretionem. *k* In gutture tuo,] ideſt, in locutione tua, ne temere quid exponas, vel intelligas, vel loquatis. *Eccli.* 6. Nec temere quid loquaris, neque cor tuum ſit velox ad proferendum ſermonem coram Deo. *Interl.* Voti, vel nimis inquiſitæ Divinitatis. Hoc non ſervaverunt Judæi, *Exod.* 19. qui dixerant. Omnia, quæ præcepit nobis Dominus, faciemus; & poſtea adoraverunt vitulum. *Exod.*32. *l* Si tamen habes in poteſtate animam tuam,] ideſt, ſobriam, non depravatam vitio vel errore.

m Ne deſideres cum cibis, &c.] ideſt, ne deſideres audire magiſtrum qui dulcedine mendacii, vel falſitate palliata, vel vanitate Philoſophica, vel adulatione auditores decipit. Vel panis mendacii, poteſt dici præſens felicitas, vel ſcientia ſæcularis; quæ videntur reficere, & omnino exinaniunt. De hoc pane dictum eſt *ſupr.*9. *ibi.* Aquæ furtivæ dulciores ſunt, & panis abſconditus ſuavior. *Et.* 20. *ibi.* Suavis eſt homini panis mendacii, Et *Job* 20. *ibi.* Panis ejus in utero illius vertetur in fel aſpidum. Item de menſa Euchariſtiæ exponitur.

al. † poteſtatem in

Aliter de menſa Euchariſtiæ.

al. † facient.

e Quando ſederis,] ad menſam altaris ſpirituali ſeſſione, quæ eſt quies mentis. *f* Ut comedas cum Principe,] ideſt, cum Chriſto, id eſt, reficiaris in eo, & ipſe in te. *Apoc.* 3. Ego ſto ad oſtium, & pulſo: ſi quis audierit vocem meam, & aperuerit mihi januam, introibo ad illum, & cœnabo cum illo, & ipſe mecum.

h Diligenter attende quæ, &c.] ad manducandum, quia panis eſt vitæ, qui de cœlo deſcendit: & vinum uvæ meraciſſimum, calix inebrians, & præclarus, agnus anniculus, & immaculatus: tuum eſt quærere lactucas agreſtes, & ſic poteris facere phaſe. Sed cave, ne ſit in domo tua fermentatum.

Et hoc eſt, quod dicitur 1 *Cor.* 11. Probet ſeipſum homo, & ſic de pane illo edat, & de calice bibat, qui enim manducat, & bibit indigne, judicium ſibi manducat, & bibit, non dijudicans corpus Domini. Attendere ergo debes diligenter, ut ſicut Dei filius ſeipſum tibi in cibo appoſuit, quaſi agnum immaculatum, & tu te ei apponas mundum, ut digne ab eo comedi poſſis, & trajici in corpus Eccleſiæ.

Tu enim in hac menſa potius manducatis ab eo, quam manduces ipſum. Sicut de ipſo dixit *Auguſt. in lib. confeſſ.* Cibus ſum grandium, creſce, & manducabis me: nec tu me mutabis in te, ſicut cibum carnis tuæ, ſed tu mutaberis in me. Hoc eſt, quod dicitur hic ſecundum aliam tranſlationem.] Ad menſam divitis ſediſti cito, quoniam talia oportet te præparare.] Ergo ſi ipſe pro te mortuus eſt, & tu propter ipſum debes eſſe paratus mori. Sed multi ſe opponunt ei velut ſerpentes per detractionem, vel Leones per iracundiam, vel Urſos per gaſtrimargiam, vel porcos per luxuriam, vel Ruſones per malignitatem, ut recte poſſet dicere Dominus cum Petro *Actor.* 10 Abſit a me, Domine, quia omne commune & immundum non comedi.

i Et ſtatue cultrum,] pœnitudine, quo jugulerur vetus homo. *k* In gutture tuo,] confitendo peccata.

l Si tamen habes in poteſtate, &c.] ideſt, habes in anima tua poteſtatem vitandi peccata, & confitendi, ut ſit kypallage, aliter non eſt accedendum.

m Ne deſideres de cibis ejus, in quo eſt, &c.] id eſt, hæretica doctrina, vel carnalis voluptas.

n Noli laborare,] ultra modum.

o Ut diteris,] pecunia vel ſcientia; quia qui amat divitias, fructum non capiet ex eis. *Eccleſ.* 1. Et qui volunt divites fieri, incidunt in tentationem, & in laqueum Diaboli, 1. *Tim.* 6. Tamen appetere ſcire bonum eſt; ſed propter virtutes, non propter ſe; non propter ſcire, ſed propter vivere. *p* Sed prudentiæ tuæ,] ideſt, inquiſitioni. *q* Pone modum,] ut non tranſgrediaris inquirendo terminos antiquos, ut *ſup.* dicitur *cap. proximo*. Quia non plus ſapere, quam oportet ſapere, ſed ſapere ad ſobrietatem, *Rom.* 12. & *Eccli.*4 Altiora te ne quæſieris. *r* Ne erigas oculos tuos,] interiores. *ſ* Ad opes,] divinitatis perſcrutandas. *t* Quas non potes habere,] in hac vita, quia tantum civibus cœli patent. Et hoc eſt, quod ſequitur. *u* Quia facient ſibi pennas, quaſi aquilæ; & volabunt, &c.] Unde *Cant.*6. Averte oculos tuos a me, quia ipſi me avolare fecerunt. Quia quanto magis cogitatur Deus, tanto incomprehenſibilior reperitur. *Pſalm.* 65. Accedat homo ad cor altum, & exaltabitur Deus. *Rom.* 11. O altitudo divitiarum Sapientiæ, & Scientiæ Dei, quam incomprehenſibilia

ſunt

ſunt judicia ejus, & inveſtigabiles viæ ejus. Nihilominus verum eſt de gloria, & de divitiis mundi, quæ ſicut umbra fugiunt amatores ſuos, & diligunt contemptores, unde eas appetere nihil aliud eſt, quam ſequi ventum. *Eccli.* 34. Quaſi qui apprehendit umbram, & perſequitur ventum; ſic & qui attendit ad viſa mendacia. *Oſee* 12. Ephraim paſcit ventum, & ſequitur æſtum, tota die mendacium, & vaſtitatem multiplicat.

a Ne comedas *b* cum homine invido, & *c* ne deſideres cibos ejus, *d* quoniam in ſimilitudinem arioli, & *e* conjectoris æſtimat, *f* quod ignorat. *g* Comede, & *h* bibe, *i* dicet tibi, & *k* mens ejus non eſt tecum. *l* Cibos quos comederas, *m* evomes, *n* & perdes pulchros ſermones tuos. In *o* auribus inſipientium ne *p* loquaris, *q* quia deſpicient doctrinam eloquii tui. Ne *r* attingas parvulorum *ſ* terminos, & *t* agrum pupillorum ne *u* introeas. *x* Propinquus enim † illorum *y* fortis eſt, & *z* ipſe judicabit contra te *a* cauſam illorum.

a Ne comedas cum homine invido] quia invidus homo multum æſtimat, quicquid pro alio facit. Unde *Eccli.* 20. Datus inſipientis non erit utilis tibi, oculi enim illius ſeptemplices ſunt, exigua dabit, & multa improperabit, & apertio oris illius inflammatio eſt. Invidia enim eſt illa fera peſſima, de qua dicit Jacob, ideſt, Chriſtus. *Gen.* 37. Fera peſſima devoravit filium meum Joſeph. Peſſima recte dicitur, quia conjurata eſt in mortem omnium bonorum. Alia vitia impugnant ſolum bona ſibi contraria, hæc autem omnia bona impugnat, & in omnibus; & ideo cunctis vitiis pernicioſior eſt. Et ideo de invido dicit *Eccli.* 11. Eſt homo marcidus egens recuperatione, plus deficiens virtute & abundans paupertate & oculus Dei reſpexit illum in bono. De invido invenies. *Eccli.* 11. 12. 14.

Myſtice. Myſtice. *a* Ne comedas] panem ſcripturarum. *b* Cum homine invido,] ideſt, cum hæretico. *c* Et ne deſideres cibos ejus,] ideſt, doctrinam ejus multiplicem, vanam & fallacem. *d* Quoniam in ſimilitudinem arioli,] qui juxta aras in fibris animalium de futuris, ut volebat, divinabat. *e* Et conjectoris] ſomniorum [æſtimat,] ideſt, exponit.

f Quod ignorat] de ſcripturis, quaſi dicat, non eſt bonum loqui, vel diſputare de ſcripturis ſacris cum hæretico, quia invidet ſaluti hominum fidelium, & magis intendit decipere, quam inſtruere. Et ſicut ariolus, & & conjector ſomniorum divinant de futuris, quæ neſciunt, & ſæpe falluntur; ita hæretici, quæ non intelligunt in ſcripturis, interpretantur ut libet.

Multi etiam Doctores, & Diſcipuli Catholici hoc vitio laborant. De quibus dicitur *Jer.* 23. Viſionem cordis ſui loquuntur, non de ore Domini, dicunt his, qui blaſphemant me, locutus eſt Dominus, pax erit vobis. Et per totum capitulum de hoc invenies. Dico:

a Ne comedas cum invido,] ideſt, cum hæretico, quia, æſtimat, quod ignorat, dicens:

g Comede,] ideſt, age, quod doceo. *h* Et bibe,] ideſt, diſce, quod doceo. Hoc, inquam. *i* Dicet tibi] ſi cum eo comedas. *k* Et mens ejus non eſt tecum] in his, quæ docet, quia multa docet, quæ non credit, ſed ad ſui palliationem in principio dicit ea.

Vel: *i* Dicet tibi, comede] difficiliora. *k* Et mens ejus non eſt tecum] ſed contra te, quia non intendit te docere veritatem, ſed corrumpere per falſitatem. Et quare non debeat aliquis comedere panem doctrinæ cum hæretico, oſtendit Salomon, cum ſubjungit. *l* Cibos, quos comederas,] ideſt, falſa dogmata, quæ didiceras ab eo; vel peccata, quæ feceras cum eo. *m* Evomes] de neceſſitate, vel hic per confeſſionem, & pœnitentiam, vel in futuro per pœnam æternam. *n* Et perdes pulchros ſermones tuos;] quibus ei humiliter ſaviſti. Non eſt autem hoc a libero arbitrio, quod aliquis ad hujuſmodi vomitum adducatur, ſed a gratia Dei. Quod ſignificatum eſt *Joan.* 18. Ubi legitur, quod Jeſus primo ductus eſt in domum Annæ, qui interpretatur gratiæ, deinde ad domum Caiphæ, qui interpretatur vomitus.

Et de hoc vomitu dicitur *Eccli.* 31. Si coactus fueris in edendo multum, ſurge e medio, & vome, & refrigerabit te, & non adduces corpori tuo infirmitatem. *Jer.* 25. Bibite, & inebriamini, & vomite, & cadite.

Qui modo per pœnitentiam non vult vomere, in futuro vomet, velit, nolit. Unde *Job* 20. Divitias, quas devoravit, evomet, & de ventre ejus extrahet eas Dominus. *Iſa.* 28. Omnes menſæ repletæ ſunt vomitu, ſordiumque, ita ut non eſſet locus ultra. *o* In auribus inſipientium, &c.] ut prohibuit hæreticorum doctrinam audire, ita prohibet modo, ne immundis hominibus paſſim arcana ſacræ Scripturæ prædicentur: Juxta illud *Matth.* 7. Nolite dare ſanctum canibus, & nolite mittere margaritas ante porcos. Dicit ergo. *o* In auribus inſipientium,] ideſt, hominum incorrigibilium, & immundorum, quibus non ſapit correctio, nec ſacri eloquii inaviras. *p* Ne loquaris] verbum Dei.

q Quia deſpicient doctrinam eloquii tui] licet ſuavem faciat melodiam. Sunt enim hujuſmodi homines quaſi, ὄνοι λύρας, ideſt, aſini ad lyram: unde coram talibus non eſt tangenda cithara ſacræ Scripturæ, quia non audiunt, aut contemnunt. *Eccli.* 22. Cum dormiente loquitur, qui narrat ſtulto Sapientiam, & in fine narrationis dicet: Quis eſt hic? *Eccli.* 32. Ubi non eſt auditus, non effundas ſermonem. Quia ſermo Domini quaſi reliquiæ tractandus eſt, & ideo non eſt paſſim omnibus exponendus. B

r Ne attingas parvulorum terminos, & agrum pupillorum ne introeas,] ideſt, ne diripias per violentiam poſſeſſiones pauperum pupillorum. *x* Propinquus enim illorum,] ideſt, Chriſtus Dominus, cujus nomen eſt Emmanuel. *Iſ.* 7. Quod interpretatur nobiſcum Deus.

y Fortis eſt] imo fortiſſimus. *Job* 9. Si fortitudo quæritur, robuſtiſſimus eſt. *z* Et ipſe judicabit contra te cauſam illorum] in futuro, qui modo tacet. Unde *Eccli.* 35. Deprecationem læſi exaudiet Dominus, & non deſpiciet preces pupilli, nec viduam, ſi effundat loquelam gemitus. Nonne lachrymæ viduæ ad maxillam deſcendunt, & exclamatio ejus ſuper deducentem eas? A maxilla enim aſcendunt uſque in cœlum, & Dominus exauditor non delectabitur in illis.

Item *Eccli.* 21 Deprecatio pauperis ex ore uſque ad aures perveniet, & judicium feſtinato adveniet illi.

Myſtice. Per parvulos, & pupillos intelliguntur ſimplices in fide, quorum Dominus tutor eſt, & Angeli cuſtodes. Unde *Matth.* 18. Videte, ne contemnatis unum de puſillis iſtis, qui in me credunt: dico enim vobis, Quod Angeli eorum in cœlis ſemper vident faciem Patris mei, qui in cœlis eſt. Quorum terminos, & agros, qui attigerit, ideſt, eorum bonam converſationem inquietando verbo, vel exemplo læſerit, judicium Domini non evadet. Et hoc eſt. *r* Ne attingas parvulorum] ſpiritu, ideſt, humilium. *ſ* Terminos,] ideſt, fidei articulos, & puræ converſationis mores, qui ſunt duo termini omnis vitæ fidelium. *t* Et agrum pupillorum,] ideſt, vitam, & converſationem humilium. *u* Ne introeas,] inquietando verbo vel exemplo. *x* Propinquus enim illorum,] ideſt, Chriſtus, qui propinquus parvulorum, & pupillorum dicitur, non ſolum beneficiorum largitione, non ſolum naturæ humanæ conformitate, ſed quia quandiu fuit in hoc mundo pauperum magis, quam divitum conſors fieri dignatus eſt. Unde *Luc.* 15. Erant appropinquantes ei publicani, & peccatores, ut audirent illum, & mirabantur Phariſæi, & ſcribæ dicentes, quia hic peccatores recipit, & manducat cum illis. *y* Fortis eſt] ad judicandum parvulos ſuos, qui pro ipſo hic injurias æquanimiter patiuntur. *z* Et ipſe judicabit contra te] qui injuriaris pupillo, qui eſt in tutela ejus. *a* Cauſa illorum] reddens illis gloriam pro patientia ſua, & tibi pœnam pro injuria tua. *Zach.* 2. O Sion, fuge, quæ habitas apud filiam Babylonis, quia hæc dicit Dominus exercituum, poſt gloriam tuam miſit me Dominus ad gentes, quæ ſpoliaverunt vos: qui enim tetigerit vos, tanget pupillam oculi mei, quia ecce ego levo manum meam ſuper eos, & erunt prædæ his, qui ſervierant ſibi.

Moral. Moraliter. *u* Ne introeas agrum pupillorum,] ideſt, conſcientiam humilium, vel peccatorum, judicando eos, vel eis detrahendo. *x* Propinquus enim illorum] ideſt, Deus, qui prope eſt conſcientiis ſingulorum, qui ſolus intuetur cor, 1. *Reg.* 16. & intentiones hominum.

y Fortis eſt,] quia ejus iræ nemo poteſt reſiſtere. *Job* 9. *z* Et ipſe judicabit contra te cauſam illorum,] quia uſurpaſti tibi judicium judicans de occultis, quod ſolius Dei eſt. *Matth.* 7. Nolite judicare, & non judicabimini, in quo enim judicio judicaveritis, judicabimini, ſed non in quali. Contra hanc auctoritatem, & mandatum Salomonis, [ne attingas,] Faciunt multi religioſi, juxta

quos

quos nullus pauper agrum, vel vineam poteſt poſſidere, quia ipſi nolunt habere niſi agrum, qui continuatur agro eorum. Et de vineis ſimiliter faciunt. De quibus *Iſ.* 5. dicitur: Væ qui conjungitis domum ad domum, & agrum agro copulatis uſque ad terminum loci.

a Ingrediatur ad doctrinam cor tuum, & *b* aures tuæ ad verba † ſcientiæ. *c* Noli ſubtrahere a puero diſciplinam, ſi enim *d* percuſſeris eum virga, *e* non morietur. *f* Tu virga † *g* percuties eum, & animam ejus de inferno liberabis. *h* Fili mi, ſi Sapiens fuerit animus tuus, *i* gaudebit tecum cor † meum, & *k* exultabunt renes mei, *l* cum locuta fuerint † rectum labia tua. *m* Non æmuletur cor tuum peccatores, *n* ſed in timore Domini *o* eſto tota die, *p* quia habebis ſpem in *q* noviſſimo, & *r* præſtolatio tua *ſ* non auferetur. *t* Audi, fili mi & *u* eſto Sapiens, *x* & dirige in via *y* animum tuum. *z* Noli eſſe in conviviis potatorum, *a* nec in comeſſationibus, qui carnes ad veſcendum conferunt, quia *b* vacantes potibus & *c* dantes ſymbola *d* conſumentur, & *e* veſtietur pannis dormitatio.

Hic dicit quædam *Gloſs.* notabilis. Pars ſacrilegii eſt res pauperum non dare pauperibus. *a* Ingrediatur ad doctrinam, &c.] perſcrutando ſpiritualem intelligentiam, quæ ſub cortice litteræ abſconditur.

al. † prudentiæ. *Sup.* 13. *Eccli.* 10. 25. *diſt. c. cum beatus §. Talem &* 11. *q.* 4. *c. diſplicet.* *b* Et aures tuæ, &c.] ingrediantur humiliter audiendo, quaſi dicat: auſculta verba Sapientum, & retine corde. Quod eſt contra multos, qui tantum auribus philoſophantur, ut dicit Apulejus, & contra Judæos, qui ſolum litteram ſectantur exterius, de medulla ſenſus ſpiritualis non guſtantes, qui hodie habent multos ſocios. De quibus dicitur *Matth.* 12. Ecce mater tua, & fratres tui foris ſtant quærentes te, in figuris, in littera, in cortice exterius. Sed ipſe eſt intra, unde corde ingrediendum eſt ad ipſum, non auribus tantum. *Eccli.* 6. In omni animo tuo accede ad Sapientiam, & in omni virtute tua conſerva vias ejus.

al. † percutis. al. † tuum. al. † recta.

c Noli ſubtrahere a puero, &c.] verburum, & verberum, quia puer, qui voluntati ſuæ dimittitur, parentes ſuos confundit. *Eccli.* 30. Qui diligit filium ſuum, aſſiduat ei flagella.

d Si enim percuſſeris, &c.] virga diſciplinæ.

e Non morietur] imo vivet correctus.

f Tu virga] diſciplinæ: *g* Percuties eum, & animam ejus de inferno liberabis.] De hac materia invenies *ſup.* 2. & 3. & 13. & 14. & *inf.* 26. Item *Eccli.* 30. & 33. Item *Hebr.* 12.

Moraliter. Moraliter. Per puerum intelligitur caro, vel ſubditus, qui nomine ſervi, vel aſini deſignatur. *h* Fili mi, ſi Sapiens fuerit amicus tuus,] illuminatus lumine cognitionis, quoad intellectum; & indulcatus ſapore ſuavitatis, quoad effectum, quia iſta duo ſunt in Sapientia, ſcilicet, lumen cognitionis, & ſapor ſuavitatis. *i* Gaudebit tecum cor meum,] ideſt, ſpiritus. *k* Et exultabunt renes mei,] ideſt, caro ſubdita rationi. Exultatio carnis, motus quidam extrinſecus procedens de gaudio interiori, ſicut riſus vel tripudium; aliter enim non exultat caro. *Pſalm.* 83. Cor meum, & caro mea exultaverunt in Deum vivum. Unde *ſupra* 10. Filius Sapiens lætificat patrem. Studere ergo debet Sapientiæ filius, vel ſubditus propter patris gaudium, & propter gaudium Angelorum, qui gaudent ſuper uno peccatore pœnitentiam agente. *Luc.* 15. *l* Cum locuta fuerint rectum labia tua] in judicio confeſſionis, teipſum accuſando, & Deum juſtificando.

m Non æmuletur cor tuum peccatores] in divitiis & honoribus temporalibus. Non enim ſunt niſi illuſiones. Unde dicit *B. Bernard.* Poſtquam Domino Jeſu in purpura illuſum fuit, omnis purpura illuſio eſt, ſed maxime in Clericis. *Eccli.* 9. Non zeles gloriam, & opes peccatoris, non enim ſcis quæ futura ſit illius ſubverſio. *Pſal.* 36. Noli æmulari in malignantibus, &c.

n Sed in timore Domini] filiali.

o Eſto tota die,] ideſt, toto tempore vitæ tuæ.

p Quia] ſi hoc feceris, habebis ſpem futuræ beatitudinis.

q In noviſſimo] fine hujus vitæ conſequendæ.

r Et præſtolatio tua,] ideſt, expectatio, qua expectas coronam vitæ poſt hanc vitam.

ſ Non auferetur,] ideſt, non fruſtrabitur. Quis enim ſperavit in Domino & deceptus eſt? Nullus.

t Audi fili mi] aure cordis.

u Et eſto Sapiens, ideſt, & eris Sapiens audiendo. *Eccli.* 6. Si inclinaveris aurem tuam, excipies doctrinam, & ſi dilexeris audire, Sapiens eris.

Vel, *t* audi] Sapientiam, & doctrinam recipiendo.

u Et eſto ſapiens] in Sapientia permanendo corde, ore, & opere. Multi enim Sapientiam audiunt, & ſuſcipiunt in vaſe cordis, ſed non permanent in ea. *Eccli. cap.* 27. Homo ſanctus manet in Sapientia, ſicut Sol; nam ſtultus, ſicut Luna, mutatur. Simile *Iſ.* 1. Lavamini, mundi eſtote, ideſt, in munditia permanete. *x* Et dirige in via] veritatis. *y* Animum tuum,] per rectam intentionem per Chriſti imitationem. Quod enim debet re- C
ctum fieri, debet applicari regulæ rectæ. Regula recta, eſt Chriſti converſatio, Chriſti eruditio, & eſt eadem regula, quia idem fecit, quod docuit. Hujus regulæ quaſi cujuſdam lineæ rectæ initium eſt humilitas, qua ſeipſum exinanivit formam ſervi accipiens, venit in mundum. *Phil.* 2. Terminus ipſius eſt obedientia, qua Patri obediens uſque ad mortem exivit de mundo. Medium eſt charitas, qua vixit in mundo. Et ſic humilitas induxit, charitas deduxit, obedientia eduxit de mundo. *Sap.* 10. Juſtum deduxit Dominus per vias rectas, & oſtendit illi regnum Dei. Hæc eſt via recta; via civitatis habitaculi, via veritatis: Igitur [dirige animum tuum] in hac via, imitando Chriſti humilitatem, qui cum eſſet dives, & Dominus omnium, factus eſt propter te pauper, & ſervus omnium. Ad hoc te invitat ipſemet *Matth.* 11. Diſcite a me, quia mitis ſum, & humilis corde. Item [dirige animum tuum in via] imitando Chriſti charitatem, ut ſicut ipſe animam ſuam pro te poſuit, & tu pro ipſo, & fratribus tuis animam tuam ponere ſis paratus. 1. *Joan.* 5. In hoc cognovimus charitatem Dei, quoniam ille animam ſuam pro nobis poſuit, & nos debemus animas pro fratribus ponere. Ad hoc te invitat etiam ipſe *Joan.* 15. Hoc eſt præceptum meum, ut diligatis invicem, ſicut dilexi vos. Et quomodo? Ecce, Majorem hac dilectionem nemo habet, ut animam, &c. Item dirige animum tuum in via, imitando Chriſti obedientiam, ut ſicut ille obedivit Patri uſque ad mortem; & tu ſimiliter obedias Deo, & prælato tuo uſque ad mortem: Primus Adam receſſit a Deo, per inobedientiam; ſecundus Adam per obedientiam redit ad Deum; & tu imitando eum redi cum eo, & poſt eum. Ad hoc te invitat *Apoſt. Col.* 3. Filii, obedite parentibus per omnia. Habe igitur humilitatem, charitatem, & obedientiam, ideſt, initium, medium & ultimum viæ Chriſti, & ſic diriges animum tuum in via, non declinans neque ad dexteram, vel ad ſiniſtram. *z* Noli eſſe in conviviis potatorum, &c.] Ad litteram: Nihil enim adeo obcæcat intelligentiam hominis, ut comeſtio, & ebrietas. Unde *Hieron.* Venter pinguis nihil tenue poteſt cogitare. *Oſee* 4. Vinum & ebrietas auferunt cor.

Moraliter autem de detractoribus exponitur, qui carnes proximorum in hujuſmodi conviviis conferunt ad veſcendum, facientes ſuctitium diabolicum, in quo, qui detrahit, apponit linguam; & qui libenter audit, apponit aures; ſalſam dat, qui de hoc gaudet. Primo dehortatur Salomon audire detractionem. Secundo monet non detrahere, utrumque enim peccatum eſt. Dicit ergo. *Moral.*

z Noli eſſe, &c.] ideſt, in conſortio eorum, qui opprobriis alienæ vitæ ſe inebriant.

a Nec in comeſſationibus eorum, &c.] ideſt, carnalia vitia aliorum referunt audientibus.

b Qnia vacantes, &c.] ideſt, delectantes in detractionibus.

c Et dantes ſymbola,] ideſt, audientes detractiones & partes ſuas ibi ponentes.

d Conſumentur,] ideſt, abſumentur igne æterno, vel adinvicem detrahendo. *Gal.* 5. Si invicem mordetis, & comeditis, videte, ne ab invicem conlummamini. Item *Job* 31. Si non dixerunt viri tabernaculi mei, quis det de carnibus ejus, ut ſaturemur?

e Et veſtierur pannis, &c.] ideſt, dormiens in detractione, bonis gratuitis ſpoliatus, ſolis naturalibus, inops & deſpectus in morte invenietur. Vel ad litteram dormitans in pigritia veſtietur pannis, ideſt, vilibus indumentis quaſi pauper & inops. Unde & pauperes pannoſi dicuntur, & ideo Dominus in ſignum paupertatis natus, pannis eſt involutus. *Luc.* 2. De detractoribus habes *Eccli* 38. Et *Rom.* 1.

a Audi patrem

a Audi patrem tuum, *b* qui genuit te, & *c* ne contemnas, cum ſenuerit *d* mater tua. *e* Veritatem *f* eme, & *g* noli vendere *h* ſapientiam, & *i* doctrinam, & *k* intelligentiam. *l* Exultat gaudio pater juſti, & qui *m* ſapientem genuit, lætabitur in eo. *n* Gaudeat pater tuus, & *o* mater tua, & *p* exultet, quæ genuit te. *q* Præbe, fili mi, cor tuum mihi, & *r* oculi tui *ſ* vias meas cuſtodiant. *t* Fovea enim profunda eſt meretrix, & *u* puteus anguſtus *x* aliena. *y* Inſidiatur in via, *z* quaſi latro, & quos incautos † viderit, interficiet. *a* Cui væ, *b* cujus patri væ, *c* cui rixæ, cui *d* foveæ, cui *e* ſine cauſa vulnera, *f* cui † ſuf-

a Audi patrem tuum] naturalem, vel ſpiritualem. *b* Qui genuit te] carnaliter, vel ſpiritualiter. *c* Et ne contemnas, cum ſenuerit tribulatione. *d* Mater tua] carnalis, vel ſpiritualis, ideſt, Eccleſia, quæ jam nimis ſenuit. Eſt enim edentula, non habens dentes niſi putridos, vel confractos. *Thren.* 3. Confregit ad numerum dentes meos: Rugoſa eſt in ſimulatoribus & doloſis, cum tamen dicat Apoſtolus *Epheſ.* 5. Chriſtus dilexit Eccleſiam, & ſemetipſum tradidit pro ea, ut illam ſanctificaret, mundans eam lavacro aquæ in verbo vitæ, ut exhiberet ipſe ſibi glorioſam Eccleſiam, non habentem maculam, aut rugam. Sterilis eſt etiam, quia fere omnes viri ejus ſpadones ſunt, qui deflorare quidem poſſunt, ſed non generare, *Eccli.* 20. Concupiſcentia ſpadonis devirginavit juvenculam. Item *eodem* 30. Quid proderit libatio idolo? Nec enim manducabit, nec adorabitur; ſic qui effugatur a Domino, & portans mercedes iniquitatis, videns oculis, & ingemiſcens, ſicut ſpado complectens virginem, & ſuſpirans. De hoc dicitur *Gen.* 16. Ecce concluſit me Dominus, dixit Sara ad virum ſuum: Ingredere ad ancillam meam. *e* Veritatem] Domini, quæ eſt ipſe. *f* Eme] pretio corporis, vel boni operis, vel eleemoſynarum. Nec eſt timenda ſimonia, ſi pro hoc temporali datur ſpirituale, quia non omnis talis commutatio inducit ſimoniam, ſed quando ille vult vendere ſpirituale, qui non eſt niſi diſpenſator; hic autem non a quolibet emi præcipitur, ſed a vero Domino, qui & dare, & vendere poteſt. Si eſt ſimonia, non eſt a Simone Mago, ſed a Simone Magno Petro, qui propter Chriſtum reliquit omnia, & talis ſimonia bona eſt. Vel. *f* Eme veritatem,] ideſt, viri cognitionem pretio
Pſal. 4. ſtudii, & laboris. Vel. *f* Eme veritatem,] vitæ novæ, ſcilicet, juſtitiam, qua vivit novus homo, qui ſecundum Deum creatus eſt in juſtitia, & ſanctitate veritatis, *Epheſ.* 4. Eme, inquam, veritatem pretio veteris vitæ, ſicut fit in clauſtris, quando datur nova veſtis, recipitur vetus. Propter hoc dicitur ſæcularibus: Filii hominum uſquequo gravi corde, ut quid diligitis vanitatem, & quæritis mendacium, cum pretio ipſius poſſitis emere veritatem? *g* Et noli vendere ſapientiam] tuam, ſed gratis da indigenti, *Matth.* 10. Gratis accepiſtis, gratis date. Nullus enim debet ſibi appropriare ſcientiam, ſed communicare toti corpori Eccleſiæ; ſicut oculus non vendicat ſibi ſoli viſum, nec auris auditum, nec pes greſſum, ſed toti corpori. Nemo poteſt vendere ſapientiam, vel doctrinam, quia ſola adminiſtratio ejus ſibi credita eſt a Domino, ſicut refectorio panis, & cellario vinum. Hoc videtur eſſe contra advocatos, & contra magiſtros artium, & auctores legum, qui vendunt doctrinam ſuam; ſed dicunt, quod non vendunt doctrinam ſuam, ſed laborem. Contra *ſup.* 11. Benedictio ſuper caput vendentium. Reſpondeo: Bonum eſt ſpiritualiter emere, & vendere ſapientiam, & doctrinam; temporaliter vero ſive carnaliter malum. *Iſa.* 55. Omnes ſitientes venite, & qui non habetis argentum, properate, emite, & comedite. Venite, emite abſque argento, & abſque ulla commutatione vinum, & lac. Ibi dicit *Gloſſ.* Venite mente, emite fide. Dicit ergo. *g* Noli vendere] pretio temporali. *h* Sapientiam] tuam de divinis. *i* Et doctrinam de moribus. *k* Et intelligentiam] de Sacramentis & figurativis. Vel: Sapientiam de divinis, intelligentiam de cœleſtibus creaturis, & doctrinam de humanis. *l* Exultat gaudio pater juſti] non gaudio temporali, quod eſt phreneticorum, ut dicit Auguſtinus, ſed ſpirituali, quod eſt juſtorum. Unde *ſup.* 10 Filius ſapiens lætificat patrem. *m* Et qui ſapientem genuit, lætabitur in eo,] ad litteram. Hoc non convenit, niſi ſoli Deo Patri, qui ſolus ſapientem genuit filium de ſeipſo.

Myſtice. Myſtice. Doctor gignit filium ſapientem, cum eruditione ſua ſapientem facit. *Gal.* 4. Filioli mei, quos iterum parturio, donec formetur Chriſtus in vobis. *n* Gaudeat pater tuus] carnalis, vel ſpiritualis de bonis operibus tuis. *o* Et mater tua] carnalis, vel ſpiritualis, ſcilicet Eccleſia, ideſt, ita fac, ut de te gaudeat pater tuus, & mater tua *p* Et exultet quæ genuit te] carnaliter, vel ſpiritualiter. *Jerem.* 32. Lætabor ſuper eis cum eis benefecero. *q* Præbe, fili mi, cor tuum mihi] ad illuminandum, ut lampas illuminatur in Eccleſia a Sacriſta. *Eccli.* 39. Sapiens cor ſuum tradet ad vigilandum diluculo ad Dominum qui fecit illum. Item ad informandum, ut cæra ſigillo. *Iſa.* 64. Et nunc Domine, pater noſter es tu, nos vero lutum, & factor noſter tu, & opera manuum tuarum omnes nos. Sup. 22. Item dandum eſt cor ſapientiæ ad captivandum. *Eccli.* 6. Injice pedem tuum in compedes illius, & in torques illius collum tuum, ſubjice humerum tuum, & porta illam, & ne acidieris in vinculis ejus. Et ipſe poſtea reddit rationem. In noviſſimis enim invenies requiem in ea, & convertetur tibi in oblectationem; & erunt tibi compedes ejus in protectionem fortitudinis, & baſes virtutis & torques illius in ſtolam gloriæ. Item præbendum eſt cor ſapientiæ, ſicut ferrum malleatori, vel aurum auri fabro, ut inde fabricetur vas in honorem. Unde *inf.* 25. Aufer rubiginem de argento, & egredietur vas puriſſimum. Item præbendum eſt cor ſapientiæ, non vendendum, ut ex amore ejus diſcatur, non propter commodum temporale. Item præbendum eſt, non commodandum, ut de cetero nihil juris habeat ibi homo, ut nihil velit, nihil ſapiat, niſi quod vult, & ſapit Sapientia. Item præbendum eſt cor quaſi vas ad recipiendum oleum gratiæ ſalutaris, & vinum lætitiæ ſpiritualis. Præbe igitur, fili mi, cor tuum mihi, quæ ſum vera ſponſa ejus, non meretrici, ſcientiæ ſcilicet ſæculari, de qua dictum eſt *ſup.* 9. Cor, non ſolum aures. *r* Et oculi tui] interiores. *ſ* Vias meas cuſtodiant] ut per eas gradiaris ſemper, quia ducunt ad vitam. Viæ ejus ſunt innocentia, & pœnitentia, per quas ſolas itur ad patriam. *Pſalm.* 36. Cuſtodi innocentiam, & vide æquitatem, quoniam ſunt reliquiæ homini pacifico, *ſup.* 4. Oculi tui recta videant, & palpebræ tuæ præcedant greſſus tuos, dirige ſemitas pedibus tuis, & omnes viæ tuæ ſtabilientur. *t* Fovea enim profunda eſt meretrix] in quam multi cadunt.

al. † invenerit.

al. † ſuffuſio.

u Et puteus anguſtus] ad exeundum, ſed latus ad introeundum. *x* Aliena,] ideſt, adultera, alii viro nupta. de quo *Job* 36. Salvabit te de ore anguſto latiſſime. Late ſalvat de ore anguſto meretricis Dominus, quando divitias temporales aufert, quæ ſunt fomentum turpis amoris. Latius cum per infirmitatem flagellat corpus, ſicut Job. Latiſſime quando gratiam infundit, quæ omnem cogitationem ad Deum dirigit. Per primum tollitur occaſio, per ſecundum opus, per tertium voluntas. Item meretrix, & aliena poteſt dici omnis veritas alia a prima: omnis ſapientia, vel ſcientia alia a prima: omnis voluntas, omnis ſuavitas, alia a prima, in quibus quaſi in fovea profunda & vacua cor humanum totum demergitur. Hæc meretrix, hæc aliena. *y* Inſidiatur in via] morum, & fidei. *z* Quaſi latro, & quos incautos viderit] vel invenerit, interficiet ſpiritualiter. *Eccli.* 27. Leo venationi inſidiatur ſemper, ſic peccata operantibus iniquitatem. *a* Cui væ, cujus patri væ, &c.] Quærit hic Salomon diſputando, quibus ſceleribus maxima pœna ſervatur? Et reſpondet ratiocinando, quia his, qui per ebrietatem devolvuntur ad luxuriam. Dicit ergo:

a Cui væ] æternum & præſens, niſi ebrioſis? Ebrietas enim excitat ad alia vitia. *b* Cujus patri væ] niſi patri ebrioſi, qui exemplo ſuo alios corrumpit? Vel Diabolo, qui pater eſt omnium iniquorum. *Joan.* 8. Vos ex patre Diabolo eſtis. *c* Cui rixæ,] ideſt, diſcordiæ, & contentiones clamoſæ niſi ebrioſis? *Sup.* 20. Luxurioſa res vinum, & tumultuoſa ebrietas.

d Cui foveæ] vitiorum, niſi ebrioſis, qui excæcati in volutabrum omnium vitiorum cadere non trepidant ſicut equus exoculatus?

e Cui ſine cauſa vulnera] niſi ebrioſis, qui nimium ſine ferro, ſine gladio vulnerantur, & ita ſine cauſa? *f* Cui ſuffuſio oculorum] interiorum, & exteriorum, niſi ebrioſis? quia nimius potus vini tam oculos interiores, quam exteriores excæcat. Sex quæſtiones fecit Salomon; modo reſpondet omnibus quaſi quærendo, dicens.

a Nonne

a Nonne his, qui commorantur in vino,] potando ultra neceſſitatem. *b* Et ſtudent calicibus epotandis, ideſt, toto potandis? Nec prohibet Salomon bibere vinum, cum dicat Apoſt. 1. *Tim* 5. Noli adhuc aquam bibere, ſed modico utere vino propter ſtomachum tuum, & frequentes tuas infirmitates. Sed prohibet morari extra tempus, & neceſſitatem in vino, & decertare de calicibus evacuandis. Unde *Iſ.* 5. Væ qui potentes eſtis ad bibendum vinum, & viri fortes ad miſcendam ebrietatem.

al. † morantur.

Moral. Moraliter. Exponitur hoc de his, qui inebriantur vino præſentis voluptatis, vel felicitatis, quæ facit homines inſanire velut ebrios. De quibus *Iſ.*28. Væ coronæ ſuperbiæ, ebriis Ephraim. Tales enim velut ebrii de fovea unius peccati in foveam alterius peccati labuntur præcipites, & in gladios ſpirituales impingunt. Unde 1. *Tim.*6. Qui volunt divites fieri, incidunt in tentationem, & in laqueum Diaboli, & in deſideria multa inutilia, & nociva, quæ mergunt homines in interitum. His minatur Dominus væ æternum. *Luc.* 6. Væ vobis divitibus, qui habetis hic conſolationem veſtram, væ vobis, qui ſaturati eſtis, quia eſurietis. Iſtis ſunt rixæ ad litteram. Unde *Gen.* 13. legitur, quod inter paſtores Lot, & Abraham erat rixa, nec poterat eos terra capere, ut habitarent ſimul. Et redditur ibi cauſa; Erat quippe eorum ſubſtantia multa. Iſtis eſt ſuffuſio oculorum interiorum, quia eorum cogitationes, & deſideria in terrenis, & de terrenis ſunt: *Pſalm.* 16. Statuerunt enim oculos ſuos declinare in terram. *c* Ne intuearis, &c. in vitro,] vel nitro, habent aliqui libri, ſed idem eſt ſenſus, ideſt, ne delecteris in ſapore, in colore, in odore vini. Quem enim Sodoma non vicit, vicerunt vina. *Eccli.* 19. Vinum & mulieres apoſtatas faciunt etiam ſapientes, & arguunt ſenſatos. *d* Ingreditur blande, dum bibitur. *e* Sed in noviſſimo mordebit, ut coluber,] hic per pœnitentiam, vel in futuro per pœnam. *f* Et ſicut Regulus venena diffundet,] qui ſolo viſu interficit aves volantes, ſic etiam vinum ſolo intuitu inficit animas, quæ debent pennis virtutum ad cœlum volare, per nimiam concupiſcentiam. Unde & Rechabitæ non bibunt vinum in æternum. *Jerem.* 35. per totum. *g* Oculi tui videbunt extraneas] mulieres ad concupiſcendum. *h* Et cor tuum loquitur,] ideſt, os ex corde, quia tales homines habent cor in ore.

i Perverſa,] ideſt, turpia animos audientium pervertentia. Unde *Gloſſ.* Pene naturale vitium eſt, poſt vina mulierem in corde concupiſcere, concomitante etiam verborum turpitudine. Propter quod dicit Apoſt. *Epheſ.* 5. Nolite inebriari vino, in quo eſt luxuria. *Seneca.* Vile ſepulchrum rationis eſt ebrietas, quæ nihil aliud eſt, quam ſpontaneus furor *k* Et eris ſicut dormiens,] poſt nimium potum vini. *l* In medio mari,] ideſt, in vita præſenti, cujus fluctus, & ſollicitudines, & deſideria multos ſubmergunt. *m* Et quaſi ſopitus gubernator amiſſo clavo,] remigiis, id eſt, ſtudio ſollicitudinis. Navis eſt anima, gubernator ratio, clavus ſollicitudo. *n* Et dices, verberaverunt me,] Dæmones tentationibus, & illuſionibus, quæ ſunt verbera ſpiritualia.

o Sed non dolui,] ideſt, non ſenſi, vel ignoravi.

p Traxerunt me,] in vitia ſæculi, in funiculis vanitatis, & voluptatis, *q* Et ego non ſenſi,] quippe omnis peccator quaſi ebrius, vino voluptatis palatum cordis omnino emortuum habet, nec vulnera ſpiritualia, nec delectationem cordis ſentit. Et dicet: *r* Quando evigilabo, ad curas ſæculi. *ſ* Et rurſus vina,] voluptatum. *t* Reperiam,] ad litteram. Omnis peccator vulneratur ad mortem a Dæmonibus. Unde *Luc.* 10. Homo quidam deſcendebat ad Jeruſalem in Jericho, & incidit in latrones, qui etiam ſpoliaverunt eum, & plagis impoſitis abierunt ſemivivo relicto.

ſuſio oculorum. *a* Nonne his, qui † commorantur in vino, & *b* ſtudent calicibus epotandis? *c* Ne intuearis vinum, quando flaveſcit, cum ſplenduerit in vitro color ejus. *d* Ingreditur blande, ſed in *e* noviſſimo mordebit, ut coluber, *f* & ſicut Regulus venena diffundet. *g* Oculi tui videbunt extraneas, & *h* cor tuum loquetur *i* perverſa. Et *k* eris ſicut dormiens *l* in medio mari, & *m* quaſi ſopitus gubernator amiſſo clavo: *n* & dices, verberaverunt me, *o* ſed non dolui: *p* traxerunt me, & *q* ego non ſenſi. Quando † *r* evigilabo, *ſ* & rurſus vina *t* reperiam?

al. † vigilabo.

CAPUT XXIV.

NE *u* æmuleris viros malos, nec *x* deſideres eſſe cum eis, quia *y* rapinas meditatur mens eorum, & fraudes labia eorum loquuntur. *z* Sapientia *a* ædificabitur domus, & *b* prudentia *c* roborabitur. In *d* doctrina replebuntur *e* cellaria, *f* univerſa ſubſtantia pretioſa & pulcherrima. Vir *g* ſapiens fortis eſt, & vir *h* doctus *i* robuſtus, & validus:

EXPOSITIO CAP. XXIV.

NE æmuleris viros malos,] prædictos, ſcilicet, luxurioſos & ebrioſos, ſcilicet, in peccato eorum. Unde *ſup. prox. cap.* Non æmuletur cor tuum peccatores. Vel [Ne æmuleris viros malos,] ideſt non deſideres eis aſſimilari in proſperitate, quia proſperitas eorum non eſt, niſi mola aſinaria ſuſpenſa collis eorum, ut demergantur in profundum maris, ſicut legitur *Matt.* 18. Talibus enim alligat Diabolus truncum temporalium, ſicut ſimiis & urſis, ne effugiant. *x* Nec deſideres eſſe cum eis,] quia de facili corrumpitur homo de contubernio impiorum, & maxime guloſorum, & luxurioſorum. *Eccli.* 13. Qui tangit picem, inquinabitur ab ea. 1. *Cor.* 15. Corrumpunt mores bonos colloquia prava. Quare vero non ſit bonum eſſe cum talibus, ſubdit: *y* Quia rapinas meditatur, &c.] Cum enim propria bona male vivendo conſumpſerint, qualiter aliena rapere valeant, colloquuntur. *z* Sapientia ædificabitur domus, &c.] Ad litteram per ſapientiam artis ædificatur domus; ſed per prudentiam, quæ rerum metitur exitus, roboratur, ideſt, neceſſariis munitur. Sapiens igitur hic appellatur artifex prudens, & providus.

Myſtice. Myſtice ſic. *z* Sapientia,] ideſt, per Chriſtum, qui eſt Dei virtus, & Dei Sapientia. *Cor.*1. *a* Ædificabitur domus] ideſt, Eccleſia ex lapidibus vivis, ideſt, fidelibus viris. *b* Et prudentia,] Apoſtolorum. *c* Roborabitur,] ideſt, in fide & moribus confirmabitur.

De hoc *ſup.* 9. Sapientia ædificavit ſibi domum, excidit columnas ſeptem.

Moral. Moraliter. *z* Sapientia,] ideſt, dilectione Dei, & proximi, quæ eſt honorabilis Sapientia. *Eccli.* 1. *a* Ædificabitur domus,] conſcientiæ vel cœleſtis patriæ. De qua dicitur 2. *Cor.* 5. Scimus, quoniam ſi terreſtris domus noſtra hujus habitationis diſſolvatur, quod ædificationem ex Deo habemus, domum non manufactam, æternam in cœlis. *b* Et prudentia *c* roborabitur,] ideſt, diſcretione, quæ eſt auriga virtutum, & oculus charitatis. *d* In doctrina,] Sapientiæ.

e Replebuntur cellaria,] ideſt, corda juſtorum. *f* Univerſa ſubſtantia pretioſa, & pulcherrima,] ideſt, donis virtutum, & ſapientia ſpirituali. Unde *ſup.* 13. Doctrina bona dabit gratiam. Dona virtutum ſubſtantia dicuntur, quia ſubſiſtere faciunt animam in vero eſſe, reſpectu quarum omnia temporalia accidentia ſunt. Unde *Matth.* 16. Primum quærite regnum Dei, & juſtitiam ejus, & omnia adjicientur vobis. Pretioſa dicuntur ab effectu, quia faciunt animam pretioſam, ideſt, participem de illo redemptionis pretio, de quo dicitur 1. *Cor.* 6. Empti eſtis pretio magno. Et 1. *Pet.* 1. Non corruptibilibus auro, & argento redempti eſtis de vana veſtra converſatione paternæ traditionis, ſed pretioſo ſanguine quaſi agni incontaminati, immaculati Chriſti Jeſu. Vel ideo dicuntur pretioſa, quia ipſa ſunt pretium, quo emitur regnum cœlorum. Pulcherrima ab effectu ſimiliter, quia ornant animam, ſicut veſtimenta. De quibus *Apoc.* 16. Beatus, qui cuſtodit veſtimenta ſua, ne nudus ambulet. Et pulchram faciunt animam, ideſt, a peccatis mundam, Pulchriorem, ideſt, glorioſam. Pulcherrimam, ideſt, glorioſiſſimam. *g* Vir ſapiens fortis eſt,] mente, etſi non corpore, quia per ſapientiam omnia inimici certamina vincit. Sapientia enim lumine cognitionis illuminat intellectum ad videndum, & cavendum inſidias, & laqueos inimici. Unde *Sap.* 1. Fruſtra jacitur rete ante oculos pennatorum. Item ſuavitate bonitatis reficit affectum, & ſtimulat, & confirmat in bono. Unde *Eccl. ult.* Verba ſapientum quaſi ſtimuli, & ſicut clavi in altum defixi. *h* Et vir doctus,] a Domino. *i* Robuſtus & validus,] quaſi equus bene paſtus pane ſanæ doctrinæ. De quo dicit *Pſ.* 103. Et panis cor hominis confirmet. Triplicem autem fortitudinem videtur Salo-

mon

mon attribuere Sapientiæ. Dicitur enim vir ſapiens, fortis, robuſtus, validus. Fortis, quia Sapientia, ut intellectum illuminaverit, & affectum ſemel imbuerit, omnia terrena deſpicere facit, & fugere ea quaſi mortem: Juxta illud: Guſtato ſpiritu, decipit omnis caro. Robuſtus dicitur, quia potentem, & durum reddit ad portanda onera, tam propria, quam aliena. Sap. 11. Juxta illud *Gal.* 6. Alter alterius onera portate, & ſic adimplebitis legem Chriſti. Validus dicitur, quia valet contra omnia tentationum genera. Et hæc tria habemus *Cant.* 8. Fortis, ut mors, dilectio: ecce primum. Dura, ſicut infernus, æmulatio: ecce ſecundum. Aquæ multæ non potuerunt extinguere charitatem, nec flumina obruent illam: ecce tertium. Quod autem nomine dilectionis intelligatur Sapientia, & e converſo, dicitur *Eccli* 1. Dilectio Dei honorabilis Sapientia.

a quia cum diſpoſitione initur bellum, & *b* erit ſalus. ubi multa conſilia ſunt. *c* Excelſa ſtulto Sapientia, in *d* porta non aperiet os ſuum. *e* Qui cogitat mala facere, ſtultus *f* vocabitur. *g* Cogitatio ſtulti peccatum eſt, & *h* abominatio hominum detractor. *i* Si deſperaveris lapſus in die anguſtiæ, *k* imminuetur fortitudo tua. *l* Erue eos qui ducuntur ad mortem, & *m* qui trahuntur ad interitum *n* liberare ne ceſſes. *o* Si dixeris, vires non ſuppetunt, qui *p* inſpector eſt cordis ipſe intelligit, *q* & ſervatorem animæ tuæ nihil *r* fallit, *ſ* reddetque homini *t* juxta opera ſua.

a Quia cum diſpoſitione initur bellum] contra hoſtem triplicem, ideſt, cum præmeditatione & ordinatione. Nil enim adeo timet hoſtis, quam ordinationem pugnantium contra ſe. Quam ordinationem faciunt duo, ſcilicet, diſcretio & unitas charitatis, ſive concordia. Unde & de ſponſa dicitur *Cant.* 6. Quæ eſt iſta, quæ progreditur quaſi aurora conſurgens, pulchra ut Luna, electa ut Sol, terribilis ut caſtrorum acies ordinata? Recte acies dicitur etiam in unoquoque; quia in omni tentatione quælibet virtus proprium congreſſum habet contra vitium contrarium, quo inquietatur, & impugnatur. Unde *Pſ.* 37. Non eſt pax oſſibus meis a facie peccatorum meorum. Unde quia ex omni parte imminet bellum, dictum eſt *ſup.* 4. Omni cuſtodia ſerva cor tuum. Non igitur unica virtus, ſed totus cœtus virtutum advocandus eſt in auxilium, & conſilium. *b* Et erit ſalus, ubi multa conſilia ſunt] conſilium quidem fidei neceſſarium eſt, quia purificat cor. Conſilium ſpei cor purificatum a terrenis elevat. Conſilium charitatis elevatum conſolidat in Deo. Conſilium fidei dicit Chriſtum venturum juſtum Judicem, & ideo eſſe timendum. Conſilium ſpei docet ipſum eſſe miſericordem, & liberalem, & ideo non eſſe diffidendum. Conſilium charitatis eſt bona propria largiri, & mala aliena portare, quia charitas benigna eſt, patiens eſt. 1. *Cor.* 13. Prudentia docet omnia facienda eſſe cum diſcretione, in numero, pondere, & menſura, ut ne quid minus, ne quid nimis fiat. Hæc eſt Gubernator in regno animæ, ſine quo non eſt ſalus. Et hoc eſt, quod *ſup.* 11. dictum eſt: Ubi non eſt Gubernator, populus corruet, ſalus autem ubi multa conſilia. Unde omnium virtutum, quaſi conſulum juſtorum conſilia requirenda ſunt. Quidam autem ad reg endam vitam ſuam credunt ſufficere conſilium caſtitatis, quæ tantum brachas perfecti hominis docet facere. Et cum tantum habent brachas boni hominis, credunt ſe bene eſſe veſtitos, ſicut Adam & Eva, qui poſt peccatum fecerunt ſibi perizomata tantum de foliis ficuum: ſed Dominus, qui ſcit, quod non ſufficiunt ſolæ brachæ, dedit eis tunicas pelliceas. *Gen.* 2. Alii conſilio largitatis reguntur tantum, quia omnia dant; ſed qualiter vel unde habeant, non attendunt. Alii pugnant conſilio fortitudinis, & ideo ſæpe præcipites ruunt. Nullius igitur ſolius virtutis conſilium ſufficit, ſed omnium. Et hoc eſt, quod *ſup.* 20. dictum eſt: Cogitationes conſiliis roborantur, & gubernaculis tractanda ſunt bella. Non dicit conſilio, & gubernaculo, ſed conſiliis & gubernaculis. Item *ſup.* 15. Diſſipantur cogitationes, ubi non eſt conſilium; ubi vero plures ſunt Conſiliarii, confirmantur. Et hoc eſt, quod legitur *Job* 1. quia omnes filii ejus cum ſororibus in eadem domo ſemper convivia faciebant per dies ſingulos, non diviſi per domos proprias, ſed congregati in unum. Unde multitudinis credentium erat cor unum, & anima una, ut dicitur *Act.* 4. *c* Excelſa ſtulto Sapientia,] ideſt, alta, & remota, quia ipſa in altiſſimis habitat. *Eccli.* 24. Oculi vero ſtultorum in finibus terræ, *ſup.* 17. Et ideo ſtultus non poteſt ad eam attingere propter ſuam brevitatem. Nec aſcendere poteſt, quia onetatus eſt amore terreno, & ſollicitudine temporali. Et ipſa ad talem deſcendere dedignatur, quia in malevolam animam non introibit Sapientia, nec habitat in corpore ſubdito peccatis. *Sap.* 1. Et *Job* 28. Unde Sapientia venit, & quis locus intelligentiæ? Abſcondita eſt ab oculis omnium viventium, volucres quoque cœli latet. *d* In porta non aperiet os ſuum,] ſcilicet, ſtultus, ideſt, in judicio futuro, quia non habebit, quid reſpondeat Judici. Unde *Matth.* 22. Intravit Rex, ut videret diſcumbentes, & vidit ibi hominem non veſtitum veſte nuptiali, & ait illi: Amice, quomodo huc intraſti non habens veſtem nuptialem? At ille obmutuit. Judicium futurum dicitur porta, quia per ipſum introibunt Juſti in gloriam; & reprobi in gehennam. Vel, Non aperiet os ſuum ſtultus ad laudandum Deum, quia non eſt ſpecioſa laus in ore peccatoris. *Eccli.* 15. Vel ad comedendum, quia perpetuo eſuriet. Unde *Iſa.* 65. Ecce ſervi mei comedent; & vos eſurietis: ecce ſervi mei bibent; & vos ſitietis. Quem autem vocet ſtultum, oſtendit. *e* Qui cogitat mala facere] ſibi, vel aliis.

B Pſal. 81. 22. q. 1. c. non inferenda.

f Stultus vocabitur] in futuro, quando revelabuntur occulta cordium, licet modo ſapiens appelletur apud mundum, qui tantum videt in facie. *Eccli.* 11. In fine hominis denudatio operum illius. *g* Cogitatio ſtulti peccatum eſt,] ideſt de peccato. Vel cogitatio, id eſt, delectatio, vel conſenſus cogitationis.

h Et abominatio hominum] eſt detractor, quia aliena ſtercora ſemper in ore ſuo portat, & fœdat omnes, quibus loquitur. Unde *ſup.* 4. Remove a te os pravum, & detrahentia labia ſint procul a te. Nec ſolum abominatio hominum eſt detractor, & Deo odibilis. *Rom* 1. Suſurrones, detractores, Deo odibiles. Ipſi enim proprie advocati Diaboli ſunt, & quod Dei eſt, Diabolo attribuunt. *i* Si deſperaveris lapſus in die anguſtiæ,] ideſt, in tentatione, vel in perſecutione, vel in morte. *k* Imminuetur fortitudo tua] ſpiritualis, qua conſtanter, & æquanimiter omnia mala irruentia portantur. Nullum peccatum tantum imminuit fortitudinem mentis, ſicut deſperatio: Tollit enim ſpem, quæ eſt anchora, & fortitudo animæ. *Iſai.* 30. In ſilentio, & ſpe erit fortitudo veſtra. *l* Erue eos qui ducuntur ad mortem] corporalem. Ut Suſannam Daniel. *Dan.* 13. Ut Dominus adulteram. *Joan* 8. *Pſ.* 34. Domine, quis ſimilis tibi eripiens inopem de manu fortiorum ejus, egenum, & pauperem a diripientibus eum? *m* Et qui trahuntur ad interitum corporalem, vel ſpiritualem. *n* Liberare ne ceſſes.] *Eccli.* 4. Libera eum, qui injuriam patitur de manu ſuperbi. Ducuntur ad mortem, qui ſpontanei peccant, vel decepti: Trahuntur, qui exemplo malorum corrumpuntur. Hoc præceptum Prædicatoribus, Doctoribus, & maxime Prælatis datur, qui eos, qui ab hæreticis ſeducuntur, tenentur eruere rectam fidem prædicando. Et eos, qui trahuntur ad interitum a falſis fratribus malo exemplo, tenentur liberare, exemplum bonorum operum oſtendendo. Si quos etiam vident a Tyranno, vel a falſo Judice opprimi, debent eos eruere pro eis allegando. *Iſ.* 1. Quærite judicium, ſubvenite oppreſſo, judicate pupillo, defendite viduam, & venite & arguite me, dicit Dominus. Item ſi quos vident in certamine perſecutionis lapſos vel lapſuros, debent eruere hortando ad patientiam. Sicut *B. Sebaſtianus*, Marcum, & Marcellianum. Item ſi quos vident fame, vel frigore, vel nuditate perituros, debent eos liberare ſubveniendo, & neceſſaria tribuendo. 1. *Joan.* 3. Qui habuerit ſubſtantiam hujus mundi, & viderit fratrem ſuum neceſſitatem habere, & clauſerit viſcera ſua ab eo, quomodo charitas Dei manet in eo? *Sup.* 6. Fili, ſi ſpopondiſti pro amico tuo, defixiſti apud extraneum manum tuam; fac ergo quod dico, & temetipſum libera, quia incidiſti in manum proximi tui, diſcurre, feſtina, ſuſcita amicum tuum. *o* Si dixeris, vires non ſuppetunt,] ad eruendum, vel liberandum perituros a morte.

p Qui inſpector eſt cordis, ipſe intelligit] ſi vera ſit excuſatio.

q Et ſervatorem animæ tuæ] quem timere debes.

r Nil fallit,] quia omnia nuda, & aperta ſunt oculis ejus, *Heb.* 4.

ſ Reddetque homini] cuilibet, bono, & malo.

t Juxta opera ſua] ſi bona ſunt opera, præmium; ſi mala, ſupplicium

plicium

plicium. *Apoc.* 14. Opera enim illorum ſequuntur illos quaſi teſtificatura, aut pro eis, aut contra eos in die judicii, quaſi dicat Salomon: Noli diſſimulare, quia Deus, qui ſcrutatur corda, & renes, ſcit quid ſit in homine. Unde *Gal.* 6. Nolite errare, Deus non irridetur. *a* Comede, fili mi, mel,] ideſt, doctrinam Divinitatis audi, ut ea reficiaris. *b* Quia bonum eſt.] *Pſal.* 118. Bonum mihi lex oris tui ſuper millia auri, & argenti. *c* Et favum,] ideſt, doctrinam humanitatis. *Joan.* 1.
d Dulciſſimum gutturi tuo] quia nihil adeo dulce, & ſuave eſt animæ humanæ, quam quod verbum caro factum eſt, & habitavit in nobis. [Gutturi] dicit, non ventri, quia nunc modica eſt refectio, ſed in futuro erit plena refectio ventris. Unde *Pſ.* 16. Satiabot, cum apparuerit gloria tua. Mel & favum comparat Salomon doctrinæ Sapientiæ, quia ſicut illa cæteris cibis dulciora ſunt; ita doctrina Sapientiæ cæteris cibis ſuavior & præſtantior eſt. Vel Mel, quod in promptu eſt, moralem ſuperficiem litteræ notat: favus ubi mel & cæra ſimul ſunt, allegoriam ſignificat, ubi ablato velamine litteræ ſpiritualis ſuavitas labore aliquo, & mora percipitur, & ſentitur. In favo quidem eſt cœra luminis nutrimentum, & dulcedo mellis reficiens guſtum, ita in ſacra Doctrina eſt cognitio veritatis illuminans intellectum, & ſuavitas bonitatis reficiens, & confortans affectum. Unde ſubdit. *e* Sic & doctrina Sapientiæ,] ſcilicet dulciſſima eſt. *f* Animæ tuæ] licet amara ſit carni. Unde venter Ezechiel amaricatus eſt comeſto volumine. *Ezec.* 3. Et idem legitur *Apoc.* 10. *g* Quam cum inveneris,] meditando, audiendo, legendo, operando, interrogando, orando. *h* Habebis in noviſſimis ſpem] revertendi ad patriam, a qua modo exulamus, ad quam ingemiſcentes aſpiramus. Unde *Jer.* 31. Quieſcat vox tua a ploratu, & oculi tui a lachrymis; quia eſt merces operi tuo, ait Dominus, & revertentur filii tui de terra inimici, & eſt ſpes in noviſſimis tuis. *i* Et ſpes, &c.] quia non eſt de temporalibus, quæ tranſeunt, ſed de ſpiritualibus, quæ permanent in æternum. Unde *Sap.* 3. Et ſi coram hominibus tormenta paſſi ſunt, ſpes illorum immortalitate plena eſt. *k* Ne inſidieris, & quæras, &c.] ideſt, non quæras occaſionem, per quam deroges vitæ juſti hominis, quia etſi aliquando ceciderit, cito tamen ſurgit, nec iterat malum; impii vero ſic corruunt, ut non reſurgant. Unde ſubdit. *l* Septies enim cadet, &c.] quod ſecundum *Gloſ.* tam de veniali peccato, quam de mortali exponitur. De mortali ſic.

C *De pænit. diſt.* 1. *c. ſepties.*

a Comede, fili mi, mel, *b* quia bonum eſt, *c* & favum *d* dulciſſimum gutturi tuo: Sic *e* & doctrina Sapientiæ *f* animæ tuæ, quam *g* cum inveneris, *h* habebis in noviſſimis ſpem, *i* & ſpes tua non peribit. *k* Nec inſidieris, & quæras impietatem in domo Juſti: neque vaſtes requiem ejus: *l* Septies enim *m* cadet Juſtus, & *n* reſurget: impii *o* autem corruent in *p* malum. Cum *q* ceciderit inimicus tuus, ne gaudeas, *r* & in ruina ejus *ſ* ne exultet cor tuum, *t* ne forte videat Dominus, & *u* diſpliceat ei, & *x* auferat ab eo iram ſuam. *y* Ne contendas cum peſſimis, *z* nec æmuleris impios, quoniam *a* non habent futurorum *b* ſpem mali, & *c* lucerna impiorum *d* extinguetur. *e* Time Dominum, fili mi, & *f* Regem, & *g* cum detractoribus *h* non commiſcearis. *i* Quoniam repente conſurget perditio eorum:

l Septies,] ideſt, in tempore præſenti, quod ſeptem diebus agitur. *m* Cadet juſtus,] ideſt, prædeſtinatus. *n* Et reſurget] per pœnitentiam. Unde *Pſ.* 36. Cum ceciderit, non collidetur; quia Dominus ſupponit manum ſuam ad ſublevandum. De veniali ſic. *l* Septies,] ideſt, ſæpe.
m Cadet juſtus] in domo, non de domo levibus peccatis, ſine quibus vita præſens non agitur. Per ignorantiam enim, vel oblivionem, vel ſubreptionem, vel neceſſitatem, vel fragilitatem humanam, vel inviti, vel volentes ſingulis diebus peccamus. Nemo enim mundus a ſordibus, nec etiam infans, cujus unius diei eſt vita ſuper terram. Unde 1. *Jo.* 1. Si dixerimus, quoniam peccatum non habemus, ipſi nos ſeducimus, & veritas in nobis non eſt. *Eccli.* 7. Non eſt juſtus in terra, qui faciat bonum, & non peccet. Quidam ſic exponunt. *l* Septies cadit juſtus,] ideſt, univerſas occaſiones cadendi habet juſtus, quia ex una parte trahit mundus, modo per adulationes, modo per detractiones, modo per Tyrannos, modo per hæreticos, modo per falſos fratres: Ex altera parte pungit caro per varios appetitus, modo dicit, nuda ſum, & frigus eſt; eſurio, ſitio, infirma ſum nimis, vigilavi hac nocte, nimis laboravi hac die. Ex altera parte inſtigat Diabolus, & ſuggerit rationes, quod acquieſcendum eſt carni; & ſi non vult acquieſcere, tunc excitat ineptam lætitiam, aut certe vanam gloriam, quandoque jactantiam, quandoque indignationem. Sed quamvis tot occaſiones cadendi habeat Juſtus, & cadat aliquando; non eſt inſultandum ei, quia reſurget ad animum redeundo, laqueos vitando, ſtrenue operando. *o* Impii autem corruent,] ideſt, ſimul corde, & opere ruent. *p* In malum,] culpæ, & poſtea in malum pœnæ æternæ. Nam iſte caſus ſequitur illum. *q* Cum ceciderit, &c.] ideſt, ſi aliquid adverſi incurrerit, vel peccaverit, non inſultes ei, ne forte miſerante Domino redeat ad priſtinum ſtatum, & fiat amicus tibi, & erubeſcas, quia eum aliquando deſpexiſti. *r* Et in ruina ejus,] temporali, vel ſpirituali *ſ* Ne exultet cor tuum,] ſicut Dæmones. *t* Ne forte videat Dominus,] inſultationem tuam de caſu inimici. *u* Et diſpliceat ei,] caſus inimici, vel inſultatio tua, ideſt, oſtendat ſibi diſplicere. *Sap.* 17. *Job* 31.
x Et auferat ab eo iram ſuam,] relevando a caſu, & te permittendo cadere in peccatum propter inſultationem tuam. *Eccli.* 7. Non irrideas hominem in amaritudine animæ; eſt enim, qui humiliat, & exaltat circumſpector Deus. *Eccli.* 27. Laqueo peribunt, qui oblectantur caſu Juſtorum; dolor autem conſumet eos antequam moriantur. *Mich.* 7. Ne læteris, inimica mea ſuper me, quia cecidi; conſurgam, cum ſedero in tenebris: Dominus lux mea eſt. *y* Ne contendas cum peſſimis,] i. cum incorrigibilibus verbo correctionis, quia inutilis eſt talium correctio. *z* Nec æmuleris impios,] opere. *a* Quoniam non habent futurorum,] bonorum. *b* Spem mali,] homines. *Sap.* 3. Vacua eſt ſpes illorum, & labores ſine fructu. *c* Et lucerna impiorum extinguetur.] Ibi quære expoſitionem. *Sap.* 19. *Job* 31.

Moraliter. Vel ſic. *y* Ne contendas cum peſſimis,] qui non verentur Deum, nec peccare timent, in judicio cum litibus tua repetendo: potius injuriam patiaris. Unde 1. *Cor* 6. Jam quidem omnino delictum eſt in vobis, quod judicia habetis inter vos, quare non magis injuriam accipitis? quare non magis fraudem patimini? *z* Nec æmuleris impios,] qui in judicio decertare, & fratres defraudare non timent. *Moraliter.*
a Quoniam non habent futurorum ſpem mali,] qui ſic faciunt. *c* Et lucerna impiorum,] ideſt, ſcientia, qua ſic litigant in judicio. *d* Extinguetur,] in futuro fœtens in naribus eorum. Vel:

Moraliter. *y* Ne contendas cum peſſimis,] qui defendunt peccata ſua, cum corriguntur, quia hujuſmodi homines correctores ſuos hoſtes reputant. De quibus dicitur *inf.* 29. Viro, qui corripientem dura cervice contemnit repentinus interitus ſuperveniet ei. *Amos* 5. Odio habuerunt corripientem in porta, & loquentem perfecte abominati ſunt: tales homines proprie ſunt veſtigium peccatoris, ideſt, Diaboli, ſicut dicitur *Eccli.* 21. *e* Time Dominum, fili mi,] cujus ſervus emptitius es. Juxta illud 1. *Cor.* 6. Empti eſtis pretio magno. Unde ei debes cenſi caput, ideſt, denarium, ideſt, obſervantiam Decalogi. *f* Et Regem,] id eſt, Principem ſæcularem, ad litteram, qui a Deo conſtitutus eſt Rex ad malorum vindictam & bonorum cuſtodiam. Unde *Rom.* 13. Principes non ſunt timor boni operis, ſed mali. Vis autem non timere poteſtatem? Bonum fac, & habebis laudem ex ea; Dei enim miniſter tibi in bonum eſt. Si autem malum feceris, time; non enim ſine cauſa gladium portat: Dei enim miniſter eſt, vindex in iram illi, qui malum facit: Timor enim debetur tam Deo, quam Cæſari; ſed Cæſari propter Deum. Unde *Matt.* 22. Reddite ergo, quæ ſunt Cæſaris, Cæſari; & quæ ſunt Dei, Deo. Vel. *Moral.*

Myſtice. *e* Time Dominum, fili mi,] ideſt, Deum Patrem. *f* Et Regem,] ideſt, filium, qui cum ſit ejuſdem ſubſtantiæ, & ejuſdem potentiæ cum eo, eodem divinitatis honore colendus eſt. Alioquin qui non honorificat filium, non honorificat Patrem, qui miſit illum. *Jo.* 5. *g* Et cum detractoribus,] qui detrahunt Regi, quem timere & revereri deberent. *h* Non commiſcearis,] propter fœtorem, & abominationem. *Pſ.* 5. Sepulchrum enim patens eſt guttur eorum. Et non minus ſuperius, quam inferius fœtorem emittunt. *i* Quoniam repente conſurget perditio eorum,] qua perdentur æternaliter, quia tranſgreſſi ſunt legem. *Exod.* 22. Diis non detrahes, & Principi populi tui non maledices. *Eccli.* 10. In cogitatione tua Regi non detrahes, & in ſecreto cubiculi tui non maledixeris diviti. Vel ideo. *Myſtice.*
g Cum detractoribus non commiſcearis,] quia ſunt

fures

& *a* ruinam utriuſque *b* quis novit? Hæc *c* quoque *d* ſapientibus. *e* Cognoſcere perſonam in judicio non eſt bonum. *f* Qui dicunt impio, juſtus es, *g* maledicent eis populi, & deteſtabuntur eos tribus. *h* Qui arguunt, *i* laudabuntur, & *k* ſuper ipſos veniet benedictio. *l* Labia deoſculabitur, *m* qui recta verba reſpondet. *n* Præpara foris opus tuum, *o* & diligenter exerce agrum tuum, ut *p* poſtea *q* ædifices domum tuam. *r* Ne ſis teſtis fruſtra *ſ* contra proximum tuum, *t* nec lactes quemquam labiis tuis. *u* Ne dicas, *x* quomodo fecit mihi, ſic faciam ei, & reddam unicuique ſecundum opus ſuum. *y* Per agrum hominis pigri tranſivi,

fures bonæ famæ aliorum, qui dicit *Ambroſ.* Et ſocii furum ſures reputantur, & vix poteſt eſſe aliquis cum talibus ſalva charitate. Vel ideo, [non communicearis] cum illis, quia ſerpentes ſunt venenoſi. Unde *Eccli.* 10. Si mordeat ſerpens in ſilentio, nihil eo minus habet, qui occulte detrahit. Vel ideo, [non communicearis cum eis,] quia fundibularii Diaboli ſunt, & vicinos ſuos lapidibus convitiorum, & opprobriorum ſæpe percutiunt; ipſi vero ſubito ruunt in infernum, & qui favent eis. Unde ſequitur.
a Et ruinam utriuſque,] ideſt, detractoris, & faventis ei. *b* Quis novit?] quaſi dicat, pauci, quia tam ſubita eſt. Unde ſubdit.
c Hæc quoque ſapientibus,] ſupple, incognita ſunt. Vel ſic. Hæc quoque] quæ dicta ſunt de detractoribus.
d Sapientibus] dicuntur, qui detractores abominantur, & abominandos prædicant. Unde *Aug.* in menſa ſua dicitur habuiſſe hos verſus inſcriptos:

Quiſquis amat dictis abſentum rodere vitam,
Hanc menſam indignam noverit eſſe ſibi.

Alia translatio habet. [Hæc quoque ſapientiam vobis agnoſcentibus,] quæ ſcilicet ſequuntur, ſervanda ſunt. Et ſecundum hanc expoſitionem incipit parabola: [Hæc quoque, &c.] ſecundum priores expoſitiones de priori parabola ſunt.
e Cognoſcere perſonam in judicio non eſt bonum] ut amore ejus, vel odio declinetur a via veritatis. *Lev.* 19. Non conſideres perſonam pauperis, nec honores vultum potentis, juſte proximo tuo judica. *Deut.* 16. Non accipies perſonam, nec munera, quia munera excæcant oculos ſapientum, & mutant verba juſtorum. *Sup.* 18. Accipere perſonam impii in judicio non eſt bonum; ibi require de hac materia. Et *inf.* 28. plenius dicetur de hoc. *Gloſ.* dicit hic: Supra Regem timere docuit, nunc perſonam in judicio cognoſcere vetat. Unde colligitur, quia ita Principibus ſervire oportet, ut eorum reverentia, vel timore nunquam a via veritatis recedatur.
f Qui dicunt impio, juſtus es,] ideſt, qui juſtificant impium in judicio.
g Maledicent eis populi, & deteſtabuntur eos Tribus] Sanctorum in præſenti, & in futuro deteſtabiles judicabunt cum Domino. *Iſ.* 5. Væ qui potentes eſtis ad bibendum vinum, & viri fortes ad miſcendam ebrietatem, qui juſtificatis impium pro muneribus, & juſtitiam juſti auſertis ab eo. *Sup.* 17. Qui juſtificat impium, & qui condemnat juſtum, uterque abominabilis eſt apud Deum. *h* Qui arguunt] delinquentes. *i* Laudabuntur a Deo, & ab hominibus.
k Et ſuper ipſos, veniet benedictio] Dei. *Jer.* 15. Si ſeparaveris pretioſum a vili, quaſi os meum eris. *Jacob* 5. Qui converti fecerit peccatorem ab errore viæ ſuæ, ſalvabit animam ejus a morte, & operiet multitudinem peccatorum. Ideo dicit Apoſtolus, 2. *Tim.* 4. Argue, obſecra, increpa cum omni patientia, & doctrina. Item de adulatoribus exponitur.
f Qui dicunt impio, juſtus es.] Unde *inf.* 27. Qui benedicit proximo ſuo voce grandi, ideſt, alta, quæ poſſit audiri a laudato, de nocte conſurgens maledicenti ſimilis eſt. *Gloſ.* ideſt, qui favore ſuperfluæ laudis eum tollit, vel malis favendo, vel bona plus æquo laudando, hic maledicenti aſſimilatur, quia vel in malo opere laudando confidentiam tribuit, vel in bono opere ſimplicitatem puri cordis minuit, ut quod ſuperni amoris cauſa inceperat, humano favore finiat. *g* Maledicent eis populi & deteſtabuntur eos Tribus, quando cognoſcent ſe deceptos fuiſſe per laudem eorum. Unde *Iſ.* 3. Popule meus, qui beatum te dicunt, ipſi te decipiunt. Sed pauci ſunt, qui bene ſciant vitare hanc deceptionem, quia etſi multi ſunt, qui non quærant laudem hominum, pauci ſunt, qui prorſus reſpuant, cum offertur. Unde *inf.* 27. Quomodo probatur in conflatorio argentum, & in fornace aurum, ſic probatur homo ore laudantium. *h* Qui arguunt] malos, ut debent. *i* Laudabuntur] a Deo, & ab ipſis, quos arguunt. Unde *ſup.* 9. Argue ſapientem, & diliget te. *k* Et ſuper ipſos veniet benedictio] Dei & hominum etiam eorum, quos arguunt modo. Unde *infr.* 28. Qui corripit hominem, gratiam poſtea inveniet apud eum magis, quam ille, qui per blandimenta linguæ decipit. *l* Labia deoſculabitur,] ideſt, pacem cum omnibus conſequetur. *m* Qui recta verba reſpondet] omnibus. Unde *Gloſ.* Oſculum pacis, & amoris ſignum eſt. Igitur qui recta reſpondet, labia deoſculabitur, quia quicumque neglecta perſonarum acceptione ſola juſtitiæ verba ſequitur, inſipientibus forte gravis, & auſterus videtur, multos tamen cum quibus pacem habeat, & multos prudentes, qui ſua verba cum amore complectentur, inveniet; & eoſdem qui ſæpe adverſabantur, in melius converſos amicos recipiet, & ſocios. *n* Præpara foris opus tuum,] declinando a malo. D
o Et diligenter exerce agrum tuum,] ideſt, corpus ſarculo diſciplinæ. *p* Ut poſtea] evulſis ſentibus vitiorum. *q* Ædifices domum tuam,] ideſt, conſcientiam ex virtutibus, & bonis operibus, quaſi ex lapidibus quadris, & politis. Et hoc eſt quod dicitur *Jer.* 4. Novate vobis novale, & nolite ſerere ſuper ſpinas. Vel, [ædifices domum tuam,] id eſt, æternam manſionem tibi præpares. De qua dicitur 2. *Cor.* 5. Scimus, quoniam ſi terreſtris domus noſtra hujus habitationis diſſolvatur, quod ædificationem ex Deo habemus domum non manufactam, ſed æternam in cœlis. *r* Ne ſis teſtis fruſtra;] ideſt, ſine notitia veritatis.
ſ Contra proximum tuum,] ideſt, quemcumque hominem, qui nomine proximi intelligitur omnis homo, ut dicit *Aug. ſup. Luc.* 10.
t Nec lactes quemquam labiis tuis,] ideſt, neminem foveas in peccatis adulando; nam qui hoc facit iniquus eſt. *Sup.* 16. Vir iniquus lactat amicum ſuum, & ducit per viam non bonam. Et ideo dictum eſt *ſup.* 2. Fili mi, ſi te lactaverint peccatores, ne acquieſcas eis. Qui hoc lacte nutriuntur, quaſi Mammotrephi non ſunt idonei doctrinæ veritatis. Unde *Iſa.* 28. Quem docebit ſcientiam? & quem intelligere faciet auditum? Ablactatos a lacte, avulſos ab uberibus. Unde nec Iſaac ad menſam Abrahæ acceſſit, donec fuerit ablactatus, ſicut legitur *Gen.* 21. Crevit puer, & ablactatus eſt, fecitque Abraham grande convivium in die ablactationis ejus.
u Ne dicas] in corde tuo deliberando. *x* Quomodo fecit mihi, ſic faciam ei, & reddam unicuique ſecundum opus ſuum,] quaſi dicat, noli reddere malum pro malo. *Rom.* 12. Nulli malum pro malo reddentes. Scriptum eſt enim: Mihi vindictam, & ego retribuam, dicit Dominus. *Ezech.* 9. ſecundum aliam tranſlationem.
y Per agrum hominis pigri tranſivi, & per vineam viri ſtulti, &c.] Ager, hortus, vinea, domus, ſpiritualiter idem ſunt, ſcilicet mens, vel conſcientia uniuſcujuſque hominis. Ibi enim quaſi in agro ſeminato virtutibus a Deo creſcit ſeges bonorum operum. Ibi quaſi in horto Domini oriuntur flores ſanctorum deſideriorum. Ibi quaſi in vinea Domini naſcitur vinum compunctionis, ac lætitiæ ſpiritualis inebrians, & præclarum. Ibi quaſi in domo quieſcit Dominus. Quod autem ager ſit mens hominis, legitur *Gen.* 27. Ecce odor filii mei, ſicut odor agri pleni, cui benedixit Dominus. Quia ſit hortus legitur *Cant.* 4. Hortus concluſus, ſoror mea ſponſa, hortus concluſus, fons ſignatus. Quia ſit vinea, legitur *Iſ.* 5. Vinea Domini exercituum domus Iſrael eſt, & viri Juda germen ejus delectabile. Quia autem ſit domus, dicitur *Jer.* 11. Quid eſt quod dilectus meus in domo mea facit ſcelera multa? quæ *Ezech. cap.* 8. numerantur. Per urticas deſignantur prurientia deſideria terrenorum, & incentiva libidinis. Unde *ſup.* 21. Deſideria occidunt pigrum. Per ſpinas intelliguntur punctiones ſpiritualium vitiorum. Nomine pigri, & ſtulti hominis, omnis negligens deſignatur, piger ad operandum, ſtultus ad diſcernendum. Igitur per agrum, & vineam pigri, & ſtulti hominis tranſire, eſt vitam cujuſlibet negligentis inſpicere; quod ſe feciſſe, teſtatur Salomon, dicens. *y* Per agrum hominis pigri tranſivi, & per vineam viri ſtulti,] ideſt, vitam cujuſlibet negligentis diligenter inſpexi.

a Et

a Et ecce totum repleverant urticæ,] ideſt, incentiva libidinis, & terrena deſideria. Has urticas B. Benedictus urticis evulſit, recolens in Eremo formam mulieris, quam Romæ viderat.
b Operuerant ſuperficiem ejus ſpinæ, ideſt, punctiones ſpiritualium vitiorum.

& per vinam viri ſtulti. Et *a* ecce totum repleverant urticæ, *b* operuerant ſuperficiem ejus ſpinæ, & *c* maceria lapidum deſtructa erat. Quod *d* cum vidiſſem, *e* poſui in corde meo, & *f* exemplo didici diſciplinam. *g* Uſquequo, piger † dormis? *h* uſquequo de ſomno *i* conſorges? *k* parum inquam, dormies, *l* modicum dormitabis: *m* pauxillum manus conſeres, ut quieſcas, & *n* veniet tibi quaſi curſor *o* egeſtas *p* tua, & *q* mendicitas, *r* quaſi vir armatus.

C A P. XXV.

HÆ *ſ* quoque *t* parabolæ Salomonis, *u* quas tranſtulerunt viri *x* Ezechiæ Regis Juda. *y* Gloria Dei *z* eſt celare verbum, & *a* gloria Regum *b* inveſti-

Tales fructus creſcunt in agro hominis otioſi, *Gen.* 3. Maledicta terra in opere tuo, ſpinas, & tribulos germinabit tibi. *Iſ.* 34. Orientur in domibus ejus ſpinæ, & urticæ, & paliurus in munitionibus ejus. Paliurus eſt acutiſſimus carduus.
Sap. 16. al. † dormies. *c* Et maceria lapidum,] ideſt, munitio virtutum, & bonorum operum [deſtructa erat.] Unde *Pſ.* 79. Ut quid deſtruxiſti maceriam ejus, & vindemiant eam omnes qui prætergrediuntur viam? *Iſa.* 5. Et tunc oſtendam vobis, quid faciam vineæ meæ, auferam ſepem ejus, & erit in direptionem; diruam maceriam ejus, & erit in conculcationem, & ponam eam deſertam; non potabitur, & non fodietur; & aſcendent ſuper eam vepres, & ſpinæ, & nubibus mandabo, ne pluant ſuper eam imbrem.
d Quod cum vidiſſem] mentis conſideratione.
e Poſui in corde meo,] ideſt, memoriter retinui, vel diligenter notavi.
f Et exemplo didici diſciplinam] qua quaſi ſarculo ager, & vinea mentis excolitur. Et ſtatim excitavi me dicens:
g Uſquequo, piger, dormis] in peccato vel in torpore, & otio?
h Uſquequo de ſomno] peccati vel otii.
i Conſurges] ad opera virtutum?
k Parum inquam dormies] peccata continuando.
l Modicum dormitabis] frequenter recidivando.
m Pauxillum manus conſeres, ut quieſcas] a bono opere.
n Et veniet tibi quaſi curſor,] ideſt, ſubito.
o Egeſtas] æterna.
p Tua,] ideſt, tuis meritis acquiſita.
q Et mendicitas,] ideſt, inopia omnis boni, mendicare compellens, ſicut divitem Epulonem. *Luc.* 16. Et fatuas virgines. *Matth.* 25.
r Quaſi vir armatus] a quo te non poteris defendere. Idem habes *ſup.* 6. Et mortaliter expoſitum. Et 20. ibi: Propter frigus, &c.

E X P O S I T I O C A P. XXV.

HÆ quoque parabolæ Salomonis, &c.] Tertia pars libri eſt, ubi ſicut in prima, & ſecunda, novus titulus apponitur, quia & novo ordine loqui incipit.

Primo enim uſque ad decimum capitulum, quaſi pater loquens ad filium de malo vitando, & bono faciendo, parabolas poſuit ſerioſis, & continuis orationibus diſputans, nunc de patre malorum, nunc de patre bonorum. Ibi mutavit ſtilum Salomon, non jam ad filium loquens; ſed ſecum ratiocinando, non continuis, ſed alternis verſibus de bonorum, & malorum actibus diſſerens; & ſic proceſſit uſque ad illum locum: Fili mi, inclina aurem tuam, & audi verba ſapientium 22. Ibi rediit ad priorem modum loquendi ad filium loquens uſque huc. Modo iterum mutat ſtilum, & non jam ad filium loquens, ſed ſecum ratiocinando, quid habeat ratio veritatis oſtendit, ut quid cavere, quid appetere debeat, quiſque cognoſcat. Has parabolas, quæ hic ponuntur, viri Ezechiæ Regis Juda dicuntur tranſtuliſſe, quia
al. † diſperſæ. forſitan uſque ad ipſum habebantur † diverſæ a pluribus, prout ex ore Salomonis ſemel dictas rapuerant, ſed per ejus induſtriam collectæ ex diverſis ſchedulis huic libro inſertæ ſunt. In quibus multo plura allegorica, quam in cæteris continentur. Dicit ergo, non ipſe Salomon, non Ezechias, non viri Ezechiæ, ſed ille qui has, & alias parabolas Salomonis tranſtulit in latinum, vel Eſdras, qui cum aliis libris Bibliæ hunc librum reparavit, qui & titulos Pſalmorum appoſuit.
ſ Hæ quoque,] ideſt, ſimiliter.
t Parabolæ Salomonis] ſunt, ſicut & priores, licet iſtas non ſcripſerit, ſicut illas.

u Quas tranſtulerunt,] ideſt, de diverſis ſchedulis collegerunt. *x* Viri Ezechiæ Regis Juda,] ideſt, ſapientes ejus, ſicut tangit Magiſter in hiſtoriis, *in Prolog. ſuper Judic.* *y* Gloria Dei eſt celare verbum] orationis vel doctrinæ, vel prædicationis, ideſt, in hoc quiſque A Deum glorificat, quod verba ſua, & etiam opera abſcondit humanis favoribus. *Matth.* 6. Tu autem cum oraveris, intra cubiculum tuum, & clauſo oſtio ora Patrem tuum, qui in cœlis eſt, *ibid.* Attendite, ne juſtitiam veſtram faciatis coram hominibus, ut videamini ab eis. Sed ſic luceat lux veſtra coram hominibus, ut videant opera veſtra bona, & glorificent Patrem veſtrum qui in cœlis eſt. *Matt.* 5. *Coloſ.* 3. Omne quodcunque facitis in verbo, vel in opere, omnia in nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti facite. Hæc eſt enim gloria Dei, ut omnia ad ipſum referantur, quaſi ad principium, & finem omnium. Ipſe enim eſt Alpha, & Omega. *Apoc.* 1. Et hanc gloriam ſibi ſoli reſervavit. Unde *Iſ.* 42. Gloriam meam alteri non dabo. *a* Et gloriam Regum,] ideſt, omnium, ſe & alios bene regentium eſt.
b Inveſtigare ſermonem,] legis ad intelligendum, & ad faciendum. *Deut. cap.* 17. Cum conſederit Rex in ſolio Regni ſui, deſcribet ſibi Deuteronomium legis hujus in volumine, accipiens exemplar a Sacerdotibus Leviticæ Tribus, & habebit ſecum, legetque illud omnibus diebus vitæ ſuæ, ut diſcat timere Dominum Deum ſuum, & cuſtodire verba, & cæremonias ejus. Quantum autem damnum faciat oſtentatio verborum, vel operum ſuorum, patet *Iſ. cap.* 39. ubi Iſaias comminatur direptionem omnium theſaurorum Ezechiæ, eo quod oſtenderat eos Babyloniis. Vel ſic.
y Gloria Dei eſt celare verbum,] ideſt, ſecretum amici. Econtrario offenſio Dei eſt revelare ſecreta amici. *Eccli. cap.* 27. Denudare amici myſteria deſperatio eſt animæ felicis. Vel ſic.
y Gloria Dei eſt celare verbum,] ideſt, cordis ſui ſecretum, quod non omnibus paſſim eſt revelandum. Unde *infra eodem*. Cauſam tuam tracta cum amico tuo, & ſecretum extraneo ne reveles. *Eccli. cap.* 11. Non homines inducas in domum tuam: multæ enim ſunt inſidiæ doloſi.

Myſtice. *y* Gloria Dei,] apparentis in carne. *z* Eſt celare verbum.] Divinitatis, ideſt, gloria Chriſti fuit, naturam humanitatis magis quam Divinitatis oculis mortalium oſtendere. Unde ſæpius vocat ſe filium hominis, quam filium Dei. Econtrario faciunt multi, ſemper a majori in genere ſuo, licet remotiori ſe nominant. Unde cum aliquis ſit Epiſcopus, tota progenies ejus cum eo epiſcopatur, ut dicit B. Bernard. Celavit autem Chriſtus verbum Divinitatis, de matre parvulus naſcendo, & in præſepio poſitus vagiendo, circumciſionis characterem ſuſtinendo, in Ægyptum propter Herodem fugiendo, in diſcurrendo laſſitudinem patiendo, poſt jejunium eſuriendo, mortem in cruce ferendo. Myſtice.

His ſeptem ſigillis ſignata fuit ejus Divinitas in ſcrinio humanitatis. Propter quod dicit *Iſ. cap.* 45. Vere tu es Deus abſconditus, Deus Iſrael Salvator. Et *Habac.* 3. Ibi abſcondita eſt fortitudo ejus. Hæc autem abſconſio ceſſit ad ejus gloriam. Unde *Philip cap.* 2. Humiliavit ſemetipſum factus obediens uſque ad mortem, mortem autem crucis; propter quod & Deus exaltavit illum, &c.
a Et gloria Regum,] ideſt, Apoſtolorum, & omnium fidelium eſt:
b Inveſtigare,] ideſt, perſcrutari [ſermonem,] quo ſe Deum quamvis obſcure ſignificavit, ut eſt illud: Ego & Pater unum ſumus. *Joan.* 10.
Et illud: Ego ſum principium, & qui loquor vobis. *Joa.* 10. Et illud: Antequam Abraham fieret, ego ſum. *Job* 8. Hujuſmodi ſermones inveſtigaverat Petrus, cum quærenti Domino: Quem dicunt homines eſſe filium hominis? Reſpondit: Tu es Chriſtus filii Dei vivi. *Matth.* 16. Et iterum Domino dicenti duodecim Apoſtolis:
Nun-

Digitized by Google

Nunquid, & vos vultis abire? Reſpondit Petrus: Domine, ad quem ibimus? Verba vitæ æternæ habes. Et hoc Jo. 6. eſt, quod dicitur *Tob.* 12. Sacramentum Regis abſcondere bonum eſt; opera autem Dei revelare, & confiteri honorificum eſt. Item. [Gloriam Regum,] ideſt, Prædicatorum, Doctorum & Prælatorum, qui ſe & alios debent regere, eſt *a* Inveſtigare ſermonem,] legis. Unde *ſupra cap.* 1. Intelligens gubernacula poſſidebit. *Daniel.* 12. Qui docti fuerint, fulgebunt quaſi ſplendor firmamenti.

a gare ſermonem. *b* Cœlum ſurſum, & *c* terra deorſum, & *d* cor Regum inſcrutabile. *e* Aufer rubiginem *f* de argento, & *g* egredietur *h* vas puriſſimum. *i* Aufer impietatem de *k* vultu Regis, & *l* firmabitur juſtitia *m* thronus ejus. *n* Ne glorioſus appareas coram Rege, *o* & in loco magnorum ne ſteteris. *p* Melius eſt enim, ut dicatur tibi,

b Cœlum ſurſum, & terra deorſum, & cor Regum inſcrutabile,] ideſt, ſicut altitudo cœli, & profunditas terræ ab homine ſciri non poteſt; ita ſcientia Regum, ideſt, Apoſtolorum, & Prophetarum, quibus arcana cœleſtia revelata ſunt nobis, qui terreni ſumus, inſcrutabilis eſt, quia tenebroſa eſt aqua in nubibus, ideſt, Scriptura in Prophetis. Unde Dominus ad *Job.* 39. Nunquid noſti tempus partus Ibicum in petris, aut parturientes Cervas obſervaſti? Ibices & Cervas vocat Apoſtolos. Vel ſic ad litteram.

b Cœlum ſurſum] inſcrutabile eſt. *c* Et terra deorſum,] inſcrutabilis eſt.

d Et cor Regum inſcrutabile] eſt: Et ita omnia opera Dei ſuprema, & media, & infima inſcrutabilia ſunt. Unde *Eccli.* 11. Quomodo ignoras, quæ ſit via Spiritus, & qua ratione compingantur oſſa in ventre prægnantis, ſic neſcit opera Dei, qui fabricator eſt omnium.

Myſtice. Myſtice. *b* Cœlum ſurſum.] Cœlum eſt ſacra Scriptura, quantum ad altas, & ſupremas ſententias; & terra quantum ad inferiores, & faciliores ſententias. Vel cœlum quoad moralem, vel myſticam intelligentiam, terra quoad litteralem. Vel cœlum quoad novum Teſtamentum, quia docet, & ducit ad cœleſtia; terra quoad vetus Teſtamentum, quod ſecundum ſuperficiem litteræ ſola terrena promittit. Unde in Eccleſia lectiones de veteri Teſtamento terminantur in deorſum; lectiones vero de novo, terminantur in ſurſum. Cœlum igitur ſurſum, & terra deorſum, utrumque inſcrutabile eſt, quia quanto quis magis in cognitione ejus proficit, tanto & Scriptura ei penetrabilior apparet. Nam cum proficiente proficit Scriptura.

Unde *Ezech.* 1. Cum ambularent animalia, ambulabant pariter & rotæ juxta ea, & cum elevarentur animalia de terra, elevabantur ſimul & rotæ. Hinc dicit *Auguſtin.* In ſacra Scriptura contingit, quod in quodam loco ſui habet: Cum conſummaverit homo, tunc incipiet. *Eccli.* 18. *Joan.* 4. Puteus altus eſt. Verum eſt, & ideo exhauriri non poteſt. *Ezech.* 47. Menſus eſt mille cubitos torrentem, quem non potui pertranſire, quoniam intumuerant aquæ profundi torrentis, qui non poteſt tranſvadari.

d Et cor Regum inſcrutabile,] ideſt, Sapientia Doctorum, in quibus velut in abyſſo magna debet eſſe tanta copia doctrinarum, ideſt, aquarum ſpiritualium, quæ toti mundo ſufficiant irrigando. Unde *ſup.* 18. Aqua profunda verba ex ore viri.

e Aufer rubiginem de argento, & egredietur vas puriſſimum,] ideſt, valde purum. Ad litteram enim de rubiginoſo argento non fit vas purum, ſed prius limatur, & depuratur, & tunc poteſt de ipſo fieri vas purum. Similiter. *i* Aufer impietatem,] ideſt, crudelitatem.

k De vultu Regis,] ideſt, cujuslibet præſidentis, non ſolum de corde, ſed ut ſit, & appareat clemens. *l* Et firmabitur juſtitia thronus ejus,] quia diligetur a ſubditis. Unde *ſup. c.* 20. Miſericordia, & veritas cuſtodiunt Regem, & roboratur clementia thronus ejus. E contrario crudelitas diſſipat thronum Regis: ut patet in Saul, & Roboam, *Beda*: Qui præſunt populis, ſi volunt firmum eſſe ſolium ſuum, ſemper hilaritate, & gratia vultus plenos exhibeant, ne per arrogantiam rigidi plebis odium incurrant.

Myſtice. Myſtice. *e* Aufer rubiginem de argento,] ideſt, ſuperficiem litteræ de ſacro eloquio.

g Et egredietur,] de ſubtilitate litteræ, & ceremoniarum figuris, quaſi de caverna terræ.

h Vas puriſſimum,] ideſt, ſpiritualis intelligentia moralitatum, & myſteriorum apparebit.

i Aufer impietatem de vultu Regis,] ideſt, crudelitatem perſequendi Chriſtianos de animo Sauli, vel cujuslibet æmulatoris legis.

l Et firmabitur juſtitia thronus ejus,] ideſt, magiſterium ejus a Deo confirmabitur Domino cooperante, & Mar. 16. ſermonem confirmante, ſequentibus ſignis. Vel,

e Aufer rubiginem,] vanitatis, falſitatis, & ſuperfluitatis.

f De argento,] ideſt, de Luc. 9. ſacra Scriptura.

g Et egredietur vas puriſſimum,] ideſt, ſacra ipſa Scriptura quaſi liberata de triplici rubigine erit vas puriſſimum: Purum ſine vanitate, purius ſine ſuperfluitate, puriſſimum ſine falſitate.

Dicitur autem ſacra Scriptura vas ciborum, & potuum ſpiritualium, quibus reficiuntur, & inebriantur ſpiritualiter animæ Sanctorum. Unde *Pſalm.* 22. Paraſti in conſpectu meo menſam adverſus eos, qui tribulant me. In qua reperies frumentum Electorum, & vinum germinans virgines. *Zachar. capitulo* 9. Ad has epulas invitat ſponſa, *Cantic. capitulo* 5. Comedite amici, & bibite, & inebriamini, chariſſimi. Dicitur etiam ſacra Scriptura vas muſicum ſuaviter auribus ſpiritualibus ſonans.

Unde *Eccleſiaſt. capitulo* 40. Vinum, & muſica lætificant cor, & ſuper utraque dilectio Sapientiæ. Tibiæ, & pſalterium ſuavem faciunt melodiam, & ſuper utraque lingua ſuavis. Item ſacra Scriptura dicitur vas belli.

Unde *infra capitulo* 30. Omnis ſermo Dei, clypeus ignitus eſt omnibus ſperantibus in ſe. *Jerem.* 51. Collidis tu mihi vaſa belli, & ego collidam in te gentes.

i Aufer impietatem,] ſuperbiæ, avaritiæ, luxuriæ.

k De vultu Regis,] ideſt, de voluntate Predicatoris, Doctoris, Prælati.

l Et firmabitur juſtitia,] facta in ſeipſis.

m Thronus ejus,] ideſt, poteſtas, & officium ejus. Qualis autem debeat eſſe Doctor, Prædicator, Prælatus, docet Jethro *Exod. capitulo* 18. Provide de omni plebe viros potentes, & timentes Deum, in quibus ſit veritas, & qui oderint avaritiam, *Eccli. capitulo* 7. Noli quærere fieri Judex, niſi virtute valeas irrumpere iniquitates.

n Ne glorioſus appareas coram Rege.] Superiori parabola Prælatos inſtruxit, nunc ſubditus docet, quales eſſe debeant ad Dominos ſuos. Prælatos monuit, ut vultum hilarem ſemper ſubjectis oſtendant. Nunc monet ſubditos, ne in conſpectu majorum arrogantes appareant, ſed in loco mediocri poſiti vocari ſuperius mereantur.

Unde *Lucæ* 14. Cum invitatus fueris ad nuptias, recumbe in noviſſimo loco, ut cum venerit, qui te invitavit, dicat tibi: Amice, aſcende ſuperius. Tunc erit tibi gloria coram ſimul diſcumbentibus. Et hoc eſt, quod dicit:

n Ne glorioſus appareas coram Rege,] ideſt, quolibet Principe,

o Et in loco magnorum ne ſteteris,] ingerendo te imprudenter.

p Melius eſt enim, ut dicatur tibi,] a Principe.

q Aſcende huc,] ſuperius

Myſtice. *n* Ne glorioſus appareas coram Rege,] ideſt, coram Deo in foro pœnitentiali, quod eſt contra Myſtice. quoſdam, qui in confeſſione cum deberent paupertatem, & vilitatem ſuam oſtendere Confeſſori quaſi Medico, oſtendunt divitias, & gloriam ſuam; & ideo non curati recedunt, ſicut Phariſæus, *Luc.* 18. *Eccli.* 34. Presbytero humilia animam tuam, & Magnato humilia caput tuum.

o Et in loco magnorum ne ſteteris,] ideſt, noli intrudi, ſed elegi, neque enim quiſquam ſibi ſumit honorem, ſed qui vocatur a Deo tanquam Aaron *Hebr. cap.* 5.

Vel ſic, [in loco magnorum ne ſteteris,] ideſt, cum electus fueris in dignitatem aliquam, non te digniorem, & ſuperiorem oſtende, ſed minorem, *Eccli. cap.* 3. Quanto magnus es, humilia te in omnibus.

Idem 32. Rectorem te poſuerunt, noli extolli; eſto in illis quaſi unus ex ipſis.

p Melius eſt enim, ut dicatur tibi,] in futuro a Domino.

Δ *a* Aſcende huc,] ſuperius. *b* Quam ut humilieris coram Principe,] dejectus inferius. *Luc.* 14. Cum invitatus fueris ad nuptias, non diſcumbas in primo loco, ne forte honorarior te ſit invitatus ab illo, & veniens is, qui te, & illum invitavit, dicat tibi: Da huic locum, & tunc incipias cum rubore noviſſimum locum tenere.

a Aſcende huc, *b* quam ut humilieris *c* coram Principe, *d* Quæ viderunt oculi tui, ne proferas in jurgio cito, *e* ne poſtea emendare non poſſis, cum dehoneſtaveris amicum tuum. *f* Cauſam tuam *g* tracta cum amico tuo, & *h* ſecretum extraneo ne *i* reveles, ne *k* forte inſultet tibi, cum audierit, & *l* exprobrare non ceſſet, *m* Gratia, & amicitia *n* liberant, *o* quas tibi ſerva, ne *p* exprobrabilis fias. *q* Mala aurea in *r* lectis argenteis, *ſ* qui loquitur verbum in *t* tempore ſuo,

Myſtice. Γ Myſtice. *a* Aſcende huc] in gloria mecum, merito humilitatis tuæ.

b Quam ut humilieris,] in pœna.

ſ. q. t. e. qui ambulat. *c* Coram Principe,] ideſt, Chriſto merito ſuperbiæ. Et hoc eſt, quod dictum eſt *ſup.* 16. Melius eſt humiliari cum mitibus, quam dividere ſpolia cum ſuperbis. Et *Luc.* 17. Omnis qui ſe exaltat, humiliabitur, & qui ſe humiliat, exaltabitur.

d Quæ viderunt oculi tui, ne proferas in jurgio cito,] ideſt, quando jurgaris cum aliquo, ut aliquando accidit, ne vituperes eum protereado cito, quæ vidiſti, vel audiſti de ipſo. *Eccli.* 21. Mittens lapidem in volatilia dejiciet illa; ſic & qui coavitiatur amico, diſſolvit amicitiam.

e Ne poſtea emendare non poſſis, cum dehoneſtaveris amicum tuum,] effectum. *Eccli.* 22. Et concordatio ad amicum, excepto convitio & improperio & ſuperbia & myſterii revelatione & plaga doloſa, in his omnibus effugiet amicus. Hoc contra multos dicitur, qui ita parati ſunt ad convitia, ut modico verbo concitati, ſtatim evomant, quidquid mali ſciunt, & quandoque quod neſciunt, fingunt. Hi de facili non poſſunt emendari, quia difficillimum eſt famam ſemel læſam reſtituere. Ideo dicitur *Eccli.* 11. Priuſquam interroges, non vituperes quemquam; & cum interrogaveris, corripe juſte. Vel hoc dicitur contra eos, qui nimis aſpere increpant ſubditos pro exceſſibus, quos aliquando vident in eis, addentes vulnus ſuper vulnus. Hi non poſſunt ſæpe emendare, quia ſubditi tales Prælatos declinant, nec libenti animo audiunt eos, vel loquuntur eis. *Eccli.* 8. Ne deſpicias hominem avertentem ſe a peccato, neque improperes ei, memento, quoniam omnes in corruptione ſumus. *Matt.* 18. dicit Petrus, ideſt, Prælatus: Domine quoties peccabit in me frater meus, & dimittam ei? Uſque ſepties? Dicit illi Jeſus: Non dico tibi uſque ſepties, ſed uſque ſeptuagies ſepties. Vel ſic.

d Quæ viderunt oculi tui, ne proferas in jurgio cito,] ideſt, non ſis velox ad loquendum omnia, quæ intelligis. Quidam enim ſunt, qui ſtatim cum aliquid intelligunt, volunt oſtendere. *Eccli.* 32 Si bis interrogatus fueris, habeat caput reſponſum tuum, in multis eſto quaſi inſcius, & audi tacens.

f Cauſam tuam tracta cum amico tuo, & ſecretum extraneo ne reveles, ne forte inſultet tibi, cum audierit, & exprobrare non ceſſet,] Ad litteram docet Salomon, ſecreta non eſſe committenda omnibus, imo pauciſſimis. Unde *Eccli.* 6. Multi pacifici ſunt tibi, & Conſiliarius unus ſit tibi de mille. *Idem* 8. Coram extraneo ne facias conſilium, neſcit enim quid pariat. Non omni homini cor tuum manifeſtes, ne forte inferat tibi gratiam falſam, & convitietur tibi. *Idem* 11. Non inducas omnem hominem in domum tuam; multæ enim ſunt inſidiæ doloſi. *Idem* 19. Amico & inimico noli narrare ſenium tuum, indifferenter; & ſi eſt tibi delictum noli denudare; audiet enim, & cuſtodiet te. *Seneca*: Quidam quæ ſolis amicis committenda eſſent, obviis narrant, & in quaslibet aures quicquid eos urit, exonerant.

Myſtice. Myſtice. *f* Cauſam tuam,] ſcilicet ſalutis tuæ.

g Tracta cum amico tuo,] ideſt, cum Chriſto in oratione quaſi cum procuratore & advocato tuo, imo & totius Eccleſiæ, cujus cauſam ipſe ſuſcepit agendam erga Patrem, 1. *Joan.* 4. Advocatum habemus apud Patrem Jeſum Chriſtum juſtum.

h Et ſecretum extraneo,] ideſt, Diabolo.

i Ne reveles,] per ſigna exteriora, quibus Diabolus ex cogitationibus conjecturat. Unde *Jerem.* 13. Docuiſti eos adverſum te, & erudiſti in caput tuum. *Seneca*. Quod tacitum eſſe cupis, nulli reveles; qualiter enim ab aliquo expectas ſilentium, quod tibi ipſi non præſtiteris?

Moraliter. Moraliter. *f* Cauſam tuam tracta, &c.] ideſt, cum familiari confeſſore, & tibi noto, cui facilius, & melius poteſt homo manifeſtare conſcientiam ſuam, & ſecurius recurrere ad eum quando neceſſe eſt.

h Et ſecretum extraneo,] ideſt, ignoto tibi. *i* Ne reveles,] in confeſſione, nec etiam extra.

k Ne forte inſultet tibi, cum audierit] peccata tua, propter inexperientiam ſuam.

l Exprobrare, non ceſſet,] nimis inquirendo, quæ non oportet. Sæpe enim confeſſores propter nimias, & indiſcretas interrogationes inducunt confitentes in tentationes, docentes eos peccata, vel modos, quos prius neſciebant. Confeſſor ſic debet interrogare confitentes, ut ſi fecerint, ſtatim intelligant: ſi non fecerint, non addiſcant. Sicut tentator talia interrogat, quibus ſcitis, non eſt neceſſe ſcire artem, quibus vero ignoratis, neceſſe eſt ignorare, & ideo dicitur in lege. *Deuter.* 24. Cum repetes a proximo tuo rem aliquam, quam debet tibi, non ingredieris domum ejus, ut pignus referas, ſed ſtabis foris; & ille proferet tibi, quod habuerit.

m Gratia, & amicitia liberant,] apud Deum, & apud homines, ut patet in Nabat, quem liberavit Abigail, quia fuit David gratioſa. 1. *Reg.* 25. Vel

m Gratia, & amicitia,] Sanctorum.

n Liberant,] a periculis, ut patet in miraculis B. Nicolai; & B. Virginis, & aliorum Sanctorum. Vel,

m Gratia, & amicitia,] Dei.

n Liberant,] a ſervitute Diaboli, & peccati. *Jo.* 8. Si filius vos liberaverit, vere liberi eritis. Moraliter.

Moraliter. *m* Gratia, & amicitia,] Prædicatorum, Doctorum, Prælatorum erga ſubditos.

n Liberant,] eos a vinculis peccatorum, quia ſubditi libentius acquieſcunt Prædicatoribus, & Prælatis, qui ſe gratioſos oſtendunt. Unde *ſupra cap.* 20. Miſericordia, & veritas cuſtodiunt Regem, & roboratur clementia thronus ejus.

o Quas tibi ſerva,] per patientiam, & benignitatem.

p Ne exprobrabilis fias,] ideſt, reprobabilis in die judicii.

q Mala aurea in lectis argenteis, qui loquitur verbum in tempore ſuo] ideſt, ſicut mala aurea ornant lectos argenteos, & decorant: ſic ille, qui verbum doctrinæ, vel prædicationis loquitur in tempore ſuo, ideſt, debita opportunitate ornat doctrinam, & decorat: & illos, quibus loquitur. Unde *ſup.* 15. Lingua Sapientum ornat ſcientiam.

Δ Inaureis aurea.

Myſtice, *q* Mala aurea,] ideſt, fructus ſententiarum odoriferi, & pretioſi. Myſtice.

r In lectis argenteis,] contenta, ideſt, in ſacris eloquiis, in quibus Sanctorum animæ requieſcunt, ſunt apud eum.

ſ Qui loquitur verbum,] doctrinæ, & prædicationis.

t In tempore ſuo,] ideſt, qui verbum Dei opportune novit juxta capacitatem audientium prædicare, ille invenit in lectis argenteis, ideſt, in ſacris eloquiis, fructus ſententiarum ſuaves, & exempla Sanctorum aurea, quibus pro tempore reficiat auditores. Comparatur autem ſacra Scriptura lecto argenteo: quia ſicut in lecto ſani quieſcunt, ægri laborant; ita in ſacra Scriptura juſti quieſcunt, impii cruciantur. Argenteo propter dulcem tinnitum prædicationis, & ſplendorem virtutum, & operum ſanctorum, quæ in ea continentur. Et de hoc lectulo dicitur *Cant.* 3. Lectulum Salomonis ambiunt ſexaginta fortes ex fortiſſimis Iſrael. In hoc lecto creſcunt, ſive jacent mala, ſive poma dulciſſima. Eſt enim lignum vitæ his, qui apprehenderint eam, *ſupra* 3. Unde ſponſa *Cant. cap.* 7. Omnia poma nova, & vetera ſervavi tibi, dilecte mi, ideſt, dulces, & odoriferas ſententias veteris, ac novi Teſtamenti.

Et *Matth.* 13. Omnis Scriba doctus in regno cœlorum profert de theſauro ſuo nova, & vetera. Vel ſic.

q Mala aurea in lectis argenteis,] ideſt, ſacra eloquia in mentibus contemplativis reficientia, & balſamantia eas, ut tempore ſuo tinnitum ſuavem, & dulcem reddant prædicando melodiam. Juxta illud *Eccli.* 40. Tibiæ, & Pſalterium ſuavem faciunt melodiam, & ſuper utraque lingua ſuavis.

a Inauris aurea,]

A *a* Inauris aurea, & Margarita fulgens, qui arguit ſapientem,] qui ſapit omnia ſecundum veritatem intrinſecam, & aurem obedientem,] ideſt, ſicut inauris aurea ornat aurem, cui margarita fulgens majorem, & gratiorem fulgorem præbet; ita argutio Doctoris eruditi auditorem ſapientem, & obedientem decorat, qui propria Sapientia, & obedientia quaſi ornamenta prius decorem tribuunt. Hoc eſt, qui arguit ſapientem, & obedientem, quaſi collocat inaurem auream margarita fulgenti decoratam auri audienti.

al. † margaritum.

a Inauris aurea, & † *b* Margarita fulgens, qui *c* arguit *d* ſapientem, & aurem obedientem. *e* Sicut frigus nivis *f* in die meſſis; ita *g* legatus fidelis *h* ei, qui miſit eum, *i* animam illius requiſcere facit. *k* Nubes & ventus, & pluviæ non ſequentes, *l* vir *m* glorioſus, & *n* promiſſa non complens. † *o* Patientia lenietur Princeps, & *p* lingua mollis *q* confringet duritiam. *r* Mel inveniſti, *ſ* comede quod ſufficit tibi, *t* ne forte ſatiatus *u* evomas illud. *x* Subtrahe pedem tuum de domo proximi tui, ne † *y* quando *z* ſatiatus *a* oderit te. *b* Jaculum, & gladius, & ſagitta acuta, homo, qui lo-

C

Γ *a* Inauris aurea,] ideſt, diſcipulus ſapiens & obediens.

b Et margarita fulgens,] Doctor eruditus, & prudens, ideſt, ſicut margarita fulgens decenter copulatur inauri aureæ; ita magiſter eruditus decenter aſſociatur diſcipulo obedienti. Et hoc eſt, quod ſequitur.

al. † Sapientia.

c Qui arguit.] Ecce margarita fulgens.

d Sapientem, & aurem obedientem.] Ecce inauris aurea, quaſi dicat, ſicut bene ſedet margarita in aurea inauri; ita competenter arguſio magiſtri eruditi collocatur, quaſi in loco proprio, in diſcipulo obediente. Et hoc eſt, quod dicitur *ſup.* 20. Aurem audientem, & oculum videntem, Dominus fecit utrumque.

al. † forte.

e Sicut frigus nivis,] ideſt, nix frigida, quæ artificioſe ſervatur in æſtate ad mitigandum æſtum caloris, & frigefaciendum vinum, ſicut fit Biſuntii in die Sancti Stephani in Auguſto.

f In die meſſis,] grata eſt.

g Ita legatus fidelis,] ideſt, Prædicator miſſus a Domino.

h Ei, qui miſit eum,] ideſt, Chriſto gratus eſt. Quia: *i* Animam illius requieſcere facit,] ideſt, voluptatem ejus implet. Vel ſic.

e Sicut frigus nivis in die meſſis,] ideſt, ſicut frigus, quod in nive, ideſt, in hieme ſolet accidere, gratum & delectabile eſt, ſi ſubito adveniat in æſtate, quia Solis incendia refrigerat, ſudores laborum tergit, ardentes anhelitus temperat.

g Ita legatus fidelis,] mentem ejus, [qui miſit eum,] prudenter, & fideliter agendo reparat. *i* Et animam illius requieſcere facit] quia ejus deſideria conſummat. E contrario legatus piger dolorem facit eis qui miſerunt illum. Unde *ſup.* 10. Sicut acetum dentibus, & fumus oculis; ſic piger his, qui miſerunt eum.

Myſtice. Myſtice. *g* Legatus fidelis,] Chriſtus eſt, quem Pater miſit in mundum. Unde *Abdiæ* 1. Auditum audivimus a Domino, & legatum ad gentes miſit. Qui merito fidelis dicitur, quia legationem ſuam fideliter adimplevit. Unde parentibus ſuis conquerentibus dixit: Neſciebatis, quia in his, quæ Patris mei ſunt, oportet me eſſe. *Luc.* 2. Dies meſſis eſt totum tempus gratiæ: Meſſores Apoſtoli, Doctores Prælati. Ipſa meſſis, fides, opera credentium, fruges animæ gratia, gloria. Sicut igitur frigus nivis meſſores recreat fatigatos, ita Chriſtus mentibus fidelium contra fervorem perſecutionum, & calorem concupiſcentiarum refrigerium præſtitit prædicando. Unde *Eccli.* 35. Specioſa Miſericordia Dei in tempore tribulationis, quaſi nubes pluviæ in tempore ſiccitatis. Ipſe etiam Chriſtus requieſcere fecit animam Patris, qui miſit eum, quia voluntatem ejus in omnibus ſtudioſe adimplevit. *Joann.* 5. Non quæro voluntatem meam, ſed voluntatem ejus, qui miſit me, Patris.

Moraliter. Moraliter. *g* Legatus iſte, eſt oratio humilis, quæ ſicut bonus nuntius ad Deum intrat, & ibi mandatum peragit, quo caro pervenire nequit, ut dicit *Gloſſ.* ſuper illud *Pſalm.* 87. Intret in conſpectu tuo oratio mea. *Eccli.* 35. Oratio humiliantis ſe nubes penetrabit, & donec propinquet, non conſolabitur, & non diſcedet, donec Altiſſimus aſpiciat. *k* Nubes, & ventus, & pluviæ non ſequentes. vir glorioſus, & promiſſa non complens,] ideſt, hypocrita ſpeciem ſanctitatis habens exterius, virtutem autem negans interius, ut dicit 2. *Timoth. cap.* 3. Similis eſt nubibus, & vento, quæ ſunt ſigna pluviæ, & non pluunt.

l Vir,] ideſt, Doctor, ſive Prædicator.

m Glorioſus,] doctrina vel prædicatione.

n Et promiſſa non complens,] ideſt, quod docet, non faciens; eſt ſimilis nubibus, & vento pluviam non ferentibus, qui ſicut hujuſmodi nubes tantum vento agitantur, nunquam terram fecundant pluvia, ſed Solis lucem potius obnubilant, ita hujuſmodi Doctores, & Prædicatores, qui dicunt, & non faciunt vento vanæ laudis, aut vanæ gloriæ, aut certe ambitionis exagitantur, & nunquam corda ſimplicium bono exemplo fecundant, imo male vivendo lumen doctrinæ obſcurant. De his dicitur 2. *Petr.* 2. Hi ſunt fontes ſine aqua, & nebulæ turbinibus exagitatæ, quibus caligo tenebrarum reſervatur. Et in *Epiſtola Jud.* Hi ſunt in epulis ſuis maculæ convivantes ſine timore ſemetipſos paſcentes, nubes ſine aqua, quæ a ventis circumferuntur, arbores autumnales, infructuoſæ, bis mortuæ, eradicatæ. *ſup.* 15.

o Patientia lenietur Princeps,] ideſt, patiens ſuſtinentia eorum, quæ pro peccatis propriis irrogantur, & humilis ſatisfactio placant Principem, qui pœnam irrogat, ideſt, Deum.

p Et lingua mollis confringet duritiam,] Principis, ideſt, peccati proprii confeſſio, vel devota oratio, vel inter flagella gratiarum actio. Unde *ſup.* 15. Mollis reſponſio frangit iram. *Micheæ* 7. Iram Domini portabo, quoniam peccavi ei. Et *Pſalm.* 50. Miſerere mei Deus &c. *Joan.* 1. Sicut Domino placuit, ita factum eſt, &c. Vel ad litteram.

p Lingua mollis,] ideſt, ſuavis correctio Prælatorum.

q Confringet duritiam] ſubditorum. Unde *Hiero.* Suaviter ambulandum eſt, inter ventres prægnantium, ideſt, inter eos, qui de bono propoſitum conceperunt.

r Mel inveniſti,] ideſt, allocutionis, vel familiaritatis, ſive viſitationis alicujus dulcedinem.

ſ Comede quod ſufficit tibi,] ideſt, utere amicitia, ſive familiaritate ad ſobrietatem, non omnino te ſubtrahendo, ne interveniat oblivio, nec nimis ingerendo, ne alteri ſis faſtidio.

Melius eſt enim, ut rarius veniendo adventum tuum facias deſiderare, quam vel una vice tandiu maneas cum eo, vel toties ad eum venias, ut faſtidiat. Unde *Eccli. cap.* 37. Noli avidus eſſe in omni epulatione, & non te effundas ſuper omnem eſcam. Et hoc eſt, quod ſequitur planius.

x Subtrahe pedem tuum de domo proximi tui,] rarius veniendo.

y Ne quando,] ideſt, aliquando.

z Satiatus oderit te,] quia nimia familiaritas parit contemptum, & nimia elongatio generat oblivionem. Unde *Eccli.* 13. Advocatus a potente diſcede, ex hoc enim te magis advocabit; ne improbus ſis, ne impingaris; & ne longe ſis ab eo, ne eas in oblivionem.

Myſtice. *r* Mel inveniſti,] ideſt, ſacram Scripturam. Myſtice.

ſ Comede quod ſufficit tibi,] utilia ſecundum capacitatem intellectus tui inquirendo.

t Ne forte ſatiatus;] ideſt, inflatus per elationem.

u Evomas illud,] per jactantiam. Unde *Rom.* 22. Non plus ſapere, quam oportet ſapere, ſed ſapere ad ſobrietatem. *Job.* 20. Divitias, quas devoravit evomet, & de ventre illius extrahet eas Deus. Signanter autem dicit, [comede,] quia multi ſunt, qui de melle ſacræ Scripturæ non guſtant, ſed in memoria velut in arca reponunt:

x Subtrahe pedem tuum de domo proximi tui,] ideſt, non nimis appetas inquirere conſcientiam proximi tui.

y Ne quando ſatiatus,] ideſt, nimia inquiſitione tua fatigatus.

a Oderit te,] propter improbitatem inquiſitionis tuæ. *Eccli.* 21. Pes fatui facilis in domum proximi ſui.

b Jaculum, & gladius, & ſagitta acuta, &c.] *Pſ.* 56. Lingua eorum gladius acutus. *Jerem.* 9. Sagitta vulnerans lingua eorum. Tria dicit. Jaculum, gladius, & ſagitta, quia omnis detractor, qui proprie falſus teſtis dicitur, uno ictu tres interficit, ſicut dicit *Iſidorus*, ut credo. Se, & illum, cui loquitur, & illum cui detrahit, cum ad illius notitiam pervenerit. Vel quia tres partes ſunt detractionis, ſcilicet, falſi criminis impoſitio, veri mali diffamatio, & veri boni denigratio.

a Dens putridus,] inutilis ad maſticandum. *q* Et pes laſſus,] impotens ad ambulandum, eſt ei, ſupple.
c Qui ſperat ſuper infideli in die anguſtiæ, quando deberet eſſe fidelis.
d Et] talis, [amittit pallium in die frigoris,] quando maxime eſt neceſſarium, quaſi dicat, qui ſperat in homine quem infidelem invenit in die anguſtiæ, dolet: ſicut ille, qui eſurit, & habet dentes putridos non potentes maſticare, & ſicut ille, qui laſſus eſt, & vellet longius ire; & ſicut ille, qui pallium amittit, quando frigus invaleſcit. Et ideo dicitur *Jerem.* 17. Maledictus, qui confidit in homine, & ponit carnem brachium ſuum: Hoc enim eſt inniti ſuper arundinem. De quo dicit *Iſa.* 36. Super quem habes fiduciam, quia receſſiſti a me? Ecce confidis ſuper baculum arundineum contractum iſtum, ſuper Ægyptum, cui ſi innixus fuerit homo, introibit in manum ejus, & perforabit eam. *e* Acetum in nitro, &c.] Nitrum lapis eſt, & dicitur a Nitria provincia, ubi naſcitur. Ibi enim in æſtate pluviæ prolixiores tellurem infundunt, & nimius calor Solis aquas excoquit in petram ſali, vel glaciei ſimillimam; ſed tamen nec ſalis ſaporem, nec glaciei rigorem habet, verum juxta naturam ſalis in calore durescit, & in aere nebuloſo liqueſcit. Hæc poſita in aqua quaſi calx viva crepitat & deperit, ſed aquam habilem lavationi reddit. Unde & indigenæ nitro utuntur ad lavandum ſe. Unde *Jerem.* 2 Si laveris te nitro, & multiplicaveris tibi herbam borith, id eſt, herbam fullonum, maculata es iniquitate tua coram me, dicit Dominus. Eſt igitur ſenſus. [Acetum in nitro,] ponit vel infundit, ſupple.

al. † lapſus.

al. † peſſimo.

Rom. 12.

f Qui cantat carmina] ſacri eloquii, vel ſuavis correctionis. *g* Cordi perverſo,] id eſt penitus averſo, qui perverſe ſaporat res, quia ſicut nitrum aſperſum aceto crepitat; ita cor perverſum aqua Sapientiæ ſalutaris aſperſum, vel quantumcumque ſuavi correctione tactum, ebullit iraſcendo, & crepitat murmurando. Et hoc eſt, quod dicit *Iſa.* 26. Domine, in anguſtia requiſierunt te, in tribulatione murmuris doctrina tua eis. *h* Sicut tinea veſtimento, &c.] Tinea de veſtimento naſcitur & vermis de ligno, & in id prius convertit dentes ad lacerandum, & corrodendum, unde & teredo vocatur. Sic triſtitia ſæculi velut vermis, aut tinea nervos, & carnes ſpirituales, id eſt, vires naturales corrodit; gratuitas vero virtutes, quæ ſunt veſtimenta animæ, omnino conſumit. Unde *ſup.* 17. Spiritus triſtis exſiccat oſſa. 2. *Cor.* 7. Triſtitia ſæculi mortem operatur.
i Si eſurierit inimicus tuus, ciba illum, &c.] Et intelligitur hoc tam de corporali, quam de ſpirituali alimento. Hoc eſt, quod præcipitur *Lev.* 19. Non oderis fratrem tuum in corde tuo, ſed publice argue eum. *Matth.* 5. Diligite inimicos veſtros, benefacite his, qui oderunt vos.
q Congregabis enim,] ſic faciendo.
p Prunas ſuper caput ejus,] id eſt, beneficia ex fornace amoris procedentia, quæ calefaciunt cor, & inflammant ad dilectionem.

Myſtice. Myſtice. *i* Si eſurierit,] cibum ſacræ eruditionis, vel panem pœnitentiæ. Inimicus tuus,] id eſt, peccator quilibet. *l* Ciba illum,] pane doctrinæ.
m Si ſitierit,] id eſt, conſilio indiguerit.
n Da ei aquam,] Sapientiæ ſalutaris.
o Bibere,] ad refrigerationem, & extinctionem ſitis ſuæ.
p Prunas enim,] id eſt, ardorem charitatis, vel prunas ſacrorum eloquiorum, quæ ſunt carbones deſolatorii.
q Congregabis ſuper caput ejus,] id eſt, ſuper cor ad inflammandum ipſum. Nam verba Domini ignis ardens ſunt, ut dicitur *Jerem.* 25. Et *Pſ.* 148. Grando & carbones ignis. Iſta eſt exhortatio Salomonis. Sed omnia hæc ſpiritualiter præcepta ſunt in lege & in Evangelio; Quid igitur ſi proximus aliquis indiget verbo, vel conſilio tuo, nunquid vendes ei, nunquid non hoc peccatum eſt, ac ſi fame morienti venderes eleemoſynam, cui dare teneris?

quitur contra proximum ſuum teſtimonium falſum. *a* Dens putridus, & *b* pes † laſſus, *c* qui ſperat ſuper infideli in die anguſtiæ, *d* & amittit pallium in die frigoris. *e* Acetum in nitro, qui *f* cantat carmina *g* cordi † perverſo. *h* Sicut tinea veſtimento, & vermis ligno, ita triſtitia viri nocet cordi. Si *i* eſurierit *k* inimicus tuus, *l* ciba illum, ſi *m* ſitierit, *n* da ei aquam *o* bibere. *p* Prunas enim *q* congregabis ſuper caput ejus, & Dominus reddet † tibi. *r* Ventus Aquilo diſſipat pluvias, *ſ* & facies triſtis linguam detrahentem. *t* Melius eſt ſedere in angulo domatis, quam cum muliere litigioſa, & in domo communi. *u* Aqua frigida animæ ſitienti, *x* & nuncius bonus *y* de terra longinqua,

r Ventus Aquilo diſſipat pluvias,] Conſtringit enim nubes, ut non reſolvantur in pluvias. *Eccli.* 43. Frigidus ventus Aquilo flavit, & gelavit cryſtallus ab aqua. *ſ* Et facies triſtis linguam detrahentem,] diſſipat. Nam ſi hilari vultu audiat quis detrahentem, dat illi fomitem detrahendi; ſi vero triſtem ſe oſtendat, finem dat detractioni, quia nemo invito auditore libenter refert, ut *Hieron.* dicit: Et ſi non eſſet auditor, non eſſet detractor. Unde *ſupr.* 24. Cum detractoribus ne commiſcearis, quoniam repente conſurget perditio eorum, & ruinam utriuſque, id eſt, auditoris, & detractoris, quis novit, quam ſubita, quam inopinata ſit? quaſi dicat, nullus. Obturandæ igitur ſunt aures, ne audiant ſanguinem. Unde *Eccli.* 28. Sepi aures tuas ſpinis, & noli audire linguam nequam. Oſtenſio triſtis vultus ſpina eſt, qua pungitur lingua detractoris, ut taceat: averſio vultus altera ſpina eſt, ſed obtunſio, & redargutio ejus, eſt amputatio linguæ ejus, ut omnino mutus fiat. *Joan.* 18. legitur, quod Petrus Paſtor Eccleſiæ amputavit auriculam dextram Malcho, qui interpretatur rex conſilii, quia qui conſulte ſe vult regere, oportet ut juxta conſilium Petri habeat aurem amputatam, ut omnino ſurdus ſit, ne audiat detractiones.

D

al. † &

Sup. 11.

Myſtice. *r* Ventus Aquilo,] Diabolus eſt. De quo *Jer.* 1. Ab Aquilone pandetur omne malum. Hic prout poteſt, nititur diſſipare pluvias doctrinæ, & prædicationis. Scit enim, quod ſine his ſterilis eſt terra. Et cum prophetia ceſſaverit, diſſipabitur populus. *infr.* 29. Myſtice.
t Melius eſt ſedere in angulo domatis, quam cum muliere litigioſa, & in domo communi,] Doma eſt excelſus, & ſecretus locus in domo, ut eſt ſolarium prope tectum domus. Unde *Act.* 10. ubi dicitur, quod Petrus aſcendit ad ſuperiora domus ad orationem, Græcus ponit pro ſuperioribus doma.

Ad litteram igitur verum eſt, quod melius eſt in domate domus habitare ſolum, & ſuſtinere perſtillationes tectorum ex pluvia cadente ſuper eam, quam ſuſtinere litigium mulieris. Unde *inf.* 29. Tecta perſtillantia in die frigoris eſt litigioſa mulier comparantur.

Myſtice, & moraliter expoſitum eſt hoc *ſup.* 21. ubi eadem ponitur auctoritas. *u* Aqua frigida animæ ſitienti,] id eſt, homini ſitienti grata eſt, ſupple, ſic. *x* Et nuncius bonus,] id eſt, bona nuncians, veniens. Myſtice.
y De terra longinqua,] gratus eſt.

Myſtice. *u* Aqua frigida,] eſt gratia, vel doctrina Sapientiæ ſalutaris, quæ mundat ſordes vitiorum, & refrigerat æſtum concupiſcentiarum carnalium, & ſitim avaritiæ extinguit. Unde *Joan.* 4. Qui biberit ex aqua, quam ego dabo ei, non ſitiet in æternum. De qua dicitur *Eccli.* 15. Cibavit illum pane vitæ, & intellectus, & aqua Sapientiæ ſalutaris potavit illum. Hæc aqua dulcis, & ſuavis eſt animæ ſanctæ ſitienti ſalutem, ſicut illa, de qua dicit *Pſ.* 41. Sicut cervus deſiderat ad fontes aquarum; ita deſiderat anima mea ad te, Deus. *x* Nuncius bonus,] bonus eſt Prædicator bonos rumores nuncians.
y De terra longinqua,] id eſt, de cœleſti patria, determinans, & diſtinguens ad excitandum deſiderium, quam amœna, quam fertilis ſit illa terra; quam bonum, & quam jucundum ſit habitare in ea, quales ſint urbes, & quales ſint habitatores, & quis Dominus terræ, quam pius, quam largus, quam manſuetus, quam munificus. Unde *Num.* 13. dicunt exploratores Moyſi, & toti populo: Venimus in terram, ad quam miſiſti nos, quæ revera fluit lacte & melle, ut ex his fructibus cognoſci poteſt, ſcilicet malogranatis, ficubus, & uvis, ſed cultores fortiſſimos habet, & urbes grandes, atque muratas. Item *Judic.* 18. dicunt quinque viri, quos miſerat tribus Dan ad quærendam poſſeſſionem, ut habitaret in ea, Vidimus terram valde opulentam, & uberem: nolite negligere, nolite ceſſare, eamus, & poſſideamus eam, nullus erit labor, introibimus ad ſecuros in regionem latiſſimam, tradetque nobis Dominus locum, in quo nullius rei eſt penuria eorum, quæ gignuntur in terra. Simile habes *Deut.* 8.

a Fons

Digitized by Google

a Fons turbatus pede, & vena corrupta, juſtus cadens coram impio,] quod dicitur ad litteram propter inſultationes malorum, qui inſultant juſtis cadentibus etiam levi caſu. Unde 2. *Reg* 1. de morte Saul, & Jonathæ dixit David: Nolite annunciare in Geth, neque annuntietis in compitis Aſcalonis, ne forte lætentur filiæ Philiſthim, ne exultent filiæ incircumciſorum.

a Fons turbatus pede, & *b* vena corrupta: *c* juſtus cadens coram impio. *d* Sicut qui mel comedit multum, non eſt ei bonum: ſic *e* qui † ſcrutator eſt majeſtatis, opprimetur a gloria. *f* Sicut urbs patens, & abſque murorum ambitu, ita vir qui non poteſt in loquendo cohibere ſpiritum ſuum.

CAPUT XXVI.

g QUomodo nix † *h* æſtate, & pluviæ in meſſe, ſic indecens eſt ſtulto gloria. Nam *i* ſicut avis ad alta tranſvolans, & *k* paſſer quolibet vadens: ſic *l* maledictum fruſtra *m* prolatum in quempiam ſuperveniet. *n* Flagellum equo, & *o* chamus aſino, *p* & virga in *q* dorſo imprudentium, *r* Ne reſpondeas ſtulto, juxta ſtultitiam ſuam,

Myſtice. Eccl. 3. Myſtice. *a* Fons,] doctrina eſt, *ſupr.* 5. Deriventur fontes tui foras, [Fons turbatus pede,] eſt doctrina, cum carnali voluptate, & mundano amore. *al. † perſcrutator.* Carnalis enim voluptas lutum eſt, mundanus amor pulvis eſt, unde cum pes affectus immiſcetur huic doctrinæ, turbat fontem, & aquam, quam claram receperat a Doctore, vel Deo, turbatam, & turbidam propinat aliis. Et ideo ut nemo libenter bibit aquam turbidam, & limoſam, cum invenit claram, ita nemo libenter audit doctrinam talium. De hoc dicit *Ezech.* *al. † in.* 34. Nonne ſatis erat vobis paſcua bona depaſci? inſuper & reliquias paſcuarum veſtrarum conculcaſtis pedibus veſtris, & cum limpidiſſimam aquam biberetis, reliquam pedibus veſtris turbabatis, & oves meæ his, quæ pedibus veſtris conculcata fuerant, paſcebantur: & quæ pedes veſtri turbaverant, hæc bibebant. Propterea hęc dicit Dominus Deus ad vos: Ecce ego ipſe judico inter pecus pingue, & macilentum. *b* Vena,] Prædicator eſt. Unde *ſupr.* 10. Vena vitæ os juſti. *b* Vena corrupta,] eſt Prædicator corruptus in fide, vel in moribus. Et hæc eſt vena mortis. De qua *Oſee* 13. Adducet Dominus urentem ventum de deſerto aſcendentem, & ſiccabit venas ejus, & fontem ejus. Signanter autem dicitur. *c* Juſtus cadens coram impio,] ideſt, Diabolo, vel detractore, eſt [fons turbatus, & vena corrupta] quia ſicut ex fonte turbato emanat rivulus turbidus, & ex vena corrupta ſanguis, vel ſpiritus corruptus, ita caſus juſti Diabolo, vel detractore procurante multis eſt occaſio corruptionis. *d* Sicut qui mel comedit multum, non eſt ei bonum,] quia inflativum eſt: *e* Sic qui ſcrutator eſt majeſtatis, opprimetur a gloria] quia ſicut nimia claritas lucis obtundit viſum; ſic nimia perſcrutatio majeſtatis, & ſecretorum Dei obcæcat intellectum. Ideo dicitur *Rom.* 12. Non plus ſapere, quam oportet, &c. *Eccli.* 3. Altiora te ne quæſieris, fortiora te ne ſcrutatus fueris. Et ſicut mel dulce eſt, dum guſtatur, ſed ſi nimis ſumatur, inflat, & necat; ita inquiſitio divinæ majeſtatis, & cœleſtium ſecretorum delectabilis eſt; ſed ſi nimia eſt, necat per errorem, aut inflat per elationem, 1. *Cor.* 8. Scientia inflat, charitas autem ædificat. *f* Sicut urbs patens, & abſque murorum ambitu; ita vir, qui non poteſt in loquendo cohibere ſpiritum ſuum,] Ad litteram: ad modeſtiam loquendi, & docendi invitat hic Salomon: Sicut enim nimia perſcrutatio in diſcendo reprobabilis eſt; ita immoderata locutio in docendo odibilis eſt, vel contra vitium loquacitatis dicitur hoc. Silentium enim munitio civitatis eſt animæ. Unde *Iſa.* 30. In ſilentio, & ſpe erit fortitudo veſtra. Deſtructio hujus munitionis loquacitas eſt. Unde *Gloſ.* Si murum ſilentii non habet, patet inimici jaculis civitas mentis; & cum ſe per verba extra ſemetipſam jacit, apertam ſe adverſario oſtendit: quam tanto ille ſine labore ſuperat, quanto & ipſa, quæ vincitur, contra ſemetipſam per multiloquium pugnat. Nimis enim difficile eſt, vel impoſſibile multa loqui ſine peccato, *ſup.* 10. In multiloquio non deerit peccatum; qui autem moderatur labia ſua, prudentiſſimus eſt.

EXPOSITIO CAP. XXVI.

g QUomodo nix æſtate, & pluviæ.] Duo ſunt, quæ fructum prædicationis impediunt. Imperitia prædicantis, & perſecutio infidelis. Et iſta duo comparat Salomon in hac parabola, aſſerens non minus lædi Eccleſiam Dei, ſi indocto cathedra docendi tribuatur, quam perſecutione infidelium, ut probavit calamitas Arianæ tempeſtatis. Nomine nivis, & pluviæ, Perſecutionis tempeſtas accipitur. Nomine æſtatis, A
præſens tempus, in quo ſeges, ſive meſſis Eccleſiæ maturatur, & colligitur in horrea Domini recondenda. Unde *Apoc.* 14. Mitte falcem tuam, & mete, quia venit hora, ut metatur, quoniam maturavit meſſis terræ. *Joan.* 4. Levate oculos veſtros, & videte regiones, quia albæ ſunt jam ad meſſem. *Luc.* 10. Meſſis quidem multa, operarii vero pauci. Dicit ergo. *g* Quomodo,] id eſt, ſicut. *h* Nix æſtate, & pluviæ in meſſe; ſic indecens eſt ſtulto gloria,] ideſt, imperito Doctori cathedra, ſive promotio, ideſt, ſicut nix indecens eſt in æſtate, & pluvia in meſſe; ita dignitas imperito homini. *al. g. ſ. a. illud.* Nomine etiam nivis, & pluviæ perſecutio infidelium accipitur, qui dupliciter impugnant Eccleſiam, corrumpere molientes mores, & fidem. Nix, vel pluvia collectionem meſſis impedit, & perſecutio infidelium fructum prædicationis in multis extinguit. Indocti promotio pejor eſt, quia etſi nix, vel pluvia impediat meſſem colligendam, collectæ tamen non nocet, & præterea refrigerium præſtat contra ardorem caloris. Similiter perſecutio infidelium etſi noceat infirmis, tamen probat patientes, ut fornax aurum. Sed cathedra, vel promotio ſtulti ita nocet omnibus, etiam ſibi, quod nulli prodeſt; ideo ſtulti promotionem vocat errorem Salomon. *Eccleſ.* 10. Eſt malum, quod vidi ſub Sole, & quaſi per errorem egrediens a facie Principis, poſitum ſtultum in dignitate ſublimi. *i* Nam ſicut, &c.] In hac parabola comparat verba avibus quia per aera, ſicut aves tranſvolant uſque ad audientem ab ore loquentis, Sed in hoc eſt differentia, quia aves ſæpe reſident, ubi nulla eſt utilitas, nulla neceſſitas, verba vero diſperſa ſemel inventum, non evaneſcunt, ſed cuncta in auctorem ſuum revertuntur; quia vel bene prolata juvant eum, vel male prolata gravant. Unde Dominus *Matth.* 12. Dico vobis, quod de omni verbo otioſo, quod locuti fuerint homines, reddent de eo rationem in die judicii. Et hoc eſt; [Sicut avis, &c.] Hæc dictio, [Nam,] non ſuperfluit, ſed eſt oſtenſiva, quare ſtulti gloria indecens eſt, quia talis maledictus eſt, ſed tamen non impune. *i* Nam ſicut avis ad alta tranſvolans,] *Beda* dicit [alta.] *k* Et paſſer quolibet vadens,] ideſt, huc & illuc volitans. *l* Sic maledictum,] ſupple, tranſvolat per aera uſque ad audientem. Sed, [maledictum fruſtra,] ideſt, ſine cauſa. *m* Prolatum in quempiam ſuperveniet,] ideſt, in proferentem deſuper redibit. *Sup.* 1. A detractione parcite linguæ, quia ſermo obſcurus in vacuum non ibit. *Eccleſ.* 27. Qui in altum mittit lapidem, ſuper caput ejus cadet. Non autem ſine cauſa dicit: maledictum fruſtra prolatum,] Eſt enim maledictum juxta divinam juſtitiam prolatum, ut eſt illud: Pecunia tua tecum ſit in perditionem. *Act.* 8 Et anathema Eccleſiæ, de quo dictum eſt Petro: Quodcumque ligaveris ſuper terram, erit ligatum & in cœlis. *Matth.* 16. *n* Flagellum equo,] ſupple congruit, vel debetur, maxime reſtivo, vel umbratico, vel ceſpitanti. *o* Et chamus aſino,] ſimiliter congruit, vel debetur, propter laſciviam, propter luxuriam, propter gulam. *p* Et virga,] ideſt, diſciplina.
q In dorſo imprudentium,] qui neſciunt æſtimare res, ſecundum valorem ſuum. Unde *ſupr.* 10. Virga in dorſo ejus, qui indiget corde. Virgam in dorſo dicuntur habere imprudentes triplici ratione. Prima, quia non vident ſe flagellari, cum ſpiritualiter flagellantur, quod figuratum eſt in hoc, quod Dominus velata facie colaphizatus eſt a Judæis. Secunda, quia flagellum æternæ damnationis manet eos, unde reprobi ſemper in Scriptura dicuntur percuti in poſteriora. Tertia, quia ſola flagella corporis reputant eſſe flagella. Equo & aſino comparatur imprudens. Equo quidem propter fortitudinem carnis, aſino propter ſtultitiam mentis. De hoc *Eccli.* 33. Cibaria, & virga, & onus aſino, panis, & diſciplina, & opus ſervo.

r Ne reſpondeas ſtulto juxta ſtultitiam ſuam,] loquenti, ſupple, ideſt, nihil reſpondeas, ſecundum *Gloſ.* Vel ſic.

[Ne reſpondeas ſtulto juxta ſtultitiam ſuam,] ideſt, ſtulte. *a* Nec efficiaris ei ſimilis,] ſtulte reſpondendo. Patientia enim contra malitiam, & Sapientia contra ſtultitiam, pugnare debent Chriſtiani. Unde *Rom.* 22. Noli vinci a malo, ſed vince in bono malum. *Sup.* 7. Sapientiam non vincit malitia.

a ne efficiaris ei ſimilis. *b* Reſponde ſtulto juxta ſtultitiam ſuam, *c* ne ſibi ſapiens eſſe videatur. *d* Claudus pedibus, & *e* iniquitatem bibens, *f* qui mittit verba per *g* nuncium ſtultum. *h* Quomodo pulchras fruſtra *i* habet claudus tibias: ſic indecens eſt in ore ſtultorum parabola. Sicut *k* qui mittit lapidem in acervum Mercurii, *l* ita qui tribuit inſipienti *m* honorem. *n* Quomodo ſi ſpina naſcatur in manu temulenti, ſic *o* parabola in *p* ore ſtultorum. *q* Judicium *r* determinat *ſ* cauſas.

b Reſponde ſtulto juxta ſtultitiam ſuam,] ideſt, ſecundum quod exigit ſtultitia ſua. *c* Ne ſibi ſapiens eſſe videatur,] ideſt, ut recognoſcens ſtultitiam ſuam corrigatur. Ad hoc enim debet eſſe tota ſollicitudo Doctorum, ut eorum reſ-
B ponſio faciat ſtultos agnoſcere ſtultitiam ſuam, quia tunc facile corriguntur. Sed videtur Salomon ſibi eſſe contrarius, quia prius dixit [Ne reſpondeas ſtulto juxta ſtultitiam ſuam, & modo ſtatim ſubdit, [Reſponde ſtulto juxta ſtultitiam ſuam.] Sed non eſt contrarius. Quidam enim ſtulti ſunt omnino incorrigibiles, qui non recipiunt Sapientiam. His nullo modo reſpondendum eſt. Et quantum ad hujuſmodi dicit, [Ne reſpondeas ſtulto.] Unde & Dominus *Matth.* 21. Principibus Sacerdotum quærentibus: In qua poteſtate hoc facis? noluit reſpondere, ſed quæſivit, Baptiſmus Joannis unde erat, e cœlo, an ex hominibus? Et reſpondentibus, neſcimus; ait illis: Neque ego dico vobis, in qua poteſtate hæc facio. Neque etiam Herodi voluit reſpondere. *Luc.* 23. Neque Pilato. *Matt.* 27. Alii ſunt ſtulti corrigibiles. Quorum duplex eſt differentia. Nam quidam corriguntur reſponſionis ſuavitate, alii ſermonis auſteritate. Unde *Seneca*: Quædam vitia frangenda ſunt, alia vero emendanda. Quoad hujuſmodi, dicit *Salomon* [Reſponde ſtulto juxta ſtultitiam ſuam:] Vel non eſt contrarietas, quia hæc dictio, [juxta,] æquivoce ſumitur, primo notat ſimilitudinem; ſecundo, exigentiam. Item non eſt contrarietas propter diverſos fines, Nam primo dicit, non eſſe reſpondendum ſtulto, ne, ſcilicet, pejor efficiatur; vel videns ſe contemni, & indignum reſponſione, confundatur. Secundo, dicit ſtulto eſſe reſpondendum, ut ejus
al. † ſuperbia. † ſtultitia reprimatur, & cognoſcens ſuam ſtultitiam corrigatur *d* Claudus pedibus,] ideſt, ſupple, infirmus ad opus exterius. *e* Et iniquitatem bibens,] interius cogitando. *f* Qui mittit verba,] prædicationis, vel doctrinæ, ſive inſtructionis. *g* Per nuncium ſtultum,] ideſt, per hæreticum, vel malum, vel idiotam catholicum. Scienter dico: Poteſt enim ſapiens Prælatus mittere ſtultum, quem putat, & credit ex relatu multorum eſſe bonum, & ſapientem: nec perdit gloriam Sapientiæ ſuæ; qui autem ſcienter mittit ſtultum, claudus eſt pedibus, & iniquitatem bibens, ideſt bonorum operum exteriorum, & interiorum, ſi qua habet, vel
Myſtice. habuit, meritum amittit. Myſtice. *d* Claudus pedibus, & iniquitatem bibens,] eſt Dominus Jeſus, quia iniquitatem, ideſt, pœnam pro iniquitate noſtra quaſi aquam bibit. Unde *Job* 43. Quis eſt vir, ut eſt Job, qui bibit ſubſannationem, quaſi aquam? Claudus, eſt [pedibus,] quia pedes ejus, ideſt, Doctores, & Prædicatores, podagrici, & exſoleati ſunt adeo, ut ſuper nihil durum valeant ambulare; ideo vacillat Dominus, nec poteſt magnat dietas facere ſuper regionem peccatorum. Unde 2. *Reg.* 6. legitur, quod boves calcitrantes declinaverunt arcam Domini. Claudicant etiam iſti pedes in prædicatio-
al. † ſono. al. lectione. ne, vel in † locutione favorem quærendo, vel odium declinando. Stultus nuncius eſt idiota Prælatus, qui ſine litteris venit. Nam qui ſacras litteras neſcit, nuncius ſine litteris venit. Has quidem litteras bonus nuncius habet in pixide cordis ſui, in quo debet eſſe depicta, vel potius celte ſuſculpta imago ſummi Pontificis, per imaginationem; habens & ſigillum pendens in litteris, & patientiam, ſive opus in doctrina. In hoc enim cognoſcitur verus nuncius Chriſti, qui & doctrinæ opus, & operi patientiam adjungit. Talis nuncius fuit ille, qui dixit: Stigmata Jeſu jugiter in corpore meo porto. *Gal. ult.* Ideo quaſi vero nuncio credebatur ei ab omnibus, quia & litteras & ſigillum Domini ſui in pixide inſculpta ejus imagine deferebat. Et hæc eſt ratio, quare hodie non creditur Doctoribus, & Prædicatoribus, & Prælatis, quia multi ſine litteris veniunt, & qui litteras habent, ſigillum non habent, nec pixidem picturatam.
h Quomodo pulchras fruſtra,] ideſt, inutiliter.

i Habet claudus tibias, ſic indecens eſt in ore ſtultorum parabola, ideſt, doctrina, ideſt, ſicut claudus pulchras tibias tantum ad decorem habet, & non ad uſus, ita ſtulti habent parabolam ad honorem exterius, & non ad uſum interius. Stultos dicit, non ignaros, ſed qui bona ſciunt, & dicunt, & non faciunt. Unde recta eſt ſimilitudo, quia ſicut tibiæ vehiculum ſunt corporis, ita verbum doctrinę vehiculum eſt cordis. Sicut ergo pulchrę tibiæ non decent claudum, quia eis non ambulat: ſic nec ſtultum decet verbum doctrinæ, quia illo non ambulat in via mandatorum.
k Sicut qui mittit lapidem in acervum Mercurii,] ideſt, ad ædificandum templum Mercurio, ſive idolo Mercurii. *l* Ita qui tribuit inſipienti,] ideſt, ſtulto, ſive idiotæ cuilibet, vel hæretico. *m* Honorem,] ideſt, officium docendi vel prælationem, quaſi dicat, qui inſipienti, vel hæretico honorem prælationis, vel docendi tribuit, non minus delinquit, quam qui Deos gentium, vel delubra eorum cultu veneratur inani. Vel ſic ad litteram. Gentiles faciebant acervum lapidum ad honorem Mercurii, & aliorum Deorum, ſicut etiam apud nos faciunt peregrini, ubi primo vident monaſterium, ad quod vadunt, ibi conſtituunt acervum lapidum, & ponunt cruces, & dicitur mons gaudii. Dicit ergo Salomon, ſicut illud apud Gentiles idololatria eſt; ita apud nos idololatria eſt inſipientem conſtituere in dignitate. Unde *Zach.* 11. O paſtor, & idolum. Hoc eſt, quod prohibetur in lege. *Lev.* 26. Non facietis vobis idolum, & ſculptile, nec titulos erigetis, nec inſignem lapidem ponetis in terra veſtra, ut adoretis eum: Quod eſt nobilem idiotam Prælatum conſtituere in Eccleſia, quod tamen hodie fere ubique fit: Unde patet, quod prope eſt finis mundi. Dicit enim Dominus, *Matt.* 24. Cum videritis abominationem deſolationis, quæ dicta eſt a Daniele Propheta, ſtantem in loco ſancto, qui legit, intelligat.

Vel ſic. Mercurius Deus eſt mercatorum, qui ſolent computare per lapillos, quibus ſi aliquis jaciat lapillum aliquem, tota computatio turbata eſt, & reincipienda; ita cum inſipienti datur prælatio, vel officium docendi, totum turbatum eſt, & quaſi nihil factum eſſet, iterum reincipiendum eſt. Et hoc eſt. ſicut qui mittit lapidem in acervum Mercurii,] ubi computant mercatores, totum confundit, & turbat: [Ita qui tribuit inſipienti honorem,] prælationis, aut magiſterii.
n Quomodo, ſi ſpina naſcatur in manu temulenti,] ideſt, ebrii temeto, ideſt, vinolenti
o Sic parabola,] ideſt, verbum doctrinæ.
p In ore ſtultorum,] qui neſciunt æſtimare res ſecundum valorem ſuum: qui bona dicunt, & mala faciunt: bene docent, & male vivunt. Et recta eſt ſimilitudo. Sicut enim ebrius ſpina, quam tenet in manu, ſeipſum, & alios pungit, & lacerat, & non curat; ita ſtultus verbo doctrinæ ſuæ cum exemplo vitæ ſuæ ſeipſum primo exulcerat, deinde alios, qui in eo ſcandalizantur, & non curat. Vel ſicut ebrius punctionem ſpinæ, quam tenet, non ſentit; ita ſtultus ex ſermone, quem prædicat, non compungitur. Unde eſt velut æs ſonans, aut cymbalus tinnient. 1. *Cor.* 13. Bonus vero Doctor, vel Prædicator ex ſermone, quem profert exterius in ore, compungitur interius in corde. Unde *Ezech* 3. Liber devoratus amaricavit ventrem ejus. Et ventrem Joannis ſimiliter. *Apoc.* 10. Verba enim Sapientum quaſi ſtimuli, & quaſi clavi in altum defixi, *Eccli. ult. Jerem.* 1. Qui addit ſcientiam, addit & dolorem.

Vel ſpina in manu temulenti, & peccatum in † opere Prædicantis, illud *Gen.* 27. Vox quidem vox Jacob eſt, manus autem manus ſunt Eſau. al. † ore.
q Judicium determinat cauſas,] & lites cauſarum. Ad hoc enim inſtituta ſunt judicia. *Deuteron.* 25. Si fuerit

Σ cauſa

Myſtice. *q* Judicium,] generale futurum. Myſtice.
r Determinat;] ideſt, determinabit.
ſ Cauſas,] omnium. Tunc enim portabit quilibet libel-

¥ lum cauſæ.

Moraliter. *q* Judicium,] diſciplinæ. Moraliter
r Determinat cauſas,] quæ ſunt inter carnem, & ſpiritum: Caro enim concupiſcit adverſus.

* Spiritum

Σ cauſa inter aliquos, & interpellaverint judices, quem juſtum eſſe proſpexerint, illi juſtitiæ palmam dabunt, quem impium condemnabunt impietatis. Modo vero judices cauſas multiplicant, & protelant: & hoc vel propter cupiditatem propriam, vel propter Advocatorum malitiam.

& quia *a* imponit ſtulto ſilentium, *b* iras mitigat. *c* Sicut canis, qui revertitur ad vomitum ſuum; ſic *d* imprudens, qui *e* iterat ſtultitiam ſuam. Vidiſti *f* hominem ſapientem ſibi videri, magis illo ſpem habebit † inſipiens. Dicit *g* piger, *h* leo *i* eſt in via, *k* leæna in itineribus. *l* Sicut oſtium vertitur in cardine ſuo; ita piger † in lectulo ſuo. *m* Abſcondit piger manus ſub aſcella ſua, & laborat ſi ad os ſuum eas converterit. *n* Sapientior ſibi piger videtur *o* ſeptem viris loquentibus ſententias. *p* Sicut qui apprehendit auribus canem, ſic qui tranſit *q* impatiens, *r* & commiſcetur rixæ alterius. *ſ* Sicut noxius eſt, qui mittit lanceas, & ſagittas in mortem, *t* ita vir, qui fraudulenter *u* nocet amico ſuo, & *x* cum fuerit deprehenſus, dicit: ludens feci. Cum *y* defecerint ligna, extinguetur ignis, & ſuſurrone ſubtracto, jurgia conquieſcunt. *z* Sicut carbones ad prunas, & ligna ad ignem; ſic homo iracundus ſuſcitat rixas. *a* Verba ſuſurronis *b* quaſi ſimplicia, & *c* ipſa perveniunt ad inti-

a Et qui imponit ſtulto ſilentium, iras mitigat,] id *1. Pet. 2.* eſt, litteras terminat. *Sup.* 22. Ejice deriſorem, & exibit cum eo jurgium, ceſſabuntque cauſæ & contumeliæ.

Myſtice. Ψ lum cauſæ ſuæ apertum, & ſecundum quod in eo erit ſcriptum, dabitur ſententia definitiva, a qua non poterit appellari. *Apoc.* 20. *al.† ſtultus.* Vidi mortuos magnos, & puſillos ſtantes in conſpectu throni, & libri aperti ſunt, & alius liber apertus *al.† lecto.* eſt, qui eſt vitæ, & judicati *Sup. 19.* ſunt mortui ea his, quæ ſcripta erant in libris ſecundum opera ipſorum. Modo libri clauſi ſunt, nec apparent cauſæ, ſed tunc aperientur, & apparebit, cujus cauſa fuerit juſta. Unde *ſup.* 16. Sortes mittuntur in ſinum, ſed a Domino temperantur. Ibi expoſitionem quærere. *a* Et qui imponit ſtulto ſilentium,] ideſt, hæretico, vel detractori, aut Prædicatori imperito.

b Iras mitigat, quas ipſi concitant in auditoribus ſuis. *Sup.* 24. Excelſa ſtulto Sapientia, modo ſcilicet in porta, ideſt, in judicio non aperiet os ſuum.

Moraliter. * Spiritum, & ſpiritus adverſus carnem. *Galat* 5.

a Et qui imponit ſtulto ſilentium,] ideſt, carnali ſenſui, qui eſt Advocatus carnis, vel Diabolo, qui eſt ejus Conſiliarius: *b* Iras mitigat,] ideſt, rixas carnis, & ſpiritus; vel iras Domini, qui iraſcitur de hoc, quod ancilla vult præeſſe Dominæ. Hoc eſt enim illud malum, quod terra ſuſtinere non poteſt, *infra* 30. *c* Sicut canis, qui revertitur ad vomitum ſuum,] quem gravatus projecerat. *d* Sic imprudens,] ideſt, inſipiens. *e* Qui iterat ſtultitiam ſuam,] ideſt, nequitiam ſuam, poſt confeſſionem, vel ſatisfactionem ad peccata præterita redeundo. Abominabile eſt, & caninum vomitum ſuum manducare, hoc eſt, peccatum poſt confeſſionem iterare. Qui de peccato præterito cogitat, vomitum ſuum in os reſumit, qui in eo delectatur, maſticat; qui conſentit, tranſglutit; qui facit, jam comedit. De hujuſmodi dicitur. 2. *Petr.* 2. Melius erat illis non cognoſcere viam juſtitiæ, quam poſt agnitionem retrorſum converti ab eo, quod illis traditum eſt ſancto mandato. Contingit enim eis illud veri proverbii. Canis reverſus ad vomitum ſuum, & ſus lota in volutabro luti. *f* Vidiſti hominem ſapientem ſibi videri, magis illo ſpem habebit inſipiens,] ideſt, ſi videris aliquem, qui ſibi videtur ſapiens eſſe, majorem ſpem habe de illo, qui inſipientem reputat. 1. *Cor* 3. Si quis videtur inter vos ſapiens eſſe in hoc ſæculo, ſtultus fiat, ut ſit ſapiens. *Ezech.* 28. Perdidiſti omnem Sapientiam tuam in decore tuo, ideſt, in hoc quod decorum te eſſe in Sapientia reputabas. Nihil pernicioſius eſt, quam ſapientem ſe reputare. Hæc eſt mors, & necatio humilitatis, quæ eſt cuſtos omnium virtutum, & reſtitutrix omnium bonorum. Nam humilitas tepiditate aliarum virtutum inflammeſcit, de paupertate diteſcit, de defectu abundat, de luctu gaudet, de morte reviviſcit. Ideo dicitur *Rom.* 12. Nolite eſſe prudentes apud voſmetipſos. Nam væ vobis, qui ſapientes eſtis in oculis veſtris. *Iſ.* 5. *g* Dicit piger,] ad omne bonum, cogitans viam ju- *1. Pet. 5.* ſtitiæ inchoare. *h* Leo,] ideſt, Diabolus inſidians, & rugiens, quærens quem devoret. *i* Eſt in via,] juſtitiæ. *k* Leæna in itineribus] quibus incedunt Juſti, ideſt, mala delectatio, & proximorum detractio, & ita retardatur a bono. *Sup.* 15. Iter pigrorum quaſi ſepes ſpinarum. Et 22. dicit piger, leo eſt foris, in medio platearum occidendus ſum, quaſi dicat piger: Ego bene vellem facere pœnitentiam, ſed timeo Diaboli verſutias, & carnis moleſtias, & mundi inſultationes. Contra quos dicitur *Eccle.* 11. Qui obſervat ventum, non ſeminat; & qui conſiderat nubes, nunquam metet. Quis dicatur piger. *Super* 15. & 22. dictum eſt. Hoc autem dico, quod revera piger eſt, qui in domo ruinoſa habitat, & videns ruinam præ pigritia non vult exire; videt ignem appoſitum undique, & non vult clamare, nec aquam projicere, ſed jacet in lecto. Domum ruinoſam dico mundum, carnem, lectum, divitias, & delicias: ignem, vitia, vel tentationes: aquam, pœnitentiam. *l* Sicut oſtium vertitur in cardine ſuo, ita piger in lectulo ſuo,] ideſt, ſicut oſtium in cardine verſatum, huc, & illuc murmurat, & tamen non exit a loco ſuo; ita piger, ideſt, amator voluptatis in lectulo voluptatis movetur: & murmurat in conſcientia, & tamen nunquam exit a peccatis, licet diſpliceant. *Eccli.* 33. Præcordia fatui quaſi rota carri, & quaſi axis verſatilis cogitatus illius. *m* Abſcondit piger manus ſub aſcella ſua; & laborat, ſi ad os ſuum eam converterit.] Manus ſub aſcella abſcondere, eſt ab opere ceſſare. Manum ad os convertere eſt, quod quis docet, opere implere: Idem *ſup.* 19. Ibi quære expoſitionem. *n* Sapientior ſibi piget videtur,] ideſt, homo carnalis deditus carni, & mundo. *o* Septem viris loquentibus ſententias,] ſcripturarum, ideſt, univerſis ſanctis Doctoribus, & Prædicatoribus; qui & verbo, & facto loquuntur ſententias ſcripturarum. *Eccli.* 10. In via ſtultus ambulans cum ſit ipſe inſipiens, omnes ſtultos æſtimat.

p Sicut qui apprehendit auribus canem, ſic qui tranſit,] ubi ſunt rixantes aliqui.

q Impatiens,] contumeliæ.

r Et commiſcetur rixæ alterius,] volendo mitigare eos. Vel alterum juvare, ideſt, ſicut ſtultus eſt, qui canem per aures capit, quia provocat ipſum ad iram, & latratus ſibi excitat, cum prius eſſet in pace; ita qui impatiens eſt contumeliæ, ſtultus eſt, ſi rixantes velit mitigare: Audiet enim dura verba, quæ non poterit ſuſtinere; & ſicut canis incipiet latrare cum aliis. Ad litteram ergo conſilium Salomonis eſt, ut qui impatiens eſt, rixantes fugiat; qui vero patiens eſt, poteſt eos mitigare. *ſ* Sicut noxius eſt, qui mittit lanceas, & ſagittas in mortem,] ideſt, ad occidendum aliquem, ſive occidat actu, ſive non.

t Ita vir, qui fraudulenter,] ideſt, quaſi per ludum.

u Nocet amico ſuo] in rebus, vel in perſona, vel in fama.

x Et cum fuerit deprehenſus, dicit: ludens feci,] ideſt, ludere volebam. *Sap.* 10. Quaſi per riſum ſtultus operatur ſcelus. Ibi quære expoſitionem. *Abacuc.* 2. Væ qui potum dat amico ſuo mittens fel ſuum & inebrians, ut aſpiciat nuditatem ejus.

y Cum defecerint ligna, extinguetur ignis, & ſuſurrone ſubtracto, jurgia conquieſcunt,] Sicut enim ligna materia, ſive cibus ſunt ignis; ita ſuſurria, quæ maledictorum rememorationem faciunt; fomenta ſunt jurgiorum. Suſurro autem dicitur latens, ſive aſtutus detractor, qui in præſentia ungit, & in abſentia pungit.

Subtrahe ligna foco, ſi vis extinguere flammas.
Si motus carnis, otia, vina, dapes.

Levit. 19. Non eris criminator, nec ſuſurro in populis. *Eccli.* 21. Suſurro coinquinabit animam ſuam, & in omnibus oditur.

z Sicut carbones ad prunas, & ligna ad ignem, ſic homo iracundus ſuſcitat rixas,] ideſt, ſicut carbones mortui additi ad prunas vivas, & ligna addita ad ignem augent ipſum ignem: ſic homo iracundus auget, & ſuſcitat rixas: qui patiens eſt mitigat ſuſcitatas. Vel ſicut carbones appoſiti ad prunas accenduntur de facili, & ligna ſimiliter ad ignem; ſic iracundus homo facile accenditur igne iracundiæ. *Eccli.* 23. Anima calida quaſi ignis ardens non extinguetur, donec aliquid glutiat; & homo nequam in ore carnis ſuæ, non deſinet, donec incendat ignem iracundiæ, & gehennæ.

a Verba ſuſurronis,] ideſt, bilinguis, litis, ac jurgiorum incentoris.

b Quaſi ſimplicia,] ideſt, amicabilia. *c* Et ipſa

perveniunt ad intima cordis,] ideſt, ex intimo corde procedunt, licet joco videantur dicta. *Matth.* 12. Ex abundantia cordis os loquitur. Vel [Perveniunt ad intima cordis,] ejus, qui audit, vel cui detrahitur. Ut ſagitta in capite, vel ſpina in pede, quæ extrahitur, & quando putreſcit ibi, putreſcere facit caput, vel
al. † veo-tus. pedem; ita contumelia cor.
D *Sup.* 18. Verba bilinguis quaſi ſimplicia, & ipſa perveniunt uſque ad interiora ventris. Ibi require expoſitionem latiorem. *a* Quomodo ſi argento ſordido ornare velis vas fictile,] id eſt, vas factum de terra.
Eccli. 10. *Eccli.* 9. *b* Sic labia tumentia] verbis ampulloſis apparentis doctrinæ. *c* Cum peſſimo corde ſociata,] quaſi dicat, ſicut vas fictile, ſive terreum operiri argento ſordido, ideſt, ſcoria argenti, turpe & indecens eſt; ſic eloquentia doctrinæ cordi peſſimo ſociata. Vaſa Eccleſiæ dicuntur Doctores, & Prædicatores, quibus Dominus potat totam Eccleſiam vino lætitiæ ſpiritualis, & virgines germinante. Hæc vaſa deberent eſſe aurea per Sapientiam, & argentea per eloquentiam, & munda per vitam. Sed heu fere omnia ſunt teſtea, per avaritiam, aut luxuriam. *Jerem.* 6. A minori uſque ad majorem omnes avaritiæ ſtudent, a Propheta uſque ad Sacerdotem cuncti faciunt dolum. Et hoc eſt, quod deplorat Propheta. *Thren.* 4. Filii Sion inclyti, & amicti auro primo, quomodo reputati ſunt in vaſa teſtea, opus manuum figuli, ideſt, Diaboli. *d* Labiis ſuis,] ideſt, verbis ſuis. *e* Intelligitur inimicus, cum in corde tractaverit dolos,] ideſt, ut doloſe quaſi per ludum, vel ſub ſpecie boni noceat, ſicut Joab, qui deoſculans Amaſan interfecit. 2 *Reg.* 20. Quia non poteſt diu latere ignis ſub cinere, quin fumum, vel flammam evaporet; ſic nec odium in corde. *Eccli.* 22. Ante ignem camini vapor, & fumus ignis inaltatur.

Myſtice. Myſtice, [Inimicus,] eſt hæreticus, qui labiis, ideſt, ſermonibus ſuis intelligitur, cum errores impietatis admiſcet catholicæ veritati.

Moraliter. Moraliter, [Inimicus,] eſt mundus, vel caro, uterque labiis ſuis intelligitur. Nam utrumque loquela ſua manifeſtum facit. Loquela mundi eſt concupiſcentia oculorum, ideſt, ambitio dignitatum, & cupiditas divitiarum. Loquela carnis, eſt appetitus gulæ, & ardor luxuriæ. Mundus dicit: Quemcumque oſculatus ſuero dignitatum, vel divitiarum oſculo, ipſe eſt, tenete eum, o vos divitiæ, & dignitates, crucifigite. *Matth.* 26. Caro vero dicit: Comedamus, & bibamus, cras enim moriemur. *Iſ.* 22. Hæ duæ loquelæ, mundi ſcilicet, & carnis, ſunt duæ filiæ ſanguiſugæ, de quibus dicitur *infr.* 30. Sanguiſugæ duæ ſunt filiæ, dicentes: affer, affer. De hoc inimico adhuc ſubdit Salomon. *f* Quando ſubmiſerit vocem ſuam,] molliendo ipſam, cum ipſa ſit jaculum. *g* Ne credideris ei,] quia eſt, qui te nequiter humiliat, & interiora ejus plena ſunt dolo. *Eccli.* 19. Quare autem non ſit ei credendum, ſubdit. *h* Quoniam ſeptem nequitiæ,] ideſt, omnes. *i* Sunt in corde illius,] ut in proprio domicilio. Hi ſunt ſeptem Spiritus nequiores. De quibus *Matth.* 12. Cum immundus Spiritus exierit ab homine, ambulat per loca arida quærens requiem, & non invenit. Quippe Behemoth habitat in locis humentibus. *Job* 40. Tunc dicit: Revertar in domum meam, unde exivi; & veniens invenit eam vacantem, ſcopis mundatam, & ornatam, tunc vadit, & aſſumit ſeptem alios Spiritus ſecum nequiores ſe, & intrantes habitant ibi, & fiunt noviſſima hominis illius pejora prioribus. k Qui operit odium fraudulenter,] ideſt, per ſilentium confeſſionis, vel velo ſimulationis. *l* Revelabitur malitia ejus in conſilio,] generali extremæ examinationis. *Matth.* 10. Nihil opertum, quod non reveletur, & nihil occultum, quod non ſciatur. *m* Qui fodit foveam, incidet in eam,] ideſt, qui tendit alii laqueus peccatorum, primo capietur in eis. Nemo enim prius nocet alii, quam ſibi ipſi. *n* Et qui volvit lapidem, revertetur ad eum,] ideſt, qui jaculum maledictionis, aut detractionis jacit in aliquem, pro eo punietur. *Eccli.* 27. Qui in altum mittit lapidem, ſuper caput ejus cadet. *o* Lingua fallax, ſcilicet, hæretici; hypocritæ, adulatoris, detractoris, falſi teſtis. *p* Non amat veritatem,] doctrinæ, juſtitiæ, vitæ. Hæreticus impugnat primam, ſcilicet, doctrinam fidei, hypocrita ſecundam, ſcilicet, veritatem juſtitiæ, cujus ſpeciem tamen habet, & reipſa caret. Adulator, & detractor tertiam ſcilicet, vitam impugnat jaculis detractionis, & ſagittis adulationis ſuperficialiter mellitis, ſed interius toxicatis, ideo dicit *Pſ.* 11. Salvum me fac, Domine, quoniam defecit ſanctus, quoniā diminutę ſunt veritates a filiis hominum. *Oſee* 4. Non eſt veritas, & non eſt ſcientia Dei in terra. *q* Et os lubricum,] ideſt, os incircumſpectum, & facile ad loquendum. *r* Operatur ruinas,] ſibi & aliis. Lingua enim modicum membrum eſt, & magna exaltat. Et lingua ignis eſt, univerſitas iniquitatis, *Jac.* 3. Ideo dicit *Eccli.* 22. Quis dabit ori meo coſtodiam & ſuper labia ſignaculum certum, ut non cadam in ipſis, & lingua mea perdat me?

ma † cordis. *a* Quomodo ſi argento ſordido ornare velis vas fictile, ſic *b* labia tumentia *c* cum peſſimo corde ſociata. d Labiis ſuis *e* intelligitur inimicus, cum in corde tractaverit dolos. *f* Quando ſubmiſerit vocem ſuam *g* ne credideris ei, quoniam *h* ſeptem nequitiæ *i* ſunt in corde illius. k Qui operit odium fraudulenter, *l* revelabitur malitia ejus in conſilio. *m* Qui fodit foveam, incidet in eam: *n* & qui volvit lapidem, revertetur ad eum. *o* Lingua fallax *p* non amat veritatem, & *q* os lubricum *r* operatur ruinas.

A *Eccli.* 22.

CAP. XXVII.

NE *ſ* glorieris in craſtinum, *t* ignorans quid ſuperventura pariat dies. *u* Laudet te alienus, & non os tuum, extraneus, & non labia tua. *x* Grave eſt ſaxum, & onerosa arena; ſed *y* ira ſtulti utroque gravior. Ira *z* non *a* habet miſericordiam, *b* nec erumpens furor, *c* & impetum concitati † ſpiritus ferre quis poterit? d Melior eſt manifeſta † correctio, quam *e* amor abſconditus.

al. non habet † ſpiritum. al. † correptio.

EXPOSITIO CAP. XXVII.

NE *ſ* glorieris in craſtinum,] ideſt, de futuro quaſi ſecurus. *t* Ignorans quid ſuperventura pariat dies:] Nam ut dicit *Beda*: Si hodie ſervis Domino, qualis eſſe in futurum poſſis, aut quomodo vitam finiturus ſis prævidere non vales. Unde *Eccli.* 9. Sunt juſti atque ſapientes, & opera eorum in manu Dei, & tamen neſcit homo utrum amore, an odio dignus ſit, ſed omnia in futurum ſervantur incerta. Ex quo fit, ut ſemper ſibi timeat homo. Sicut *Job* 31. Semper quaſi tumentes fluctus ſuper me Deum timui, & pondus ejus ferre non potui. Hoc eſt quod dicitur. 3. *Reg.* 20. Non glorietur accinctus æque, ut diſcinctus: quia

Dum poteris vinci, non debes dicere, vici.

u Laudet te alienus, & non os tuum; extraneus, & non labia tua,] Contra vitium jactantiæ dicitur hoc. Aliquando autem viri ſpirituales poſſunt opera ſua commendare duplici de cauſa. Primo, ut Deus glorificetur in eis, & proximus ædificetur. Unde 2. *Cor.* 11. Exiſtimo me nihil minus feciſſe a magnis Apoſtolis: Nam etſi imperitus ſermone, ſed non ſcientia. Secundo, ad ſui conſolationem, & ſpei revelationem poteſt homo laudare ſe coram Deo. Unde *Iſ.* 30. dicit Ezechias, Obſecro, Domine, memento quæſo, quomodo ambulaverim coram te in veritate, & in corde perfecto, & quod bonum eſt, in oculis tuis fecerim. *x* Grave eſt ſaxum, & onerosa arena, ſed ira ſtulti utroque, gravior, ideſt, plus gravatur ſapiens ira ſtulti, quam onere ſaxi, vel arenæ. *Eccli.* 22. Super plumbum quid gravabitur: & quod illi aliud nomen quam fatuus? Arenam, & ſalem, & maſſam ferri facilius eſt ferre, quam hominem imprudentem, & fatuum, & impium.

Myſtice. Myſtice. Saxum eſt peccatum mortale, arena multitudo venialium. Unde ſenſus eſt. Grave eſt deprimi uno mortali peccato, vel multitudine venialium onerari. *y* Sed ira ſtulti utroque gravior,] ideſt, ira per vitium, quæ omnino extinguit oculum mentis, ne poſſit diſcernere verum. Eſt autem ira per zelum, quæ ad tempus turbat oculum rationis, ut poſtea limpidius videat. Hæc eſt ira juſti. Et de hac dicitur *Eccli.* 7. Melior eſt ira riſu, quia per triſtitiam vultus corrigitur animus delinquentis. Ira vero ſtulti mox, ut canduerit, viſcera pietatis amittit, & laxat frena furoris. Unde ſequitur. z Ira,] ſtulti ſcilicet. *a* Non habet miſericordia,] quia eſt inquiſitrix vindictæ. *b* Nec erumpens furor,] qui totam malitiam cogit effundere, habet miſericordiam. *c* Et,] ideo [impetum concitati ſpiritus ferre quis poterit?] quaſi dicat, nullus niſi virtute Dei.

Moraliter. *x* Grave ſaxum,] ideſt, labor, ſive pondus injunctæ adminiſtrationis. Arena onerosa eſt moleſtiarum, ac ſollicitudinum multitudo, ſed ſuper his plus gravat furor, & ira mali Prælati. *d* Melior eſt manifeſta correctio,] Domini, vel Prælati, qui flagellat omnem filium, quem recipit. *Sup.* 3. Et *Heb.* 12. *e* Quam amor abſconditus,]

qui

Digitized by Google

a Meliora ſunt vulnera diligentis, quam *c* fraudulenta odientis oſcula. *c* Anima ſaturata *d* calcabit favum; *e* anima eſuriens † & *f* amarum pro *g* dulci *h* ſumet. Sicut *i* avis tranſmigrans de nido ſuo: *k* ſic vir, qui derelinquit locum ſuum. *l* Unguento, & variis odoribus delectatur cor: & *m* bonis amici *n* conſiliis anima dulcoratur. Amicum *o* tuum. & *p* amicum patris tui *q* ne dimiſeris, & *r* domum fratris tui ne ingrediaris in die afflictionis tuæ.

qui per opera non extenditur. Correctio enim ſignum eſt paternæ dilectionis. Amor vero abſconditus, vel illicitus eſt ſignum odii; quia qui male agit, odit lucem. *Joan.* 3. vel inutilis eſt, & nihil prodeſt. Nam probatio dilectionis exhi-

5. 4. c. non omnis, &c. non oſculatur. 24. 9. 4. 6. nimium. Joh. 6. bitio eſt operis, dicit *Greg.* *a* Meliora ſunt vulnera diligentis,] ideſt utiliores ſunt correctiones ſive verbera Dei, vel Prælati, quæ fiunt ex amore. *b* Quam fraudulenta odientis oſcula,] id eſt quam Diaboli blandi-

al. † etiam menta, quę fiunt ex fraude:

A Diabolus enim erroribus hominum favet, ut ad graviora trahat, Deus, vel Pręlatus verberat errantes, ut præterita corrigant, & futura caveant. Unde & Dominus Paulum flagello convertit. *Act.* 9. Joab Amaſan oſculo interfecit. 2. *Reg.* 20. Et Judas oſculo Dominum prodidit *Luc.* 22. *c* Anima ſaturata] divitiis, & delitiis ſæculi, quæ ſunt ſiliquæ porcorum, quæ potius inflant, quam ſatiant. *d* Calcabit favum,] Ideſt, dulcedinem cęleſtis patriæ, vel ſacræ ſcripturæ, ſicut porcus conculcat margaritas, & ſtercoribus delectatur. His dicitur *Luc.* 6. Væ vobis, qui ſaturati eſtis quia eſurietis æternaliter, quando famelici, & pauperes ſaturabuntur epulis æternæ jucunditatis. *Iſa.* 65 Servi mei comedent: & vos eſurietis: ſervi mei bibent, & vos ſitietis. *e* Anima] vero [eſuriens] juſtitiam *f* Et amarum,] i. adverſa ſæculi, tentationes Diaboli, moleſtias carnis, & etiam ipſam mortem. *g* Pro dulci] obtinendo, ideſt pro beatitudine habenda. *h* Sumet] ſpontanee. Vel. *g* Pro dulci,] ideſt pro Chriſto, qui dulcis eſt guſtantibus ipſum. Unde *Pſ.* 33. Guſtate, & videte quoniam ſuavis eſt Dominus. Et *Pſ.* 24. dulcis, & rectus Dominus [propter hoc legem dabit delinquentibus in via. Vel *g* pro dulci ſumet,] ideſt tanquam dulce. Sancti qui eſuriunt, & ſitiunt juſtitiam, non ſolum patienter, non ſolum libenter: ſed & gaudenter, pro Chriſto tribulationes patiuntur. *Deut.* 33. Lætare Zabulon in exitu tuo, & Iſſachar in tabernaculis tuis, populos vocabunt ad montem, ibi immolabunt victimas juſtitiæ, qui inundationes maris quaſi lac ſugent & theſauros abſconditos arenarum. Zabulon interpretatur, habitaculi ſubſtantia, vel habitaculum fortitudinis, vel pulchritudinis, Iſſachar, qui eſt memor, vel Dominum memorans, ſeu vir mercedis, aut eſt merces mea. *i* Sicut avis tranſmigrans de nido ſuo] relinquens ova, vel pullos ſuos, & raptui exponens, *k* Sic vir, qui derelinquit locum ſuum] ideſt bonum inceptum vel bonum propoſitum, quicquid boni fecerat raptui Dęmonum exponit. Unde *Eccli.* 10. Si ſpiritus poteſtatem habentis aſcenderit ſuper te, locum tuum ne dimiſeris, ideſt ſi tentatio Diaboli tibi inſtiterit, a bono incepto ne deſiſtas. Ad hoc enim tentat Diabolus, ut vel ad malum trahat, vel bono retrahat. Vel ſic. *i* Sicut avis tranſmigrans de nido ſuo,] ova, vel pullos ſuos exponit raptui. *k* Si vir, qui derelinquit locum ſuum,] ideſt Eccleſiam, vel prebendam ſuam, non curans de ſubditis ſuis, ſi a Dęmonibus rapiantur. Similis Struthioni, de quo *Job* 39. Derelinquit ova ſua in terra, & obliviſcitur, quod pes conculcet ea, aut beſtia agri conterat, duratur ad filios ſuos quaſi non ſint ſui. Vel locus cujuslibet eſt munditia conſcientiæ, vel labor pœnitentiæ, vel clauſtrum aut quilibet ſtatus bonus, quem qui reliquerit † tranſiens ad molliorem, periculis multis ſe exponit, ad modum aviculæ tranſmigrantis de nido ſuo. Ideo dicitur *Apoc.* 3. tene, quod habes, ut nemo accipiat coronam tuam 1. *Cor.* 7. Unuſquiſque in qua vocatione vocatus eſt, in ea permaneat. Quod omnibus modis Diabolus procurat etiam ſub ſpecie boni. Unde *Pſ.* 10. In Domino confido, quomodo dicitis animæ meæ: Tranſmigra in montem, ſicut paſſer? *Iſ.* 16. Sicut avis fugiens, & pulli de nido avolantes, ſic erunt filiæ Moab in tranſcenſu Arnon quod interpretatur arca mœroris, vel maledictio. *l* Unguento, & variis odoribus delectatur cor; & bonis amici conſiliis anima dulcoratur,] ideſt ſicut delectatio eſt in unguento, & variis odoribus pigmentorum; ſic in bonis conſiliis amicorum, ideſt in ſacris eloquiis, ubi conſilia Dei, & Sanctorum continentur, quæ dum ſimplicibus exponuntur a Doctoribus quaſi aromata redolentia conteruntur. Sermo quidem prædicationis ex multis ſententiis, quaſi ex multis ſpeciebus aromaticis confectus eſt. Quot ſunt ſententiæ, tot ſunt ſpecies, quædam dulces ſunt, quæ miſericordiam continent, quædam amaræ, quæ juſtitiam nunciant. Sed omnes medicinales ſunt, quia illis tumores ſpirituales, fracturæ, & ulcera curantur. Unde *Sap.* 16. Neque herba, neque malagma ſanavit eos, ſed tuus ſermo, Domine, qui ſanat omnia.

al. † non tranſiens ad meliorem.

Horum unguentorum fragrantiam, & virtutem ſenſerant adoleſcentulæ, cum dicebant *Cant.* 1. Curremus in odorem unguentorum tuorum. Unguentarius hæc unguenta conficiens Chriſtus eſt *Eccli.* 38. Unguentarius faciet pigmenta ſuavitatis, & unctiones conficiet ſanitatis.

Apothecarii, ſive unguentorum, & aromatum venditores, ſunt Doctores & Prædicatores, qui hæc aromata, & unguenta debent habere in apothecis ſuis, ideſt, in cordibus ſuis: Sed diſſipatæ ſunt apothecæ, quoniam confuſum eſt triticum: *Johel.* 1. Sunt autem inter cetera tria ſpecialia unguenta, & Domino chariora. Unguentum, ſcilicet, contritionis, unguentum devotionis, & unguentum pietatis.

Primum habet amaritudinem, quia fit de ſpeciebus amariſſimis, ideſt, de peccatis: & de commiſſis & omiſſis.

Secundum habet ſuavitatem, quia de ſpeciebus ſuaviſſimis eſt confectum, ideſt, de omnibus beneficiis Jeſu Chriſti.

Tertium vile videtur, quia de ſpeciebus viliſſimis eſt confectum, ideſt de omnibus miſeriis, & defectibus proximorum.

Primo unguento pedes Domini inunguntur, ubi fit remiſſio peccatorum. *Luc.* 7. Oleo caput meum non unxiſti: hæc autem unguento unxit pedes meos, propter quod dico tibi, dimittuntur ei peccata multa. Secundo caput Chriſti inungitur; cum de beneficiis ſuis ei gratiæ referuntur.

Siquidem caput Chriſti Deus 1. *Cor.* 11. Tertio totum corpus Chriſti inungitur. Hoc triplex unguentum legimus in Evangelio figuratum. De primo dicitur *Luc.* 7. quod Maria ut cognovit, quod Jeſus accubuiſſet in domo Phariſæi, attulit alabaſtrum unguenti, & ſtans retro ſecus pedes ejus lacrymis cœpit rigare pedes ejus, & capillis capitis ſui tergebat, & oſculabatur pedes ejus, & unguento ungebat.

De ſecundo dicitur *Matt.* 26. Cum eſſet Jeſus in Bethania in domo Simonis leproſi, acceſſit ad eum mulier habens alabaſtrum unguenti pretioſi, & effudit ſuper caput ipſius recumbentis. De tertio dicitur *Joan.* 19. Venit Joſeph, & tulit corpus Jeſu: venit autem & Nicodemus, qui venerat ad Jeſum nocte primum ferens miſturam myrrhæ, & aloes quaſi libras centum. Acceperunt ergo corpus Jeſu, & ligaverunt eum linteis, & aromatibus, ſicut mos eſt Judæis ſepelire.

Primum unguentum pretioſum eſt; unde & de eo dicitur *Pſ.* 50. Cor contritum, & humiliatum Deus non deſpicies. Secundum pretioſus eſt, quia & ſpecies chariores ſunt quibus conficitur. Unde & de illo dicitur, *Pſal.* 49. Sacrificium laudis honorificavit me. Tertium pretioſiſſimum eſt. De quo dicitur *Cant.* 1. Ubera tua vino fragrantia unguentis optimis. Sed dicit aliquis; Non habeo hæc unguenta, quia neſcio ubi hæ ſpecies oriantur. Sed dico tibi, primas invenies in horto proprio, ſecundas in horto Domini, tertias in horto proximi. Primas ſpecies colligis, cum peccata tua meditando recolis. Illas conteris, cum de ſingulis dolendo gemis. Inde unguentum conficis, cum lacrymas fundis. Secundas ſpecies colligis, cum Dei beneficia laudando recolis. Illas in pulverem conteris, cum ſigillatim etiam minima recognoſcis. Inde unguentum conficis, cum de omnibus gratias agis. Tertias ſpecies colligis, cum miſerias proximi meditaris. Eas conteris, cum ſingulis corde compateris. Inde unguentum conficis, cum effectu miſereris. Breviter ergo triplex unguentum eſt, ſcilicet Contritionis, devotionis, & pietatis. Primum fit ex recordatione propriorum peccatorum. Secundum ex rememoratione Chriſti beneficiorum. Tertium ex conſideratione miſeriæ proximorum. Et de hoc triplici unguento procul dubio verum eſt, quod dicit Salomon. *l* Unguento, & variis odoribus delectatur cor] licet non corpus. *m* Et bonis amici,] ideſt, Chriſti. *n* Conſiliis anima dulcoratur] quæ acquieſcit eis. *o* Amicum tuum,] ideſt, Chriſtum, de quo *ſup.* 17. Omni tempore diligit, qui amicus eſt. *p* Et amicum patris tui] verum. *q* Ne dimiſeris] prior: neque facias, propter quod dimittaris ab illo *Eccli.* 9. Non relinquas amicum antiquum; novus enim non erit ſimilis illi. Vinum enim novum amicus novus; veteraſcet, & cum ſuavitate bibes illud. *r* Et domum fratris tui ne ingrediaris in die afflictionis tuæ,] ideſt, paupertatis tuæ, cito enim faſtiditus erit tua præſentia. Unde *Jer.* 9. Unuſquiſque a proximo ſuo ſe cuſtodiat, & in omni fratre ſuo non habeat fiduciam. *Mich.* 7. Omnes in ſanguine inſidiantur, vir fratrem ſuum venatur ad mortem. Myſtice. Frater noſter Myſtice.

diabolus eſt *Job* 41. Ecce Behemoth, quem feci tecum, i.

ſicut

ſicut te. Dominus ejus, mundus eſt. Unde Dominus per *Pſ.* 44. Audi filia, & vide, & inclina aurem tuam, & obliviſcere populum tuum, & domum patris tui: Hanc domum prohibet ingredi Salomon in die afflictionis, quia non a mundo, ſed a ſolo Deo quærenda eſt conſolatio in die tribulationis; quia delicata eſt divina conſolatio, nec conceditur admittentibus alienam, ut dicit *B. Bern.* Sponſus juſte iraſcetur ſponſæ, ſi ipſo dimiſſo conſolationem quæreret ab adultero, ſic Dominus, qui ſponſus eſt uniuſcujuſque fidelis animæ. Juxta illud *Oſee* 2. Sponſabo te mihi in fide; Juſte iraſci poteſt Dominus, ſi quærat quis ab alio conſolationem in tribulatione. Ob hoc enim tribulationes immittit, ut clamemus, & fugiamus ad ipſum tanquam ægri ad Medicum, tanquam ſervi afflicti ad Dominum; tanquam naufragi ad Aſylum. *Pſ.* 9 Factus eſt Dominus refugium pauperi, adjutor in opportunitatibus, in tribulatione.

Sap. 10. a Melior eſt vicinus juxta] compaſſionis affectu, & miſerationis effectu.

al. † *evacuet.* *al.* † *exacuitur.*

b Quam frater procul] ut patet in Samaritano, & Sacerdote, & Levita *Luc.* 1. quaſi dicat. Melius eſt tibi habere vicinum pium, quam fratrem impium. Unde *ſup.* 18. Vir amicabilis ad ſocietatem magis amicus erit, quam frater.

a Melior eſt vicinus juxta, quam b frater procul. c Stude Sapientiæ, fili mi: d & lætifica cor meum, ut e poſſis exprobranti reſpondere ſermonem. f Aſtutus g videns malum, h abſconditus eſt: i parvuli k tranſeuntes l ſuſtinuerunt diſpendia. m Tolle n veſtimentum o ejus, qui p ſpopondit pro extraneo, q & pro alienis r aufer ei pignus. ſ Qui benedicit proximo ſuo voce grandi, de t nocte conſurgens u maledicenti x ſimilis erit. y Tecta perſtillantia in die frigoris, & litigioſa mulier comparantur; z Qui retinet eam, a quaſi qui ventum teneat, & oleum dexteræ ſuæ † evacuet. b Ferrum ferro † acuitur, & homo exacuit faciem amici ſui. c Qui ſervat ficum

Myſtice. Myſtice. a Vicinus juxta] gentilis eſt affinitate fidei nobis conjunctus. b Frater procul] Judæus eſt fide, & pietate a nobis ſeparatus. Nec dubium quin gentilis melior ſit Judæo. c Stude Sapientiæ] non ſolum cognoſcendæ, ſed obtinendæ, ſive poſſidendæ, & faciendæ [fili mi] d Et lætifica cor meum] ſic ſtudendo Sapientiæ. e Ut poſſis exprobranti reſpondere ſermonem,] ideſt, reddere rationem contradicentibus, vel interrogantibus. Juxta illud 1 *Pet.* 3. Dominum autem Jeſum Chriſtum ſanctificate in cordibus veſtris, parati ſemper ad ſanctificationem omni poſcenti vos reddere rationem de ea, quæ in vobis eſt, ſpe. f Aſtutus videns malum] perſecutionis. h Abſconditus eſt,] ideſt, abſcondit ſe, ut nihil ſuſtineat. Idem *ſup.* 22. Callidus videt malum, & abſcondit ſe, ſicut vulpes in cavea. Et de his dicit *Job* 6. Qui timent pruinam, irruet ſuper eos nix. In bono etiam exponitur. f Aſtutus,] ideſt, ſapiens. g Videns malum,] ideſt mundum, qui totus in maligno poſitus eſt. 1. *Joa.* 5. h Abſconditus eſt,] ideſt, cum viderit, abſcondit ſe reſiliens ab eo, & fugiens in ſolitudinem clauſtri. *Nahum.* 3. Et erit: omnis, qui viderit te, reſiliet a te. Viderat eum *Pſal.* 54. cum dixit. Ecce elongavi fugiens, & manſi in ſolitudine. *Jer.* 51. Murus Babylonis corruet, egredimini de medio ejus, populus meus, ut ſalvet unuſquique animam ſuam ab ira furoris Domini, & ne forte molleſcat cor veſtrum. i Parvuli,] ideſt, Apoſtoli, & ſequaces eorum. k Tranſeuntes] viam hujus ſæculi, quaſi viatores, peregrini. l Suſtinuerunt diſpendia,] ideſt multa opprobria. *Heb.* 11. Sancti per fidem vicerunt regna. *Et infr.* Alii ludibria, & verbera experti inſuper, & vincula, & carceres, &c. Sed in omnibus his gaudebant quia ibant Apoſtoli gaudentes a conſpectu concilii, quoniam digni habiti ſunt pro nomine Jeſu contumeliam pati. *Act.* 5. Si igitur tranſeuntes, tot diſpendia ſuſtinuerunt, quid ſuſtinent, vel ſuſtinebunt habitantes? *Apoc.* 8. Væ, væ, væ, habitantibus in terra. Ter dicit væ, quia væ in nativitate, væ in vita, væ in morte. Nativitas eſt immunda, vita laborioſa, mors periculoſa. Unde

Væ mihi naſcenti, væ vivo, væ morienti.

m Tolle,] ideſt tolles, vel tollendum prædica. n Veſtimentum,] ideſt curam ſæculi. o Ejus,] ideſt ab eo. p Qui ſpopondit pro extraneo] ideſt qui curam aliorum ſuſcepit. q Et pro alienis] quos curandos ſuſcepit. r Aufer ei pignus] virtutum vel ſecuritatis de vita æterna habenda. Multi enim in prælatione damnabuntur; qui in ſtatu ſimplici, ſi manſiſſent, ſalvi fuiſſent. Sicut oſtenſum fuit cuidam Monacho; quia quidam alius monachus electus fuerat, & noluit recipere, & poſt mortem ſuam apparuit illi monacho, & dixit ei, quod ſi recepiſſet electionem, damnatus fuiſſet. Ideo dicit *Eccli.* 7. Noli quærere fieri Judex, niſi virtute valeas irrumpere iniquitates. De hac materia dictum eſt, *ſup.* 6. ibi. Fili, ſi ſpopondiſti pro amico tuo, &c. Et 20. ibi. Tolle veſtimentum ejus, qui fidejuſſor extitit, &c. Ibi invenies expoſitionem. Et 22. ibi. Noli eſſe cum his, qui defigunt manus ſuas, &c. ſ Qui benedicit proximo ſuo voce grandi,] ideſt, alta, ideſt, qui favore ſuperfluæ laudis aliquem extollit, vel malis ejus favendo, vel bona plus æquo laudando. t De nocte conſurgens,] ideſt, ſollicitus circa hoc, ut eſt omnis adulator. u Maledicenti,] ideſt, detractori. x Similis erit,] quia vel in malo laudando confidentiam præſtat, vel bona laudando puritatem intentionis minuit, vel pervertit, ut quod ſuperni amoris intuitu inceperat, humano favore finiat *Iſa.* 3. Populc meus, qui beatum te dicunt, ipſi te decipiunt. *Sap.* 19.
y Tecta perſtillantia in die frigoris, & litigioſa mulier comparantur, quia utrumque grave, & tædioſum, ſed mulier magis *ſup.* 21. Melius eſt ſedere in angulo domatis, quam cum muliere litigioſa, & in domo communi. *Eccli.* 25. Commorari leoni, & draconi placebit, quam habitare cum muliere nequam. Ubi mulier dicitur caro, vel ſenſualitas, vel conſcientia cauteriata, vel inanis gloria, vel doctrina hæretica, vel carnalis voluptas, vel mundana ſublimitas, vel adminiſtratio temporalis, vel cura parochialis, vel ſcientia ſæcularis. z Qui retinet eam,] ideſt, nititur retinere; a Quaſi qui ventum teneat, & oleum dexteræ ſuæ evacuet,] ideſt, ſicut ventus vel oleum manu teneri non poteſt; ita nec mulier. Unde *ſup.* 6. Garrula, & vaga, quietis impatiens, nec valens in domo conſiſtere pedibus ſuis, nunc foris, nunc in plateis, nunc juxta angulos inſidians. Vel ſicut ventus, ſi clauſus tenetur, ſtrepitum facit; ſic mulier, ſi claudatur, litigium facit. Et ſicut oleum de manu effluit quantumcumque ſtringatur: ita mulier ſemper effugiet, quantumcumque bene cuſtodiatur. Hoc etiam bene competit mundanæ gloriæ, quæ dicitur mulier litigioſa: nam ad modum venti, vel olei, quanto preſſius tenetur, tanto minus retinetur: & ideo comparatur umbræ, quæ ſequitur fugientem, & fugit ſequentem. Unde *Hier.* Hoc ſolum glorioſum habet humana gloria, quod amatores ſuos contemnit, & diligit contemptores. *Eccli.* 44. Quaſi qui apprehendit umbram, & perſequitur ventum; ſic qui attendit ad viſa mendacia. *Oſee* 12. Ephraim paſcit ventum, & ſequitur æſtum.

b Ferrum ferro acuitur, & homo exacuit faciem amici ſui] ideſt, ſicut ferrum acuitur ex colliſione ad aliud ferrum; ſic unus amicus ex colligatione alterius accenditur in amore. Unde *Rom.* 1. dicit Apoſtolus: Cupio videre vos, ut aliquid gratiæ ſpiritualis impertiar vobis. *Beda.* Bona conſolatio conſilium Sapientum, qui dum ſe invicem conſolando inſtruunt, ferrum ferro exacuitur.

Item ſicut ferrum ferro exacuitur, & purgat ferruginem; ita homo exacuit faciem amici ſui contumeliis, ſcilicet, & tribulationibus.

Nam quod lima ferro, & fornax auro, vel flagellum grano; hoc tribulatio viro juſto, dicit *Aug.*

c Qui ſervat ficum] excolendo eam, & beſtias amovendo,

a Comedet fructus ejus

Myſtice. c Qui ſervat ficum] Ficus eſt ſacra Scriptura, cujus fructus dulciſſimi ſunt, & folia medicinalia. *Ezech* 47. Erunt fructus ejus in cibum, & folia ejus ad medicinam. De qua dicitur *Jud.* 9. Dixerunt ligna ad arborem ficum; veni & ſuper nos regnum accipe. Quæ reſpondit eis. Nunquid poſſum deſerere dulcedinem meam, fructuſque ſuaviſſimos, & ire, ut inter cetera ligna promovear? De foliis hujus ficus fecit ſibi Adam poſt peccatum perizomata ad tegendum pudibunda ſua: *Gen.* 3. Quod etiam hodie multi faciunt, quia verbis Doctrinæ ſanctæ, & prædicationis palliant iniquitates ſuas: nam verba ſancta habent, & docent, ſed vitam ſceleratam, & immundam. Os corporis habentes in cœlo, ſed linguam cordis, ideſt, deſiderium tenentes in luto. Os eorum quaſi balſamicum redolent coram hominibus, ſed cor eorum, quaſi cadaver putridum fœtet coram Deo. Unde *Jer.* 12. Prope es tu ori eorum, longe autem a renibus eorum. Hanc ficum decorticant hæretici, qui male exponunt ſacram Scripturam. Et etiam multi Catholici, qui eam enervant, & emolliunt ſuis vitiis blandientes. Unde *Joel.* 1. Gens aſcendet ſuper terram meam fortis, & innumerabilis: dentes ejus, ut dentes leonis: & molarales ejus, ut catuli leonis, poſuit vineam meam in deſertum, & ficum meam decorticavit, nudans ſpoliavit eam, & projecit. Qui ſervat hanc ficum, corde, ore & opere. *Myſtice.*

a Comedet

Google

a comedet † fructus ejus, *b* & qui cuſtos eſt Domini ſui, *c* glorificabitur. *d* Quomodo in aquis reſplendent vultus proſpicientium: ſic corda hominum manifeſta ſunt prudentibus. *e* Infernus & perditio † *f* non replebuntur, *g* ſimiliter & oculi hominum *h* inſatiabiles. *i* Quomodo probatur in conflatorio argentum, & in fornace aurum: ſic probatur homo ore † laudantis. *k*

Cor iniqui exquirit mala: *l* cor autem rectum *m* exquirit ſcientiam. Si *n* contuderis ſtultum in *o* pila *p* quaſi ptiſanas *q* feriente deſuper pilo, non auferetur ab eo ſtultitia ejus.

r Diligenter agnoſce vultum pecoris tui, tuoſque greges conſidera: Non enim habebis jugiter *s* poteſtatem; ſed *t* corona *u* tribuetur tibi in generatione generationum.

x Aperta ſunt *y* prata

a Comedet fructus ejus.] Laborantem enim agricolam oportet primum de fructibus percipere, 2. *Tim.* 2. *b* Et qui cuſtos eſt Domini ſui,] ad litteram. *c* Glorificabitur] apud Deum, & homines.

Myſtice. ✠ *a* Comedet fructus ejus] puriſſimos, qui & ſapore nutriunt & odore reficiunt. Unde & flores appellantur. *Eccli.* 24. Flores mei fructus honoris & honeſtatis, *ſup.* 3. Primi, & puriſſimi fructus ejus. Vel ficus pœnitentia eſt, nam ficus fructus dulcis eſt, ſed folia aſpera ſunt; ſic pœnitentiæ fructus dulcis eſt, ſed opera ſunt amara; qui hanc ficum ſervat perſeverando in ea, comedet fructus ejus, ideſt peccatorum remiſſionem percipiet, & vitam æternam habebit, *Matt.* 4. Pœnitentiam agite, appropinquabit enim regnum cœlorum. Vel ficus eſt gratia, fructus ejus gloria. Qui igitur ſervat ficum, comedet fructus ejus, ideſt, qui cuſtodit gratiam, inveniet gloriam, *ſup.* 11. Mulier gratioſa inveniet gloriam. *Pſ.* 83. Gratiam, & gloriam dabit Dominus. Hoc eſt, quod dicitur *Luc.* 19. Omni habenti dabitur, & abundabit. Habenti gratiam dabitur gloria, & abundabit, quia igniculus amoris in Sion, fiet caminus amoris in Jeruſalem, *Iſ.* 31. Et qui cuſtos eſt Domini ſui,] ideſt, Chriſti, quem in hoſpitio cordis in Sacramento recipit. *e* Glorificabitur:] Nam qui digne corpus Chriſti recipit, & receptum in munditia cordis cuſtodit, vitam æternam habebit. *Luc.* 19. Zachæe, feſtinans deſcende, quia hodie in domo tua oportet me manere. At ille feſtinans deſcendit, & excepit illum gaudens. Et ait Jeſus ad eum, quia hodie ſalus huic domui facta eſt. Quaſi contrarium dicitur. *Matt.* 8. Domine, non ſum dignus, ut intres ſub tectum meum. Multi vero eum proditori recipiunt in hoſpitio ſuo, quia ſtatim ut intraverit aut igne cupiditatis accendunt eum, aut luto luxuriæ maculant, aut lapidibus iracundiæ obruunt, aut veneno invidiæ ſuffocant: Quod figuratum eſt in facto Dalilæ. *Jud.* 16. quæ cum recepiſſet Samſonem in domum ſuam, inclamavit: Philiſtiim ſuper te Samſon, per quos vitia deſignantur. *d* Quomodo in aquis reſplendent vultus proſpicientium, ſic corda hominum manifeſta ſunt prudentibus] qui per exteriora judicant de interioribus. Geſtus enim exterior affectum loquitur interiorem, maxime prudentibus, qui in ſeipſis multa experti ſunt. Et hoc eſt quod dicitur, *Eccli.* 13. Cor hominis immutat faciem ejus, ſive in bono, ſive in malo. Ubi *Gloſſ.* Indicio vultus mentis mutatio deprehenditur. Unde *ſup.* 15. Cor gaudens exhilarat faciem, in mœrore autem animi dejicitur ſpiritus. Et *Eccli.* 19. Ex viſu cognoſcitur vir, & ab occurſu faciei cognoſcitur ſenſatus. Et *Aug.* dicit: Impudicus oculus impudici cordis eſt nuncius. *e* Infernus & perditio,] ideſt, infernalis perditio, ideſt, pœnæ inferni. *f* Non replebuntur] terminum, ſive finem recipiendo, quia æternæ, ſive perpetuæ ſunt. *g* Similiter & oculi hominum,] ideſt, intentiones, vel deſideria. *h* Inſatiabiles,] quia ea, quæ appetunt, non ſatiant, ſed evacuant, ſcilicet vanitas, & voluptas. *Eccle.* 1. Non ſaturatur oculus viſu, nec auris auditu impletur, *Oſee* 4. Comedent, & non ſaturabuntur, fornicati ſunt, & non ceſſaverunt. Ibi *Gloſſ.* Voluptas inſatiabilis eſt, famem non ſaturitatem parit. E converſo: Beati, qui eſuriunt, & ſitiunt juſtitiam, quoniam ipſi ſaturabuntur. *Matt.* 5. Quia ſubſtantia eſt, quæ ſatiat, iniquitas vero non habet ſubſtantiam, & ideo ventres devorantium vacuos relinquet. *Sen.* Deſideria ſi naturalia ſunt, finita ſunt; ſi innaturalia, infinita; & talia ſunt deſideria vitiorum. *i* Quomodo probatur in conflatorio argentum, & in fornace aurum; ſic probatur homo ore laudantis.] Fex, ſive ſcoria auri, vel argenti in igne conſumitur, & ſubſtantia auri, vel argenti purior remanet; ſic homo juſtus nec laudibus extollitur, nec vituperio frangitur. Et ſicut aurum, & argentum quod igne conſumitur, reprobum eſt, ſic homo, ſi laudibus hominum extollatur, vel vituperio frangatur, reprobus eſt, *ſup.* 17. Sicut igne probatur argentum, & aurum camino, ita corda probat Deus. Ibi invenies de diverſis probatoriis, quibus Deus probat corda. k Cor iniqui exquirit mala] quæ faciat, vel aliis noceat ad modum furioſi, vel phrenetici, qui non quærit niſi pericula, videlicet ignem, vel gladium, quo ſe juguletur; vel feneſtram aut foveam, a qua ſe præcipitet, vel aquam in qua ſe ſubmergat, vel locum clandeſtinum in quo ſe ſuſpendat, *ſup.* 16. Vir inſipiens fodit malum. In foſſione labor, & ſcrutinium notatur. Similiter in verbo exquirendi *Jer.* 9. Laboraverunt, ut inique agerent. *l* Cor autem rectum] tendens a Deo in Deum per medium charitatis. *m* Exquirit ſcientia] ideſt ex corde quærit quaſi lumen illuminans ad ambulandum in via mandatorum, & in ſemitis conſiliorum, in quibus alius ſic, alius ſic vadit. *n* Si contuderis ſtultum] ideſt hæreticum, vel ſuperbum quemcumque qui dicitur ſtultus, quaſi ſtans altus. *o* In pila,] ideſt quantumlibet gravi flagello. *p* Quaſi ptiſanas,] ptiſana eſt proprie pulmentum quod fit de granis hordei, aliquando ipſa grana hordei vocantur ptiſanæ, ut hic. *q* Feriente deſuper pilo, non auferetur ab eo ſtultitia ejus.] Difficile eſt enim aſſueta relinquere, conſuetudo enim altera natura eſt.

Naturam expellas furca tamen uſque recurrit.

Jer. 13. Si mutare poteſt Æthiops pellem ſuam, aut pardus varietates ſuas, & vos poteritis bene facere, cum didiceritis malum *Eccli.* 22. Cum dormiente loquitur, qui narrat ſtulto ſapientiam, & in fine narrationis dicet, quis eſt hic? Nota pila eſt vas concavum, & ſolidum, in quo grana hordei, vel avenæ teruntur. Pilum vero eſt malleus quo teruntur in pila:

Moraliter. Moraliter autem per pilam, & pilum intelliguntur duæ molæ Moyſi, ſcilicet ſpes, & timor, in quibus debet moli quilibet Chriſtianus, ut mereatur fieri granum purum. *Deut.* 24. Non accipies loco pignoris inferiorem, & ſuperiorem molam. *r* Diligenter agnoſce vultum pecoris tui, tuoſque greges conſidera: Non enim habebis jugiter,] ideſt, diu. *ſ* Poteſtatem] ratione cujus oporteat te hoc facere *t* Sed corona] æternæ retributionis. *u* Tribuetur tibi in generatione generationum,] ideſt, in æternum. Hoc omnibus curam animarum habentibus dicitur. Unde Beda, Paſtori Eccleſiæ dicit. Diligenter adhibe curam his quibus te præeſſe contigerit; agnoſce animos, actuſque ſingulorum, ſi quid vitii in eis inveneris citius caſtigare memento. Non enim tu ſemper paſcendi Dominicas oves poteſtatem habebis; ſed æternam percipies coronam, ſi tuo tempore bene paveris, 1. *Ti.* 5. Qui bene præſunt Præsbyteri, duplici honore digni habeantur. E converſo, qui male præſunt, duplici confuſione digni habeantur. *Jer.* 17. Induc ſuper eos diem afflictionis, & duplici contritione contere eos, Domine Deus noſter. Imo tot mortibus digni ſunt, quot mala exempla ad poſteros tranſmiſerunt. Male præſunt, qui magis appetunt præeſſe, quam prodeſſe, plus amantes honorem quam onus; datum, quam fructum, ſollicitiores de temporalibus, quam de ſpiritualibus: ſeipſos paſcentes, & oves ſuas famelicas relinquentes. Non revera paſtores, niſi forte paſſive: ſed mercenarii quæſtuoſi: de quibus *Ezec.* 34. Væ paſtoribus Iſrael, qui paſcebant ſemetipſos, nonne greges a paſtoribus paſcuntur, &c. per totum. Item *Je.* 24. Væ paſtoribus qui diſpergunt, & dilacerant gregem paſcuæ meæ, dicit Dominus, &c. per totum *Ecc.* 7. Pecora tibi ſunt, attende illis, & ſi ſint utilia perſeverent apud te. *Act.* 20. Attendite vobis & univerſo gregi, in quo vos Spiritus ſanctus poſuit Epiſcopos regere Eccleſiam Dei, quam acquiſivit ſanguine ſuo. *Zac.* 11. Paſcite pecora occiſionis, quæ qui poſſederant, occidebant, & non dolebant, & vendebant ea, dicentes: benedictus Dominus, divites facti ſumus. De hoc dictum eſt *ſupr.* 7. ibi. Abiit via longiſſima. Et 12. ibi. Novit juſtus animas jumentorum ſuorum. Ibi plenius invenies. *x* Aperta ſunt, &c.] prophetice tantum, & myſtice loquitur hic Salomon de apertione, & reſeratione legis per Evangelicam prædicationem, ideſt, per clavem David, quæ claudit, & nemo aperit: aperit, & nemo claudit. *Apoc.* 3. Dicit ergo. *y* Prata] ſacræ Scripturæ, ſive Sacramentorum paſcua quæ figuris legalibus diu clauſa latuerunt. *x* Aperta ſunt] per Chriſtum Dominum, & per Apoſtolos ejus, in cujus rei ſignificatione latus ejus apertum fuit in cruce. *Joan.* 19. Unus militum lancea latus ejus aperuit, & continuo exivit ſanguis, & aqua. Sanguis, inquam, noſtræ

redem-

Marginal notes: al. † fructum. — D — Infr. 30. Eccliſ. 14. — al. † nunquam replentur. — al. † laudantium.

redemptionis, & aqua noſtræ ablutionis. Eramus enim & ſordidi, & captivi, unde recte figuratus eſt Dominus per Jepte, *Jud.* 11, & re, & nomine. Interpretatur enim apertus, vel aperiens, & Chriſtus apertus fuit in latere, & aperiens januam paradiſi, & myſteria Scripturarum, unde *Matt.* 27. Ecce velum templi ſciſſum eſt in duas partes, a ſummo uſque deorſum, & terra mota eſt, petræ ſciſſæ ſunt, & monumenta aperta ſunt *Eccli.* 43. Vide arcum, & benedic eum: qui fecit illum valde ſpecioſus eſt in ſplendore ſuo, manus excelſi aperuerunt illum.

a Et apparuerunt herbæ virentes, & *b* collecta ſunt fœna *c* de montibus. *d* Agni ſunt *e* ad veſtimentum tuum, *f* & hædi ad *g* agri pretium. *h* Sufficiat tibi lac caprarum in *i* cibos tuos, & in *k* neceſſaria domus tuæ, & *l* ad victum ancillis tuis.

CAP. XXVIII.

m FUgit impius *n* nemine perſequente, *o* juſtus autem quaſi *p* leo confidens *q* abſque terrore erit. *r* Propter peccata terræ *ſ* multi Principes ejus, & propter *t* hominis ſapientiam, & horum ſcientiam, quæ dicuntur, *u* vita Ducis lon-

A *a* Et apparuerunt herbę virentes,] ideſt, viror ſpiritualis ſententiæ. *b* Et collecta ſunt fœna de montibus,] ideſt, myſteria de ſummis apicibus Scripturarum, quibus ſancta pecora Eccleſiæ paſcuntur. Vel per herbas ſuavitas tropologiæ accipitur, per fœnum ſoliditas allegoriæ; quæ utraq; collecta ſunt a Chriſto. *c* De montibus,] ideſt de ſuperbis Judæis, & data ſunt Gentilibus. Unde *Mat.* 21. Auferetur a vobis regnum Dei, & dabitur genti facienti fructus ejus *Eccli.* 10. Regnum a gente in gentem transfertur propter injuſtitias, & injurias, & contumelias, ac diverſos dolos. *Cant.* 2. Hyems tranſiit, imber abiit, & receſſit, flores apparuerunt in terra noſtra, ficus protulit groſſos ſuos, vineæ florentes dederunt odorem ſuum. Tria tempora hic tanguntur, ſcilicet hyems, ver, & æſtas. Hyems fuit tempore legis: Ver tempore Evangelii: Æſtas erit in futuro, quando Joſeph in meridie epulabitur cum fratribus ſuis cognitus ab eis. *Gen.* 43. Præcepit Joſeph diſpenſatori domus ſuæ: Introduc viros in domum, & occide victimas, & inſtrue convivium, quoniam hodie mecum comeſturi ſunt meridie. Et hoc quærit ſponſa *Cant.* 1. Indica mihi, quem diligit anima mea, ubi paſcas, ideſt, ubi des paſtum, vel accipias? ubi cubes in meridie? *d* Agni ſunt *e* ad veſtimentum tuum, ideſt, agnorum velleribus veſtieris. *f* Et hœdi ad agri pretium,] ideſt, ad agrum emendum, vel excolendum. *h* Sufficiat tibi lac caprarum in cibos tuos, & in neceſſaria domus tuæ, & ad victum ancillis tuis.] Speciem ponit pro genere, quaſi dicat: Si habes in domo tua ſufficientia ad neceſſitatem victus, & veſtitus, noli quærere extra delicata ad voluptatem, 1. *Tim.* 6. Habentes alimenta, & quibus tegamur, his contenti ſimus. *Eccli.* 29. Initium vitæ hominis aqua & panis, & veſtimentum, & domus protegens turpitudinem.

Myſtice. Sunt verba patris ad filium, qui eſt caput Eccleſiæ, vel verba Chriſti ad bonum Prælatum. Chriſtus enim omnibus innocentibus, omnibus electis quaſi veſtimento decoris in gloria veſtietur. Unde *Iſa* 49. Vivo ego, dicit Dominus, ideſt, pater ad filium, quia his omnibus velut ornamento veſtieris, & circumdabis tibi eos quaſi ſponſa. Similiter omnis bonus Prælatus omnibus ſubditis, qui ejus doctrina, & exemplo ſalvati fuerint, quaſi corona decorabitur æterna. Hæc enim erit aureola, quaſi diſcernentur ab aliis. De hoc dicit Apoſt. *Phil.* 4. Fratres mei chariſſimi, & deſideratiſſimi, gaudium meum, & corona mea. Dicit ergo. *d* Agni, ideſt, innocentes. *e* Sunt ad veſtimentum tuum] o Chriſte, vel o Prælate. *f* Et hædi,] ideſt, pœnitentes per te vocati ad pænitentiam venient tecum. *g* Ad agri pretium,] ideſt, ad regnum cœlorum pretioſum, quod comparatur agro, ubi eſt theſaurus abſconditus, ideſt, Chriſtus, *Matth.* 13. Simile eſt regnum cœlorum theſauro abſcondito in agro, quem qui invenit homo abſcondit, & præ gaudio illius vadit, & vendit univerſa quæ habet, & emit agrum illum. Et de hoc dicit Anamael, *Jer.* 32. Eme agrum meum, qui eſt in Anathot, tibi enim competit ex propinquitate. Et appendit ei Jeremias ſeptem ſtateres, & decem argenteos. Anamael interpretatur gratus Deo, vel reſponſio Dei, vel cui donavit Deus, ſive eſt, qui donatus Deo. Anathot interpretatur reſponſio, ſive obedientia, vel reſpondens ſigno, aut gratificatio deſignantis. Vel ſic. *d* Agni, ideſt, innocentes, *e* ſunt ad veſtimentum tuum] cum eorum vitam, & mores laudabiliter cernens proficis in virtutibus, quæ ſunt animæ veſtimentum. *f* Et hœdi ad agri pretium] cum fœdos peccatores ad pœnitentiam vocas, quorum converſione quaſi pretio magno, & Deo charo comparas tibi, & ipſis regnum cœlorum. *h* Sufficiat tibi lac caprarum,] ideſt ſimplex doctrina, quæ caprarum eſt, ideſt pœnitentiam, qui propter fœtorem peccatorum in quibus fuerunt, & propter vitæ auſteritatem dicuntur capræ. *i* In cibos tuos,] ideſt, ad tui refectionem ſpiritualem. *k* Et in neceſſaria domus tuæ,] ideſt conſcientiæ vel familiæ, vel Eccleſiæ tuæ. *l* Et ad victum ancillis tuis, ideſt minoribus, & infirmioribus, qui nondum amore perfecto, ſed timore ſervili Domino deſerviunt, ut dicit *Gloſ.* Et eſt argumentum validiſſimum, quod timor ſervilis, & actus ejus bonus eſt. Nota, hæc auctoritas Salomonis eſt contra multos; qui non audiunt verbum Dei, niſi a ſanctis Doctoribus & Prædicatoribus, qui innocenter vixerunt: ab eis autem qui peccatores fuerunt dedignantur audire, ſimiles quibuſdam nimis delicatis, qui non biberent, niſi in vaſis aureis, nec comederent niſi in ſcutellis aureis, vel argenteis, nec frumentum emerent niſi in ſacco hiacynthino, nec ſtuderent niſi ad lampades deauratas habentes oleum olivarum, neſcientes, quod Dominus modo pauper eſt, & non habet in domo ſua niſi vaſa fictilia, ideſt, Doctores, & Prædicatores debiles, & infirmos, quibus potat Eccleſiam ſuam. Nec ideo vinum deterius eſt, quia eſt vas fictile. Non enim attendunt hujuſmodi, quod per gartiones viliſſimos ſæpe litteræ regiæ deſtinantur, & ad virum præconizandum non majores civitatis, ſed viles perſonæ eliguntur: Tales ſunt ſicut mulier delicata, quæ non vult ire ad Eccleſiam niſi pulſarentur cymbala a melioribus de Eccleſia. Nunquid propter hoc vilis, inutilis fuit prædicatio & doctrina Pauli, quia peccator fuit? De hoc ipſe gloriatur 1. *Cor.* 15. Ego ſum minimus Apoſtolorum, qui non ſum dignus vocari Apoſtolus, quoniam perſecutus ſum Eccleſiam Dei, gratia autem Dei ſum id, quod ſum. Quod eſt laus magna. 1. *Cor.* 1. Ignobilia mundi, & contemptibilia elegit Deus; & ea quæ non ſunt, ut ea quæ ſunt deſtrueret. *Job* 38. dixit Dominus: Nunquid ingreſſus es theſauros nivis, aut theſauros grandinis aſpexiſti, quæ præparavi in tempore hoſtis in diem pugnæ & belli?

EXPOSITIO CAP. XXVIII.

m FUgit impius] in Deum, vel in parentes, vel quilibet peccator dicitur hic impius. *n* Nemine perſequente,] ideſt, ſemper eſt pavidus, ſive timidus. Nam, ut dicit Philoſophus: Qui timet Deum, omnia timent eum; qui vero Deum non timet omnia timet. Omni enim iniquitati annexa eſt timiditas *Sap.* 17. Cum ſit timida nequitia, dat teſtimonium in condemnationem. Semper enim præſumit ſæva conturbata conſcientia *Job* 15. Cunctis diebus ſuis impius ſuperbit, ſonitus terroris ſemper in auribus ejus, & cum pax ſit, ille ſemper inſidias ſuſpicatur. *o* Juſtus autem] qui omnibus reddit quod ſuum eſt. *p* Quaſi leo confidens] non in ſe, quia maledictus qui confidit in homine. *Jer.* 17. ſed in Chriſto. *q* Abſque terrore erit] etiam in mediis fluctibus tribulationum, & tentationum. Unde *ſup* 12. Non contriſtabit juſtum, quicquid ei acciderit. Ibi plenius invenies de hac materia. *Eccli.* 34. Qui timet Deum nihil trepidabit, & non pavebit, quoniam ipſe eſt ſpes ejus, *inf.* 30. Leo fortiſſimus beſtiarum, ad nullius pavebit occurſum. Leoni vero comparatur Juſtus, quia ſicut leo rugitu ſuo ſtare facit animalia, & cauda ſua deſcribit limites, quos non audent alia pertranſire; ita Juſtus rugitu compunctionis animales motus compeſcit, & cauda, ideſt conſideratione mortis limites deſcribit eis, ut non procedant ulterius. *r* Propter peccata terræ,] ideſt, populi habitantis in terra. *ſ* Multi Principes ejus] fiunt non unus ſolus, & ideo ſemper lis, & contentio. Unde *Iſ.* 26. Domine Deus noſter, poſſederunt nos Domini abſque te. Propter peccata populi permittit Dominus bonos Principes tolli de medio, & pueros, vel hypocritas ſubſtitui. *Job* 34. Qui regnare facit hominem hypocritam propter peccata populi. *Iſ.* 3. Ecce dominator Dominus exercituum auferet a Juda, & Jeruſalem validum, & fortem, omne robur panis & omne robur aquæ, &c. uſque: Et dabo pueros Principes eorum, & effœminati dominabuntur eis, & corruet populus. *t* Et propter hominis ſapientiam, & horum ſcientiam, quæ dicuntur] a Deo in novo, & veteri Teſtamento, & a ſanctis Patribus. *u* Vita Ducis longior erit] quia ſub tali Duce, qui habet Sapientiam rerum, & intelligentiam verborum Domini, proficit populus ſubjectus, *ſupra* 3. a Fili mi, ne obliviſcaris legis meæ, & præcepta mea cor tuum cuſtodiat: Longitudinem enim dierum, & annos vitæ, & pacem apponent tibi. Ibi invenies plenius de

hac

hac materia. *a* Vir pauper,] rebus, vel ſcientia, vel virtute. *b* Calumnians pauperes,] alios, ut ſubſtantiam eorum ſibi diripiat. *c* Similis eſt imbri, &c.] ideſt, temporis cariſtiæ, quia ſicut hujuſmodi imber cum impetu venit, & cito tranſit, & multum nocet; ſic pauper qui alios comprimit, multum nocet, ſed cito tranſiet. Unde *ſup.* 10. Quaſi tempeſtas tranſiens non erit impius, juſtus autem quaſi fundamentum ſempiternum.

Moraliter. Moraliter. *a* Vir pauper,] ideſt, Prælatus, vel Princeps avarus, cui deeſt tam quod habet, quam quod non habet, ut dicit *Seneca*. B Hic multiplicat calumnias falſas, & inanes, ut aliquid extorqueat, & emungat a ſubditis. *Sup. 19.* Et ſicut imber vehemens nimia innundatione deſtruit ſegetes; ita & ipſa nimia cupiditate ſubditos ſpoliat, & affligit. *Mich.* 3. Audite Principes Jacob, & Duces domus Iſrael, nunquid non veſtrum eſt ſcire judicium qui odio habetis bonum, & diligitis malum, qui violenter tollitis pelles eorum deſuper eos? *al. + autem ſuam.* Item vir pauper calumnians pauperes eſt Hypocrita, qui eſt vir exterius in apparentia, ſed pauper interius in conſcientia, judicans, & contemnens omnes peccatores. Qui recte imbri vehementi ſimilis eſſe perhibetur, quia ſicut imber vehemens de alto cadit, & ſubito tranſit, & omnino inutilis eſt, imo nocivus eſt, ita Hypocrita de altitudine converſationis in quo videbatur eſſe, ſubito ruit in infernum. Unde *Job* 20 Laus impiorum brevis eſt, & gaudium Hypocritæ adinſtar puncti. Si aſcenderit uſque in cœlum ſuperbia ejus, & caput ejus nubes tetigerit, quaſi ſterquilinium in fine perdetur. *Iſ* 14. Quomodo cecidiſti de cœlo Lucifer, qui mane oriebaris? corruiſti in terram, qui vulnerabas gentes.

...gior erit. *a* Vir pauper *b* calumnians pauperes *c* ſimilis eſt imbri vehementi in quo paratur fames. *d* Qui derelinquunt legem, *e* laudant impium: qui *f* cuſtodiunt, *g* ſuccenduntur *h* contra eum. Viri *i* mali *k* non cogitant judicium: qui *l* autem requirunt Dominum, *m* animadvertunt omnia. *n* Melior eſt pauper *o* ambulans in ſimplicitate ſua, *p* quam dives in *q* pravis itineribus. *r* Qui cuſtodit legem, *ſ* filius ſapiens eſt: qui *t* autem paſcit comeſſatores, *u* confundit patrem ſuum. *x* Qui coacervat divitias *y* uſuris & fœnore liberali in pauperes, *z* congregat eas. *a* Qui declinat † *b* aures ſuas, *c* ne audiat legem, *d* oratio ejus erit execrabilis. *e* Qui decipit Juſtos *f* in via mala, *g* in interitu ſuo corruet, & *h* ſimplices poſſidebunt bona ejus.

Hoc eſt, quod dicitur hic, calumnians pauperes.

d Qui derelinquunt legem,] Domini, tranſgrediendo præcepta ejus. *e* Laudant impium,] ſolatium ſuæ nequitiæ quærentes. Placet enim eis in aliis malum, quod in ſe habent, ad modum leproſi. *Job.* 40. Protegunt umbræ umbram ejus. *Eccli.* 13

Omne animal diligit ſimile ſibi, & ſic omnis homo proximum ſibi: omnis caro ad ſimilem ſibi conjungetur, & omnis homo ſimili ſociabitur. Item *ibi* 17. Volatilia ad ſibi ſimilia conveniunt.

f Qui cuſtodiunt] legem. *g* Succenduntur,] igne zeli, & amoris, ut *Phinees*. *Num.* 25. *h* Contra eum,] ſcilicet, impium, ideſt, contra impietatem ejus, quam vellent continere, ſi poſſent, *ſup.* 24. Qui dicunt impio, juſtus es, maledicent eis populi, & deteſtabuntur eos Tribus, qui arguunt eum, laudabuntur; & ſuper eos veniet benedictio. *i* Viri mali,] ideſt, viriles in malitia. *l* Non cogitant judicium,] quod ſe, & alios recte, & diſcrete judicent in præſenti, vel quo in futuro judicabuntur. 1 *Cor* 13. Si noſmetipſos dijudicaremus, non utique judicaremur, *ſup.* 12. Cogitationes Juſtorum judicia, *Eccli.* 38. Memor eſto judicii mei, ſic enim erit & tuum, mihi heri & tibi hodie.

l Qui autem requirunt Dominum,] ideſt rurſus, ideſt iterum, & iterum quærunt, ideſt, corde, ore, & opere, ut ægroti Medicum, ut captivi pretium, ut peregrini viaticum, ut devii viam, ut extranei ducem, ut laſſi requiem, ut laborantes refectionem, *m* Animadvertunt omnia,] præterita corrigendo, præſentia dirigendo, futura cavendo, bona eligendo, mala reprobando. Hoc eſt, quod dicitur 1. *Theſſ.* 5. Omnia probate, ideſt, judicio examinate; quod bonum eſt, tenete. Et 1. *Cor.* 1. Spiritualis homo omnia dijudicat. Hinc eſt, quod animalia, *Ezech.* 1. & *Apoc.* 4. deſcribuntur oculis plena ante & retro & in circuitu. *n* Melior eſt pauper,] pecunia, ad litteram, vel pauper ſpiritu, vel gentilis, vel idiota.

o Ambulans in ſimplicitate ſua,] de virtute in virtutem proficiens.

p Quam dives,] pecunia, vel dives ſpiritu, vel doctus quilibet, vel Judæus.

q In pravis itineribus,] ideſt, malis operibus. *Eccli.* 19. Melior eſt homo, qui minuitur Sapientia & deficiens ſenſu in timore, quam qui abundat ſenſu, & tranſgreditur legem Altiſſimi. De hoc habes *ſup.* 12. ibi. Melior eſt pauper & ſufficiens ſibi, quam glorioſus, & indigens pane. Item *ſup.* 19.

Melior eſt pauper, qui ambulat in ſimplicitate ſua, quam dives torquens labia ſua. Ibi require de hac materia.

r Qui cuſtodit legem,] Dei, corde, ore, & opere.

ſ Filius imitatione, vel hæreditatis æternæ perceptione, [Sapiens,] vero veritatis cognitione, bonitatis dilectione, rerum juſta æſtimatione, & ſaporatione. Et de hac cuſtodia legis habes *ſup.* 3. & 4. & 5. & 6. & 7.

t Qui autem paſcit comeſſatores,] ideſt, hiſtriones, vel divites. *u* Confundit patrem ſuum,] ideſt, depauperat, vel erubeſcere, & dolere facit *ſup.* 23. Noli eſſe in conviviis potatorum, nec in comeſſationibus eorum, qui carnes ad veſcendum conferunt, quia vacantes potibus, & dantes ſymbola conſumentur. *Rom.* 13. Non in comeſſationibus & ebrietatibus, &c.

x Qui coacervat divitias uſuris, & fœnore liberali in pauperes,] ideſt, contra pauperes.

z Congregat eas,] divitiæ enim congregatæ putreſcunt, diſtributæ pauperibus fructificant, ſicut fimus congregatus in domo corrumpit eam fœtore, diſperſus in vineas, vel in agros fructum facit.

Ideo dicitur *Eccli.* 5 Divitiæ conſervatæ in malum Domini ſui, pereunt enim in afflictione peſſima. *Abac.* 2. Væ ei, qui multiplicat non ſua, uſquequo aggravat contra ſe denſum lutum. *Lev.* 19 Spicas remanentes non colliges, neque in vinea tua racemos, & grana decidentia congregabis; ſed pauperibus, & peregrinis carpenda dimittes. Ibi *Gloſſ.* dicit: Qui aliis divitias dedit, alios de ipſis vivere voluit, ut ſic probaret diſpenſationem divitum, & patientiam pauperum. Differt autem uſura, & fænus liberale.

Uſura enim eſt, quod datur ſupra ſortem ex pacto præcedente, ſcilicet, inter uſurarium, & debitorem. Fænus liberale eſt retributio mutuatæ pecuniæ in debitoris libera voluntate conſtituta. Ita ſolet definiri. Et ita patet, quod fænus liberale eſt, quod nullo pacto præcedente pro voluntate debitoris datur uſurario.

Myſtice [*x* Qui coacervat divitias,] Scripturarum, audiendo, legendo, meditando. *Myſtice.*

y Uſuris & fœnore liberali in pauperes congregat eas,] id eſt debet eas congregare ad pauperes ſpiritualiter ditandos, recepturus eas cum uſuris, & fœnore liberali. Has uſuras vult Dominus dari, & accipi. Unde redarguitur quidam, qui acceptam pecuniam non dederat ad uſuram. *Matt.* 25. Serve male, & piger ſciebas, quia meto, ubi non ſemino; & congrego, ubi non ſparſi; oportuit ergo te committere pecuniam meam nummulariis, & ego veniens recepiſſem utique, quod meum eſt, cum uſuris. *a* Qui declinat, &c.] ideſt, deorſum ad terrena, per amorem inclinat.

b Aures ſuas,] interiores, quæ ſunt idem, quod oculi interiores, ut dicit quædam *Gloſ. ſup. Mar.* 4.

c Ne audiat legem,] Dei, ſicut illi, de quibus dicitur in *Pſ.* 17. Furor illis ſecundum ſimilitudinem ſerpentis, ſicut aſpidis ſurdæ, & obturantis aures ſuas. Quæ non exaudiet vocem incantantium, & venefici incantantis ſapienter.

d Oratio ejus erit execrabilis, &c.] ideſt, reprobabilis, & excommunicata, & indigna auditu in cæleſti conſiſtorio, ſicut nuncius, vel procurator excommunicati. De hoc *ſup.* 31. Qui obturat aurem ſuam ad clamorem pauperis, & ipſe clamabit, & non exaudietur.

e Qui decipit Juſtos,] prava doctrina, vel malo exemplo, vel quocunque dolo.

f In via mala,] ſupple, ducens eos.

g In interitu ſuo corruet,] ideſt, pœnam, quam meretur, incurret, ſcilicet, æternum interitum.

h Et ſimplices poſſidebunt bona ejus, &c.] ſi qua gerebat vel ſcribendo, vel docendo, vel continenter vivendo, quibus ſe informat legendo, vel audiendo.

Etiam de caſu ejus accipiunt exemplum.

Et beatus eſt, qui lavat manus ſuas in ſanguine peccatoris, *ſup.* 19. & 21. Peſtilente flagellato ſtultus ſapientior erit. *Pſalm. 57.*

a Sapiens.

a Sapiens ſibi videtur vir dives, *b* pauper autem *c* prudens *d* ſcrutabitur eum *e* In exultatione Juſtorum *f* multa gloria eſt *g* regnantibus impiis *h* ruinæ hominum. *i* Qui abſcondit ſcelera ſua, non *k* dirigetur: qui *l* autem confeſſus fuerit, & *m* reliquerit ea, *n* miſericordiam conſequetur. *o* Beatus homo, qui ſemper eſt pavidus; qui *p* vero mentis eſt duræ, *q* corruet in malum. *r* Leo rugens, *ſ* & urſus eſuriens *t* Princeps impius ſuper populum pauperem. *u* Dux indigens prudentia, *x* multos opprimet per calumniam: *y* qui autem odit avaritiam, longi fient dies ejus. *z* Hominem, qui calumniatur animæ *a* ſanguinem, *b* ſi uſque ad lacum *c* fugerit, *d* nemo ſuſtinet. *e* Qui ambulat ſimpliciter, *f* ſalvus erit; qui *g* perverſis graditur viis, *h* concidet ſemel.

a Sapiens, &c.] Pecunla, qui nonnlſi nomen, & ſollicitudinem vitis habet, & laborem acquirendi, & timorem cuſtodiendi, & dolorem deſerendi, & peccatum; rem autem divitis non habet. Ille enim ſolus vere dives eſt, cui ſufficit, quod habet, ſcilicet, juſtus. *b* Pauper autem] nomine, ſed dives re. *c* Prudens,] ideſt bonus æſtimator rerum, eligens bonum, & reprobans malum. *d* Scrutabitur eum,] ideſt, inveſtigabit ejus vitia cauſa correctionis reprehendens.

Vel, Scrutabitur eum, intelligens noviſſima ejus. *Nau.* 3. Intra in lutum & calca, ideſt calcandum prædica *Matth. ult.* Calcabitis impios, cum fuerint cinis ſub planta pedum veſtrorum.

Myſtice. Myſtice. *a* Sapiens ſibi videtur vir dives,] ideſt, Judæus habens legem. *b* Pauper autem prudens,] ideſt, gentilis in futuro providens. *d* Scrutabitur eum,] ideſt, divitias ejus ſpirituales ſollicitus in lege inveſtigabit. *e* In exultatione Juſtorum,] qui exultant in Domino, non in mundo. Unde *Pſ.* 31. Lætamini in Domino, & exultate juſti. Gaudium enim temporalium, phreneticorum eſt, ut dicit *Aug.* *f* Multa gloria eſt] ipſis. Unde 2. *Cor.* 10. Qui gloriatur, in Domino glorietur. *Jer.* 9. Non glorietur ſapiens in ſapientia ſua, non glorietur fortis in fortitudine ſua, non glorietur dives in divitiis ſuis, ſed in hoc glorietur, qui gloriatur, ſcire, & noſſe me. Vel: *e* In exultatione Juſtorum] qui lætantur de converſione peccatorum, & gloriantur in infirmitatibus ſuis propriis. *f* Multa gloria eſt] Angelis. Unde *Luc.* 15. Dico vobis, gaudium erit Angelis Dei ſuper uno peccatore pœnitentiam agente. *g* Regnantibus impiis,] ideſt, hæreticis. *h* Ruinæ hominum] ſiunt in peccata, & de peccatis in pœnam. *Eccli.* 10. Rex inſipiens perdet populum ſuum. Vel: *g* Regnantibus impiis,] ideſt malis Prælatis in Eccleſia. *h* Ruinæ hominum] ſiunt *Zach.* 10. Abducti ſunt, quaſi grex affligentur. *Iſ.* 3 Nolite me conſtituere Principem Ruit enim Jeruſalem, & Judas concidit. *Eccle.* 10. Væ tibi terræ, cujus Rex puer eſt, & cujus Principes mane comedunt. *i* Qui abſcondit ſcelera ſua] Confeſſori ſuo. *k* Non dirigetur] ad Dominum, quia peccata avertunt a Deo. *Iſ.* 59. Iniquitates veſtræ diviſerunt inter vos, & Deum veſtrum. Abſcondere ſcelera ſua eſt abſcondere latrones in domo ſua, vel ignem abſcondere in ſinu, quod eſt, libellum conſcribere pro adverſario contra ſe in die judicii: nam ſecundum quod in corde uniuſcujuſque ſcriptum invenietur, judicabitur. *Apoc* 20. Libri aperti ſunt, & alius liber apertus eſt, qui eſt liber vitæ, & judicati ſunt mortui ex his, quæ ſcripta ſunt in libris. *l* Qui autem confeſſus fuerit,] ei, qui poteſt eum abſolvere vere, pure, integre, ſpontanee. *m* Et reliquerit ea] voluntate & opere. *n* Miſericordiam conſequetur,] ideſt, veniam de peccatis, & gloriam de pœnitentia. Juxta illud *Iſ.* 55. Derelinquat impius vias ſuas, & vir iniquus cogitationes ſuas, & revertatur ad Dominum & miſerebitur ejus, & ad Deum noſtrum, quoniam multus eſt ad ignoſcendum. De hoc dicitur *Job* 31. Si abſcondi quaſi homo peccatum meum. *Eccli.* 17 Convertere ad Dominum, & relinque peccata tua, precare ante faciem Domini, & minue offendicula. *o* Beatus homo, &c.] *Gloſ.* pro pœna futura, ad quam initialis timor unum habet oculum, & alium ad gloriam, propter quam etſi ſecurus eſſet a pœna, nullo modo peccaret. Beatus autem dicitur pavidus. Primo, quia quanto plus timetur pœna, tanto ſollicitius cavetur culpa, & quanto minus timetur, tanto diſtrictior portabitur ira judicii. Unde *Eccli.* 11. In die malorum ne immemor ſis bonorum, & in die bonorum ne immemor ſis malorum. Secundo, quia per timorem firmiter ſtat homo. Unde *Eccli.* 27. Niſi tenueris te inſtanter in timore Domini, cito ſubvertetur domus tua. Tertio quia lætificat animam *Eccli.* 1. Timor Domini delectabit cor, & dabit lætitiam, & gaudium in longitudinem dierum. Quarto, quia timor eſt theſaurus Domini. *Iſa.* 33. Divitiæ ſalutis ſapientia, & ſcientia, timor Domini ipſe eſt theſaurus ejus. Ideo dicitur *Pſalm.* 30. Quam magna multitudo dulcedinis tuæ, Domine, quam abſcondiſti timentibus te. Quinto, quia timor eſt fidelis janitor animæ, comminans mortem æternam latronibus intrare volentibus, latrans ut canis contra eos, adeo ſollicitus quod etiam amicis oblatrat, ideſt, bonis operibus. Unde *Job* 9. Verebar omnia opera mea. Quia ut dicit *Greg.* Sæpe ſordet in conſpectu æterni Judicis, quod in intentione fulget operantis. Sexto, timor abundantiam ſive plenitudinem bonorum operum tribuit. *ſup* 19. Timor Domini ad vitam & in plenitudine coronabitur. *p* Qui vero, &c.] ideſt, nihil timentis, vel inobedientis, vel indiſciplinalis. *q* Corruet in malum] culpæ, & poſtea in malum pœnæ. *Eccli.* 3. Cor durum male habebit in noviſſimo. Item 30. Equus indomitus evadet durus, & filius remiſſus evadet præceps. Ibi *Gl.* Equus indomitus in præcipitium vadit, & filius indiſciplinatus in peccatum vadit. Supr. 10. *r* Leo rugiens] ex ira. *ſ* urſus eſuriens] ſæviens ex fame. *t* Princeps impius, &c.] quem excoriat & conterit. Unde *Iſa.* 3. Quare atteritis populum meum, & facies pauperum commolitis? *Mich.* 3. Qui comederunt carnem populi mei, & pellem eorum deſuper excoriaverunt, & oſſa eorum confregerunt, & conciderunt ſicut in lebere *u* Dux indigens prudentia] ſine qua homo cæcus eſt. *x* Multos opprimet per calumniam] ſicut legitur Matth. 15. de Roboam 3. *Reg.* 12. Multi ſunt in Eccleſia hodie tales duces cæci, duces cæcorum, & ideo ambo in foveam infernalem cadunt. *Iſa* 56. Ipſi paſtores ignoraverunt intelligentiam, omnes in viam ſuam declinaverunt, unuſquiſque ad avaritiam ſuam a ſummo uſque ad noviſſimum. *y* Qui autem odit avaritiam, longi fient dies ejus, ideſt, æternæ claritatis particeps erit, Nam avarus terram interponit ſibi, & vero Soli, unde continuam patitur eclypſim. E converſo, qui odit avaritiam, diem habet continuum. Unde *ſupr.* 15. Qui odit munera, vivet. *Iſa.* 33. Quis habitabit ex vobis cum ardoribus ſempiternis, ideſt, in ſplendoribus Sanctorum, qui ardent in amore Dei? Qui ambulat in juſtitia, & loquitur veritatem, qui projicit avaritiam ex calumnia & excutit manus ſuas ab omni munere Ideo conſilium Jetro eſt, ut qui oderunt avaritiam, eligantur in Judices aliorum *Exod.* 18. Provide de omni plebe viros potentes, & timentes Deum in quibus ſit veritas, & qui oderint avaritiam. Avaritia enim radix eſt omnium malorum. 1. *Tim.* 6. Et maxime in Prælatis reprobanda. *Eccli.* 10. Avaro nihil eſt ſceleſtius. *z* Hominem qui calumniatur animæ,] ideſt vitæ alterius quærens. *a* Sanguinem] ejus effundere, vel victum, ſive laborem auferre, quod eſt ſanguinem effundere ſive vita privare. Geneſ. 4. *b* Si uſque ad lacum] inferni. *c* Fugerit a Deo. *d* Nemo ſuſtinet, ideſt, nemo ſublevabit eum a lacu illo, quia in inferno nulla eſt redemptio *Eccli.* 34. Panis egentium vita pauperum eſt, qui defraudat illum, homo ſanguinis eſt, & qui aufert in ſudore panem, quaſi qui occidit proximum ſuum, vel ſic. *z* Hominem qui calumniatur animæ] ideſt, vitæ alterius. *a* Sanguinem ejus] quærens effundere. *b* Si uſque ad lacum] deſperationis. *c* Fugerit] ſicut Cain per necem fratris. *d* Nemo ſuſtinet] ideſt, ſuſtinere poteſt eum, quia talis nihil veretur, & ſeipſum contemnit. Unde *ſupr.* 18 Impius cum in profundum venerit peccatorum, contemnit.

e Qui ambulat ſimpliciter,] ideſt, ſine duplicitate, idem habens in corde, ore, & opere. Vel ſimpliciter, ideſt, ſimplici intentione, non fucata partim ad mundum, partim ad Deum.

f Salus erit.] Unde *ſup.* 10. Qui ambulat ſimpliciter, ambulat confidenter. *Matth.* 6. Si oculus tuus fuerit ſimplex, totum corpus tuum lucidum erit, ideſt, ſi intentio tua unica fuerit, non diviſa, tota operum congeries bona erit. *g* Qui perverſis graditur viis] nunquam revertens. *h* Concidet ſemel] ideſt, corpore, & anima cadet, a quo caſu non adjiciet, ut reſurgat. Perverſæ viæ ſunt tres, ſcilicet concupiſcentia carnis, concupiſcentia oculorum, ſuperbia vitæ. *Joan.* 2. Quæ pervertunt ambulantes, & avertunt a Deo. *Iſa.* 28. Vadant & cadant retrorſum, & conterantur, & illaqueentur, & capiantur. Vadant cogitando, cadant conſentiendo, conterantur operando, illaqueentur per conſuetudinem, capiantur in morte.

a Qui

Digitized by Google

a Qui operatur, &c.] ad litteram, excolendo eam modo, & tempore debito. *b* Satiabitur panibus,] ideſt, abundabit fructibus ejus. *c* Qui ſectatur,] hoc contra pigrum, de quo ſatis dictum eſt *ſup.* 6.

a Qui operatur terram ſuam, † *b* ſatiabitur panibus, *c* qui ſectatur otium *d* replebitur egeſtate. Vir *e* fidelis *f* multum laudabitur: *g* qui autem feſtinat ditari, *h* non erit innocens. *i* Qui cognoſcit in judicio faciem, non bene *k* facit: *l* iſte & pro buccella panis *m* deſerit veritatem. *n* Vir qui feſtinat ditari, & *o* aliis invidet, *p* ignorat, quod egeſtas ſuperveniat ei. *q* Qui corripit hominem, *r* gratiam poſtea inveniet apud eum, magis quam ille, qui per linguæ blandimenta decipit. *ſ* Qui ſubtrahit aliquid a patre ſuo, & a matre, *t* & dicit, hoc non eſt peccatum, particeps homicidæ eſt. *u* Qui ſe jactat & *x* dilatat, *y* jurgia concitat, *z* qui vero ſperat in Domino, † ſalvabitur, *a* Qui confidit in corde ſuo. *b* ſtultus eſt: qui *c* autem graditur ſapienter, *d* ipſe laudabitur. *e* Qui dat pauperi non *f* indigebit; qui *g* deſpicit deprecantem. *h* ſuſtinebit penuriam. *i* Cum ſurrexerint impii, *k* abſcondentur homines,

De pigro. Myſtice. Sap. 12. al. † ſaturabitur.

Myſtice. Terra cujuslibet eſt caro propria, quæ ſarculo diſciplinæ excoli debet, vel ipſa anima, quæ vomere lectionis, orationis, & meditationis excolitur, quæ licet modica ſit, fructum tamen facit multiplicem, ſcilicet triceſimum, ſexageſimum, centeſimum. Vel Eccleſia tua tibi commiſſa terra tua eſt, quæ aratro doctrinæ verbi & exempli excolenda eſt. Et qui hanc terram multiplicem operatur, ut debet, ſatiabitur panibus virtutum in præſenti; & panibus gloriæ in futuro.

D

c Qui] vero ſectatur otium, quolibet prædictorum modorum. *d* Replebitur egeſtate] æterna. De hoc dicitur. *Eccli.* 20. Qui operatur terram ſuam, inaltabit acervum frugum, & qui operatur juſtitiam exaltabitur. De hac materia plenius invenies *ſup.* 12. ibi: qui operatur terram ſuam, ſatiabitur panibus: qui autem ſectatur otium, ſtultiſſimus eſt. Et 20. ibi. Propter frigus piger arare noluit, mendicabit ergo æſtate; & non dabitur illi.

al. † ſaturabitur.

e Vir fidelis] a fide, vel fidelitate Domino ſuo ſervata, quærendo jura ejus, conſervando, diſpenſando.

f Multum laudabitur] non ſolum auctoritate laudantis, ideſt, Dei. *Matth.* 25. Euge ſerve bone, & fidelis ſed etiam multitudine laudantium. *Eccli.* 44. Laudemus viros glorioſos. Et *infr. eod.* Sapientiam ipſorum narrant populi, & laudem eorum nuntiat Eccleſia. Item fidelis eſt, qui mundum, & ea quæ mundi ſunt, contemnit: Nam Sancti per fidem vicerunt regna. *Heb.* 11. Et hæc eſt victoria, quæ vincit mundum fides noſtra, 1. *Joan.* 5. Vir fidelis hoc modo, ideſt, mundum fide viriliter vincens, multum laudabitur, quaſi miracula faciens in vita ſua. *Eccli.* 31. Beatus dives qui inventus eſt ſine macula, & qui poſt aurum non abiit, nec ſperavit in pecuniæ theſauris, quis eſt hic, & laudabimus eum? fecit enim mirabilia in vita ſua.

Contra divites.

g Qui autem feſtinat ditari] divitiis tranſitoriis, & caducis, vel ſcientia inflativa, vel laude humana. *h* Non erit innocens] quia aut facit miſerum injuſte acquirendo, aut relinquit miſerum male retinendo, aut ipſemet miſer efficitur amittendo. Innocens autem eſt, qui nec facit, nec relinquit miſerum, ut dicit *Aug. Eccli.* 11. Fili, ne in multis ſint actus tui, & ſi dives fueris, non eris immunis a peccato. *Beda*: qui augere opus ambit, peccatum † negligit, & more avium cum eſcam terrenam avidus inſpicit, quo ſtranguletur peccati laqueo, non agnoſcit, cum quælibet bona mundi deſiderat, quæ de futuro damna patiatur, ignorat. Idem dicit *Greg. in mor.* De hac materia invenies *ſup.* 13. ibi Subſtantia feſtinata minuetur; Et 20. ibi Hæreditas ad quam feſtinatur in principio, in noviſſimo benedictione carebit. *i* Qui cognoſcit, &c.] quia hoc eſt perſonam accipere. De quo ſatis dictum eſt *ſup.* 18. ibi. Accipere perſonam impii in judicio non eſt bonum. De hac materia habes concordantias. *Exod.* 23. *Levit.* 19. *Deut.* 1. & 10. 2. *Par.* 19. *Job.* 32. & 34. ubi *Greg.* ſic definit. Accipere perſonam eſt hominem, non quia homo, ſed propter ea, quæ circa ipſum ſunt, honorare. *Sap.* 6. *Eccli.* 20. *c.* 45. 42. *Iſa.* 22. *Matth.* 22. *Luc.* 20. *Rom.* 2. *Gal.* 2. *Epheſ.* 6. *Coloſſ.* 3. *Act.* 10. *Jac.* 2. & 1. *Pet.* 1.

al. † non

De acceptione perſonarum in judicio.

l Iſte & pro, &c.] ideſt, pro parvo pretio.

m Deſerit veritatem] vitæ, juſtitiæ, & doctrinæ. *Ezech.* 13. Violabant me ad populum meum propter pugillum hordei, & fragmen panis, Ideo clamat *Pſ.* 11. Salvum me fac, Domine, quoniam defecit Sanctus, quoniam diminutæ ſunt veritates a filiis hominum.

Moraliter.

Moraliter. *i* Qui cognoſcit, &c.] ideſt, qui judicat aliquem in Eccleſia promovendum, quia pulcher, vel quia magnus, vel quia nobilis, vel quia conſanguineus, aut nepos ejus ſit. *k* Non bene facit] ſicut famulus, qui magiſtro ſuo ædificanti turrim altiſſimam, & petenti lapides quadratos, & grandes, & cedros altas ſive excelſas, porrigit feſtucas, aut fabas. Sicut factum eſt in ædificatione turris Babel. *Gen.* 11. *n* Vir qui feſtinat ditari] pecunia, vel ſcientia, vel fama. *o* Et aliis invidet] qui jam divites ſunt, nam tales frequenter invident. Vel ſic. Et aliis invidet, ideſt, ex invidia pecuniam, vel ſcientiam abſcondit, contra illud *Sap.* 7. Sine fictione didici, & ſine invidia communicabo, & honeſtatem illius non abſcondam. *p* Ignorat, quod egeſtas] æterna ſuperveniat ei, ideſt, a Deo deſuper veniat juſta retributione. Ideo dicit *Eccli.* 9. Non zeles gloriam, & opes peccatoris, non enim ſcis, quæ futura ſit illius ſubverſio. *q* Qui corripit hominem,] re & nomine, ideſt, rationale. *r* Gratiam, &c.] ideſt, adulator, quamvis enim in principio parum moveatur aliquis contra eum qui corripit eum; tamen poſtea tranſacto motu furoris diliget correptorem, ſi rationalis eſt, *ſup.* 24. Qui dicunt impio; juſtus es, maledicent eis populi, & deteſtabuntur eos Tribus; qui arguunt eum, laudabuntur, & ſuper eos veniet benedictio. *Eccl.* 22. Ad amicum etſi produxeris gladium non deſperes, eſt enim regreſſus ad amicum. Item *ſup.* 27. Melior eſt manifeſta correctio, quam amor abſconditus. Meliora ſunt vulnera diligentis, quam fraudulenta odientis oſcula. *ſ* Qui ſubtrahit, &c.] jurando, vel neceſſaria negando. *t* Et dicit, &c.] ſicut Judæi, qui de conſilio Sacerdotum vovebant omnia ſua Deo, ponentes ea in corbonam, ut ſic poſſent negare parentibus neceſſaria, dicentes: Munus quodcumque eſt ex me, tibi proderit. *Matt.* 15. & *Exod.* 20. Honora patrem tuum, & matrem tuam, reverentiam exhibendo, neceſſaria miniſtrando. *Eccl.* 3. Quam malæ famæ eſt, qui relinquit patrem, & eſt maledictus a Deo, qui exaſperat matrem. *u* Qui ſe jactat] de benefactis, vel benedictis. *x* Et dilatat]extollendo ſe, vel poſſeſſiones multiplicando. *y* Jurgia concitat.]De hoc *ſup.* 13. ibi. Inter ſuperbos ſemper jurgia ſunt. Item *ſup.* 27. Laudet te alienus, & non os tuum, extraneus, & non labia tua, quia omnia laus in proprio ore ſordeſcit. *z* Qui vero ſperat in Domino, ſalvabitur] in præſenti a malo culpæ per gratiam, & in futuro per gloriam ab omni corruptione, quando ipſa creatura liberabitur a ſervitute corruptionis in libertatem gloriæ filiorum Dei. *Rom* 8. Quando hoc corruptibile induet corruptionem. 1. *Cor.* 16. *a* Qui confidit in corde ſuo,] ideſt, in ſenſu ſuo. *b* Stultus eſt] nec eſt major ſtultitia, quam quod homo ſibi ſapiens videatur, *ſup.* 26. Vidiſti hominem ſibi ſapientem videri, magis illo ſpem habebit inſipiens. De hoc *ſup.* 3 ibi. Ne ſis ſapiens apud temetipſum. *Iſa.* 5. Væ qui ſapientes eſtis in oculis veſtris, & coram vobimetipſis prudentes, 1. *Cor.* 3. Si quis inter vos videtur eſſe ſapiens in hoc ſæculo, ſtultus fiat, ut ſit ſapiens. *c* Qui autem graditur ſapienter] greſſibus affectuum, & operum. *d* Ipſe laudabitur] a Domino. Euge, ſerve bone & fidelis, &c. *Matth.* 25. *e* Qui dat pauperi] illud quo indiget, ſive victum, ſive veſtitum corporalem, vel ſpiritualem. *f* Non indigebit] neque hic neque in futuro. Pietas enim valet ad omnia promiſſionem habens vitæ, quæ nunc eſt & futuræ. 1. *Tim.* 4. Eo enim ipſo, quod propria bona, ſive temporalia, ſive ſpiritualia bene expenduntur, multiplicantur a Domino, *ſup.* 11. Alii dividunt propria, & ditiores fiunt. Ibi invenies plenius de hoc *Tob.* 4. Quomodo potueris, eſto miſericors, ſi multum tibi fuerit, abundanter tribue, ſi exiguum tibi fuerit, etiam illud exiguum libenter impartiri ſtude; præmium enim bonum tibi theſaurizas in diem neceſſitatis. *g* Qui deſpicit deprecantem] pauperem, nolens miſereri. *h* Suſtinebit penuriam] omnis boni ſine fine, *ſup* de hoc 21. ibi: Qui obturat aurem ſuam ad clamorem pauperum, ipſe clamabit, & non exaudietur. *i* Cum ſurrexerint impii] contra juſtos perſequendo eos. *k* Abſcondentur homines,] ideſt, juſti naturæ humanæ ordinem bene vivendo ſervantes. Simile *Job* 33. Reſpicies hominis juſtitiam, & dices peccavi, ideſt, reſpicies illos, qui naturam humanæ creationis integram non peccando cuſtodiunt, & cognoſces te peccando jumentis aſſimilatum. De hoc dicitur *Matth.* 10. Si vos perſecuti fuerint in una civitate, fugite in aliam.

De laude propria.

De correptione.

De eleemoſyna.

a Cum

a Cum illi] ſcilicet, impii. *b* Perierint] merito perſecutionis ſuæ, vel Dei miſericordia, ab impietate ad impietatem converſi. *c* Multiplicabuntur juſti] iidem, quos prius dixit homines, quia uno homine impio flagellato, alii perterriti convertentur, & ſic de numero impiorum multiplicabitur numerus juſtorum. Hoc eſt, quod dictum eſt *ſup.* 19. & 21. Peſtilente flagellato ſapientior erit parvulus.

cum *a* illi *b* perierint, *c* multiplicabuntur juſti,

CAP. XXIX.

d VIro, qui corripientem dura cervice contemnit, *e* repentinus ſuperveniet interitus *f* & eum ſanitas non *g* ſequetur. In *h* multiplicatione juſtorum *i* lætabitur vulgus: cum *k* impii ſumpſerint principatum, *l* gemet populus. *m* Vir qui amat ſapientiam, lætificat patrem ſuum: qui *n* autem nutrit † ſcortum, *o* perdet ſubſtantiam. *p* Rex juſtus † *q* erigit terram, *r* vir avarus *ſ* deſtruet eam. *t* Homo qui blandis, fictiſque ſermonibus loquitur amico ſuo, rete expandit † greſſibus ejus. *u* Peccantem virum iniquum involvet laqueus, & *x* juſtus † laudabitur, *y* atque gaudebit. *z* Novit juſtus *a* cauſam pauperum, impius *b* ignorat ſcientiam. *c* Homines peſtilentes *d* diſſipant civitatem; *e* ſapientes vero *f* avertunt furorem. *g* Vir ſapiens ſi cum ſtulto contenderit, ſive *h* iraſcatur, ſive *i* rideat, non *k* inveniet requiem. Viri *l* ſanguinum *m* oderunt ſimplicem, *n* juſti autem quærunt animam

EXPOSITIO CAP. XXIX.

A *d* VIro, qui corripientem dura cervice,] ideſt, obſtinata ſuperbia, vel ſuperba obſtinatione contemnit. *e* Repentinus, &c.] æternus. *f* Et eum ſanitas,] ideſt, corporis, & animæ impaſſibilitas. *g* Non ſequetur] poſt hanc vitam. Omnes quidem reſurgemus, ſed non omnes immutabimur, ſed boni tantum, *ſup.* 10. Viæ vitæ cuſtodienti diſciplinam; qui autem increpationes relinquit, errat. Item

al. † ſcorta. 1. Cor. 15. al. † eriget.

12. Qui diligit diſciplinam, diligit ſcientiam; qui autem odit increpationes, inſipiens eſt. Item 15. Stultus irridet diſciplinam patris ſui; qui autem cuſtodit increpationes, aſtutior fiet. Item *in eod.* qui increpationes odit, morietur. Ibi require de hac materia.

Myſtice. Myſtice intelligitur de populo Judaico, qui tot & tantis diſciplinis non eſt eruditus. Unde *Eccli.* 3. Synagogæ ſuperborum non erit ſanitas. *h* In multiplicatione Juſtorum] qua numerus eorum multiplicabitur, vel qua ipſi multiplicant opera virtutum. *i* Lætabitur vulgus,] ideſt humilis plebs credentium. *k* Cum impii, &c.] ſæcularem vel Eccleſiaſticum, ſeipſos intrudendo. *l* Gemet populus] illi ſubditus propter calumnias, & oppreſſiones ejus. *Heb.* 5. Nec quiſquam aſſumit ſibi honorem, ſed qui vocatur a Deo tanquam Aaron. *m* Vir qui amat, &c.] carnalem, vel ſpiritualem. Unde *ſupr.* 10. Filius ſapiens lætificat patrem ſuum. Sicut bona uxor lætificat patrem ſponſi ſui. Sapientia enim Dei ſponſa eſt humanæ mentis. Unde *Sap.* 8. Quæſivi ipſam mihi aſſumere ſponſam. De hoc *ſup.* 5. ibi Lætare cum muliere adoleſcentiæ tuæ. *n* Qui autem nutrit ſcortum,] ad litteram, vel ſcientiam ſæcularem, ſive doctrinam hæreticam, vel carnalem voluptatem. *o* Perdet ſubſtantiam] ſicut filius prodigus *Luc.* 15. ad litteram. Vel ſubſtantiam nobiliſſimam ſcilicet totum cœtum virtutum quo anima ſubſiſtit in Deo, quomodo dicitur fides, ſubſtantia. *Heb.* 11. *p* Rex juſtus &c.] i. exaltat, ad litteram. Sicut Rex Philippus regnum Franciæ. *ſup* 16. Abominabiles Regi, qui agunt impie, quoniam juſtitia firmabitur ſolium. *r* Vir avarus, &c.] per nimias exactiones.

Moraliter. Moraliter *p* Rex juſtus] bonus Prælatus, bene regens plebem ſibi commiſſam, vel quilibet ſe bene regens interius & exterius. *q* Erigit terram] ideſt, Eccleſiam, quoad primum. Vel animam, vel carnem ſuam, quoad ſecundum, ideſt, de imo vitiorum, ad alta virtutum exaltat. *Sup.* 20. Rex qui ſedet in ſolio judicii, diſſipat omne malum intuitu ſuo. *r* Vir avarus,] ideſt, Prælatus avarus, & cupidus. *ſ* Deſtruet eam,] Unde conqueritur Dominus *Iſ.* 3. Vos depaſti eſtis vineam meam, & rapina pauperis in domo veſtra; quare atteritis populum meum, & facies pauperum commolitis? *Greg.* Nihil ſceleſtius, quam Eccleſiaſticum virum amare pecuniam. *t* Homo, &c.] ideſt, ipſius adulatoris, qui prius ſibi quam alii nocet. Vel ejus, ideſt, ipſius, qui adulatori præbet aurem. *Iſ.* 3. Popule meus, qui beatum te dicunt, ipſi te decipiunt. Et *Jer.* 5. dicitur de Sacerdotibus qui manibus applaudebant populo peccante. Inventi ſunt in populo meo inſidiantes quaſi aucupes, laqueos ponentes & pedicas ad capiendos viros, ſicut decipula plena avibus, ſic domus eorum plenæ dolo; ideo magnificati ſunt & ditati, & impinguati, & præterierunt ſermones meos peſſime. *u* Peccantem, &c. laqueus] peccati ad modum gallinæ, quæ quanto amplius ſe explicare a ſtupa nititur, tanto amplius implicatur; & muſca ſimiliter in tela aranearum, & cervus in retibus venatorum; ſic peccator peccati delectatione, & peccandi conſuetudine irretitur. *Sup.* 5. Iniquitates ſuæ capiunt impium, & funiculis peccatorum ſuorum conſtringitur. *Job* 18. Immiſit in rete pedes ſuos, & in maculis ejus ambulat, tenebitur planta ejus laqueo; quidam libri habent hanc litteram. *u* Peccantem virum iniquum involvet laqueis,] ideſt, adulator, qui laudat peccatorem in deſideriis animæ ſuæ, & iniquum benedicit. *x* Et juſtus laudabitur] a Domino, & a tota Eccleſia. *y* Atque gaudebit] de juſtitia Dei in malos. *Pſal.* 75. Lætabitur juſtus cum viderit vindictam. Item de exitu Iſrael de Ægypto, de terminato exilio, de evaſione pœnæ, de bonorum ſocietate, de Dei viſione. Aliqui libri habent. *x* Juſtus laudabit, & gaudebit.] Laudabit Deum, & in hoc gaudebit. Tertia enim dos animæ erit laudare Deum. *Pſ.* 83. Beati qui habitant in domo tua, Domine, in ſecula ſæculorum laudabunt te. *z* Novit juſtus] Judex vel Prælatus. *a* Cauſam pauperum] non accipiendo perſonam, nec timendo potentes. Judicem enim oportet habere hæc duo, & quod non timeat potentes, & quod diligenter inquirat merita cauſæ. *Job.* 29. Pater eram pauperum, & cauſam, quam neſciebam, diligentiſſime inveſtigabam. *b* Impius ignorat ſcientiam] & ideo cauſa incognita præcipitat ſententiam, & pervertit judicium aliquando muneribus excæcatus. Unde *ſup.* 17. Munera de ſinu impius accipit, ut pervertat judicii ſemitas. *Deut.* 16. Munera excæcant oculos ſapientum, & mutant verba Juſtorum. *c* Homines peſtilentes] ideſt, hæretici. *d* Diſſipant civitatem,] ideſt, rumpunt unitatem Eccleſiæ. *e* Sapientes vero,] ideſt, Doctores Eccleſiæ Catholici. *f* Avertunt furorem] hæreticorum ab Eccleſia. *Sap.* 14. Sapiens mulier ædificat domum ſuam, inſipiens extructam quoque manibus deſtruit.

al. † pedibus. al. † laudabit.

Moraliter. Moraliter. *c* Homines peſtilentes,] ideſt, Prælati exemplo ſuo alios corrumpentes, vel Doctores; quia omnia velut incendio depaſcunt. Diſſipant civitatem,] ideſt, totam patriam meritorum ſuorum exigentia, ſicut Pentapolis ſubverſa eſt propter Sodomitas. *Gen.* 19. *e* Sapientes vero avertunt furorem] Domini a tota patria meritis ſuis. Unde *Gen.* 18 dixit Dominus Abrahæ: Non delebo propter decem. *Eccli.* 16. Ab uno ſenſato inhabitabitur patria, & a tribus impiis deſeretur. Et 2. *Reg.* 20. legitur, quod ſapiens mulier liberavit civitatem Abelam, quam Joab obſederat propter Sibam. *g* Vir ſapiens ſi cum ſtulto contenderit] ejus errores reprobando ſive improbando rationibus, & auctoritatibus. *h* Sive iraſcatur] ipſe ſapiens peccatis, vel incorrigibilitati ejus, æterna ſupplicia comminando. *i* Sive rideat] eum æternæ vitæ promiſſionibus conſolando. *k* Non inveniet requiem] quia nec ſic, nec ſic emendatur. Unde *Beda.* Fruſtra ſapiens contra inſenſatum laborat, ſive enim lamenta pœnitentiæ ſuadeat, ſive bonæ operationis quæ ſint præmia, dicat, non auditur a ſtulto. Unde Apoſtoli dixerunt Judæis, *Matt* 11. Cecinimus vobis, & non ſaltaſtis, lamentavimus, & non planxiſtis. *l* Viri ſanguinum] ideſt, mariti peccatorum, ideſt, peccatores conſuetudinarii, & incorrigibiles. *m* Oderunt ſimplicem] ideſt, juſtum, qui ſimplici intentione incedit in via Chriſti. *Job* 12. Deridetur Juſti ſimplicitas: lampas contempta apud cogitationes divitum parata ad tempus ſtatutum. *Eccli.* 13. Sicut abominatio eſt ſuperbo humilitas, ſic & execratio diviti pauper.

Myſtice. Myſtice. *l* Viri ſanguinum] ſunt Scribæ & Phariſæi. *m* Oderunt ſimplicem,] ideſt, Chriſtum humilem. *Sap.* 2. Gravis eſt etiam nobis ad videndum, quoniam diſſimilis eſt aliis vita illius. *Matth.* 11. Venit Joannes neque manducans neque bibens, & dicunt: Dæmonium habet; venit filius hominis manducans & bibens, & dicunt: Ecce homo vorax, & potator vini, & publicanorum, & peccatorum amicus. *n* Juſti autem quærunt animam ejus] ad ſalvandum non ſua, quia plus valet unius animæ ſalus, quam totus mundus; & plus placet Deo, & magis dat Deus homini, cujus miniſterio ſalvat unam animam, quam ſi ejus miniſterio faceret mille mundos, 1. *Cor.* 9. Cum eſſem liber ex omnibus, omnium me ſervum feci, ut plures lucrifacerem.

a Totum

a Totum ſpiritum ſuum,] ideſt, iram & indignationem ſuam. *b* Profert ſtoltus,] ideſt, homo iracundus impatientia impellente. Unde *Beda*: Impatientia impellente totus ſpiritus foras prorumpit, quem nulla intus diſciplina Sapientiæ concludit. Sorores ſunt inſeparabiles, Patientia & Sapientia. Patientia munit contra ictus flagellorum. Sapientia contra jacula verborum. Et ideo ubi hæc ſunt, non ſentitur, vel non curatur ictus verberum, aut verborum, & ideo non exit foras ſpiritus, ſapientis. Stultus quia utraque caret, ſtatim ad unicum verbum totum ſe effundit. Et hoc eſt, quod ſequitur. *c* Sapiens, &c.] Læſus enim non deſiderat ſe ulciſci; ſed vindictam Deo reſervat: qui dicit: Mea eſt ultio, & ego retribuam, *Deut.* 32. Et *Ezech.* 9. Mihi vindictam, & ego retribuam. Secundum aliam tranſlatio habet hic. Totam iram, &c. ideſt, ſtultus ad ultionem ſui igne iracundiæ ſuccenditur; ſapiens vero paulatim eam maturitate conſilii attenuat, & extinguit. De hoc *ſup.* 20. ibi: Ne dicas: Reddam malum pro malo, expecta Dominum, & liberabit te.

ejus. *a* Totum ſpiritum ſuum profert *b* ſtultus, *c* ſapiens differt, & reſervat in poſterum, *d* Princeps, qui libenter audit verba mendacii, *e* omnes miniſtros habet impios. *f* Pauper, & creditor *g* obviaverunt ſibi, *h* utriuſque illuminator eſt Dominus. *i* Rex, qui *k* judicat in veritate *l* pauperes, *m* thronus ejus *n* in æternum firmabitur. *o* Virga, atque † *p* correctio *q* tribuit Sapientiam: *r* puer autem, *ſ* qui dimittitur voluntati ſuæ, *t* confundet matrem ſuam. In *u* multiplicatione impiorum *x* multiplicabuntur ſcelera, *y* & Juſti *z* ruinas eorum videbunt. *a* Erudi filium tuum; & *b* refrigerabit te, & *c* dabit delicias *d* animæ tuæ. *e* Cum prophetia

al. † increpatio.

Vel ſic: *a* Totum ſpiritum ſuum,] ideſt, totam ſcientiam ſuam, & totam gratiam, ſi quam habet, aut loquendo, aut cantando. *b* Profert ſtultus,] ad oſtentationem. *c* Sapiens, &c.] quando ſcilicet, videt expedire, *Eccli.* 20. Homo Sapiens tacebit uſque ad tempus; laſcivus autem, & imprudens non ſervabunt tempus. Et *inf. eod.* Sapiens in verbis ſeipſum amabilem facit: gratiæ autem fatuorum effundentur. *d* Princeps, &c.] ideſt, detractionis, vel adulationis, vel fabularum, quæ excitant riſum.

e Omnes miniſtros, &c.] ideſt, mendaces, adulatores, detractores, & hujuſmodi quærentes placere Domino ſuo. *Eccli.* 10. Secundum Judicem populi, ſic & miniſtri ejus; & qualis eſt Rector civitatis, tales & inhabitantes in ea. Unde *Pſ.* 100. Non adhæſit mihi cor pravum, declinantem a me malignum non cognoſcebam. Detrahentem ſecreto proximo ſuo, hunc perſequebar. Superbo oculo, & inſatiabili corde, cum hoc non edebam. Oculi mei ad fideles terræ, ut ſedeant mecum, ambulans in via immaculata hic mihi miniſtrabat. Non habitabit in medio domus meæ, qui facit ſuperbiam: qui loquitur iniqua, non direxit in conſpectu oculorum meorum. In matutino interficiebam omnes peccatores terræ, ut diſperderem de civitate Domini omnes operantes iniquitatem. *f* Pauper, &c.] ad litteram, in via. *h* Utriuſque &c.] Pauperis ad recognoſcendum debitum, & veniam, vel inducias poſtulandum: creditoris ad compatiendum, & ad ſuſtinendum, vel dimittendum. Unde *Luc.* 7. Duo debitores erant cuidam fœneratori, unus debebat denarios quingentos; alius quinquaginta: non habentibus illis, unde redderent, donavit utriſque.

Myſtice. Myſtice. Creditor eſt Chriſtus, pauper quilibet homo, cui Chriſtus tradidit ad uſuram talenta vitium & virtutum, requirens fructum bonorum operum pro uſuris. *f* Pauper igitur, &c.] ideſt, obviabunt ſibi in die judicii, quando repetet ab unoquoque debitum cum uſura, ut legitur *Matth.* 25. & *Luc.* 19. *h* Utriuſque &c.] ideſt, Deus, Chriſti ad retribuendum unicuique juxta opera ſua, & hominis ad videndum omnia opera ſua ſive bona, ſive mala ſint, 1. *Cor.* 5. Omnes nos manifeſtari oportet ante tribunal Chriſti, ut recipiat unuſquiſque propria corporis, prout geſſit, ſive bonum ſive malum. Vel ſic. *f* Pauper,] eſt humilis auditor; creditor, Sapiens Prædicator, qui pecuniam verbi committit auditoribus ad uſuram, qui ſibi obviant, cum in unam gratiam pietatis conveniunt, vel in unam voluntatem audiendi, & docendi verbum Dei. *h* Utriuſque, &c.] Quia nec ille prædicat, nec ille credit ſine Dei lumine. Unde *Joan.* 15. Sine me nihil poteſtis facere. Sic exponit *Gloſ.* Item alia *Gloſ.* ſic. *f* Pauper,] eſt ad lit. omnis indigens creditor, qui propter Deum eleemoſynam largitur pauperi: qui dicuntur ſibi obviaſſe, quia etſi non æque divites in ſæculo; tamen æque divites erunt in futuro in Deo. Hic pro patientia paupertatis; ille pro eleemoſyna pietatis. Vel, pauper, obviabit creditori ſuo, quia introducet eum in gloriam merito orationum ſuarum. Unde Dominus *Luc.* 16. Facite vobis amicos de mammona iniquitatis, ut cum defeceritis, accipiant vos in æterna tabernacula. Item *f* Pauper & creditor,] ideſt, corpus & ſpiritus. *g* Obviaverunt ſibi,] in infuſione animæ; vel in rebellione, qua ſibi invicem jugiter adverſantur. *h* Utriuſque, &c.] in Baptiſmo, vel in die judicii, quia tunc apparebit utriuſque cauſa, quando Dominus illuminabit abſcondita tenebrarum, & manifeſtabuntur conſilia cordium, 1. *Cor.* 4. *i* Rex, qui judicat in veritate,] ſine acceptione perſonæ. *l* Pauperes,] juxta merita cauſæ eorum. *m* Thronus, &c.] *Sup.* 16. Juſtitia firmabitur ſolium.

Myſtice. Myſtice. *i* Rex] Chriſtus eſt, qui totam Eccleſiam quaſi regnum ſuum regit, *k* Qui judicat in veritate] ſecundum merita *l* Pauperes,] ideſt, omnes homines tam in præſenti, quam in futuro, licet in præſenti occulta ſit juſtitia judicii ejus. Unde *Iſ.* 11. Non ſecundum viſionem oculorum judicabit, neque ſecundum auditum aurium arguet; ſed judicabit in juſtitia pauperes, & arguet in æquitate pro manſuetis terræ. *m* Thronus ejus,] ideſt, Eccleſia, vel poteſtas ejus. *n* In æternum firmabitur,] *Iſ.* 9. Super ſolium David & ſuper regnum ejus ſedebit, ut confirmet illud, & corroboret in judicio, & juſtitia amodo, & uſque in ſempiternum. Hoc eſt, quod dicit *Pſ.* 44. Sedes tua, Deus, in ſæculum ſæculi, virga æquitatis, virga regni tui.

Moral. Moraliter. *i* Rex, qui judicat, &c.] ideſt, ratio, ſive liberum arbitrium, qui defectus proprios in veritate punit, & dijudicat. *m* Thronus ejus, &c.] ideſt, anima, quæ ſedes eſt talis Regis in æternum glorificabitur in regno cœlorum. De hoc dictum eſt *ſup.* 29. Rex, qui ſedet in ſolio judicii, diſſipat omne malum intuitu ſuo. *o* Virga,] ideſt, diſciplina flagelli. *p* Atque correctio,] verbi. *q* Tribuit Sapientiam,] obedienti, diſciplinam recipienti. Hoc eſt, quod dicitur *Eccli.* 22. Flagella & doctrina in omni tempore Sapientia. *Iſ.* 28. Sola vexatio tantummodo dabit intellectum auditui. *Jer.* 6. ſecundum aliam tranſlationem. Per omne flagellum & dolorem erudieris Jeruſalem. *r* Puer autem &c. quaſi equus effrenis. *t* Confundet matrem ſuam,] quæ tenerius diligit ipſum, & magis afficitur circa ipſum *Eccli.* 30. Equus indomitus evadet durus, & filius remiſſus evadet præceps.

Myſtice. Myſtice. *r* Puer, qui dimittitur voluntati ſuæ,] ideſt, populus ſine correctione. *t* Confundet matrem ſuam,] ideſt, Eccleſiam. *Rom.* 2. Nomen Dei blaſphematur propter vos in gentibus.

Moral. Moraliter. *r* Puer,] ideſt, caro. *ſ* Qui dimittitur voluntati ſuæ, confundet matrem ſuam,] ideſt, humanam naturam, vel animam, quæ quaſi mater filiam debet corrigere carnem. *Eccli.* 42. Super filiam luxurioſam conſtitue cuſtodiam, ne quando faciat te in opprobrium venire inimicis tuis. Vel *r* Puer,] ideſt, novitius. *ſ* Qui dimittitur voluntati ſuæ, confundet matrem ſuam,] ideſt, regulam; quia dimiſſis communibus obſervantiis facit ſingularitates ſuas. Sed *inf.* 30. dicitur: Oculum qui ſubſannat patrem, & qui deſpicit partum matris ſuæ, ideſt, novitium, qui ſibi videtur ſapiens, qui ſibi eſt oculus, qui negligit mandata Prælati, & admonitiones derelinquit propter ſingularitates ſuas, effodiant eum corvi de torrentibus, ideſt, Doctores, vel Prælati convincentes eum per ſacram Scripturam, oſtendant ei ſtultitiam ſuam. *Sup.* 12. Qui confidit in cogitationibus ſuis, impie agit. *u* In multiplicatione impiorum,] ideſt, hæreticorum, vel quorumlibet peccatorum. *x* Multiplicabuntur ſcelera,] in eis, & in aliis, quos malo exemplo ſuo corrumpunt. Tales enim non ſunt niſi ſcaturigines, & venæ quædam mortis, per quas defluunt ſcelera ad alios. Sicut e converſo dicitur de Juſto. *Sup.* 10. Vena vitæ os juſti. *z* Et ruinas eorum,] quibus ruunt de peccato in peccatum, & de peccato tandem in infernum. *y* Juſti videbunt,] in præſenti, ut cautiores fiant; vel in futuro, ut juſtitiæ Dei congaudeant. Unde *Pſ.* 57. Lætabitur Juſtus, cum viderit vindictam, manus ſuas lavabit in ſanguine peccatoris. *Iſ. ult.* *g* Egredientur & videbunt cadavera virorum, qui prævaricati ſunt in me. *a* Erudi filium tuum,] carnalem, vel ſpiritualem verbo, exemplo, flagello. *b* Et refrigerabit te] ideſt, lætificabit quietem conferens tuæ ſollicitudini. Vel, Refrigerabit te, ab æſtu, & incendio penarum, quas mereris, niſi corrigeres. *Eccli.* 30. Qui diligit filium ſuum, aſſiduat illi flagella, ut lætetur in noviſſimo ſuo. *c* Et dabit delicias,] æternas, & etiam præſentes. *d* Animæ tuæ,] &c. Erudiendo enim filium promereris delicias Paradiſi. *e* Cum prophetia] ideſt, doctrina ſacri eloquii, vel prædicatio futurorum.

a defecerit, diſſipabitur *b* populus: qui *c* vero cuſtodit legem, *d* beatus eſt. *e* Servus *f* verbis non poteſt erudiri: quia quod dicis, intelligit, & reſpondere *g* contemnit. *h* Vidiſti hominem velocem ad loquendum, *i* ſtultitia magis ſperanda eſt: quam illius † correctio. *k* Qui delicate a pueritia nutrit ſervum ſuum, *l* poſtea illum *m* ſentiet contumacem. *n* Vir iracundus provocat rixas, *o* & qui ad indignandum facilis eſt, erit ad peccata proclivior. *p* Superbum ſequitur humilitas, & *q* humilem ſpiritu *r* ſuſcipiet gloria. *ſ* Qui cum fure † participatur, *t* odit animam ſuam, *u* adjurantem audit, *x* & non indicat. *y* Qui timet hominem, *z* cito corruet; *a* qui ſperat in Domino, ſublevabitur. *b* Multi requirunt faciem Principis, & *c* judicium a Domino egreditur ſingulorum. *d* Abominantur Juſti virum impium: & *e* abominantur impii eos, qui in recta ſunt via. *f* Verbum cuſtodiens filius extra perditionem erit.

a Defecerit,] ideſt, ceſſaverit. *b* Diſſipabitur populus] a Dæmonibus, ab hæreticis, a Tyrannis, ſicut vinea diſſipatur a beſtiis deſtructa ſepe. *Iſ.* 5. Auferam ſepem vineæ meæ; & erit in direptionem.
Myſtice. Myſtice & prophetice de Judaico populo intelligitur jam impletum, juxta illud *Dan.* 9. Septuaginta hebdomades abbreviatæ ſunt ſuper populum tuum, ut impleatur viſio, & prophetia, & ungatur Sanctus ſanctorum, & diſſipabitur populus cum Duce venturo, & finis ejus vaſtitas. *c* Qui vero cuſtodit legem,] ſicut regulam, ſicut lucernam, ſicut oculum. *d* Beatus eſt,] jam ſpe, tandem
C re. *Joan.* 13. Si hæc ſcitis, beati eritis, ſi feceritis ea.
al. † correptio. *e* Servus] ſervilis, vel ſervus peccati, per conſuetudinem. *f* Verbis non poteſt erudiri, &c.] ideſt, obedire. *g* Contemnit,] & ideo plus peccat. *Luc.* 12. Servus, qui ſcit voluntatem Domini ſui, & non facit, vapulabit multis. *h* Vidiſti hominem, &c.] cujus verba non habent fundamentum, ſed de ſummitate labiorum procedunt. *i* Stultitia magis, &c.] Incorrigibilitatis enim, & ſtultitiæ ſignum probatiſſimum eſt verboſitas. Non verboſus ſemper loquitur; & ideo non cogitat, quid ſibi dicatur, ſed qualiter obloquatur, *ſup.* 18. Qui reſpondet prius, quam audiat ſtultum ſe eſſe demonſtrat. *Eccli.* 11. a Prius, quam audias, ne reſpondeas verbum. *k* Qui delicate a pueritia nutrit, &c.] ideſt, rebellem, ſicut Salomon, Jeroboam, 3 *Reg.* 11.

Moraliter. Moraliter. Servus iſte eſt corpus, quod ſubditum quaſi ſervus debet eſſe ſpiritui, & regi ab eo, ſicut equus a ſeſſore, & navis a nauta. Hic ſervus in pueritia ſua edomandus eſt. Non enim ad domandos pullos equinos expectatur quinquennium; nec de catulis expectatur, ut putreſcant, antequam ſaliantur: nec de navi, ut veniat in Charybdim, antequam ligatur a Nauta: ſic & corpus domandum eſt in pueritia, antequam incipiat contra ſpiritum laſcivire: alioquin ſeſſorem ſuum præcipitat in foveas vitiorum. Ideo dicitur *Thren.* 3. Bonum eſt viro, cum portaverit jugum ab adoleſcentia ſua. *Eccli.* 33. Servo malevolo tortura, & compedes, mitte illum in operationem, ne vacet. Dicit ergo. *k* Qui delicate, &c.] ideſt, corpus, quod rationi, ſive ſpiritui debet ſubjugari. *l* Poſtea,] ideſt, in adoleſcentia, & in juventute, & deinceps. *m* Illum ſentiet contumacem,] ideſt, laſcivum, & indomabilem. *Sap.* 22. Proverbium eſt, adoleſcens juxta viam ſuam etiam cum ſenuerit, non recedet ab ea. Ibi require de hoc. Alia translatio habet plenius [Qui delitiatur, &c.] Sero enim pœnitet qui in tenera ætate noluit pœnitere. *Eccli.* 7. Servus ſenſatus ſit tibi dilectus quaſi anima tua. *Idem* 23. Si eſt tibi ſervus fidelis ſit tibi quaſi anima tua: quaſi fratrem ſic eum tracta, quia in ſanguine comparaſti eum. *n* Vir iracundus provocat rixas] ad omnia reſpondendo, nihil patienter ferendo: ſicut canis, qui ad omnem lapidem ſibi projectum currit, & mordendo oblatrat. Talis homo omnibus oneroſus eſt. Unde *ſup.* 27. Grave eſt ſaxum, & oneroſa eſt arena: ſed ira ſtulti utroque gravior. quia ſaxum, & arena aliquo modo portari poſſunt: ſed ira ſtulti ſuſtineri non poteſt. Unde *ſup.* 18. Spiritum ad iraſcendum facilem quis poterit ſuſtinere? Socrates: Iracundus cum aliis iraſci deſierit, ſibi ipſi iraſcitur. *Beda*: Janua omnium vitiorum eſt iracundia: qua clauſa virtutibus intrinſecus dabitur quies; aperta, ad omne facinus armabitur animus. De hoc *ſup.* 15. Vir iracundus provocat rixas: qui patiens eſt, mitigat ſuſcitatas. *Et* 26. Sicut carbones ad prunas, & ligna ad ignem: ſic homo iracundus ſuſcitat rixas. Ibi require de hoc. *o* Et qui ad indignandum facilis eſt, erit ad peccata proclivior,] Indignatio enim intellectum mentis obcæcat, & affectum abſorbet, & totum cor inflat ad modum bufonis percuſſi: & donec venenum effundat, inflatur, & crepat. Unde *Jer.* 44. Conflata eſt indignatio mea, & furor meus, & ſuccenſa eſt in civitatibus Juda, & in plateis Jeruſalem. *p* Superbum ſequitur humilitas] ideſt, dejectio, quia qui ſe exaltat, humiliabitur *Luc.* 14 *q* Et humilem ſpiritu,] qui vere eſt humilis.

r Suſcipiet gloria] quia qui ſe humiliat, exaltabitur, *Luc.* 14. De hoc dictum eſt ſatis *ſup.* 16. ibi: Contritionem præcedit ſuperbia. & ante ruinam exaltabitur ſpiritus. *ſ* Qui cum fure participatur,] juvando eum in furto faciendo, vel conſentiendo, vel penes ſe receptando, vel furto communicando, vel ſi potuit, non prohibendo, vel non indicando. *t* Odit animam ſuam,] quia facit peccatum. *Pſa.* 10. Qui diligit iniquitatem, odit animam ſuam. *al. † particeps.* *u* Adjurantem audit] qui quærit furtum. *x* Et non indicat,] ideo reus tenetur. Unde *Beda*: Non ſolum a peccato operis, ſed etiam a conſenſu abſtinere docet Sapientia, ne audiat a diſtricto Judice: *Pſ* 49.

Si videbas furem, currebas cum eo, & cum adulteris portionem tuam ponebas. Non enim ſolum fur, ſed & ille reus tenetur, qui furti conſcius, quærente poſſeſſore, non indicat. Et ne metu perſonæ potentioris ſe excuſet, addit: *y* Qui timet hominem] timore humano, vel mundano. *z* Cito corruet,] in peccatum. Ideo dicit Dominus *Matth.* 10. Nolite timere eos, qui occidunt corpus, animam autem non poſſunt occidere *Iſ.* 51. Quis tu, ut timeas ab homine mortali, & a filio hominis, qui quaſi fœnum ita areſcet? Notandum autem, quod novem modis curritur cum fure. *Novem modis curritur cum fure.* Primus modus eſt, quando Principes præcipiunt aliquibus Præpoſitis ſuis furtum facere *Iſ.* 1. Principes tui infideles ſocii furum. In hoc caſu tam Præpoſiti, quam Principes tenentur ad reſtitutionem, utrique in ſolidum: tamen ſi unus ſolverit, ceteri ſunt liberati. Secundus modus eſt, quando aliquis incitat, vel conſulit furari.

In hoc etiam caſu tenetur conſultor, ſive incitator, niſi latro reſtituerit, & conſulendum eſt ei in foro penitentiali, quod reſtituat. De hujuſmodi conſiliariis dicitur *Iſa.* 19. Stulti Principes Thaneos, ſapientes conſiliarii Pharaonis dederunt conſilium inſipiens. Tertius modus eſt, quando conſentit præbendo auxilium. Et in hoc caſu ſimiliter tenetur conſentiens. Quia qui occaſionem damni dat, damnum dediſſe videtur. Ad legem Aquiliam Quartus modus eſt per adulationem: Iſte peccat, ſed non tenetur reſtituere. *Ezec.* 13. Væ qui conſuunt pulvillos ſub omni cubitu manus. Quintus modus eſt per recurſum, ſive per receptationem: Iſte etiam tenetur reſtituere. Sextus modus eſt per participationem furti: Iſte quantum habuerit, tenetur reſtituere, nec plus. Septimus modus eſt per ſilentium. Octavus eſt, quia non, cum poſſit, reſiſtit furi. Nonus eſt, quando non manifeſtat rem furatam, ſi ſciat. In his tribus ultimis modis non tenetur reſtituere. De hoc verſus:

Juſſio, conſilium, conſenſus, palpo, receptans,
Participans, mutus, non obſtans, non manifeſtans.

a Qui ſperat, &c.] a terra in cœlum. Quibuſdam gradibus tamen. Quorum primus eſt tribulatio præſens, ſecundus patientia, tertius probatio, quartus ſpes, quintus gloria, *Rom* Tribulatio patientiam operatur, patientia autem probationem, probatio vero ſpem, ſpes autem non confundit. *b* Multi requirunt, &c.] ideſt, notitiam, quaſi dicat multi affectant, familiaritatem, & notitiam Principis ad literam Unde *ſup.* 19. Multi colunt perſonam potentis, & amici ſunt dona tribuentis. *c* Et judicium a Domino, &c.] ideſt, intentionem utriuſque, ſcil., requirentis, & requiſiti, judicat Dominus, qui ſolus intuetur cor. 1 *Reg.* 16. *d* Abominantur juſti virum impium,] non aſpernantes perſonam impii, ſed impietatem perſonæ.
e Et] e converſo, [abominantur impii eos, qui in recta ſunt via] ideſt, Juſtos, qui adeo tendunt in Deum, *ſup.* 13. de hoc ibi: Deteſtantur ſtulti eos, qui fugiunt mala. *Eccli.* 1. Execratio peccatoribus Sapientia.
f Verbum cuſtodiens filius extra perditionem erit,] ideſt, extra numerum perditorum, quia verbum legis lux eſt. *Supra* 6. Mandatum lucerna eſt, & lex lux. Item via regia ſecura eſt, quia omnes ambulantes in ea ſunt in ducatu Regis. *Pſ.* 118. Viam mandatorum tuorum cucurri, cum dilataſti cor meum.

EXPO-

Digitized by Google

CAPUT XXX.

VErba *a* congregantis filii *b* vomentis. *c* Viſio, *d* quam locutus eſt vir, cum quo † eſt, Deus, *e* & qui Deo ſecum morante *f* confortatus ait: *g* Stultiſſimus ſum virorum, & *h* ſapientia hominum non eſt *i* mecum. *k* Non didici ſapientiam, & novi *l* Sanctorum ſcientiam. *m* Quis aſcendit in cœlum, *n* atque deſcendit? *o* Quis continuit ſpiritum in *p* manibus ſuis? *q* Quis colligavit aquas quaſi in veſtimento? *r* Quis ſuſcitavit omnes terminos terræ?

A

al. † erat.

EXPOSITIO CAP. XXX.

VErba congregantis, &c] Hic eſt titulus, & quarta pericope hujus libri, ſecundum quoſdam. Hucuſque enim ſunt Parabolæ Salomonis, quas tranſtulerunt viri Ezechiæ. a 25. Hic iterum ſunt verba Salomonis, quæ forte non viri Ezechiæ, ſed alii tranſtulerunt, ſive collegerunt. Quod autem hic loquitur Salomon, perpenditur ex eo quod dicit verba, &c. Congregans etiam Latine idem eſt quod Eccleſiaſtes Græce, & Eccleſia congregatio Latine dicitur. Congregans autem dicitur Salomon, quia diverſas virtutes, & diverſas parabolas congregavit in unum, vel potius propter populi multitudinem, quam ſub ſuo regimine habuit congregatam. Filius vero vomentis dicitur, ideſt, filius confeſſionis, qua vomuntur peccata ſalubri vomitu, de quo dicitur *Eccli.* 31. Si coactus fueris in edendo multum, ſurge e medio, & evome & refrigerabit te; in quo notatur pœnitentia Salomonis. Vel dicitur filius vomentis, ideſt, de plenitudine Sapientiæ eructantis, ideſt, ipſius David, qui de pleno eructavit verbum bonum. Vel filius vomentis, ideſt, Berſabee. Et alludit interpretationi: Interpretatur etiam Berſabee puteus ſatietatis; ubi autem ſatietas, ibi vomitus: Vel melius: Filius vomentis, ideſt, David, qui vomitu ſalivæ ſuæ ſimulavit inſaniam coram Achis Rege Geth, ut legitur 1. *Reg.* 21. Adhuc melius: Filius vomentis, i. David, qui evomuit per confeſſionem peccatum adulterii ad correctionem Nathan. 2. *Reg.* 12. Et poſſet eſſe thema in Quadrageſima, quando tempus eſt congregandi virtutes, & opera bona, & tempus vomendi peccata. *Eccl.* 3. Eſt tempus plantandi, & tempus evellendi quod plantatum eſt; tempus occidendi, & tempus ſanandi, tempus deſtruendi, & tempus ædificandi. Dicit ergo Eſdras, qui titulos appoſuit, vel translator, vel ipſe Salomon. *a* Verba congregantis,] i. Eccleſiaſtes. *b* Filii vomentis,] ideſt, David eructantis bona, vel ſicut expoſitum eſt. Hæc inquam verba ſunt quæ ſequuntur. *c* Viſio, &c.] Hic incipit hæc pericope, ſecundum quoſdam vero adhuc eſt de titulo uſque ibi: Stultiſſimus ſum. In hoc autem quod dicit: Viſio inſinuat profunditatem, & pelagus myſteriorum quæ hic continentur. Dicit ergo. *c* Viſio] ideſt, viſum. *d* Quam locutus, &c.] ideſt, Salomon, quem ſupra omnes mortales ſapientia illuſtravit, ut legitur 3. *Reg.* 3. *e* Et qui Deo, &c.] per gratiam & ſapientiam. *f* Confortatus] ideſt, ſapientia illuſtratus. Juxta quod *ſup.* 24. dicitur: Vir ſapiens fortis eſt. Nec laudat ſe hic Salomon, ſed Deum qui revelavit, quæ omnibus patefecit. *g* Ait: Stultiſſimus, &c.] Bene incipit Salomon, quia ſapiens primo accuſator eſt ſui, *ſup.* 18. Nec mentitur, quia humili corde hoc dicit, ſicut Paulus 1. *Cor.* 15 Minimus ſum Apoſtolorum, qui non ſum, &c. Præterea quilibet aliquam infirmitatem habet in ſe, qua minor eſt omnibus aliis, ſicut quilibet Sanctus aliquam prærogativam habet, qua præcellit alios. Unde de quolibet Sancto dicitur: Non eſt inventus ſimilis illi. *Eccli.* 44. Quod tamen ſecundum hiſtoriam dictum eſt Abraham. Vel ſic. *g* Stultiſſimus ſum virorum,] judicio Philoſophorum, qui temporalia abjicere, æternis intendere, idola contemnere, Chriſtum mortuum, & Deum inviſibilem adorare reputant ſtultitiam. Unde 1 *Cor.* 1. Prædicamus Chriſtum crucifixum, Judæis quidem ſcandalum, &c. Vel ſtultiſſimum ſe dicit, quia quanto quis plus confortatur, & illuminatur a Deo, tanto melius ſuos defectus cognoſcit. Unde Abraham viſo Domino, & loquente ad ſe, dixit] ſe pulverem, & cinerem. *Gen.* 18. Et Iſaias viſo Domino ſuper ſolio ſuo, dixit ſe virum pollutum labiis. *Iſ.* 6. Et David cum melius vidit Dominum dixit *Pſ.* 30. Ego autem dixi in abundantia mentis meæ, projectus ſum a facie oculorum tuorum. Et *Pſa.* 115. Ego dixi in exceſſu meo, omnis homo mendax. Unde patet, quod omnis ſuperbus cæcus eſt, nec videt Deum, quia omnis qui videt eum humiliat ſe, quanto plus videt, tanto plus ſe humiliat, & quanto plus ſe humiliat, tanto plus ſe ei Deus manifeſtat. Unde *Num.* 24. dixit Balaam auditor ſermonum Dei, qui viſionem omnipotentis intuitus eſt, qui cadit per humilitatem, ſcilicet, & ſic aperiuntur oculi ejus. Vel ſic. *g* Stultiſſimus ſum virorum,] quoad mundanam ſapientiam, quæ ſtultitia eſt apud Deum. 1. *Cor.* 3 Unde ſequitur. *h* Et ſapientia hominum,] ideſt, mundanorum *i* Non eſt mecum] qui intendo æternis, 1. *Cor.* 2. Sapientiam loquimur inter perfectos, ſapientiam vero, non hujus ſæculi, neque Principum hujus ſæculi, qui deſtruuntur, ſed loquimur Dei ſapientiam. *k* Non didici ſapientiam] hujus mundi. *l* Et] pro, ſed [novi ſanctorum ſcientiam] non diſcendo ab homine, ſed a Deo infundente, ut legitur, 3. *Reg.* 3. quid autem ſit ſcientia Sanctorum, dicitur *ſup.* 9. Principium ſapientiæ timor Domini, & ſcientia Sanctorum prudentia. *B. Bernar.* dicit: Scientia Sanctorum temporaliter cruciari, & in æternum gloriari. Hanc ſcientiam dedit Dominus Salomoni, & cuilibet Juſto. Unde *Sap.* 10. Juſtum deduxit Dominus per vias rectas, & oſtendit illi regnum Dei, & dedit illi, &c. Per hæc quæ dicta ſunt, patet ſolutio cujuſdam contrarietatis, quæ ſolet hic poni. Dicit enim *Eccli,* 1. Ecce magnus effectus ſum, & præceſſi omnes ſapientia, qui ante me fuerunt in Jeruſalem. Hic dicit, ſtultus, ſed præceſſit omnes ſapientia Sanctorum, ſtultiſſimus fuit ſapientia mundanorum, de qua *Luc.* 16. Filii hujus ſæculi prudentiores ſunt filiis lucis in generatione ſua. *m* Quis, &c] de Philoſophis, menſurans quantitatem Planetarum. *n* Atque deſcendit] docendo quantitatem Solis octies majorem terra, quaſi dicat: *Noli arcana Dei, cœlumque inquirere quid ſit.* Hæc enim ſapientia eſt Principium hujus mundi, quæ deſtruetur, ut dicit Apoſtolus 1. *Cor.* 2. Cato.

Myſtice. Myſtice prophetavit hic Salomon de duplici adventu Chriſti, ſcil. de adventu in carnem, & de adventu ad judicium; quod ſcire per fidem eſt ſcientia Sanctorum, quæ ſtultitia eſt mundo. Dicit ergo *m* Quis, &c] Filius Dei, qui poſt reſurrectionem ſuam aſcendit, & tempore noſtræ reſurrectionis deſcendit ad judicium. *Epheſ.* 4. Qui deſcendit ipſe eſt, & qui aſcendit. *Joan.* 3. Nemo aſcendit in cœlum, niſi qui de cœlo deſcendit filius, &c. De hoc ſumpſit Apoſtolus illud. *Rom.* 10. Ne dixeris in corde tuo, quis aſcendet in cœlum, ideſt, Chriſtum deducere; aut quis deſcendet in abyſſum, hoc eſt, Chriſtum a mortuis revocare?

Quis, &c. Angelicum ſc. & humanum. *p* In manibus ſuis,] ideſt, in poteſtate ſua? Solus filius Dei, cujus poteſtate tenetur, & ſervatur omnis ſpiritus Angelorum, hominum, & animalium ne deficiant. Omnis quidem creatura, ſi ſibi dimitteretur, in nihilum rediret, ut dicit Aug. Vel *o* Quis, &c.] ideſt, animam ſuam. *p* In manibus ſuis,] ideſt, in poteſtate ſua ad deponendum quando vellet, & reſumendum quando placeret? Solus, ſc. filius Dei. Unde *Jo* 10 Poteſtatem habeo ponendi animam meam, & poteſtatem, &c. *q* quis colligavit aquas] in matrice [quaſi in veſtimento] quod aquas receptas reddit pro voluntate prementis. *Jo.* 38. Quis concluſit oſtiis mare, quando erumpebat quaſi de vulva procedens, cum ponerem nubem veſtimentum ejus.

Myſtice. Myſtice. *q* Quis colligavit, &c.] ideſt, quis congregavit populos fluidos in peccatis in veſtimentum ſibi? Solus filius Dei. *Pſ.* 32. Congregans ſicut in utre aquas maris, ponens in theſauris abyſſos. *Iſa* 49. Leva in circuitu oculos tuos, & vide, omnes iſti congregati ſunt, venerunt tibi. Vivo ego, dicit Dominus, quia omnibus his velut ornamento veſtieris. *r* Quis ſuſcitavit, &c.] ideſt, omnia, quæ in terra ſunt, quis de non eſſe ad eſſe produxit, & in eſſe conſervat? Solus filius Dei. *Sup.* 8. Quando appendebat fundamenta terræ, cum eo eram cuncta componens.

Moral. Moraliter. *m* Quis aſcendit in cęlum] ſacrę Scripturæ contemplando. *n* Atq; deſcendit] aliis cognita prędicando? Vel. *m* Quis aſcendit in cælum] majora majoribus prædicando. *n* Atque deſcendit] minora minoribus nunciando? Bonus Doctor, *Jo.* 1. Amen, amen dico vobis, videbitis cælum apertum, & Angelos Dei aſcendentes, & deſcendentes ſuper filium hominis. Et *Gen.* 28. Vidit Jacob in ſomnis ſcalam ſtantem ſuper terram, & cacumen ejus tangens cœlum, & Angelos Dei aſcendentes, & deſcendentes per eam, & Dominum innixum ſcalæ. *o* Quis continuit ſpiritum in manibus] i. poſſedit animam in operibus ſuis? Juſtus quilibet. *Job* 13. Animam meam porto in manibus meis. Vel ſpiritum in manibus continere, eſt animam ſuam in poteſtate habere ad offerendum Deo. *Luc.* 23. In manus tuas commendo ſpiritum meum. *q* Quis colligavit aquas quaſi in veſtimento,] ideſt, quis collegit cogitationes ſuas, ut ex eis ſibi faceret veſtimentum? *r* Quis ſuſcitavit omnes terminos terræ,] ideſt, illos, in quibus amor terrenus terminatus eſt de morte culpæ ad vitam gratiæ, & tandem ad vitam gloriæ vivificavit?

a Quod nomen eſt ejus, b & quod nomen filii ejus, ſi noſti? Omnis c ſermo Dei ignitus, d Clypeus eſt ſperantibus in ſe. e Ne addas quicquam verbis illius, & f arguaris, g inveniariſque mendax. h Duo rogavi te, i ne deneges mihi antequam moriar. k Vanitatem, & l verba mendacia m longe fac a me. n Mendicitatem, & o divitias ne dederis mihi. p Tribue tantum victui meo neceſſaria, q ne forte † ſatiatus r illiciar ſ ad negandum t & dicam u quis eſt Dominus? † x & egeſtate compulſus furer & y perjurem nomen Dei mei. z Ne accuſes ſervum ad Dominum ſuum, a ne forte maledicat tibi, & b corruas. c Gene-

nens. Iſ. 40. Quis appendit tribus digitis molem terræ, & libravit in pondere montes, & colles in ſtatera? a Quod nomen eſt ejus,] i. Dei Patris. b Et quod nomen, &c.] O tu Philoſophe, qui tuam jactas ſcientiam, Sanctorum ſcientiam, ideſt, fidei Chriſtianæ myſterium ſtultitiam vocans, quaſi dicat, non noſti. Hic expreſſum eſt teſtimonium de Filio æterno, quod objectum fuit Judæis in quadam diſputatione generali, quæ fuit Rhemis inter Judæos, & Clericos, ut dicit *Cantor*. Sed videtur, quod Philoſophi habuerunt notitiam de Patre, & Filio, quia dicitur ſuper *Exod.* 8. quod Magi defecerunt in tertio ſigno, non in primo, nec in ſecundo, ideſt, in notitia Spiritus ſancti, non Patris, & Filii. Item *Rom.* 1. Quod notum eſt Dei, manifeſtum eſt illis.

Deus enim illis manifeſtavit, inviſibilia enim ipſius, &c. Ibi expreſſe dicit *Gloſ.* quod Philoſophi habuerunt notitiam trium perſonarum. Solutio. Diſtinctam notitiam de perſonis non habuerunt, ſed confuſam.

Moral. * a Quod nomen eſt ejus, &c.] quaſi dicat ſola divina revelatio videtur harum quæſtionum ſolutio. c Omnis ſermo Dei, ignitus] charitate, ſcil., accendens, & ſcientia illuſtrans. *Jer.* 5. Ecce ego do verba mea in ore tuo in ignem, & populum iſtum in ligna, & vorabit eos. Ubi autem nos habemus, ignitus, Græcus habet pyromenos, πυρωμένος quod eſt æquivocum ad ignitum, & igne examinatum. Unde *Pſ.* 11. Eloquia Domini eloquia caſta, argentum igne examinatum. d Clypeus, &c.] Non in aliis. *Pſ.* 17. Protector eſt omnium ſperantium in ſe. Contra hoſtium inſidias, & omnia adverſa, ut patet *Matth.* 4. ubi hoc clypeo ſe defendit Dominus contra tentatorem. Cum igitur tentaris de fornicatione, recole illud *Heb ult.* Fornicatores & adulteros judicabit Deus. *Epheſ.* 5. Omnis fornicator, aut immundus non habent hæreditatem in regno Chriſti. Si tentaris de habendis divitiis, recole illud *Luc.* 6. Væ vobis divitibus, &c. *Jacob* 5. Agite nunc, divites, plorate ululantes in miſeriis veſtris, quæ venient vobis. Et 1. *Tim* 6. Nihil intulimus in hunc mundum. Haud dubium, quia nec auferre quid poſſumus. Si tentaris de honoribus, & prælationibus, recole illud *Num.* 25. Iratus Dominus dixit ad Moyſen. Tolle cunctos Principes populi, & ſuſpende eos in patibulis contra Solem. Ubi dicit *Gloſ.* Hæc ſi homines cogitarent, prælationes non ambirent. e Ne addas, &c.] falſum, vel impertinens, aut ſupervacuum, ut hæretici faciunt, & quidam catholici, qui corrumpunt, vel emolliunt Scripturas ne eis convincantur. f Et arguaris,] a Domino de additis. g Inveniariſque mendax,] in die judicii. *Deut.* 4. Non addetis ad verbum, quod ego loquor; nec auferetis ex eo, *Eccli.* 10. Non eſt minuere, neque adjicere, nec eſt invenire magnalia Dei. *Apoc. ult.* Si quis appoſuerit ad hæc, apponet ſuper illum Deus plagas ſcriptas in libro iſto. h Duo rogavi te,] dicit vir, cum quo eſt Dominus, ideſt Salomon ad Dominum. i Ne deneges mihi, antequam moriar,] ideſt, da mihi, quouſque vixero. k Vanitatem] cordis, oris, & operis. l Et verba mendacia,] ideſt, adulationes, vel falſas ſacræ Scripturæ interpretationes. m Longe fac a me,] ideſt, quod non habeam in me, nec habentes patiar juxta me *Sup.* 4. Remove a te os pravum, & labia detrahentia ſint procul a te. n Mendicitatem,] ideſt nimiam egeſtatem. o Et divitias,] caducas & ſuperfluas ne dederis mihi. p Tribue tantum victui meo neceſſaria.] Quæ autem ſint illa, dicit *Eccli.* 39. Initium neceſſariæ rei vitæ hominum, aqua, ignis, & ferrum, ſal, lac, & panis ſimilagineus, & mel, & botrus uvæ, & oleum, & veſtimentum. His maxime corporalis vita nutritur, ut dicit ibi *Gloſſ.*

Moraliter. Moraliter autem aqua eſt doctrina refrigerans æſtum tentationum, ignis doctrina inflammans affectum, & illuminans intellectum, ferrum patientia, ſal diſcretio, lac doctrina humanitatis Chriſti, mel doctrina Divinitatis Chriſti, botrus charitas, oleum pietas, veſtimentum opera bona. Novem ſunt, quatuor in docente, quatuor in diſcente, ultimum, eſt commune. Duo prima & duo tertia poſita ſunt in docente; duo ſecunda, & duo quarta, poſita ſunt in diſcente; ultimum eſt commune. Quare autem hæc duo erogaverit: oſtendit, ſubdens: q Ne forte ſatiatus] divitiis. r Illiciar] amore divitiarum quaſi ferreo vinculo. ſ Ad negandum] Deum, ideſt, ad ſuperbiendum, quod eſt negare Deum. *Job* 31. Si oſculatus ſum manum meam ore meo, quod eſt iniquitas maxima, & negatio contra Deum. t Et dicam] blaſphemando. u Quis eſt Dominus?] *Oſee* 2. Ego dedi ei frumentum, vinum & oleum, & argentum multiplicavi eis, & aurum, & ipſi fecerunt Baal. *Jer.* 5. Saturavi eos, & mœchati ſunt, & in domo meretricis luxuriabantur. *Deut.* 32. Incraſſatus eſt dilectus, & recalcitravit. Hoc faciunt divitiæ. Quid autem egeſtas faciat, ſubdit. x Et egeſtate compulſus furer,] ideſt, furtum faciam. y Et perjurem, &c.] negando furtum timore mortis, quod malum eſt. Mala igitur egeſtas, & malæ divitiæ, ſed pejores divitiæ, quia plures cadunt in eis. *Pſ.* 90. Cadent a latere tuo mille, & decem millia a dextris tuis. *Eccli.* 31. Multi dati ſunt in auri caſus, & facta eſt in ſpecie ipſius perditio illorum. Lignum offenſionis eſt aurum ſacrificantium; & væ illis, qui ſectantur illud. Seneca: Magnus eſt, qui ſic utitur auro ut fictilibus; nec minor eſt, qui ſic utitur fictilibus, ut auro.

al. † ſaturatus.

al. † aut.

Sed nunquid vir, cum quo Deus erat, timuit paupertatem, ut rogaret: Mendicitatem ne dederis mihi, cum dicat Philoſophus: Omnia habere non potes; ergo omnia contemnas, ut omnia poſſideas. Sicut fecerunt 2. *Cor.* 6. Nihil habentes, & omnia poſſidentes.

Item quomodo rogavit Salomon Dominum, ut non daret ſibi divitias, cum jam tot & tantas recepiſſet a Domino, ut legitur 3. *Reg.* 3. Solutio. In perſona infirmorum loquitur, qui paupertatem timent, nec bene ſciunt uti divitiis, ſicut Paulus in multis locis loquitur. Unde 1. *Cor.* 4. Hæc autem, fratres, transfiguravi in me, & Apollo propter vos. z Ne accuſes ſervum ad Dominum ſuum] injuſte, vel ex levi cauſa, vel adulando Domino; vel detrahendo ſervo, ut frequenter fit. a Ne forte maledicat tibi, ſervus vel Dominus. b Et corruas] in infernum. *Apoc.* 12. Projectus eſt accuſator fratrum noſtrorum, qui accuſabat eos ante conſpectum Dei noſtri die ac nocte. c Generatio, quæ patri ſuo maledicit, &c.] Superius puritatem vitæ petiit Salomon a Domino ab illo loco: Duo rogavi, &c. Nunc convertens intuitum ad contemplandum pravorum vitam, quantis ſit involuta miſeriis, & quam longe a veritate oſtendit, ponens quatuor generationes nequiſſimas, in quibus quatuor peccata graviſſima ſigillantur, principaliter. Primum peccatum eſt ingratitudinis, quo quis ingratus eſt patri, & matri carnali, vel ſpirituali blaſphemando, vel honorem debitum, aut neceſſaria ſubtrahendo. Contra quod dicitur *Exod.* 21. Et *Levit.* 22. Qui maledixerit patri, aut matri ſuæ moriatur. *Tobiæ* 4. Honorem habebis matri tuæ omnibus diebus vitæ ejus; memor enim eſſe debes, quæ & quanta pericula ſit paſſa propter te in utero ſuo. Et *Eccli.* 3. per totum habes de hoc. Secundum peccatum eſt Hypocriſis, contra quam invenies auctoritates, *Job* 8. 13. 15. 17. 27. 34. *Eccli.* 6. *Iſaiæ* 9. 33. *Matthæi* 6. 7. 15. 22. 23. 24. *Marc.* 7. *Lucæ* 6. 12. 13. Et 1. *Timoth.* 4. Tertium peccatum eſt ſuperbia, vel ambitio, propter quam Lucifer de cœlo corruit. *Iſa.* 14. Adam de paradiſo projectus eſt, *Gen.* 3. Phariſæus a Domino reprobatus, *Lucæ* 18. Linguarum confuſio facta *Gen.* 11. Nabuchodonoſor in beſtiam mutatus, *Dan.* 4. Saul ex regno ejectus, 1. *Reg.* 15. Qui quandiu parvus fuit in oculis ſuis, placuit in oculis Domini, & caput Iſrael eſt effectus. Quæ fit ſeptem modis: Primo, quando aliquis bonum, quod non habet, ſe dicit, vel putat habere, & dicitur arrogantia. Secundo, quando de bono, quod habet, quærit laudes hominum, & dicitur inanis gloria. Tertio, quando bonum, quod habet, ſupra alios ſe credit habere, & dicitur ſingularitas. Quarto, quando bonum, quod habet, ex ſe vel ex meritis ſuis ſe credit habere, & dicitur præſumptio. Quintu, quando de bono, quod habet, ſe elevat, & alios contemnit, & dicitur elatio, vel indignatio. Sexto, quando de bono, quod

De quatuor graviſſimis peccatis.

Superbia, vel ambitio fit ſeptem modis.

no, quod habet, ſeipſum laudat, & dicitur jactantia. Septimus modus eſt appetitus honoris, vel dignitatis, & dicitur ambitio. Et de hac materia contra ſuperbos ambitioſos ſatis invenies fere per totam Bibliam: Sed maxime *Iob.* 16 20. *Iſa.* 3. 14. 16. 23. 24 28. 33. 34 65. *Jer.* 5. 9. *Ezech.* 16. *Dan.* 4. *Amos* 6. *Abac.* 1. *Soph.* 1. *Zach.* 11. *Eccli.* 10. per totum. Quartum peccatum eſt detractio: de qua ſatis invenies *Exod.* 20. *Lev.* 19. *Prov.* 4. 8 18. *Eccli.* 10. *Soph.* 1. *Eccle.* 5. 24. 28. *Rom.* 1. *Gal.* 5. *Jac.* 4. Hæc quatuor vitia ſunt quatuor ſcelera Moab: de quibus *Amos* 2. Super tribus ſceleribus Moab, & ſuper quatuor non convertam eum. Hi ſunt quatuor Reges, qui Loth captivum ducebant, quos Abraam ſuperavit, & Loth liberavit *Gen.* 14. Quod patet per nominum interpretationem: Arioch enim interpretatur ebrietas, vel ad ſolitudinem redigens, quod ingratitudini, vel blaſphemiæ convenit: Chodorlahomor, quaſi habens decorum manipulum, hoc convenit hypocriſi. Amraphel, dicto cades, vel dixit ut caderet: hoc ſuperbiæ, vel ambitioni convenit, ut patet *Iſ.* 14. de Lucifero. Et *Dan.* 4. Nabuchodonoſor. Thadal Princeps appendens, vel Principis appenſor, vel Princeps appenſus, quod totum recte convenit detractioni. Dicit ergo *c* Generatio,] quædam eſt, ſupple, ingratorum, ſcil., vel blaſphemorum. *d* Quæ patri ſuo,] carnali, vel ſpirituali. *e* Maledicit,] blaſphemando, vel honorem debitum denegando. *f* Et quæ matri ſuæ,] carnali, vel ſpirituali. *g* Non benedicit,] ideſt, honorem non exhibet. *h* Generatio,] quædam eſt, ſupple. *i* Quæ ſibi munda videtur,] ſcil. hypocritarum. *k* Et tamen non eſt lota,] interius, *Matth.* 23. Væ vobis Scribæ, & Phariſæi hypocritæ, qui ſimiles eſtis ſepulchris dealbatis, quæ foris apparent hominibus ſpecioſa, intus vero plena ſunt oſſibus mortuorum, & omni ſpurcitia: ſic & vos a foris quidem apparetis omnibus juſti; pleni autem intus eſtis hypocriſi, & iniquitate. *l* Generatio,] quædam eſt, ſupple, ſcil. ſuperborum. *m* Cujus excelſi ſunt, &c.] ad prælationes, *Job* 41. Omne ſublime videt, & ipſe eſt Rex ſuper omnes filios ſuperbiæ. De hoc require *ſup.* 6. *n* Generatio,] quædam eſt ſupple, ſcilicet detractorum. *o* Quæ pro dentibus gladios habet,] de quibus *Pſ.* 56. Filii hominum dentes eorum arma & ſagittæ & lingua eorum gladius acutus. Vel, machæra acuta, alia translatio. *p* Et cum mandit molaribus ſuis,] ad hoc laborat. *q* Ut comedat,] ideſt, ut devoret detrahendo. *r* Inopes de terra, &c.] ideſt, innocentes & humiles.

Myſtice. Myſtice: juxta *Gloſ.* Prima *c* Generatio,] eſt generatio Judæorum. *d* Quæ patri ſuo,] ideſt, Deo Patri, qui dixit: Hic eſt filius meus primogenitus Iſrael, *Exod.* 4. *e* Maledicit,] filium ejus blaſphemando. *Joa* 8. Nonne bene dicimus nos, quia Samaritanus es tu, & dæmonium habes? Hæc generatio *f* Matri ſuæ,] ideſt, Sinagogæ. *g* Non benedicit] quia ejus fidei, quam Patriarchis & Prophetis habuit de Chriſto, detraxit. Secunda *h* Generatio, quæ ſibi, &c.] eſt ſecta Novatianorum, qui dicunt poſt Baptiſmum ſe pœnitentia non egere: Dicunt enim poſt lapſum neminem poſſe reſurgere. Tertia *l* Generatio, cujus, &c.] eſt ſecta Arianorum, qui ſic argumentantur: Si natus eſt Chriſtus; ergo fuit tempus, quando non fuit filius. Quarta. *n* Generatio, quæ pro, &c.] eſt ſecta omnium hæreticorum, qui venenum perfidiæ ſuæ blanda allocutione aliis infundere moliuntur. *ſ* Sanguiſugæ,] ideſt, Diaboli, qui ſiti peccandi, & peccata ſuadendi perpetuo ardent. *t* Duæ ſunt filiæ,] quas in nobis generat ſuggerendo, ſcil. avaritia, & luxuria. *u* Dicentes, affer, affer.] Prima filia ſemper clamat affer aurum, & argentum, & poſſeſſiones, quibus impleri animam eſt impoſſibile: ſed arcam vel burſam. Et ideo ſemper vacua eſt anima auri. *Eccle.* 5 Avarus non implebitur pecunia. *Sup.* 27. Infernus, & perditio nunquam implentur. Secunda filia ſimiliter inſatiabilis eſt: quia ſicut ignis lignis appoſitis non extinguitur, ſed augetur; ita luxuria voluptatibus nutritur, & augetur. *Job* 31. Ignis uſque ad conſumptionem devorans, & omnia eradicans genimina. *Eccle.* 23. Homini fornicario omnis panis dulcis: non fatigabitur tranſgrediens uſque in finem. *Oſee* 4. Comedent, & non ſaturabuntur.

c ratio quæ *d* patri ſuo *e* maledicit, & quæ *f* matri ſuæ non *g* benedicit. *h* Generatio *i* quæ ſibi munda videtur, & *k* tamen non eſt lota † ſordibus ſuis. *l* Generatio, *m* cujus excelſi ſunt oculi; & palpebræ ejus in alta † ſurrectæ. *n* Generatio, *o* quæ pro dentibus gladios habet, *p* & † cum mandit molaribus ſuis, ut *q* comedat *r* inopes de terra, & pauperes ex hominibus. *ſ* Sanguiſugæ *t* duæ ſunt filiæ: *u* dicentes, affer affer: *x* Tria ſunt † inſatiabilia, & quartum, quod nunquam dicit, ſufficit; *y* Infernus, & *z* os vulvæ & *a* terra, *b* quæ non ſatiatur aqua: *c* ignis vero *d* nunquam dicit, ſufficit. *e* Oculum, *f* qui ſubſannat patrem, & *g* qui deſpicit partum matris ſuæ: *h* † effodiant eum *i* corvi de torrentibus, & *k* comedant illum *l* filii Aquilæ.

al. † a

al. † porrectæ.

al. † commandit.

al. † inſaturabilia. *Sup.* 27.

al. † ſuffodiant.

Prima filia ſanguiſugæ ſpoliat omnes; ſed ſpoliatur ipſa a ſecunda filia: quia quicquid avaritia colligitur, luxuria diſpergit. Unde ſæpe accidit divino judicio, quod uſurarius, vel mercator, vel quilibet, qui per avaritiam multa congregavit, filium habet luxurioſum: qui omnia luxurioſe vivendo diſpergit. Ideo dicitur *Eccli.* 5. Eſt & alia infirmitas peſſima, quam vidi ſub Sole, divitiæ conſervatæ in malum Domini ſui: pereunt enim in afflictione peſſima: Generavit filium, qui in ſumma egeſtate erit. Item *in eodem* 2. Deteſtatus ſum omnem induſtriam meam, qua ſub Sole ſtudioſiſſime laboravi, habiturus hæredem poſt me, quem ignoro, utrum ſapiens, vel ſtultus futurus ſit, & dominabitur in laboribus meis, quibus deſudavi, & ſollicitus fui. Has duas filias ſuas chariſſimas maritavit Diabolus olim: Primam dedit Judæis, quaſi primogenito: Secundo Gentilibus. Sed Clerici noſtri temporis utramque rapuerunt, & ſibi illicite copulaverunt. Unde 1. *Cor.* 5. Omnino auditur inter vos fornicatio, & talis fornicatio, qualis nec inter gentes: ita ut uxorem patris ſui aliquis habeat. Nos quidem ex Judæis & Gentibus ſumus.

Unde vel avaritiam, vel luxuriam habentes, uxorem patris noſtri inceſtuoſe tenemus. *x* Tria ſunt inſatiabilia, &, quartum, quod nunquam dicit, ſufficit: [Infernus &c.] Si hoc ad litteram intelligeretur, jam non parabola, ſed viſio poſſet dici: Ideo myſtice exponitur. *y* Infernus,] ideſt, Diabolus. *Iſ.* 5. Dilatavit infernus animam ſuam, & aperuit os ſuum abſque ullo termino, & deſcendent fortes ejus, & populus ejus. Hic eſt inſatiabilis: quia non comedit, niſi mortuos & damnatos propter peccatum, quod nihil eſt, & ſatiare non poteſt. *z* Et os vulvæ,] ideſt, luxuria, quæ delitiis non ſatiatur. *a* Et terra,] ideſt, avaritia. *b* Quæ non ſatiatur aqua] divitiarum. *c* Ignis vero,] ambitionis. *d* Nunquam dicit, ſufficit,] quia qui eſt Archidiaconus, vellet eſſe Decanus; & Decanus, Epiſcopus, & Epiſcopus, Archiepiſcopos: & Archiepiſcopus, Papa: Papæ etiam non ſufficit, quod habet. Honores enim hujus temporis ſunt umbra, quæ non replet, nec ſolidat, & ideo nulli ſufficit honor ſuus. Unde *ſup.* 27. Oculi hominum inſatiabiles. *Eccle.* 23. Anima calida, quaſi ignis ardens, non extinguetur, donec aliquid glutiat. Ideo rogat Sapiens, *ſup. eod.* Extollentiam oculorum meorum ne dederis mihi; & omne deſiderium averte a me. *e* Oculum,] ideſt, hæreticum, vel quemlibet perverſum.

f Qui ſubſannat patrem,] ideſt, Chriſtum, ejus doctrinam & religionem irridendo.

g Et qui deſpicit partum matris ſuæ,] ideſt, filios Eccleſiæ, de qua & ipſe exivit, ſicut dicitur 1. *Joa.* 2. Ex nobis prodierunt, ſed non erant ex nobis. *h* Effodiant eum,] ideſt, oſtendentes ei ſuum errorem convincant. *i* Corvi de torrentibus,] ideſt, Doctores, vel Prædicatores, de fluentis Scripturarum procedentes. *k* Et comedant illum,] ideſt, corpori Chriſti, quod eſt Eccleſia, inſtruendo incorporent. *l* Filii Aquilæ,] ideſt, Catholici Prædicatores, filii magnæ Aquilæ, ideſt, Chriſti, de qua *Job* 39. Nunquid ad præceptum tuum elevabitur Aquila, & in arduis ponet nidum ſuum? In petris manet, & in præruptis ſilicibus commoratur, atque inacceſſis rupibus: inde contemplatur eſcam, & de longe oculi ejus proſpiciunt: pulli ejus lambunt ſanguinem, & ubicumque cadaver fuerit; ſtatim adeſt.

Quære ſuper Job expoſitionem.

Doctores ſive Prædicatores Catholici dicuntur corvi: quia

▲ nigredinem

Vel aliter. *e* Oculum qui, &c.] Oculus ſubſannans patrem ſuum, & deſpiciens partum matris ſuæ, dicitur intentio Judæorum, qui Chriſtum & Eccleſiam, quæ eſt partus Synagogæ irrident, & contemnunt, maxime in cruce. Unde, *Cham ridet, dum membra videt detecta parentis; Judæi riſere Dei pœnam patientis.*

Hunc oculum ſuffoderunt corvi, & filii Aquilæ, id eſt, Romani ſub Tito, & Veſpaſiano.

in gredinem peccatorum ſuorum humiliter confitentur: Sicut Paulus 1. *Tim.* 1. Blaſphemus fui, & perſecutor, & contumelioſus. Item quia æſtu tribulationis denigrati debent eſſe. *Can* 1. Nigra ſum, ſed formoſa, filiæ Jeruſalem: ſicut tabernacula Cedar: ſicut pelles Salomonis, nolite me conſiderare, quod fuſca ſim; quia decoloravit me Sol. Item quia debent alios ſuſpendere (al † quod.) ad craſtinum æternæ feſtivitatis: cantantes cras, cras, ideſt, in futuro expectate præmium laboris. *Soph.* 2. Vox cantantis in feneſtra, & corvus in ſuperliminari. (al † adoleſcentula.) Item quia paſci debent cadaveribus peccatorum, & ea quærere. *Job* 38. Quis præparat corvo eſcam ſuam: quando pulli ejus clamant ad Deum, vagantes, eo quod non habeant cibos? Iidem dicuntur filii Aquilæ propter viſus interioris acumen, propter velocem volatum. Manentes etiam in terra corpore, ſubito feruntur in cœlum mente. Torrens autem dicitur ſacra Scriptura currens impetu in hyeme hujus vitæ, in æſtate futura ceſſatura. *Can.* 2. Hiems tranſiit: imber abiit & receſſit. *Jer* 31. Non docebit ultra vir fratrem ſuum, & vir proximum ſuum, dicens: Cognoſce Dominum: Omnes enim cognoſcent me a minimo uſque ad maximum, ait Dominus.

a Tria ſunt difficilia mihi: b & quartum † penitus ignoro. Viam c Aquilæ in cœlo: viam d Colubri ſuper petram, viam e navis in medio mari, & f viam viri in † adoleſcentia. g Talis eſt & h via mulieris adulteræ: i quæ comedit, k & tergens os ſuum, dicit: l Non ſum operata malum. m Per tria movetur n terra; & o quartum non poteſt ſuſtinere. p Per ſervum, cum regnaverit: q per ſtultum, cum ſaturatus fuerit cibo: per r odioſam

A a Tria ſunt, &c.] ad intelligendum, ſive ad comprehendendum. b Et quartum, &c.] cum tamen oculis corporalibus quotidie videatur. Primum eſt, c Viam Aquilæ in cœlo, ideſt, ſubtilis aſtutia Diaboli, circa corda cœleſtium virorum ſubtiliter volitantis: ut vix, vel nunquam deprehendi poſſit, niſi Deus quandoque revelet amicis ſuis. Unde legitur 4 *Reg.* 6 quod Rex Syriæ poſuit inſidias contra Regem Iſrael, ſed Eliſæus, ideſt, Chriſtus revelavit ei. Ideo dicit Dominus ad *Job* 41. Quis revelabit faciem indumenti ejus, & in medium oris ejus quis intrabit? Portas vultus ejus quis aperiet? quaſi dicat, ego ſolus. Quod autem Aquila dicatur Diabolus in *Abdia* 1. legitur: Si exaltatus fueris ut Aquila: & ſi inter ſidera poſueris nidum tuum, inde detraham te, dicit Dominus. *Thren.* 4. Velociores fuerunt perſecutores noſtri Aquilis cœli, ideſt, inimici noſtri ipſis Dæmonibus videbuntur crudeliores. Vel, via Aquilæ in cœlo, eſt aſcenſus Chriſti in cœlum, vel in corda Contemplativorum: qui dicuntur cœli propter altitudinem contemplationis, & puritatem converſationis, & uniformitatem motus, quo circa terram, & ſupra moventur. Viam igitur Aquilæ in cœlo, ideſt, adventum Chriſti in mentem contemplativi ignorat Salomon. Et *Job ſimiliter* 9. Si venerit ad me, non videbo eum: & ſi abierit, non intelligam. Hoc idem teſtatur Eliphaz, *Job* 4. Porro a me dictum eſt verbum abſconditum, quaſi furtive ſuſcepit auris mea venas ſuſurri ejus, in horrore viſionis nocturnæ. Hoc eſt quod quærit Dominus *Job* 38. Per quam viam ſpargitur lux? dividitur æſtus ſuper terram? Item Aquila dicitur Prælatus: qui de alto contemplationis, & de ſublimi ſuæ converſationis debet inſpicere cadavera peccatorum, cum aliquid viderit, ſtatim debet illuc cum impetu properare, juxta illud *Job* 39. Pulli Aquilæ lambent ſanguinem, & ubicunque cadaver fuerit, ſtatim adeſt. *Matt.* 24. Ubicunque fuerit corpus, illic congregabuntur, & Aquilæ. Qui igitur cadavera peccatorum abominantur, non ſunt filii Aquilæ, nec Aquilæ. Viam hujus Aquilæ, ideſt Prælati in cœlo Eccleſiæ, ſive Prælationis, confitetur ſe Salomon ignorare: quia pauci ſunt Prælati, qui viam rectam teneant, quæ eſt a dextris, ſed fere omnes ambulant a ſiniſtris circa temporalia ſolliciti, ſpiritualia dimittentes. Unde *ſup.* 4. Vias, quæ a dextris ſunt, novit Dominus; perverſæ vero ſunt, quæ a ſiniſtris ſunt. Item via Aquilæ in cœlo eſt meditatio contemplantis cœleſtia. Item via Aquilæ in cœlo eſt contemplatio Doctoris in Scriptura. Et has vias ignorat Salomon: quia neſcit homo, qualiter ſenſus humanus meditando inveniat veritatem. Non etiam inveniet quis proprie veritatem: ſed veritas ſe oſtendit, cui vult & quando vult, & quomodo vult. Hoc eſt, quod quærit *Job* 38. Quis poſuit in viſceribus hominis Sapientiam, & quis dedit gallo intelligentiam? quaſi dicat, ego ſolus. Secundum eſt. Viam colubri ſuper petram,] ideſt, aſtutia Diaboli venenati ſuper Sanctos, qui ſunt firmi ut petra, & in petra Chriſto ſolidati; quos totis viribus conatur decipere. Hujus colubri viam ſuper hujuſmodi petram, dicitur Salomon ignorare: quia quomodo tales pervertat Diabolus, omnino non videt, cum animus charitatem habens, fortior ſit omni creatura, teſte *Aug.* Quod Diabolus dicatur coluber, teſtatur *Job* 26. Obſtetricante manu ejus eductus eſt coluber tortuoſus. Tertium eſt. e Viam navis &c.] ideſt, converſatio ſæcularium in medio mundi: Quam viam dicit ſe Salomon ignorare: quia quomodo quis tot pericula mundi, tot laqueos, tot foveas, tot inſidias evadere poſſit, nemo novit, niſi ſolus Deus. *Iſ.* 24. Formido, & fovea, & laqueus ſuper te, qui habitator es terræ, & erit; qui fugerit a facie formidinis, cadet in foveam; & qui ſe explicuerit de fovea tenebitur laqueo. Idem *Jer.* 48. Pavor, & fovea, & laqueus ſuper te, o habitator Moab. Pavor avaritiæ juxta illud *Job* 15. Sonitus terroris ſemper in auribus illius, & cum pax ſit, ille ſemper inſidias ſuſpicatur. Fovea luxuriæ, *ſup* 23. Fovea profunda meretrix, & puteus anguſtus, aliena. Laqueus ambitionis, de quo *Oſee* 5. Audite Sacerdotes, quia vobiſcum judicium eſt, quoniam laqueus facti eſtis † ſpeculationi. (al. † ſpeculationi.) *Iſ.* 42. Ipſe populus direptus eſt & vaſtatus, laqueus juvenum omnes. Ideo dicit *Pſal.* 123. Benedictus Dominus, qui non dedit nos in captionem dentibus eorum. Anima noſtra ſicut paſſer erepta eſt de laqueo venantium: laqueus contritus eſt, & nos liberati ſumus. Item navis in medio mari eſt Eccleſia in mediis fluctibus tribulationum hujus mundi, de qua *Matt.* 14. Navicula jactabatur fluctibus in medio mari: erat enim ventus contrarius. Hujus viam dicit ſe ignorare Salomon, quia ſolus Spiritus Sanctus Dux ejus eſt. Unde *Pſ* 142. in perſona Eccleſiæ dicit: Spiritus tuus bonus deducet me in terram rectam. *Deut.* 32. Dominus ſolus Dux ejus fuit, & non erat cum eo Deus alienus. Quartum, quod penitus ignorat Salomon, eſt f Viam viri, &c.] quæ fere tota invium eſt, plenum periculis. In invio invenire viam difficile eſt, in igne eſſe, & non comburi: currere ſuper aquam, & non ſubmergi, puro homini impoſſibile eſt, & ideo dicit Salomon ſe hoc penitus ignorare. Libri correcti habent, Viam viri in adoleſcentula, ideſt: Viam Chriſti in virgine Maria. Hoc penitus ignoravit Salomon, quia ſupra naturam, & rationem, & intelligentiam eſt, & ſola fide capitur. Unde *Ier.* 31. Novum faciet Dominus ſuper terram, femina circumdabit virum *Ezec.* 44. Porta hæc clauſa erit, & non aperietur, & vir non tranſeat per eam: quia Dominus Deus Iſrael ingreſſus eſt per eam: eritque clauſa Principi: Princeps ipſe ſedebit in ea, ut comedat panem ſuum coram Domino. g Talis eſt,] ideſt, mihi penitus ignota. h Et via mulieris adulteræ] ad litteram, vel animæ peccatricis. Vel totius Eccleſiæ malignantium, quæ non uno viro contenta eſt: ſed exquirit nova genera peccatorum. i Quæ comedit,] ideſt, peccatum committit. k Et tergens os ſuum,] ideſt, peccatum ſuum pallians, dicit: l Non ſum operata malum] ſicut Sara, quæ negavit ſe riſiſſe. *Gen* 18. m Per tria movetur,] ideſt, turbatur. n Terra,] ideſt, habitantes in ea. o Et quartum, &c.] quia pejus eſt aliis. p Per ſervum, cum regnaverit,] ut patet in Jeroboam (*Claud. in Eutro. l. 1.*) ſervo Salomonis, 3. *Reg.* 12 & *inf.* Unde Claudianus.

Aſperius nihil eſt humili cum ſurgit in altum,
Cuncta ferit, cum cuncta timet, deſævit in omnes:
Ut ſe poſſe putet, nec bellua tetrior ulla eſt,
Quam ſervi rabies in libera colla furentis.

Secundo, q Per ſtultum, & cetera.] Ad litteram enim ſtultus famelicus, & eſuriens cogitat de cibo: ſed cum fuerit ſatiatus, incipit cogitare de peccato faciendo. Unde *Exod.* 32. Sedit populus manducare, & bibere, & ſurrexerunt ludere. *Deut* 32. Impinguatus eſt dilectus & recalcitravit. *Ezech.* 16. Hæc fuit iniquitas Sodomæ ſororis tuæ: ſuperbia, ſaturitas panis, & abundantia aquæ & otium. Tertio, r Per odioſam mulierem, cum in matrimonium.

(*Moraliter.*) Moraliter: m Per tria movetur] ideſt, Eccleſia. p Per ſervum, cum regnaverit,] ideſt, per malum Prælatum, qui ſervus eſt peccati, & dignitatem ſuam ſervam facit. Neceſſe eſt enim, ut mulier, quæ ſcienter cum ſervo contrahit, ſerva fiat. De hoc *ſup.* 28. Regnantibus impiis ruinæ hominum. Fit autem iſte terræ motus in Eccleſia ex concurſu ventorum in ambitione vanæ laudis, & inanis gloriæ. Ex his proveniunt ſchiſmata in electionibus, contentiones, & rixæ in diſputationibus. q Per ſtultum, &c.] ideſt, per ſuperbum: qui dicit ſtultus, ideſt ſtans altus, cum fuerit adeptus divitias, & honores. Talis enim omnes deprimit & conculcat. Unde *ſup.* 26. Sicut qui mittit lapidem in acervum Mercurii; ita qui tribuit inſipienti honorem. r Per odioſam mulierem.] Odioſa mulier eſt ſcientia ſæcularis, quæ miro modo emollit ſpiritum & enervat.

* Per

Digitized by Google

mulierem, cum in matrimonium fuerit aſſumpta, & per *a* ancillam, cum fuerit hæres Dominæ ſuæ. *b* Quatuor ſunt minima terræ, & ipſa ſunt ſapientiora ſapientibus. *c* Formicæ, *d* populus infirmus, quod præparat in meſſe cibum ſibi. *e* Lepuſculus, plebs invalida, quod collocat in petra cubile ſuum. *f* Regem locuſta non habet, & *g* egreditur univerſa per turmas †. *h* Stellio manibus nititur, & moratur in ædibus Regis. *i* Tria ſunt, quæ bene gradiuntur, & *k* quartum, quod incedit feliciter.

A monium fuerit aſſumpta. Hæc enim ejicit virum de domo ſua, ſicut fumus, aut ſtillicidium. Unde *ſup.*27. Tecta perſtillantia in die frigoris, & mulier litigioſa comparantur. De hoc *ſup.*21.ibi: Melius eſt habitare in terra deſerta, quam cum muliere rixoſa, & iracunda. Et 25. Melius eſt ſedere in angulo domatis, quam cum muliere litigioſa, & in domo communi.

a Et per ancillam, &c.] ſicut patet in Agar, quæ poſt conceptum ſuum deſpexit Dominam ſuam,
Sup. 6. *Gen.* 16. Ingreſſus eſt Abram ad Agar: at illa videns ſe concepiſſe, deſpe-
Moraliter. xit Dominam ſuam.

* Per hanc mulierem fit terræmotus continuus & univerſalis per totam terram Eccleſiæ. Et recte dicitur mulier odioſa, quia per ipſam generantur odia, & lites. Unde ſignificatur per puteum, pro quo jurgati ſunt paſtores Geraræ adverſus paſtores Iſaac, quem Iſaac appellavit inimicitias, *Gen.* 26. Hanc tamen mulierem multi aſſumunt in matrimonium, quia ſcientiæ ſæculari toto tempore vitæ ſuæ invigilant: *a* Per ancillam] quam terra ſuſtinere non poteſt, [cum fuerit hæres Dominæ ſuæ,] ſignificatur caro, ſive carnalis voluptas, quæ cum dominari cœperit ſpiritui, turbatur terra liberi arbitrii tantum, ut totaliter ſubvertatur. Ideo ſubjuganda eſt hæc ancilla, quam *Eccli.* vocat ſervum malevolum 33. Servo malevolo tortura & compedes, mitte illum in operationem ne vacet *ſup.*29. Qui delicate a pueritia ſua nutrit ſervum ſuum, poſtea ſentiet eum contumacem. Item per ancillam ſignificantur divitiæ temporales, quæ datæ ſunt Eccleſiæ ad ſuſtentationem ſervorum ejus, ut dicitur ſuper illud *Gen* 20. Tulit Abimelech oves & boves, ſervos & ancillas, & dedit Abraham, redditque illi uxorem ſuam. Hæc ancilla facta eſt hæres Dominæ ſuæ, ideſt, pacificata ſpiritualitati Eccleſiæ, imo Prælata, quia plus diligitur in Eccleſia temporalitas, quam ſpiritualitas, cum tamen dicat Apoſtolus, *Gal.* 4. Ejice ancillam cum filio ejus, non enim erit hæres filius ancillæ cum filio liberæ. Filium ancillæ voco, qui propter temporalia principaliter ſervit in Eccleſia: Filium liberæ, qui ſpiritualia principaliter quærit.

b Quatuor ſunt minima terræ] animalia, ſcilicet [& ipſa ſunt ſapientiora ſapientibus] hujus mundi. Quatuor genera hominum tangit hic Salomon, qui minores & abjectiores videntur, & tamen ſunt ſapientiores ſapientibus hujus mundi, quia æterna tantummodo quærunt. Et pro his habendis omnia æquanimiter patiuntur.

c Formicæ] nominativus eſt pluralis. *d* Populus infirmus, &c.] Hi ſunt Clauſtrales, qui vivunt ſimul in congregatione, & ſui reputatione infirmi ſunt, & congregant in meſſe præſentium tribulationum, unde vivant in futuro. De hoc, *ſup.*6. ibi: Vade ad formicam, o piger. Ibi require de hoc. Et 10. ibi: qui congregat in meſſe filius ſapiens eſt. *e* Lepuſculus plebs, &c] Hi ſunt boni Prælati, qui ſe invalidos ad onera prælationis æſtimant, & reputant: qui apertis oculis dormiunt, juxta illud *Cant.* 5. Ego dormio, & cor meum vigilat. Magnas aures habent, & rectas ad cœlum, in quo notatur eorum obedientiæ magnitudo, & attentio ad audiendum mandata Dei, & faciendum. Item ſemper habent labia in motu, quia Prælati nunquam debent ceſſare a prædicatione, vel oratione. Unde præceptum eſt in lege, *Exod:* 28. ut Sacerdos in veſte ſua cum malis granatis haberet tintinnabula, ut ſemper audiretur ſonus, cum ingrederetur tabernaculum, alioquin moreretur. Sunt etiam veloces pedibus, quia ſollicitudo paſtoralis curæ cogit eos diſcurrere per ſubditos, ut omnibus in neceſſitate ſubveniant. Unde *ſup* 6. Diſcurre, feſtina, &c. Ibi quære de hoc. Sunt etiam Prælati unuſquiſque ſimul maſculus, & femina, quia patrem & matrem ſe debet unuſquiſque Prælatus ſuis ſubditis exhibere. Patrem corrigendo, matrem conſolando, juxta illud: *Verbera patris habes, ubera matris habe.* Alia tranſlatio, ubi nos habemus lepuſculus, habet chirogylius, quod eſt animal non majus hericio, ſimile muri, & urſo, habitans in foveis & cavernis petrarum quo abundat Palæſtina. Quidam pro Lepuſculus hic habent Hæricius. Unde in *Pſ.* 103. ubi nos dicimus: Petra refugium herinaciis; alii dicunt, refugium leporibus, alii chirogylus. Et hoc eſt ideo, quia Hebræum eſt æquivocum ad hæc tria. Unde *Hier.* ſuper Jeremiam dicit, quod Saphan & Chirogylium & Hericium & Leporem interpretatur. *f* Regem locuſta non habet,] ideſt, Rectorem. *g* Et egreditur univerſa per turmas.] Hi ſunt Anachoretæ, qui Abbatem, vel Prælatum non habent; ſed in latibulis ſuis permanentes, ſolo Dei conſilio reguntur. Et dicuntur ab ana, quod eſt ſurſum, & chorus, quaſi cœleſtem chorum mente inhabitantes. Qui locuſtæ dicuntur duplici ratione.

Primo, quia ſicut illæ al. † ſuas.
viridia depaſcunt; ita Anachoretæ virentia cœli contemplatione & deſiderio depaſcunt. Unde ſignificantur per onagrum, de quo *Job* 19. contemnit multitudinem civitatis, clamorem exactoris non audit, circumſpicit montes paſcuæ, & virentia quæque perquirit.

Secundo, quia ſicut locuſtæ ſaltando elevantur in altum, & ſtatim decidunt in terram; ita Anachoretæ quandoque per cordis magnificentiam, aut intuitu contemplationis elevantur in altum ultra hominem, ſed ſtatim per humilitatem in intuitu ſuæ fragilitatis decidunt in ſeipſos. Et ita faciendum eſt ſemper, ne ſuperbia contemplationis, aut magnificentiæ latenter ſe ingerat. Propter quod Diſcipulis reverſis de prædicatione, & dicentibus: Domine etiam Dæmonia ſubjiciuntur nobis in nomine tuo, dixit Dominus: Videbam Sathanam ſicut fulgur de cœlo cadentem. *h* Stellio manibus, &c.] Stellio alis caret, & ideo manibus, ideſt, pedibus nititur, variis ornatur coloribus, & domibus Regum commoratur. Et ſignificat fideles ſimplices, qui non habent alas ſcientiæ, ſed labore manuum, & ſudore vultus ſui veſcuntur pane ſuo, & variis ornantur virtutibus, & ſublimitate converſationis Sanctorum morantur, tandem cum eis in cœli palatio moraturi. *Gloſ.* Dicunt formicam populum Eccleſiæ, lepuſculum hæreticum, locuſtam populum gentilem, ſtelliones tardiores ingenio; qui tam induſtriæ ſolertia ad divinarum notitiam Scripturarum, vel ad gratiam virtutum, quibus cœlum mereantur, attingunt, licet pennis divitis ingenii non juventur. *i* Tria ſunt, quæ bene gradiuntur,] ſed non feliciter. *k* Et quartum, quod incedit feliciter,] ſed non bene. Myſtice loquitur hic Salomon, quatuor ordines Eccleſiæ prophetans.

Ad litteram enim dicere leonem, & gallum, & arietem incedere bene, & non feliciter nihil eſt: ſed myſtice intelligitur, ut dicit Greg. ſuper *Job* 38. Quis dedit gallo intelligentiam, &c.

Per leonem fortiſſimum beſtiarum, intelligitur Chriſtus, de quo *Apoc.* 5. Vicit Leo de Tribu Juda radix David aperire librum, & ſolvere ſeptem ſignacula ejus.

Per gallum ſuccinctum lumbos, prædicatores Eccleſiæ, qui inter tenebras hujus ſæculi verum mane venturum nunciant.

Per arietem, cui nemo reſiſtit, Epiſcopi, Archiepiſcopi, & ceteri rectores Eccleſiæ, qui gregem Domini præcedere debent quaſi duces, de quibus *Iſ.* 60. Omne pecus Cedar congregabitur tibi, arietes Nabajoth miniſtrabunt tibi. Nabajoth filius fuit Iſmael, & interpretatur prophetia.

Unde ibi *Gloſ.* Arietes Nabajoth ſunt Prędicatores; gregis Duces, filii Prophetarum.

Per quartum, quod feliciter incedit, ſed poſtquam elevatus fuerit in ſublime, ſtultus apparet, ſignificatur Antichriſtus, faſtu ſuperbiæ elevatus ſuper omne, quod dicitur, aut colitur Deus, ita ut in templo Dei ſedeat, oſtendens ſe tanquam ipſe ſit Deus, 2. *Theſſ.* 2. Sed poſtea deſtruet eum Dominus Jeſus illuſtratione adventus ſui, & interficiet eum ſpiritu oris ſui; & tunc ſtultus apparebit. Dicit ergo. *i* Tria ſunt, quæ bene gradiuntur, ſed non feliciter in pręſenti vita, quia perſecutiones patiuntur.

Unde 2. *Tim.* 3. Omnes qui pie volunt vivere in Chriſto Jeſu, perſecutionem patientur; mali autem & ſeductores proficient in pejus. Et hoc eſt, quod ſequitur.

k Et quartum, quod incedit feliciter,] ſecundum opinionem hominum, ſed non vere, quia nihil infelicius felicitate peccantium. Poſtea enumerat illa tria, quę bene incedunt.

a Leo fortiſſimus beſtiarum, *b* ad nullius pavebit occurſum. *c* Gallus *d* ſuccinctus lumbos, & *e* aries, *f* nec eſt Rex qui reſiſtat ei. *g* Et qui ſtultus apparuerit, *h* poſtquam elevatus eſt in ſublime: ſi *i* enim intellexiſſet, *k* ori ſuo *l* impoſuiſſet manum: *m* Qui autem fortiter premit *n* ubera ad *o* eliciendum lac, *p* exprimit butyrum: *q* & qui vehementer emungit, *r* elicit ſanguinem: & *ſ* qui provocat iras, *t* producit diſcordias.

CAPUT XXXI.

VErba *u* Lamuelis Regis. *x* Viſio, † *y* qua erudivit eum mater ſua. *z* Quid, dilecte mi? Quid *a* dilecte uteri mei? *b* Quid, dilecte votorum meorum?

a Leo fortiſſimus beſtiarum,] ideſt, Chriſtus omnium perſecutorum ſuorum fortiſſimus. *Job* 9. Si fortitudo quæritur, robuſtiſſimus eſt, 1 *Cor.* 1. Quod infirmum eſt Dei, fortius eſt hominibus. *b* Ad nullius pavebit occurſum,] quia nihil habuit, quod pavorem incuteret. Unde *Joan.* 14. Venit etiam Princeps mundi hujus, & in me non habet quidquam. Contra *Mar.* 14. Cœpit Jeſus pavere & tædere. Solutio. Duplex eſt pavor, naturalis, & rationalis. Naturali timore timuit mortem Dominus. Et de hoc loquitur Marcus. Rationali non timuit. Unde *Iſ.* 42. Non erit triſtis, neque turbulentus. *c* Gallus,] ideſt, ordo Prædicatorum. *d* Succinctus lumbos,] mentis & carnis. *Luc.* 12. Sint lumbi veſtri præcincti, & lucernæ ardentes in manibus veſtris. *Epheſ.* 6. State ſuccincti lumbos veſtros in veritate. Et 1. *Pet.* 1. Propter quod ſuccincti lumbos mentis veſtræ, ſobrii & perfecti ſperate in eam, quæ vobis offertur gratiam. *e* Et aries,] ideſt, ordo Rectorum Eccleſiæ. *f* Nec eſt Rex qui reſiſtat ei,] quia boni Prælati rectam intentionem nullus perſecutor præpedire poteſt. Sequitur de quarto. *g* Et qui ſtultus apparuerit,] ideſt, apparebit. *h* Poſtquam elevatus eſt in ſublime, ideſt, Antichriſtus, qui poſt elevationem dejicitur, & ſic ſtultus apparebit. Idem legitur *Dan.* 8. Roborabitur fortitudo ejus, ſed non in viribus ſuis, & ſupra quam credi poteſt, vaſtabit univerſa, & proſperabitur & faciet, & interficiet robuſtos. *i* Si enim,] ideſt, ſi autem intellexiſſet ſuum ſupplicium, quod elevatione meruit. *k* Ori ſuo] quo Deum blaſphemavit. *l* Impoſuiſſet manum,] ideſt, a blaſphemia Dei ceſſaſſet, & in tantam ſuperbiam non fuiſſet elatus.

Moraliter. Prælatus debet eſſe leo. Moraliter. Quilibet Prælatus debet eſſe illa tria, quæ bene gradiuntur, ideſt, leo fortiſſimus, gallus ſuccinctus, aries cornutus. Leo propter confidentiam mentis, *ſup.* 28. Juſtus quaſi leo confidens abſque terrore erit. Propter rugitum prædicationis, quo debet facere ſtare omnes motus animales in ſe & in ſubditis. *Oſee* 11. Quaſi leo rugiet, quia ipſe rugiet, & formidabunt filii maris, *ſup.* 19. Sicut fremitus leonis, ita & ira Regis. Et 20. Sicut rugitus leonis, ita & terror Regis.

Debet etiam venator eſſe inſidians venationi, ideſt, peccatoribus capiendis, & ſalubriter devorandis. *Eccli.* 13. Venatio leonis onager in Eremo. Debet etiam nobilis eſſe ad modum leonis, ut humilibus parcat, & rebellibus, ac ſuperbis fortiter reſiſtat. Debet etiam ſe percutere cauda, quod eſt animare ſe conſideratione mortis, vel premii æterni ad omnia ſuſtinenda. Sed timeo, ne multi ſint leones per rapacitatem. *Ezec.* 19. Et tu, fili hominis, aſſume planctum ſuper Principes Iſrael, & dices: Quare mater tua leæna inter leones cubavit? in medio leunculorum enutrivit catulos ſuos, & eduxit unum de leunculis ſuis, & leo factus eſt, didicit capere prædam, hominesque comedere.

Prælatus debet eſſe gallus. Gallus etiam dicitur eſſe Prælatus: Primo, quia ſicut gallus noctis horas ſuo cantu determinat; ita & Prælatus peccatorum differentias, & merita tribulationum ſua prædicatione demonſtrat. 1. *Cor.* 2. Spiritualis homo omnia dijudicat. Secundo, dormientes excitat. Unde *Eph.* 5. Surge, qui dormis, & exurge a mortuis, & illuminabit te Chriſtus. *Rom.* 13. Hora eſt jam nos de ſomno ſurgere. Tertio, noctem tranſiſſe, & mane venturum prædicit. *Rom.* 13. Nox præceſſit, dies autem appropinquavit, &c. Quarto, primo ſe alis percutit, & poſtea cantum emittit, 1. *Cor.* 9. Caſtigo corpus meum, &c. Quinto, alios gallos expugnat, ſic Prælatus hæreticos confutat. *Act.* 9. Saulus autem convaleſcebat & confundebat Judæos. Sexto, gallo cantante in nocte, infirmorum morbus incipit alleviari. Unde *Tob.* 8. Cum Raguel putaret Tobiam mortuum, circa gallorum cantum invenit eum ſanum, & incolumem cum Sara dormientem. Septimo, oculos claudit contra Solem, ſic Prælatus contra mundi proſperitatem. *Job* 33. Si vidi Solem cum fulgeret. Ibi *Gloſ.* Soli Juſti bona non vident, quæ alius videnda non præbent. Octavo, zelat gallinas ſuas, 2. *Cor.* 11. Æmulor vos Dei æmulatione. Nono, invento grano non comedit illud, ſed vocat gallinas ſuas, 1 *Pet.* 5. Paſcite, qui in vobis eſt, gregem Chriſti. Decimo, debet eſſe in faſtigio Eccleſiæ ſemper vento oppoſens faciem. *Joan.* 10. Paſtor cum proprias oves emiſerit, ante eas vadit. Aries etiam debet eſſe Prælatus, cornibus duorum Teſtamentorum hoſtes Eccleſiæ viriliter expugnans. Vel cornua Prælati poſſunt intelligi patientia & ſapientia, quæ ſtudendo in Scri- *Prælatus debet eſſe aries.*
ptura, aut contemplando in oratione debet aſſumere. Unde *Exod.* 34. Cum deſcenderet Moyſes de monte Sinai, tenebat duas tabulas lapideas teſtimonii, & ignorabat, quod cornuta eſſet facies ſua ex conſortio ſermonis Domini. *Diſt.* 5. *c. denique de renunc. cap. niſi §. propter autem maliſtiam.*
m Qui autem fortiter, &c.] ideſt, qui conſtanter, & modeſte exhortando ad modicam pœnitentiam proximum alloquitur, extorquet ab eo devotionis pinguedinem. Ideo dicitur *ſup.* 10. Qui moderatur labia ſua prudentiſſimus eſt. *q* Et qui vehementer emungit,] nimis importune inſtando. *r* Elicit ſanguinem] peccati. Unde *ſup.* 15. Lingua immoderata conterit ſpiritum. *ſ* Et qui provocat iras,] verbo inepto, & importuna exhortatione. *t* Producit diſcordias] inter ſe & illum quem exhortatur. *al. ſquam.*

Myſtice. Myſtice. *m* Qui autem fortiter,] ideſt, ſtudioſe & cum modeſtia. *n* Premit ubera] ſacri eloquii. *o* Ad eliciendum lac,] ſimplicis doctrinæ ad opus parvulorum. *p* Exprimit butyrum,] ideſt, pinguedinem devotionis ſubditorum, in quibus facilis & ſimplex doctrina majorem devotionem excitat, quam ſubtilis. *q* Et qui vehementer emungit,] ideſt, nimis curioſe, aut plus quam oporteat, vel expediat ſecreta Scripturæ inquirit. *r* Elicit ſanguinem] ideſt, in carnalem intellectum cadit. Unde Beda: Sanguinem elicit, qui vehementer emungit, quia carnale efficitur hoc, quod nimia diſcuſſione ſentitur. Sacra enim Scriptura eſt quaſi arbor habens folia verborum, & fructus ſenſuum. Et ſicut in arbore non ſub quolibet folio eſt fructus; ita ſub quolibet verbo non eſt requirendus ſenſus myſticus, aut moralis; ſed quandoque ſufficit ſolus ſenſus hiſtoricus; quandoque ſolus myſticus, quandoque ſolus moralis, quandoque omnes reperies. *ſ* Et qui provocat iras] Chriſti, nimium inquirendo. *t* Producit diſcordias] inter ſe & Deum, qui dicit, *Exod.* 21. Si quis aperuerit ciſternam, & foderit, & non operuerit eam, cecideritque bos, aut aſinus in eam, Dominus ciſternæ reddet pretium jumentorum. Et *ſup.* 25. Sicut qui mel comedit multum non eſt ei bonum; ſic qui ſcrutator eſt Majeſtatis, opprimetur a gloria.

EXPOSITIO CAP. XXXI.

VErba Lamuelis, &c. Hucuſque fuerunt verba Salomonis, hic autem ponit verba matris ſuæ, quibus eum docuit. Unctus enim Salomon in Regem, per ſpiritum quem accepit, vidit quam prudenter mater ſua eum erudivit, propter quod operi parabolarum ſuarum verba matris ſuæ inſeruit. Dicit ergo, non Salomon, ſed translator, vel Eſdras Bibliæ reparator.
u Verba Lamuelis Regis,] ſupple, hæc ſunt, quæ dicta ſunt. Lamuel interpretatur, in quo eſt Deus: Et eſt nomen applauſorium Salomonis, quo applaudebat ei mater ſua. *x* Viſio] ideſt, myſtica eruditio. *y* Quam, vel qua erudivit eum mater ſua,] dicens ei. *z* Quid dilecte mi,] dicam tibi, ſupple. *a* Quid, dilecte uteri mei] ideſt, de utero meo nate fili, quid dicam tibi? *b* Quid dilecte votorum meorum, ideſt, o dilecte fili, qui electus es a Deo in regnum quod votis omnibus deſiderabam, quod patet 3. *Reg.* 1. ubi dicit ad David: Domine mi Rex, tu juraſti per Dominum Deum tuum ancillæ tuæ: Salomon filius tuus regnabit poſt me, & ipſe ſedebit in ſolio meo. Vel ſic. *u* Verba Lamuelis Regis,] ideſt, viri, in quo Deus eſt: Sunt. *x* Viſio] ideſt, myſtica eruditio. *y* Quam, vel qua erudivit eum mater ſua,] ideſt, Dei gratia, quæ illum erudivit interius intellectu ſapientiæ, quam foris ipſe omnibus monſtravit. Mater ſua dico, dicens.
z Quid dilecte mi] tibi dicam? *a* Quid dilecte uteri mei] tibi dicam?
b Quid, dilecte votorum meorum] tibi dicam? Triplicem ponit eamdem quæſtionem mater Salomonis, ideſt, gratia, quia ſapientiam tripliciter habendam monſtravit

illi

Digitized by Google

illi, ſcilicet corde, ore, & opere. Unde *ſup.*22. Deſcripſi tibi ea tripliciter. Marer etiam ſua in verbis ſequentibus tria hortatur. Primo, de luxuria fugienda. Secundo, de gula reprimenda. Tertio, de injuria proximo non facienda. Dicit ergo mater Salomonis. *a* Ne dederis, &c.] ſpiritualem, & temporalem. Mulieres enim non ſolum opes, ſed & corpus & animam, famam & virtutes auferunt. Unde *ſupr.*29. Qui nutrit ſcortum, perdit ſubſtantiam. Et *Tullius*: Ne ego dicam liberum, cui mulier imperat: leges ſcribit: vocat veniendum eſt; minatur, extimeſcendum eſt; poſcit, dandum eſt; ejicit, abeundum eſt: Hunc ego non liberum, ſed nequiſſimum ſervum reputo.

al. † beneficiorum ſuorum.

a Ne dederis *b* mulieribus ſubſtantiam tuam, & *c* divitias tuas ad *d* delendos Reges. *e* noli Regibus o *f* Lamuel, *g* noli Regibus *h* dare *i* vinum: *k* quia nullum ſecretum eſt, ubi regnat ebrietas. *l* Ne forte bibant, & *m* obliviſcantur † judiciorum, & *n* mutent *o* cauſam filiorum pauperis. *p* Date ſiceram mœrentibus, & *q* vinum *r* his, qui amaro ſunt animo. *ſ* Bibant, & *t* obliviſcantur egeſtatis ſuæ, & *u* doloris non *x* recordentur amplius. *y* Aperi os tuum muto, & *z* cauſis omnium filiorum, qui pertranſeunt. *a* Aperi os tuũ: *b* decerne quod juſtum eſt: *c* & † vindica inopem, & pauperem: *d* Aleph. *e* Mulierem fortem quis inveniet?

Hoc fuit primum, & præcipuum mandatum matris Salomonis, quod fecit ei, quod tamen ipſe tranſgreſſus eſt. Unde *Eccli.*47 Inclinaſti femora tua mulieribus, & poteſtatem habuiſti in corpore tuo, & dediſti maculam in gloria tua, 3 *Reg.*11. Averterunt mulieres cor ejus, cumque jam eſſet ſenex, depravatum eſt cor ejus per mulieres, ut ſequeretur Deos alienos.

Myſtice. Myſtice. Mulieres, hæretica doctrina, ſæcularis ſcientia, carnalis concupiſcentia, dignitas humana, adulatores, qui ultra modum emolliunt, & enervant potentes, his mulieribus maledictis. *a* Ne dederis, &c.] aurum ſcilicet Sapientiæ tuæ: argentum eloquentiæ, & munditiæ tuæ: gemmas virtutum: blaſamum famæ tuæ: oleum nitentis conſcientiæ: vinum ſpiritualis lætitiæ tuæ, frumentum refectionis intimæ. Unde *ſupr.* 5. Ne intenderis fallaciæ mulieris: Favus enim diſtillans labia meretricis, & nitidius oleo guttur ejus. Et eodem *inf.* Ne dederis alienis honorem tuum. *Eccli.*9. Ne des mulieri poteſtatem animæ tuæ, ne ingrediatur in virtute tua, & confundaris.

Moraliter. Moraliter. *a* Ne dederis,] o tu Prælate. *b* Mulieribus ſubſtantiam tuam,] ideſt, pueris & effæminatis redditus Eccleſiæ tuæ. Hoc præcipit mater Salomonis, ideſt, gratia; quod tamen a paucis ſervatur. *Iſa.*1. Quomodo facta eſt meretrix civitas fidelis plena judicii? Juſtitia habitavit in ea; nunc autem homicidæ. *Mich.* 3. Audite hoc, Principes Jacob, & Judices domus Iſrael, qui abominamini judicium, & omnia quia recta pervertitis, qui ædificatis Sion in ſanguinibus, & Jeruſalem in iniquitate. *c* Et divitias tuas,] ne dederis. *d* Ad delendos Reges,] id eſt, propter delendos Reges: ſicut faciunt illi, qui propter depoſitionem Abbatum, vel aliorum Prælatorum ſuorum multas, & magnas expenſas faciunt. Vel vox eſt ad Prælatos Eccleſiarum, ut non dent divitias, ideſt, redditus Eccleſiaſticos, ad delendos Reges, ideſt, bonos Rectores animarum, quod tamen faciunt, quando dant eas pueris & effæminatis, & idiotis. Quot enim pueros inſtituit Epiſcopus in Eccleſia, tot bonos Reges delet.

Moraliter. *Gl.* moraliter exponit: *a* Ne dederis, &c.] ideſt, noli terrenis divitiis homines corrumpere, ne cœleſtia non quærant, in quibus perpetuo regnent cum Domino. Delentur enim Reges per divitias, quando ſummi Regis filii adunati per fidem, per illecebras merentur eradicari de terra viventium. *e* Noli Regibus, &c.] nimium, aut nimis forte. *k* Quia nullum, &c.] per conſuetudinem. Unde *ſup.*20. Luxurioſa res eſt vinum, & tumultuoſa ebrietas. *Hier.* Nihil adeo obruit intelligentiam, ut comeſſatio, & ebrietas. *l* Ne forte bibant,] ſupra modum. *m* Et obliviſcantur, &c.] ideſt pauperum, ad litteram. Ebrii enim non poſſunt diſcernere, qui juſtam cauſam, vel injuſtam habeant, *p* Date ſiceram,] ad lætificandum: quia vinum lætificat cor hominis. *Eccli.*31. Vinum in jucunditate creatum eſt, non in ebrietate ab initio. *ſ* Bibant, & obliviſcantur egeſtatis ſuæ,] quia tunc pauper cornua

Pſal. 105. ſumit. *u* Et dolores, &c.] i. peccata, vel debita. Vinum enim omnia facit oblivi ſci. *y* Aperi os tuum muto,] id eſt, pro cauſa pauperis, qui pro ſe in judicio, vel neſcit, vel non audet loqui, vel non permittitur ipſe loqui: memento. *z* Et cauſis omnium filiorum, qui pertranſeunt,] ideſt, cauſis peregrinorum faveto, juſte tamen: Nam qui hic præcipit cauſis pauperum & peregrinorum favere: præcipit eiſdem non miſereri in judicio. Unde *Exod.* 23. Pauperis non miſereberis in judicio. *Lev.*19. Non conſideres perſonam pauperis; nec honores vultum potentis. *Eccli.*35. Non accipiet Dominus perſonam in pauperem. Sed quia poſſet aliquis cauſam pauperis gratis accipere, & tamen negligenter agere: ideo ſubdit, *a* Aperi os tuum,] allegando pro paupere gratis. *Tullius*: Ea gratis tenemur impendere, quæ ſine detrimento poſſimus impendere. *b* Decernere quod juſtum eſt,] ideſt, juſte, & diſcrete age allegando, vel judicando, *Deut.* 16 Juſte, quod juſtum eſt, exequeris. *c* Et vindica inopem, & pauperem:] oppreſſores eorum puniendo, & ab eis liberando. *Iſ.* 1. Quærite judicium, ſubvenite oppreſſo, judicate pupillo, defendite viduam.

Moraliter: *f* O Lamuel,] ideſt, o Prælate, in quo eſt Deus, quaſi in vicario ſuo: *g* Noli Regibus,] ideſt, fidelibus, qui ſont æterni Regis filii & Reges ſui. *h* Dare] verbo & exemplo. Vinum,] carnalis voluptatis, vel mundanæ felicitatis: quod mentes hominum inebriat & ſubvertit. De quo *Epheſ.*5. Nolite inebriari vino, in quo eſt luxuria. *Oſee* 4. Vinum & ebrietas auferunt cor. Ideo dicit lex, *Num.*6. Vir, ſive mulier, cum fecerit votum, ut ſanctificetur, & ſe voluerit Domino conſecrare; a vino & ab omni, quod inebriari poteſt, abſtinebit *Jer.*51. Calix aureus Babylonis in manu Domini inebrians omnem terram: de vino ejus biberunt gentes & inde commotæ ſunt. *k* Quia nullum ſecretum,] cœleſtis conſilii, [eſt, ubi regnat ebrietas.] De hoc vino *Iſa.*28. Præ vino neſcierunt, & præ ebrietate erraverunt. [Noli, inquam, dare Regibus. *l* Ne forte bibant;] de carnali voluptate, vel mundi felicitate. *m* Et obliviſcantur judiciorum,] *Iſa.*5. Cithara, & lyra, & tympanum, & tibia, & vinum in conviviis veſtris, & opus Domini non reſpicitis, nec opera manuum ejus conſideratis. *n* Et mutent,] id eſt, ſubvertant. *o* Cauſam filiorum pauperis:] ideſt, Chriſti, qui pro nobis factus eſt pauper, 2. *Cor.* 8. Scitis enim gratiam Domini noſtri Jeſu Chriſti, quoniam propter vos egenus factus eſt, cum eſſet dives, ut illius inopia vos divites eſſetis. *p* Date ſiceram mœrentibus,] ideſt, ſanum potum ſacrorum eloquiorum proponite pœnitentibus, ne deficiant. *q* Et vinum,] ſpiritualis lætificationis. *r* His, qui amaro ſunt animo:] pro peccatis præteritis, aut pro afflictione præſenti, aut pro incolatu præſentis miſeriæ, vel pro dilatione patriæ, *ſup.*14. Cor, quod novit amaritudinem animæ ſuæ, in gaudio ejus non miſcebitur extraneus. *ſ* Bibant,] Reges, vel illi, quibus ipſi dabunt vinum & ſiceram,] ideſt, divinæ doctrinæ conſolationem: *t* Et obliviſcantur egeſtatis ſuæ,] ideſt, præſentis miſeriæ. *u* Et doloris,] ideſt, præſentis tribulationis.

al. † judicia.

x Non recordentur, &c.] *Iſa.* 54. Non confuderis, neque erubeſces, non enim pudebit te, quia confuſionis adoleſcentiæ tuæ obliviſceris, & opprobrii viduitatis tuæ non recordaberis amplius. Item *eod.* 25. Auferet Dominus Deus omnem lacrymam ab omni facie, & opprobrium populi ſui auferet de univerſa terra. *Apoc.*21. Abſterget Deus omnem lachrymam ab oculis Sanctorum, & mors ultra non erit, neque luctus, neque clamor, neque dolor erit ultra: quia prima abierunt. Idem fere *Iſa.* 51.

y Aperi os, &c.] ideſt, illis, qui divina eloquia perſonare neſciont, vel peccatoribus, qui apud Deum muti ſunt, prædica verbum Dei.

z Et cauſis, &c.] velociter viam hujus mundi quaſi peregrini feſtinantes ad patriam. *Hebr.* 13. Non habemus hic manentem civitatem, ſed futuram inquirimus.

a Aperi os tuum,] in oratione pro peccatoribus mutis. *b* Decerne quod, &c] ideſt, diſcretam fac pœnitentiam, & injunge aliis. *c* Et vindica, &c.] qui dicit: Pauper & inops ego ſum, de teipſo juſtitiam faciendo, qui ei in multis injurioſus extitiſti. *d* Aleph] Aleph interpretatur mille, vel doctrina tentationum, quod bene competit mulieri forti, ideſt, Eccleſiæ: quæ perfecte tentationibus eſt edocta. *e* Mulierem fortem, &c.] Hucuſque ſunt verba matris Salomonis ad Lamuelem, *Pſal.* 85. hinc Salomon paucis verſibus, ſed tamen veritate pleniſſima laudes Eccleſiæ, vel uniuſcujuſque fidelis ipſe decantat, ponens etiam initia laudis, quod deſignatur per litteras, quæ ſingulæ ſingulis verſibus præponuntur: In quo etiam invenitur,

nitur, quod ſicut elementa omnia Hebræi alphabeti a primo uſque ad ultimum propter ordinem ponuntur: ita apud Dei notitiam omnes virtutes, omnia opera, omnia præmia cujuſlibet fidelis animæ, vel totius Eccleſiæ, quæ ex omnibus Electis perficitur, una ſunt deſcripta. Unde *Matth.* 10. Capilli capitis veſtri omnes numerati ſunt: Continet autem hoc carmen
s, Par. 2. verſus vigintiduos, ſecundum ordinem litterarum alphabeti Hebraici. Videns ergo Salomon genus humanum innumeris implicatum erroribus: & quod ad ejus ſalvationem nullus ſufficeret, niſi ſolus mediator Dei, & hominum Chriſtus Jeſus, admirans tantam gratiam, ait: Mulierem fortem quis inveniet, &c. Quod quamvis ad litteram poſſet exponi qualitercumque juxta illud *Eccle.* 7. Virum de mille unum reperi: mulierem ex om-
Myſtice. bus non inveni. Quia tamen *Gloſſ.* nullam de litterali expoſitione faciunt mentionem nolentes hic vaticinari, myſticam proſequemur expoſitionem. Mulierem, vocat Salomon Eccleſiam propter fœcunditatem ſpiritualis ſobolis, quam in aqua, & Spiritu Deo gignit. Fortem dicit, quia omnia tam proſpera, quam adverſa pro Sponſi amore contemnit. Hæc ſoboles multis modis perierat. Nam alii ſub aquis delitiarum erant ſubmerſi, alii ſpinis divitiarum ſuffocati, alii grandinibus iracundiæ obruti: alii igne ambitionis inflammati, alii vento ſuperbiæ diſperſi, alii velut errabundi, a beſtiis ceterorum vitiorum devorati. Nec erat, qui huic periculo vellet, vel poſſet occurrere. Juxta quod dicitur *Ezech.* 34. Quod infirmum fuit, non conſolidaſtis; & quod abjectum, non reduxiſtis; quod confractum, non alligaſtis. Ideo deſcendit & venit filius Dei quærere, & ſalvare, quod perierat. Unde rediens ad cœlos
Luc. 15. ait ad Angelos. *Luc.* 15. Congratulamini mihi, quia inveni drachmam quam perdideram. Et hoc eſt, [mulierem] ideſt, Eccleſiam Deo filios ſpirituales ex aqua, & Spiritu generantem, vel quamlibet animam fidelem opera bona facientem: [Fortem,] adverſa omnia æquanimiter ſuſtinentem, & proſpera viriliter contemnentem.

Quis, ideſt, qualis, & quantus,] inveniet] perditam, & errabundam, quaſi dicat, ſolus Dei filius in carne mortali apparens. Quod quia non tempore Salomonis, ſed magno intervallo temporis interjecto factum fuit, dicit: *a* Procul & de &c.] ideſt, Chriſtus, qui ſeipſum pro Eccleſia redimenda pretium dedit. Unde 1. *Cor* 6. Empti eſtis pretio magno. Et *Epheſ.* 5. Ambulate in dilectione, ſicut & Chriſtus dilexit nos, & tradidit ſeipſum pro nobis in oblationem & hoſtiam Deo. De ultimis finibus dicitur, quia a ſummo cœlo egreſſio ejus. Et *Iſa.* 30. Ecce nomen Domini de longinquo veniet. Vel pretium, quo redimitur Eccleſia, vel fidelis anima, ſunt virtutes & opera bona. Unde
Pſal. 48. *ſup* 13. Redemptio animæ viri divitiæ ſuæ. Hoc pretium procul & de ultimis finibus venit, quia omne datum optimum, & omne donum perfectum deſurſum eſt deſcendens a Patre luminum, *Jac.* 1. *b* Beth,] Beth interpretatur domus, vel habitaculum, quod bene congruit Eccleſiæ: Nam Eccleſia fidelis domus, & habitaculum Chriſti eſt. *c* Confidit in ea,] ideſt, in Eccleſia: *d* Cor viri,] ideſt, Chriſti, quia cum ea matrimonium contraxit: quod fuit in Paradiſo ſignatum in Adam & Eva. Initiatum in Patriarcharum, & Prophetarum fide & promiſſione. *Oſee* 2. Sponſabo te mihi in fide. Conſummatum fuit in naturæ humanę aſſumptione in thalamo uteri virginalis. *Cant.* 1. Oſculetur me oſculo oris ſui. Ratum erit in generali reſurrectione, quando Sponſa totaliter traducetur in domum Sponſi æternaliter permanſura. Unde *Cant.* 3. Veni de libano, Sponſa mea, veni de libano, veni coronaberis. Similiter quælibet fidelis anima Sponſa eſt Chriſti, cum qua contrahuntur ſponſalia in bono propoſito, 2. *Cor.* 11. Deſpondi vos uni viro virginem caſtam exhibere Chriſto. Fiunt nuptiæ in confeſſione, ubi conſenſus animorum per verba de præſenti exprimitur. *Rom.* 10. Corde creditur ad juſtitiam, ore &c. Conſummantur in ſatisfactione. Ratum erit in morte. *Eſth.* 2. Ducta eſt Eſther ad cubiculum Regis Aſſueri menſe decimo qui vocatur thebeth: ſeptimo anno regni ejus, & adamavit eam Rex plus quam omnes mulieres, habuitque gratiam, & miſericordiam coram eo ſuper omnes mulieres, & poſuit diadema regni in capite ejus; fecitque eam regnare in loco Vaſthi. Recte ajunt cor viri ſui confidit in Sponſa velut in matronę caſtiſſima: nulla preſſura tribulationum, aut miſeriarum præſentium ab amplexu Sponſi receſſura, nullis pretiis, vel promiſſionibus adultero credituta. Unde *Rom.* 8.

a procul, & de ultimis finibus pretium ejus. *b* Beth. *c* Confidit in ea *d* cor viri ſui, & *e* ſpoliis non indigebit. *f* Ghimel. *g* Reddet *h* ei *i* bonum, & *k* non malum omnibus *l* diebus vitæ ſuæ. *m* Deleth. *n* Quæſivit lanam & linum, & operata eſt conſilio manuum ſuarum. *o* He. *p* Facta eſt quaſi navis inſtitoris:

Quis nos ſeparabit a charitate Chriſti? tribulatio, an anguſtia, an fames, &c. Ideo dicitur *Cap.* 4. Quam pulchra eſt caſta generatio cum claritate. Sed quia Eccleſia tota eſt in prælio contra Diabolum, juxta illud *Job* 7. Militia eſt vita hominis ſuper terram, & ſpoliis ejus quotidie ditatur, recte additur: *e* Et ſpoliis &c.] ut vel ſponſa. Liptote eſt, imo abundabit ſpoliis, ideſt, animabus deceptis, quas quotidie Eccleſia Diabolo per Prædicatores auſert. *Iſa.* 9. Lætabuntur coram te, ſicut qui lętantur in meſſe, ſicut exultant victores capta præda, quando dividunt ſpolia. Propter hoc etiam Eccleſia dicitur leæna. *Job* 38. Nunquid capies leænæ prædam, & animas catulorum ejus implebis? non indigebit Sponſa, ideſt, abundabit ſpoliis, ideſt, intelligentia ſacrorum eloquiorum. *Pſal.* 118. Lętabor ego ſuper eloquia tua; ſicut qui invenit ſpolia multa. *Cant.* 7. Umbilicus tuus crater tornatilis: nunquam indigens poculis. Sed quicquid boni facit Eccleſia, vel fidelis anima, recognoſcit ſe a Deo habere, recte ſubditur. *f* Ghimel.] Ghimel interpretatur retributio, quod ipſi Sponſæ congruit. *g* Reddet, Sponſa, *h* Ei [ideſt, Chriſto. *i* Bonum,] quadruplex. De amplexu reddet Sponſo ſobolem ſanctorum deſideriorum. De agricolatione reddet Agricolæ fructum bonorum operum. De argento facti eloquii ſibi traditor reddet lucrum prædicationis, & doctrinæ. De beneficiis univerſis reddet gratiarum actiones. Et quia beneficia Chriſti non ceſſant, nec debet ceſſare Eccleſia a gratiarum actione. Unde *Pſ.* 33. Benedicam Dominum in omni tempore, ſemper, &c. *k* Et non malum,] ſicut Judæi, qui acceptis beneficiis mala rependerunt. Unde & conqueritur in *Pſal.* 34. Retribuebant mihi mala pro bonis: ſterilitatem animæ meæ. *Iſa.* 1. Filios enutrivi, & exaltavi: ipſi autem ſpreverunt me. Vel ſicut hæretici, qui fidei myſteria in hæreſim vertunt. Vel ſicut mali Prælati, qui malo exemplo bonos mores in aliis corrumpunt. Vel ſicut falſi Chriſtiani, qui fidem, quam fatentur verbis, negant factis. Vel ſicut apoſtatæ, qui in bono incepto non perſeverant, unde addit: *l* Omnibus diebus, &c.] quia ſola perſeverantia coronatur. *Matth.* 10. & 24. Qui perſeveraverit uſque in finem, hic ſalvus erit. 1. *Cor.* 9. Omnes, qui in ſtadio currunt, omnes quidem currunt, ſed unus, ideſt, perſeverans accipit bravium. De hoc *ſup.* 7. Qui reddit malum pro bonis: non recedet malum de domo ejus. *m* Deleth.] Deleth interpretatur tabulæ vel tabularum, ſive pauper aut janua: quod bene competit Eccleſię, quia Eccleſia quaſi pauper ad januam divitis mendicat panem, *Matth* 6. Panem noſtrum quotidianum, &c. Et dicitur ei, quod non habebit nec etiam veſtem, niſi propriis manibus illam quæſierit. Et ideo. *n* Quæſivit Sponſa, &c.] ideſt, cautalie & diſcrete, ne quid nimis, ne quid parum. Juxta illud *Rom.* 12. Rationabile ſit obſequium veſtrum. Ad litteram, hoc facit ſancta Eccleſia ad uſus pauperum: juxta illud *Iſa.* 58. Cum videris nudum, operi eum.
Job 31. Si non benedixerunt mihi latera pauperis: & de Matth. 25.
velleribus ovium mearum calefactus eſt. Et conſulte facit hoc Sponſa, ut in futuro mereatur audire a Sponſo ſuo: Nudus fui, & cooperuiſti me. Conſilio manuum ſuarum dicit, non alienarum. Scriptum eſt etiam: In ſudore vultus tui veſceris pane tuo, *Gen.* 3. Et *Pſal.* 127. Labores manuum tuarum manducabis; beatus es, & bene tibi erit. Aliter enim non habebit Sponſa victum, vel veſtitum niſi propriis manibus neverit illum ſibi. Myſtice. In lana ovium intelliguntur Myſtice.
opera pietatis, & ſimplicitatis, quæ proximis impenduntur. In lino candido, de quo ſubtilior efficitur, intelliguntur opera contemplationis, vel munditia carnis; quia ſicut linum virens de terra oritur, ſed multo labore ad candorem perducitur; ita caro per longam caſtigationem ad candorem munditiæ perducitur; Quam dum a ſordibus per continentiam mundamus, nobis veſtem novam facimus contra turpitudinem nuditatis, unde *Apoc.* 16. Beatus qui cuſtodit veſtimenta ſua, ne nudus ambulet. Prudenter ergo fortis mulier quærit lanam, & linum, & operatur conſilio manuum ſuarum; quando Eccleſia ſollicite perquirit quibus ſe fructibus pietatis exerceat; & qua a carnalibus illecebris ſe mundet, & hoc conſilio prudentiſſimo ſolo ſupernę retributionis intuitu. De qua retributione apertius ſubditur. *o* He.] interpretatur eſſe, vel vivere, vel ſuſcipiens aut ſuſceptio; quod bene competit Eccleſiæ, quia Eccleſia per panem, quem ſuſcepit, eſſe verum, & vivere ſempiternum habebit. *p* Facta eſt, &c.] inſtitor dicitur negotiator, ſive mercator; eo quod acquirendum mercibus ſedulus inſtat, juxta illud: *Impiger extremos currit mercator ad Indos, per mare* Hor. ep. 1. epiſtolarum.
pauper-

paupertem fugiens, per ſaxa, per ignes. Hinc Chriſtus, qui merces ſuas attulit de patria ſua in terram noſtram, & alias retulit, Deitatem dedit, & humanitatem accepit, divitias ſummas attulit. [Unde *ſupr* 7. Non eſt vir in domo ſua, abiit via longiſſima, ſacculum pecuniæ ſecum tulit] & paupertatem noſtram aſſumpſit,

a de longe *b* portans panem ſuum. *c* Vau. De *d* nocte *e* ſurrexit, *f* deditque prædam domeſticis ſuis, & *g* cibaria ancillis ſuis. *h* Saen. *i* Conſideravit agrum & emit eum, de fru-

2. *Cor.* 8. Scitis gratiam Domini noſtri Jeſu Chriſti, quoniam propter vos egenus factus eſt, cum eſſet dives, ut illius inopia vos divites eſſetis. De hoc dicit B. Bern. In cœlis omnium bonorum affluentia ſuppetebat: ſed paupertas non inveniebatur: porro in terta abundabat hæc ſpecies, & neſciebat homo pretium ejus. Hanc quætere venit Filius Dei, ut eam nobis ſua æſtimatione faceret pretioſam. Super hoc admiratur Eccleſia cantans: O admirabile commercium, &c. Inſtitores fuerunt Apoſtoli, Doctores, Prædicatores, Prælati, qui comparandi bonis mercibus debent eſſe intenti. De quibus *Ezech.* 27. Negotiatores tui, Tyre, a multitudine cunctarum divitiarum argento, ſtanno, ferro, plumboque repleverunt nundinas tuas, Græcia & Tubal, & Moſoch, ipſi inſtitores tui. *Job* 28. Terra, de qua oriebatur panis, igne ſubverſa eſt, locus ſapphiri lapides ejus, & glebæ illius aurum: ſemitam illius ignoravit avis, nec intuitus eſt eam oculus vulturis: non calcaverunt eam filii inſtitorum. Navis eſt Eccleſia, quia clauſa debet eſſe inferius ad aquas divitiarum, & deliciarum temporalium, quæ ut aqua fluunt: ſuperius debet eſſe aperta, libere recipiens de cœlo pluviam gratiarum. Item ſicut navis arcta fuit in principio tempore Martyrum, ita arcta erit in fine, tempore Antichriſti; lata in medio, tempore Confeſſorum. Sed jam nimis incipit arctari: unde patet, quod finis inſtat. Item navis inundatione perſecutionum, & tribulationum ſublimatur ad cœlum. Unde *Gen.* 7. Factum eſt diluvium 40. diebus, & 40. noctibus ſuper terram, & multiplicatæ ſunt aquæ, & elevaverunt arcam in ſublime a terra. Arca hic idem eſt, quod navis. Et de hac dicitur *Matth.* 14. Veſpere autem facto ſolus Jeſus erat ibi, ſcilicet in monte; navicula autem in medio mari jactabatur fluctibus. Sicut ergo navis inſtitoris onerata mercimoniis, quæ in patria ejus abundant, portat ea per mare, ut eis venditis, quæ attulerat cariora domi reportet, ſic Eccleſia divitiis bonorum operum, tribulationum, tentationum, perſecutionum, miſeriarum gaudet onuſtari, quibus majora bona gratiarum mercetur. Dicit ergo: Facta eſt mulier fortis, ideſt, Eccleſia, quaſi navis inſtitoris, onerata multis mercibus pretioſis, deſiderio tranſiens fluctus hujus ſæculi, properans ad patriam. *a* De longe,] ideſt, de exilio hujus mundi. *b* Portans panem,] ideſt, panem pœnitentiæ, ſive laboris, & doloris, quo veſcitur, dum eſt in via. *Gen.* 3. In ſudore vultus tui veſceris pane tuo. *Pſal.* 126. Surgite poſtquam ſederitis, qui manducatis panem doloris. Vel panem doctrinæ, & virtutis, quo reficitur in itinere peregrinationis ſuæ. De quo *Eccli.* 41. Splendidum in panibus benedicent labia multorum. *Eccli.* 41. Mitte panem tuum ſuper tranſeuntes aquas, quia poſt multa tempora invenies illum. Vel ſic conſtrue. Portans panem ſuum de longe, ideſt, qui eſt de longe, ideſt, de cœlo, Chriſtum ſcilicet, qui eſt panis Angelorum, qui datus eſt hominibus, ut fiant Angeli. *Pſ.* 77. Panem Angelorum manducavit homo. *Joan.* 6. Ego ſum panis vivus, qui de cœlo deſcendi. Item Eccleſia dicitur de longe portare panem ſuum quaſi viaticum, quia in omnibus, quæ agit, ſolam æternam retributionem expectat, & ſolam veri panis refectionem, & ſaturitatem deſiderat, qui dicit *Matth.* 11. Venite ad me omnes, qui laboratis, &c. *c* Vau] Vau interpretatur hæc vel ipſa, ſive ipſe aut ille, quia Eccleſia media nocte qua ipſe, ſcilicet Sponſus venit ad laborandum, & vigilandum, ei obviam aſſurgit. Et hoc eſt, quod ſequitur. *d* De nocte ſurrexit.] Eccleſia contemplationi, meditationi, orationi, lectioni, laudationi, lacrymarum effuſioni liberius inſiſtens. De die vero, quæ aptior eſt ad operandum, operibus pietatis inſiſtens. *Pſalm.* 76 Meditatus ſum nocte cum corde meo. *Pſal.* 38. Et in meditatione mea exardeſcet ignis. Et *Pſalm.* 41. In die mandavit Dominus miſericordiam ſuam, & nocte canticum ejus. *Cant.* 3. In lectulo meo quæſivi per noctes, quem diligit anima mea. Vel *d* De nocte,] ideſt, in nocte tribulationis. *e* Surrexit] Eccleſia, quia tribulatio, quæ malos proſternit, Eccleſiam erigit ad majora, ut dictum eſt, gratiarum dona. Surrexit, inquam, ad vigilandum, *Rom.* 13. Hora eſt jam nos de ſomno ſurgere. Ad laborandum, *Pſ.* 126 Surgite, poſtquam ſederitis, &c. Ad orandum. *Pſ.* 118. Media nocte ſurgebam ad confitendum nomini tuo. Ad eundum obviam Chriſto. Juxta illud *Matth.* 25. Media nocte clamor factus eſt: ecce ſponſus venit, exite obviam ei. Item in hoc, quod dicitur; de nocte ſurgere Eccleſia, notatur ſollicitudo Eccleſiæ circa curam proximorum agendam; eos, qui foris ſunt, intus ad fidem vocando; vel fideles ut amplius bonis operibus inſiſtant, excitando. Vel, Surrexit de nocte, hujus temporis ad prædicandum. *f* Deditque prædam domeſticis ſuis,] ideſt, deprædatus a Diabolo eripuit, & eis, qui intus ſunt, fide ſociavit. Vel, dedit, Eccleſia [prædam domeſticis ſuis,] ideſt, Prædicatoribus, qui ſunt de domo & familia Domini ſpeciales, expoſuit totum corpus Diaboli ad prędandum & devorandum, ſicut cadavera exponuntur canibus & avibus ad devorandum. Unde *Job* 40. Concident illud amici, divident illum negotiatores. *Pſalm.* 73. Dediſti eum eſcam populis Æthiopum. *g* Et cibaria ancillis ſuis] dedit, ſupple, id eſt, minoribus, & infirmioribus Scripturam faciliter ſecundum capacitatem eorum expoſuit. *Hebr.* 5. Omnis qui lactis particeps eſt, expers eſt ſermonum juſtitiæ, parvulus enim eſt. Perfectorum autem eſt ſolidus cibus, eorum, qui pro ipſa conſuetudine exercitatos habent ſenſus ad diſcretionem boni & mali. *h* Saen] Saen interpretatur duc te, vel huc, ſive oliva, aut fornicatio, quia in agro Eccleſiæ, & vinea ſacræ Scripturæ, de quibus hic agitur, creſcit oliva miſericordiæ, per quam huc adducti fornicationem dimittimus vitiorum. *i* Conſideravit agrum, & emit eum, &c.] Ager iſte Chriſtus eſt, qui etiam hortus, ſive Paradiſus voluptatis dicitur. *Geneſ.* 1. Et de hoc agro dicitur *Geneſ.* 27. Ecce odor filii mei, ſicut odor agri pleni roſis charitatis, violis humilitatis, liliis caſtitatis.

Hunc agrum conſideravit Eccleſia oculo † cognitionis, & oculo amoris, quo & vulneravit ipſum uſque ad mortem. (al. † cogitationis.) *Cant.* 4. Vulneraſti cor meum, ſoror mea ſponſa vulneraſti cor meum in uno oculorum tuorum, & in uno crine colli tui. Et ſtatim placuit ei ager, unde emit eum obſequio laudabili, vel ſanguine proprio. Unde dictus eſt ager ille Acheldemach, ideſt, ager ſanguinis uſque ad hodiernum diem. *Matth.* 7. Et hoc juſtum eſt, quia etiam ipſe Dominus agrum Eccleſiæ ſanguine ſuo prius emit, imo redemit, 1. *Pet.* 1. Non corruptibilibus auro, & argentu redempti eſtis de vana veſtra converſatione paternæ traditionis, ſed pretioſo ſanguine quaſi agni immaculati Chriſti, & incontaminati. Vel ager iſte Regnum cœlorum eſt, *Matth.* 13. Simile eſt Regnum cœlorum theſauro abſcondito in agro. Hunc conſideravit Eccleſia oculo contemplationis plenum roſis Martyrum, liliis Virginum, & violis Confeſſorum, & emit eum nummo pœnitentiæ: De qua emptione dictum eſt *ſupra* 20. Malum eſt, malum eſt, dicit omnis emptor, & cum receſſerit, gloriabitur. In hoc autem quod primo dicit, Conſideravit, & poſtea emit, notatur prudentia Eccleſiæ; quæ prius rem conſiderat, quam emat. Econverſo faciunt mercatores hujus mundi, prius emunt honores, & delicias, & divitias, & merces, ſcilicet, terrenas; & poſtea conſiderant, quid emerint. Unde *Luc.* 14 dixit unus de invitatis, volens ſe excuſare: Villam emi, & neceſſe habeo exire, & videre illam, rogo te, habe me excuſatum. Et alius dixit: Juga boum emi quinque, & eo probare illa, rogo te, habe me excuſatum. Et alius dixit: uxorem duxi, & ideo non poſſum venire. Iſte ſe non excuſat, in quo notatur, quod carnalis voluptas maxime abſorbet rationem. Item ager mundus eſt, *Matth.* 13. Ager mundus plenus eſt ſpinis, & tribulis vitiorum. Unde *ſupr.* 24. Per agrum hominis pigri tranſivi, & per vineam viri ſtulti, & ecce totum repleverunt urticæ luxuriæ, operuerunt ſuperficiem ejus ſpinæ avaritiæ. Unde recte dicitur Acheldemach, ideſt, ager ſanguinis, ideſt, peccati. *Oſee* 4. Maledictum & mendacium, & homicidium, & furtum, & adulterium inundaverunt, & ſanguis ſanguinem tetigit. Hunc agrum conſideravit Eccleſia oculo compaſſionis, & miſerta emit eum nummo prædicationis ſuæ, Unde *Gen.* 47. Emit Joſeph univerſam terram Ægypti vendentibus ſingulis poſſeſſiones ſuas præ magnitudine famis, non panis vel aquæ, ſed audiendi verbum Dei. *Amos* 8. Item ager eſt parochia, vel dignitas, ſive prælatio quævis. *Cant.* 7. Veni, dilecte mi, egrediamur in agrum, commoremur in villis. Hunc agrum antequam excolendum accipiat quiſquam, debet diligenter conſiderare quantæ virtutis ſit, & quantus labor ſit ad bene excolendum. *Eccli.* 8. Non ſpondeas ſupra virtutem tuam; quod ſi ſpoponderis, quaſi reſtituens cogita. Quod non faciunt multi, ſed quaſi lucro vel buria inventa, plaudunt manibus, *ſupra* 17. Ho-

mo

Digitized by Google

mo ſtultus plaudet manibus ſuis, cum ſpoponderit pro amico ſuo. Item ager eſt ſacra Scriptura, plenus floribus odoriferarum ſententiarum, & fructibus exemplorum ſanctorum Patrum; de quo dicit Dominus per *Pſ.* 49. Et pulchritudo agri mecum eſt. Hic ager emitur nummo orationis, & mundæ conſcientiæ, quia in malevolam animam non introibit Sapientia, *Sapien.*1. *Jacob.*1. Si quis veſtrum indiget Sapientia; poſtulet a Deo, qui dat omnibus affluenter, & non improperat, & dabitur ei. Vel nummo ſtudii. *Sap.*6 Qui de luce vigilaverit ad illam, non laborabit, aſſidentem enim illam foribus ſui inveniet. Item nummo boni operis. Unde *Pſ.* 110. Intellectus bonus omnibus facientibus eum. Et hoc eſt,

ctu *a* manuum ſuarum *b* plantavit vineam. *c* Heth. Accinxit *d* fortitudine lumbos ſuos, & *e* roboravit brachium ſuum, *f* Teth. *g* Guſtavit, *b* & vidit, *i* quia bona eſt negotiatio ejus, *k* non extinguetur in nocte *l* lucerna ejus. *m* Joth. *n* Manum ſuam miſit ad *o* fortia, *p* & digiti ejus apprehenderunt fuſum,

quod ſequitur. *a* De fructu manuum ſuarum,] non aliorum, ideſt, operibus ſanctorum Patrum, qui ſunt manus Eccleſiæ. *b* Plantavit vineam, ideſt, Eccleſiam, de qua *Iſa.*5. Vinea Domini Sabaoth domus Iſrael eſt, quæ magis exemplis & factis Sanctorum plantata eſt, quam dictis. *Iſa.*49. Ecce elevabo ad gentes manum meam, & ad populos exaltabo ſignum meum, & afferent filios ſuos in ulnis, & filias ſuas ſuper humeros portabunt. Vel vinea eſt ſacra Scriptura, quæ plus factis, quam dictis excolitur, quæ cultores ſuos inebriat. Unde *Gen.*9. Noe plantavit vineam, bibenſque vinum inebriatus eſt, & nudatus in tabernaculo ſuo. *Jer.* 23. Factus ſum quaſi vir ebrius, & quaſi homo madidus a vino, a facie Domini, & a facie verborum ſanctorum ejus. *c* Heth.] Heth interpretatur vita, vel pavor, quia maxime a parte lumborum, quos fortiter accinxit fortis mulier, timendum eſt quaſi a parte debiliſſima caſtri. Vita vero pavori jungitur, quia timor Domini fons vitæ, ut dicitur *ſupra* 14. *d* Accinxit fortitudine lumbos ſuos,] ideſt, fortiter in ſe reſtrinxit fluxum carnalium voluptatum. *e* Et roboravit brachium ſuum,] id eſt, fortiter operata eſt. Non enim ſufficit continentia, niſi adſit fortitudo operum; nec opus valet niſi continentia comitetur. Unde *Luc.* 12. Sint lumbi veſtri præcincti, &c. Myſtice. Lumbi Eccleſiæ ſunt Doctores, & Prædicatores, quia in eis eſt vis generativa ſpiritualis, & ab eis fluit ſemen Verbi Dei. de quo generantur Deo filii ſpirituales. 1. *Cor.* 4. In Chriſto Jeſu per Evangelium ego vos genui. Et ideo verbum ſemen dicitur. *Luc.* 8. Semen eſt verbum Dei. Lumbos autem accingit Eccleſia potiſſime; quia a parte lumborum major debilitas eſt, & majus periculum. Unde *Job* 40. Accinge quaſi vir lumbos tuos, interrogabo te, & indica mihi. *Nahum* 2. Contemplare viam, conforta lumbos, robora virtutem valde. *f* Teth.] Teth interpretatur ſubter vel infra, ſeu bonum, aut excluſio, quod bene congruit Eccleſiæ: quia guſtata dulcedine cœleſti, quicquid infra eſt, excludit a ſe, ut liberius poſſit ſurſum vacare. *g* Guſtavit,] mulier fortis, ideſt, Eccleſia, vel quilibet fidelis anima de vino vineæ, quam plantavit, & de fructibus agri, quem emit. *b* Et vidit,] ideſt, experientia guſtus cognovit. *i* Quia bona eſt negotiatio ejus,] quia nummo pœnitentiæ emit agrum vitæ æternæ: de qua negotiatione dixit B. *Laurentius* Tyranno: Ego felici commercio terrena pro cœleſtibus, tranſitoria pro æternis commuto. 2. *Cor.* 4. Id, quod eſt in præſenti momentaneum & leve tribulationis noſtræ, ſupra modum in ſublimitate æternæ gloriæ pondus operatur in nobis, non contemplantibus nobis, quæ videntur, ſed quæ non videntur. *k* Non extinguetur in nocte,] adverſitatis. *l* Lucerna ejus, ideſt, prædicationis, de qua *Matth.* 5. Neque accendunt lucernam, & ponunt eam ſub modio, ſed ſuper candelabrum, ut luceat omnibus, qui in domo ſunt. Vel lucerna gratiæ, quam Deus accendit ſicut ignem flatu tribulationis, vel tentationis. Unde *Job* 41. Halitus ejus prunas ardere facit, flamma de ore ejus egreditur. De hoc *ſup* 20. Lucerna Domini ſpiraculum hominis. Vel [lucerna] devotionis, [non extinguetur in nocte.] Ad litteram, dum vacat contemplationi, orationi, lectioni, imo creſcit & augetur tunc devotio. Lucerna illorum in nocte adverſitatis extinguitur qui ad tempus credunt, & in tempore tentationis recedunt: Hoc eſt, in proſperitate ſunt devoti, ſed in tentatione, vel tribulatione ſtatim ſunt victi. Et de his dicitur *Job* 21. Quoties lucerna impiorum extinguetur, ſuperveniet inundatio, & dolores dividet furoris ſui. Item lucerna illorum in nocte extinguetur, qui veniente Judice media nocte, oleum pietatis, & ignem charitatis non habebunt in vaſis ſuis. Unde *Matth.* 25. dicunt fatuæ Virgines, quarum lucernæ videntur hic ardere: Date nobis de oleo veſtro, quia lampades noſtræ extinguuntur. Quia tunc primo apparebunt extinctæ, quæ modo videntur accenſæ. De hoc *ſup.* 13. Lux Juſtorum lætificat, lucerna autem impiorum extinguetur. Notandus eſt autem ordo verborum. Primo dicit, guſtavit; deinde, vidit: tertio ſequitur negotiatio, & tunc demum promittitur, quod lucerna gratiæ non extinguetur: nam guſtus ſuavitatis divinæ oculos mentis illuminat, unde 1. *Reg.* 14. Vidiſtis ipſi, quia illuminati ſunt oculi mei, eo quod guſtaverim paululum de melle iſto, quanto magis ſi comediſſet populus de præda inimicorum ſuorum, quam reperit? Hanc modicam guſtationem putavit Petrus ſatietatem, quando viſa Domini claritate. dixit: Domine, bonum eſt nos hic eſſe: vis, faciamus hic tria tabernacula. *Matth.* 17. & dicit *Marc.* 9. Non enim ſciebat, quid diceret, quia guſtationem modicam putavit ſaturitatem, & de una gutta vini volebat facere tres tabernas. Poſt guſtum & viſum ſequitur negotiatio, & deinde lux æterna. Unde *Pſal* 33. Guſtate, & videte, quoniam ſuavis eſt Dominus; & beatus vir, qui ſperat in eo: Quæ ſpes provenit ex gratia, & meritis. *m* Joth.] Joth interpretatur ſcientia, vel dominatio, quia manus Eccleſiæ, ideſt, Chriſtus, vel Prælatus per ſcientiam, vel dominationem debellat aereas poteſtates, & omnia fortia ſtrenue agit. *n* Manum ſuam miſit,] Eccleſia, vel quælibet fidelis anima. *o* Ad fortia,] ideſt, ad implenda conſilia pro æterna retributione; Synagoga vero ad debilia miſit manum, ideſt, ad facienda mandata exterius pro temporali mercede. Unde filiis Eccleſiæ dicitur: Si vis perfectus eſſe, vade, & vende omnia quæ habes, & da pauperibus, & veni, & ſequere me. *Matth.* 19. Filiis Synagogæ dicitur: Si volueritis, & audieritis me, bona terræ comedetis. *Iſa.* 1. Item *Matth* 5. Audiſtis, quia dictum eſt antiquis: Non occides; qui autem occiderit, reus erit judicio: qui autem dixerit fratri ſuo racha, reus erit concilio; qui autem dixerit fatue, reus erit gehennæ ignis. Perfectiores ergo tenentur eſſe Patres tam novi, quam veteris Teſtamenti. Unde *Matth.* 5. Niſi abundaverit juſtitia veſtra plus quam Scribarum & Phariſæorum, non intrabitis in regnum cœlorum. Sed quare hoc, cum Dominus illis viſibiliter appareret, & loqueretur familiariter, ſicut amicus loquitur ad amicum? Reſpondeo propter abundantem gratiam. Ipſi enim manducaverunt manna figurativum. *Joan* 6. Patres veſtri manducaverunt manna in deſerto, & mortui ſunt. Nos autem verum manna, ideſt, panem Angelorum manducamus, & non morimur. *Joan.* 6. Qui manducat carnem meam, & bibit ſanguinem meum, vivet in æternum. Illis apparuit & locutus eſt Deus in creatura, quæ ipſe eſt. Illis locutus eſt in Moyſe, nobis in Joſue. *Deut.* 18. Prophetam ſuſcitabit nobis Deus, &c. *p* Et digiti ejus apprehenderunt fuſum,] ad faciendam veſtem pauperi. Unde *ſup. eod.* Quæſivit lanam, & linum, & operata eſt conſilio manuum ſuarum, ideſt, diſcrete; quod ſignificatur hic per digitos.

Myſtice. Manus Eccleſiæ Chriſtus eſt, quia omnia opera ejus facit, ut dicitur *Iſa.* 26. Hanc manum miſit Eccleſia, ad fortia, ideſt, ad debellandas aereas poteſtates, & eripiendam prædam de manu Diaboli. Digiti hujus manus ſunt omnes Electi, qui apprehenderunt fuſum, ideſt, rectitudinem intentionis, per quam omnia opera quaſi fila in orbem æternitatis retorquent. Hic notari debet, quod per ſiniſtram temporalia, per dexteram æterna ſignificantur. Unde *Cant* 8. Læva ejus ſub capite meo, & dextera illius amplexabitur me. Per colum ſignificatur vita temporalis, per fuſum intentio operis. Colus in ſiniſtra ponitur, & fuſo lana vel linum in dextera retorquetur, quod eſt recte nere: quod fit, quando temporalia pro æternis operantur. Sed docet nere Dominus, *Matth* 6. Te faciente eleemoſynam, neſciat ſiniſtra tua, quid faciat dextera tua, quaſi dicat, non debes nere a dextera in ſiniſtram, ſed a ſiniſtra in dexteram, quod faciunt, qui ſpiritualia pro terrenis exercent, ſicut hypocritæ & ſimoniaci. Unde *Matth.* 6. Cum facis eleemoſynam, noli ante te tuba canere, ſicut faciunt hypocritæ: Amen dico vobis, receperunt mercedem ſuam, ſed mercedem Domini recipient in inferno.

Myſtice. [left margin note]

Myſtice. [right margin note]

a Caph.]

a Caph. *b* Manum ſuam aperuit *c* inopi, & *d* palmas ſuas extendit ad pauperem. *e* Lamech. *f* Non timebit *g* domui ſuæ a † *h* frigore nivis: *i* omnes enim domeſtici ejus veſtiti ſunt duplicibus. *k* Mem. *l* Seragulatam veſtem *m* fecit ſibi: *n* byſſus, & purpura † indumentum ejus. *o* Nun. *p* Nobilis in *q* portis vir ejus, quando *r* ſederit *ſ* cum Senatori-

al. † frigoribus.

al. † veſtimentum.

a Caph,] Caph interpretatur incliaatio, quia hic agitur de Incarnatione Chriſti, quæ ejus inclinatio fuit: Juxta illud *Pſal.*17. Inclinavit cęlos, & deſcendit. Moraliter, agitur etiam hic de inclinatione miſericordiæ, qua Eccleſia pauperibus ſe inclinat. *b* Manum ſuam aperuit,] Eccleſia, vel fidelis anima. *c* Inopi,] eleemoſynam largiendo, non diviti. *Iſa.*58. Frange eſurienti panem tuum. Et nota, quod primo commendatur Eccleſia de labore manuum, & poſtea de eleemoſyna. Nam eleemoſyna, quæ labore propriæ manus acquiritur, accepta eſt coram Deo. *Eccli.* 7. Datum brachiorum tuorum, & ſacrificium ſanctificationis offeres Domino, & initia Sanctorum, & pauperi porrige manum tuam, ut perficiatur propitiatio. De hoc *ſupr.*3. Honora Dominum de tua ſubſtantia. *d* Et palmas ſuas exteadit ad pauperem,] juvando, ab oppreſſoribus liberaado, neceſſaria miniſtrando. *Eccli.*4. Non ſit porrecta manus tua ad accipiendum, & ad dandum collecta. Ob hoc enim Chriſtus manus apertas habuit ia cruce, ut ſint nobis in exemplum. Uade *Iſa.* 49. Ecce in manibus meis deſcripſi te. Unde homini habenti manum aridam, dixit Dominus *Matth.*12, Extende manum tuam, & extendit, & reſtituta eſt ſanitati ſicut altera. Ob hoc etiam manus Sacerdotum inunguntur in ordinatione eorum.

Myſtice. Myſtice. Eccleſia *b* Manum ſuam aperuit inopi, & palmas ſuas extendit ad pauperem,] mittendo Prædicatores operarios, qui non ſolum verbi eleemoſynam, ſed etiam exempli parvulis panem petentibus tribuerunt. *Luc.* 10. Meſſis quidem multa, operarii vero pauci: Rogate ergo Dominum meſſis, ut mittat operarios in meſſem ſuam. Ite, ecce ego mitto vos.

e Lamech,] Lamech interpretatur doctrina diſciplinæ, quod ſignanter congroit. Nam doctrina veſtis eſt intellectus, diſciplina vero affectus; quia veſte duplici veſtitur anima contra frigus Infidelitatis, & perverſitatis. *f* Non timebit,] mulier fortis, cum prædicta fecerit. *g* Domui ſuæ,] ideſt, familiæ ſuæ. *h* A frigore nivis,] ideſt, tormentis inferni, ubi frigor & calor miſta ſuat in condemnationem malorum, qui hic frigora & calores pro Domino ſuſtinere noluerunt. *Job* 24. Ad nimium calorem tranſeat ab aquis nivium. Vel, *f* Non timebit domui ſuæ,] ideſt, familiæ ſuæ.

h A frigore nivis,] ideſt, a perſecutione malorum, qui per nivem ſignificantur. *Job* 38 Nunquid ingreſſus es theſauros nivis, ideſt, frigidos peccatores, futuros Prædicatores, ut Paulus. *i* Omnes enim domeſtici ejus veſtiti ſunt duplicibus] Sapientia ſcilicet, contra hæreſes expellendas; & patientia contra tribulationes ſuſtinendas. Hæ ſunt duæ alæ mulieris, quibus fugiens volavit in deſertum. *Apoc* 12. Vel duplex veſtis eſt pietas, promiſſionem habens vitæ, quæ nunc eſt, & futuræ, 1. *Tim.* 4. Item duplex veſtis eſt quælibet virtus interius muniens voluntatem, & exterius veſtiens operationem. Item duplex veſtis eſt, hyemalis & æſtivalis. Veſtem hyemalem dico virtutes, quibus protegimur contra pluviam, & grandinem tentationum, & perſecutionum, ut eſt patientia, manſuetudo, humilitas, & hujuſmodi. Æſtivalem dico virtutes, quibus tempore pacis, & tranquillitatis vacatur bonis operibus, vel contemplationi, ut eſt pietas, charitas, ſapientia. Item duplex veſtis eſt opus bonum cum recta intentione, qua veſtiti ſunt viri Eccleſiaſtici, Hypocritæ vero penulas habent, ideſt, veſtes ſingulares ſine ſudratura, quia bona faciunt, ſed non bona intentione. Vel domeſtici Eccleſiæ dicuntur veſtiti duplicibus, ideſt, mutatoriis, ſicut mulieres nobiles in profeſtis diebus induuntur communibus veſtimentis, in feſtis induuntur pretioſis. Et in magnis Eccleſiis pro congruentia ſolemnitatis utuntur variis indumentis. In feſto Martyrum, rubea habent indumenta. In feſto Virginum, candida. In feſto Confeſſorum livida. Sic & nos pro varietate ſolemnitatum debemus aſſumere congrua veſtimenta. Verbi gratia: In Nativitate Domini pro congruentia ſolemnitatis debemus indui veſte humilitatis. Parvulus enim natus eſt nobis tunc, & filius datus eſt nobis. *Iſa.* 9. In Paſſione ejuſdem debemus indui veſte luctus, & diſciplinæ, quia tunc diſciplina pacis noſtræ fuit ſuper humerum ejus. *Iſa.* 53. In reſurrectione debemus indui veſte gaudii, & exultationis. In Aſcenſione veſte ſpei & amoris, juxta illud *Joan.*14. Si diligeretis me, gauderetis utique, quia vado ad Patrem. In feſto Martyrum debemus indui veſte patientiæ. In feſto Virginum debemus indui veſte ſanctimoniæ. Et ita pro varietate ſolemnitatum, varietatem veſtium debemus induere. Et hoc eſt, quod dicitur in *Pſal.* de Eccleſia: Aſtitit Regina a dextris tuis, &c. Et ad eamdem dicit Dominus *Ezech.*16. Veſtivi te diſcoloribus, calceavi te hyacintho, quoad Confeſſores. Cinxi te byſſo, quoad Virgines: Et indui te ſubtilibus, quoad Martyres.

De duplici veſte. Item duplex veſtis, qua cives & domeſtici Dei induuntur, eſt duplex ſtola beatitudinis, de qua *Iſa.*61. In terra ſua duplicia poſſidebunt.

k Mem,] Mem interpretatur viſcera, quia in hoc, quod Chriſtus Eccleſiam velut veſtem ſibi aptavit, maxime viſcera miſericordiæ oſtendit. Item interpretatur ex ipſis, ex quibus ſcilicet, veſtis iſta contexitur.

l Stragulatam veſtem] ideſt, talarem, vel picturatam, vel varietate texturæ firmiter textam. *m* Fecit ſibi,] Eccleſia ex variis ordinibus profeſſionum contextam. Quot enim profeſſiones habet Eccleſia, tot colores habet in veſte ſua. Et ideo dicitur circumamicta varietatibus. Stragos, talus vel varium interpretatur. *n* Byſſus & purpura indumentum ejus,] Byſſus eſt candor conſcientiæ & innocentia vitæ, purpura patientiæ & pœnitentiæ, ſunt indumentum Eccleſiæ, quia & hæc eadem fuerunt indumenta Sponſi ſui. *Cant.* 5. Dilectus meus candidus, & rubicundus. Vel byſſus caſtitatis, & purpura charitatis ſunt indumentum Eccleſiæ. Vel byſſus refertur ad Virgines, ſicut lilium; purpura ad Martyres, ſicut roſa. Unde Eccleſia in pace dicitur habere lilia, in bello roſas. Unde cantatur de Eccleſia: Circumdabant eam flores roſarum, & lilia convallium. Secundum *Gloſſ.* Per byſſum accipitur carnis mortificatio, quia byſſum multis tunſionibus pervenit ad candorem. Per purpuram intelligitur intentio cœleſtis, quia purpura tantum Regum eſt. Aliqui libri habent: Stragulam veſtem fecit ſibi: Et eſt idem, quod veſtis polymita, ſive examita, ideſt, pluribus filis texta. De veſte ſtragula legitur 4.*Reg.*8. Tulit Azael ſtragulum vel ſtragulam & infudit aquam, & expandit ſuper faciem ejus. *o* Nun,] Nun interpretatur piſcis unicus, aut ſempiternus, quod bene congruit materiæ, quia nobilis vir Eccleſiæ, ideſt, Chriſtus, de quo hic agitur, quaſi piſcis unicus in aquis humani generis captus laqueo mortalitatis vitam nobis contulit ſempiternam, in cujus ore inventus fuit ſtater noſtræ redemptionis, vel legitur *Matth.* 17. *p* Nobilis in portis vir ejus, &c.] Vir Eccleſiæ Chriſtus Dominus. *Iſa.* 4. In die illa apprehendent ſeptem mulieres virum unum. *Jer.* 31. Novum faciet Dominus ſuper terram, fœmina circumdabit virum. 2. *Cor.* 11. Deſpondi enim vos uni viro virginem caſtam exhibere Chriſto. Per portas accipiunt judicium, quia in lege fiebant judicia in portis civitatum, ut venientes de foris & de intus paratum judicium ſemper invenirent, & ut judicium eorum tam extraneis, quam civibus monſtraretur, & ne ruſticos & villanos magna ædificia civitatis obſtupeſacerent, & ne frequens litigantium turba pacem & quietem civitatis turbaret. *Deut.*16. Judices & Magiſtros conſtitues in omnibus portis tuis, quas Dominus Deus tuus dederit tibi per ſingulas Tribus tuas, ut judicent populum juſto judicio. Dicitur etiam judicium porta, quia ſicut per portam exitur, & intratur in civitatem; ita per judicium hi exibunt ad pœnam æternam, illi intrabunt in vitam æternam. Senatores dicuntur Angeli, vel Apoſtoli, cum quibus Dominus ad judicandum veniet, & qui prius ſtetit ignobilis & deſpectus ante tribunal Præſidis judicandus; ſedebit ut Judex: ut Rex, ut Magiſter nobilis in judicio futuro. *Iſa.*53. Quaſi abſconditus vultus ejus & deſpectus, unde nec reputavimus eum &c. Dicit ergo.

p Nobilis,] ideſt, glorioſus. Vel nobilis, ideſt, notabilis, ideſt, omnibus notus apparebit.

q In portis,] ideſt, in futuro judicio. Et dicitur pluraliter in portis, propter diverſa genera ſententiarum, quæ dabuntur ibi, a quibus nullus appellare poterit.

r Quando ſederit,] ut Judex, qui prius ſtetit judicatus. *Matth.*27. Jeſus autem ſtetit ante Præſidem, quo quærente, quid faciam de Jeſu, qui dicitur Chriſtus? dicunt omnes, crucifigatur.

ſ Cum Senatoribus terræ,] i. cum Angelis Conſultoribus, & Rectoribus Eccleſię, vel cum Apoſtolis & Apoſtolicis viris, qui adimplentes conſilia, omnia propter Dominum reliquerunt,

runt, de quibus *Matth.*15. Amen dico vobis, quod vos, qui ſecuti eſtis me in regeneratione, cum ſederit filius hominis in ſede, &c. *b* Sindonem fecit, &c.] Sindonis tela ſubtilis, & mollis, & candida eſt ex byſſo candidiſſima facta. Et ſignificat fidem ſinceræ & catholicæ prædicationis, quam Eccleſia ſubtili intelligentia comminationibus pœnæ & ſuppliciorum; & promiſſionibus gloriæ & gaudiorum, & correctionibus, & exhortationibus ſubtiliter intexuit, in qua
D quaſi in linteo auditores conquieſcunt. Unde & Petro animalia in linteo monſtrata ſunt. *Act.* 10. Hac ſindone munda totum corpus Domini myſticum, id eſt, Eccleſia debet involvi, & aromatibus condiri, ut ibi quieſcat uſque in diem reſurrectionis. Quod figuratum eſt. *Joan.*19. ubi legitur, quod Joſeph & Nicodemus acceperunt corpus Jeſu, & ligaverunt linteis cum aromatibus, ſicut mos eſt Judæis ſepelire. Hanc ſindonem fecit Eccleſia, ideſt ex factis & dictis Sanctorum, & Chriſti intexuit. qui non ſolum ore, ſed & manu locuti ſunt. Unde *Aggæi* 1. dicitur: Factum eſt verbum Domini in manu Aggæi. Sindonem factam vendidit Eccleſia, & vendit quotidie prædicando pro pecunia verbi accipiens fidem & opera auditorum. De qua venditione dictum eſt *ſupr.*11. Qui abſcondit frumenta in tempore, maledicetur in populis; benedictio autem ſuper caput vendentium. Nomine cinguli etiam diſciplina juſtitiæ intelligitur. Juxta illud *Iſ.*11. Et erit juſtitia cingulum lumborum ejus, & fides cinctorium renum ejus. Dicit ergo. *a* Samech.] Samech interpretatur erectio, quia per gratiam prædicationis intellectus humanus ad fidem Paſſionis & Reſurrectionis, quaſi ſupra rationem erigitur.

bus terræ. *a* Samech. *b* Sindonem *c* fecit, & *d* vendidit, & *e* cingulum *f* tradidit *g* Chananæo. *h* Eyn. *i* Fortitudo & decor indumentum ejus, & *k* ridebit in die noviſſimo. *l* Pe. Os *m* ſuum aperuit Sapientiæ, & *n* lex clementiæ in lingua ejus. *o* Zadick. *p* Conſideravit *q* ſemitas domus ſuæ, *r* & panem *ſ* otioſa non comedit. *t* Kuph. *u* Surrexerunt filii *x* ejus, & *y* beatiſſimam prædicaverunt, vir *z* ejus,

Unde ſubditur. Sindonem,] idest, fidei prædicationem. *c* Fecit,] Eccleſia, idest, ex verbis & factis Chriſti, & Sanctorum ejus intexuit. *d* Et vendidit]
al. † auditoribus. prædicando verbum fidei, & accipiendo ab † auditoribus vitam rectæ converſationis. *e* Et cingulum,] juſtitiæ, vel pœnitentiæ, quo fluxus mentis, & corporis reſtringitur *f* Tradidit,] docendo & prædicando.
g Chananæo,] idest, populo gentili, qui a Chanaan filio Noe originem duxit. Vel [Chananæo,] idest populo commutato a vitiis ad virtutes. Unde in laudem ejus *Pſal.* 44. ſcribitur, ſcilicet: Eructavit cor meum verbum bonum. Cujus titulus eſt: In finem pro his, qui commutabuntur filii Chore, ad intellectum, canticum pro Dilecto. *h* Eyn.] Eyn interpretatur fons, vel oculus, quod bene congruit Viro Eccleſiæ, idest, Chriſto. Unde *Pſal.*35. Apud te eſt fons vitæ, & in lumine tuo videbimus lumen. *i* Fortitudo, & decor indumentum ejus,] idest, Eccleſiæ. Fortitudo, qua perſecutionem patitur propter juſtitiam; decor, quo operatur ipſam juſtitiam. Fortitudine roboratur infirmitas minorum, decore decoratur deformitas peccatorum. Fortitudo Eccleſiæ in Martyribus maxime apparuit, decor in Virginibus. Vel fortitudo Eccleſiæ conſiſtit in patientia, decor in doctrina. Unde *ſup.*19. Doctrina viri per patientiam noſcitur. *k* Et ridebit in die noviſſimo,] idest, gaudebit ad plenum in retributione regni cœle-
Pſal. 92. ſtis, quæ doluit in certamine vitæ præſentis. Unde *Matt.* 5. & *Luc.*7. Beati, qui nunc fletis, quia ridebitis. Simile dicit Propheta de Domino Jeſu. Dominus, inquit, regnavit, decorem indutus eſt, indutus eſt Dominus fortitudinem & præcinxit ſe. Nam cum Evangelium ipſe prædicaret, aliis placebat, aliis diſplicebat. Unde *Jo.*7. Murmur multum de illo erat in turba, alii dicebant, quia bonus eſt, alii autem dicebant non; ſed ſeducit turbas. Ad illos, quibus placebat, decorem induit: ad illos, quibus diſplicebat, fortitudinem induit. Sic quilibet Prædicator debet indui fortitudine contra detractores & perſecutores, quibus diſplicet fidei prædicatio, & decore ad illos, quibus placet prædicatio. Unde 2.*Cor.*2. Aliis ſumus odor mortis in mortem, aliis autem odor vitæ in vitam. *l* Pe] Pe interpretatur ab ore, vel eructatio, quod bene congruit ori Eccleſiæ, idest, Doctoribus & Prædicatoribus. De quibus *Pſal.*144. Memoriam abundantiæ ſuavitatis tuæ eructabunt, & juſtitia tua exultabunt. Unde ſubditur. *m* Os ſuum aperuit Sapientiæ,] cœleſti docendæ, & prædicandæ; non ſæculari ſtultitiæ, vel vanitati, vel ſcurrilitati. Ad hoc enim ſolum aperit Eccleſia os ſuum, ut Sapientiam veram doceat ad honorem Dei, & ædificationem proximi. Juxta illud *Epheſ.* 4. Omnis ſermo malus ex ore non procedat, ſed ſi quis bonus eſt, ad ædificationem fidei, ut det gratiam audientibus. Item Eccleſia os cordis aperuit Sapientiæ recipiendæ, ſicut arida terra recipit imbrem fœcunditatis. Unde *Job* 29. Expectabant me, ſicut pluviam, & os ſuum aperiebant, ſicut ad imbrem ſerotinum. *n* Et lex clementiæ in lingua ejus,] ſcilicet, Eccleſiæ, ut non ſtatim puniat ſine ulla miſeratione, ſicut lex Moyſi, ſed miſericorditer parcat, ſicut Dominus mulieri peccatrici. *Joan.*8. Si quis ſine pec- *Matth.*5.
cato eſt veſtrum, primus in illam lapidem mittat. Lex ſeveritatis fuit in lege, lex clementiæ eſt in Evangelio. Illa dicit, oculum pro oculo, dentem pro dente, animam pro anima. *Deut.*19. Iſta dicit: Si quis percuſſerit te in unam maxillam, præbe ei & alteram. Et de hoc dictum eſt *ſup.*15. Reſponſio mollis frangit iram, ſermo durus ſuſcitat furorem. *Eccleſ.*6. Verbum dulce multiplicat amicos, & mitigat inimicos.
o Zadik.] Zadik interpretatur venatio, quod bene competit Eccleſiæ, quæ venatrix eſt, quaſi leæna, quæ ſemitas ſuas aliis animalibus inſidiando cuſtodit. *p* Conſideravit,] Eccleſia.
q Semitas domus ſuæ,] idest, cœleſtis patriæ, ad quam ſemitis conſiliorum, & operum perfectionis directius pervenitur. De quibus dictum eſt *ſup.*4. Dirige ſemitas pedibus tuis, & omnes viæ tuæ ſtabilientur. Has ſemitas conſideravit Eccleſia, ut in eis ambularet, declinans pericula, & impedimenta, & inſidias, quæ ſunt in via publica. Unde *Jer.*6. State ſuper vias, & audite, & interrogate de ſemitis antiquis, quæ ſit via bona, & ambulate in ea, & invenietis refrigerium animabus veſtris. Vel, [Conſideravit ſemitas domus ſuæ,] idest, omnes cogitationes conſcientiæ ſuæ ſubtiliter inveſtigavit. *r* Et panem,] doctrinæ ſuæ.
ſ Otioſa non comedit,] quia quod ore docuit, & aure audivit, opere implevit. *Act.* 1. Cœpit Jeſus facere, & docere *Theſſ.*3. Qui non operatur, non manducet. Vel, [panem] Euchariſtiæ, [otioſa non comedit,] quia quod myſterio celebrat, operibus imitatur, ne indigne panem Domini comedendo & calicem bibendo judicium condemnationis ſibi manducet, & bibat, ut dicitur 2.*Cor.* 11.
t Kuph.] Kuph interpretatur concluſio, vel excluſio; & bene competit materiæ, qua in ultima reſurrectione concludetur morti, quæ totaliter abſorbebitur a vita, & Diabolus cum toto corpore ſuo excludetur a ſocietate bonorum, qui laude perpetua laudabunt Dominum.
u Surrexerunt, &c.] Prophetice loquitur hic Salomon. Quod enim futurum vidit in ſpiritu, quaſi jam factum refert prophetica certitudine. Nam filii Eccleſiæ, idest, quique Electi, qui modo abjecti, & humiles ſedent, in futuro ſurgent immortales & glorioſi & matrem ſuam, ſcilicet, Eccleſiam, quæ eos aqua & ſpiritu generavit Deo, beatiſſimam prædicabunt, quæ nunc quaſi miſera deſpicitur, ſecundum quod Apoſt. 1.*Cor.* 15. Si in hac vita tantum in Chriſto ſumus ſperantes, miſerabiliores ſumus omnibus hominibus. Et *Thren.* 1. Quomodo ſedet ſola civitas plena populo, facta eſt quaſi vidua Domina gentium? Dicit ergo. *u* Surrexerunt,] idest, ſurgent, in futura, ſcilicet, reſurrectione.
x Filii ejus,] idest, omnes Electi. *Iſa* 60. Filii tui de longe venient, & filiæ tuæ de latere ſurgent.
y Et beatiſſimam prædicaverunt,] eam, non ſono vocis tranſitoriæ, ſed rei manifeſta oſtenſione: quia nondum apparuit quid erimus, ſed ſcimus quoniam cum apparuerit, ſimiles ei erimus, quoniam videbimus eum, ſicuti eſt. Beatiſſimam, inquit, prædicabunt eam: Bea- 1.*Joan.* 3.
tam quidem propter miſeriarum, & corruptionis præſentis omnimodam abſolutionem. Beatiorem propter immortalitatis & impaſſibilitatis glorioſæ induitionem, de qua dicitur 2.*Cor.*5. Nam & qui ſumus in hoc tabernaculo, ingemiſcimus gravati, eo quod nolumus expoliari, ſed ſuperveſtiri, ut abſorbeatur, quod mortale eſt a vita. Beatiſſimam, propter pacificam & ſecuram, & quietam, & opulentam Dei fruitionem, de qua *Iſa* 32. Sedebit populus meus in pulchritudine pacis, & in tabernaculis fiduciæ, & in requie opulenta.
z Vir ejus,] idest, Chriſtus, qui eam ſibi juſtitia & miſericordia & fide deſponſavit. *Oſee* 2. Sponſabo te mihi

in

Digitized by Google

in ſempiternum, & ſponſo te mihi in juſtitia & judicio, & in miſericordia & in miſerationibus; & ſponſabo te mihi in fide. a Et laudavit eam] ideſt, laudabit in judicio, dicens: Venite, benedicti patris mei, poſſidete paratum vo-
Matth. 25. bis regnum a conſtitutione mundi. Eſurivi enim, & dediſtis mihi manducare. Et quæ laus major iſta, quod ſcilicet filius Dei gratias refert unicuique de beneficiis ſibi impenſis? Et hoc eſt, quod dicitur 1.
al. † gratia. *Cor.* 4 Veniet Dominus, qui illuminabit abſcondita tenebrarum, & manifeſtabit conſilia cordium, & tunc laus erit unicuique a Deo. De præſenti etiam verum
al. † ejus. eſt. Nam quotidie filii Eccleſiæ ſedentes cum Maria ad pedes Domini in ſordibus pœnitentiæ, in corde contrito & humiliato, quod eſt oſculum ad pedes, ſurgunt peracta pœnitentia oculos deſideriorum ſuorum attollentes in cęlum, quod eſt oſculum ad manus, de quo *Pſal* 126. Surgite, poſtquam ſederitis, qui manducatis panem doloris. Et tunc demum beatiſsimam prædicant matrem ſuam, ſcilicet, Eccleſiam verbo, & exemplo alios adducendo, quod eſt oſculum ad os. Unde *Jerem.* 15. Si ſeparaveris pretioſum a vili, ſcilicet, prædicatione tua, quaſi os meum eris.

& a laudavit eam. a Res. b Multæ filiæ c congregaverunt divitias, d tu ſupergreſſa es univerſas. e Schin. f Fallax † imago, & g vana eſt pulchritudo, h mulier timens Dominum i ipſa k laudabitur. l Tau. m Date ei de fructu manuum ſuarum, & n laudent eam in portis o opera † ſua.

Explicit liber Proverbiorum.

a Res.] Res interpretatur Sapientia per quam ſolam ſpirituales divitiæ congregantur.

De hæreticis. b Multæ filiæ,] ideſt, hæreticorum Eccleſiæ, quæ multæ dicuntur propter diverſitates errorum. Et filiæ, quia in Eccleſia Sacramentorum perceptione renatæ, ſed poſtea deceptæ retroceſſerunt. Unde *Joan.* 2. De nobis exierunt, ſed ex nobis non erant. Et hæ ſunt feminæ, quas præcepit Pharao, ideſt, Diabolus reſervari, ſubmerſis maſculis. *Exod.* 1. Hæ filiæ.

c Congregaverunt divitias,] jejuniorum, vigiliarum, eleemoſynarum, afflictionum, & hujuſmodi operum exteriorum, quæ revera ſunt divitiæ, ubi recta fide, & pura intentione fiunt.

Sed ſine fide nihil proſunt, juxta illud *Hebr* 11. Sine fide impoſsibile eſt placere Deo. Et ideo fruſtra congregant. Unde in die judicii ipſis dicetur: Diſcedite a me omnes, qui operamini iniquitatem, quia nunquam novi vos. *Matth.* 7.

d Tu [vero] ſupergreſſa es univerſas,] O Eccleſia, quia fide caſta, & opere perfecto Sponſi veſtigia ſecuta es uſque in cęlum. Et hoc eſt, quod dicitur *ſupr.* Omnes domeſtici ejus veſtiti ſunt duplicibus, ideſt, fide & ope-
De Clericis. re. Vel ſic. b Multæ filiæ,] ideſt, multi Clerici, etiam Magiſtri & Prælati, qui nomine tenus ſunt filii: ſed re & vita filiæ, ideſt, molles & effœminati.

c Congregaverunt divitias,] Scripturarum, præbendarum, dignitatum.

d Tu ſupergreſſa es univerſas,] O Eccleſia, quia ipſis in terra, quam dilexerunt, remanentibus cum damnatis, gradieris ſuperius cum Sponſo in cœlum. Unde *Job* 41. Sub ipſo erunt radii Solis, & ſternet ſibi aurum quaſi lutum. *Luc* 13 Cum intraverit paterfamilias, & clauſerit oſtium, incipietis foris ſtare, & pulſare oſtium, dicentes: Domine, aperi nobis. Et reſpondens dicet vobis: Neſcio vos, unde ſitis. Tunc incipietis dicere: Manducavimus coram te, & bibimus, & in plateis noſtris docuiſti: Et dicet vobis: Neſcio vos, unde ſitis: Diſcedite a me omnes operarii iniquitatis, ibi erit fletus & ſtridor dentium. Ideo illis dicit *Abac.* 2 Væ qui congregat avaritiam malam domui ſuæ, ut ſit in excelſo nidus ejus.
De B. Virgine, & aliis virginibus. Tertio modo exponitur de B. Virgine & aliis virginibus ſic. b Multæ aliæ,] ideſt, virgines ſanæ. c Congregaverunt divitias,] variarum virtutum & operum bonorum. d Tu] vero, o B. Virgo, [ſupergreſſa es univerſas] excellentia humilitatis, fæcunditate virginitatis, & virginitate fęcunditatis. Virginitas enim ejus fęcunditatem non excluſit; nec fęcunditas virginitatem violavit: quæ eſt B. Virginis gloria ſingularis.

e Schin.] Schin interpretatur ſuper vulnus, quia pulchritudo exterior operit vulnera peccatorum, non aperit ad confitendum. f Fallax imago,] eſt gloria laudis humanæ, quia nullus conſequetur, quod illa promittit.

g Et vana eſt pulchritudo,] caſtitatis ſine humilitate, vel operis exterioris ſine recta intentione, & Dei timore, qui eſt initium Sapientiæ, & cuſtos virtutum. Unde *Eccli.* 25. Si non in timore Domini jugiter te tenueris, cito ſubvertetur domus tua.

h Mulier timens Dominum,] timore amicabili, ſive filiali. i Ipſa,] & non alia.

k Laudabitur,] a Deo. Unde *ſup.* Vir ejus laudavit eam. Item a propria conſcientia. 2. *Cor.* 1. Gloria noſtra hæc eſt teſtimonium conſcientiæ noſtræ. Item a ſuis operibus. Unde *infra*: Laudent eam in portis opera ſua. Aliqui libri habent ſic.

f Fallax,] eſt [gratia,] qua mundo gratioſi ſumus. Non enim eſt niſi proditio quædam ſicut oſculum Judæ, de quo *Luc.* 22. Juda oſculo filium hominis tradis? Sic & mundus, quemcumque oſculatur oſculo collatæ dignitatis, vel cujuſcumque proſperitatis, tradit in mortem. Quod figuratum eſt 2. *Reg.* 20. ubi ſic legitur. Dixit itaque Joab ad Amaſam: Salve, mi frater & tenuit manu dextera mentum Amaſæ quaſi deoſculans eum. Porro Amaſa non obſervabat gladium, quem habebat Joab, qui percuſsit eum in latere, & effudit inteſtina ejus in terram & mortuus eſt. g Et vana eſt pulchritudo,] corporis, vel veſtis, ſicut umbra vana eſt. Pulchritudo quidem corporis umbra, & figura pulchritudinis mentis, & pulchritudo veſtis umbra eſt pulchritudinis operis. Ubi pulchitudo iſta duplex conjuncta eſt illi duplici interiori, non eſt vana pulchritudo, ſed ſolida & virtuoſa. Unde *Judith* 10. Ornavit ſe Judith omnibus ornamentis ſuis: etiam Dominus contulit ſplendorem, quoniam omnis iſta compoſitio non ex libidine, ſed ex virtute pendebat, & ideo Dominus hanc in illa pulchritudinem augmentavit, vel ampliavit, ut incomparabili decore omnium oculis appareret. Sed multi de hoc dono pulchritudinis unde deberent Deo ſervire & ipſum glorificare, impugnant ipſum, & faciunt de dono Domini gladium contra ipſum. Unde *Ezech.* 16. Propter ſpeciem tuam, qua perfecta eras in decore meo, quem poſueram ſuper te, dicit Dominus Deus, & habens fiduciam in pulchritudine tua, fornicata es in nomine tuo. h Mulier timens Dominum,] quaſi Sponſum. i Ipſa laudabitur quaſi Sponſa fidelis, & pulchra. Unde *Cant.* 1. Ecce tu pulchra es, amica mea, ecce tu pulchra. *Job* qui dixit 31. Semper quaſi tumentes ſuper me fluctus timui Deum, laudari merui a Deo, ut patet *Job cap.* 1. & *ult.*

l Tau.] Tau interpretatur ſignum Opera enim cujuſlibet ſigna erunt bonitatis, aut malitiæ, & ideo tunc credetur operibus. m Date ei de fructu manuum ſuarum,] ideſt, pro operibus pœnitentiæ & patientiæ, date ei fruitionem viſionis divinæ. Et eſt vox Sponſi ad Angelos, quaſi dicat, recipite eam in veſtra ſocietate, propter opera manuum ſuarum.

Unde *Pſal.* 127. Labores manuum tuarum, quia manducabis, beatus es & bene tibi erit. Simile *Luc.* 15. Dicit autem pater ad ſervos ſuos: Cito proferte ſtolam primam, & induite illum, & date annulum in manum ejus, & calceamenta in pedes ejus.

n Et laudent eam in portis,] ideſt, in extremo judicio, in ingreſſu cęleſtis patriæ, in exitu omnis imperfectionis, & miſeriæ. o Opera ſua,] non aliena. [Opera ſua,] non ſolum verba. [Opera ſua,] non hominum favor ſupervacuus, ſed propria opera, quæ nobiſcum in judicio quaſi teſtes venient. *Apoc.* 14 Opera illorum ſequuntur illos. Apoſtolus dicit ad *Gal.* 6. Quæ autem ſeminaverit homo, hæc & metet ſive bona, ſive mala. Omnes enim ſtabimus ante tribunal Chriſti, & omnis lingua confitebitur Domino, & unuſquiſque noſtrum pro ſe reddet rationem Deo. *Rom.* 14. Ipſe enim perſcrutabitur & cogitationes & opera omnium. Unde *Sap.* 6. Audite Reges & intelligite, diſcite Judices finium terræ, præbete aures vos, qui continetis multitudines, & placetis vobis in turbis nationum: quoniam data eſt poteſtas a Domino vobis, & virtus ab Altiſsimo, qui interrogabit opera veſtra, & cogitationes ſcrutabitur: quoniam cum eſſetis miniſtri regni illius, non recte judicaſtis, neque cuſtodiſtis legem juſtitiæ, neque ſecundum voluntatem Dei ambulaſtis. Item *Sap.* 4. Ex iniquis omnes, qui naſcuntur, teſtes ſunt nequitiæ adverſus parentes in interrogatione ſua. Nota viginti duas litteras quamlibet ſuæ clauſulæ præpoſitam, ſicut prædictum eſt. Habet autem quælibet litera ſuam interpretationem, per quam innuuntur myſtice myſteria cujuslibet clauſulæ ſequentis illam, quod manifeſtum eſt cuilibet inſpicere volenti.

Explicit Poſtilla Domini Hugonis Cardinalis ſuper librum Proverbiorum.

Reve-

Reverendiſs. in Chriſto Patris, & D.

DOMINI HUGONIS
DE SANCTO CHARO,

Sacroſanctæ Eccleſiæ Romanæ, Tituli ſanctæ Sabinæ Cardinalis Primi, de Ordine S. Dominici; Poſtilla ſuper Eccleſiaſten.

PROLOGUS.

Pſal. 83. BEATUS vir, cujus eſt conſilium abs te, aſcenſiones in corde ſuo diſpoſuit in valle lacrymarum, in loco, quem poſuit. Hoc intelligitur communiter de quolibet fideli, qui in hac valle lacrymarum poſitus aſcenſiones a terra ad cœlum in corde ſuo diſpoſuit, quas aſcenſiones ſymphonides ille David nobis in cantico graduum 15. Pſalmorum myſtice demonſtravit. Specialiter autem intelligitur hoc de Salomone filio David, qui corde ſuo aſcenſiones tres, repletus ſpiritu Dei quodam miro modo diſpoſuit. Quarum prima eſt incipientium, ſecunda progredientium, tertia perfectorum, ſive pervenientium. Prima eſt in mundo bene vivere, ſecunda eſt mundum contemnere, tertia ſupra modum in Deum per contemplationem quieſcere. Hæc eſt via tridua, de qua *Exod.* 8. Viam trium dierum pergemus in ſolitudinem, & ſacrificabimus Domino Deo noſtro. Hoc eſt triplex Paſcha. Primum in Ægypto. *Exod.* 12. Secundum in deſerto. *Num.* 9. Tertium trans Jordanem in Galgalis, *Joſue* 5. Hic eſt triplex funiculus, qui difficile rumpitur, *Eccleſiaſtic.* 4. Hoc eſt triplex oſculum Sponſæ. Primum ad pedes, ſecundum ad manus, tertium ad os. Juxta hunc triplicem aſſenſum, Salomon triplicem librum compoſuit, ſcilicet, Proverbia, Eccleſiaſten, Cantica Canticorum. In primo docet bene uti mundo, in ſecundo contemnere mundum, in tertio Sponſi amplexibus, & oſculis anhelare. In primo docet vitia deteſtari, in ſecundo bene operari, in tertio Deum contemplari. Primum viam præparat ad ſecundum, ſecundum ad tertium. Primo enim eſt declinatio mali, ſecundo operatio boni, tertio contemplatio Dei. Unde *Pſal.* 33. Declina a malo & fac bonum, inquire pacem, & perſequere eam. Hoc eſt, quod ipſemet ſibi alibi rogat,
Pſal. 118. dicens: Bonitatem, & diſciplinam, & ſcientiam doce me. Scientiam bene converſandi in medio pravæ, & perverſæ nationis: & hoc docuit Salomon filius ejus in Proverbiis. Diſciplinam, mundum, & omnia tranſitoria contemnendi, hoc docuit in Eccleſiaſte. Bonitatem Dei, dulcedine perfruendi, hoc docuit in Canticis.

In primo paratur oſculum pedum, in ſecundo oſculum manuum, in tertio oſculum oris. Unde & ſic incipit.

Oſculetur me oſculo oris ſui, quaſi dicat: Non ſufficit oſculum pedum, non ſufficit oſculum manuum, ſed quæro oſculum oris.

De primo oſculo jam ſatiati ſumus. De ſecundo nunc videamus. Primo igitur inſpiciendum eſt, quæ ſit materia hujus libri, quæ intentio, quis auctor, quis finis, quæ utilitas, quis modus agendi, quis titulus, cui parti Philoſophiæ ſupponatur.

Materia. Materia hujus libri, eſt vanitas ſæcularis, quæ triplex eſt, i. vanitas mutabilitatis, vanitas curioſitatis, vanitas mortalitatis. Prima vanitas eſt in eis, quæ fiunt propter hominem. Secunda in eis, quæ fiunt ab homine. Tertia in eis, quæ fiunt in homine. Prima eſt omnium creaturarum, ſecunda tantum rationabilium, tertia omnium animantium. Prima eſt naturalis, ſecunda culpabilis, tertia pęnalis. Prima eſt quædam cauſa peccati, ſecunda peccatum, tertia pęna peccati. Media, quia perverſa eſt & culpabilis, arguitur per primam, punitur per tertiam. Prima tangitur, ibi: Vanitas vanitatum. Secunda, ibi: Quid habet amplius homo de univerſo labore ſuo, quo laborat ſub Sole? Tertia, ibi: Generatio præterit, & generatio advenit.

Intentio. Intentio auctoris eſt perſuadere ad contemptum omnium, ut omnia poſſideamus, juxta illud *Deuteron.* 11. Omnis locus, quem calcaverit pes veſter, veſter erit. Auctor triplici nomine nuncupatur.

Salomon, ideſt, pacificus, quia pacem in regno ſuo habuit. Eccleſiaſtes, ideſt, Concionator, quia cętum, ideſt, Eccleſiam congregavit. Idida, ideſt, Deo dilectus, quia & Deus eum dilexit quadam prærogativa, quem tanto munere Sapientiæ decoravit. Finis duplex, ſcilicet, proprius & communis. Proprius eſt timor Dei, & obſervatio mandatorum Dei. Unde & ſic finitur liber. Finem loquendi pariter omnes audiamus: Deum time, & mandata ejus obſerva, hoc eſt, omnis homo. Finis communis eſt vita æterna, quæ & omnium librorum Theologiæ finis eſt. *Finis.*

Unde *Joan* 20. Hæc autem ſcripta ſunt, ut credatis, quia Jeſus eſt filius Dei, & ut credentes vitam habeatis in nomine ejus. Utilitas magna eſt, ſcilicet, animum a noxia & vana dilectione ſcire compeſcere. Quæ maxime tangitur ibi: Melius eſt ire ad domum luctus, quam ad domum convivii, *infr.* 7. Modus agendi talis eſt. Paucus eſt in ſermone, multus in ſententia. Scriptus eſt enim liber intus & foris & utrobique multipliciter, ut patebit in executione. Supponitur autem liber iſte toti Philoſophiæ. Non partim Ethicæ, partim Phyſicæ, partim Theologiæ. Dividitur autem iſte liber in 5. partes. In prima parte prælibatur tota materia libri, ibi: Vanitas vanitatum, &c. In ſecunda agitur de vanitate mutabilitatis, ibi: Oritur Sol & occidit, &c. In tertia agitur de vanitate curioſitatis, ibi: Ego Eccleſiaſtes fui Rex Iſrael in Jeruſalem, *inf.* 1. In quarta de vanitate mortalitatis, ibi: Memento Creatoris tui, &c. *inf.* 12. In quinta finem operis tangit ibi: Finem loquendi pariter omnes audiamus. Titulus talis eſt: Verba Eccleſiaſtes filii David Regis Jeruſalem. In quibuſdam tamen codicibus tam latinis, quam Græcis invenitur Regis Iſrael, ſed male, ut dicit *Hier.* In Proverbiis enim, ubi rudium inſtructio traditur, quæ ad totum Iſraelj pertinet, ideſt, ad † 12. Tribus, recte ponitur in titulo, Regis Iſrael. *Utilitas.* *al. † 9. al. † 10.*

In Eccleſiaſte contemptus mundi docetur, qui tantum Metropolitis convenit, ideſt, habitatoribus Jeruſalem; & ideo recte ponitur in titulo hujus libri: Regis Jeruſalem. In canticis vero, nec filius David, nec Rex Iſrael, vel Jeruſalem ponitur in titulo, ſed ſolum Cantica Canticorum Salomonis, quia ibi loquitur ad eos, qui ſolum ſuperna deſiderant, quibus ſolum nomen ſufficit Salomonis. Unde nec oportuit, quod in titulo tangeretur paterna dignitas, vel regni auctoritas. Sic vult *Hier. in Gloſ. in princ. hujus lib.* Et prope hoc ordine, ſicut dicit *Hier.* docent Philoſophi, primo Ethicam, ſecundo Phyſicam, & quem in his profeciſſe vident, ad Theologiam uſque perducunt. Huic lib. Greg. quaſi prologum præmittit, ſed pro gloſſa legitur in libro, quæ ſic incipit: Quomodo hic liber ſit legendus; in qua ratio nominis hujus libri, ideſt, Eccleſiaſtes, oſtenditur & modus docendi.

Ob hoc enim Eccleſiaſtes, ideſt, Concionator dicitur liber iſte, quia in eo Salomon tumultuantis turbæ verba in ſe ſuſcipit, ut ea per inquiſitionem dicat, quæ mens imperitorum per tentationem ſentit, vel dubitat, & quot ſententias per inquiſitionem movet, tot perſonas in ſe ſuſcipit.

Poſtea vero ſicut verus Concionator extenſa manu tumultum ſedat, & ad veritatis ſenſum omnes ſententias & dubitationes motas reducit. Eſt autem traditio Hebræorum Salomonem hunc librum ſcripſiſſe, cum pęnitentiam ageret de eo, quod in ſapientia ſua, & divitiis ſuis confiſus Deum per mulieres offendit, ſicut legitur 3. *Reg.* 11. & *Eccli.* 47. Inclinaſti femora tua mulieribus. Hoc dicit † Albinus in quadam Gloſſ. quæ ſic incipit: *Tradunt Hebræi.* *al. † Rabanus.*

Aliorum vero traditio eſt, quod Salomon hunc librum ſcripſit in ſuggillationem idololatriæ antiquæ, cujus radix & cauſa fuit mundi æternitas, quam quidem poſuetant. Et quia Salomon mulieres idololatras eo tempore adamabat, ut legitur 3. *Reg.* 11. non fuit auſus aperte philoſophari de mundi vanitate, ne earum errorem in ipſa radice perimens, eas, vel gentes earum offenderet. Unde quaſi ad placandum eas interdum dicit: Nihil novum ſub Sole: quod tamen verum eſt uno modo. Scriptus eſt autem liber iſte intus & foris.

Foris ſenſu hiſtorico, intus ſenſu myſtico & morali, ſicut & ceteri libri Bibliæ, quod ſignificatum eſt *Ezec.* 11. ubi dicitur: Ecce manus miſſa ad me, in qua erat involutus liber, & expandit illum coram me, qui erat intus & foris ſcriptus.

Et ſcriptæ erant in eo lamentationes & carmen & væ.

Explicit Prologus.

REVE-

Digitized by Google

Reverendiſs. in Chriſto Patris, & D.

DOMINI HUGONIS
&c. Cardinalis.

Poſtilla ſuper librum Eccleſiaſten.

Incipit Prologus S. Hieronymi in librum Eccleſiaſten.

MEmini *a* me hoc ferme *b* quinquennio, cum adhuc Romæ eſſem, & Eccleſiaſten S. Bleſillæ *c* legerem, ut eam ad contemptum hujus mundi provocarem, & omne quod in mundo cerneret, *d* putaret eſſe pro nihilo, *e* rogatum ab ea, *f* ut in more commentarioli *g* obſcura quæque *h* diſſererem; ut *i* abſque me *k* poſſet intelligere quę legebat. *l* Itaque quoniam in procinctu noſtri operis *m* ſubita morte ſubtracta eſt, ut *n* non meruimus, *o* o Paula, & Euſtochium, talem vitæ noſtrę habere conſortem, *p* tantoque vulnere tunc *q* percuſſus obmutui: *r* & nunc in Bethleem poſitus, anguſtiore videlicet civitate, & *ſ* illius *t* memoriæ, & vobis reddo quod debeo: *u* hoc breviter admonens, quod *x* nullius *y* auctoritatem ſecutus ſum, *z* ſed de Hebræo transferens † *a* maxime LXX. Interpretum conſuetudini me *b* coaptavi, *c* in his duntaxat, quæ non multum ab hebraicis diſcrepant. Interdum *d* Aquilæ quoque, & *e* Symmachi, & *f* Theodotionis *g* recordatus ſum: *h* ut nec novitate nimia lectoris ſtudium deterrerem, *i* nec ſurſum contra conſcientiam meam fonte veritatis omiſſo, k opinionum rivulos conſectarer.

Explicit Prologus S. Hier.

INCIPIT LIBER Eccleſiaſtes.

CAPUT I.

l VErba Eccleſiaſtes, filii *m* David *n* Regis Jeruſalem. *o* Vanitas

PROLOGI S. Hieronymi

EXPOSITIO.

MEmini me hoc ferme quinquennio, &c.] Hieronymus huic libro præponit procemium, qui de Hebræo in Latinum tranſtulit librum iſtum, in quo procemio oſtendit cujus rogatu hoc opus inceperit, & rogatu cujus conſummaverit. Nam rogatu Bleſillæ incepit, cujus rogatu etiam commentum facere incepit, ut ſine præſentia Hieronymi poſſet intelligere totum librum iſtum; ſed antequam Hieron. conſummaſſet, mortua eſt Bleſilla, propter quod Hieronymus per quinquennium opus reliquit imperfectum; poſtea vero rogatu Paulę & Euſtochii opus ſuum conſummavit in Bethleem, quod Romæ inceperat.

In fine Prologi oſtendit, quod in translatione hujus libri nullius interpretis auctoritatem ſecutus eſt; tamen in his quæ non multum diſcrepabant ab Hebraica veritate translationi LXX. Interpretum ſe coaptavit: interdum Aquilam, quandoque Symmachum, aliquando Theodotionem ſecutus eſt. Et hoc fecit, ne novitate nimia lectoris ſtudium deterreret. Et iterum ne contra conſcientiam ſuam ageret, ſi omiſſo fonte hebraicæ veritatis opinionum rivulos ſectaretur. Dicit ergo Hieronymus.

a Memini me hoc ferme,] ideſt, fere.
b Quinquennio, cum adhuc Romæ eſſem, & Eccleſiaſten S. Bleſillæ] dativi caſus.
c Legerem, ut eam ad contemptum hujus mundi provocarem, & omne quod in mundo cerneret] oculis corporis, *d* Putaret eſſe pro nihilo,] ideſt, vanum & vacuum. Omnis enim creatura vanitati ſubjecta eſt. *Rom.* 8. Item *Gen.* 1. Terra erat inanis & vacua.
e Rogatum ab ea,] memini me, inquam. *f* Ut in morem commentarioli] ideſt, commenti plani & facilis.
g Obſcura quæque] hujus libri.
h Diſſererem,] explanando.
i Ut abſque me,] ideſt, abſente.
k Poſſet intelligere, quæ legebat] in hoc libro.
l Itaque quoniam in procinctu noſtri operis,] ideſt, ante conſummationem. *m* Subita morte,] ideſt, inopinata, & nimis feſtina præventa eſt, ſcilicet Bleſilla.
n Ut non meruimus,] ideſt; non fuimus digni ego & vos.
o O Paula & Euſtochium, talem vitæ noſtræ habere conſortem,] ideſt, in Bethleem. Hæc Paula fuit quædam matrona duas habens filias: Sanctis autem Epiſcopis quodam tempore convenientibus Romæ, Epiphanius tranſmarinus hoſpitatus eſt in domo ejus, qui religionem & privilegia Terræ ſanctæ multum commendavit; & quomodo ibi Chriſtus moratus eſt, & prædicavit; & quomodo Apoſtoli ibi fuerunt, & multa talia dixit coram Paula & filiabus ejus. Unde & Paula alteram filiarum ſuarum tradidit nuptui; alteram autem, ſcilicet Euſtochium ſecum duxit Jeruſalem, & de proprio ſumptu Paula in Bethleem conſtruxit cęnobium Monialium, ubi ipſa cum filia ſua Euſtochio ſub regula vixit. Ad quarum rogatum Hieronymus Bethleemites multa ſcripſit, & hoc opus quod Romæ ad petitionem Bleſillæ inchoaverat, ad earum preces in Bethleem conſummavit.
p Tantoque vulnere] ſcilicet morte Bleſillæ.
q Tunc percuſſus obmutui,] ideſt, ab opere illo ceſſavi.
r Et nunc in Bethleem poſitus, anguſtiore videlicet civitate] quam Roma.
ſ Et illius,] ideſt, Bleſillæ.
t Memoriæ, & vobis reddo, quod debeo,] ſcilicet operis incepti conſummationem.
u Hoc breviter admonens] ideſt, admonendo inſinuans,
x Quod nullius] interpretis. *y* Auctoritatem ſecutus ſum] in hoc opere faciendo:
z Sed de Hebræo transferens] in latinum immediate.
a Maxime Septuaginta, &c] ideſt, translationi uſitatæ & publicatæ. al. † magis.
b Me coaptavi,] ſequendo eos.
c In his duntaxat, quæ non multum ab hebraicis] litteris diſcrepabant.
d interdum Aquilæ quoque,] ideſt, editionis Aquilæ.
e Et Symmachi,] ideſt, editionis ejus.
f Et Theodotionis,] ideſt, editionis ejus. *g* Recordatus ſum] in hoc opere.
h Ut nec novitate nimia lectoris ſtudium deterrerem] ſi omnino diſcreparem ab illis, & ideo in parte ſecutus ſum eos. *i* Nec ſurſum contra conſcientiam meam fonte veritatis omiſſo,] ideſt, hebraica veritate.
k Opinionum rivulos conſectarer,] & ideo nullius auctoritatem ſecutus ſum, ſed immediate tranſtuli de Hebræo. A *Inf. 12. c. de pen. diſt. 2. c. fin.*

F I N I S.

Reverendiſs. in Chriſto Patris, & D.

DOMINI HUGONIS DE SANCTO CHARO,
Cardinalis.

Poſtilla ſuper librum Eccleſiaſten.

EXPOSITIO CAPUT I.

l VErba Eccleſiaſtes,] ideſt, Concionatoris. *m* Filii David.] In hac notatur paterna dignitas. *n* Regis Jeruſalem,] quæ erat caput regni. Et in hoc notatur propria auctoritas, hæc ſunt quæ ſequuntur.

Myſtice. Salomon, Eccleſiaſtes, Idida, Chriſtus eſt, qui recte Salomon, ideſt, pacificus dicitur, quia pacem fecit inter Deum, & hominem. Unde dictus eſt mediator Dei & hominum, 1. *Timoth.* 2. Et inter hominem & Angelum: & inde proprie dictus eſt pacificus; & inter hominem & hominem: & inde dictus eſt lapis angularis. Unde *Epheſ.* 2. Ipſe eſt pax noſtra, qui fecit utraque unum, dicens: Pacem meam do vobis: pacem meam relinquo vobis. *Joan.* 14. De quo dixit Pater: Hic eſt filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui: ipſum audite. *Matth.* 3. & 17. Hic ad litteram filius David fuit ſecundum carnem. Unde pueri clamaverunt: Hoſanna filio David. *Matth.* 21. *Luc.* 19. *o* Vanitas vanitatum, &c.] Secundum unam expoſitionem philoſophatur generaliter Salomon de omnibus, quæ ſub Sole fiunt: quæ quodammodo a Sole regi videntur; quia curſum & motum ejus ſequuntur, uſque ad locum illum. Ego Eccleſiaſtes, &c.] Secundum aliam expoſitionem omnia iſta verba ſunt concionis, ideſt, in concione loquentium: quod innuitur per hoc, quod dicitur: Dixit Eccleſiaſtes, ideſt, Salomon per modum concionantis, non per modum prophetantis aut philoſophantis. Utroque autem modo verum eſt, quod hic dicitur. Ad cujus notitiam prænotandum eſt, quid eſt vanitas; & quot modis dicatur vanum. *Myſtice.*

a Vanitatum b dixit Eccleſiaſtes. c Vanitas vanitatum, & omnia vanitas. d Quid habet amplius e homo de f univerſo labore ſuo, g quo

Vanitas eſt, quod nec plenitudinem confert continenti, nec fulcimentum innitenti, nec fructum laboranti. Duobus autem modis dicitur creatura vana, ſcilicet eſſendo, tranſeundo. In eſſendo, quia ex nihilo eſt: In tranſeundo, quia in nihilum vadit, quantum eſt in ſe, ſicut dicit *Aug.* Item in eſſendo, quia non habet eſſe a ſe: In tranſeundo, quia non poteſt ſtare per ſe; unde vanum dicitur quaſi ex nihilo veniens, vel ad nihilum vadens. Et hæc duplex vanitas creaturæ innuitur *Gen.* 1. ubi dicitur: Terra autem erat inanis & vacua. Sed opponit *Hieron.* Si cuncta quæ fecit Deus vana ſunt, quomodo omnia vanitas, imo etiam vanitas vanitatum, ideſt, valde vana? Et reſponde dicens, quod omnia per ſe conſiderata bona ſunt, ſed Deo comparata quaſi nihil ſunt: ſicut lucerna in ſe lucet, ſed comparatione Solis non apparet lumen ejus. *Iſa.* 40. Omnes gentes quaſi non ſint, ſic ſunt coram eo, & quaſi nihilum & inane reputatæ ſunt ei. Hoc viſo accedamus ad litteram, quæ multipliciter exponitur, & a Magiſtris, & a Sanctis.

a Vanitas vanitatum,] ideſt, vanitas contentiva vanitatum, ſupple, eſt mundus. Vel [vanitas vanitatum,] ideſt, vanitas ea vanitatibus collecta, ſicut univerſalis propoſitio ex ſingularibus. *b* Dixit Eccleſiaſtes,] ideſt, Concionator, qui omnia diligenter conſideravit. Et loquitur Salomon in tertia perſona, quaſi de alio cauſa humilitatis. Sic Balaam de ſe, quaſi de alio dixit *Num.* 24. Homo cujus obturatus eſt oculus, dixit auditor ſermonum Dei, qui viſiones omnipotentis intuitus eſt. Similiter *Joan.* 21. dixit: Hic eſt diſcipulus ille quem diligebat Jeſus, qui teſtimonium perhibuit de his, & ſcripſit hæc: & ſcimus quia verum eſt teſtimonium ejus. Vel ſic lege: [Omnia ſunt vanitas,] ideſt, vana emphatice. Et non ſolum vanitas, ſed [vanitas vanitatum,] ideſt, vaniſſima, quia in ſe vana & vacua ſunt, quia non habent eſſe a ſe, ſed aliunde & in comparatione Creatoris, cujus eſt eſſe a ſe, & incommutabile; [dixit Eccleſiaſtes,] non Philoſophus, non Propheta, ſed Concionator, qui cauſis & rationibus ſingulorum diligenter inſcriptis, veram tamen de omnibus ſententiam tulit. *c* Vanitas vanitatum.] Repetitio confirmatio eſt: Sicut dixit Joſeph Pharaoni. *Geneſ.* 41. Quod autem vidiſtis ſecundo ad eamdem rem pertinens ſomnium, firmitatis eſt indicium, eo quod fiat ſermo Dei. Vel duplex vanitas innuitur in repetitione, ſcilicet vanitas quam habent creaturæ in ſe, qua evaneſcunt, & vanitas quam habent in comparatione Creatoris. Tertio, exponitur de homine, qui triplici vanitati ſubjectus eſt. Nam vanus eſt in cogitatione. Unde *Pſ.* 93. Dominus ſcit cogitationes hominum, quoniam vanæ ſunt. Vanus eſt in locutione. Unde *Pſ.* 11. Vana locuti ſunt unuſquiſque ad proximum ſuum. Vanus eſt in opere, quia in texendo telas aranearum ſe totum eviſcerat. *Iſ.* 59. Confidunt in nihil, & loquuntur vanitates; conceperunt laborem, & pepererunt iniquitatem, ova aſpidum & telas araneæ texuerunt.

Triplex vanitas hominis.

Huic triplici vanitati intuens Propheta hominem ſubjectum, ait *Pſ.* 38. Verumtamen univerſa vanitas omnis homo vivens. Fuit autem triplex ſtatus hominis, qui tangitur hic, ſcilicet ſtatus innocentiæ, ſtatus culpæ, & ſtatus pœnæ. In primo ſtatu fuit homo vanitas. In ſecundo vanitas vanitatum. In tertio fuit omnia vanitas. Et pro illo ſtatu dicitur, *Rom.* 8. Vanitati ſubjecta eſt creatura non volens, ideſt, homo, qui participat in omni creatura, ut dicit *Greg.* Eſſe cum lapidibus, vivere cum arboribus, ſentire cum animalibus, intelligere cum angelicis Spiritibus. Aliqui ſic exponunt. *a* Vanitas vanitatum,] ideſt, creaturarum vanarum eſt homo per curioſitatem nimiæ inquiſitionis quoad vim rationabilem. Item homo eſt vanitas vanitatum, ideſt, vanarum creaturarum per cupiditatem amoris earum, quoad vim concupiſcibilem. Et omnia vanitas per ſuperbiam vanæ laudis quoad vim iraſcibilem, ad quam ſpecialiter pertinet vanitas ſuperbiæ.

Triplex ſtatus hominis.

Unde *Job* 11. Vir vanus in ſuperbiam erigitur. *Aug. in lib. de moribus Eccleſiæ*, ponit aliam litteram, quam dicit eſſe emendatiorem, & Græcos Codices illam habere. Eſt autem littera talis, [Vanitantium dicit Eccleſiaſtes, vanitas vanitatum, & omnia vanitas.] Et tangitur hic triplex labor hominis, vanus & vacuus. Primus eſt labor curioſæ inquiſitionis de creaturis ad cognoſcendum, hic labor vanus eſt. Unde *Eccli.* 3. In pluribus operibus Dei non eris curioſus, plurima enim ſuper ſenſum hominum oſtenſa ſunt tibi. Multos enim ſupplantavit ſuſpicio eorum, & in vanitate detinuit ſenſus illorum. Secundus eſt labor inquiſitionis ad habendum, & hic vanus eſt. Unde *Pſ.* 4. Filii hominum, uſquequo gravi corde, ut quid diligitis vanitatem, &c. *inf.* 3. Tertius eſt labor eminentiæ, & dominationis, & hic eſt omnia, ideſt, omnino vanitas.

Triplex labor hominis.

Primus eſt circa ſcientias, quæ aliquid ſunt. Unde *Eccli.* 1. Omnis ſapientia a Domino Deo eſt.

Secundus eſt circa divitias & delicias, quæ ſimiliter aliquid ſunt, ad minus ſecundum opinionem multorum, vel bene utentium.

Tertius labor eſt circa honores & laudes hominum, quæ omnino nihil ſunt, & ideo quoad illum dicitur: Et omnia vanitas. Secundum hoc triplex vanitas, non rebus, ſed hominibus male utentibus ei attribuitur, quibus omnia vana ſunt; Juſtis vero rebus bene utentibus nulla vana ſunt, quia utuntur rebus ad id ad quod ſunt, ideſt, in quantum via ſunt ad Deum cognoſcendum, & amandum, & honorandum, & ſic in eis optime delectantur. Unde *Pſ.* 91. Delectaſti me Domine in factura tua: Stulti vero rebus creatis utuntur in ſe, non in quantum via ſunt ad Deum, quod eſt creatura frui. Unde *Sap.* 2. Venite & fruamur bonis quæ ſunt. De his dicit *Aug.* Væ illis, qui diligunt nutus tuos pro te. Sic ergo vanitas non in rebus eſt, ſed in male utentibus eis. Unde *Aug. in lib. de vera Religione*. Tolle vanitates, & nulla erunt vana, quippe pleni ſunt cœli & terra gloria Dei. De hac triplici vanitate præmiſit Eccleſiaſtes, ut revocaret homines ab amore temporalium, & provocaret ad contemptum eorum. Hæc eſt enim intentio ejus, quaſi dicat, o vos homines, propter quos facta ſunt omnia, & ſubjecta ſub pedibus veſtris, nolite laborare, ut impleamini ex eis quæ non conferunt plenitudinem continenti, quia avarus non implebitur pecunia, *inf.* 5.

Item nolite confidere in his, vel inniti quæ caduca ſunt, & fulcimentum non conferunt innitenti: Nam cum illis cadentibus neceſſario cadit innitens. *Prov.* 11. Qui confidit in divitiis ſuis corruet.

Item nolite quærere fructum in tranſitoriis, quæ omnino nullum fructum conferunt diligenti. Unde *inf.* 5. Qui amat divitias, fructum non capiet ex eis. Et hoc eſt quod dicit *c* Vanitas vanitatum & omnia vanitas,] quia cito deficiunt & evaneſcunt, ut fumus. Unde Symmachus & Theodotion dixerunt pro vanitate vanitatum. Vapor fumi & aura tenuis, quæ cito ſolvuntur. Sequitur. *e* Quid habet amplius homo de univerſo labore ſuo, quo laborat ſub Sole,] ideſt, pro terrenis, quæ ſub Sole ſunt, ſupple, niſi vanitatem? Et concordat hæc littera litteræ Aug. quam poſuimus, quaſi dicat, vere triplex labor hominis vanitas eſt, quia [quid habet amplius homo de univerſo labore ſuo quo laborat ſub Sole,] niſi vanitatem triplicem, ſcilicet curioſitatis, cupiditatis, ambitionis & vanæ laudis? In hoc enim quod dicit, [de univerſo labore,] triplicem laborem prædictum oſtendit.

Univerſitas enim in paucioribus, quam in tribus non poteſt conſiſtere, & univerſitas humanorum laborum circa tria tantum quæ diximus, verſatur propter tres vires animæ, quarum finis neceſſario labore aliquo humano quæritur. Quod autem dicit, [ſub Sole,] juxta litteram innuit, quod labores & motus humani quodammodo regulantur, & menſurantur a Sole, non ut Duce, ſed ut luce.

Vel poteſt iſte verſus ſecundus eſſe verbum in concione, non judicis vel ſententiam dantis, ſed vox eſt interfectorum ſic dicentium in concione, non ſpectans ad priorem ſub hoc ſenſu.

d Quid habet amplius homo de univerſo labore ſuo quo laborat ſub Sole,] ſupple, quam laborem, vel ultra laborem? quaſi dicat nihil. Et eſt vox ſtultorum, vel maxime imperfectorum, quorum perſonam aſſumit in ſe Salomon, ut tandem ſententiam ferat.

Moraliter. *d* Quid habet amplius,] ideſt, reſiduum. *Moraliter.*
e Homo] terrenus.
f De univerſo labore ſuo,] proprio non communi Deo & proximo. *g* Quo laborat ſub Sole] juſtitiæ vel materiali, ideſt, circa terram, ideſt, pro terra, quaſi dicat nihil. Et ideo vanitas eſt omnis hujus labor quo quæritur ſcientia inflativa, quo congregantur divitiæ pereuntes, quo ambiuntur honores caduci; quibus ſubito dicitur *Luc.* 12. Stulte, hac nocte animam tuam repetent a te; quæ autem congregaſti, cujus erunt? *Job* 27. Dives cum dormierit, nihil ſecum auferet, 1. *Tim.* 6. Nihil intulimus in hunc mundum

haud

haud dubium, quia nec auferre quid poſſumus. Boni ſupra Solem laborant, ſcilicet pro æternis, quæ ſupra Solem ſunt, implentes illud mandatum Domini, *Matth.* 6. Nolite theſaurizare vobis theſauros in terra, ubi ærugo & tinea demolitur, & ubi fures effodiunt & furantur: theſaurizate autem vobis theſauros in cęlo, &c. Eccleſia vero non tantum ſupra Solem, ſed etiam in Sole laborat, quia in vera luce cognitionis & in ardore ſanctæ dilectionis operatur, & patitur. Propter quod dicitur *Pſ.* 18. In Sole poſuit tabernaculum tuum, in quo militat. Unde & *Apoc.* 12. dicitur mulier, ideſt, Eccleſia amicta Sole. Sequitur:

al. † autem.

laborat ſub Sole? *a* Generatio *b* præterit *c* & generatio d advenit: *e* terra † vero in *f* æternum ſtat. Oritur g Sol, & *h* occidit: *i* & ad locum ſuum k revertitur:

a Generatio præterit, &c.] Vox eſt concionantis, ideſt, ſententiantis. Ad litteram reſpicit hoc quod dictum eſt: Et omnia vanitas. Evaneſcit ergo omnis generatio ſua prætéritione; non ſolum hominum, ſed & animalium, & plantarum, & herbarum, & totius ornatus foliorum, florum & fructuum. *c* Et generatio advenit] ut ad modicum appareat, & tranſitu fugaciſſimo ſimiliter evaneſcat Et de hoc dicitur *Jacob.* 4. Quæ eſt vita veſtra? vapor eſt ad modicum parens, & deinceps exterminabitur. *Job* 14. Homo natus de muliere brevi vivens tempore, &c. qui quaſi flos egreditur, & conteritur, & fugit velut umbra. *e* Terra vero in æternum ſtat:] Contra *Eccli.* 16. Ecce cœlum & cœli cęlorum, abyſſus & univerſa terra, & quæ in eis ſunt in conſpectu ejus commovebuntur. Item *Matt.* 24. Cœlum & terra tranſibunt. Solut. Cœlum & terra tranſibunt quoad figuram, & manebunt quoad eſſentiam. Unde tranſitus eorum non eſt, niſi innovatio eorum. *Apoc.* 21. Ecce nova facio omnia, *Iſ.* 65. Ecce ego creo cęlos novos, & terram novam.

Myſtice. Myſtice. *a* Generatio Judęorum. *b* Præterit] velut umbra. *c* Et generatio] gentium. *d* Advenit,] ideſt, ad fidem venit. *e* Terra vero,] ideſt, Eccleſia. *f* In æternum ſtat] quia militans ad triumphantem tranſibit. Unde *Matt.* 6. Adveniat regnum tuum, ideſt, regnum veniat ad regnum. Et de hoc dicitur in *Pſ.* 92. Firmabit orbem terræ, qui non commovebitur.

Moraliter. Moraliter. *a* Generatio veteris hominis. *b* Præterit] quia tota eſt in declinatione & defectu. *c* Et generatio] novi hominis. *d* Advenit] quæ tota eſt ortus & innovatio. Unde 2. *Cor.* 4 Licet is, qui de foris eſt, noſter homo corrumpatur; tamen qui intus eſt, renovatur de die in diem. *e* Terra vero] liberi arbitrii, ideſt, anima. *f* In æternum ſtat] quæ veteris hominis generationem abeuntem ſuſtinet, & novi generationem advenientem in ſe excipit. Vel: *a* Generatio operum, laborum, tentationum, fatigationum. *b* Præterit] cum mundo prætereunte. Præterit enim figura hujus mundi, 1. *Cor* 7. *c* Et generatio] gloriæ, & æternorum gaudiorum, *d* Advenit] qui generationi bonorum operum ſuccedet generatio gloriæ. Et de his generationibus dicit Sapientia, *Eccli.* 24. Tranſite ad me omnes, qui concupiſcitis me, & a generationibus meis adimplemini.

g Oritur Sol, &c.] Hic applaudunt ſibi Phyſici, & Philoſophi naturales, volentes Salomonem habere auctorem de eo quod Sol motu ſuo recto diurno & nocturno, quo pene ad eumdem locum reverti nititur, unde in præcedenti die fuerat ortus, laborum humanorum Dux & Rector ſit; motum vero obliquum, quo dicitur gyrari per meridiem, & flecti ad Aquilonem, dicunt eſſe ducem, & auctorem generationis & corruptionis, qui motus annus eſt, quia eo annus menſuratur: Sed hoc ſi dicunt Salomonem ſenſiſſe, quare tacuit de ceteris ſtellis errantibus, ſive fixis, quæ ſecundum eos nec minora, nec minus mirabilia operantur? Nam ſi ſolus Sol iſta efficeret, cum motus ejus ſingulis annis omnino ſit ſecundum eumdem modum, neceſſario viciſſitudines temporum indifferentes eſſent, & æſtates, & hiemes ſemper eſſent æquales & unius modi; & generatio & corruptio in rebus hujus mundi inferioris fieret ſemper ſecundum unum modum, cujus contrarium manifeſte videmus. Sed quia iſta Philoſophia præter intentionem libri eſt omnino impertinens, ut patet inſpicienti libri initium & ſeriem & finem; quia pene in ſingulis verbis docere intendit, quod omnia iſta, quæ ſub Sole ſunt, vanitas ſunt, pertranſimus Juxta litteram igitur & intentionem auctoris verbum concionis eſt iſtud. *g* Oritur Sol] quando humanis ſe præſentat aſpectibus. *h* Et occidit] quando poſt ortum tendens ad occaſum ſe ſubducit humanis aſpectibus. *i* Et ad locum ſuum] unde prius ortus fuerat. k Revertitur] ſpatio noctis.

▲ Ibi renaſcens]

Gloſſ. exponit de curſu Solis annuo: Nam in vere, quod anni principium putatur ſingulis annis. *g* Oritur] nobis [Sol] cum ad populum noſtrum conſurgit poſt Æquinoctium vernale. Deinde *h* Occidit] quando poſt Æquinoctium autumnale ad inferiora deſcendit. *Secundum Gloſſ.*

▲ Gyrat per meridiem. *Myſtice.*

Myſtice. *g* Oritur Sol,] ideſt, Chriſtus de Virgine. *Num.* 24. Orietur ſtella ex Jacob, & conſurget virga de Iſrael. *Iſ.* 11. Egredietur virga de radice Jeſſe, & flos de radice ejus aſcendit. *h* Et occidit] in Cruce. Unde *Pſal.* 103. Sol cognovit occaſum ſuum. *i* Et ad locum ſuum,] ideſt, in cœlum empyreum, vel ad ſinum Patris. k Revertitur] in Aſcenſione. De hac reverſione dicitur *Luc.* 12. Et vos ſimiles hominibus expectantibus Dominum ſuum, quando revertatur a nuptiis. Item *eod.* 19. Homo quidam nobilis abiit in regionem longinquam accipere ſibi regnum & reverti.

▲ Ibique renaſcens, ideſt de cœlo *Aliter myſtice.*

Vel aliter. Myſtice. *g* Sol] Juſtitiæ, ideſt, Chriſtus. *g* Oritur] generationi, quæ advenit, ideſt, bonis per gratiam. *h* Et occidit] generationi, quæ præterit, ideſt, malis. *i* Et ad locum ſuum revertitur] qui intelligitur Eccleſia prædeſtinatorum. Unde *Ezech.* 44. Locus ſolii mei, & locus veſtigiorum pedum meorum, ubi habito in medio filiorum Iſrael in æternum. Quibuſcumque ergo Chriſtus oriatur per gratiam ne occidat in hac vita, ad prædeſtinatos revertitur, ut eos finaliter illuſtret per gratiam, & exeuntes de domo excipiat in gloria. Vel *g* Oritur] Sol juſtitiæ inferis, & occidit ſuperis, quando deſcendit ad inferos qui erant in limbo. Et tunc impleta eſt prophetia *Iſa.* 9. Habitantibus in regione umbræ mortis lux orta eſt eis. *i* Et ad locum ſuum revertitur,] ideſt, ad Patris ſolium, ſive ſinum erepta præda ſuorum. Vel *g* Oritur Sol] juſtitiæ Judęis utroque modo & ſpiritualiter, & ſecundum carnem. *h* Et occidit] ſimiliter utroque modo eis. *i* Et ad locum ſuum revertitur] In fine mundi, ideſt, ad Judæos. *Iſ.* 10. Si fuerit populus tuus Iſrael quaſi arena maris, reliqui convertentur ex eo.

▲ Ibique renaſcens, ideſt, iterum

Moraliter. *g* Oritur Sol] in Baptiſmo. *h* Et occidit] per peccatum. *i* Et ad locum ſuum revertitur] per pœnitentiam. *Moraliter.*

*Gyrat, ideſt, gyrare

Item aliter. *g* Oritur Sol] præſentis proſperitatis. *h* Et occidit,] ideſt, ſtatim ad occaſum tendit. Et hoc, ut nemo de ortu hujus Solis gaudeat, cui tam inevitabilis, tamque velox ſuccedit occaſus. Inſenſatus eſt igitur, qui Solem ſemper in ortu ſuo nititur detinere, & ab eo prohibere occaſum. Hic eſt qui proſperitatum ſemper nititur retinere, & adverſitatem omnimodam declinare. Hic vult facere miraculum ſicut *Joſue* 10. Sol, inquit, contra Gabaon ne movearis, & Luna contra vallem Hailon. Gabaon interpretatur vallis mœſtitiæ, vel proclivium iniquitatum, hoc eſt cor avari. Hailon interpretatur ubi erant urſi, vel ubi ſunt urſi, hoc eſt venter guloſi. Hic Sol oritur communiter bonis & malis. Unde *Matt.* 5 Orate pro perſequentibus & calumniantibus vos, ut ſitis filii Patris veſtri, qui in cœlis eſt, qui Solem ſuum oriri facit ſuper bonos & malos. Sequitur. *Aliter moraliter.*

i Et ad locum, &c.] Quis ſit locus divitiarum, ipſæmet oſtendunt ſuo pondere, dum toto impetu ima petunt, nobis nudis de mundo exeuntibus, in mundo remanent. In quo patet, quod mundi ſunt divitiæ, non noſtræ. Unde *inf.* 5. Sicut nudus egreſſus eſt de utero matris ſuæ, ſic revertetur, & nihil auferet ſecum de labore ſuo. Item exponitur de Sole adverſitatis. De quo *Pſal.* 18. In Sole poſuit tabernaculum ſuum.

Hic *g* Sol oritur Juſtis & injuſtis] ſed injuſti triſtes illum excipiunt: Juſti vero conſtanter, libenter, & lætanter. Unde Paulus 2. *Cor.* 11. Si gloriari oportet, quæ infirmitatis meæ ſunt gloriabor. Hic [Sol oritur] ſed ſtatim [occidit,] quia brevis eſt omnis adverſitas præſens, quæ pro Domino ſuſtinetur reſpectu præmii quod meretur, 2. *Cor.* 4 Id quod in præſenti eſt momentaneum & leve noſtræ tribulationis ſupra modum in ſublimitate æternum gloriæ pondus operatur in nobis. Si ergo doles de ortu Solis hujus, gaudeas de occaſu qui curſu velociſſimo ſequitur ortum, propter quod etiam dicitur torrens. *Pſal.* 109. De torrente in via bibit, &c. Sequitur. *Aliter.*

i Et ad locum ſuum revertitur.] Locus proprius hujus Solis eſt cœtus malorum. In electis enim locum non habet ad manendum; etſi aliquando tranſeat exurendo, ſi quid in eis purgandum erat: Sed in malis manſionem & domicilium proprium habet tranſiens ab electis, ibi in æternum manebit. *Iſa.* 28 Flagellum inundans cum tranſierit, ſcilicet, a bonis, eritis ei in conculcationem. Signanter autem dicit, inundans; nam cum boni flagellantur, ſive tribulantur quacumque tribulatione, proprium alveum exit aqua tribulationis, ideſt, malos.

Aliter. ▲ *a* Ibique renaſcens,] die altero. *b* Gyrat per meridiem,] in hyeme, ideſt, ad meridionalem plagam magis, quam in æſtate. *d* Et flectitur ad Aquilonem in æſtate. *e* Luſtrans univerſa,] ſigna Zodiaci: vel univerſa climata mundi. *f* In circuitu,] ideſt, in circulari peragratione, qua Zodiacum ſemel in anno peragrat. Circulari dico, ideſt, ſphærica: non enim circulum, ſed ſphęram, ſive ſpiram facit Sol in quolibet die. Vel.

ibique *a* renaſcens *b* gyrat per *c* meridiem, *d* & flectitur ad Aquilonem. *e* Luſtrans univerſa in *f* circuitu *g* pergit Spiritus: *h* & in circulos ſuos *i* revertitur. k Omnia flumina intrant in mare,

B *e* Luſtrans univerſa] in circuitu radios ſuos ubique ſpargendo; & ſic totum legitur de curſu Solis diurno.

g Pergit Spiritus, ideſt, Sol, quem vocat Salomon ſpiritum: quia animat, & vivificat, & inſpirat omnia, ut dicit *Hieronymus*.

h Et in circulos ſuos,] ideſt, per circulos, ideſt, per ſpiras ſuas.

i Revertitur, ad ortum ſuum.

Secundum Gloſs. ▲ *b* Gyrat per meridiem,] quando plus moratur in ſignis hyemalibus.

d Et flectitur ad Aquilonem,] quando plus moratur in ſignis æſtivalibus, quæ viciniora ſunt boreali polo. *e* Luſtrans univerſa in circuitu,] quia omnes partes mundi per ſigna ſua currens attingit. In Cancro enim oriens & occidens tangit Aquilonem: in Capricorno meridiem: in Libra & Ariete, orientem & occidentem attingit. Vel ſic punctatio fiat.

e Luſtrans univerſa in circuitu pergit Spiritus,] ideſt, Sol. Pro quo Simmachus poſuit: perambulans vadit ventus: nomine venti Solem accipiens pro velocitate & rapiditate motus. Quia vero Sol hic ſpiritus nominatur: applaudunt ſibi quidam, qui dicunt Solem & cœlos & omnes ſtellas ſpiritus eſſe: non dico habere ſpiritum. Lumen vero, quod ex eis procedit, dicunt figuram corporalem in eis oſtendere, quam tamen omnino non habent. Alii vero de hoc modeſtius ſentientes, nomine ſpiritus non ipſum Solem, ſed ſpiritum præſidentem ipſi Soli intelligunt, quod notat quædam *Gloſſ. Hieron.* quæ incipit: Vadit ad Auſtrum, & gyrat ad Aquilonem.

Hunc ſpiritum aliqui Philoſophi animam mundi: alii animam angelicam nominaverunt. Magiſter Hugo de S. Victore: nomine Solis ignem; nomine venti aerem dicit poſſe intelligi: qui orbiculariter motus, luſtrat univerſa; quia ſordes ubique aſperſas ſua mobilitate purgat & diſſipat, & ſua ſubtilitate cuncta penetrat. Quia autem dicitur pluraliter.

h Et in circulos ſuos revertitur,] demonſtrat, quod motus aeris non ſemper ubique idem eſt: ſed alibi vehementius, alibi moderatius agitatur; cujus fluctuatio verſa vice in ſeipſum refunditur: ideoque diſſimiliter movetur: nec uniformiter conquieſcit. Poſſumus etiam accipere non incongrue per ſpiritum quamdam vim igneam, quæ a Sole procedit, & per cuncta ſe diffundit. Unde veteres dixerunt naturam eſſe ignem artificem in res ſenſibiles procreandas. Vel nomine ſpiritus accipitur ſecundum veritatem quædam occulta vis naturæ: quæ omnia inviſibiliter nutrit, ac vegetat, & unumquodque ad certum finem, legitimumque perducit: ſecundum quod dicitur natura vis rebus inſita, ex ſimilibus procreans ſimilia. Hic

g Spiritus pergit,] in naſcentibus egrediens; in creſcentibus uſque ad certam menſuram procedens.

i Revertitur,] in ſeneſcentibus; quibus perfectum naturæ retro labentibus uſque ad originis ſui principium revocatur. Hujuſmodi progreſſiones ſingularum rerum accipiunt per circulos, & ideo dicitur pluraliter circulos: quia unumquodque ſecundum propriam menſuram majorem vel minorem excurſum habere probatur. Quod igitur ignis in corpore Solis localiter agit, oriendo, occidendo, & revertendo: hoc in ſingulis temporaliter naſcentibus agit naturaliter. *Hieron.* dicit: Ducit ſe Sol. *Aquila*, aſpirat Sol. *Summachus* & *Theodotion*, recurrit Sol.

Revertitur enim ad locum ſuum: & unde prius egreſſus fuerat, aſpirat. In quo myſtice demonſtratur mundi interitus. Quotidianus enim ortus & occaſus Solis quid aliud, quam mundi interitus eſt? Quia autem per occultas vias oritur, & occidit: quid aliud demonſtrat, niſi quod humana vita labitur, dum neſcitur. Unde *Pſal.* 72. Ego ad nihilum redactus ſum, & neſcivi.

Myſtice. ▲ *a* Ibique renaſcens,] ideſt, de cœlo ad judicium rediens.

b Gyrat per meridiem,] ideſt, conſiderat bonos & opera eorum, qui nomine meridiei intelliguntur, propter ſplendorem & calorem virtutum, quibus calent & ſplendent. *Cant.* 1. Indica mihi, ubi cubes, ubi paſcas in meridie, ideſt, in bonis.

d Et flectitur ad Aquilonem,] ideſt, conſiderat malos & opera eorum, qui per Aquilonem intelliguntur propter frigus malitiæ, quo curvantur inferius ad terrena. *Pſ.* 10. Dominus conſiderat juſtum & impium: ecce meridiem & Aquilonem reſpicit.

e Luſtrans univerſa in circuitu pergit Spiritus,] Spiritus in die Pentecoſtes replevit Diſcipulos, mittens eos in univerſum orbem. *Johel.* 2. Effundam de Spiritu meo ſuper omnem carnem. [Vel luſtrans univerſa in circuitu pergit ſpiritus,] Dei: quia nihil eſt ei incognitum: ſed omnia perſcrutatur. *Prov.* 15. In omni loco oculi Domini contemplantur bonos & malos. *Eccli.* 23. Oculi Domini multo lucidiores ſunt ſuper Solem circumſpicientes omnes vias hominum & profundum abyſſi: & hominum corda intuentes in abſconditas partes.

h Et in circulos ſuos revertitur,] ideſt, in Sanctos: Ad quos revertens per gratiam facit eos circulariter moveri a ſe in ſe, ideſt, a Deo in Deum, ipſe eſt enim alpha & omega. Dicuntur igitur Sancti circuli: quia moventur circulariter a Deo in Deum: quorum centrum eſt Chriſtus, a quo procedunt lineæ ad circumferentiam Eccleſiæ. *Apoc.* 1.

▲ *a* Ibique renaſcens,] ideſt, iterum naſcens ſpiritualiter.

Aliter Myſtice. *b* Gyrat per meridiem,] ideſt Judæos, eos illuſtrans pariter, & inflammans, & per eos alios. Unde *Eccl* 43. Sol in meridiano exurit terram.

d Et flectitur ad Aquilonem,] ideſt, ad gentes frigidas frigore infidelitatis. Et quia non erat miſſus Chriſtus, niſi ad oves, quæ perierant, domus Iſrael: ut dicitur *Matth.* 15. merito flecti dicitur ad Aquilonem. Et hoc eſt, quod dicitur *Jerem.* 14. Quare quaſi colonus futurus es in terra, & quaſi viator declinans ad manendum? Ideo ponitur lumen in Miſſa in ſiniſtra parte. *e* Luſtrans univerſa in circuitu pergit Spiritus,] Chriſti in ſuis, ſcilicet, quia in omnem terram exivit ſonus eorum. *Pſal.* 18. *h* Et in circulos ſuos revertitur,] ideſt, ad Judæos, a quibus exierat. Et hoc ſignificat translatio libri in Miſſa, qui de dextera fertur in ſiniſtram. Et iterum in fine Miſſæ refertur ad dextram.

* *b* Gyrat,] ideſt, gyrare facit: *c.* Per meridiem,] id eſt, per bona opera, vel per futurorum gaudiorum conſiderationem.

d Flectitur ad Aquilonem,] per adverſorum tolerantiam, vel æternorum ſuppliciorum conſiderationem.

Moraliter. *e* Luſtrans univerſa in circuitu pergit Spiritus,] quia utrobique Chriſtus illuminat, & pergere facit de virtute in virtutem. *h* Et in circulos ſuos revertitur,] ideſt, reverti facit Sanctos ſuos de ſe ad ſe: de ſe juſto, ad ſe miſericordem; de ſe principio, ad ſe finem.

k Omnia flumina &c.] Juxta litteram ſupra oſtendit Salomon mutabilitatem ignis, & aeris, ſic oſtendit mutabilitatem aquæ, quæ quaſi circulariter movetur. Et confirmatur hoc ſententia *Ariſt. in lib. de cælo & mundo*, ubi dicit, quod abyſſus ſedes magna eſt, & locus proprius aquarum, & inde per multas excolationes oriuntur omnes fontes & flumina. Et dicunt Philoſophi aquas dulces, quæ mari influunt, vel ardore Solis conſumi, vel ſalſuginis maris pabula eſſe. Sed Eccleſiaſtes noſter dicit eas per occultas terræ venas ad capita fontium regredi, & de matrice abyſſo in ſua ſemper ebullire principia, & in venis terræ deponere amaritudinem. Eſt autem hæc aquarum circularis mutatio, non a cœleſtibus corporibus, ſed a natura maris magni, licet fluxus & refluxus temporalis ſit, vel attribuatur lunationi, ut dicit *Lucanus*. Et hoc eſt, quod dicit. k Omnia flumina intrant in mare,] quaſi in matricem omnium aquarum,

▲ Et mare non redundat,]

Myſtice. Myſtice. k Omnia flumina, &c.] per flumina ſignificatur genus humanum, quod in morte velut in mare fluit. Unde 2. *Regum* 14. Dixit mulier Thecuites: Omnes morimur, & quaſi aquæ delabimur in terram, quæ non revertuntur. *Job* 14.

Quomodo ſi recedant aquæ de mari, & fluvius vacuefactus areſcat; ſic homo, cum dormierit. Hæc autem

k Flumina intrant in mare,] ideſt, mortis amaritudinem.

❸ Et mare non redundat.

k Omnia flumina intrant in mare.] Per mare intelligitur ſacra Scriptura, ſive ſcientia: in qua flumina omnium doctrinarum, vel ſcientiarum intrantium abſor-

▲ bentur

a Et mare non redundat,] ideſt, non creſcit inde, quia quantum ex parte una deorſum fluit in mare, tantum ex altera parte per occultos meatus revocatur ad ortum. *b* Ad locum unde exeunt, flumina revertuntur,] ideſt, ad mare, vel ad capita fontium. *d* Ut iterum fluant] in mare.

a & mare non redundat, Ad *b* locum, unde exeunt flumina, *c* revertuntur, ut *d* iterum fluant. *e* Cunctæ res *f* difficiles: *g* non poteſt homo eas explicare ſermone. *h* Non † ſatiatur oculus viſu, *i* nec auris impletur

Myſtice. Θ *a* Et mare non redundat,] ideſt, non ſatiatur mors, quouſque omnes mortui fuerint, & tunc ipſa mors morietur. 1. *Cor.* 15. Oportet illum regnare, donec ponat omnes inimicos ſub pedibus ſuis, noviſſima autem inimica deſtruetur mors. *Oſee* 13. Ero mors tua, o mors; morſus tuus ero inferne. *b* Ad locum, unde exeunt,] ideſt, ad terram. *Vel † ſummatur.*

c Revertuntur] in morte. *Gen.* 3. In ſudore vultus tui veſceris pane tuo, donec revertaris in terram, de qua ſumptus es; quia pulvis es, & in pulverem reverteris: *d* ut iterum fluant] de morte ad vitam iterum redeant in generali reſurrectione.

Aliter. ▲ bentur, ſicut luce Solis abſorbentur lumina cæterarum ſtellarum. Unde *Pſal.* 140. Abſorpti ſunt juncti petræ Judices eorum. Quod autem nomine maris ſacra Scriptura, ſive *Aliter.* ſcientia intelligatur, dicitur expreſſe *Iſa.* 11. Repleta eſt terra ſcientia Domini, ſicut aqua maris operientis. Alio modo intelligitur per mare Virgo Maria: Unde & Maria amarum mare interpretatur: in qua omnia flumina gratiarum, & donorum ſpiritualium intraverunt cum ipſo fonte. *Luc.* Spiritus ſanctus, inquit ei Angelus, ſuperveniet in te, & virtus Altiſſimi obumbrabit tibi. Et tamen non redundavit Maria, ideſt, non intumuit per ſuperbiam neque revomuit per jactantiam, ſed infra alveum humilitatis ſuæ omnia receptavit & ſervavit: Ecce, inquit, ancilla Domini, &c. Ipſa eſt aquæductus, per quem fons irrigans Paradiſum in- *Aliter.* fluit civitati Bethuliæ: *Judith* 7. ideſt, toti Eccleſiæ. Et hoc eſt, quod ipſamet dicit *Eccl.* 24. Ego quaſi fluvius Dorix, & ſicut aquæductus exivi de Paradiſo: dixi, rigabo hortum plantationum. Item per mare intelligitur cœtus impiorum. Unde *Iſa.* 57. Impii quaſi mare fervens, quod quieſcere non poteſt. In hoc mare intrant omnia flumina divitiarum temporalium, divitiarum carnalium, & vanitatum honorum, & tamen non redundat, ſed amplius ſitit, ſicut creſcit ardor *Aliter.* ignis creſcentibus lignis. Unde *Prov.* 27. Infernus & perditio nunquam replentur; ſimiliter & oculi hominum inſatiabiles. *Eodem* 30. Tria ſunt inſatiabilia; & quartum, quod nunquam dicit, ſufficit. Tale mare non fuit *Job.* Unde dicit 7. Nunquid mare ſum ego aut cetus, quia circumdediſti me carcere? Item mare mundus eſt, qui tumeſcit in ſuperbis, ſpumat in luxurioſis, omnes aquas recipit, nec redundat in avaris. Flumina ſunt Doctores & Prædicatores, qui totum mundum influunt, & irrigant pluvia ſanctæ prædicationis. De quibus *Pſal.* 92. dicit: Elevaverunt flumina, Domine, elevaverunt flumina vocem ſuam. Hæc flumina, intrant in mare,] ideſt, mundum ad irrigandum, & fecundandum. Unde *Abac.* 3. Viam feciſti in mari equis tuis, ideſt, Prædicatoribus *a* Et mare, &c.] i mundus non proficit ex doctrina; ſed flumina ipſa in maris amaritudinem convertuntur, maxime per avaritiam. *Jer.* 6. A minore uſque ad majorem omnes avaritiæ ſtudent, & a Propheta uſque ad Sacerdotem omnes faciunt dolum. *b* Ad locum, unde exeunt, flumina revertuntur,] ideſt, ad ſanctum otium contemplationis, ubi implentur, ubi hauriunt, quod poſtea prædicando effundunt, redeunt Prædicatores impleto officio prædicationis, alioquin cito ſiccantur, ſicut alveus ſine fonte. Unde *Act.* 1. dixit Dominus Diſcipulis ſuis: Accipietis virtutem ex alto in vos, & eritis mihi teſtes in Jeruſalem vel [Ad locum, unde exeunt, flumina revertuntur,] ideſt ad ſacram Scripturam, quæ eſt abyſſus aquarum, unde vim fluendi, & teſtimonia accipiunt, ut credatur eis. Sicut dixit *Hier.* Non credat aliquis meis litteris, niſi quicquid dixero, per vetus, aut novum Teſtamentum probavero. De hoc dicitur *Job* 28. Habet argentum venarum ſuarum principia. Vel locus, unde exeunt flumina doctrinarum & gratiarum Deus eſt. *Eccl.* 1. Omnis Sapientia a Domino Deo eſt. Ad hunc locum revertuntur flumina. *d* Ut iterum fluant] cum Prædicatores & Doctores de profectu doctrinæ, vel prædicationis ſuæ gratias Deo agunt, & ei totum attribuunt, ſibi nihil, dicentes, ſervi inutiles ſumus: quod debuimus facere, fecimus. *Luc.* 17. Hoc eſt, quod dicit Dominus ad *Job* 38. Nunquid mittes fulgura, & ibunt, & revertentia dicent tibi: adſumus? Hoc impletum eſt *Luc.* 10. Reverſi ſunt ſeptuagintaduo cum gaudio dicentes: Domine, etiam dæmonia ſubjiciuntur nobis in nomine tuo. Omnes iſtæ mutationes rerum viſibilium, quæ dictæ ſunt literaliter, & ſpiritualiter; expreſſe notantur *Eccl.* 14. ubi dicitur: Alia generantur & alia dejiciuntur, ſic generatio carnis, & ſanguinis, alia finitur, & alia naſcitur. Ecce quod hic dicitur: Generatio præterit, & generatio advenit. Et poſtea quaſi ponens myſterium ſubdit *Eccl.* 14. Omne opus corruptibile in fine deficiet; & qui illud operatur, ibit cum illo: & omne opus electum juſtificabitur; & qui illud operatur, honorabitur in illo. Item *Eccl.* 40. Omnia, quæ de terra ſunt in terram revertentur, & aquæ omnes in mare convertuntur. Et hoc eſt, quod hic dicitur: Omnia flumina intrant in mare, &c. Cunctæ res, &c.] Mutabilitatem omnium in tribus rerum principiis, ideſt, igne ſive Sole, aqua & aere, ſecundum motum moventem ſupra explicuit Eccleſiaſtes; nunc autem quam inexplicabilis ſit eadem mutabilitas, ſecundum motum, qui movetur per ſingula quæque orientia & occidentia in univerſitate oſtendit, dicens: *e* Cunctæ res,] ideſt, rerum cauſæ & naturæ. *f* Difficiles] ad intelligendum, ad explicandum, quia nec numerari multitudine, nec comprehendi quantitate, nec inveſtigari poſſunt profunditate. *g* Non poteſt homo eas explicare ſermone] aliis plene, ſcilicet quia ſenſus humanus ita involutus eſt tenebris, quod vix pauca etiam ſecundum ſuperficiem attingere poteſt, qui etiamſi omnia, ideſt, ſingula ſecundum exteriorem ſpeciem cerneret, vim latentem, & naturam inviſibilem rerum nullatenus penetraret. Rerum enim quædam ad ſenſum hominis veniunt ſecundum ſpeciem exteriorem tantum; aliæ penitus abſconduntur, vel quia loco remotæ ſunt, vel quia præſentes ſubtilitate ſua ſenſum humanum excedunt: Univerſitas autem rerum hujuſmodi omnino incomprehenſibilis eſt, & ſecundum exteriorem ſpeciem & ſecundum interiorem qualitatem. In hac autem mutabilitatis confuſione magis difficile, & quaſi ineffabile videtur, quod ſingulorum corruptio eſt ipſius univerſi pulchritudo. Unde ſenſus humanus iſta conſiderans, & in corruptione ſingulorum triſtatur, & in ordinatiſſima pulchritudine univerſitatis delectatur: Miro ineffabili modo Conditor in creatura ſua ſimul & per corruptionem ſingulorum affligere malitiam, & per pulchritudinem univerſi delectam naturam: & hoc totum facit, ut cognoſcat homo afflictione ſua, quid per culpam meruit; & in delectatione, quid amiſerit. Quod præmiſſum eſt, pertinet ad afflictionem malitiæ; quod ſequitur ad delectationem naturæ.

Prover. 17. *Eccl.* 14.

h Non ſatiatur oculus viſu,] tam interior, quam exterior oculus, admirans pulchritudinem univerſi per ſe videns. *i* Nec auris impletur auditu] ab alio ſuſcipiens. Vel ideo [non ſatiatur oculus viſu, nec auris impletur auditu] quia per hos ſenſus rerum viſibilium pulchritudo mira jucunditate animum interius afficit, & ſui contemplatione inenarrabilem quamdam inviſibilium bonorum concupiſcentiam in eo accendit. Vel ideo [non ſatiatur oculus viſu] quia mens humano intellectu mundum non ſufficit capere, & tamen deſiderat, quia omnes homines natura ſcire deſiderant. [Nec auris impletur auditu,] quia affectus hominis majus quid quam ſit mundus, deſiderat: capax enim Dei eſt, nec minus ei ſufficit; Unde miro modo nec cor humanum toti mundo ſufficit, nec totus mundus cordi humano: Intellectus enim ſuccumbit in cognoſcendo, ſed affectus tranſcendit in deſiderando. Tendat ſe intellectus, quantum poterit; nec totum capere poteſt. Quare hoc? Quia cunctæ res difficiles. Amor vero totum haurit; & adhuc ſatiari non poteſt. Quare hoc? Quia intellectum ſupereminet affectus, nec quieſcit, donec ad illum pervenit, a quo factus eſt, ut eſſet; & ad quod factus eſt, ut eſſet; & ad quod factus eſt, ut in illo beatus eſſet. Vel aliter. Quia prædixerat Salomon [Cunctæ res difficiles, & non poteſt homo eas explicare ſermone] poſſet homo credere, quod cognitione ad minus poſſet eas comprehendere; ideo adjunxit Salomon: [Non ſatiatur oculus viſu, nec auris impletur auditu] quaſi dicat, non ſolum non poteſt homo eas explicare ſermone, ſed nec ſenſu capere, vel inveſtigare: Nam ſi per ſe contemplari incipiat, non ſatiatur oculus viſu, ſed erudiri ab alio quærit; nec impletur auris auditu. Sunt autem difficiles cunctæ res triplici intellectu, quo res conſiderantur a nobis. Primus intellectus eſt, quo Trinitatem nobis quodammodo pingunt, & inſinuant, & loquuntur velut quædam verba: Materia enim ſua, Patrem loquuntur: Specie ſive Forma Filium: Complexu vero materiæ & formæ, Spiritum ſanctum, qui eſt nexus ineffabilis, & complexio Patris & Filii. Et propter hoc res dicuntur veſtigia Dei. *Job.* 11. Forſitan veſtigia Dei comprehendes. Et *Aug. in lib. de lib. arb.* vocat eas nutus Dei. Væ, inquit, illi,

Triplex intellectus.

qui diligit nutus tuos pro te. Secundus intellectus eſt, qui loquuntur nobis, non nobis, non perſonas proprie, ſed appropriata perſonis, ideſt, Potentiam, Sapientiam, benignitatem. Nam per magnitudinem loquuntur Potentiam, quæ Patri appropriatur: Per pulchritudinem Sapientiam, quæ Filio: Per utilitatem loquatur bonitatem, quæ Spiritui Sancto appropriatur. Et de hoc dicitur *Rom* 1. Inviſibilia Dei, &c. Item *Sap.* 13. A magnitudine ſpeciei & creaturæ, poterit Creator horum cognoſcibiliter videri. Tertius intellectus eſt, quo nobis innuunt, quid faciendum; ſicut formica docet nos providentiam, ut patet *Prov.* 6. 1.: Vade ad formicam, o piger, & diſce Sapientiam. Ideo dicitur *Eccl.* 1. de Deo, quod effudit Sapientiam ſuam ſuper omnia opera ſua. Unde *Job* 12. Interroga jumenta, & docebunt te: volatilia cœli, & indicabunt tibi: loquere terræ, & reſpondebit tibi. Nullum eſt animal, imo nulla pars animalis, nulla omnino creatura viſibilis, a qua non poſſimus aliquid haurire Sapientię ſalutaris.

De pro d. a. e. in domo tibi, facit Deus. — *al. † futurum.* — *al. † fiendum.* — *al. † præceſſerant.* — C

auditu. *a* Quid eſt, quod fuit? Ipſum, quod futurum eſt. *b* Quid eſt, quod † factum eſt? Ipſum, quod † faciendum eſt. Nihil *c* ſub Sole novum, *d* nec valet quiſquam dicere, ecce hoc recens eſt. Jam enim † præceſſit in ſæculis, quæ fuerunt ante nos. *e* Non eſt priorum memoria; *f* ſed nec eorum quidem, quæ poſtea futura ſunt, erit recordatio apud eos qui futuri ſunt in noviſſimo.

Sed movet aliquos, quare Eccleſiaſtes de auditu & viſu potius, quam de aliis tribus ſenſibus ſic loquitur. Ad quod dici poteſt, quod viſus & auditus ſunt excellentiores aliis ſenſibus, & plus conferunt diſciplinæ, unde & ſublimiorem ſedem in corpore ſortiti ſunt: Et ſicut aure verbum hominis percipitur, ſic oculo verbum Creatoris, quod verbum eſt quælibet creatura viſibilis, per quam nobis loquitur inceſſanter. Ideo competenter oculi in corpore humano ante faciem poſiti ſunt, & aures a latere collocatæ; quaſi per hoc nobis dicatur, quod intentio noſtra principaliter debet dirigi in Deum, ſecundario in proximum. Ad compeſcendam igitur aviditatem, & temeritatem curioſæ perſcrutationis creaturarum, quæ nec intellectum ſatiant, nec affectum quietant, quia vanitas ſunt, dixit Eccleſiaſtes. [Cunctæ res difficiles, &c.] Oculus enim mentis creatus eſt fameliсus, & capax primæ veritatis, & ideo nulla creata veritas replet illum. Et auris mentis ſimiliter, quod idem eſt, quod oculus, ſed oculus dicitur in propria ſpeculatione, auris in aliena eruditione: non impletur alia veritate, quam prima. Unde *Tullius*. Pabulum & cibus ingeniorum, & animorum eſt contemplatio, conſideratioque naturæ ſempiternæ. Sequitur. *a* Quid eſt, quod fuit? Ipſum, quod futurum eſt. Quid eſt, quod factum eſt? Ipſum, quod faciendum eſt. *c* Nihil ſub Sole novum.] Hic videtur Salomon errorem Gentilium confirmare, qui poſuerunt mundum æternum, & ex motu circulari cœlorum circularem eſſe generationem, & corruptionem inferiorum, & ideo æternum. Dicunt enim, quod expleto magno anno, qui annus apud eos vertens dicitur, continens annos ſolares triginta ſex millia, erunt omnes Stellæ, & omnes Planetæ in initio ſuorum motuum, & eoſdem effectus revolutionum ſuarum in res inferiores deſcendere, & ideo omnia eadem redire, ſcilicet eumdem Adam, eamdem Evam, & ſic de aliis: Talemque revolutionem omnium, ac recreationem ſemper ſine principio fuiſſe, & ſemper in idipſum futuram ſine fine aſſirmant. Origen. aliam cauſam aſſignat iſtius revolutionis, ac reditus: quæ tamen omnia, quaſi falſa, & aliena a fidei veritate, tranſimus. Unde poteſt dici, quod hoc verbum, [quid eſt, quod fuit, &c.] concionatorium eſt, & nihil habet aſſertionis; vel pertinet ad illud, quod dicitur *Gen.* 2. Requievit Deus ab omni opere, quod patrarat, ideſt, a creatione novarum ſpecierum ac generum; non a gubernatione: Nam ſcriptum eſt: Pater meus uſque modo operatur, & ego operor, *Job* 5. Quod ergo dicitur: *c* Nihil ſub Sole novum, &c. referendum eſt ad rerum ſimilitudinem, quę in ſuis generibus ſic inſtitutę ſunt a principio, ut unumquodque ſecundum ſimilitudinem ſuæ propriæ originis propaginem extendat, nec terminum ejus excedat. Singula igitur in ſemetipſis per immutabilitatem ſtare non poſſunt, tamen in genere ſuo per ſimilitudinem ſtatum ſuum cuſtodiunt. Et hoc eſt, quod dicitur. *a* Quid eſt, quod fuit? Ipſum, &c.] in ſpecie non in ſe, ut mortuus, & homo naſciturus, quorum eadem natura, non eadem ſubſtantia. *b* Quid eſt, quod factum eſt,] a Deo, vel ab homine, vel a natura? [Ipſum, quod faciendum eſt,] in ſimilitudine generis, non idoneitate ſubſtantiæ. *c* Nihil ſub Sole novum,] non tamen æternum. Æternum quippe non eſt, quia in ſeipſo præterit. Novum iterum non eſt, quia in ſimilitudine ſui generis jam præceſſit, vel in Dei præſcientia, ut dicit quædam *Gl.* *d* Nec valet quiſquam dicere,] vere, [ecce hoc recens eſt: Jam enim præceſſit in ſæculis, quæ fuerunt ante nos,] ſimilitudine generis; quia ſeptima die requievit Dominus ab omni opere, quod patrarat, ideſt, a creatione novæ ſpeciei: vel in præſcientia Dei, ubi jam ſunt facta, quæ futura ſunt in natura. Hic percutit Salomon illos; qui de factis ſuis, aut dictis, aut inventis quaſi novis & inauditis gloriantur, cum nihil novum laudabile cogitari, vel dici poſſit, quod non jam diu ante vel factum, vel dictum fuerit, vel inventum. Contra hoc objicitur de miraculis, quæ quotidie nova fiunt, quæ nunquam facta fuerunt. Ad hoc dicit *Jerem.* quod facta fuerunt in præſcientia Dei. Vel poteſt dici, quod ſi non eadem, tamen ſimilia in genere facta fuerunt. *e* Non eſt priorum, &c.] apud eos, qui modo ſunt. *f* Sed nec eorum, &c.] quaſi dicat, ita tranſeunt omnia, ut nec memoria eorum maneat. Vaniſſime ergo laboratur in his. *Sap.* 15 Tranſierunt omnia illa, tanquam umbra, & tanquam nuncius præcurrens, & tanquam navis, quæ pertranſit fluctuantem aquam: cujus cum præterierit, non eſt veſtigium invenire. *Jer.* Sicut præterita apud nos abſcondit oblivio: ſic quæ nunc fiunt, hi, qui futuri ſunt, ſcire non poterunt. Hic percutiuntur illi, qui nomen & gloriam ſuam extendere conantur in poſteros. De quibus *Pſ.* 48. Vocaverunt nomina ſua in terris ſuis, ſed periit memoria eorum cum ſonitu. *Jer.* Eſtne verbum, de quo dicatur *Pſ.* 9. Vide hoc novum eſt? Jam enim fuit in ſæculis, quæ fuerunt ante nos. Symmachus apertius dicit: Putaſne eſt, qui poſſit dicere: Vide hoc novum eſt? Jam enim factum eſt in ſæculo, quod fuit ante nos. Vel ideo dicitur, quod priorum, & futurorum non eſt memoria, ſed tantum præſentium, quia quæ ante mundi conſtitutionem fuerunt, & poſt mundi finem futura ſunt, nobis velata ſunt: ſed quæ a principio mundi uſque ad finem facta ſunt, illa nobis nota ſunt. Quod figuratum eſt *Iſ.* 6. In duobus Seraphin, qui duabus alis velabant caput Domini, & duabus pedes, duabus volabant, media relinquentes nuda. *Hier.* ponit aliam litteram juxta Septuaginta.

Gen. 2.

e Non eſt memoria primis, & quidem noviſſimis, qui futuri ſunt, non erit eis memoria cum his, qui futuri ſunt in noviſſimo,] quæ ſic exponitur ad litteram: Non eſt memoria primis, ideſt, Anteceſſoribus noſtris, de his, ſupple, quæ præceſſerunt eos: & quidem noviſſimis, qui futuri ſunt in noviſſimo, ideſt, ſicut nec illis, qui erunt in noviſſimo.

Moraliter. Moraliter. *e* Non eſt memoria primis,] in gloria hujus mundi, ideſt, amantibus hic primatum gloriæ ſæcularis, non eſt memoria de gloria, quam habuerunt. [Et quidem noviſſimis, qui futuri ſunt,] ideſt, abjectiſſimis, hi, qui ſe noviſſimos reputant, & a mundo ſimiliter noviſſimi reputantur. [Non erit memoria cum his, qui futuri ſunt in noviſſimo,] ideſt, in inferno. Et hoc eſt, quod legitur *Matth.* 20. Erunt primi noviſſimi, & noviſſimi primi, ideſt, qui modo ſunt in gloria mundi, erunt in inferno noviſſimi: & qui modo noviſſimi ſunt in mundo, erunt primi in gloria Dei. Et quanto aliquis abjectior eſt hic, tanto glorioſior erit in futuro. Unde David dixit ad *Michol* 2. *Reg.* 6. Vivit Dominus, quia ludam ante Dominum, ludam, & vilior ſiam, plus quam factus ſum, & ero humilis in oculis meis, & cum ancillis, de quibus locuta es, glorioſior apparebo. Neceſſe eſt enim, ut qui ſe humiliat, exaltetur. *Luc.* 14. Et qui magis ſe humiliat, magis exaltetur. Eſt enim humilitas ſons, qui tantum aſcendit, a quam alto deſcendit. E converſo ſuperbia tantum deſcendit a quam alto venit. Poſſunt autem hæc omnia ſubtilius exponi ad litteram ab illo loco. *a* Quid eſt, quod fuit &c.] ut iſtum tranſitum rerum reddat Salomon pro cauſa, quare non ſatiatur oculus viſu, nec auris auditu. Species enim rerum tranſitoriarum per ſenſum advenientes concupiſcentiam excitant; ſed cito fugientes deſiderium fraudant, quia non ſolum a præſentia, ſed etiam a memoria labuntur, Sed cum Salomon intendat hic perſuadere contemptum præſentium, quare non commemorat præſentia, ſed tantum præterita & futura? Non quærit: Quid fuit, quod eſt; vel quid erit, quod eſt: ſed [quid eſt quod fuit?] Et reſpondet. [Ipſum, quod futurum eſt,] Et poſtea replicat eamdem quæſtionem. [Quid eſt, quod factum eſt?] Et reſpondet: [Ipſum, quod faciendum eſt,] non dicit ipſum, quod eſt. Ad hoc dicendum eſt, quod ideo taceat præſentia, ut illa ſola non eſſe oſtendat, quæ ſola eſſe videntur, ideſt præſentia, quæ vera conſideratione non ſunt; quia dum incipiunt eſſe ex eo † quod dum eſt, ſtatim deſinunt eſſe in id, quod jam non eſt; & ita pene nihil

al. † quod nondum.

ſunt

ſunt. Propter hoc non interrogat Salomon: Quid fuit, quod eſt; ſed [quid eſt, quod fuit,] quaſi dicat, ex præteritorum conſideratione perpendite, quid debeatis de ſupervenientibus expectare. Quod autem dicit, [quod fuit,] refertur ad res, quod vero dicit [quod factum eſt] refertur ad actiones.

a Ego Eccleſiaſtes *b* fui Rex † Iſrael in Jeruſalem, *c* & propoſui in animo meo *d* quærere *e* & inveſtigare *f* ſapienter de *g* omnibus, que † ſunt ſub Sole. *h* Hanc occupationem peſſimam *i* dedit Deus filiis hominum ut *k* occuparentur in ea. *l* Vidi *m* quæ fiunt cuncta ſub Sole, *n* & ecce univerſa vanitas, & afflictio ſpiritus. a Perverſi difficile corriguntur, & ſtultorum infinitus eſt nu-

al. † non habent Iſrael.

al. † ſunt.

D

a Ego Eccleſiaſtes.] Hucuſque Salomon de rerum vanitate diſputavit generaliter, brevi ſermone tam multa complexus, ut mirandum ſit, quo pacto totum de ſingulis, & totum de toto ita bene dixerit, ut ad brevitatem nihil minus; ad evidentiam nihil amplius dicendum videatur: Sed hoc facit Sapientia, quæ in toto tota eſt, & in ſingulis tota, nec in ſingulis tota contrahitur, nec in toto tota dilatatur: Eſt enim unitas quæ minor eſſe non poteſt: eſt etiam immenſitas, quæ major eſſe non poteſt. Ob hoc autem Sapientia in tam brevi ſermone totam univerſitatis effigiem expreſſit, ut in parvo magnum videamus, quod totum in toto videre non poſſumus. Recte ergo poſtquam docuit, qualia ſunt quæ nobiſcum facta ſunt, tranſit, ut doceat nos, quid ſentire, vel expectare debeamus de his, quæ a nobis ſiunt. Salomon autem ſeipſum in exemplum omnium, quę dicturus eſt, proponit, aſſerens ſe cuncta, quæ dicit experimento didiciſſe, ac probaſſe ita eſſe. Perſonam vero ſuam ideo talem proponit, ut non incredibile videatur alicui omnium eorum, quæ dicit, eum experimentum habere potuiſſe. Unde primo, oſtendit poteſtatem & dignitatem ſuam, ubi dicit: [Ego Eccleſiaſtes fui Rex in Jeruſalem.] Sapientiam quoque ſuam oſtendit, ubi dicit: [Ecce magnus effectus ſum & præceſſi omnes Sapientia, &c.] Divitias etiam ſuas oſtendit, ubi dicit *inf.* 2. Magnificavi opera mea, & ædificavi mihi domos, & plantavi vineas, &c. Poſtea luxum & voluptatem ſuam oſtendit, cum adjungit: Feci mihi cantatores & cantatrices, & delicias filiorum hominum, *inf.* 2. In his omnibus experimentum ſe habuiſſe teſtatur, & nihil in eis, niſi afflictionem ſpiritus inveniſſe, & ſuperfluam vanitatem, quæ gradatim aſcendit, & ſemper in pejus proficit: Nam in his prima vanitatis origo reperitur curioſitas, deinde cupiditas, poſtremo voluptas. Prima pertinet ad concupiſcentiam oculorum. Secunda ad ambitionem ſæculi. Tertia ad concupiſcentiam carnis. Per quos gradus vanitatis mens humana defluit a veritate: A quo defluxu Eccleſiaſtes volens nos revocare dicit.

a Ego Eccleſiaſtes] cui Dominus dedit tantam Sapientiam.

b Fui Rex in Jeruſalem] quæ erat Metropolis Regni ejus.

c Et propoſui in animo meo] ſponte ſcilicet.

d Quærere] ignotum.

e Et inveſtigare] profundum. Vel

d Quærere] ab aliis Doctoribus. *e* Et inveſtigare] per ſigna, & effectus. *f* Sapienter, ideſt, non levibus perſuaſionibus, ſed ſapientiali, ideſt magiſtrali inquiſitione, & ex indubitatis atque certiſſimis. *g* De omnibus, quæ ſunt ſub Sole,] ideſt, quæ ſunt in tempore, & ſubjacent vanitati. Non dicit, propoſui quærere, & inveſtigare omnia, quæ ſunt ſub Sole: ſed de omnibus cauſas & rationes, cur ſcilicet parvuli corripiantur a Dæmone, cur pii & impii pariter naufragio demergantur? an hoc, & hujuſmodi caſu an judicio Dei fiat. Si judicio ubi juſtitia? ſi caſu, ubi providentia? Quod quærere, & inveſtigare multo majus eſt, quam inveſtigare omnia, quæ ſub Sole ſunt: Nam cauſæ & rationes hujuſmodi inviſibiles ſunt: illa vero viſibilia ſunt. Sed nonne ſupra ſenſum hominis eſt cauſas, & rationes omnium, quæ ſub Sole ſunt, deprehendere intellectu? Conſtat quod ſic? Stultus ergo fuit Eccleſiaſtes proponendo hęc. Non enim licet inveſtigari, quod non licet ſciri, poteſt tamen proponi, quod non poteſt fieri. Sed quia in his omnibus, quę foris apparent, non poteſt perfecta veritatis cognitio, vel quies mentis inveniri: videns Salomon impudentis deſiderii ardorem, & ſtultæ curioſitatis errorem, qua ſe in cognitione rerum viſibilium ſupervacue extendit, & quod ſui ipſius & Creatoris cognitionem aut habitam negligit, aut non habitam quærere diſſimulat, & tanta rerum occupatione majorem ſuis viribus difficultatem reperiens, ait: *h* Hanc occupationem peſſimam,] ideſt, per diverſa & varia rerum genera animum cruciantem, & ab interioribus retrahentem. *i* Dedit filiis hominum,] ideſt, imitatoribus hominum, ideſt, carnalibus hominibus, ideſt, permiſit homines carnales ruere in hanc curam ſuperfluam, ut cupiant ſcire, quæ non valet, vel non licet, propter curioſitatem ſuam, quam ſponte incurrerent. Simile *Rom.* 1. Commutaverunt veritatem Dei in mendacium; & coluerunt, & ſervierunt creaturæ potius, quam Creatori: propterea tradidit illos Deus, ideſt, tradi, vel cadere permiſit in paſſiones ignominiæ. *k* Ut occuparentur in ea] nec proficerent, quia quanto plus inquiritur circa hanc veritas, tanto amplius dubitatur. In pœnam vero primorum parentum, qui male ambierunt ſcientiam, quam Diabolus promittebat, punita eſt tota poſteritas eorum occupatione curioſitatis: quæ quidem mala eſt laborioſitate, pejor fallacitate, peſſima inflationis culpabilitate. De qua dicitur 1. *Corinth.* 8. Scientia inflat. Vel mala eſt malitia pœnalitatis, quæ circa neceſſitatem vitæ præſentis verſatur. De qua dicitur *Matth.* 7. Sufficit diei malitia ſua. Pejor eſt malitia damnoſitatis, quia a rerum ſalutarium ſtudio nos abducit. Peſſima eſt malitia culpabilitatis.

Vel in hoc quod dicit occupatio peſſima, triplex innuitur eſſe occupatio. Prima mala, ſecunda pejor, tertia peſſima. Prima eſt neceſſitatis, quæ cum ſit miſerię præſenti neceſſaria; mala eſt ad miſeriam, non ad culpam; quia etſi pœnam habeat a beatitudine alienam; culpam tamen non habet juſtitiæ contrariam. Secunda eſt curioſitatis, qua mens humana inſtat ſcrutari, aut quæ ſcire non convenit, aut quæ ſcire noxium eſt. Tertia eſt cupiditatis, qua mens humana in acquirendis, & conſervandis temporalibus diſtenditur. Deſcribitur autem occupatio a Magiſtro Hugone de S. Victore ſic: Occupatio eſt diſtractio, & illaqueatio mentis, quæ avertit, & diſſipat, & illaqueat eam, ne cogitare valeat ea, quæ ſalutis ſunt. Curioſitas vero nihil aliud eſt, quam intellectus humani libidinoſa proſtitutio, paſſim quamlibet veritatem amplexantis, & cum ea fornicantis, vel ut verius dicatur, adulterantis: nam prima veritas, quæ Deus eſt, ſola ſponſa eſt intellectus humani. Unde illa ſola amplexanda eſt, velut ſponſa; ceteræ ſicut ancillæ, vel famulæ ſunt. Item curioſitas eſt fames pervalida, boliſmus inſatiabilis veritatum. Propter quod dicitur de curioſis: Famem patientur ut canes. *Jer.* dicit, quod Theodotion & Septuaginta pro occupatione poſuerunt Peritamam, quod interpretatur diſtenſio, eo quod in varias ſollicitudines mens hominis diſtendatur: & quanto plus exterius diſtenditur, tanto amplius interius invaneſcit. *Symmachus* ponit Liſaman, quod interpretatur occupatio. *Aquila* Aman, quod idem eſt. *Pſal.* 58.

Moraliter autem reprehendit Salomon hic curioſe ſcrutantes opera Dei. De quibus dicitur *Rom.* 12. Non plus ſapere, quam oportet ſapere, ſed ſapere ad ſobrietatem. *Eccl.* 31. In ſupervacuis rebus noli ſcrutari multipliciter, & in pluribus operibus ejus non eris curioſus. Plurima enim ſuper ſenſum hominum oſtenſa ſunt tibi: multos enim ſupplantavit ſuſpicio illorum, ideſt, ſurſum aſpectio, & in vanitate ſenſus eorum dejiciunt. *Greg.* Fluvius, qui in multos rivos dividitur, cito a ſuo alveo deſiccatur. *l* Vidi] mentis intuitu. *m* Quæ fiunt cuncta ſub Sole,] ideſt, omnia temporalia. *n* Et ecce univerſa] ſunt [vanitas & afflictio ſpiritus] dum diverſis cogitationibus rapitur, & nuſquam invenit quietem, quaſi dicat Eccleſiaſtes, experiendo cognovi, quod univerſa temporalia ſunt vanitas, & afflictio ſpiritus. Feci enim quod potui & defeci, quando ad omnia perſcrutanda me effundi, quoniam in tanta rerum multitudine, & rei latentis profunditate, dum intellectus ſpargi incipit, incipit reverberari; pondus tanti laboris non poteſt ſuſtinere hominis fragilitas. Ideo hoc videns Eccleſiaſtes, & in ſe reverſus cœpit cogitare ſtultum eſſe, & vanum iſtarum rerum ſcientiam tam pertinaci ſtudio hominem mortalem quærere, quæ non ſolum extra naturam ejus ſunt factæ: ſed nec ſaluti ejus ſi ſciantur, aliquid addere poſſunt, nec auferre aliquid ſi neſciantur. Et hoc eſt quod dicit. *l* Vidi quæ fiunt, &c.] ideſt, conſideratis omnibus novi vanum eſſe, quod filii hominum occupentur hac peſſima occupatione. Sed quare non videat homines hoc? quare laborant inaniter, & non ſentiunt afflictionem ſuam? Quia. Moraliter.

a Perverſi difficile corriguntur, &c.] Quia perverſi ſunt, afflictionem ſuam non ſentiunt, imo delectantur in ea putantes ſibi bene eſſe, dum male eſt, ponentes lucem tenebras, & tenebras lucem, æſtimantes dulce amarum, & amarum dulce. *Iſa.* 5. Et delicias reputantes ſub ſentribus cruciari. Sunt autem & averſi, & perverſi hujuſmodi homines. Averſi a Deo, perverſi in ſemetipſis, & averſi non

Digitized by Google

facile convertuntur, & [perverſi difficile corriguntur, & ſtultorum infinitus eſt numerus,] quia non tot eſſent ſi corrigi potuiſſent. In hoc enim clare patet, quam difficilis ſit perverſorum correctio, quod infinita ſit ſtultorum multitudo; perverſitas reddit ad correctionem difficiles, multitudo ſtultorum contra veritatem audaces. Quanta autem ſit afflictio ſpiritus circa temporalia, patet: Non enim eſt genus tormenti, quo non torqueat amatores ſuos. Primo enim paupertate afficiunt ſpirituales divitias auferendo, deinde fame validiſſima, & ſiti peſſima torquent, ut & terram eos comedere cogant, ut patet in avaris, & cœnum ſordidiſſimum bibere compellant, ut patet in luxurioſis, deinde memoriam beneficiorum Dei, & ſuorum malorum cognitionem auferunt, & providentiam futurorum abſcindunt. Unde *Ezec.* 23. Naſum & aurem tuam præcident, & quæ remanſerint, gladio cadent.

Temporalia torquent amatores ſuos.

2. *Reg.* 14.

merus. *a* Locutus ſum in corde meo, *b* dicens: Ecce magnus effectus ſum, *c* & præceſſi omnes ſapientia, qui fuerunt ante me in Jeruſalem, & *d* mens mea contemplata eſt *e* multa *f* ſapienter, *g* & didici: *h* dedique cor meum, ut ſcirem prudentiam atque doctrinam, *i* erroreſque & ſtultitiam. *k* Et agnovi, quod in his quoque eſſet labor, & afflictio ſpiritus, *l* eo quod in multa ſapientia multa ſit indignatio,

Denique ſuſpendit eos inanis gloria ſic mutilatos, quaſi ad ſpectaculum dum videri cupiunt ab hominibus, qui tantum vident ea, quæ patent. Poſtea jactantia excoriat, ira exurit, invidia putrefacit. Unde *Prov.* 14. Putredo oſſium invidia, triſtitia cor rodit, *Prov.* 25. Sicut tinea veſtimento, & vermis ligno, ita triſtitia nocet cordi. Avaritia vero jejuniis, vigiliis, afflictionibus, & laboribus innumeris torquet & diſtrahit, gaſtrimargia erepat, luxuria in luto conculcat; ideo recte dicit univerſa temporalia afflictionem ſpiritus eſſe cauſaliter, quæ tot tormentis amatores ſuos excruciant. Quod autem dicitur [univerſa vanitas,] refertur ad brevitatem, quod dicitur, & afflictio ſpiritus, refertur ad miſeriarum multitudinem. Unde *Job* 24. Homo natus de muliere brevi vivens tempore, ecce vanitas; repletur multis miſeriis, ecce afflictio ſpiritus. [Perverſi] autem, ideſt, penitus averſi & intellectu a veritate, & affectu a bonitate; [ideo difficile corriguntur,] quia nullius conſiliis acquieſcunt, ſicut ſomniantes, & ebrii & mente alienati, quibus ſuaderi non poteſt quod juſtum eſt. Unde *Prov.* 18. Non recipit ſtultus verba prudentiæ, niſi ea dixeris quæ verſantur in corde ſuo, ideſt, non credit eſſe vera, niſi ſomnia, & deliramenta ſua, *Eccli.* 22. Cum dormiente loquitur, qui narrat ſtulto Sapientiam. [Stultorum infinitus eſt numerus,] quia non ſunt numerati ſicut Sancti: de quibus *Pſ.* 138 Dinumerabo eos, & ſuper arenam multiplicabuntur. Et de malis dicitur *Pſ.* 39. Multiplicati ſunt ſuper numerum. *a* Locutus ſum, &c.] quia in corde vidi, unde & timui. *b* Dicens ecce, &c.] potentia & divitiis. *c* Et præceſſi omnes, &c.] quia eo petente Sapientiam, placuit Deo ſermo ejus. Unde dixit ei: Ecce dedi tibi cor ſapiens & intelligens in tantum, ut nullus ante te ſimilis tui fuerit, nec poſt te ſurrecturus ſit, 3. *Reg.* 3. Dicit autem hoc *Interl.* ſuper hoc: [Præceſſi omnes Sapientia,] non Abraham, non Moyſen, & ceteros, ſed qui fuerunt ante me in Jeruſalem. Sed contra: Super illud *Exod.* 6. Nomen meum Adonai non indicavi eis, dicit *Gloſſ.* Per ſucceſſiones ætatum crevit cognitionis augmentum; ergo plus cognovit Salomon, quam Abraham, vel Moyſes. Item David fuit ante Salomonem in Jeruſalem, & David ſapientior fuit, quam Abraham, vel Moyſes. Sol. Non dicitur hic, quod Salomon fuerit ſapientior omnibus hominibus qui fuerunt, ſed tantum Regibus qui fuerunt in Jeruſalem. Et hoc dicit *Interl.* ſed non ſolvit, quia in originali expreſſe dicitur, quod Salomon non fuit ſapientior Abraham, vel Moyſe. Ad id quod objicitur, dicendum, quod duplex eſt Sapientia, ſcilicet rerum & fidei. Sapientia rerum poteſt dici Salomon ſapientior omnibus hominibus, ſicut dicitur 3. *Reg.* 3 Sed Sapientia fidei non fuit ſapientior, quam Abraham, vel Moyſes. Sequitur: *d* Et mens, &c.] oculis interioribus. *e* Multa] temporalia. *f* Sapienter,] ideſt, ſubtili, & magiſtrali inquiſitione, qua inquiritur propter quid, & cognoſcitur ex cauſis, & ex propriis. Vel ſapienter dicit ſe contemplatum, quia divina revelatione cognovit multa. Sapientia enim ejus infuſa fuit non ſtudio acquiſita, & ideo ſublimior, atque nobilior fuit, etiam demonſtrativis ſcientiis.

Pſal. 118.

g Et didici,] quod utrique expoſitioni congruit, utrumque enim dicitur, hoc eſt, cum per propriam inquiſitionem ſcientia habetur, & cum per infuſionem datur; uſu enim proprio augetur ſcientia humana. *h* Dedique cor meum, &c.] Recte dicit [dedi] non accommodavi, quia tempus dandum eſt Philoſophiæ, non accommodandum, ut dicit *Senec.* Poteſt autem hæc clauſula intelligi cum præmiſſis, vel inferri ex eis, quaſi dicat, cum hæc omnia locutus eſſem in corde meo, ex præcedenti contemplatione fiduciam habens, [dedi cor meum,] ut altiora quærerem, & profundiora inveſtigarem, ſcilicet, ut ſcirem prudentiam atque doctrinam] Prudentia refertur ad naturas rerum, doctrina autem ad mores hominum. Vel prudentia propriæ inveſtigationis, doctrina alienæ eruditionis. Vel prudentia de adminiſtrandis & agendis: doctrina de ſpeculandis, & contemplandis. Et etiam dedi cor meum, ut ſcirem. *i* Erroreſque & ſtultitiam] Errores ſectarum & opinionum, vitæ & actionum. Vel errores philoſophantium circa veritatem, & ſtultitiam laborantium circa voluptatem & vanitatem. Magiſter Hugo de S. Victore dicit, quod errores & ſtultitiam, ſe voluiſſe ſcire teſtatur Eccleſiaſtes, non ut cognita vitaret, ſed ut de malorum cognitione ſe extolleret, & alios de malo opere damnaret. Error autem eſt, cum per ignorantiam malum committitur, ſtultitia vero eſt, cum malum cognitum non vitiatur. Quia vero curioſitas eum ad inquiſitionem hujuſmodi compellebat, & ſuperbia ad oſtentationem, dignum fuit ut tumidum labor premeret, & curioſum diſſiparet, unde ſequitur.

k Et agnovi, quod in his quoque eſſet labor & afflictio ſpiritus;] ideſt, labor vanus & inutilis: Labor enim utilis non affligit ſpiritum, ſed reficit. Unde *Hieron.* pro hoc ponit. Et cognovi, quia & hoc eſt paſtio venti, ſive præſumptio ſpiritus. Sed quomodo cognovit hoc Eccleſiaſtes? Non ſcientia, ſed propria experientia: Omnis enim ventus, ſive poteſtas abuſione ſua laborat, & affligitur, debilitatur & deficit: debito vero uſu ſuo confortatur, delectatur, & creſcit. Verbi gratia: Si quis intorqueat virtutem operandi, quæ eſt in manibus ad ambulandum, aut virtutem ambulandi, quæ eſt in pedibus ad operandum, utramque debilitat ab uſu ſuo, & abuſivo labore cogit deficere: Sic qui mentem humanam ad inquirenda, vel acquirenda aliena ab eis ad quæ nata ſunt, intorquet, abuſivo labore affligitur. Aliam vero cauſam ſubjungit Eccleſiaſtes, dicens. *l* Eo quod in multa Sapientia multa ſit indignatio.] juxta litteram, ideſt, inflatio elationis, 1. *Corinth.* 8. Scientia inflat: Unde plerumque ſimultates & odia, condictiones & pugnæ verborum de tumore ſcientiæ oriuntur: Indignantur enim hujuſmodi, quando ſibi contradicitur, & multæ litteræ faciunt eos inſanire, ſicut dicit Feſtus Paulo, *Act.* 26.

Moraliter. Ubi multa Sapientia multa indignatio, quia quanto qui plus ſapientiam de divinis aſſequitur, tanto amplius vitiis indignatur. *Moraliter.*

Item per Sapientiam animæ ſua nobilitas innoteſcit: unde quanto major eſt Sapientia, tanto magis indignatur anima ſe in his inferioribus occupari, quæ ea minus digna ſunt. Vel aliter:

l In multa Sapientia multa eſt indignatio,] ideſt, abominatio cordis nauſeantis. Multi enim ſcholares, qui in audiendo ſacram Scripturam ſenuerunt, faſtidiunt ipſa ſacra eloquia, & motu indignationis, qui nauſea dicitur, vel abominatio, moventur in illa, dicentes: Trita & levia ſunt iſta, ſicut quondam dixerunt filii Iſrael faſtidientes manna. *Num.* 21. Deeſt panis, non ſunt aquæ, anima noſtra nauſeat ſuper iſto cibo leviſſimo. Et in *Pſal.* 106. Omnem eſcam abominata eſt anima eorum.

Item ubi eſt [multa Sapientia,] ideſt, multa virtus ſaporandi res prout ſunt, ibi [multa indignatio] & abominatio, atque vomitus ſpiritualium ſpurcitiarum, ideſt, peccatorum. Sicut enim palatum corporale corporales ſpurcitiæ laſciunt, & ab ipſo abjiciuntur, nec ſtomachus corporalis ſanus eaſdem retinet, ſed toto indignationis impetu revomit: ſic ſpiritualis ſtomachus, ſi ſanus eſt, ſpirituales ſpurcitias tota feſtinatione per confeſſionem rejicit. Et ſicut accidit quibuſdam ſolo ſpurcitiarum aſpectu pati ſtomachi indignationem, ita quod moventur ad nauſeam: ita neceſſe eſt eos, qui multa hujuſmodi Sapientia præditi ſunt, multis undique, & ubique indignationibus provocari, dum in medio ſpurcitiarum verſantur, ideſt, delitiarum, & divitiarum temporalium, quæ ſecundum Apoſtolum ſtercora ſunt, *Philippenſ.* 3. Modis igitur omnibus verum eſt, ubi

multa

Digitized by Google

multa ſapientia: ibi multa indignatio ſpiritualis ſtomachi nauſeantis. Vel ſic accipitur indignatio pro ira, ubi eſt multa Sapientia, ideſt, rerum divinarum multa cognitio, & videndi bene multa peritia] utrumque enim iſtorum continet ſapientia] neceſſe eſt, ut ibi ſit multa indignatio, ideſt, multa ira, primo in noſipſos: deinde in hoſtes ſævisſimos vitæ noſtræ: ideſt, in vitia, & Dæmones, qui inceſſanter nos provocant ad peccatum. Sequitur. *a* Et qui addit, &c.] Scientia proprie accipitur hic pro cognitione boni, & mali. De qua dicit *Aug. in lib. Doct. Chr.* quod facit hominem non foris ſe jactaotem, ſed interius lamentantem. Hac creſcente creſcit cognitio mali; & ita neceſſario, [qui addit ſcientiam, ſive homo, ſive Deus, addit dolorem] de malo cognito. Scit enim, quod potentes potenter tormenta patientur; *Sap.6.* Et cui plus committitur, plus ab eo exigitur; *Luc.7.* Et etiam quanto plus cognoſcit peccatum ſuum, vel proximi, tanto plus tenetur dolere, & de converſione gaudere. Unde Apoſtolus. *Cor.* 2. Si ego contriſto vos, & quis eſt, qui me lætificet, niſi qui contriſtatur ex me? ideſt, juxta meam voluntatem, convertendo ſe, ſcilicet, a peccato.

al. † laborem. — A — De pœn. di. c. ſue lamentum.

a & qui addit ſcientiam, addit & † dolorem.

C A P. II.

DIxi ergo in *b* corde meo: *c* vadam, & affluam deliciis & *d* fruar bonis. *e* Et vidi, quod hoc quoque eſſet vanitas. *f* Riſum *g* reputavi errorem: *h* & gaudio dixi, quid fruſtra deciperis? *i* Cogitavi in corde meo abſtrahere a vino

E X P O S I T I O C A P. II.

b **D**Ixi ergo, &c.] Dixerat *ſupr.* Eccleſiaſtes: Dedi cor meum, ut ſcirem prudentiam & doctrinam, ideſt, ut haberem ſcientiam ad docendum, non ad videndum, in quo curioſitas, & vanitas manifeſte apparet. Sed quia in his nil niſi laborem & afflictionem invenit; ideo quaſi acidiatus & fatigatus labore, ſcientiam ſpernens, ad delicias, & voluptates ſe convertit. Et ecce qualiter deſperata mens ſe totam in voluptatem projicit, carnis blandimenta ſola bona reputat. Sed etiam in hoc vanitatem reperit, quia præterita voluptas præſenter non delectat, & exauſta non ſatiat: Nec ſolum corporalis voluptas, ſive lætitia tentatio eſt poſſidentis, ſed etiam ſpiritualis; itaut ſtimulo corripiente, & Angelo Sathanæ indigeat, qui colaphizet eam, ne elevetur. Sic dicit Paulus de ſe 2. *Cor.* 12. Et ne magnitudo revelationum extollat me, datus eſt mihi ſtimulus, &c. Loquitur autem hic Salomon modo Concionatoris, ſententiam vulgi in ſe ſuſcipiens, & falſam poſtea oſtendens.

b Dixi ergo in corde meo:] viſo labore & afflictione, quæ eſt in acquiſitione ſcientiæ.

c Vadam, & affluam deliciis,] carnalibus.

d Et fruar bonis,] præſentibus: quod eſt amplexari arcam pro pretio: munuſculum pro amico: gaudiola pro amaſio: veſtigia pro cervo: phantaſma pro re: umbram pro corpore: viam pro fine: intuitus vaniſſimos pro ſumma veritate: ſtillas tenuiſſimas pro ſuavitatis abyſſo. Denique cum frui ſit inhærere amore alicui rei propter ſe, ſicut docet *Aug. in* 1. *de Doct. Chr.* idem eſt dicere. [Fruar bonis,] ideſt, inhærebo Dei veſtigiis: omnino non curans de ipſo, quod faciunt amatores terrenorum, de quibus dicitur: Et inimici ejus terram lingent: propter tenuiſſimam aſperſuram ſuavitatis, quam habent exterius; ſed morderent fortiter, ſentirent interius punctionem & amaritudinem infinitam. Sed malunt lambendo majorem famem hujuſmodi voluptatis inſatiabilis provocare quam torrente ſummæ voluptatis ad plenum potari. Signanter autem dixit: [Vadam & affluam deliciis,] quaſi reſolutus † calore earum: quia malorum eſt abire; bonorum vero venire, ſicut notatur *Matth.* 25. Ite, maledicti, &c. Venite, benedicti, &c. Sequitur.

Pſalm. 71. — al. † amore.

e Et vidi, quod hoc quoque eſſet vanitas,] affectus, prior autem fuit vanitas intellectus.

f Riſumque,] ideſt, temporalem lætitiam.

g Reputavi errorem.] Unde *Luc.6.* Væ qui ridetis nunc, quia lugebitis. *h* Et gaudio,] temporali, [dixi: quid fruſtra deciperis?] Gaudio, ideſt, gaudenti. Non enim dirigebat ſermonem Eccleſiaſtes ad gaudium; ſed ad gaudentem. Contra gaudium bene dicit, [deciperis,] quia non eſt gaudium pro gaudio amplectens: non eſt conjunctio convenientis cum conveniente: neque perceptio rei naturalis conveniens virtuti apprehendenti: ergo non eſt gaudium a diffinitione, ſed potius triſtitia. Præterea non eſt res, ſed ſomnium, & phantaſma. Item ſi eſſet verum gaudium; non eſſet tuum, ſed aſini tui. Diſtat autem inter riſum, & gaudium, quia gaudium eſt intrinſeca mentis lætitia: Riſus vero eſt interius lætitiæ præconceptæ ruptis clauſtris modeſtiæ forinſeca quædam proditio. Et ſciendum, quod ſpirituale gaudium nequaquam animam ad riſum diſſolvit: illa vero lætitia, quæ a carnis blandimento concipitur, per carnis motum facile aperitur: Nam quæ primum ad animum ingrediens mentem inordinate diſſolvit: eadem poſtmodum Via, qua illapſa eſt, cum retrorſum creſcere cœperit, ſine modeſtia facile erumpit.

Unde *Magiſter Hugo de Sancto victore.*

Lubrica mens ſemen perverſum, quod primum ſine modeſtia concipit, quaſi parturiens, poſtmodum ſine pudicitia effundit. Primo autem decipitur, quod blandimentis mundi illecebras intus ad gaudium ſuſcipit: poſtea errat, quando conceptum intus gaudium ad laſciviam per riſum effundit. Gaudium vero tantum arguitur; riſus vero omnino reprobatur: quia riſus omnino malus eſt; gaudium vero non malum eſt. Et hoc eſt, quod dicit: [Riſum reputavi errorem,] quia cum mens inepte gaudium ſuum foras fundit, quaſi ad ſiniſtram pergens, rectum iter, quo in Deum gaudendo pergere debuerat, derelinquit.

h Et gaudio dixi, quid, &c.] delectando in noxiis, & putando tibi bene eſſe, cum male ſit? [fruſtra,] vero dicit, quia præſens delectatio a conſideratione futurorum cor avertere poteſt; ſed n preſſura ſupervenientium malorum liberare non poteſt.

Vel fruſtra decipi dicitur humanum gaudium: quia fallacis boni gaudia tantis amaritudinibus admiſta ſunt, ut jure diſplicere debeant; etiamſi debeant ſemper manere: & ita utrobique decipitur mens humana, & cum, ſcilicet, malum non videt, quod patitur: & cum non prævidet malum, quod patietur. Alia translatio expreſſius dicit: [Riſum reputavi amentiam, & jucunditati dixi, quid hoc facis,] ideſt: quid in his tranſitoriis delectatis, & perpetuum putas, quod velut umbra fugit? Quicquid in mundo amatur, carcer animæ eſt: ubi anima miſera amaroris vinculo amoris recluſa tenetur, atque ligata. Et ideo hujuſmodi riſus eſt riſus de carcere, & vinculis; propter quod dicitur amentia. Item riſus de honore mundi riſus eſt de illuſione & ludibrio. Omnis enim purpura illuſio eſt, poſtquam Domino Chriſto Jeſu in purpura eſt illuſum. Eodem modo omnis corona, & omne ſceptrum. De hoc dicit *Aug.*

Riſus eorum, riſus eſt phreneticorum. Et *alibi*: Sapientes malunt ſe habere ſanos & plangentes, quam phreneticos ridentes. E converſo ſtultus mavult eſſe phreneticus ridens: quam ſapiens plangens.

Præterea: quæ poteſt major amentia cogitari, quam riſum aſini ſui ſuum deputare: & quia ridet aſinus ſuus, ideo credere ſe ridere?

Et hoc accidit omnibus de iſtis tranſitoriis ridentibus: Non enim ridet cor eorum; nec rident ipſi, ſed ridet aſinus eorum, ideſt, caro. E contrario cor Sapientum gaudet, ſed aſinus luget, *Joan.* 16. Vos quidem nunc triſtitiam habetis, ideſt, aſinus veſter: iterum autem videbo vos, & gaudebit cor veſtrum. Et iſtud eſt verum gaudium. Unde *Eccli.* 39. Non eſt oblectamentum ſuper cordis gaudium.

Pro. 14. Cor, quod novit amaritudinem animæ ſuæ: in gaudio ejus non miſcebitur extraneus. Sequitur,

i Cogitavi in corde, &c.] in quo eſt luxuria:

a Carnem meam. Et ad Moraliter.

Moraliter: *i* Cogitavi in corde meo abſtrahere a vino, &c.] Vinum eſt corporalis jucunditas, quæ potatores ſuos ſuper vino inebriat. Unde *Jer.* 51. Calix aureus Babylonis in manu Domini inebrians omnem terram: de vino ejus biberunt omnes gentes: & inde commota ſunt. Ab iſto vino cogitavit Eccleſiaſtes abſtrahere carnem ſuam, & bibere aquam anguſtiæ, ſive pœnitentiæ, & comedere panem tribulationis, ut ſic transferre poſſet animam ſuam ad Sapientiam. Sciens illud *Iſa.* 28. eſſe verum. Sola vexatio tantummodo dabit intellectum auditui. Et illud *Jerem.* 6. ſecundum aliam tranſlationem: Per omne flagellum, & dolorem erudieris: Jeruſalem. Et *Eccli.* 22. Flagella & doctrina in omni tempore Sapientia. Propterea dicitur *Job* 28. quod Sapientia non invenitur in terra ſuaviter viventium. Merito ergo Eccleſiaſtes viſo, quod riſus ſit error, & gaudium mundi deceptio: dicit Cogitavi in corde meo abſtrahere a vino.] mundanæ jucunditatis.

* Carnem

Digitized by Google

a carnem meam; b ut animum meum transferrem ad Sapientiam: c devitaremque ſtultitiam, d donec viderem quid eſſet utile filiis hominum: e quo facto f opus eſt ſub Sole numero dierum vitæ ſuæ. g Magnificavi opera mea. h Ædificavi mihi i domos:

▲ a Carnem meam.] Et ad quid hoc? b Ut animum, &c.] Non enim ſimul eſſe poſſunt Sapientia, & ebrietas. Unde *Prov.* 20. Luxurioſa res vinum, & tumultuoſa ebrietas, quicumque his delectatur non erit ſapiens. *Oſee* 4. Fornicatio, & vinum, & ebrietas auferunt cor. *Joel.* 1. Flete, & ululate omnes, qui bibitis vinum in dulcedine, quoniam periit ab ore veſtro. *Hier.* Nihil adeo obruit intelligentiam, ut comeſſatio & ebrietas. Item *Hier.* Venter pinguis nihil celeſte, nil tenue cogitare poteſt.

Dicit enim quidam Philoſophus, quod anima cibis, & potibus velut ſpeculum incraſſatur, intantum, ut in ea relucere ad liquidum non poſſint rerum imagines.

Moraliter. * a Carnem meam, ut animum transferrem ad Sapientiam] acquirendam.

c Devitaremque ſtultitiam] quæ eſt cæcitas, vel excæcat: quod fit cum omnes cordis conatus ſub rationis moderamine cohibentur ad ſpeculandum veritatem.

d Donec viderem, quid eſſet utile filiis hominum] quod videre non poſſunt, niſi qui jam de tenebris ſtultitiæ in lucem Sapientiæ eruperunt.

e Quo facto,] ideſt, in quo facto, ut ſcilicet, viderem, quid utile eſt filiis hominum.

f Opus eſt ſub Sole numero dierum vitæ ſuæ,] ideſt, quandiu durat hominum vita, quaſi dicat, ad hoc, quod propoſui neceſſaria eſt tota vita hominis, ut nec alibi cogitetur. Qui enim cor ſuum alibi colligunt, & alibi diſpergunt: hi veritatem invenire non poſſunt; quia id, quod alibi de veritate lucrari videbantur, alibi perdunt.

Agg. 1. Hi enim congregant mercedes & mittunt in ſacculum pertuſum. Si enim per parſimoniam in cor colligis & per avaritiam diſpergis, quid prodeſt? Quid confert, ſi gulam ſtringens per continentiam voluptatis collegiſti cor tuum, & oculos aperiens per ambitionem diſperiſti? Intraſti ad te, & exiviſti a te, & ideo foris es: ſi autem foris es, ubicumque es, cum veritate non es, quia veritas intus eſt. Magiſter Hugo de Sancto Victore.

Quare tamdiu quæris veritatem & non invenis, niſi quia quæris, ubi non eſt, quod quæris? Foris enim quæris, & quod quæris, intus eſt. Propterea quærit Dominus:
Gen. 3. Adam ubi es? Non enim requiem invenire poteris, ubi es: quia ibi veritas non eſt, ubi es.

Sub umbra, ſub foliis vanitas: quia fructum perdidiſti. Species rerum viſibilium umbra eſt; & tu animam tuam in eis cluſiſti, & abſcondiſti te ſub foliis, ut lateres.

Sed quomodo lucem quæris, tenebras intrans; & in fructu vanitatem conſpexiſti, & in foliis veritatem eſſe putas? Si terrena omnia vana ſunt ad fruendum, quomodo non ſunt ad videndum vaniora? Videamus ergo noſtrum Adam vetera ſtudia renovantem, & transfugam veritatis umbram & latebras, & tegmina foliorum requirentem.

Videamus quid facit: vidit cibum, & contemplatus eſt; quoniam delectabilis eſt ad videndum, & ſuavis ad veſcendum: & aperuit fauces, & ait: Vadam & affluam divitiis, & fruar bonis. Et ecce poſt tergum ejus clamat veritas:
Gen. 3. Adam ubi es? Ille vero audiens vocem ejus & convictus a veritate intus clamante, negare non potuit veritatem, & ait: Audivi, Domine, vocem tuam: & vidi quoque quod hoc eſſet vanitas: & ideo riſum reputavi errorem: & gaudio dixi, quid fruſtra deciperis? Vel ſic lege litteram. e Quo facto,] ideſt, in quo facto utile filiis hominum. f Opus eſt ſub Sole numero dierum vitæ ſuæ,] ideſt ad hoc quod filii hominum habeant, quod utile eſt eis, opus habent laborare tota vita ſua, qua vivunt ſub Sole, ubi mereri & demereri poſſunt. Vel ſic.

f Opus eſt numero dierum vitæ ſuæ,] ideſt, opus eſt, ut vita ſua numerum habeat dierum, ideſt, quod dies vitæ boni ſint, ſoli enim boni digni ſunt numero, & non mali. Stultorum enim infinitus eſt numerus. Et *Pſ.* 39. Multiplicati ſunt ſuper numerum, qui oderunt me, dicit Dominus. De Abraham vero legitur; quod mortuus eſt ſenex & plenus dierum. Sequitur.

Sup. 1. Gen. 25. g Magnificavi opera.] Hoc dupliciter legitur litteraliter & Myſtice. Litteraliter ſub perſona curioſorum. Myſtice ſub perſona Chriſti, qui eſt verus Salomon.

Ad litteram. Et agitur hic ſecundum priorem expoſitionem de ſecunda vanitate affectus, quæ eſt concupiſcentia oculorum, qua homo cupidus laborat in divitiis temporalibus congregandis, & multiplicandis.

Et tales laborant apprehendere umbram, ventum, mendacium. *Eccli.* 34. Quaſi, qui apprehendit umbram, & ventum perſequitur; ſic qui intendit ad viſa mendacia. *Jerem.* 8. Apprehenderunt mendacium & noluerunt reverti. Dicit ergo:

g Magnificavi opera mea:] Et quæ ſint illa opera oſtendit.

h Ædificavi mihi domos,] ruituras, & plures, cum una ſufficeret. Ideo væ tibi,

▲ *Iſa.* 5.

Myſtice. Myſtice.] g Magnificavi opera mea.] Secundario deſcribitur hic domus Regum, & gloria veri Salomonis, ideſt, Chriſti, quamquam ab intentione antecedentium, & ſequentium multum longe videatur eſſe; ſed quia moris eſt Scripturæ hoc modo myſtica inſerere, myſterium proſequamur. Dicit ergo verus Salomon: ideſt, Chriſtus Dominus.

g Magnificavi opera mea,] ideſt, parvulos, qui ſub pedagogo Regis fuerant, & ſub elementis mundi hujus legi ſerviebant, ut legitur *Galat.* 3. & 4. magnos feci, ideſt, ſervos timore pœnæ & mercede temporalium ſervientes feci filios & hæredes.

Vel, g Magnificavi opera mea,] extendens Electos, qui ſunt opera mea, ad magna ſperanda, & gravia ſuſtinenda.

Vel g Magnificavi opera mea] ideſt, magnifice & mirabiliter ea feci. Unde *Abac.* 3. Domine, conſideravi opera tua, & expavi.

h Ædificavi mihi] ideſt, ad honorem meum & utilitatem meorum.

i Domos:] exteriores, ſcilicet, bonos ſæculares; & interiores, bonos clauſtrales. De quo 3. *Reg.* 6. fecit Salomon interiorem domum oraculi in Sanctum Sanctorum.

Sanctum dicitur cœtus bonorum ſæcularium, & velut navis Eccleſiæ: Sanctum vero Sanctorum, & velut Chorus, ſive cancellum Eccleſiæ: dicitur cœtus ſive Chorus bonorum clauſtralium.

Et iſtæ duæ domus una domus ſunt: quia una eſt columba mea; *Canticor.* 6. Unde *Proverbior.* 9. Sapientia ædificavit ſibi domum, & exeidit in ea columnas ſeptem Vel ſic,

h Ædificavi mihi domos,] in Civitate Eccleſiæ:

⊖ ideſt, varios Eccleſiarum

Moraliter: in perſona cujus libet Juſti vel Prælati. Moraliter.
g Magnificavi opera mea, &c.] Opera noſtra magnificanda ſunt, ut habeant ſublimitatem rectæ intentionis, ut ſcilicet pro honore Dei fiant, & latitudinem charitatis, ut pro ædificatione proximi fiant, & profunditatem humilitatis, ut inde non ſuperbiamus. Breviter ergo altitudinem debent habere, ut ad Deum eleventur ſuper nos.

Latitudinem, ut ad proximum dilatentur juxta nos: Profunditatem, ut lateant infra nos. De altitudine dicitur. *Matth.* 5. Sic luceant opera veſtra coram hominibus, ut glorificent Patrem veſtrum, qui in celis eſt.

Et 1. *Corint.* 10. Sive manducatis, ſive bibitis, ſive aliud quid facitis, omnia in gloriam Dei facite. De longitudine ibidem dicitur: Sine offenſione eſtote Judeis, & Gentibus, & Eccleſiæ Dei: ſicut & ego per omnia omnibus placeo: non quærens quid mihi utile eſt, ſed quod multis, ut ſalvi fiant.

De profunditate dicitur *Joann.* 10. Noli te extollere in faciendo opere tuo. *Luc.* 17. Cum omnia bene feceritis, dicite: ſervi inutiles ſumus: quod debuimus facere, fecimus. Væ ergo illis, qui mutilant opera ſua auferentes eis altitudinem elevationis ad Deum.

Contra quos dicitur *Oſee* 5. Victimas declinaſtis in profundum. Et *Pſ.* 16. Oculos ſuos ſtatuerunt declinare in terram. Latitudinem fraternæ utilitatis auferunt: qui tantum quæ ſua ſunt, quærunt. Contra quos dicitur 1. *Cor.* 10. Nemo, quod ſuum eſt quærat, ſed quod alterius. Auferunt autem profunditatem propriæ humilitatis, qui de bonis, quæ faciunt, intumeſcunt. Contra quod dicitur *Iſ.* 16. Audivimus ſuperbiam Moab: ſuperbus eſt valde: ſuperbia ejus & arrogantia ejus & indignatio ejus plus quam fortitudo ejus: idcirco ululabit Moabus *Eccli.* 10. Quid ſuperbis terra & cinis? Sequitur:

h Ædificavi mibi domos] non aliis. Hoc eſt contra Prælatos noſtri temporis: qui quidem domos, ideſt, Eccleſias ædificant, ſed non ſibi: quia in eis non habitant, ſed in curiis, & litibus vagantes, incidentes in illam maledictionem Dei, quæ legitur *Deut.* 28. Domum ædifices, & non habites in ea. Dicitur etiam hoc contra carnales Prælatos: qui non domos, ſed tuguria ædificant piſcibus

* & paſſeribus

Digitized by Google

▲ *Iſa.* 5 Væ qui conjungitis domum ad domum. *Jer.* 22. Væ qui ædificat domum ſuam in injuſtitia, & cœnacula ſua non in judicio. *a* Plantavi vineas,] quaſi non ſufficerent plantatæ ab aliis. *b* Feci hortos,] novos ad ſpatiandum. *c* Et pomaria,] ideſt, viridaria. *d* Et conſevi ea cuncti generis arboribus] quia varietas delectabilis eſt. *e* Et extruxi mihi piſcinas aquarum,] ideſt, ſtagna aquarum.
f Ut irrigarem ſilvam lignorum germinantium,] ideſt arborum fructiferarum.
Myſtice. *h* Poſſedi ſervos, & ancillas,
▲ multamque familiam ❸ ideſt, varios Eccleſiarum Conventus, & vicos in ea conſtitui, ſcilicet Ordines diverſarum profeſſionum, ut unius vicus ſit Ordo Ciſtercienſium, alius Auguſtinenſium, & ſic de aliis. De hoc dicit *Pſ.* 121. Jeruſalem quæ ædificatur ut civitas, &c. *a* Plantavi vineas,] ideſt, diverſas Electorum congregationes, quorum quidam ferunt vinum compunctionis, alii vinum compaſſionis, alii vinum devotionis, alii vinum jucunditatis, quod lætificat cor hominis. Eadem eſt enim vinorum ſpiri-
Pſalm. 103. tualium varietas, quæ & lacrymarum: Nam & ipſæ lacrymæ vinum ſpirituale ſunt, juxta illud: Potaſti nos vino
Pſalm. 59. compunctionis. [Vineas,] vero dicit pluraliter, propter hanc vinorum varietatem, cum tamen ſit una vinea Domini ut dicitur *Iſ.* 5. Vinea Domini Sabaoth domus Iſrael eſt. Sed quia hæc vinea converſa eſt Domino in amaritudinem, ſicut dicitur *Jer.* 2. Quomodo converſa es mihi in pravum vinea aliena? Ideo plantavit plures vineas particulares in gentibus, de quibus *Cant.* 1. Poſuerunt me cuſtodem in vineis, vineam meam non cuſtodivi. *b* Feci hortos,] ideſt, Conventus infirmorum, qui aquis cęnoſis non cęleſtibus, ideſt, terreis cogitationibus, & carnalibus adhuc affectionibus, nondum ſpiritualibus irrigantur. Hi ſunt horti olerum, olera enim cibus ſunt infirmorum. Unde *Rom.* 14. Qui infirmus eſt, olus manducet. Talem hortum volebat facere Achab de vinea Naboth, ideſt, Chriſti, 3. *Reg.* 21. Locutus eſt Achab ad Naboth, dicens: Da mihi vineam tuam, ut faciam mihi hortum olerum, quia vicina eſt, & prope domum meam. *c* Et pomaria,] ideſt, Conventus fortium alte radicatorum, fructus bonorum operum, & bene redolentium ad cœlum levantium; tamen fructus ferentium communes, quia de arboribus aromaticis nulla fit hic mentio ſpecialis, niſi in genere, unde ſequitur.

a plantavi vineas, *b* feci hortos & *c* pomaria, *d* & conſevi ea cuncti generis arboribus, *e* & extruxi mihi piſcinas aquarum, ut *f* irrigarem *g* ſilvam lignorum germinanntium. *h* Poſſedi ſervos, *i* & ancillas

d Et conſevi ea cuncti generis arboribus,] quod refertur ad varietatem nationum, de quibus omnibus aliquid habet Eccleſia, vel ad varietatem gratiarum, vel ad diverſa genera hominum tam bona, quam mala.

Habet enim Eccleſia ulmos, ideſt, ſteriles bonis operibus, ſed tamen vites aliquando ſuſtentant: Habet & ſpinam, ſcilicet detractores ad cuſtodiam pomarii. Habet & myrrham pœnitentium: Habet & cedrum contemplantium: Habet & pomum Prædicatorum, de quibus *Job* 9. Dies mei tranſierunt velut naves poma portantes; & ita pomarium Eccleſiæ habet omnia genera arborum ad diverſos uſus, & omnia propter electos. Sequitur.
e Et extruxi mihi piſcinas aquarum,] ideſt, varias congregationes doctrinarum & lacrymarum, ſive opulentias divitiarum terrenarum.
f Ut irrigarem ſilvam ſignorum germinantium,] ideſt, congregationes hominum immundorum, & infructuoſorum, qui tantum ſcientiis lucrativis, & opulentiis terrenis irrigati fructificant porcis.

Silva enim eſt collectio arborum quæ non fructificant, vel ſolis porcis fructificant, ſic exponit *Hieron.* in malo, vel in bono. *e* Extruxi mihi piſcinas aquarum,] ideſt, duplicem piſcinam, inferiorem, & ſuperiorem. Inferior eſt vetus Teſtamentum, ſuperior eſt novum Teſtamentum. His piſcinis, horti Eccleſiæ, quaſi pluviis cœleſtibus irrigantur.

Unde *Deut.* 11. Terra ad quam ingredieris poſſidendam, non eſt ſicut terra Ægypti, de qua exiſti, ubi jacto ſemine hortorum more aquæ ducuntur irriguæ, ſed montuoſa eſt, ideſt, in monte virtutum ſita, expectans pluviam doctrinæ, & gratiæ de celo, ideſt, a Chriſto. *f* Ut irrigarem] rore doctrinæ cęleſtis. *g* Silvam lignorum germinantium] ideſt, homines infructuoſos & tortuoſos rectificarem, & fructuoſos efficerem. *h* Poſſedi ſervos,] ideſt, homines timore ſervientes, tamen ſpiritualia deſiderantes.

i Et ancillas,] ideſt, animas corporis curæ deditas. Vel, [ſervos,] ideſt, majores, [& ancillas] ideſt, minores. Vel ſervi Salomonis ſunt Prædicatores, qui toti Eccleſiæ ſerviunt. Hi ſunt pincernæ qui propinant Sponſo, & Sponſæ vinum ſacræ doctrinæ, de quibus dicitur 3. *Reg.* 10. quod unius veſtis ornamento erant induti, quos videns Regina Saba, non ultra habuit ſpiritum, quia Eccleſia de gentibus videns Apoſtolos, & ſequaces eorum idem prædicantes, & idem operantes, non habuit ▲ ultra fiduciam in doctrina

* & paſſeribus. Non enim ex cedris quadris, & altis Eccleſias ſuas ædificant, ideſt, viris honeſtate vitæ, & ſublimitatæ ſcientiæ alios, ſed de nepotulis qui ſunt ſicut ſpinæ & feſtucæ non attendentes illud *Iſ.* 9. quod dicunt boni Prælati: Lateres ceciderunt, ſed quadris lapidibus, ideſt, viris quatuor virtutibus quadratis ædificabimus, ſicomoros, ideſt, ficos fatuas, ideſt, terrenis deditos ſucciderunt, ſed Cedros immutabimus. Propter hoc dicitur *Iſ.* 1. Relinquetur filia Sion ſicut umbraculum in vinea, & ſicut tugurium in cucumerario. Væ hujuſmodi proditoribus, & infidelibus Architectis, qui domos magnificas Deo deberent ædificare, ſicut Salomon, & ipſi ædificant tuguria viliſſima ad fructus proventuum tantummodo colligendos. Item quilibet deberet in ſeipſo ædificare domos multas, velut in quadam civitate.

Moraliter.

Quilibet debet facere domos in ſeipſos.

Primam domum debet facere hyemalem, ideſt, domum patientiæ, in qua ſe tueatur a grandine & pluvia tribulationum.

Secundam debet facere domum ſubterraneam, ſcilicet domum humilitatis, in qua eſt omnimoda ſecuritas.

Tertiam debet facere domum balnearum, ideſt, domum luctus, ſeu lacrymarum, ubi lavet maculas peccatorum.

Quartam domum æſtivalem, vel ſolarium, ſcilicet domum ſpei.

Quintam domum coquinæ, ubi carnes coquuntur, ideſt, domum diſciplinæ, ſive pœnitentiæ.

Sextam domum cœnaculam contemplationis, ubi jugis refectio & deliciarum convivium celebratur. Et ut breviter dicam, tot domos neceſſarias habet unuſquiſque, quot ſunt virtutes. Nulli ſufficit una ſola domus, quod dicimus propter quoſdam, qui uni ſoli virtuti, vel duabus omnem operam ſuam impendunt. Sequitur.

a Plantavi vineas,] ideſt, Eccleſias, quas Prælatus debet plantare fidem prædicando, fodere debet vitia deteſtando, paſtinare mores inſtruendo, propagare ad majora exhortando, cuſtodire ſepem boni exempli circumdando. Unde *Matt.* 21. Homo quidam erat paterfamilias, qui plantavit vineam, & ſepem circumdedit ei, & fodit in ea torcular, & ædificavit in medio ejus turrim, & locavit eam agricolis, & peregre profectus eſt.
b Feci hortos] deliciarum, ideſt, clauſtra, ubi non olera, ſed roſæ, & violæ, & lilia creſcunt, ideſt, patientes, humiles, & continentes. Et de his hortis dicitur *Can.* 4. Fons hortorum puteus aquarum viventium, quę fluunt impetu de Libano.
c Et pomaria, ideſt, Eccleſias bonorum operum odore repletas.
d Et conſevi eas cuncti generis arboribus,] ideſt, genere cunctorum hominum fructuoſorum; hoc contra illos, qui unum ſolum genus hominum in Eccleſiis ſuis inſtituunt, ideſt, ſolos Advocatos, vel ſolos Nobiles.
e Et extruxi mihi piſcinas aquarum, ut irrigarem ſilvam dignorum germinantium.] Piſcinæ aquarum viventium ſolebant eſſe clauſtra, ubi velut piſces in flumine natabant Religioſi, & nutriebantur; nunc autem computreſcunt, velut piſces ſine aqua.

Unde *Iſa.* 50. Ponam flumina in ſiccum, computreſcent piſces ſine aqua, & morientur in ſiti. De his piſcinis ſolebat irrigari ſilva lignorum germinantium, id eſt, multitudo ſæcularium, qui ſilva dicuntur comparatione cultus & fructuoſitatis clauſtralium. Vel ideo ſilva dicuntur, quia ſunt locus venationis, ubi feræ a canibus Domini capiuntur.

Vel ideo, quia inde exciduntur ligna in ędificium domus Domini. Ligna germinantia dicuntur illi, qui germen boni propoſiti in cordibus geſtant. De hoc *Cant.* 7. dicitur ad Sponſam: Oculi tui ſicut piſcinæ in Eſebon, quæ eſt porta filiæ multitudinis. Eſebon interpretatur cogitatio mœroris, vel cingulum triſtitiæ.
h Poſſedi ſervos, & ancillas,] ideſt, virtutes, quæ ſunt timores, vel timorum cognatę, ut innocentia, pietas, virginitas, reverentia, verecundia.

* Multamque

A. *a* Multamque familliam habui.] Alia littera habet. [Et vernaculi fuerunt mihi.] In hoc notatur tertia vanitas affe-ctus, ſcilicet ſuperbia vitæ. Non enim ſufficit curioſitati la-ſciviæ in rebus creatis ad hominis ſervitutem, niſi & ſuper-bia æqualitatem conditionis ſuæ tranſgrediens hominibus dominetur. Vernaculi vero dicuntur filii ſervorum, qui in domo Domini ſui nati ſunt, & nutriti necdum libertate donati.

a multamque familiam habui, *b* armenta quoque *c* & magnos ovium greges *d* ultra omnes qui fuerunt ante me in Jeruſalem. *e* Coacervavi mihi *f* argentum *g* & aurum, & *h* ſubſtantias Regum & provinciarum. *i* Feci mihi † cantatores & *k* cantatrices, & *l* delicias filiorum hominum. *m* Scyphos & † *n* urceolos in *o* miniſterio *p* ad vina *q* fundenda, & *r* ſupergreſſus ſum opibus *ſ* omnes qui fuerunt ante me in Jeruſalem.

B *b* Armenta quoque, & magnos ovium greges ultra omnes qui fuerunt ante me in Jeruſalem] ſupple poſſedi.

e Coacervavi mihi argentum, & aurum.] Unde de ipſo dicitur *Eccli.* 47. Collegiſti quaſi aurichalcum aurum, & quaſi plumbum compleſti argentum.

al. † cantores.

al. † urceos.

h Et ſubſtantias Regum, & provinciarum,] mihi tributa reddentium. His autem divitiis provocatus ad luxuriam.

i Feci mihi cantatores & cantatrices, & delicias filiorum hominum.] Et hoc vanitas eſt. Unde *Iſ.* 5 Cithara, & lyra, & tympanum, & tibia in conviviis veſtris, & opus Domini non reſpicitis. *m* Scyphos & urceolos in miniſterio ad vina fundenda,] feci mihi. *r* Et ſuper greſſus ſum opibus omnes qui fuerunt ante me in Jeruſalem.] Ecce quod ſupra diximus; extra ſe quærit Adam ſolatium, quia quod intus eſt, perdidit. Magnificat extra opera ſua, qui intus minoratus eſt. Ædificat ſibi domos, quia projectus eſt de habitaculo conſcientiæ ſuæ. Plantat vineas & facit hortos, quia germina Sapientiæ in corde ſuo aruerunt. Extruxit piſcinas, quia fontem aquæ vivæ ſalientis in vitam æternam intus non habet. Silvam lignorum germinantium irrigat, quia umbram quærit luce veritatis amiſſa. Poſſidet ſervos & ancillas, multamque familiam qui ſeipſum non poſſidet, ſed ſervus eſt vitiorum. Gloriæ ſpeciem attendit exterius, morbum interius non attendit. Magnum putat eſſe quod eſt inflatum, & ideo gaudet exterius magnus videri, & intus inanis eſſe non timet. Sed hanc potentiam, pecuniæ abundantiam, & theſaurorum gloriam ſequitur jactantiæ vanitas, unde ſequitur.

i Feci mihi cantatores, & cantatrices, &c.

Θ Unde Magiſter Hugo

Myſtice. ▲ ultra fiduciam in doctrina Philoſophorum ſuorum. Ancillæ ſunt minores Prædicatores, humiles in oculis ſuis. De quibus, *Proverb.* 9. Sapientia ædificavit ſibi domum, & excidit columnas ſeptem, immolavit victimas ſuas, &c. miſit ancillas ſuas, ut vocarent ad arcem, & ad mœnia civitatis.

a Multamque familiam habui.] Vel ſecundum aliam litteram. [Et vernaculi fuerunt mihi] ideſt, timorem initialem habentes, ſervos & ancillas in aliquo antecedentes, ut dicit *Hieron.*

b Armenta quoque,] ideſt, robuſtos, & operoſos in prædicatione & doctrina. Sicut legitur de Chriſto *Luc ult.* Vir potens in opere & ſermone. Vel ſecundum *Hieron.* Operoſos & laborantes abſque ſcientia Scripturarum, qui ideo homines, ideſt, rationales non dicuntur, quia ſcientiam Scripturarum non habent.

c Et magnos ovium greges] ideſt magnas plebes, vel conventus ſimplicium, qui etſi non magna faciunt, ut armenta; tamen non faciunt aliis, quod ſibi nollent fieri. Et dicitur hic magnos greges, & non magna armenta, quia plures ſunt in Eccleſia ſimplices, quam prudentes, vel fortes.

d Ultra omnes, qui fuerunt ante me in Jeruſalem,] quia in his omnibus nullus Doctorum comparabilis fuit Chriſto. Unde *Pſ.* 140. Abſorpti ſunt juncti petræ Judices eorum.

e Coacervavi mihi argentum,] ideſt, eloquentes.

g Et aurum,] ideſt, Sapientes. Vel

f Argentum & aurum,] ideſt, ſacram Scripturam candore puritatis, & nitore veritatis reſplendentem. Vel ſecundum *Hieron.*

f Argentum,] ideſt, apertiorem ſenſum.

g Et aurum,] ideſt, occultiorem.

h Et ſubſtantias Regum, & provinciarum.] Secundum *Hieron.* ideſt, dogmata Philoſophorum; & varias artes, ac diſciplinas eorum, quæ omnia Chriſtus ad informationem morum in Eccleſia congregavit. Unde patet, quod non eſt vitium aliquando inducere auctoritates Philoſophorum. Vel.

h Subſtantias Regum] ideſt, bona opera illorum qui bene ſe regunt: De quibus *Iſ.* 49. Erunt Reges nutritii tui, & Reginæ nutrices tuæ. Sequitur. *i* Feci mihi cantatores,] ideſt, robuſtos Doctores, qui pſallunt ſpiritu, pſallunt & mente, 1. *Cor.* 14. Cantatores enim debent eſſe robuſti, quod notat ſexus, & alte cantare. k Et cantatrices,] ideſt, infirmos Doctores, qui quidem pſallunt, ſed vocem in altum tollere nequeunt, quia fragiles ſunt ad omnia adverſa muliebriter trepidantes.

l Et delicias filiorum hominum,] ideſt, rationabilium, qui & re, & nomine ſunt homines, quorum deliciæ ſunt virtutes, & dona ſpiritualia; quæ, ſicut Paradiſus habeat poma varia ſpiritualium voluptatum. De quo *Cant.* 4. Emiſſiones tuæ Paradiſus malorum punicorum, cum pomorum fructibus.

m Scyphos] ideſt, Apoſtolos. *n* Et urceolos,] ideſt, eorum ſequaces, ſive ſucceſſores. Vel, [Scyphi,] ſunt majores Prædicatores. [Urceoli,] minores, quos Dominus in Eccleſia congregavit. *p* Ad vina] Sapientiæ. *q* Fundenda,] auditoribus ſitientibus, non ad haurienda tantum, & avare retinenda. *o* In miniſterio,] ergo facti ſunt omnes qui in Eccleſia Dei vaſa ſunt, ideſt, Doctores, & Prædicatores. Unde 1. *Cor.* 4. Sic nos exiſtimet homo, ut miniſtros Chriſti, & diſpenſatores myſteriorum Dei. Vaſa Muſicorum ſunt Cantatores, & Cantatrices, ideſt, Prædicatores. Vaſa craterarum ſunt Scyphi, & Urceoli, ideſt, Prædicatores. Et de his omnibus dicitur *Iſ.* 22. Suſpendam ſuper eum omnem gloriam domus patris ejus, vaſorum diverſa genera, omne vas parvulum a vaſis craterarum uſque ad omne vas Muſicorum, 3. *Reg.* 10. dicitur, quod omnia vaſa menſæ Salomonis erant aurea. Et Chriſtus primo, ideſt, tempore Apoſtolorum, & Martyrum habuit omnia vaſa aurea; poſtea tempore Confeſſorum argentea, clare & dulciter reſonantia, modo vix habet ænea patienter pro Chriſto labores & contumelias ſuſtinentia, ſed fere omnia ſunt teſtea, avaritiæ, & luxuriæ dedita. Unde *Thren.* 4 Quomodo obſcuratum eſt aurum, mutatus eſt color optimus, diſperſi ſunt lapides ſanctuarii in capite omnium platearum? Filii Sion inclyti, & amicti auro primo, quomodo reputati ſunt in vaſa teſtea, opus manuum figuli? *r* Et ſupergreſſus ſum opibus,] ideſt, divitiis Sapientiæ & ſcientiæ. *ſ* Omnes qui fuerunt ante me in Jeruſalem,] ideſt, qui ante adventum Chriſti Eccleſiam rexerunt, quia doctrina Chriſti

▲ omnem humanam ſcientiam Moraliter.

* *a* Multamque familiam habui,] ideſt, cogitationes, affectiones, locutiones, & operationes Domino famulantes. *b* Armenta quoque,] ideſt opera fortia. Armentum enim ab armo dicitur. *c* Et magnos greges ovium,] ideſt, innocentium & ſimplicium ſubditorum multitudines, quæ eſt gloria Paſtorum. Unde *Prov.* 14. In multitudine plebis dignitas Regis, & in paucitate plebis ignominia Principis. *d* Ultra omnes, qui fuerunt ante me in Jeruſalem:] quia Prælati novi Teſtamenti antecedere debent Patres veteris Teſtamenti; ſed utinam pares eſſent. *e* Coacervavi mihi argentum, & aurum, & ſubſtantias Regum, & provinciarum,] ideſt, ornatum verborum, & Sapientiam Philoſophorum, & virtutes, & opera eorum ad morum inſtructionem pertinentia; quæ omnia a Philoſophis, & hæreticis auferenda ſunt, tanquam ab injuſtis detentoribus: Et in Eccleſiæ Gazophylaciis reponenda, ſicut docet *Aug. in* 3. *lib. de doctr. Chriſt.* Quod figuratum eſt *Exod.* 11. ubi filii Iſrael juſſi ſunt poſtulare ab Ægyptiis vaſa aurea, & argentea, & veſtes pluri-mas, & portare ſecum.

i Feci mihi Cantatores] ideſt, tales in Eccleſias inſtitui, qui non ſolum in proſperis, ſed etiam in adverſis cantarent, ideſt, frequenter canerent, inde laudes & gratiarum actiones Domino referendo. k Et Cantatrices,] quæ tantum in proſperis cantant: Vel Cantatores dicuntur virtutes, quæ de adverſis magnifice cantant, ut eſt patientia, humilitas, manſuetudo, ſpes, magnificentia, longanimitas, & hujuſmodi. Cantatrices ſunt virtutes operoſæ, ut compaſſio, pietas, charitas, fides, & hujuſmodi, quæ tempore pacis cantant. *l* Et delicias filiorum hominum,] non jumentorum. De quibus *Soph.* 1. Viſitabo ſuper viros defixos in fecibus ſuis, ideſt, in deliciis carnis, & divitiis mundi. *m* Scyphos & urceolos in miniſterio ad vina fundenda, &c.] hoc non mutatur,

Θ Unde

Digitized by Google

❸ Unde magiſter Hugo de ſancto Victore exclamat. O infelix! nunquid his delectationibus quæritur Sapientia, quam quærere propoſuiſti? Exiſſe a vanitate videbaris, quomodo tam cito reverſus es? Quomodo, niſi quia in circuitu cum impiis ambulaſti, & involuta fuit ſemita tua: Reduxit te parſimonia, ubi gula proſtraverat: & ecce iterum in voluptate corruiſti, & captivus factus es vanitatis. *a* Sapientia quoque perſeveravit mecum,] & ideo ſecure peccaſti. Alia tranſlatio dicit, [Sapientia ſtetit mecum] non proficiens per momenta, ſicut in nobis; ſed in plenitudine ſtans. Sed quæ eſt hæc Sapientia, quæ ita decurſus amat, & ſecretum faſtidit? Cave, o Salomon, ne in ombra foliorum decipiaris, ubi latuit pater tuus, qui veritatem videre non potuit. Umbra namque, etſi requiem videtur, lumen non habet. Species rerum viſibilium folia ſunt, quæ modo pulchra, & virentia apparent; ſed cadunt ſubito, cum turbo exierit. Hæc folia dum ſtant, umbram faciunt, & habent refri-
Sap. 16. gerium ſuum, ſed tamen umbra inimica eſt lumini: Carni ad horam refrigerium præſtare videntur: ſed oculos mentis caligare faciunt. Eſt autem & hæc Sapientia ſua, qua requies carnalis callide, & aſtute, & quaſi prudenter ſervatur: qua ſapientia filii tenebrarum prudentiores ſunt filiis lucis in generatione ſua, qui jacent in umbra foliorum; ſed lumen veræ ſapientiæ videre non poſſunt, ſola carnis commoda reſpiciunt; animæ detrimenta non attendunt. Cauti autem volunt eſſe, ubi timendum non eſt; ſtulti, & imprudentes ſunt, ubi grave eſt periculum, & intolerabile detrimentum. O folia & umbra! qualis eſt fructus, videtur, ubi Adam abſconditus eſt, & non eſt intuitus veritatem, fructum foliorum ſuorum edidit, & perdidit immortalitatem. Recognoſce miſer, ubi es: & converte te de umbra ad claritatem, & dic: Cum me convertiſſem ad univerſa opera, quæ fecerant manus meæ: & ad labores, in quibus fruſtra ſudaveram; vidi in omnibus vanitatem, & afflictionem animi, &
Pſalm. 80. nihil permanere ſub Sole. Sequitur. *b* Et omnia, quæ deſideraverunt, &c.] interiores, vel exteriores. *c* Non negavi eis,] ad litteram, loquitur enim in perſona Epicureorum, quos dimittit Dominus ſecundum deſideria cordis eorum, ut eant in adinventionibus ſuis. *d* Nec prohibui cor meum,] fræno rationis. *e* Quin omni voluptate, &c.] ad libitum. *f* Et oblectaret ſe in his, quæ paraveram,] ad fruendum, quod eſt totum, & ſolum malum hominis, ut dicit *Aug.* Et *g* hanc ratus ſum, &c.] quaſi dicat, putabam hunc eſſe fructum laborum meorum, ſi voluptati corporis deſervirem.

Moraliter. ▲ Omnem humanam ſcientiam incomparabiliter excedit, & omnem ſapientiam mundi ſtultam eſſe oſtendit. Propter quod exclamat Apoſtolus *Rom.* 11. O altitudo divitiarum Sapientiæ, & ſcientiæ Dei, &c. Unde, & virga Moyſi, virga Magorum devoravit. *Exod.* 7. *a* Sapientia quoque perſeveravit mecum,] vel [ſtetit,] alia littera, non proficiens per momenta temporum, ſicut in nobis, ſed in primo inſtanti conceptionis ſtans in perfectione. Creata enim fuit anima ejus in ſcientia, & virtute perfecta: Unde *Jer.* 31. Novum faciet Dominus ſuper terram, femina circumdabit virum, ideſt, hominem perfectum, quoad animam, ſcientia, & virtute. Nec eſt contrarium, quod legitur *Luc.* 2. Jeſus autem proficiebat Sapientia, & ætate, & gratia apud Deum, & homines. Proficiebat quidem non incremento Sapientiæ, & gratiæ in ſe, ſed in cordibus hominum, etſi in effectu quoad proficientes verbo, & exemplo ejus. *b* Et omnia, quæ deſideraverunt, &c.] quia Chriſtus continue ſine omni impedimento, vel retardatione, contemplatione Dei fruebatur, & in creaturis ſemper Deum videbat.

g Et hanc ratus ſum, &c] ideſt, mei, & meorum.

h Si uterer labore meo,] referens illum ad fruitionem viſionis æternæ. Unde *Joan.* 17. Hæc eſt vita æterna, ut cognoſcant te ſolum verum Deum, & quem miſiſti Jeſum Chriſtum. Sequitur.

i Cumque me convertiſſem,] dicit Salomon a ſupradicto errore.

k Ad univerſa opera, &c.] ideſt, inutiliter.

l Vidi in omnibus vanitatem,] triplicem, ſcilicet, mutabilitatis, mortalitatis, curioſitatis.

a Sapientia quoque perſeveravit mecum: & *b* omnia, quæ deſideraverunt oculi mei, *c* non negavi eis: *d* nec prohibui cor meum, *e* quin omni voluptate frueretur, & *f* oblectaret ſe in his, quæ paraveram. Et *g* hanc ratus ſum partem meam, ſi *h* uterer labore meo. *i* Cumque me convertiſſem *k* ad univerſa opera, quæ fecerant manus meę, & ad labores in quibus fruſtra ſudaveram; *l* vidi in omnibus vanitatem, & *m* afflictionem animi, *n* & nihil permanere ſub Sole. *o* Tranſivi ad contemplandam Sapientiam erroreſque, & ſtultitiam.

m Et afflictionem animi,] qui in his irretitur. *n* Et nihil permanere ſub Sole] ideſt, omnia temporalia vidi caduca, & tranſitoria. Vel ſub Sole dicit ea, quæ fiunt pro his, quæ ſub Sole, quæ cito pereunt; ſed ea, quæ pro ipſo Sole fiunt, permanent in æternum: & pro illis laborare non eſt fruſtra laborare. Sed quia ad perfectum non ſufficit mala reprobare, niſi etiam bona eligere quis noverit, poſtquam vidit Salomon in omnibus, quæ ſub Sole fiunt, eſſe vanitatem, & afflictionem ſpiritus; proponit tranſire ad Sapientiam contemplandam ſupra Solem. Sed nimis difficilis eſt tranſitus iſte, & multorum dierum infirmos greſſus habentibus. Nemo enim in hac mortali vita Sapientiam plene comprehendere poteſt. Trahitur enim de occultis Sapientia, & in occultis invenitur. Semper enim ſecretum amat, nec ſe contemplandam præbet, niſi his, qui toto animo ingrediuntur ad eam.

Sed hoc valde grave eſt infirmis, ſcilicet, arma deſerere, ignota quærere, niſi prius doloribus erudiantur: & incipiant eſſe amara, quæ prius dulcia erant, & ita quodammodo compelluntur tranſire inviti ad Sapientiam contemplandam, cujus ſuavitatem cum guſtare cœperint, non jam compelli opus habent, ſed ſequuntur volentes: & libenter omnia deſpiciunt, ut tranſire poſſint ad Sapientiam contemplandam, & tunc velociter currunt, ut Sponſa, *Cant.* 1. Trahe me poſt te, curremus in odorem unguentorum tuorum.

Sic Moyſes cum adhuc eſſet in Eremo, & uxorem haberet Æthiopiſſam, nec noviſſet adhuc, niſi ignem conſumentem: mirabatur quod rubus arderet, & non conſumeretur. *Exod.* 2. & 3.

Et animus quamdiu carnali concupiſcentiæ junctus eſt: necdum ad amplexus Sapientiæ pervenit, in igne conſumente eſt, & devorante uſque ad conſumptionem: ſed cum hæc deſeruerit, incipit calere amore Sapientiæ, quæ lumen habet, & non conſumptionem: Eſt enim Sunamitis, quæ ſenes calefacit, & juvenes non urit. *Job.* 15.

Hoc igne accenſus Moyſes uſque ad colloquium Dei pervenit, & miſſus eſt ad populum liberandum. In hoc enim igne Deus loquebatur, & igne audiebatur, & per ignem intelligebatur. Quo viſo tranſivit Moyſes, ut videret viſionem hanc magnam, & ſic tranſivit ad contemplandam Sapientiam: & locutus eſt ei Deus, ſicut amicus ſolet loqui ad amicum ſuum. *Exod.* 3.

Tranſivit & Abraham de igne Chaldæorum ad contemplandam Sapientiam, & venit in terram viſionis, quam monſtravit ei Deus, & locutus eſt ei Deus. *Exod.* 33.

Tranſivit & Iſaac ad contemplandam Sapientiam, cum egreſſus eſt ad meditandum in agrum, & locutus eſt ei Deus. Jacob quoque tranſivit ad contemplandam Sapientiam de Meſopotamia veniens, & vidit Deum facie ad faciem, & ſalva facta eſt anima ejus. *Gen.* 12. *Gen.* 24.

Tranſierunt poſtea omnes Prophetæ ad contemplandam Sapientiam, & locutus eſt eis Deus. Tranſierunt & Philoſophi, omnia terrena ad contemplandam Sapientiam, ſed minime, contemplati ſunt; quia evanuerunt in cogitationibus ſuis, & defecerunt ſcrutantes ſcrutinio. *Gen.* 32.

Alii autem moribus quærendam Sapientiam æſtimaverunt; & facti ſunt plurimi bonorum ſuorum temporalium contemptores, ſed non vitiorum ſuorum correctores. Et iſti uſque ad aliquid pervenerunt: quia ſpeciem pietatis habuerunt; ſed veritatem non tenuerunt. Abjecerunt pecuniam, ſed retinuerunt infidelitatis malitiam: & ideo non invenerunt Sapientiam, quia non introibit in malevolam animam Sapientia, nec habitabit in corpore ſubdito peccatis. Noviſſime autem venit ipſa Sapientia: & tranſivit in mundum, & contemplati ſunt eam amici ejus, & etiam inimici. *Rom.* 1. *Pſal.* 45. 2. *Tim.* 3.

Et dixit eis, qui tranſierunt ad eam contemplandam. Beati oculi, qui viderunt, quæ vos videtis. Tranſeamus & nos uſque in Bethleem: & videamus hoc verbum, quod factum eſt. Tranſire ad me, inquit Sapientia. *Eccli.* 24. & a generationibus meis implemini. Quod audiens Salomon, relictis mundanis omnibus, ait. *Matth.* 13. *Luc.* 2. *Sap.* 6.

o Tranſivi ad contemplandam Sapientiam, erroreſque, & ſtultitiam.] Hanc, ſcilicet, Sapientiam, ad ſequendum

illam autem

illam autem ad fugiendum. Eſt autem error, ut dicit *M. Hugo de Sancto Victore*, neſcire quod rectum eſt; ſtultitia vero ſcire rectum, & non ſequi; Sapientia vero cognoſcere & amare bonum: cognoſcere & odira malum: & hoc totum in ipſa ſapientia cognoſcitur, cum ipſa videtur. Salomon antequam tranſiſſet ad contemplandum Sapientiam, cęcus erat; quia ire putavit, ubi non eſt homini via: putavit enim quærere, & inveſtigare omnia, quæ ſub Sole ſunt, & magnum aliquid credidit illorum inveſtigare, quæ extra hominis naturam conſiſtunt: Sed tunc illuminatus a luce Sapientiæ ait: *a* Quid eſt, inquam, homo, ut ſequi poſſit Regem factorem ſuum?

C *De conſecr. diſt. 4. cap. accepiſti 1. de ſacra unctione c. unico.*

Nec quærit ſolum quaſi admirando dignitatem, ſed quaſi cognoſcendo infirmitatem propriam, quaſi dicat, nihil eſt, ut ſufficiat, ut poſſit ſequi factorem ſuum: Si enim non poteſt conſequi facturam, multo magis non poteſt ſequi factorem. Factorem dico, qui creavit Regem, qui dirigit ad quod creavit. Sed quis ſequitur factorem ſuum? Ille qui vivit, ut factus eſt? qui incedit, ſecundum quod inſtitutus eſt: qui ſervat bonum, quod creatus accepit: & quod natura contulit, impollutum cuſtodit. Et quis ſequitur Regem ſuum? Qui feſtinat pervenire, quo invitatur: qui legibus bene præſidentis obtemperat: qui tendit, ad quod dirigitur: qui jubentis imperio, voluntate ſpontanea per omnia ſe inclinat. Sed quis eſt hic, & laudabimus eum, fecit enim mirabilia in vita ſua? Vel ſic. *a* Quid eſt, inquam, homo,] ideſt, quantus, ideſt, quam digna res eſt homo? *b* Ut ſequi poſſit,] ideſt, imitari in comprehenſione Sapientiæ [factorem ſuum? *c* Et vidi, quia tantum præcederet Sapientia] hominis, quamvis non puta. *d* Stultitiam, quantum differt lux a tenebris] quia Sapientia lux eſt; & ſtultitia tenebræ vel cæcitas, ſive dicatur Sapientia Chriſtus, ſive Sapientia donum. Et etiam vidi, quod. *e* Sapientis oculi] interiores, ſcilicet. *f* In capite ejus,] ideſt, in Chriſto, qui eſt caput Eccleſiæ, ut dicitur *Coloſ.* 1. Et nota tria, quæ præexiguntur ad hoc, ut homo habeat Sapientiam. Primum eſt, ut intelligat dignitatem ſuam, quam habet ex hoc, quod acquirendo Sapientiam ſit ſimilis Creatori ſuo, quod notatur *ibi* [Quid eſt homo,] ideſt, quantæ dignitatis, ut inveſtigando Sapientiam poſſit ſequi factorem ſuum, ideſt, imitari & ei aſſimilari. *Rom.* 13. Induimini Dominum Jeſum Chriſtum. Secundum eſt, ut intelligat differentiam, quæ eſt inter Sapientiam & ſtultitiam: quia Sapientia aſſimilat hominem veræ luci, quæ eſt Deus, ſtultitia vero diabolo, qui eſt tenebræ, quod notatur ibi. [Et vidi, quia tantum præcederet Sapientia ſtultitiam, quantum differt lux a tenebris.] Tertium eſt, quod intelligat, quod Sapientia clarificando oculos mentis dat homini oculos Aquilæ, ut videre poſſit verum Solem, in cujus contemplatione eſt ſumma beatitudo.

al. † utriuſque.

al. † ſol.

Eccli. 32.

Tria exiguntur ad hoc ut homo habeat Sapientiã.

3 Moraliter. Moraliter, *e* Sapientis oculi] ſunt [in capite ejus] ideſt, in corde ejus, jugiter illud intuens, ne quid fędum, aut turpe ſit in eo, ubi debet Sapientia hoſpitari. Sapiens oculos ſuos, ideſt, ſenſus ad interiora ſua circumſpicienda ab exterioribus abducit. Stultus vero neglectis interioribus ſuis, oculos ſuos in exteriora diſpergit. Unde *Prov.* 17. Oculi ſtultorum in finibus terræ: & ideo quaſi cęcus neſcit quo vadat. Unde ſequitur. *g* Stultus in tenebris ambulat,] ideſt, ignorantia terrenorum, ideſt, in terrenis, quæ ignorat, quia ſi ea vere cognoſceret, fugeret. Sapiens ex affectu Dei, & conjunctione ad ipſum, quę fit per amorem, illuminatur magis & magis ad videndum, & cognoſcendum vere omnia. E contrario ſtultus ex affectu terrenorum & conjunctione ad illa, quę fit per amorem, obtenebratur. Unde animal, quod vivit de terra, ſcilicet, talpa, cæcum eſt.

Et ideo ſtultus, &c quia cęcus eſt, currit ad laqueos Diaboli. Unde *Eccli.* 9. In medio laqueorum ingrediens, & ſuper arma dolentium ambulabis. *h* Et] hæc conſiderans [didici, quod unus utriſque,] ideſt, ſapienti & ſtulto. *i* Eſſet interitus.] Unus quantum ad ſubſtantiam mortis: & etiam unus quoad ignominiam: quia ſæpe æque, vel plus ignominioſe moritur ſapiens, ut ſtultus: Unus enim quantum ad prævisionem: multoties enim ſapiens ſicut ſtultus ex improviſa morte moritur, quaſi dicat Salomon, conſiderans res, vidi, quod omnes commune morte pereant, & ſimili miſeria hic premantur: quamvis oculi illius in cęlo ſint, & oculi illius in finibus terræ. *k* Et dixi in corde meo] loquens in perſona infirmorum, quos conſideratio iſta ſæpe a bono propoſito revocat. *l* Si unus & ſtulti, & meus occaſus erit,] ideſt, ſi ſimilis eſt interitus ſapientis & ſtulti. *m* Quid mihi prodeſt, quod majorem Sapientiæ dedi operam] contemplandæ vel acquirendæ; quaſi dicat, nihil prodeſt inveſtigatio Sapientiæ; quia omnes ſimiliter moriuntur.

al. † videns.

a Quid eſt inquam, homo, ut *b* ſequi poſſit Regem factorem ſuum? *c* & vidi, quia tantum præcederet Sapientia *d* ſtultitiam, quantum differt lux a tenebris. *e* Sapientis oculis in *f* capite ejus; *g* ſtultus in tenebris ambulat. *h* Et didici quod unus † utriſque *i* eſſet interitus: *k* & dixi in corde meo: Si *l* unus & ſtulti & meus occaſus erit, *m* quid mihi prodeſt, quod majorem Sapientiæ dedi operam? *n* Locutuſque † cum mente mea *o* animadverti, quod hoc quoque eſſet vanitas. *p* Non enim erit memoria Sapientis ſimiliter ut ſtulti in perpetuum; *q* & futura tempora oblivione cuncta operient pariter.

r Moritur doctus ſimiliter ut indoctus; *ſ* Et idcirco tæduit me vitæ meæ † *t* videntem mala univerſa eſſe ſub Sole, *u* & cuncta vanitatem *x* & afflictionem ſpiritus. *y* Rurſus deteſtatus ſum omnem induſtriam meam, qua ſub Sole ſtudioſiſſime laboravi habiturus hæredem poſt me: quem ignoro, utrum ſapiens, an ſtultus futurus ſit: & dominabitur in laboribus meis, quibus deſudavi, & ſollicitus fui.

Sed hæc ſententia cito falſa probatur, ſi homo redeat ad cor ſuum, ubi videtur veritas. Unde *Iſa.* 46. Redite prævaricatores ad cor. Et *Joan.* 4. Voca virum tuum. Quod audiens Salomon invenit prædictam ſententiam falſam eſſe. Unde ſequitur. *n* Locutuſque cum mente mea,] quia reddi ad cor. *o* Animadverti, quod hoc,] ideſt, ſubreptio hæc, quã dixi, quod nihil prodeſt operam dare ſapientiæ [quoque eſſet vanitas.] Vel animadverti, quod hoc eſſet vanitas,] ideſt, falſum, ſcilicet, quod omnino unus eſſet interitus Sapientis & ſtulti, quia ſapientis interitus via eſt ad beatitudinem: interitus ſtulti via eſt ad æternam damnationem. Unde ſequitur. *p* Non enim erit memoria ſapientis ſimiliter, ut ſtulti in perpetuum,] imo diſſimiliter: quia hic erit in gloria; ille in pęna. *Prov.* 10. Memoria juſti cum laudibus; nomen autem impiorum putreſcet.

Vel more concionantis dicuntur iſta: quia oblivioni datur Sapientia ſicut ſtultitia, ſicut dicunt infirmi.

q Et futura tempora oblivione cuncta operient pariter] *Pſal.* 111.
vel [non operient] alia littera, quod notat hæc dictio; *Pſal.* 9.
non, quæ ponit *Interl.* ſuper hoc verbum operient.

Etiam legitur interrogative in perſona infirmorum, vel remiſſive, ſive aſſertive in perſona ſapientis: quia in memoria æterna erit Juſtus; periit autem memoria eorum cum ſonitu. & Dominus in æternum permanet, *r* Moritur doctus ſimiliter ut indoctus] Concionatorie dicitur hoc in perſona infirmorum. Non enim ſimiliter moritur doctus & indoctus, imo diſſimiliter: Nam pretioſa eſt in conſpectu Domini mors Sanctorum ejus, mors vero peccatorum peſſima. Tamen videtur hic ad litteram † ſignare Theologos, qui ſacris litteris edocti æque improvidi & imparati moriuntur ut indocti, vel æque facile moriuntur ſpiritualiter ſuccumbentes tentationibus ut indocti implentes in ſe illud Philophi: Scire aut parum, aut nihil valet ad virtutem.

Pſal. 115. *Pſal.* 11. *al. † ſigillare.*

ſ Et idcirco tæduit me vitæ meæ] quia omnia vanitas, dicit *Interl.* Vel quia ſimiliter moritur doctus, & indoctus. Me dico. *t* Videntem mala univerſa eſſe ſub Sole,] ideſt, univerſitatem malorum eſſe ſub Sole, vel univerſa, quæ ſub Sole fiunt, ideſt, pro terrenis, non pro cęleſtibus, mala eſſe occaſionaliter vel pœnaliter; Mundus enim totus in maligno poſitus eſt. a. 1. *Jo.* 5.
u Et cuncta] eſſe [vanitatem] triplicem, ideſt, iniquitatis, ſollicitudinis, imperfectionis, vel ſicut prædiximus. *x* Et afflictionem ſpiritus] quia in eis labor, & timor & dolor, & nulla requies. Unde Apoſt. *Rom.* 7. Infelix ego homo! quis me liberabit de corpore mortis hujus? *y* Rurſus deteſtatus ſum omnem induſtriam meam, qua ſub Sole ſtudioſiſſime laboravi habiturus hæredem poſt me, quem ignoro, utrum ſapiens, an ſtultus futurus ſit, & dominabitur in laboribus meis, quibus deſudavi, & ſollicitus fui *t*] Non enim

quaſi

quaſi miniſtrum, & diſpenſatorem ſe gerens, ſed quaſi Dominum, non attendens, quod omnia ſibi credita ſunt, & commiſſa ad diſpenſandum pro arbitrio creditoris, non pro libito voluntatis propriæ. *a* Et quicquam tam vanum,] ut tali hæredi laborare & congregare? quaſi dicat, non. *b* Unde ceſſavi,] a ſtudio ſimul, & opere.

c Renunciavitque cor meum ultra laborare ſub Sole,] ne vitro talis hæredis materiam † diſſipationis congregarem.

D

al. † diſpenſationis.

Triplex cauſa tædii vitæ.

Et ſi bene advertitis, triplicem cauſam tædii vitæ ſuæ ponit hic *Ecc.* Prima eſt conſideratio mortis. Secunda conſideratio vanitatis.

Tertia conſideratio ſtulti hæredis. Quare autem laborare deſiſtat Salomon, oſtendit.

Stultum eſt congregare.

d Nam cum alius laboret in Sapientia,] ideſt, propria inveſtigatione. *e* Et doctrina,] ideſt, aliena eruditione. *f* Et ſollicitudine,] id eſt, providentia immoderata.

al. † quia.

al. † laboribus.

g Homini otioſo quæſita dimittit,] in morte ſua.

Et *a* eſt quicquam tam vanum? *b* Unde ceſſavi, *c* renunciavitque cor meum ultra laborare ſub Sole. *d* Nam cum alius laboret in Sapientia, *e* & doctrina, & *f* ſollicitudine, *g* homini otioſo quæſita dimittit. Et *h* hoc ergo *i* vanitas, & magnum malum. *k* Quid enim proderit homini de univerſo labore ſuo, *l* & afflictione ſpiritus, † *m* quo *n* ſub Sole cruciatus eſt? *o* Cuncti dies ejus † doloribus, *p* & ærumnis *q* pleni ſunt, *r* nec per noctem *ſ* mente requieſcit. *t* Et hoc nonne vanitas eſt? *u* Nonne melius eſt comedere, *x* & bibere, & *y* oſtendere *z* animæ ſuæ *a* bona de laboribus ſuis? Et *b* hoc de manu Dei eſt. *c* Quis ita vorabit, & *d* deliciis affluet, ut ego? *e* Homini bono in conſpectu ſuo dedit Deus *f* Sapientiam, *g* & ſcientiam & † *h* intelligentiam:

h Et hoc ergo,] ideſt, ſic laborare. *i* Vanitas & magnum malum,] quaſi dicat, ideo deſino laborare: quia magna ſtultitia eſt, quod alius per Sapientiam bona multiplicat, & alius per ſtultitiam diſſipat.

Sic tamen ad literam accidit Salomoni, cui ſucceſſit Roboam filius ejus: qui ſtulte perdidit, quod Salomon ſapienter congregavit. Hoc quotidie videmus in quibuſdam Doctoribus, & Prædicatoribus: qui multas divitias de agro, vel theſauro Scripturarum effodiunt: quas humiles, & devoti auditores comedunt, & abſque labore ſuas faciunt, ipſis fame, & ſiti, & paupertate pereuntibus. Unde *Job* 27. Si comportaverit quaſi terram argentum, & ſicut lutum præparaverit veſtimenta: præparavit quidem, ſed Juſtus veſtietur illis, & argentum innocens dividet. *Deut.* 28. Non ſit fortitudo in manu tua, fructus terræ tuæ, & omnes labores tuos comedat populus, quem ignoras. *Jer.* In hunc circulum res recurrit, ut alter alterius labore fruatur: & ſudor mortui ſint deliciæ viventis. Idem *Jeron.* Quanto labore ſcribant & ſæpe ſtilum vertant, noverunt librorum Auctores, Sapientiæ autem, & doctrinæ eſt terrena calcare, non congregare. *k* Quid enim proderit homini de univerſo labore ſuo,] tam corporali, quam ſpirituali, ideſt, ſcriptis edendis & expoſitionibus faciendis.

l Et afflictione ſpiritus] in utriſque.

m Quo,] ſcilicet labore.

n Sub Sole cruciatus eſt] ideſt, pro terrenis congregandis. *o* Cuncti dies ejus doloribus,] vel laboribus, ſed verius utriſque.

p Et ærumnis] ideſt, gravibus afflictionibus.

q Pleni ſunt,] non ſolum reſperſi.

r Nec per noctem,] quando eſt tempus quieſcendi.

ſ Mente requieſcit,] homo.

t Et hoc nonne vanitas eſt] quaſi dicat, planum eſt, quod ſic, maxime in curioſe philoſophantibus, & avare temporalia congregantibus.

De quibus dicit *Job* 15. Sonitus terroris ſemper in auribus illis, & cum pax ſit, ille ſemper inſidias ſuſpicatur. Sed de Juſto dicitur *Proverb.* 15. Secura mens quaſi juge convivium: ſequitur.

u Nonne melius eſt comedere, & bibere, & oſtendere animæ ſuæ,] ideſt, animalitati ſuæ.

a Bona de laboribus ſuis,] corporalibus, vel ſpiritualibus, ideſt, Scripturis. *b* Et hoc de manu Dei,] quaſi dicat: frui hic de laboribus ſuis donum Dei eſt. Et loquitur concinnatore in perſona luxuriare volentium *Gloſſ.* exponit, [myſtice,] ſic. *u* Nonne melius eſt comedere,] Corpus Chriſti. *x* Et bibere,] ſanguinem ejus. De quo *Cant.* 5. Comedite, amici, & bibite, & inebriamini, chariſſimi. *y* Et oſtendere] ipſa experientia.

Myſtice.

z Animæ ſuæ] non carni. *a* Bona de laboribus ſuis,] hic per ſpem & prægustationem, in futuro per ſpeciem & ſatietatem: Satiabor, inquit *Pſal.* 16. cum apparuerit gloria tua. *b* Et hoc de manu Dei eſt,] ideſt, cibus & potus donum Dei eſt. Unde *Matt.* 11. Venite ad me omnes, qui laboratis; & onerati eſtis; & ego reficiam vos. Vel ſic. *u* Nonne melius eſt comedere,] panem pœnitentiæ. *x* Et bibere,] vinum ſacræ Scripturæ.

y Et oſtendere animæ ſuæ bona de laboribus ſuis,] ideſt, per laborem pœnitentiæ a ſe removere peccata, quibus amotis videt anima bona æterna, quæ prius videre non poterat velata peccatis. Unde *Pſal.* 118. Revela oculos meos & conſiderabo mirabilia de lege tua.

b Et hoc de manu Dei eſt,] ideſt, donum Dei eſt. Unde *Iſa.* 26. Omnia opera noſtra operatus es in nobis, Domine.

c Quis ita vorabit,] divitias temporales, ideſt, ſine maſticatione diſcretionis comedit ut ego?

d Et deliciis affluet,] ut ego quaſi dicat, de experimento meo diſcite nihil boni, vel veri, vel ſolidi eſſe in deliciis iſtis? Nam ſi eſſet, hoc ego in eis inveniſſem. Vel de deliciis ſpiritualibus intelligitur ſic.

c Quis ita, vorabit,] ideſt, avide comedet panem bonorum operum: & bibet vinum ſacræ Scripturæ, ut ego?

d Et deliciis,] ſpiritualibus, [affluet ut ego?] quaſi dicat, nullus. Ipſe enim aliquando ſapientiſſimus fuit, & ideo majores in his delicias reperiebat. *e* Homini bono, &c.] Oſtenſo, quod quibuſdam eſt † jugis lætitia in cogitatione Sapientiæ; quibuſdam vanitas, & afflictio: oſtendit, quibus dat Deus veram lætitiam, & quibus miſeriam. Bonis dat lætitiam, vel corrigentibus ſe: Juxta illud *Oſee* 10. Secundum aliam litteram: Seminate vobis in juſtitia, vindemiate in fructu vitæ, & illuminate vobis lumen ſcientiæ. Primo enim ſeminanda eſt juſtitia, deinde fructus vitæ eſt metendus, & tunc demum lumen ſcientiæ poterit apparere. Peccatoribus autem dat Deus miſeriam ſempiternam; quos tamen permittit hic florere divitiis, ſecundum quod dicit *Pſal.* 72. Ecce peccatores & abundantes in ſæculo obtinuerunt divitias, quæ deficiunt; ſed præparabuntur miſeriæ, quæ nunquam deficient. Propter quod dicit *Jac.* 5. Agite nunc, divites, plorate, ululate in miſeriis, quæ advenient vobis. Dicit ergo. *e* Homini bono in conſpectu ſuo dedit Deus Sapientiam, & ſcientiam & intelligentiam,] ideſt, Deus, a quo omne bonum, qui dat omnibus affluenter, & non improperat, ut dicitur *Jac.* 1. dedit gratis, & tu gratis des: Juxta illud *Matth.* 10. Gratis accepiſtis, gratis date.

al. † lætitiam.

al. † magis.

f Sapientiam,] de divinis.

g Et ſcientiam,] de humanis.

h Et intelligentiam,] de cœleſtibus creatoris.

e Homini bono in conſpectu ſuo,] non in conſpectu hominum, ut hypocrita. Talem enim fugit Sapientia. Unde *Sap.* 1. Spiritus Sanctus diſciplinæ, ſupple dator, effugiet fictum, ideſt, hominem, ſcilicet, hypocritam: & auferet ſe a cogitationibus, quæ ſunt ſine intellectu. Item, [bono homini,] dat Deus. [Sapientiam,] qua Deus contemplatur, & amatur. [Et ſcientiam,] qua bene in mundo converſatur. [Et intelligentiam,] qua myſteria Scripturæ penetrantur. Vel [Sapientiam,] qua ſapiunt res ſecundum ſaporem proprium. [Et ſcientiam,] qua æſtimantur res juxta valorem ſuum. [Et intelligentiam,] qua cognoſcuntur res ſecundum totum eſſe ſuum. Et hæc lectio melior eſt. Medium enim cauſatur ab ultimis. Nam vera rerum æſtimatio ſurgit ex ſapore rerum & cognitione. Cui enim res notæ ſunt & ſapiunt prout ſunt: ille ſolus poteſt æſtimare de eis. Hanc Sapientiam, hanc ſcientiam, hanc intelligentiam quaſi triplicem funiculum, qui difficile rumpitur, dat Deus homini bono, ut regulam, qua ſe & alios regulet: ut lucernam, qua ſe & alios illuminet: ut cibum, quo ſe, & alios ſatiet: ut gladium, quo ſe, & alios defendat: ut agrum, vel vineam, ut in ea laborando ſibi, & aliis fructificet: ut pecuniam, ut eam ad uſuram accomodet: ut uxorem, ex Deo qua filios ſpirituales generet; ut chirographum de pacto inter Deum, & hominem: ut hæreditatem perpetuo poſſidendam jure hæreditario. Unde *Pſal.* 118. Hæreditate acquiſivi teſtimonia tua. *Eccleſiaſt.* 24. Legem mandavit Moyſes, hæreditatem domui Jacob. De hoc dicitur *Baruch* 3. Deus noſter adinvenit omnem viam diſciplinæ, & tradidit illam Jacob puero ſuo, & Iſrael dilecto ſuo: & poſt hæc in terris viſus eſt, & cum hominibus converſatus eſt.

Inf. 4. c.

a Pec-

a Peccatori autem,] ideſt, pellicatori, ſecundum Iſidorum, qui cœleſti Sapientiæ quam debuit habere ut Sponſam, ſicut legitur *Sap* 8. Superinduxit non unam pellicem tantum, ſed multas ſcilicet ſcientias ſæculares, vel lucrativas, ſive delicias, & divitias cum quibus fornicatur, & tanto gravius, quanto ſpiritualius.

a peccatori autem *b* dedit afflictionem, & *c* curam *d* ſuperfluam, ut *e* addat, & *f* congreget, & *g* tradat *h* ei, qui placuit Deo. *i* Sed & hoc vanitas, *k* & caſſa ſollicitudo mentis.

Tali inquam, pellicatori.
b Dedit Deus afflictionem] laborioſi ſtudii, ut die ac nocte pelles caprarum intueatur, & vitam labore miſerabili conſumat cum hujuſmodi pellicibus fornicando.
c Et curam] cor urentem.
d Superfluam,] in non neceſſariis congregandis tam ſpiritualibus, quam temporalibus.
e Ut addat] ſcientiam ſuper ſcientiam; poſt illam, præbendam ſuper præbendam.
f Et congreget] ad malum ſuum.
g Et tradat] dimittendo in morte, vel amittendo non ſponte.
h Ei qui placuit Deo] quaſi boni diſpenſatori. Sæpe accidit hoc, quod multi vane, & avare conquirunt, & congregant theſauros divitiarum, vel ſcientiarum, de quibus nunquam comedunt, ſed aliis ignorantibus relinquunt. De quibus *Pſalm.* 38. Theſaurizat, & ignorat, cui congregabit ea. *Aggæi* 1. Seminaſtis multum, & intuliſtis parum in horrea cordium veſtrorum; comediſtis ſtuendo, & non eſtis ſatiati; bibiſtis, & non eſtis inebriati; operuiſtis vos, & non eſtis calefacti.
i Sed & hoc vanitas] triplex ſupradicta, ſcilicet.
k Et caſſa ſollicitudo mentis.] Caſſa a fructu, quia fructus divitiarum quorumlibet copia eſt, ut dicit *Tullius*. Sed hunc fructum multis divitiæ ſuæ non conferunt, quia cupiditatem non minuunt. Sollicitudo hæc tria mala facit.

Primum jugis tranſitus, & aſſidua conculcatio turbidarum cogitationum, quæ nihil boni vireſcere, nihil fructificare in mente permittit. *Iſa* 51. Poſuiſti ut terram corpus tuum, & quaſi viam tranſeuntibus.

Secundum malum eſt diſtractio, ſive dilaceratio cordis; quot enim præbendas, vel alias ſollicitudines habet quis, tot diviſionibus diviſum eſt cor ejus. Tales enim bene indigerent ſapienti Medico, qui cito poſſet, & ſciret reintegrare cor eorum, quia prope interitum ſunt, ſicut dicitur *Oſee* 10. Diviſum eſt cor meum, nunc interibunt. Propter quod miſertus eorum Dominus, dicit *Iſa.* 18. Ite Angeli veloces ad gentem convulſam & dilaceratam, ad populum terribilem, poſt quem non eſt alius.

Tertium malum eſt ludibrium: Nam de mente male ſollicita ludunt res, de quibus eſt ſollicita. Et eſt ludus, qui vulgo dicitur trahipilum; quaſi enim pilos capitis mentem trahunt res ex omni parte, dum per varias cogitationes, ac deſideria illam rapiunt, & bonis cogitationibus omnino depilant. De quo *Iſa.* 22. Mittet te Dominus in terram latam, & ſpatioſam quaſi pilam, ibique morieris.

EXPOSITIO. CAP. III.

Ad litteram. OMnia tempus habent.] Supra docuit Salomon incertum & fluctuantem ſtatum conditionis humanæ, ſicut dicit *Jeron.* In hoc tertio capitulo oſtendit omnia quæ ſub Sole ſunt ſibi eſſe contraria, & nihil ſtare perpetuum. Subſtantiæ enim ſpirituales, nec loco, nec tempore continentur. Juxta litteram ergo oſtendit Salomon rerum tranſeuntium durationem, & tranſitum limitatarum, quia omnia metas ſuas habent ſibi a Deo præfixas.

Myſtice. Myſtice etiam cæremoniæ, & figuræ legis tempus ſuum habuerunt uſquequo ſcilicet veritas appareret, ſed veritate coruſcante ceſſaverunt figuræ. Signis enim non utimur, niſi propter abſentiam veritatis.

Moraliter. Moraliter etiam Diabolus tempus ſuum habet, quo in ſervos Domini debacchatur, ſed cito finietur. Unde *Apoc.* 12. Væ terræ, & mari, quia deſcendit Diabolus ad vos habens iram magnam, ſciens quia modicum tempus habet. Virga etiam & ferula, & flagella tempus habent, quandiu neceſſaria eſt eruditio; & fornax tempus habet, quandiu neceſſaria eſt purgatio, & mallei febriles tempus ſuum habent, quamdiu neceſſaria eſt fabricatio; novacula etiam ſuum tempus habet, qua radi neceſſe habemus contra venturam ſolemnitatem æternæ jucunditatis, ibi enim nullus admittetur, niſi raſus. Quod ſignificatum eſt *Geneſ.* 41. ubi legitur: Protinus ad Regis imperium eductum de carcere totonderunt Joſeph, ac veſte mutata obtulerunt Regi.

Sed poſtquam ſolemnitas illa advenerit, non erit ultra neceſſaria novacula, quia pili noxiarum cogitationum & affectionum non renaſcentur ulterius ſicut modo. Propter quod dicit *Iſa.* 7. In die illa radet Dominus in novacula acuta in his qui trans flumen ſunt in Rege Aſſyriorum caput, & pilos pedum, & barbam univerſam.

CAP. III.

l OMnia *m* tempus habent, *n* & ſuis ſpatiis *o* tranſeunt univerſa ſub cœlo. *p* Tempus naſcendi, *q* & tempus moriendi.

Item ſicut dicit Auguſtinus, paleæ tempus ſuum habent, ſuſtinendi, portandi, nutriendi, portandi grana, ſed non erunt neceſſariæ granis reconditis in horrea Domini. Grana vocat electos, paleas reprobos, flagella, quibus grana a paleis ſeparantur, Tyrannos. Unde *Iſ.* 10. Virga furoris mei Aſſur, ideſt, Nabochodonoſor. Univerſaliter ergo verum eſt, quia omnia tempus habent, quo fieri, vel non fieri debent. Unde *Eccli.* 39. Omnia in tempore ſuo comprobabuntur, alioquin non placent. Unde *Eccli.* 20. Ex ore fatui reprobabitur parabola, non enim illam dicit in tempore ſuo. Homo vero ſapiens tacebit uſque ad tempus. Dicit ergo.
l Omnia] tam bona, quam mala.
m Tempus habent,] congruum ſibi quo fieri, vel non fieri debent.
n Et ſuis ſpatiis] præfixis a Deo.
o Tranſeunt univerſa ſub Sole,] quæ ſcilicet, mutabilitati ſubjecta ſunt, & cum tempore currunt. Ea vero quæ ſupra Solem ſunt, tranſeunte tempore ſtant, & ſic ſtaret homo, ſi non peccaſſet.
p Tempus naſcendi, &c.] Littera plana eſt.

Myſtice vero exponitur de populo Judaico ſic. *Myſtice.*
p Tempus naſcendi,] Iſrael ad cultum Dei fuit, quando introducti ſunt in terram promiſſionis.
q Et tempus moriendi,] ideſt, in captivitatem ducendi, quando tranſgreſſi ſunt mandata Domini.

Moraliter. *p* Tempus naſcendi,] eſt tota vita præſens, *Moraliter.* qua debemus naſci Domino per pœnitentiam, quæ incipit a timore Domini. *Iſa.* 26. ſecundum aliam tranſlationem. A timore tuo Domine, concepimus, & quaſi parturivimus, & peperimus ſpiritum ſalutis.

Hoc contra multos dicitur, qui multis annis conceptum boni propoſiti geſtant in utero cordis ſui, nunquam parientes.

Multi ſunt, qui jam diu forte duobus annis Monachum vel alium bonum virum geſtaverunt, & adhuc non poſſunt parere. Unde dicit *Iſa.* 37. Venerunt filii uſque ad partum, & virtus non eſt pariendi. Forte parerent, ſi medullitus attenderent illud *Matth.* 24. Væ parientibus in illis diebus. Sed adhuc magis mirabile eſt, quia quidam ante partum de Monacho faciunt Canonicum, de Canonico Clericum, de Clerico Militem, quia tota die variant propoſitum.

Unde poſſet eis Dominus dicere ſicut Jacob de Laban dixit uxoribus ſuis: *Pater veſter circumvenit me & mutavit mercedem meam decem vicibus.*

Similiter dicitur hoc contra illos, qui tempus debitum pariendi non expectant, qui adhuc pueri, vel infantes Monachi fiunt a parentibus ſuis; & ideo ſæpe abortivum faciunt, & puerperia informia, quæ non vivunt, vita ſcilicet gratiæ; unde ſæpe dicunt illud *Job* 3. Pereat dies in qua natus ſum, & nox in qua dictum eſt: conceptus eſt homo, ideſt, maledicta ſit dies, in qua factus ſum Monachus.

Item eſt tempus naſcendi ad prælationem, ſcilicet conſummatam vitæ, & ſapientiæ ætatem, quia ut dicit Philoſophus: Nemo juvenes eligit Duces. Et Apoſtolus 1. *Timot.* 3. Oportet Epiſcopum irreprehenſibilem eſſe, unius uxoris virum, ſobrium, ornatum, prudentem, non neophytum.

Sed quidam aviditate feminea præripiunt dignitates, & in eas rupta maceria irrumpunt. Sic legitur de Phares, *Geneſ. cap.* 28. Hujuſmodi homines ventrem matris Eccleſiæ dilacerant, & dirumpunt per ſciſſuras & ſchiſmata, quæ faciunt in ſuo partu. Vix alicubi partus integer naſciturus, quia raro aliquis Canonice eligitur, ſed fruſtatim de ventre matris extrahitur violenter a paucis electoribus. Qualibet nativitas mortem ſuam habet, unde ſequitur.
q Et tempus moriendi] peccato poſt nativitatem pœnitentiæ, ad quam mortem invitat Apoſtolus, *Col.* 3. Mortificate

membra

Digitized by Google

membra veſtra, quæ ſunt ſuper terram. *Rom.6.* Qui mortui ſumus peccato, quomodo adhuc vivemus in illo? Item poſt nativitatem religionis moriendum mundo eſt. *Gal.6.* Mihi mundus crucifixus eſt, & ego mundo. Poſt nativitatem prælationis moriendum eſt parentibus. *Rom.8.* Fratres debitores ſumus, non carni, ut ſecundum carnem vivamus, 2.*Cor.*4. mortificationem Chriſti Jeſu ſemper in corpore noſtro circumferentes, ut & vita Jeſu manifeſtetur in corporibus noſtris. Sunt enim de origine Melchiſedech, qui nec patrem, nec matrem, nec parentes legitur habuiſſe. *Hebr. 7.*

> *a* Tempus plantandi, & *b* tempus evellendi, quod plantatum eſt. *c* Tempus occidendi, & *d* tempus ſanandi. *e* Tempus deſtruendi, & *f* Tempus ædificandi. *g* Tempus flendi, & *h* Tempus ridendi.

a Tempus plantandi, & tempus evellendi.

Myſtice. Myſtice. Tempus plantandi Iſrael in terra promiſſionis poſt exitum de Ægypto fuit, mortuo Moyſe ſub Joſue ſucceſſore ejus. Unde *Pſal. 79.* Vineam de Ægypto tranſtuliſti, ejeciſti gentes, & plantaſti eam. *b* Et tempus evellendi,] eam de terra promiſſionis fuit tempore Sennacherib, & Nabuchodonoſor, & Titi, & Veſpaſiani. Unde *Pſal.79.* Ut quid, Domine, deſtruxiſti maceriam ejus, & *Jer.45.* Ecce quos ædificavi, deſtruam: & quos plantavi, evellam, & tu quæris tibi grandia. Item tempus plantandi cæremonias, & legem terribilem fuit, quamdiu parvulus fuit populus Dei, luxuriæ, & idololatriæ deditus: quæ per timorem, & cultum contrarium curandæ erant. Tempus autem evellendi iſta fuit ipſo populo Dei jam adulto, & eruditione provecto; ut impleretur illud 1.*Cor.*13. Cum eſſem parvulus, loquebar ut parvulus, ſapiebam ut parvulus, cogitabam ut parvulus; quando autem factus ſum vir, evacui, quæ erant parvuli. Item tempus plantandi Eccleſiam, & Evangelicam doctrinam fuit nato Domino Jeſu. Et tempus evellendi figuras, & umbras legalium.

Moraliter. Moraliter. *a* Tempus plantandi.] virtutes eſt poſt foſſionem terræ liberi arbitrii vomere contritionis, eradicatis penitus radicibus vitiorum ligone confeſſionis, ante enim non eſt tempus plantandi virtutes, ſed potius evellendi radices peſtiferas vitiorum. Et ita tempus evellendi, quod poſtponitur in littera, præcedit in opere. Unde videtur, quod prius ſit remiſſio peccatorum, quam infuſio gratiæ. Quod videtur innuere *Gloſ.* quæ dicit. Non poſſumus ædificare bona, niſi prius deſtruxerimus mala, ut dictum eſt *Jerem.*1. ut ante eradicaret, & effoderet, & diſperderet, & poſtea plantaret, & ædificaret. Item *Jer. 4.* Novate vobis novale, & nolite ſerere ſuper ſpinas.

Et *Boetius in libro de conſolatione*: Quique ingenium vult ſerere, agrum primum fructibus liberet, Contra Fide mundatur cor a peccato, ut dicitur *Act.*15. Item lumen Solis prius eſt naturaliter, quam fuget tenebras: ſed gratia eſt lumen animæ; peccatum tenebræ: ergo, &c. Item tempus plantandi bonas arbores in horto Domini, id eſt, in Eccleſia, modo eſt; ſed hortulani, ideſt, Prælati plantant ſpinas, & vepres, ideſt, Advocatos, ſciſſuras, & ſchiſmata facientes, & urticas prurientes, ideſt, nepotulos vagientes, obliti, quod etiam lex ſæcularis illos punit, qui herbas peſtiferas ſeminant in alienis agris; quanto magis puniet hortulanos ſuos, ideſt, Epiſcopos, qui agros Eccleſiæ ſibi ad excolendum commiſſos ſpinis & vepribus, & urticis replent. Tempus autem evellendi veniet, quando implebitur illud. *Matth* 15.

Omnis plantatio, quam non plantavit Pater meus cæleſtis, eradicabitur. Item eſt tempus plantandi triticum verbi Dei, ſicut Apoſt. 1.*Cor.* 3. Ego plantavi, Apollo rigavit, Deus autem incrementum dedit. Et eſt tempus evellendi zizania hæreticæ doctrinæ; ita tamen, quod non eradicetur ſimul, & triticum, ſicut docet Dominus. *Matth.* 13. *c* Tempus occidendi, & tempus ſanandi.]

Myſtice. Myſtice. Tempus occidendi fuit, quando miſit Dominus Angelum, & occidit maſculos Ægyptiorum.

d Et tempus ſanandi,] ideſt, Judæos a ſervitute Ægyptiaca liberandi, *Exod.*12 Item eſt tempus occidendi impios, & tempus ſanandi pœnitentes, quod ſolus Dominus facit juxta illud *Deut.*32. Ego occidam, & ego vivere faciam: percutiam, & ego ſanabo. 1. *Reg* 2. Dominus mortificat, & vivificat: deducit ad inferos, & reducit, *Job* 5. Increpationes Domini ne reprobes, quia ipſe vulnerat, & medetur; percutit, & manus ejus ſanabunt. Item tempus occidendi tauros, & altilia ad præparandum convivium nuptiale, id eſt, Apoſtolos & Martyres fuit in principio naſcentis Eccleſiæ, ſicut legitur. *Matth.*22. Dicite invitatis, ecce prandium meum paravi, tauri mei, & altilia occiſa ſunt, & omnia parata ſunt, venite ad nuptias. [tempus ſanandi,] plagam, & ſtragem iſtam fuit, hoc tempore Confeſſorum. Item tempus occidendi veterem hominem eſt tempus præſens. Et idem eſt tempus ſanandi novum, quia interfectio veteris hominis eſt ſanatio novi. De hoc dicitur *Eph.* 4. Deponite vos ſecundum priſtinam converſationem veterem hominem, qui corrumpitur ſecundum deſideria erroris; renovamini autem ſpiritu mentis veſtræ, & induite novum hominem, qui ſecundum Deum creatus eſt in juſtitia, & ſanctitate veritatis. Item tempus eſt modo occidendi peccatores gladio verbi Dei, ſicut dictum eſt Petro, *Act.*10. Occide Petre, & manduca. *Jer.*48. Maledictus, qui prohibet gladium ſuum a ſanguine. Et hoc ipſum eſt tempus ſanandi vulneratos peccatis medicamine verbi Dei. *Sap.*16. Neque herba, neque malagma ſanavit eos: ſed tuus ſermo, Domine, qui ſanat omnia. Item modo eſt tempus Deo occidendi corporaliter, & temporaliter; in futuro erit tempus ſanandi, quando alligaverit Dominus vulnus populi ſui, & percuſſuram plagæ ejus ſanaverit, ut legitur *Iſa.*30. Quando, ſcilicet, abſorbebitur mors in victoria, ut dicitur 1. *Cor.* 15. *e* Tempus deſtruendi, & tempus ædificandi.] *Ad litteram.*

Ad litteram tempus deſtruendi templum fuit ſub Nabucodonoſor. 4. *Reg.*25. Et tempus ædificandi illud, ſub Cyro. 1. *Eſdræ* per totum, & *Aggæi* per totum.

Myſtice. Myſtice. *e* Tempus deſtruendi,] Synagogam, & cæremonias, fuit nato Joanne Baptiſta. Et ſimiliter. *f* Tempus ædificandi,] Eccleſiam, & ſpiritualia. Unde *Matth.*11. Omnes Prophetæ, & lex uſque ad Joannem prophetaverunt.

Moraliter. Moraliter. *e* Tempus deſtruendi,] Babylonem, & Jericho, ideſt, mentis confuſionem, & inſtabilitatem, quam Diabolus ædificat in nobis, eſt modo. *f* Et tempus ædificandi,] templum Dei, ideſt, puritatem, & ſtabilitatem conſcientiæ, quam Diabolus deſtruit, quantum poteſt. *Joſue* 6. Maledictus vir coram Domino, qui ſuſcitaverit, & ædificaverit Jerico civitatem.

Item tempus eſt deſtruendi,] acervos lapidum, quos loco domus Eccleſiæ coacervant Prælati. Non enim eſt Eccleſia domus Dei, ſed acervus lapidum ſine ordine & cæmento charitatis in unum coadunatorum, ſicut dicit *Mich.* 3. Jeruſalem in acervum lapidum erit. Hos acervos tempus eſt deſtruendi, & tempus ædificandi, ideſt, eadem Domino faciendi.

g Tempus flendi, & tempus ridendi,] Ad litteram, *Ad litteram.* tempus flendi everſionem templi fuit ſub Nabucodonoſor. *Jer.* 52.

h Tempus,] vero, [ridendi,] in reædificatione ſub Eſdra, & Zorobabel, & Neemia. 1. *Eſdræ* per totum.

Myſtice. Myſtice. *g* Tempus flendi,] eſt, quamdiu cauſa fletus permanet: Quæ quadruplex eſt, ſcilicet, Dei injuriæ, & contumeliæ, animarum ſtrages, incolatus præſentis miſeriæ, dilatio patriæ. Et quamdiu eſt utilitas lacrymarum. Quæ multiplex eſt. Prima eſt placatio, imo ad miſerandum coactio. Unde *Gloſſ.* ſuper *Tob.* 3. ubi dicitur de Sara filia Raguelis: Ad hanc vocem perrexit in ſuperius cubiculum domus ſuæ, & tribus diebus, & tribus noctibus non manducavit, neque bibit; ſed in oratione perſiſtens, cum lacrymis deprecabatur Deum, ut ab iſto improperio liberaret eam, ſic dicit: Oratio Deum lenit; ſed lacryma cogit: hæc ungit; illa pungit. Secunda eſt extinctio pœnarum. Tertio ablutio culparum. Quarta irrigatio mentis ad fœcunditatem bonorum operum. Quinta extinctio ardoris tentationum. Sexta reſinceratio, & clarificatio mentis ad ſpeculandum in ea clarius, ſicut in ſpeculo loto. Et hanc ponit *Greg. ſup. Job.* Flendi ergo modo quatuor exiſtunt cauſæ, & utilitates ſex, quibus cauſis, & utilitatibus ceſſantibus ſine dubio non erit tempus flendi. Sed erit. *h* Tempus ridendi,] quia tunc aderit omnium deſiderabilium plenitudo, & omnium defectuum & moleſtiarum evacuatio. *Apoc.*21. Abſterget Deus omnem lacrymam ab oculis Sanctorum ſuorum, & mors non erit ultra, neque labor, neque dolor, quia prima abierunt. Idem *Iſa.* 25. Nunc flet Eccleſia cum filiis ſuis; mundus autem gaudet, in futuro ridebit Eccleſia; mundus autem plorabit. Unde *Joan.*16. Mulier cum parit, triſtitiam habet: quia venit hora ejus; cum autem peperit puerum, jam non meminit preſſuræ propter gaudium, quia natus eſt homo in mundum. Differt autem gaudium mundi præſens, & gaudium Eccleſiæ futurum.

Illud ſuperficiale, & forinſecum eſt; iſtud vero ſic intima cordis replet, ut exterius in laudem Dei reſultet. Unde *Job* 8. Deus non projicit ſimplicem, nec porriget manum malignis, donec impleatur riſu os tuum, & labia tua jubilo.

a Tempus plangendi,] cum Judæis in captivitate facta per Nabuchodonoſor 4 *Reg.*25.

Et tempus ſaltandi,] in reditu de Babylone ſub Cyro. Vel [tempus plangendi,] in captivitate arcæ per Philiſthæos 1. *Reg* 4. [Et tempus ſaltandi,] in reditu ejuſdem arcæ in Bethſames 1. *Reg.* 6.

Moraliter. *1. Petr. 2.* Moraliter. *a* Tempus plangendi] peccata in Quadrageſima. *b* Et tempus ſaltandi,] in Paſcha, quia tunc novelli ſunt filii Eccleſiæ, quaſi modo geniti infantes, rationabiles tamen ſine dolo.

a Tempus plangendi, & *b* tempus ſaltandi, *c* Tempus ſpargendi lapides, & *d* tempus colligendi. *e* Tempus amplexandi, & *f* tempus longe fieri ab amplexibus, *g* Tempus acquirendi, & *h* tempus perdendi,

Vel,] tempus plangendi fratres, & filios mortuos in peccato, cum Rachel, *Jer.* 31. Vel ſponſum amiſſum, vel dilatum, vel præſentem miſeriam cum Axa. *Judic.* 1. Hoc tempus modo eſt. Et idem eſt tempus ſaltandi, & tripudiandi ad contentum citharæ Dominicæ, ſicut David ante arcam 2. *Reg.* 6.

Alioquin improperabitur nobis illud *Matth.* 11. Cecinimus vobis, & non ſaltaſtis, bene operando: lamentavimus vobis, & non planxiſtis. Doctores cantant nobis, quando gaudia æterna promittunt, Lamentantur, quando pęnas æternas comminantur. Vis audire Citharædum cantantem, ſcilicet, Joannem Baptiſtam? Audi dicentem: Facite dignos fructus pœnitentiæ, appropinquabit enim regnum cęlorum. Vis audire lamentantem? Audi illud: Jam ſecuris ad radicem arboris poſita eſt. *Matth. 3.* *Ibid.*

Omnis ergo arbor, quæ non facit fructum bonum, excidetur, & in ignem mittetur.

[Tempus ſaltandi,] eſt modo, ideſt, utroque pede ſe a terrenis avellendi, & ſaliendi in cęlum. Alioquin piſcis, qui non habet pennulas, quibus ſalire poſſit, immundus eſt. *Lev.* 11. Sed multi unico pede volunt ſalire in cęlum, reliquo remanente, & infixo in terra. Intellectu enim ſaliunt in ſpeculationem cęleſtium; ſed affectu infixi remanent in amore temporalium. Quomodo autem ſaliendum eſſet non omnes ſciunt, ſicut piſcis, vel cervus. Piſcis enim ex ſola pinguedine ſalit; ſic homo ex ſola pinguedine charitatis & alacritate ſpei ſalire debet, non ex vana lætitia mundi. Cervus ſalit lutoſa, & ſpinoſa, & hiantia, ne capiatur: ſic homo tranſilire debet delitias, divitias, & honores mundi, ne a Diabolo capiatur, qui quaſi venator circuit quærens, quem devoret, 1. *Petr.* 5.

De hoc dicit *Iſa.* 35. Deus veniet, & ſalvabit nos; tunc aperientur oculi cæcorum, & aures ſurdorum patebunt: tunc ſaliet, ſicut cervus claudus, & aperta erit lingua mutorum.

c Tempus ſpargendi lapides,] templi, & civitatis, vel Judæos lapideos.

d Et tempus colligendi,] in reædificatione templi, & civitatis. *Jeron.* dicit. Miror, ſi vir ſapiens dixerit hæc de ædificatione domorum, ſecundum illud *Horat. lib.* 1. *Epiſt.*

Diruit, ædificat, mutat quadrata rotundis.
Æſtuat, & vitæ diſconvenit ordine toto.

Sed utrum vere, an per metaphoram, lectori relinquo. Nos vero intelligimus hoc ſecundum illud, quod dicitur *Matth.* 3. Potens eſt Deus de lapidibus iſtis ſuſcitare filios Abrahæ, ideſt, Gentiles lapideos fideles facere.

Tempus enim fuit ante adventum Domini ſpargendi gentes. Et poſtea fuit tempus colligendi eas in unitate fidei.

Item tempus fuit diſpergendi lapides, ideſt, Judæos lapideos per mundum tempore Titi & Veſpaſiani. Et tempus erit colligendi in fine mundi per Eliam & Enoch.

Item, [tempus eſt ſpargendi lapides] ideſt, ſanctos prædicatores per mundum, quod fuit, quando Dominus dixit: Ite docete omnes gentes, &c. *Matth.* 28.

[Tempus,] vero, [colligendi] eos eſt, quando Dominus aſſumit eos de mundo ad ſe. De iſtis lapidibus dicitur *Zach.* 9. Lapides ſancti elevabuntur ſuper terram.

Moraliter. Moraliter. Per lapides, intelligitur aſpera correctio. Unde *Exod.* 19. Omnis, qui tetigerit montem, morte morietur.

Manus non tanget eum, ſed lapidibus opprimetur, ideſt, duris increpationibus. Eſt igitur ſenſus.

Tempus ſpargendi lapides,] eſt aliquando aſpere increpandi, dum, ſcilicet, peccant homines.

d Et tempus colligendi,] ideſt, increpationes mitigandi, dum ceſſant peccare. Et hoc eſt, quod legitur, *Luc.* 10. quod Samaritanus infudit in vulnera ſauciati vinum, & oleum.

Item per lapides intelliguntur peccata, quæ animam lapideam, ideſt, duram efficiunt. Unde *Eccli.* 22. Qui mittit lapidem in volatilia, ideſt, in virtutibus, quibus volatur in cœlum, dejicit ea. Et eſt ſenſus.

c Tempus ſpargendi lapides] ideſt, peccata per diſcretam & immutatam confeſſionem, ut mundatus ager animæ poſſit fructificare.

d Et tempus colligendi,] lapides, ideſt, peccata quaſi in acervum unum recogitando ad dolendum. Unde *Jerem.* 50. Tollite de via lapides, & redigite in acervos. Et ſunt hi acervi duri, & amari, ſicut faſciculus myrrhæ. De quo Sponſa. *Cant.* 1.

Faſciculus myrrhæ dilectus meus mihi inter ubera mea commorabitur.

e Tempus amplexandi, & tempus longe fieri ab amplexibus,] hoc planum eſt ad litteram de propriis uxoribus. *Myſtice.*

Myſtice. *e* Tempus] fuit Deo [amplexandi,] Iſrael, quando dictum eſt. Creſcite, & multiplicamini. *Gen.* 1. *f* Et tempus longe fieri ab amplexibus,] ducendo in Babylonicam captivitatem, ubi fecit eos computreſcere, ſicut lumbare Jeremiæ, per quod ſignificatur populus Judaicus, de quo dicitur *Jerem.* 13. Tolle lumbare, quod eſt circa lumbos tuos, & conſurgens vade ad Euphratem, & abſconde illud ibi in foramine petræ. Item ad litteram. *e* Tempus,] eſt aliquando, [amplexandi] uxores. *f* Et tempus eſt longe fieri ab amplexibus,] uxorum, ſcilicet, tempore orationis, ſicut dicit Apoſtolus 1. *Cor.* 7. Nolite fraudare invicem, niſi forte ex conſenſu ad tempus, ut vacetis orationi. Diebus enim feſtivis, & jejuniorum abſtinere debent conjuges ab amplexibus. Tamen ſi alter improbus exiſtat in petendo debitum, non indicimus alteri legem negandi. Tempore etiam luctus, & afflictionis Eccleſiæ ceſſandum eſt amplexibus: quod inſinuavit Dominus. *Gen* 7. ubi ſeorſum viros, ſeorſum uxores eorum juſſit intrare in arcam 8. c. conjunctim juſſit exire, quaſi dicat, nunc eſt tempus amplexandi. Hoc eſt, quod dicitur *Zach.* 12. In die illa magnus erit planctus in Jeruſalem, ſicut planctus Adremmon in campo Magedon. Et plangent terræ familiæ, & familiæ ſeorſum. *Ad litteram.*

Familiæ domus David ſeorſum, & mulieres eorum ſeorſum.

Moraliter. Moraliter. *e* Tempus amplexandi,] Sponſum eſt tempus contemplationis, ubi Sponſa oculis, & amplexibus Sponſi jucundatur. Iſaac enim cum Rebecca aliquando jocatur. *Gen.* 26.

f Tempus longe fieri ab amplexibus,] eſt quando proximorum neceſſitas, & ſalutaris utilitas exire ad activam requirit.

Unde Sponſus aliquando vocat Sponſam ad campum actionis; aliquando quieſcere jubet in lecto contemplationis. Ego inquit flos campi, & lilium convallium. *Cant.* 2. quaſi dicat, qui vult me habere, inveniet in campis ſilvæ. Poſtea dicit: Adjuro vos, filiæ Jeruſalem per capreas, cervoſque camporum, ne ſuſcitetis, neque evigilare faciatis Dilectam meam, quoadusque ipſa velit. *Cant.* 2.

Item aliquando eſt Deo tempus amplexandi nos læva præſentis proſperitatis; ne, ſcilicet, in adverſis deficiamus.

Unde *Pſal* 59. Da nobis auxilium de tribulatione. Aliquando eſt tempus longe fieri ab amplexibus; tempore, ſcilicet, proſperitatis, ne ſuperbiamus, ut tunc vexatio det intellectum auditui. Unde Sponſa, *Cant. ult.* Euge dilecte mi: aſſimilare capreæ, hinnuloque cervorum ſuper montes aromatum. *g* Tempus acquirendi,] Judæos fuit ſub Moyſe & Joſue.

h Et tempus perdendi,] eos ſub Oſea Rege Iſrael, & ſub Sedecia Rege Juda. Vel, [tempus acquirendi,] gentes perditas, [Et tempus perdendi,] Judæos perfidos, fuit poſt mortem Domini, & aſcenſionem.

Item tempus eſt modo Prælatis acquirendi animas Chriſto.

Et tempus eſt perdendi eaſdem lupis infernalibus ubique inſidiantibus. Propter quod præcipitur Prælatis vigilare.

Item, [tempus eſt acquirendi,] vitam æternam.

[Et tempus perdendi,] vitam temporalem pro Chriſto. Qui enim amat animam ſuam, perdet eam: & qui odit animam ſuam in hoc mundo, in vitam æternam cuſtodit eam. *Joann. cap.* 12.

Item, [tempus eſt acquirendi,] divitias ſpirituales, quamdiu nundinæ durant, in quibus clamat Chriſtus: Suadeo tibi emere, a me aurum ignitum, probatum, ut locuples ſias. *Apocalip.* 3. Nunc etiam multis eſt, [tempus perdendi,] divitias iſtas, qui plus amant divitias temporales, quam ſpirituales, & ideo has acquirunt, illas perdunt.

Digitized by Google

dunt. Item modo eſt tempus acquirendi vinum, & triticum ſacræ doctrinæ, quibus cellaria cordis replentur, ſicut legitur *Prov.*24. In doctrina replebuntur cellaria univerſa ſubſtantia pretioſa, & pulcherrima. Et eſt tempus perdendi vinum, & triticum Scripturæ, niſi doceatur utiliter, & opere impleatur, & humilitate cuſtodiatur.

a Tempus cuſtodiendi, & *b* tempus abjiciendi. *c* Tempus ſcindendi, & *d* tempus conſuendi. *e* Tempus tacendi, & *f* tempus loquendi. *g* Tempus dilectionis, & tempus odii.

Item tempus acquirendi divitias temporales fuit Eccleſiis in principio, quando fervor Religionis vigebat. Nunc autem eſt tempus perdendi eas. Nam ſicut Principes ſtudioſi fuerunt tunc ditare Eccleſias; ita modo, quam plures ſtudioſiores ſunt ſpoliare Eccleſias, & depauperare.

a Tempus cuſtodiendi,] fideles converſos ex gentibus.

b Et tempus abjiciendi,] infideles Judæos.

Item, [tempus,] eſt, [cuſtodiendi,] peccatores ſub defenſione Eccleſiæ, quamdiu ſpes eſt de ſalute eorum, [Et tempus abjiciendi,] quando incorrigibiles, & omnino perverſi ſunt.

Item, [Tempus cuſtodiendi] Judæos fuit uſque ad adventum Chriſti. Et tunc fuit, [tempus abjiciendi,] eos: qnia ipſi Dominum abjecerunt.

Item, [Tempus,] fuit, [cuſtodiendi] legalia, quamdiu utilia fuerunt, & charitati militabant. Et tempus abjiciendi ea, quandu inutilia eſſe cęperunt.

Item, [tempus cuſtodiendi,] ſpiritualia. Et tempus abjiciendi,] temporalia quaſi fimum, qui diſperſus utilis eſt, congregatus nocivus. Væ autem illis, & utinam non multis, qui e contrario faciunt, qui ſcilicet, toto ſtudio, totiſque viribus temporalia cuſtodiunt, & defendunt, ſpiritualia abjiciunt, & negligunt quaſi fimum. Tales propriè ſunt rotabula Eccleſiæ, ideſt, inſtrumenta, quibus lutum de plateis extrahitur, & congregatur in unum. De quibus dicitur *Abac.* 2. Væ ei, qui multiplicat non ſua, uſquequo aggravat contra ſe denſum lutum? Qui vero quærunt Eccleſias, & intitulantur in illis, ut temporalia reportent, vel potius aſportent: nihil aliud ſunt, quam cænofora, ideſt, ſtercorum evectoria. De quibus poteſt dici *Pſal.*80. Manus eorum in cophino ſervierunt.

Item, [Tempus cuſtodiendi,] cor ſuum in unum eſt hora contemplationis, & orationis, [Et tempus abjiciendi,] hora activæ adminiſtrationis.

c Tempus ſcindendi,] regnum Iſrael ſub Roboam filio Salomonis, 2. *Reg.*12.

d Et tempus conſuendi,] regnum Iſrael erit in fine, quando per Eliam, & Enoch convertentur corda patrum in filios, & corda filiorum ad patres eorum. *Matth. ult.* Quando lignum Joſeph, & lignum Juda erunt unum lignum, ut legitur *Ezech.* 37.

Quando aliæ oves adducentur ad ovile, & fiet unum ovile, & unus paſtor. *Joan.*10.

Item, [tempus ſcindendi,] ſaccum Dominici corporis, fuit tempus paſſionis.

[Et tempus conſuendi,] fuit in die Reſurrectionis, quando reparatus eſt ſaccus, & renovatus, ſicut legitur in *Pſal.*29. Conſcidiſti ſaccum meum, & circumdediſti me lætitia.

Item, [tempus ſcindendi,] Eccleſiam per hæreſes, & ſchiſmata olim fuit, & etiam modo eſt, & hoc tempus eſt filius Belial. Sed filiis Chriſti eſt tempus conſuendi ſciſſuras Eccleſiæ, quæ multæ ſunt, & multi ſciſſores; pauci vero conſutores. Et tamen tempus eſſet conſuendi illam, quia totus uterus laceratur: Unde plangit *Gen* 25. Deprecatus eſt Iſaac Dominum pro uxore ſua, eo quod ſterilis eſſet, qui exaudivit eum, & dedit conceptum Rebeccæ, ſed collidebantur in utero ejus parvuli, & ait: Si ſic mihi futurum erat, quid neceſſe fuit concipere?

Moraliter. Moraliter. *c* Tempus ſcindendi,] corda per pœnitudinem eſt modo, velut utres Diaboli, ut effundatur omnis ſpurcitia peccatorum per confeſſionem. Unde *Joel* 2. Scindite corda veſtra, & non veſtimenta veſtra, ideſt, virtutes.

d Et tempus conſuendi,] corda per renovationem bonæ vitæ vetuſtate peccatorum detrita, & dentibus Dæmonum lacerata.

Item, [tempus,] eſt [ſcindendi] ſordidam veſtem animæ peccatricis ex ſordidis panniculis vitiorum contutam. De qua dicitur *Soph.*1. Viſitabo ſuper omnes, qui induti ſunt veſte peregrina.

[Et tempus,] eſt [conſuendi,] veſtem nuptialem, ſine qua nullus recipietur ad nuptias. *Matth.* 22. Impletæ ſunt nuptiæ diſcumbentium, & intravit Rex, ut videret diſcumbentes, & vidit ibi hominem non veſtitum veſte nuptiali. Et ait illi: Amice, quomodo huc intraſti, non habens veſtem nuptialem?

Item, [tempus,] eſt [ſcindendi,] corpus Diaboli, ideſt, cœtum malorum dentibus Prædicatorum, ſicut dicitur *Job* 40. Concident illum amici, divident illum negotiatores, ideſt, Prædicatores, qui negotiantur in talento ſibi commiſſo, dantes illud pro fide, & bona converſatione fidelium audientium eos, [Et tempus conſuendi,] corpus Chriſti myſticum, ideſt, Eccleſiam congregandi, ut multitudini credentium eſſet cor unum, & anima una, ſicut fuit in principio, ut legitur *Act.* 4 B

Item, detractoribus eſt tempus ſcindendi propriis dentibus veſtem Chriſti, & fila ad filum abrumpendi, ideſt, Electum ab electo per ſeminatam diſcordiam ſeparandi, qui ſunt pejores militibus crucifigentibus Chriſtum, qui noluerunt ejus veſtem ſcindere, ſed ſortiri ſunt, cujus eſſet, *Joan.*19. Et eiſdem eſt [tempus conſuendi] veſtem Diaboli, ideſt, Synagogam peccantium congregandi: De qua *Eccli.*21. Stupa collecta Synagoga peccantium, & conſummatio illorum flamma ignis. Sequitur.

e Tempus tacendi,] Prophetis.

f Et tempus loquendi,] eiſdem. Unde *Iſa.*6. Væ mihi, quia tacui. Quandoque enim tangebat Spiritus Sanctus corda Prophetarum, & tunc erat eis tempus loquendi; quandoque non tangebat; & tunc erat tempus tacendi. Sic quandoque tempus eſt tacendi Doctoribus, & Prædicatoribus multiplici cauſa, & tempus quandoque loquendi multiplici cauſa, ut alibi dictum eſt.

[Tempus tacendi,] eſt, quando loquens, vel loquela ſcandalum eſt auditoribus.

[Tempus loquendi,] eſt, quando verbum ædificat auditores. De hoc *Eccli.* 20.

Eſt tacens non habens ſenſum loquelæ, & eſt tacens ſciens tempus apti temporis.

Item eſt, [tempus tacendi,] ubi non eſt, qui audiat, vel capiat.

[Et tempus loquendi,] ubi eſt, qui libenter audit, & prudenter capit. De hoc *Eccli.* 32. Ubi non eſt auditus, &c.

Item, [tempus tacendi,] in diſciplina, [& tempus loquendi,] in magiſterio.

Item, [tempus tacendi,] eſt, ubi feſſi, & tædio affecti ſunt auditores.

De hoc *Prov.* 17 Qui moderatur ſermones ſuos, doctus & prudens eſt. Stultus quoque, ſi tacuerit, Sapiens reputabitur.

Item, [tempus tacendi,] eſt, ubi majores, & ſapientiores ſunt. *Eccli.* 7. Noli eſſe verboſus in multitudine Presbyterorum. Item, [tempus,] eſt, [tacendi,] ante ſuſceptum officium prædicandi, vel docendi. *Rom.*10. Quomodo prædicabunt, niſi mittantur?

Item, [tempus tacendi,] ante acquiſitionem ſcientiæ per doctrinam. *Prov.* 18. Qui prius reſpondet, quam audiat, ſtultum ſe eſſe demonſtrat. Propter quod dicitur *Eccli.* 32.

Audi tacens, & pro reverentia accedet tibi bona gratia. De hoc *Jeron.* Nihil nobis videtur eſſe rectum, niſi quod diſcimus; ut poſt multum ſilentium ex diſciplinis efficiamur magiſtri. Prius enim debet homo eſſe concha, quam canalis. Item idem. Diſciplina Pythagorica eſt per quinquennium tacere, & poſtea eruditos loqui.

Item idem. Docemus in Eccleſiis quod neſcimus: omnes artes abſque Doctore non diſcimus: ſola hæc tam vilis, & tam facilis eſt, ut præceptore non egeat.

Tempus igitur loquendi eſt poſt tempus ſilentii, poſt ſtudium diſciplinæ, poſt examinationem ſermonis, ut quaſi ex judicio rationis exeat verbum ex ore, ſicut dicit *Pſal.* 36. Os juſti meditabitur Sapientiam, & lingua ejus loquetur judicium, ideſt, examinatum & deliberatum ſermonem. *g* Tempus dilectionis, & tempus odii.

Myſtice. Deo fuit tempus diligendi Synagogam, quando in terra hoſtili Dei conſolatione, & alloquio non carebat. *Myſtice.* Et generaliter tempus diligendi Synagogam fuit, quamdiu ipſa dilexit, & cœleſti Sponſo fideliter adhæſit.

Tempus odiendi eam fuit, quando cum Idolis fornicata eſt, vel quando advenientem veritatem, quam Sponſam habere debuit, de thalamo, ſive thoro conſcientiæ ſuæ ejecit, & figuras ac cæremonias vice Sponſæ amplexata eſt. Item, [tempus dilectionis,] eſt, ideſt, diligendi parentes, uxores, filios, propinquos, quando curium rectæ viæ non impediunt, [Tempus,] vero

Digitized by Google

odii,]ideſt, ad modum odientis ſe habendi eſt, quando ad mortem trahunt, vel vitæ rectitudinem præpediunt.

Item, [tempus dilectionis,] eſt in corpus ſuum, ſive in carnem, quando, ſcilicet, ſubjecta, & obediens fuerit ſpiritui. [Tempus,] vero, [odii,] ideſt, afflictionis, & perſecutionis in eam eſt, cum rebellis fuerit ſpiritui.

Sap. 1. Item, [tempus dilectionis,] in animam ſuam erit in futuro. Tempus,] vero [odii,] eſt in ipſam modo. Unde *Joan.* 12. Qui amat animam ſuam, perdet eam; & qui odit animam ſuam in hoc mundo, in vitam æternam cuſtodit eam, quaſi dicat, hic eſt tempus odiendi animam ſuam, in futuro erit tempus diligendi.

a Tempus belli; & tempus pacis. *b* Quid habet amplius homo *c* de labore ſuo? Vidi *d* afflictionem, quam dedit Deus filiis hominum, ut diſtendantur in ea. *e* Cuncta fecit bona in tempore ſuo, & *f* mundum *g* tradidit diſputationi eorum, ut *h* non inveniat homo *i* opus, quod operatus eſt Deus ab initio uſque ad finem. Et *k* cognovi, *l* quod non eſſet melius, *m* niſi lætari, & *n* facere † bona in *o* vita ſua, Omnis *p* enim homo, qui comedit, *q* & bibit, *r* & videt *ſ* bonum *t* de labore ſuo: al. † bene.

Item [eſt tempus dilectionis,] in Deum, [& tempus odit,] in ea, quæ mundi ſunt, erit in futuro, quando facie ad faciem Deum videbimus, ſicuti eſt: Tunc igniculus dilectionis, fiet caminus ardoris.

Et tunc vere incipiemus odire, quod hic male amavimus.

a Tempus belli, & tempus pacis.] de Judæis planum eſt hoc, quia eis modo eſt tempus belli. Diſperſi enim, & ab omnibus affliguntur, ut ſervi, nec tamen pœniteant de peccato ſuo. In futuro erit, [tempus pacis,] quando omnis Iſrael ſalvus fiet. *Rom.* 11.

Item, [tempus belli,] omnibus eſt contra Diabolum, carnem, mundum, dum vivimus, [Et tempus pacis,] erit poſt hanc vitam. De hoc tempore dicit *Job* 40. Memento belli, & ultra non adjicias loqui, quaſi dicat, adhuc in bello es, noli ſuperbire quaſi victor, nec murmurare debes contra ictus hoſtium, aut vulnera, quia hæc eſt lex belli, ut bellantes aliquando vulnerentur.

Item, [tempus belli,] inter carnem & ſpiritum eſt modo, [Et tempus pacis,] erit inter eoſdem in futuro, quando quod animale eſt, fiet ſpirituale, 1. *Cor* 17. Unde *Apoc.* 14. Amodo jam dicit Spiritus, ut requieſcant a laboribus ſuis. *b* Quid habet amplius homo, &c.] Deſcriptis contrarietatibus mundi, redit auctor ad afflictionem animi, qua affligitur in omni labore ſuo, quo ſub Sole laborat. Unde. *b* Quid habet amplius homo,]. ideſt humum ſapiens, ideſt, carnalis. *c* De,] univerſo [labore ſuo] quaſi ſibi proprio? *d* Vidit afflictionem, quam dedit Deus filiis hominum, ut diſtendantur in ea,] ideſt, variis cogitationibus, ac deſideriis, curis, ac ſollicitudinibus diſtrahantur, & dividantur, afflicti: cum deberent omnes uniri, & colligi in dilectione Dei, & in creaturis ſolum mirari Sapientiam, & laudare Bonitatem, quaſi dicat: vidi quomodo homines, abutentes creaturis Dei juſto judicio permittente errent. Propter hoc autem, ut dicit *Jeron.* perverſorum hæreticorum dogmatum occupationem conceſſit Deus Magiſtris, ne mens hominis otioſa torpeſceret: vult enim, ut boni ſemper aliquid operentur, ne eos Diabolus inveniat otioſos. Recte autem dicit, [Vidi afflictionem,] quia multi ſunt in ipſa afflictione, qui non vident eam. De quibus dicitur *Sap.* 14. viventes in tanto ſcientiæ bello, tot & tanta mala pacem appellant. Quod autem iſta diſſenſio ex vitio hominum ſit, non ex vitio rerum, oſtendit Salomon. *e* Cuncta fecit,] Deus, [bona in tempore ſuo,] Omnia enim tempus ſuum habent, quo bene fiunt, vel non fiunt. Vigilare enim bonum eſt tempore ſuo, & dormire bonum eſt tempore ſuo. Etiam quæ mala videntur, bona fecit Deus, vel ad gloriam bonorum, vel ad vindictam malorum. Unde *Eccli.* 39. Aqua, ignis, ferrum, ſal, &c. omnia hæc Sanctis ſunt in bona. Ignis, grando, fames, & mors: omnia hæc ad victimam creata ſunt.

Et parum *ſup.* Non eſt dicere, quid eſt hoc, aut quid eſt illud; omnia enim in tempore ſuo quærentur. Et *inf.* Omnia opera Domini bona, & omne opus hora ſua ſubminiſtrabit, & non eſt dicere, hoc illo nequius eſt. Omnia enim in tempore ſuo comprobabuntur. *f* Et mundum,] & omnia, quæ in eo ſunt. *g* Tradidit,] Deus, [diſputationi eorum,] quaſi librum, in quo, & per quem Deum auctorem ſuum omnium diſquirant diligenter, & inveniant ſapienter. Ipſi autem litteris, & ſyllabis hujus libri adhærentes, ut pueri, ideſt, creaturis, libri intelligentiam neglexerunt. Vel, mundum tradidit diſputationi eorum,] ideſt, materiam diſputationis, & contradictionis ad invicem eſſe permiſit, ut in illo menſurando, & numerando laborioſe, & infructuoſe occupentur, peccatis ſuis exigentibus, ut mundus ſit eis finis diſputationis, qui debuit eis eſſe liber ſalutaris eruditionis, & via inveſtigationis Dei, & inventionis: ſecundum quod dicitur *Sap.* 13. A magnitudine ſpeciei, & creaturæ cognoſcibiliter poterit Creator horum videri. Vel ſic, [mundum tradidit diſputationi eorum,] alia littera, ut illum diſponerent & regerent Sapientia ſua; non confunderent, aut perturbarent erroribus ſuis, & diſſenſionibus. C

Quod tamen faciunt ita.

h Ut non inveniat homo,] perfecta cognitione.

i Opus, quod operatus eſt Deus ab initio uſque ad finem,] quaſi dicat, adeo implicari, & occupari permiſit eos Deus inveſtigatione mundi curioſa, ut nihil de operibus Dei, ad quid ſint, ad perfectum inveniant.

Unde *Iſa.* 5. Cithara, & lyra, & tympanum, & tibia, & vinum in conviviis veſtris; & opus Domini non reſpiciris, nec opera manuum ejus conſideratis. In hoc autem maxima afflictio eſt omnibus, quod mundum, qui ad videndum Deum datus eſt eis, ſibi quaſi onus, & obſtaculum interponunt.

Unde *Nahum* 1. Onus Ninive liber viſionis. *Jeronymus* ſic legit.

f Et mundum tradidit,] Deus, [diſputationi eorum,] ideſt, filiorum hominum, ut fruantur veritatibus temporum diſputando, & inquirendo, quibus cauſis contingant; ſed non quærunt cauſas rerum naturalium, quomodo ſint omnia creata: quare hoc, vel illud ab initio mundi uſque ad finem fecerit Deus creſcere, vel manere, vel mutari.

h Ut non inveniat homo,] ideſt; invenire laboret.

i Opus, quod operatus eſt Deus ab initio uſque ad finem,] ideſt, rationem operis; ſive cauſam, quare, ſcilicet, hoc fecit Deus, illud non; vel quare hoc ita, illud aliter.

Unde *Eccleſiaſt. cap.* 3. Quæ præcepit tibi Deus, illa cogita ſemper, & in pluribus operibus ejus non fueris curioſus.

Non eſt enim tibi neceſſarium, ea, quæ abſcondita ſunt, videre oculis tuis. In ſupervacuis rebus noli ſcrutari multipliciter. *k* Et cognovi,] per conſiderationem afflictionis curioſorum, & creaturis ſervientium.

l Quod non eſſet melius,] hominibus.

m Niſi lætari,] ſpiritualiter in Deo.

n Et facere bona,] quæ proſiat in futuro.

o In vita ſua,] Cito tranſitura, quaſi dicat, per afflictionem ſtultorum cognovi, quod ſolum bonum hominum eſt bonum, lætanter operari in hac vita miſera, & cito tranſitura:

Multum enim placet Deo cum lætitia operari bona. Lætitia enim quaſi condimentum eſt operum, & laborum. Unde *Eccli.* 30.

Jucunditas cordis hæc eſt vita hominis, & theſaurus ſine defectione ſanctitatis, & exultatio viri longævitas. Item *eodem* 35.

In omni dato hilarem fac vultum tuum, & in exultatione ſanctifica decimas tuas. *Iſa.* 64. Occurriſti lætanti, & facienti juſtitiam.

p Omnis enim homo, qui comedit & bibit,] non ad voluptatem, ſed ad neceſſitatem; non contra Deum, ſed propter Deum.

r Et videt] ideſt, conſiderat.

ſ Bonum,] quod ſequitur.

t De labore ſuo,] quo laborat, non ſub Sole, ſed pro Sole; ideſt, non pro terrenis, ▲ ſed pro æternis.

Gloſſ. ſic legit: Ne congreget homo divitias.

p Omnis enim homo, qui comedit,] panem Altaris, vel ſacræ Scripturæ.

q Et bibit,] vinum Altaris, vel ſacræ Scripturæ, quæ cibus dicitur, ubi difficilis eſt; potus, ubi facilis.

r Et videt bonum de labore ſuo,] ideſt, percipit laborem ſuum bonum, & fructuoſum: quia qui manducat carnem meam, & bibit meum ſanguinem, in me

Θ manet,

▲ terrenis, ſed pro æternis. *a* Hoc] ſcilicet, conſiderare bonum quod ſequitur ex labore, [donum Dei eſt.] Nec omnibus datur hoc donum. Multi enim ſunt, qui non attendunt fructum laboris, ſed tantum pœnam &c, ideo murmurant, cum tentantur. Vel ſic, Hoc, ſcilicet, comedere, & bibere ſic, vel laborare, donum Dei eſt. Unde ipſe dicit *Joan.*15. Sine me nihil poteſtis facere. Et *Iſa.*26 Omnia opera noſtra operatus es in nobis, Domine.

al. † in perpetuum, ſecundum, *Gloſ.*

❸ manet, & ego in illo. **Joan.* 6. *a* Hoc donum Dei eſt] ſcilicet, comedere panem, & bibere vinum hujuſmodi, unde *Sap.*16. Angelorum eſca nutriviſti populum tuum, & paratum panem de cœlo præſtitiſti illis ſine labore, omne delectamentum in ſe habentem, & omnis ſaporis ſuavitatem. Quod etiam hoc ſit Donum Dei, patet *Matth.*6. Ubi quærendo dicimus: Panem noſtrum quotidianum da nobis hodie, &c.

a hoc donum Dei eſt. *b* Didici, quod omnia opera, quæ fecit Deus, *c* perſeverent in † æternum. Non *d* poſſumus eis quicquam addere, nec auferre, quæ *e* fecit Deus, ut timeatur. *f* Quod factum eſt, *g* ipſum permanet. Et *h* quæ futura ſunt, *i* jam fuerunt: & *k* Deus inſtaurat *l* quod abiit. Vidi *m* ſub Sole in *n* loco judicii impietatem, & in *o* loco juſtitiæ iniquitatem: *p* & dixi in corde meo; *q* Juſtum, & impium judicabit Dominus, & *r* tempus omnis rei *ſ* tunc erit. *t* Dixi in corde meo *u* de filiis hominum, ut *x* probaret eos Deus,

b Didici, quod omnia opera, quæ fecit Deus,] creando, diſponendo, propagando, recreando, gubernando, conſervando.

c Perſeverent in æternum.] Vel, [in perpetuum,] alia littera. Et intelligitur hoc de generibus ſingulorum, non de ſingulis generum.

Nam ſingularia corruptioni ſubjacent, & generationi, genera vero, & ſpecies ingenerabilia, & incorruptibilia ſunt.

Vel poteſt intelligi de operibus, quæ fecit Deus per ſe, non miniſterio naturæ, vel hominis; qualia ſunt ſtellæ cœli, & elementa; quæ revera permanent in æternum, quantum ad eſſentiam, licet renovationem expectent, quoad formam, ideſt, decorem exteriorem in adventu Judicis. Unde 1.*Cor.*7. Præterit figura hujus mundi.

Moraliter. Moraliter, intelligitur hoc de bonis operibus noſtris, quæ Deus operatur in nobis: quæ revera perſeverant in æternum, quoad fructum æternæ retributionis.

d Non poſſumus eis quicquam addere, nec auferre,] quia in operibus ejus, qui potentiſſimus eſt, & ſapientiſſimus artifex eſt, nihil eſt reperire ſuperfluum, aut diminutum, & ideo nihil addendum, quia nihil deeſt; nihil auferendum, quia nihil ſuperfluit. Unde *Eccli.*18. Non eſt minuere, neque adjicere, neque invenire magnalia Dei. *e* Quæ fecit Deus, ut timeatur,] ideſt, homo ſolum Deum timeat, & glorificet: qui creaturas factas propter hominem perpetuat in genere ſuo.

Quod enim moritur in uno individuo, inſtauratur in alio. Et hoc eſt, quod ſequitur.

f Quod factum, eſt,] in eſſe individui.

g Ipſum permanet,] in eſſe generis.

h Et quæ futura ſunt,] in eſſe proprio.

i Jam fuerunt] in genere, ut Solis ortus & occaſus, & ſimilia.

k Et Deus inſtaurat,] per generationem. *l* Quod abiit,] per peccatum. Item inſtaurat, per gloriam in reſurrectione, quod abiit, per corruptionem in morte. Item inſtaurat, in filiis Eccleſiæ, ideſt, in novis Prædicatoribus, quod abiit, in patribus, & anteceſſoribus noſtris juxta *Pſal.*44. Pro patribus tuis nati ſunt tibi filii. Alia littera dicit: Et Deus quærit eum, qui perſecutionem patitur. Quærit, inquam, ad glorificandum, juxta illud *Matth.*5. Beati, qui perſecutionem patiuntur: quoniam ipſorum eſt regnum cœlorum.

Item ad judicandum, quia ſanguinem ſervorum ſuorum ulciſcetur Dominus, *Deut.* 32. *m* Vidi ſub Sole in loco judicii impietatem, & in loco juſtitiæ iniquitatem.] Locus judicii, juxta litteram, dicitur ſedes publicæ poteſtatis, ubi plerumque ſedet impietas, ideſt, impius Judex, qui opprimit Innocentes. Et vocatur proprie impietas, iniquitas judicis, quia eſt in Deum, id eſt, contra Deum. Prope enim Judex eſt Vicarius Dei, ſecundum quod dicitur *Deut.*1. Non accipietis perſonam in judicio, quia judicium Dei eſt, ideo perverſitas judicii impietas eſt. Vel in loco judicii, ſedet impietas, cum crudelitas, vel remiſſio eſt; ubi debet eſſe juſtitia, vel miſericordia. In loco juſtitiæ vero eſt iniquitas generaliter, dum homo homini injuriatur.

Moraliter. Moraliter. *n* In loco judicii,] ſedet impietas, quando nos dijudicare dimittimus, & alios detrahendo, vel contemnendo judicamus. *o* Et in loco juſtitiæ] ſedet iniquitas cum ſententia judicii amore, vel odio, prece, vel pretio pervertitur, differtur, acceleratur. Quod multi faciunt, de quibus: In quorum manibus iniquitates ſunt, & dextera eorum repleta eſt muneribus.

Item in loco judicii ſedet impietas, & in loco juſtitiæ ſedet iniquitas; cum iniquus Judex benedicitur, extollitur, honoratur tanquam juſtus; & e contrario juſtum judicium quaſi impietas, vel quaſi iniquitas condemnatur. Unde eleganter dicit *Iſa.*59. Converſum eſt retrorſum judicium, & juſtitia longe ſtetit, quia corruit in platea veritas, & æquitas non potuit ingredi, quoniam facta eſt veritas in oblivionem, & qui receſſit a malo prædæ patuit. *Pſalm.*15. *p* Et dixi in corde meo,] videns tantam perverſitatem, ut loco judicii ſedeat impietas, & loco juſtitiæ iniquitas; videns bonos opprimi, & malos extolli.

q Juſtum, & impium judicabit Dominus,] in futuro juſto, & vero judicio: Modo enim perverſo judicio judicantur, quia abſolvuntur rei, & condemnantur juſti. Et dicit hoc Eccleſiaſtes, ut deterreat impios ab impietate, & juſtos animet ad tolerantiam injuriæ. Dum enim illis prædicit ultionem, iſtis retributionem; illos terret, iſtos conſolatur.

De hoc *Pſal.*61. Duo hæc audivi, quia poteſtas Dei eſt, & tibi Domine, miſericordia, quia tu reddis unicuique juxta opera ſua.

r Et tempus omnis rei] dijudicandæ, cognoſcendæ, remunerandæ, vindicandæ.

ſ Tunc erit] non modo, nec licebit tunc appellare alicui, quia illud judicium ultimum eſt. Nec erit tempus judicandi ulterius, ſed tenendi & ſervandi ſententiam Judicis in æternum. *Pſalm.*74. Cum accepero tempus, ego juſtitias judicabo: Tunc unicuique reddetur, prout geſſit in corpore ſuo, ſive bonum, ſive malum.

t Dixi in corde meo,] quaſi dicat, dum viderem tantam perverſitatem in mundo, loco, ſcilicet, judicii ſedere impietatem, bonos opprimi, malos extolli; dixi mecum, quod Deus in futuro hoc puniet. 2. *Cor.* 5.

Et iterum: Dixi in corde meo, ubi ſolus Deus videt, & audit, quod ibi dicitur.

u De filiis hominum,] ideſt, ſanctorum Doctorum, qui vere homines ſunt, & fuerunt. Hoc ſcilicet, dixi, quod ideo Deus ſuſtinet bonos affligi, & malos extolli. *x* Ut probaret eos,] ſcilicet filios hominum, ideſt, probatos redderet perverſitate præſidentium, ſicut aurum in fornace probatur. *Sap.* 3. Tamquam aurum in fornace probavit illos, & quaſi holocauſti hoſtiam accepit illos. *Eccleſ.*27. Vaſa figuli probat fornax, & homines juſtos tentatio tribulationis. *Proverb.* 17. Sicut in igne probatur argentum & aurum in camino, ita corda probat Deus.

In hac fornace ſunt folles diabolicæ ſuggeſtionis, quarum flatu ſuccenduntur carbones, ideſt, ignea deſideria luxuriæ, vel avaritiæ. Ibi ſunt limæ, ſcilicet lingua detrahentium: Ibi ſunt mallei perſequentium: Ibi ſunt forcipes adulantium, qui captos retinent, ne evadant a fornace Diaboli. His inſtrumentis utitur faber mundi, ideſt, Dominus ad fabricandum Electos, & formandum, ut vaſa in honorem, & detergendum omnem rubiginem vitiorum. Juxta hunc

▲ modum

Vel de malis, qui præſident, exponitur ſic.

t Dixi in corde meo de filiis hominum,] hoc ſcilicet, quod ideo Dominus permittit in loco judicii ſedere impietatem, & loco juſtitiæ iniquitatem: hoc eſt, impios, & iniquos præſidere. *x* Ut probaret eos Deus] Aliter.

△ *a* Et oſten-

Cantor Pariſienſis ſic legit.

t Dixi in corde meo,] cum vidi prædictam perverſitatem, & inordinationem. *u* De filiis hominum, ut probaret eos Deus,] ideſt, ſepararet a beſtiis, quoad Aliter.

❸ animam

Melius poteſt legi totum concionatorie ſic.

t Dixi in corde meo,] cum vidi prædictam inordinationem, dicit Salomon in perſona inſipientium. Aliter.

u De filiis hominum,] talia facere, & pati.

x Ut probaret eos Deus,] ideſt, examinaret.

▲ modum vocat Dominus Nabuchodonoſor novaculam ſuam. *Iſa.7.* In die, inquit, illa radet Dominus in novacula acuta in his, qui trans flumen ſunt, ideſt, in bonis, qui tranſierunt flumen, ideſt, fluxum divitiarum & delitiarum hujus mundi, in Rege Aſſyriorum, ideſt, in Tyrannis, quæ ſunt novacula Domini, pilos pedum, ideſt, ſuperflua omnia cordis, & corporis, & barbam univerſam. Item vocat eum virgam, & baculum ſuum. Virgam vocat, quia per eum corrigit filios. Baculum, quia flagellat ſervos. Et ſicut pater virgam, vel baculum, qua, vel quo percuſſit filium, vel ſervum, projicit in ignem; ita Dominus tales, cum deſævierint in Electos, projiciet in gehennam: *Iſa.*10. Væ Aſſur, ideſt, Sennacherib, virga furoris mei, & baculus ipſe eſt. Qua ergo poteſtate malorum ad utilitatem bonorum ſic utitur Dominus, ut dictum eſt: recte dicitur, Dixi in corde meo de filiis hominum, hoc, ſcilicet, quod Deus ſuſtinet in præſenti perverſos perfici, & bonos affligi ab eis, ut probaret eos, ideſt, probatos redderet. *a* Et oſtenderet ſimiles eſſe beſtiis,] quia indigent chamo, & fræno, & jugo, & ſtimulo ad hoc, ut domari poſſint ad ſimilitudinem beſtiarum. Unde *Jer.* 31. Caſtigaſti me Domine: & eruditus ſum quaſi juvenculus indomitus. *Eccli.* 33. Jugum, & lorum curvant collum durum, & ſervum inclinant operationes aſſiduæ.

al. † contentio.

& *a* oſtenderet ſimiles eſſe beſtiis: *b* Idcirco unus *c* interitus eſt hominis, & jumentorum, & æqua *d* utriuſque † conditio. *e* Sicut moritur homo; ſic *f* & illa moriuntur. *g* Similiter ſpirant *h* omnia: *i* & nihil habet homo jumento amplius. *k* Cuncta ſubjacent vanitati: *l* & omnia pergunt ad unum locum. De *m* terra facta ſunt: & in *n* terram pariter † revertuntur. *o* Quis novit, ſi ſpiritus *p* filiorum Adam *q* aſcendat ſurſum, & ſi

Aliter. ▲ *a* Et oſtenderet ſimiles eſſe beſtiis] quia ut beſtiæ devorant minores, quos deberent defendere, & juſte judicare. Unde *Mich.* 3. Audite Principes Jacob, & Duces domus Iſrael: Nunquid non veſtrum eſt ſcire judicium, qui odio habetis bonum, & diligitis malum? Qui violenter tollitis pelles eorum deſuper eos, & carnem eorum deſuper oſſibus eorum, qui comederunt carnem populi mei, & pellem eorum deſuper excoriaverunt.

Aliter. Ovid. lib. 1. Metamorph. Geneſ. 1. ⊖ animam rationalem, quia cum cetera animalia prona ſint ad terram: *Os homini ſublime dedit cœlumque videre juſſit*: Et ad imaginem, & ſimilitudinem ſuam fecit. *a* Et oſtenderet ſimiles eſſe beſtiis] quoad corpus. *b* Idcirco unus,] ideſt, ſimilis. *c* Interitus eſt hominis, & jumentorum, & æqua] quoad hoc. *d* Utriuſque conditio] naſcendo, & moriendo. Unde ſequitur. *e* Sicut moritur homo; ſic & illa moriuntur, Similiter ſpirant,] attractione aeris. *h* Omnia] bruta, & rationabilia. *i* Et nihil habet homo jumento amplius,] quoad corpus, imo plures defectus habet homo, & pluribus eget. *k* Cuncta ſubjacent vanitati,] mutabilitatis, vel curioſitatis, vel mortalitatis. *Rom* 8. Vanitati creatura ſubjecta eſt non volens; ſed propter eum, qui ſubjecit eam in ſpe. *l* Et omnia pergunt] moriendo [ad unum locum.] Hoc videtur falſum: quia ſpiritus jumentorum in nihilum vadit; ſpiritus vero hominum non vadit in nihilum, ſed manet poſt mortem. Ad hoc dicit *Jeron.* quod hoc dixit Salomon, non quia putaret animas hominum perire cum corpore, vel unum locum beſtiis, & hominibus præparari poſt mortem; ſed quia ante adventum Chriſti omnes hominum animæ pariter deſcendebant ad inferos. Unde hominis, & jumenti ſpiritus ejuſdem vilitatis videbantur eſſe. Et licet alter cum corpore perierat, alter non multum intererat cum corpore perire, & ad inferos deſcendere. *m* De terra facta ſunt] homines & jumenta. *n* Et in terram pariter,] ideſt, ſimiliter revertuntur.

* *a* Et oſtenderet ſimiles eſſe beſtiis,] quæ nullam inter ſe habent ordinationem, ſed fortior debiliorem devorat, & ſpoliat, & occidit, ſicut *Abacuc.*1. dicit ad ipſum Dominum: Quare oſtendiſti mihi iniquitatem, & laborem, & videre prædam, & injuſtitiam contra me? Quare reſpicis contemptores, & taces conculcante impio juſtiorem ſe? Et facies homines quaſi piſces maris, & quaſi reptilia non habentia Ducem. In piſcibus enim maris major minorem devorat ſine aliqua ultione; ſic homines faciunt in mundo. Unde *Pſal* 48. Homo cum in honore eſſet; non intellexit: comparatus eſt jumentis inſipientibus, & ſimilis factus eſt illis. Et *b* Idcirco unus interitus eſt hominis & jumentorum.] Et legitur, idcirco, non cauſaliter, ſed approbative. Hoc modo homines ſimiles ſunt beſtiis. Et hoc probatur per hoc, quod unus eſt interitus hominis, & jumentorum, & æqua utriuſque conditio naſcendi & moriendi. *e* Sicut moritur homo; ſic & illa moriuntur] per defectum naturæ, vel per illatam violentiam a fortiore.

g Similiter ſpirant omnia] bruta, & rationabilia, id eſt, vivunt.

i Et nihil habet homo jumento amplius,] in morte enim omnia dimittit homo: quia cum interierit, non ſumet omnia, neque deſcendet cum eo gloria ejus. *3.q.3.c. in Eccleſiaſtico.*

k Cuncta ſubjacent vanitati] mutabilitatis, & mortalitatis. *al. † revertentur. Pſal. 48.*

l Et omnia] bruta & rationabilia pergunt ad unum locum, moriendo. Et dicit hoc Salomon in perſona Epicureorum, vel eorum, qui credunt homines præter animam habere vitalem ſpiritum, qui perit cum corpore, Cuncta.

m De terra facta ſunt,] ſcilicet, animalia.

n Et in terram pariter revertuntur] in morte. *Eccli.*48. Occupatio magna creata eſt omnibus hominibus, & jugum grave ſuper filios Adam a die exitus de ventre matris eorum, uſque in diem ſepulturæ in matrem omnium. Plana eſt hæc lectio concionatoria. Juxta primam lectionem ſic legitur littera. *b* Idcirco,] quia homines ſunt ſimiles beſtiis in indomabilitate, & indiſciplinatione, ut diximus: vel cervicoſitate, & ferocitate quoad præſidentes. Idcirco unus eſt interitus hominis, & jumentorum. Et ideo voluit Deus homines mori, ut jumenta, ut frangeretur eorum cervicoſitas, & erudiretur eorum indiſciplinabilitas. Nihil enim adeo effugat ab humano corde præſentis vanitatis phantaſmata, ut mortis conſideratio. Propter quod dicit *Socrates*. Summa Philoſophia eſt aſſidua mortis cogitatio. Nihil etiam adeo avertit hominem a præcipitio peccati, & ab amore mundi, ut mortis memoria. Unde *Eccli.* 7. In omnibus operibus tuis memorare noviſſima tua, & in æternum non peccabis. Et *Jer.* dicit; Facile contemnit omnia, qui ſemper ſe cogitat moriturum. Idcirco homines, quia ſimiles ſunt beſtiis in indomabilitate, & ferocitate; facti ſunt eis ſimiles in pœnalitate, ideſt, in morte. *In vulgata Biblia ed.*

Myſtice. Myſtice. Homines dicuntur litterati; jumenta laici: Vel homines dicuntur clauſtrales; jumenta ſæculares. Vel homines Doctores, & Prælati; jumenta diſcipuli, & ſubditi.

Homines enim & jumenta ſalvabis, Domine, dicit *Pſal.*35. Quia vero homines ſimiles facti ſunt beſtiis in vivendo. *b* Idcirco unus interitus eſt hominis & jumentorum] prædictis modis; quia ſimili velocitate per tentationem peccati, vel inferni rapiuntur, & ſimiliter capiuntur laqueis, & hamis tentationum.

Unde *infr.9.* Sicut aves laqueo capiuntur, & piſces hamo; ſic homines capiuntur in tempore malo. *Sap.*14. Creaturæ Dei factæ ſunt in odium, & in tentationem hominum, & in muſcipulam pedibus inſipientium.

e Sicut moritur homo,] ideſt, Sapiens, vel Prælatus.

f Sic & illa moriuntur, ideſt, ſimplices, vel laici, & morte corporis, & morte ſpiritus. Unde *Pſal.*81. Vos autem ſicut homines moriemini, & ſicut unus de Principibus cadetis.

g Similiter ſpirant omnia, & nihil habet homo jumento amplius: cuncta ſubjacent vanitati,] curioſitatis, & cupiditatis, ideſt, homines, & jumenta, ideſt, majores, & minores. *Jerem.*6. A minore uſque ad majorem omnes avaritiæ ſtudent, & a Propheta uſque ad Sacerdotem cuncti faciunt dolum.

l Et omnia pergunt ad unum locum,] quia omnes locum ſuperiorem ambiunt impudenter, ita minor, ut major: ita clauſtralis, ut ſæcularis.

m De terra facta ſunt,] homines & jumenta prædicta.

n Et in terram pariter,] revertuntur per cupiditatem, ita majores, ut minores; ita clauſtrales, ut ſæculares.

Unde *Eccli.* 20. Omnia, quæ de terra ſunt, in terra convertentur, & omnia flumina in mare convertentur. Sequitur.

o Quis novit, ſi ſpiritus,] ideſt, anima.

p Filiorum Adam] ideſt, hominum. *q* Aſcendat ſurſum,] ▲ in cœlum

Myſtice. Myſtice. *o* Quis novit, ſi ſpiritus, &c.] ideſt, qui modo boni ſunt, & rationabiliter vivunt. *q* Aſcendat ſurſum,] ideſt,

⊖ ſalvabitur

Digitized by Google

a in cęlum: a Et ſi ſpiritus jumentorum deſcendat deorſum] in terram cum carne diſſolutus, quaſi dicat Salomon: Dixi, quod unus eſt interitus hominis & jumenti, & æqua utriuſque conditio; ſi autem alicui videtur diſtantia in hoc, quod ſpiritus hominis aſcendit ad cœlum; & ſpiritus jumenti in carne reſolutus deſcendit in terram: quis novit hoc, & quis auctor dicit hoc? Cum autem dicit: Quis novit, &c. non impoſſibilitatem, ſed difficultatem ſignificat ſicut ibi: Generationem ejus quis enarrabit. *Iſa.* 53. Et *Jer.* 17. Profundum eſt cor hominis & inſcrutabile, & quis cognoſcit illud? Et in *Pſalm* 14. Domine, quis habitabit in tabernaculo tuo? Si quis autem attendere velit, manifeſte videre poteſt, quod ſpiritus filiorum Adam naturaliter aſcendit ſurſum. Licet enim infima iſta appetantur quandoque; ſemper tamen rebellat, & exagitat ſe ſpiritus eorum, ideſt, quod in eis ſpirituale, & nobiliſſimum eſt, quod uſitato nomine ſynderesis appellatur.

a ſpiritus jumentorum *b* deſcendat deorſum? Et *c* deprehendi nihil eſſe melius, quam lætari hominem in opere ſuo, & *d* hanc eſſe partem illius. *e* Quis enim eum adducet, ut poſt ſe futura cognoſcat?

C A P. IV.

VErti *f* me ad alia, & *g* vidi calumnias *h* quæ ſub Sole geruntur, & *i* lacrymas innocentium, & *k* neminem conſolatorem, nec *l* poſſe reſiſtere eorum violentiæ, cunctorum auxilio deſtitutos. Et *m* laudavi magis mortuos

Ei autem, quod movetur, non eſt quies, niſi in illo, ad quod moventur. Unde patet, quod ſpiritus filiorum Adam non moventur deorſum, ſed ſurſum, ubi quies eorum eſt, ſicut dicit *Aug.* Item, ſpiritus filiorum Adam, naturaliter appetunt ſapientiam, & bonitatem; naturalis autem appetitus ſpiritus, naturalis motus eſt.

Ergo motus ſpiritnum filiorum Adam naturaliter in ſurſum eſt, quod autem moventur in deorſum, violentia eſt. De hoc *Tullius*: Natura ſumus aviditlimi, appetentiſſimique honeſtatis.

Mollior. ☉ Salvabitur. *a* Et ſi ſpiritus jumentorum,] ideſt, peccatorum, & brutaliter modo viventium.

b Deſcendat deorſum,] ad inferos, quaſi dicat; pauci, aut nulli ſciunt hoc: quia illi poſſunt perverti, & iſti converti: & hoc eſt, quod dicitur *infr.* 9. Sunt juſti, & ſapientes: & opera illorum in manu Dei ſunt, & tamen neſcit homo an amore, vel odio dignus ſit; ſed omnia in futuro ſervantur incerta. Vel ſic; Quis novit, &c. ideſt, quis eſt ille, qui veram fidem de hac differentia hominis, & jumentorum, ſcilicet; quod ſpiritus hominis creatus eſt ad hoc, ut in cœlo glorificetur cum Angelis ſemper vivens, & ſpiritus jumentorum cum carne pereat, quaſi dicat, pauci ſunt, qui vera fide hoc noverint.

Nam ſi hoc vere crederent: non affligerentur circa terrena, ſed ſemper gauderent expectantes cœleſtia. Et ideo ſequitur diffinitiva ſententia.

c Et deprehendi nihil eſſe melius, quam lætari hominem in opere ſuo,] gaudio ſpei, quod ſequitur gaudium rei.

d Et hanc eſſe partem illios,] ſi lætetur ſpiritualiter in opere ſuo bono: Hilarem enim datorem diligit Deus, 2. *Corint.* 9.

Vel concionatorie dicit hoc Salomon in perſona ſtultorum, qui tantum præſentia attendunt, & futura non cogitant; & ideo tantum bonum æſtimant præſentem voluptatem; ſicut Epicurus, qui dicit ſummum eſſe bonum voluptatem.

e Quis enim eum adducet, ut poſt ſe futura cognoſcat?] quaſi dicat, vere hæc eſt pars mea, ſcilicet, ſpiritualis lætitia in opere bono, quo theſaurizatur in cęlo. Quis enim eum, ideſt, hominem adducet, ut poſt ſe futura cognoſcat, ideſt, qualem hæredem habiturus eſt, vel bonum, vel malum?

Hoc eſt contra illos, qui in diſpoſitione filiorum ſuorum teſtamenta ſua dimittunt, & ſemper avare vivunt, ut divites moriantur, & hæredes ſuos locupletes dimittant. Quod non ſolum vanitas eſt, ſed phrenetica infirmitas eſt.

Unde *infr.* 5. Eſt & alia infirmitas peſſima, quam vidi ſub Sole, Divitiæ conſervatæ in malum Domini ſui, pereunt enim in afflictione peſſima. Generavit enim filium, qui erit in ſumma egeſtate.

Miſerabilis prorſus infirmitas: quomodo venit, ſic revertetur.

E X P O S I T I O C A P. IV.

VErti me, &c.] Multas vanitates determinavit Eccleſiaſtes, inter quas etiam perverſitatem unam poſuit, ubi dixit: Vidi ſub Sole in loco judicii impietatem, & in loco juſtitiæ iniquitatem: quod tamen juſto Dei judicio permittitur, ut probentur filii hominum. Hi per tolerantiam illatæ tribulationis; illi per potentiam uſurpatæ Dominationis. Modo determinat Salomon, quæ ſunt illæ tribulationes, quas patiuntur Innocentes a malis, ſcilicet calumnia oppreſſionis, de qua primo dicit: Verti me, &c. Et calumnia detractionis, de qua poſtea ſubjungit: Rurſus contemplatus ſum, &c. Dicit ergo. *f* Verti me,] poſt prædictam cogitationem, qua cogitavi in corde meo, quod juſtum & impium judicabit Dominus: & quod homines ſimiles ſunt beſtiis. *g* Et vidi calumnias,] ideſt, falſas accuſationes, vel iniquas litigationes. *h* Quæ ſub Sole geruntur,] ideſt, pro his, quæ ſub Sole, ideſt, pro terrenis.

i Et,] etiam vidi [lacrymas innocentium,] pro calumniis, & oppreſſionibus malorum.

k Et neminem conſolatorem,] Innocentium tribulatorum.

Unde conqueritur Dominus *Pſal* 68. Improperium expectavit cor meum, & miſeriam; & ſuſtinui, qui ſimul contriſtaretur, & non fuit; & qui conſolaretur, & non inveni. Et iterum vidi Innocentes. *l* Nec poſſe reſiſtere eorum violentiæ, cunctorum auxilio deſtitutos.] Et cum homo factus ſit ad imaginem & ſimilitudinem Dei, & genus Dei ſit, ut dicit Paulus *Actuum* 17. in hoc maxime degenerem ſe comprobat, quod Innocentes, & pauperes non eripit a potente opprimente eos. Unde *Pſalm.* Gen. 1.
34. Domine, quis ſimilis tibi, eripiens inopem de manu fortiorum ejus egenum, & pauperem a diripientibus eum. *Iſa.* 39. Qui receſſit a malo: prædæ patuit, & vidit Dominus, & malum apparuit in oculis ejus; quia non eſt judicium, & vidit Deus, quia non eſt vir, & apotiatus eſt, quia non eſt, qui occurrat. Similis querela Sanctorum ſuper hoc ſæpe legitur in Scriptura. Dicit enim *Jer.* 12.

Juſtus quidem tu es, Domine, ſi diſputem tecum; veruntamen juſta loquar ad te, quare via impiorum proſperatur: bene eſt omnibus, qui prævaricantur, & inique agunt? *Abacuc.* 9.

Quare reſpicis contemptores, & taces, conculcante impio juſtiores ſe? Et facies homines quaſi piſces maris, & quaſi reptilia non habentia Ducem. Et *Pſalm.* 72. Quia bonus Iſrael Deus, his qui recto ſunt corde. *m* Et,] ideo quoad iſtas miſerias, [Laudavi magis mortuos, quam viventes,] ideſt, mortem meliorem judicavi, quam vitam. Et loquitur Salomon in perſona infirmorum.

Vel ipſos mortuos meliores judicaſti, quam viventes: quia evaſerunt pericula hujus miſeræ vitæ, & nulla alia permanent eos pericula, & hoc ſi bene mortui ſunt; viventes vero etiam bene, adhuc in bello ſunt, & in periculo, & in miſeriis multis. Si vero de male mortuis intelligatur, exponitur ſic.

m Et laudavi magis mortuos,] cum peccato, [quam viventes,] in peccato, quia mortui miſerias præſentis vitæ reliquerunt, & peccare deſierunt; viventes vero, & in miſeriis ſunt, & peccata peccatis accumulant, unde gravius punientur. Vel de bonis mortuis, & de bonis viventibus accipiatur ſic. *m* Et laudavi magis mortuos, quam viventes,] quoad miſerias corporis, & pericula animæ: quæ terminata ſunt in his, & adhuc durant in iſtis. Propter quod dicit Apoſtolus *Rom. c.* 7. Infelix ego homo! quis me liberabit de corpore mortis hujus? Item meliores ſunt mortui, quam viventes, quoad ſtatus ſecuritatem, & felicitatem, quam habent illi, & iſti nondum. Propter quod dicit Dominus *Matth cap.* 11. Minimus in regno cœlorum major eſt Joanne Baptiſta, ut tangit *Gloſ.* Sed contra hoc dicitur *infr. cap.* 9.

Melior eſt canis vivus leone mortuo. Ibi *Gloſ.* ideſt peccator, qui converti, & proficere poteſt, melior eſt Juſto mortuo, qui nihil poteſt meritis ſui addere. Solutio, Concedo, quod peccator vivens adhuc melior eſt Juſto mortuo, quoad hoc, quod tempus proficiendi ſibi & alii, & acquirendi majorem gloriam, quam juſtus mortuus habeat: qui proficere non poteſt in merito; nec aliquid, quod fiat in præſenti vita, poteſt aliquid addere ad gloriam ſuam, ut major fiat.

Simpliciter autem Juſtus mortuus melior eſt, tum propter ſtatus felicitatem, & ſecuritatem; tum propter præſentem bonitatem.

Habet enim charitatem, & ille non, & ideo melior.

a Et feliciorem utroque,] ideſt, malo mortuo, & malo vivente. *b* Judicavi,]eum, [qui necdum natus eſt,] ex utero. *c* Nec vidit mala, quæ ſub Sole fiunt,] mortuus in utero matris ſuæ. Tales enim etſi Deum non videant; pęna tamen materiali carent: & eſſe participant, quod bonum eſt. Propter quod dicit *Aug.* quod melius eſt, illis ſcilicet, parvulis non baptizatis, ſic eſſe, quam non eſſe. Dominus *Matth.*
al. † rurſum. 26. Melius erat ei ſi non
B fuiſſet natus homo ille, ſupple ex utero.

& *a* feliciorem utroque *b* judicavi, qui necdum natus eſt, *d* nec vidit mala, *e* quæ ſub Sole fiunt. *f* Rurſus, † *g* contemplatus ſum omnes labores hominum, & *h* induſtrias: *i* animadverti patere invidiæ proximi. Et in *k* hoc ergo vanitas, & *l* cura ſuperflua eſt: *m* Stultus *n* complicat manus ſuas, & *o* comedit carnes ſuas, *p* dicens; † *q* Melius eſt pugillus *r* cum requie, *ſ* quam plena utraque manus cum † *t* dolore & *u* afflictione animi. *x* Conſiderans *y* reperi & aliam vanitatem *z* ſub Sole.

Sed contrarium dicit auctoritas quædam. Nulla pœna major, quam carere viſione Dei. Vel, *a* Feliciorem utroque,] ideſt, bono mortuo, & bono vivente. *b* Judicavi,] eum [qui necdum natus eſt] ſive in utero, ſive ex utero.
al. † melior. *c* Nec vidit mala, quæ ſub Sole fiunt;] ideſt, in hoc mundo, ubi mali florent, & boni lugent; boni opprimuntur, & mali extolluntur.
al. † labore. Et loquitur Salomon concionatorie in perſona Philoſophorum, qui dicunt animas ſimul creatas in regione beatorum Spirituum, & inde deſcendere ad corpora vivificanda. Secundum hos conſtat feliciorem eſſe animam necdum nati, quam mortui, vel viventis. Et hæretici, qui hanc Philoſophiam ſectantur, confirmant errorem ſuum per hanc auctoritatem Salomonis. Et per illam *Matth.* 26. Melius erat ei, ſi natus non fuiſſet homo ille. Sed aperte contrarium vult littera hic, ubi dicitur: Nec vidit mala, quæ fiunt ſub Sole. Sed forte ipſi exponunt, non vidit, ideſt, experientiam non ſenſit. Quod autem nondum natus in utero, vel ex utero, felicior ſit mortuo cum peccato mortali: hoc manifeſte verum eſt. Quia dicit *Jeron* quod melius eſt omnino non eſſe, quam pœnam æternam ſuſtinere. Quod vero nondum natus in utero, vel ex utero; melior ſit peccatore vivente: verum eſt inquantum peccator, non inquantum vivens homo, licet videatur dicere Salomon, & Interlin. *Gloſ.* quod ſimpliciter melior eſt nondum natus, quam vivens in hoc mundo, ſive bonus, ſive malus; quia ille nec mala vidit, nec bona expertus eſt. Sed loquitur Salomon concionatorie, ut prædiximus, in perſona Philoſophorum errantium, vel in perſona infirmorum, qui timent miſerias, & labores præſentis vitæ.

Quod patet. Certum eſt enim, quod malum eſt privatio boni, ergo majus malum eſt, quod majori privat bono; & maximum malum eſt, quod maximo privat bono; ſed omnino non eſſe, funditus, & penitus tollit omne bonum, & ideo nihil pejus eſt, quam omnino non eſſe.

Præterea eſſe in labore, & in miſeria aliquid habet boni, imo totum bonum habet.

Ipſum enim eſſe bonum eſt; & labor, & miſeria bonum eſt, licet moleſtum; ſicut potio amara; alioquin non eſſet a Deo labor, & miſeria. Sed conſtat, quod a Deo eſt. Unde *Eccli.* 11. Bona, & mala, mors, & vita, paupertas, & honeſtas a Deo ſunt. *Iſa.* 45.

Abſque me non eſt Deus, formans lucem, & creans tenebras, faciens pacem, & creans malum, ego Dominus faciens hæc.

Manifeſtum igitur eſt, quod non aſſertive dicit hoc Salomon; ſed concionatorie. Vel per abnegationem ſic. *a* Feliciorem utroque,] vel utrorumque, ſcilicet, mortuo, & vivente, ideſt, minus malum, ideſt, non tam miſerum. *b* Judicavi,] eum, [qui nondum natus eſt, aliquo modo. *c* Nec vidit,] aliquo viſu interiori, vel exteriori notitiæ, vel experientiæ.
d Mala,] culpæ, & pęnæ.
e Quæ ſub Sole fiunt,] ideſt, in mundo, vel pro terrenis, quæ ſunt ſub Sole. *f* Rurſus contemplatus ſum, &c.] Hic agit Salomon de calumnia detractionis, quæ ex invidia oritur, quæ ſubjectum ſuum torquet, & affligit de bonis alienis. Unde *Greg.* Invidus dum bonis alienis affligitur, de radiis Solis excæcatur. Dicit ergo *f* Rurſus,] convertens me ad alia contemplanda. *g* Contemplatus ſum omnes labores hominum,] & bonos, & malos. *h* Et induſtrias,] quibus ſtudioſe bona agunt. *i* Animadverti patere invidiæ proximi,] quia

Fertilior ſeges eſt alienis ſemper in agris, Ovid. lib. 1 de arte.
Vicinumque pecus grandius uber habet.

k Et in hoc ergo vanitas eſt,] ideſt, ex hoc eſt vanitas a fructu in laboribus, & induſtriis hominum, quia cum aliorum labores, & induſtriæ aliis prodeſſe deberent, potius obſunt eis occaſionaliter, quia urunt eos dolore & invidia. Item cum ex labore, & induſtria deberet homini tranquillitas, & ſecuritas, uſuſque ſuavis acquiri; augetur ei inde periculum, & inſidiæ, & odium proximorum. *l* Et cura ſuperflua eſt] ideſt, ſollicitudo cor urens de bonis acquiſitis cuſtodiendis, & tuendis contra invidiam proximorum. Videntes autem ſtulti bonorum labores, & induſtrias ita calumniari, non attendentes fructum bonorum augeri ex patientia calumniarum, nolunt laborare, ſed vacant otio. Unde ſequitur. *m* Stultus complicat manus ſuas] quas debuit extendere ad bona opera. Unde *Prov.* 20. Propter frigus piger arare noluit; mendicabit ergo æſtate, & non dabitur illi. Unde hic ſequitur. *o* Et comedit carnes ſuas,] fame urgente. Et eſt hyperbole, ut dicit *Gloſ.* Vel ſic.
m Stultus,] ideſt, avarus, qui tantum cogitat de præſenti. *n* Complicat manus ſuas,] ideſt, recurvat in ſe, nec extendit ad pauperem eleemoſynas largiendo. Cui dicitur *Eccleſ.* 4. Non ſit porrecta manus tua ad accipiendum, & ad dandum collecta. *Matth.* 12. dixit Dominus homini habenti manum aridam: Extende manum tuam. Et extendit, & reſtituta eſt ſanitati ſicut altera. *o* Comedit carnes ſuas,] ideſt, comedi fame permittit, quia non audet comedere præ nimia cupiditate. Vel.
m Stultus] ideſt, ſuperbus, ſtans altus, ſecundum *Iſidorum.* *n* Complicat manus ſuas,] ideſt, replicat, & recurvat ad ſe, quærens in operibus ſuis propriam gloriam, non honorem Dei, nec proximi utilitatem. *o* Et comedit carnes ſuas,] ideſt, proximos ſuos infirmiores ſe devorat. Item *m* Stultus,] ideſt, inſipiens Doctor, aut Prædicator. *n* Complicat manus ſuas,] ideſt, non vult eas extendere ad os ſuum, ut faciat, quod prædicat. Unde *Prov.* 19 Abſcondit piger manum ſuam ſub aſcella, nec ad os ſuum applicat. *o* Et comedit carnes ſuas,] ideſt, carnalem voluptatem, quam ſolam ſibi ſitit, & eſurit, qua ſola paſcitur. Item
m Stultus,] ideſt, invidus qui tabeſcit aliena felicitate. *n* Complicat manus ſuas,] ex nimia indignatione, vel nimio dolore alienæ felicitatis. *o* Et comedit carnes ſuas,] ideſt, tabeſcere, & conſumi facit aſpiciendo ſucceſſus aliorum: quia quanto felicius ſuccedit invidioſo, ideſt, illi, cui invidet, tanto invidus tabeſcit amplius, & diſtillat in livorem.

Unde *Seneca*: Vellem oculos invidorum eſſe ubique, ut omnium felicitatibus torquerentur. Vel ſic. *m* Stultus,] ideſt, piger quilibet, qui non vult congregare in æſtate, unde vivat in hyeme. *n* Complicat manus ſuas] ideſt, vacat otio. *o* Et comedit carnes ſuas] ideſt, carnalibus deſideriis æſtuat, donec conſumatur.
p Dicens,] in corde ſuo, vel increpantibus eum de pigritia ſua.
q Melius eſt pugillus] farris, vel cujuslibet rei.
r Cum requie, quam plena utraque manus cum dolore, & afflictione animi,] Sicut vulgo dicitur: Melius eſt unum, tene, quam duo, tu habebis: & melior eſt Alauda in terra, quam Grus in cœlo. *Gloſ.* intelligitur hoc diffinitive dici ex perſona Sapientis. Et eſt ſenſus:
q Melior eſt pugillus cum requie] ideſt, cum tranquillitate conſcientiæ, & lætitia mentis.
ſ Quam plena utraque manus] divitiis hujus mundi.
t Cum dolore] quo digna eſt iniquitas.
u Et afflictione animi,] ſine qua nec acquiruntur divitiæ, nec cuſtodiuntur, nec expenduntur, ut dicit *Greg.* Unde *Pſ.* 36 Melius eſt modicum Juſto ſuper divitias peccatorum multas. *Prov.* 15. Melius eſt parum cum timore Domini, quam theſauri magni, & inſatiabiles. Item *Prov. cap.* 16. Melius eſt parum cum juſtitia, quam multi fructus cum iniquitate. *Gloſ.* dicit ibi: Singularis numerus accipitur in bono, duplex in malo. Ideo unus pugillus habet requiem, duæ manus laborem. Unde *Prov. c.* 16. ſecundum aliam tranſlationem; Melior eſt parva acceptio cum juſtitia, quam multa gemma cum iniquitate. Vel *q* Melior eſt pugillus,] hic, cum requie æterna in futuro. *ſ* Quam plena utraque manus,] hic cum dolore corporis. *u* Et afflictione animi] in futuro.
x Conſiderans,] per hæc alia. *y* Reperi, & aliam vanitatem,] a prædictis. *z* Sub Sole] ideſt, in mundo.

a Unus

a Unus eſt, *b* & ſecundum non habet, *c* non filium, non *d* fratrem, *e* & tamen laborare non ceſſat, *f* nec ſatiantur oculi ejus *g* divitiis, *h* nec recogitat, *i* dicens: cui laboro, & *k* fraudo animam meam bonis? In *l* hoc quoque eſt *m* vanitas, & *n* afflictio peſſima. *o* Melius eſt ergo duos eſſe ſimul, *p* quam unum; *q* habent enim emolumentum ſocietatis ſuæ. *r* Si unus ceciderit ab *ſ* altero fulcietur. Væ *t* ſoli, quia cum *u* ceciderit, non *x* habet ſublevantem. *y* Et ſi dormierint duo, *z* fovebuntur mutuo. *a* Unus *b* quomodo caleſiet? *c* Et ſi quiſpiam prævaluerit contra unum, *d* duo *e* reſiſtunt ei.

a Unus eſt, & ſecundum non habet,] ideſt, hæredem aliquem. *c* Non filium, non fratrem, & laborare non ceſſat] congregando ſuperflua, de quibus neſcit cui congregabit ea. *f* Nec tamen ſatiantur oculi ejus] interiores. *g* Divitiis] acquiſitis, ſed ſemper inhiant acquirendis. *h* Nec recogitat] in corde ſuo. *i* Dicens: cui laboro, & fraudo animam meam bonis] æternis, præponendo bona temporalia? *l* In hoc quoque,] ideſt, in labore congregandi divitias temporales. *m* Eſt vanitas] cupiditatis, & vanitas felicitatis. *n* Et afflictio peſſima.] Mala quidem malitia pœnalitatis; pejor, quia inutilis; peſſima, quia cæca.

C

Hoc enim habet peſſimum hujuſmodi labor, quoad malitiam pœnalitatis, quia cæcus eſt hujus laborator, nec videt quam inutiliter laborat, ſecundum quod dicit *Pſ.* 38. Theſaurizat, & ignorat, cui congregabit ea. *Luc.* 12. Stulte, hac nocte repetent animam tuam a te, quæ autem congregaſti, cujus erunt? *Hieron.* dicit hic. Hæc intelligere poſſumus de his qui libros faciunt, & ignaris lectoribus relinquunt. Sicut multi, qui in morte ſua nepoti, vel fratri, qui omnino nihil ſcit, nec ſperatur quod proficere debet, dimittit libros ſuos, in quibus per totam vitam ſuam laboravit.

Myſtice. Myſtice. Quidam exponunt hoc de Chriſto, ut dicit *Hier.* in his verbis: Notantes deſiderium noſtræ ſalutis, quam tota aviditate ſitiebat. Unde in cruce pendens,
Joan. 19. dixit: Sitio. Ad quod non neceſſitudo neceſſitatis, aut conſanguinitatis, aut merita noſtra eum adduxerunt, ſed ſola miſericordia ejus eum induxit. Sed valde longe eſt hoc ab eo quod littera ſonare videtur, & potius impoſitio, quam expoſitio eſt. Unde melius exponitur moraliter de congregatione divitiarum ſpiritualium, ſicut dicetur *inf.* 5. Et tamen hoc poſtea exponemus myſtice ſecundum *Gloſ.* *o* Melius eſt ergo duos eſſe ſimul, quam unum.] Et hoc oſtendit. *q* Habent enim emolumentum ſocietatis ſuæ.] Juxta ſeriem litteræ videtur inferre ex eo quod dixerat: Unus eſt, & ſecundum non habet, non filium, non fratrem, & tamen laborare non ceſſat. Ibi etiam ſugillavit avaritiam, qua avarus ſibi ſoli laborat. Unus etiam, & ſecundum non habens proprie eſt avarus, qui nec filium, nec fratrem habet, nec amicum, nec proximum, qui nulli unitus eſt vinculo charitatis. Et eſt ſenſus: Ita ſibi ſoli laborare vanitas eſt, & afflictio peſſima. Melius eſt ergo duos eſſe ſimul, quam unum, ideſt, melior eſt communionis fraternæ ſocietas quam ſingularitas avaræ ſollicitudinis, habent enim emolumentum ſocietatis ſuæ. Quod autem ſit illud emolumentum fraternæ communionis, dicit Dominus *Matth.* 18. Ubi ſunt duo, vel tres congregati in nomine meo, ibi ego ſum in medio eorum. Et *Act.* 2. Dum complerentur dies Pentecoſtes, erant omnes pariter in eodem loco, & factus eſt repente de cœlo ſonus tanquam advenientis ſpiritus vehementis, & replevit totam domum ubi erant ſedentes. Ibi duo notantur, ſcil. corporalis ſocietas, per hoc quod dicitur: In eodem loco: Et ſpiritualis, per hoc quod dicitur, Pariter. Prior enim ſine ſecunda nihil valet. Item *Pſ.* 132. Ecce quam bonum, & quam jucundum habitare fratres in unum. Sequitur ſecundum emolumentum. *r* Si unus ceciderit,] ideſt, ad caſum tentatus titubaverit. *ſ* Ab altero fulcietur] conſilio, & conſolatione, & oratione ne cadat. *Prov.* 18. Frater qui juvatur a fratre, quaſi civitas firma. *t* Væ ſoli,] ideſt, ſingulari. *u* Quia cum ceciderit,] ideſt, cadere paratus fuerit. *x* Non habet ſublevantem] ſe a cain, conſilio, vel conſolatione. Sequitur tertium emolumentum. *y* Et ſi dormierint duo ſimul,] ideſt, requieverint. *z* Fovebuntur mutuo, ſe conſolando, vel conſulendo. *a* Unus,] ideſt, ſolitarius. *b* Quomodo caleſiet] per ſe, cum frigidus, & ſolus ſit? Sequitur quartum emolumentum. Et ſi quiſpiam prævaluerit contra unum, duo reſiſtunt] ſimul orantes, & invicem conſolantes.

Myſtice, de Chriſto ab illo loco. *a* Unus eſt,] ſcilicet, Chriſtus. *Iſ.* 4. Apprehendent ſeptem mulieres virum unum. Myſtice.

b Et ſecundum non habet,] in creaturis, ideſt, parem. Unde *Pſ.* 88. Quis ſimilis Domino in filiis Dei? quaſi dicat, nullus. Vel ſecundum non habet, in redemptione mundi, ad quod ſolus venit. *c* Non filium] naturalem, vel adoptivum ad hoc idoneum. Quamvis enim multi ſunt filii Dei per adoptionem; nullus tamen ad hoc idoneus, & ſufficiens erat.

d Non fratrem,] ideſt, ſocium in hoc opere faciendo. Unde *Iſa.* 63. Torcular calcavi ſolus, & de gentibus non eſt vir mecum. *Pſ.* 140. Singulariter ſum ego, donec tranſeam. *e* Et tamen laborare non ceſſat, portando peccata noſtra *Iſ.* 53. Vere languores noſtros ipſe tulit, & dolores noſtros ipſe portavit. Vel laborare non ceſſat, ſicut Medicus ſatagens curare iniquitates noſtras. *Iſ.* 43. Servire me feciſti in peccatis tuis, præbuiſti mihi laborem in iniquitatibus tuis. Item laborare non ceſſat, ſicut Advocatus poſtulando pro nobis apud Patrem. *Rom.* 8. Ipſe Spiritus poſtulat pro nobis gemitibus inenarrabilibus. Et 1. *Jo.* 2. Si quis peccaverit, Advocatum habemus apud Patrem Jeſum Chriſtum Juſtum.

f Nec ſatiantur oculi ejus,] ideſt, pietas, & miſericordia ejus.

g Divitiis] Angelorum, niſi ſcilicet, habeat divitias hominum: Semper enim cupit ſalutem hominum. Unde reliquit in deſerto nonagintanovem oves, ut ovem errabundam reduceret ad ovile, reportans eam propriis humeris ſuper crucem, & veniens in die Aſcenſionis, convocat amicos, & vicinos ſuos, ideſt, Angelos, dicens illis: Congratulamini mihi, quia inveni ovem meam, quam perdideram: Certe, bone Jeſu, non tu perdideras eam, ſed ipſa perdiderat ſe: Tu autem inveniſti eam, & propriis humeris reportaſti. *h* Nec recogitat, dicens: Cui laboro.] Sit enim Chriſtus, quod non ſibi, ſed nobis laboravit, quia quæ non rapuit, ipſe exolvit. Nos comedimus, & bibimus in taberna; & ipſe ſolus pro omnibus ſolvit; egregie verberatus; quia non habebat aliud, quod ſolveret. Unde *Iſ. c.* 53. Vulneratus eſt propter iniquitates noſtras: & attritus eſt propter ſcelera noſtra. *k* Et fraudo animam meam bonis] temporalibus. Pauper enim fuit propter nos. Unde *Matth.* 8. Vulpes foveas habent, & volucres cœli nidos; filius autem hominis non habet, ubi caput ſuum reclinet. Vel fraudo animam meam bonis, inutiliter laborando, & morti eam exponendo, juxta illud *Pſ.* 29. Quæ utilitas in ſanguine meo, dum deſcendo in corruptionem? Luc. 15.

l In hoc quoque eſt vanitas,] mortalitatis, quoad Chriſtum, & iniquitatis, quoad Judæos crucifigentes eum. *n* Et afflictio peſſima.] Paſſive quoad Chriſtum; active quoad Judæos. *o* Melius eſt ergo, &c.] ex prædictis infert Eccleſiaſtes, quaſi dicat, ex quo ita Chriſtus eſurit ſalutem noſtram. Ergo melius eſt duos eſſe ſimul, ideſt, Chriſtum eſſe tecum per inhabitantem gratiam. *p* Quam unum,] ideſt, quam ſine Chriſto patere inſidiis inimici.

q Habent enim emolumentum ſocietatis ſuæ.] Chriſtus gloriam & honorem; tu fructum, & utilitatem.

r Si unus ceciderit,] per peccatum, ſcilicet, homo.

ſ Ab altero fulcietur,] ſcilicet a Chriſto. Unde *Pſ.* 90. Cum ipſo ſum in tribulatione: eripiam eum, & glorificabo eum. Et *Pſ.* 117. Impulſus everſus ſum, ut caderem; & Dominus ſuſcepit me. Et *Iſ.* 44. Cum tranſieris per aquas, tecum ero; & flumina non operient te.

t Væ ſoli,] ſine Chriſto. Vel ſoli, qui ſingularitate ducitur, nec vult ſe conformare aliis, cum quibus vivit. Item, væ ſoli, ſi non homini confitetur peccata ſua: ſed ſoli Deo. *u* Cum ceciderit, non habet ſublevantem, ſcilicet, Chriſtum, vel alium.

y Et ſi dormierint duo ſimul, ſcilicet, Chriſtus cum homine & homo cum Chriſto in lecto puræ conſcientiæ, de quo Sponſa *Cant.* 1. Lectulus noſter floridus, roſis charitatis, violis humilitatis, liliis caſtitatis. *z* Fovebuntur mutuo.] Chriſtus enim fovet hominem calore charitatis, quam infundit; homo fovet Chriſtum in corde ſuo calore ſancti deſiderii, & bonæ operationis. *c* Et ſi quiſpiam prævaluerit contra unum,] ſcil. hominem. *d* Duo, ideſt, Chriſtus & homo: vel gratia, & liberum arbitrium.

e Reſiſtunt.] *Jac.* 4. Reſiſtite Diabolo, & fugiet a vobis: appropinquate Deo, & appropinquabit vobis.

a Funi-

a Funiculus triplex *b* difficile rumpitur. *c* Melior eſt puer *d* pauper, & *e* ſapiens, *f* Rege ſene, & ſtulto, qui *g* neſcit prævidere in poſterum; Quod & *h* de carcere, catenîſque interdum quis egrediatur ad regnum; & *i* alius natus in regno, *k* inopia conſumatur,

a Funiculus triplex,] ideſt, fides Trinitatis, quo homo Chriſto alligatur. Vel, Funiculus triplex, ideſt, Fides, Spes, Charitas. *b* Difficile rumpitur.] Nam fortis, ut mors, dilectio. *Cant. ult.* Vel, Funiculus triplex, ideſt potentia Patris, ſapientia Filii, bonitas Spiritus ſancti difficile rumpitur, in ſe nunquam, in nobis tamen aliquando.

De tregua & pace c.1. Hoc funiculo ligat Chriſtus Diabolum, ita ut nocere non valeat, quantum velit. *Iſ.* 37. Ponam circulum in naribus tuis, & frænum in labiis tuis, & reducam te per viam, per quam veniſti. *Tob.* 8. Tunc Raphael Angelus apprehendit Dæmonem, & religavit eum in deſerto ſuperioris Ægypti. Hoc funiculo ejecit Dominus vendentes, & ementes de templo, *Joa.* 2. Cum feciſſet Jeſus quaſi flagellum de funiculis, omnes ejecit de templo.

Vel, Funiculus triplex, eſt triplex modus diligendi Deum, ſcilicet ex toto corde, ex tota anima, & ex tota fortitudine, *Deut* 6. ideſt, dulciter, prudenter, fortiter: Vel tota cogitatione, tota affectione, tota operatione, ut nihil cogites niſi ipſum, aut propter ipſum; nihil diligas niſi ipſum, aut propter ipſum, nihil facias, vel patiaris niſi propter ipſum. Et funiculus talis revera difficile rumpitur. Item Funiculus triplex, quo ligamur Chriſto, eſt Contritio, Confeſſio, Satisfactio: vel cogitatio, locutio, operatio: vel amor, timor, pudor. Amor Dei benefici, timor Dei judicaturi, pudor peccati, vel offenſæ Dei. Item, Funiculus triplex, eſt rectitudo dilectionis, de qua *Cant.* 1. Recti diligunt te. Amplitudo dilectionis, de qua *Matth.* 5. Diligite inimicos veſtros. Fortitudo dilectionis, de qua *Cant. ult.* Fortis eſt, ut mors, dilectio. Recte ergo ſubjicit Salomon de hoc triplici funiculo poſt verbum de Societate, ut oſtenderet quale oporteat eſſe vinculum hujus ſocietatis, quam ex quatuor commendavit, ſcilicet ex fulcimento contra caſum, ex ſublevatione a caſu, ex fomenti calefactione contra frigus, ex adjumento contra hoſtium impugnationem.

c Melior eſt puer, &c.] ſicut ſupra diximus. Vanitas iniquitatis triplex eſt, ſcilicet vanitas cupiditatis, voluptatis, curioſitatis. Prima pertinet ad concupiſcentiam oculorum, ſecunda ad concupiſcentiam carnis, tertia ad ſuperbiam. Huc uſque dictum eſt de duplici vanitate, ſcilicet cupiditatis, & voluptatis; hic adjungit Eccleſiaſtes de tertia vanitate, quæ pertinet ad ſuperbiam vitæ, quam reprimit etiam in Regibus, præferens puerum pauperem ſapientem, Regi ſeni ſtulto, qui neſcit perpendere eventus rerum, ideſt, qualiter aliquis vinculatus de carcere quandoque ſublimatur in Regem, mortuo peſſimo, qui regnabat, ſicut dicitur *Eccli.* 10. Sedes Ducum ſuperborum ſubvertit Deus, & ſedere fecit mites pro eis. Et hoc eſt quod dicitur. *c* Melius eſt puer,] non ætate, ſed puritate; non ſenſu, ſed malitia.

d Pauper] rebus mundi, vel ſpiritu.

e Et ſapiens,] virtute ſaporandi res ſecundum ſaporem ſuum, & ſcientia æſtimandi res ſecundum valorem ſuum.

f Rege ſene, & ſtulto, qui neſcit prævidere,] vel [providere in poſterum,] ideſt neſcit ante videre quod futurum eſt, vel accidere poteſt in poſterum. Hoc ſcilicet. *h* Quod & de carcere catenîſque interdum quis egrediatur ad regnum,] Sicut Joſeph de carcere Putipharis, factus eſt ſecundus poſt Pharaonem, & Dominus & rector totius Ægypti, *Gen.* 41. Unde de ipſo dicitur *Sap.* 10. Sapientia venditum Juſtum non dereliquit, ſed a peccatoribus liberavit eum; deſcenditque cum eo in foveam, & in vinculis non dereliquit eum, donec afferret illi ſceptrum regni. *i* Et alius natus in regno,] ideſt, filius Regis, & natus de Rege.

k Inopia conſumatur,] ut Joachim junior, qui de regno Juda translatus eſt in Babylonem, ubi in carcere multas ſuſtinuit egeſtates, 4. *Reg. c.* 24. Et Nabuchodonoſor poſtquam dixit: Nonne hæc eſt Babylon, quam ædificavi in robore meo, factus beſtia fœnum, ut bos comedi. *Dan.* 4. Et hoc eſt, quod dicitur *Eccli.* 11. Multi potentes oppreſſi ſunt valde, & glorioſi traditi ſunt in manus alterorum.

Myſtice. *d* Puer pauper, & ſapiens,] eſt Chriſtus. *Myſtice.* Puer enim fuit ætate vitæ, *Luc.* 2. Puer autem creſcebat, & confortabatur.

Item puritate, *Iſa.* 42. Ecce puer meus, vel ſervus meus ſuſcipiam eum. *Iſ.* 9. ſecundum Septuaginta. Puer natus eſt nobis. Iſte puer fuit pauper pro nobis, ſicut legitur 2. *Cor.* 9. Scitis gratiam Domini noſtri Jeſu Chriſti; quia cum dives eſſet, egenus factus eſt propter vos, ut vos inopia illius divites eſſetis.

Et adeo pauper fuit, quod nec domum habuit ubi naſceretur, ſed in diverſorio etiam alieno natus eſt, *Luc.* 2. Nec etiam in tota vita ſua domum habuit, ſicut ipſemet teſtatur, in multorum confuſionem, qui alta palatia ſibi, vel parentibus ſuis conſtruunt de patrimonio crucifixi, *Matth.* 8. Vulpes foveas habent, &c. Idem *Luc.* 9. *Thren.* 3. Recordare, &c. Sapiens etiam fuit, *Luc.* 2. Jeſus autem proficiebat Sapientia, & ætate, & gratia apud Deum, & homines. Rex ſenex, & ſtultus, Diabolus eſt. Rex quidam ſuperborum, *Job* 41. Ipſe eſt Rex ſuper omnes filios ſuperbiæ. Senex, ideſt, antiquus, ipſe enim eſt initium viarum Domini. *Job* 40. Vel ſenex, ideſt morti vicinus. *Apoc.* 12. Væ terræ & mari, quia deſcendit Diabolus ad vos, habens iram magnam, ſciens quod modicum tempus habet. Stultus fuit, quando ſtans altus eſſe voluit. *Iſ. c.* 14. Aſcendam in cœlum, & ero ſimilis Altiſſimo. Dicit ergo.

e Melior eſt puer pauper, & ſapiens,] ideſt, Chriſtus Dominus.

f Rege ſene, & ſtulto,] ideſt, Diabolo.

g Qui neſcit,] ideſt, ſcire noluit.

h Prævidere in poſterum, quod de carcere catenîſque quis egrediatur ad regnum,] ideſt, Chriſtus, qui de carcere Pilati, vel ſepulchri, & vinculis quibus ligatus fuit ad columnam, egreſſus eſt ad regnum Patris. Unde *Luc.* 19. Homo quidam nobilis abiit in regionem longinquam accipere ſibi regnum. Et † revertenti in regionem longinquam dicit, quia regnum ſuum non eſt de hoc mundo, ſicut ipſe dixit Pilato, *Joan.* 18. Regnum, inquit, meum non eſt de hoc mundo; Si ex hoc mundo eſſet regnum meum, miniſtri mei utique decertarent, ut non traderer Judæis. *al. † venienti.*

i Et alius natus in regno,] ideſt, Diabolus in cœlo creatus.

k Inopia conſumatur] omnis boni. Vel, Rex, ſenex, & ſtultus eſt Antichriſtus, qui natus eſt in regnum temporalis dominationis, juſto Dei judicio permittente propter peccata eorum, qui noluerunt recipere veritatem. Unde Apoſtolus 2. *Theſſ.* 2. Eo quod claritatem veritatis non receperunt, ut ſalvi fierent, ideo mittet illis Deus operatorem erroris, ut credant mendacio. Hic Rex ſenex, & ſtultus neſcit quod dejiciendus ſit, & inopia conſumendus; & puer pauper, ideſt, Jeſus de carcere, & vinculis, ut diximus, in regnum in dextram Patris ſublimandus.

Vel aliter, Rex ſenex, & ſtultus eſt populus Judaicus, qui propter legem, & Prophetas, quibus ſe regebat, dicitur Rex. Senex vero dicitur, quia major natu, & quia propinquus morti æternæ. Quod enim antiquatur, & ſeneſcit prope interitum eſt. *Hebræorum cap.* 3. Vel ſenex, quia vetera quærens tantum, ideſt, terrena.

Puer pauper & ſapiens, eſt populus Gentilis, qui de carcere, & vinculis peccatorum egreſſus eſt in libertatem filiorum Dei.

Moraliter. *d* Puer pauper, & ſapiens,] eſt vir juſtus, *Moraliter.* vel homo interior, ideſt, anima, qua eſt puer, id eſt purus ſecundum conditionem ſuam, qua ad imaginem, & ſimilitudinem Dei creatus eſt.

d Pauper,] ideſt, paupertatem ſuam agnoſcens.

e Et ſapiens,] ideſt, utilia, & profutura ſibi quærens. Rex ſenex, & ſtultus eſt injuſtus quilibet, vel homo exterior, qui regere vult, & imperare, non regi, vel imperari. Hic ſenex eſt, quia morti proximus, & ſtultus inſtar equi, vel muli, de quo Apoſtolus 2. *Corint. cap.* 2. Animalis homo non percipit ea, quæ Spiritus Dei ſunt.

Conſtat ergo, quod puer pauper, & ſapiens melior eſt Rege ſene & ſtulto, qui neſcit ſibi prævidere in poſterum contra egeſtatem inferi. Et ideo inopia conſumetur, ſicut dives Epulo, qui etiam guttam aquæ habere non potuit, licet impudenter illam quæſierit, *Luc. cap.* 16. Hic autem puer de carcere, & vinculis, ideſt, de corpore mortis hujus egredietur ad regnum gloriæ in morte,

a Vidi

Digitized by Google

a Vidi b cunctos viventes, qui c ambulant ſub Sole d cum adoleſcente ſecundo, e qui conſurget pro eo. f Infinitus eſt numerus populi omnium, qui fuerunt ante eum, & g qui poſtea futuri ſunt, h non lætabuntur in eo. i Sed & hoc k vanitas, & afflictio ſpiritus. l Cuſtodi pedem tuum m ingrediens domum Dei, & n appropinqua, ut o audias. p Multo enim melior eſt obedientia, q quam ſtultorum victimæ: qui r neſciunt, quid ſ faciant mali.

a Vidi,] Prophetica viſione. b Cunctos viventes,] vita naturæ. c Qui ambulant ſub Sole,] ideſt, in vanitate, non in veritate.

d Cum adoleſcente ſecundo,] ideſt, cum Antichriſto, qui dicitur ſecundus adoleſcens reſpectu pauperis pueri, & ſapientis, de quo prædictum eſt, ideſt, reſpectu Chriſti, qui eſt primus adoleſcens. e Qui conſurget pro eo, ideſt, ſecundus adoleſcens pro primo, ideſt, Antichriſtus pro Chriſto, ſicut oſtenſum eſt ex 2. *Theſ.* 2. Cum
Pſal. 4. iſto adoleſcente ſecundo vidit Salomon cunctos viventes, qui ambulant ſub Sole, qui diligunt vanitatem, & quærunt mendacium, quaſi cum Capite, & Duce eorum futuro, & cum illo damnandi ſunt, ſicut omnes Electi, qui cum Chriſto ſupra Solem ambulant, cum illo coronandi ſunt. Deinde multitudinem adhærentium Antichriſto, qui ambulant cum illo in via perditionis, oſtendit Salomon, cum ſubjungit.

f infinitus eſt numerus populi omnium, qui fuerunt ante eum,] qui tamen pertinent ad ipſum. Nam in eis jam operatur myſterium iniquitatis, ut dicitur 2. *Theſ.* 2.

g Et qui poſtea futuri ſunt,] in fine temporum ei adhærentes. h Non lætabuntur in eo,] imo damnabuntur cum eo, quando Dominus Jeſus interficiet eum ſpiritu oris ſui, & deſtruet illuſtratione adventus ſui 2. *Theſ.* 2.

g Qui poſtea futuri ſunt,] ſocii ſecundi adoleſcentis.

h Non lætabuntur in eo,] ideſt, in priore adoleſcente. Hanc expoſitionem facit *Barachias Hebræus, Hieronymus. Sed Origenes, & Victorinus, in quadam magna Gloſ. quæ ſic incipit*: Origenes & Victorinus, ſic intelligunt.

a Vidi,] Prophetico ſpiritu.

b Cunctos viventes] Vita gratiæ. c Qui ambulant ſub Sole,] juſtitiæ, ideſt, ſub ducatu ejus. Vel ſub Sole, ideſt, ſub æſtu tribulationis. Omnes enim qui pie volunt vivere in Chriſto, perſecutionem patientur pro Chriſto, 2 *Tim.* 3. d Cum adoleſcente ſecundo,] ideſt, cum Chriſto. e Qui conſurget pro eo,] ideſt, pro veteri Rege, & ſtulto, ſcilicet, Diabulo. Quod autem ſequitur. f Infinitus eſt numerus populi, qui fuerunt ante eum, & qui poſtea futuri ſunt, non lætabuntur in eo,] ideſt, in Chriſto, exprimitur multitudo Gentilium, qui fuerunt ante adventum Chriſti: & Judæorum, qui in fine recepturi ſunt Antichriſtum; & ideo non lætabuntur in Chriſto. Quod vero dicit Gregorius Ponti Epiſcopus, &c. juxta litteram eſt: Nec eſt dictum Sapientia Salomonis. Parum eſt enim dictu, quod illi, qui ſunt ſub filio Regis ſenis, & ſtulti, non lætabuntur in eo, ideſt, in filio pro eo, quod mala, quæ Rex ſenex, & ſtultus irrogaverat, neſcierunt, licet melius ſit eis ſub filio, quam ſub patre.

i Sed & hoc,] ſcilicet, regnum temporale, cui ſuccedit conſumptio copiæ, vel regnum ſpirituale, cui ſuccedit inopia peccati.

k Vanitas, & afflictio ſpiritus,] Vane enim regnum ſpirituale obtentum eſt, ſi deſeritur, & anget afflictionem ſpiritus occaſionaliter. l Cuſtodi, &c.] Poſtquam egit Salomon de multiplici vanitate culpabili, hoc intendit ponere remedium contra illas. Et primo contra primam, quæ eſt vanitas curioſitatis. Hæc enim eſt principalis intentio Salomonis in hoc libro, ut vanitatem culpæ a nobis excludat, cujus prima ſpecies eſt curioſitas, quæ conſiſtit in nimio appetitu ſciendi quæ non oportet, ut ſupra oſtenſum eſt, ideo primo contra illam ponit antidotum, ſcilicet, doctrinam fidei, quæ in Eccleſia docetur. Et ideo in primis hortatur ire ad Eccleſiam cum humilitate, & manſuetudine, & puritate, dicens:

l Cuſtodi pedem tuum,] ideſt, affectum tuum, ne offendas peccando. m Ingrediens domum Dei,] vel templum Dei, ideſt, Eccleſiam, quaſi dicat, ingredere domum Dei, ſed ſine offenſione peccati. Aliter melius eſt non ingredi. Unde *Matth.* 5. Si offers munus tuum ante altare, & ibi recordatus fueris, quia frater tuus habet aliquid adverſum te, relinque ibi munus tuum ante altare, & vade prius reconciliari fratri tuo, & tunc veniens offeres munus tuum.

n Et appropinqua,] non corpore, ſed mente digna, ideſt, in humilitate, & manſuetudine, & conſcientiæ puritate, *Jac.* 4. Appropinquate Deo, & appropinquabit vobis, emundate manus veſtras peccatores, & purgate corda veſtra, duplices animo. o Ut audias,] aure cordis præcepta Dei, non vanas fabulas, & obedias. Talis enim fuit Moyſes. Unde ſolus acceſſit in montem ad audiendum Dominum, alii remanſerunt inferius. *Exod.* 19.

p Multo enim melior eſt obedientia,] voluntaria. q Quam ſtultorum victimæ,] inobedientium, qui donis & victimis volunt emere impunitatem peccatorum non ceſſantes a peccatis. Sed Dominus ait: Miſericordiam volo, non ſacrificium. *Oſee* 6. Item *Eccli.* 30. Miſerere animæ tuæ placens Deo. 1. Reg. 15. c. 8. b. 2. c. ſciendum.

r Qui neſciunt, quid faciant mali, dum non obediunt, & offerunt munus ſuum Deo.

Moraliter. l Cuſtodi pedem tuum ingrediens domum Dei,] ideſt, vide, ubi figas pedem affectionis, & intentionis, intrans in religionem, de qua dicit Dominus *Matt.* 21. Domus mea domus orationis vocabitur; vos autem feciſtis illam ſpeluncam latronum. Et eſt ſumptum de *Iſa.* 56. ubi dicitur: Adducam eos in montem ſanctum meum, & lætificabo eos in domo orationis meæ. Quidam enim hanc domum ingredientes pedem affectionis, & intentionis in ſola coquina, vel refectorio ponunt. Unde patet, quod non domum Dei, ſed coquinam, vel refectorium ingrediuntur. Illuc enim intrat quis, ubi pedem fixerit. Similiter qui intrat Eccleſiam præbendalem, ponens pedem intentionis, & affectionis in proventibus temporalibus, non in Eccleſia, ſed in ſtabulo, vel ſterquilinio pedem ponit: ergo intrat in ſtabulum, vel ſterquilinium, non in Eccleſiam. Debet ergo dici Canonicus ſtabuli, vel ſterquilinii, non Eccleſiæ Dei. Ideo dicitur Prælato ingredienti domum Dei, ideſt, ſuſcipienti prælationis officium, ut ſcilicet cuſtodiat, ubi pedem affectionis, & intentionis ponat. Corrupto igitur ingreſſu, neceſſe eſt progreſſum eſſe inutilem, & egreſſum malum, ſicut dicit *B. Bernard.* Sibi ingrediuntur, ſibi progrediuntur, & ſibi egrediuntur dum quæ ſua ſunt, ibi tantummodo quærunt; & qui infideliter intrat, infideliter agit. [Cuſtodi,] ergo [pedem tuum ingrediens domum Dei,] ut ſcilicet, in ipſa domo, non extra eam ponas. Moral.

n Et appropinqua, ut audias,] legem Dei. Et revera neceſſe eſt appropinquare volentem audire ſacram Scripturam, vel doctrinam; quia raucæ, & nimis diminutæ ſunt fauces ejus, ideſt, Doctores, Prædicatores. Magis enim de terra, quam de cœlo loquuntur: quia qui de terra eſt, de terra loquitur, qui autem de cœlo venit, ſuper omnes eſt, *Joa.* 3. Tamen dicitur eis, *Iſ.* 40. Super montem excelſum aſcende tu, qui Evangelizas Sion: exalta in fortitudine vocem tuam, qui Evangelizas Jeruſalem. Exalta, noli timere. Vel, appropinqua, ut audias, ideſt, exi de terra ſi vis audire de cœlo loquentem. Qui enim totum chaos, ideſt, totam terram inter ſe, & eloquia Dei ponit, audire non poteſt. Unde poteſt dici talibus illud *Luc.* 16. Magnum chaos firmatum eſt inter nos & vos, ut hi, qui volunt hinc tranſire ad vos non poſſint, neque inde huc tranſmeare. Ideo dicit Dominus *Iſ.* 42. Quis cæcus, niſi ſervus meus; & ſurdus, niſi ad quem nuncios meos miſi? p Multo enim melior eſt obedientia, quam ſtultorum victimæ.] Et aſſignat rationem *B. Gregor.* ſuper 1. *Reg.* 15. quia per obedientiam mactatur propria voluntas: per victimam vero caro aliena. Et videtur hoc eſſe contra multos etiam clauſtrales, qui inſtar fœneratorum, libenter dant eleemoſynas, ſed reſtituere nolunt, quæ tenentur; ſic iſti privatas orationes, & privatas obſervantias, ad quas non tenentur, libenter faciunt; canonicas vero horas, & alias ſuæ profeſſionis obſervantias, ad quas tenentur, valde male reddunt, etiam ſola verborum non integre reddunt. De hoc expreſſum legimus exemplum 1. *Reg.* 15. de Saule, qui cum juſſus fuiſſet demoliri omnia, quæ erant Amalech: & holocauſta, & ſacrificia ab eo non requirerentur: holocauſta obtulit, & Amalech pepercit. Ideo ait ei Samuel: Nunquid vult Dominus holocauſta, aut victimas, & non potius, ut obediatur voci ejus?

r Qui neſciunt quid,] ideſt, quantum.

ſ Faciant mali,] qui ſcilicet, omiſſis neceſſariis, ideſt, obedientia, quæ ſola virtus eſt, ut dicit Ambroſius, ſuas offerunt victimas ſingulares.

EXPO-

EXPOSITIO CAP. V.

Temeritas in quatuor reprobatur.

NE temere quid loquaris, &c.] Dicto de curioſitate ſciendi, ſubjunxit Salomon de temeritate loquendi. Hæc enim ſequitur ad illam, & ideo illa reprobata, reprobat iſtam.

C A P. V.

NE *a* temere quid loquaris, neque *b* cor tuum ſit velox ad proferendum ſermonem coram Deo. *c* Deus enim in cœlo, & *d* tu ſuper terram, idcirco *e* ſint pauci ſermones tui. *f* Multas curas ſequuntur ſomnia, & in *g* multis ſermonibus invenitur ſtultitia. Si *h* quid voviſti Deo, *i* ne moreris reddere; Diſplicet *k* enim ei infidelis, & *l* ſtulta *m* promiſſio.

Sunt autem quatuor, in quibus temeritas reprobatur. In judiciis faciendis, conſiliis dandis, in teſtimoniis ferendis, & promiſſionibus emittendis. Debet enim judicium eſſe

A

ſententia diligenter examinata, procedens ex probationibus manifeſtis, vel præſumptionibus violentis, jus ſuum unicuique aſſignans. Et de hoc dicitor *Matth.* 6. *Luc.* 7. Nolite judicare, & non judicabimini, *Rom.* 14. Tu quis es, qui judicas alienum ſervum? Domino ſuo ſtat, aut cadit. Stabit autem. Et *Job* 29. Cauſam, quam neſciebam, diligentiſſime inveſtigabam. Similiter conſilium debet eſſe deliberata ſententia propter latentia incommoda omnia præconſiderans quaſi vadum prætentans, ut vulgo dicitur, ut viam utiliorem, & exitum faciliorem inveniat. De hoc *Eccli.* 32 Fili, ſine conſilio nihil facias; & poſt factum non pœnitebis. *Proverb.* 11. Ubi non eſt gubernator, populus corruet; ſalus autem, ubi multa conſilia Similiter teſtimonium debet eſſe præcognita ſententia, tantum illud afferens, quod cognovit. De hoc dicitur *Prov.* 19. Falſus teſtis non erit impunitus: & qui loquitur mendacia, peribit. Similiter votum debet eſſe ſententia undique ponderata. Debet enim vovens vires ſuas diligenter circumſpicere, & pondus ejus, quod vovit, attendere; utrum ſcilicet portare ſufficiat. Unde definitur ſic: Votum eſt melioris boni conceptio, animi deliberatione firmata. De hoc dicitur *infr. eod.* Si quid voviſti Deo, ne moreris reddere. Diſplicet enim ei infidelis, & ſtulta promiſſio. Et *Eccli.* 8. Ne ſpondeas ſupra virtutem tuam; quod ſi ſpoponderis, quaſi reſtituens cogita. Eſt autem multiplex temeritas in loquendo. Prima eſt incertitudo ejus, quod quis

Temeritas multiplex in loquendo.

loquitur. De hoc *Sen.* Vis, inquit, ſapienter loqui? loquere quod ſcieris. Secunda eſt feſtinatio loquendi. *Jac.* 2. Sit omnis homo velox ad audiendum; tardus autem ad loquendum. Et *Senec.* Tardiloquum te eſſe volo, & prope erit tibi Deus. Tertia eſt conſideratio temporis, quo debet loqui, *Eccli.* 20 Ex ore fatui improbabitur parabola; non enim dicit illam in tempore ſuo. Quarta eſt importunitas loquendi. *Eccli.* 22. Muſica in luctu eſt importuna narratio. Quinta eſt loquendi uſurpatio, quod fit, cum aliquis impudenter ſe ingerit ad loquendum, quod ad alium pertinet. *Eccli.* 32. Loquere major natu, decet enim te primum verbum diligentis ſcientiam, id eſt, Dei dicit *Gloſſ.* Sexta eſt præſumptio loquendi, quod fit, quando juvenis aliquis inter ſapientiores, & ſeniores loqui præſumit. *Eccli.* 32. In medio Magnatorum loqui non præſumas. & ubi ſunt ſenes, non multum loquaris. Septima eſt inutilitas locutionis ex defectu audientium. *Eccli.* 32. Ubi non eſt auditus, non effundas ſermonem. ideſt, ubi non eſt auditor, qui proficiat, dicit *Gloſ.* Octava eſt audacia loquendi ultra intellectum proprium, vel audientium, *Eccli.* 3. Altiora te ne quæſieris. Et in *Pſal.* 11. Diſperdat Dominus univerſa labia doloſa, & linguam magniloquam. Nona eſt loquentis inanitas, quando ſcilicet pro humano favore quis loquitur. *Eccli.* 32. Non impedias muſicam. *Gloſ.* ideſt, non pro inani favore canoram eloquentiam effundas. Decima eſt vituperandi intentio. *Eccli.* 11. Antequam interroges ne vituperes quemquam. Undecima eſt præcipitata reſponſio. *Eccli.* 11. Antequam audias, ne reſpondeas verbum. Duodecima eſt nimia laudatio, *Prov.* 28. Quomodo probatur in conflatorio argentum, & in fornace aurum; ſic probatur homo ore laudantium. *Eccli.* 11. Ante mortem ne laudes quemquam hominem: quoniam in filiis ſuis agnoſcitur vir. Sunt & aliæ temeritates loquendi periculoſæ audientibus: & ex quibuſdam de illis, aliis error, aliis ſcandalum, aliis invidia, aliis inanis gloria, aliis mala audacia, aliis mala ſuſpicio generatur: quas omnes cauſa brevitatis prætermus. Prædictæ autem temeritates ſunt periculoſæ loquentibus. Dicit ergo.

a Ne temere quid loquaris,] aliquo prædictorum modorum, *Gloſ.* dicit, vovendo Deo, vel de Divinitate diſputando. *Exod.* 19. Beſtia, quæ tetigerit montem, lapidabitur. Sed etiam ſimpliciter de proximo loquendo. Unde *Sen.* loquens de proximo, cito te pro illo, aut contra illum teſtimonium dicere. *b* Neque cor tuum ſit velox ad proferendum ſermonem coram Deo,] qui omnia videt, etiam occulta cordium. Et ob hoc addidit Salomon coram Deo, ut ſciat unoſquiſque ſe loqui in audientia, ſive auribus Dei, & facere omnia in oculis ejus. Vel ut levitatem, & audaciam noſtram reprimeret, qui faciles ſumus ad vovendum, & audaces ad diſputandum de *Deut.* 12. Divinitate. Unde dicit *Gloſſ.* Non ſit cor tuum velox ad proferendom ſermonem, voti, vel nimis inquiſitæ Divinitatis. Unde ſequitur:

c Deus enim in cœlo, & tu ſuper terram,] quaſi dicat, non ſis velox ad loquendum de Deo, quia nimia eſt diſtantia Dei, & hominis. Sicut enim exaltantur cœli a terra; ſic exaltatæ ſunt viæ meæ a viis veſtris: & cogitationes meæ a cogitationibus veſtris, dicit Dominus *Iſa.* 55. Vel nomine cœli, Eccleſiaſtes intelligit lucem inacceſſibilem, quam inhabitat, ut dicitur 1. *Tim.* 6. Nomine terræ intelligit tenebras peccatorum, & ignorantiæ, quibus obvolutum eſt totum genus humanum. Et eſt ſenſus.

b Non ſit cor tuum velox ad proferendum ſermonem coram Deo,] ideſt, de ſecretis Divinitatis.

c Deus enim in cœlo,] ideſt, lucem inhabitat inacceſſibilem, tibi tali.

d Et tu ſuper terram,] ideſt, in tenebris peccatorum & ignorantiæ. *e* Ideirco ſint pauci ſermones tui,] de Deo, de quo etiam vera dicere periculoſum eſt, dicit *Gloſ.*

f Multas curas ſequuntur ſomnia] ad litteram. Ex reliquiis enim cogitationum quædam ſomnia oriuntur, quibus cor graviter uritur. Unde cura dicitur quaſi urens cor. Et ita fit, ut qui multas curas habent, ſive dormiant, ſive vigilent, ſemper ſint in tormento, & in igne Chaldæorum. Inſinuat autem per hoc Salomon, quod neceſſe eſt eſſe in multis curis multam vanitatem, & falſitatem cogitationum. Si enim in paucis vanæ ſunt cogitationes hominum, & timidæ, & incertæ, ſicut dicitur *Sap.* 9. Cogitationes mortalium timidæ & incertæ providentiæ noſtræ. Corpus enim, quod corrumpitur, aggravat animam, & terrena inhabitatio deprimit ſenſum multa cogitantem. Et ad hoc ſummopere laborat Diabolus, ut ſcilicet cor hominis per multa diſpergatur. E contrario Dominus ſenſum ſuum colligere in unum hortatur *Eccli.* 11. Fili, ne in multis ſint actus tui.

g Et in multis ſermonibus invenitur ſtultitia,] quaſi dicat: ſicut qui multa cogitat, eadem frequenter ſomniat, ita in ſtultitiam incidit, qui ultra ſe de Deo diſputat. De hoc *Prov. cap.* 10. In multiloquio non deerit peccatum. *h* Si quid voviſti Deo, ne moreris reddere,] ultra præſcriptum terminum voti expectando. Et tunc enim in mora eſſe judicatur vovens, & non ante. Sed ſi aliquis ſine termini appoſitione votum emiſerit, dicit lex: Quod ſine die promittitur, incontinenti debetur. *Interlin.* continuat valde bene. Dixerat enim: Non ſit cor tuum velox ad proferendum ſermonem coram Deo, ideſt, ad vovendum Deo. [Autem] ideſt, ſed, [Si quid voviſti Deo,] in Baptiſmo, dicit *alia Interlin.* *i* Ne moreris reddere.] De hoc *Deut.* 23. Cum votum voveris Domino Deo tuo, non tardabis reddere: quia requiret illud Dominus Deus tuus: & ſi moratus fueris, reputabitur tibi in peccatum: ſi nolueris polliceri, abſque peccato eris. Hoc eſt, quod dicitur *Gloſ.* ſuper illud *Pſ.* 75. Vovete & reddite, ideſt, ſi voviſtis reddite. Vovere enim voluntarium, ſed reddere neceſſarium eſt. Quid ergo dicit *Interlin.* in Baptiſmo: Nunquid infans voluntarie vovet in Baptiſmo? Solutio. Loquitur de Baptiſmo adultorum, vel de obligatione patrinorum, qui vovent pro puero. Quare autem dixerit: Ne moreris reddere, adjungit.

k Diſplicet enim ei infidelis,] ideſt, non impleta.

l Et ſtulta,] ideſt, indiſcreta.

m Promiſſio,] ſicut Judæorum, qui dixerunt: Quæcunque præceperit Dominus, faciemus. *Exod. c.* 19. Et poſtea adoraverunt vitulam. *Exod. c.* 32.

a Sed

a Sed quodcumque voveris,] compos mentis & ætate debita, & quæ vovere potes. *b* Redde] cito, dicit *Gloſ.* Mora enim ad ſe trahit periculum, & neſcit tarda rerum molimina Spiritus ſancti gratia, ſicut dicit *Gloſ.* ſuper illud *Act.* 2. Factus eſt repente de cęlo ſonus, &c.

a ſed † quodcumque voveris *b* redde. *c* Multoque melius eſt non vovere, quam *d* poſt votum promiſſa non reddere. *e* Ne dederis os tuum, ut *f* peccare facias carnem tuam: *g* neque dicas coram Angelo, *h* non eſt † providentia, *i* ne forte iratus Dominus ſuper ſermones tuos *k* diſſipet cuncta opera manuum tuarum. Ubi *l* multa ſunt ſomnia, *m* plurimæ vanitates, & ſermones innumeri. Tu *n* vero Deum time. Si *o* videris calumnias egenorum, & *p* violenta judicia, & *q* ſubverti juſtitiam in Provincia, *r* non mireris ſuper hoc negotio, *ſ* quia excelſo *t* excelſior alius eſt, *u* & ſuper hoc quoque *x* eminentiores ſunt alii, & *y* inſuper univerſæ terræ Rex imperat ſervienti. *z* Avarus non implebitur pecunia:

al. † quocunque. *c* Multoque melius eſt non vovere,] quæ licet vovere, & non vovere. *d* Quam poſt votum promiſſa non reddere,] ſicut fecerunt Judæi. Et de hoc dicitur *Luc.* 9. Nemo mittens manum ad aratrum, & aſpiciens retro aptus eſt regno Dei, 2. *Petr.* 2. Melius eſt viam juſtitiæ non cognoſcere, quam poſt agnitam retrorſum converti. *e* Ne dederis os tuum, ut peccare facias carnem tuam,] ideſt, ne dicas te ex infirmitate carnis tuæ peccare, tanquam reflectens culpam in auctorem carnis, qui tam fragilem eam fecit: Sicut fecit Adam, *Gen.* 3. Mulier, inquit, quam dediſti mihi ſociam, dedit mihi, & comedi. Ideo dicit *Pſ.* 140. Ne declines cor meum in verba malitiæ ad excuſandas excuſationes in peccatis. Vel ſic. *e* Ne dederis os tuum] nimis indulgendo gulæ.

B

al. † prudentia.

f Ut peccare facias carnem tuam,] per luxuriam. Venter enim & genitalia vicina ſunt, & pro vicinitate membrorum ſequitur confœderatio vitiorum, ut dicit *Hieron.* Vel ſic. *e* Ne dederis os tuum] alicui promittendo illicitum, vel jurando illicite.

f Ut peccare facias carnem tuam] promiſſum, vel juramentum illicitum perſolvendo, ſicut ille, qui jurat meretrici quod jacebit cum ea. De hoc dicit *Iſid.* In turpi voto muta decretum, in male promiſſis reſcinde fidem. *g* Neque dicas coram Angelo,] qui aſtat unicuique & omnia nunciat Deo. *h* Non eſt providentia,] ideſt, ne putes omnia caſu, vel fato agi, & nihil a Deo provideri. *i* Ne forte iratus Dominus ſuper ſermones tuos,] quibus dixiſti non eſſe providentiam apud Deum.

k Diſſipet cuncta opera manuum tuarum,] etiam bona, dicit *Gloſſ.* Et tradat te in reprobum ſenſum, *Rom.* 1. Magnam enim partem gloriæ ſuæ aufert Deo, qui humanarum rerum gubernationem, & malorum ordinationem ei ſubtrahit: Majoris enim gloriæ eſt mala bene ordinare, & ex illis bona elicere, quam ſola bona diſponere. De hoc dicitur *Thren.* 3. Quis eſt iſte, qui dixit, ut fieret Domino non jubente? Ex ore Altiſſimi non egredientur neque bona, neque mala. Item, talis aufert Deo juſtitiam ſuam, quia dicit eum non curare merita bonorum, & demerita impiorum. Et de hoc dicit *Pſa.* 9. Propter quid irritavit impius Deum, dixit enim in corde ſuo non requiret. *l* Ubi multa ſunt ſomnia, plurimæ vanitates & ſermones innumeri] vaticinantium circa illa, quaſi dicat, non cures ſomnia, neque timeas, quia vana ſunt. *n* Tu vero Deum time,] non ſomnia. Deus enim poteſt perdere corpus, & animam in gehennam, *Matt.* 10. Somnia vero non obſervata, nec juvare, nec nocere poſſunt. De hoc dicitur *Deut.* 10. Non inveniatur in te, qui luſtret filium ſuum per ignem, aut qui hariolos ſciſcitetur, aut obſervet ſomnia. Item *Eccli.* 34. Divinatio erroris, & auguria, mendacia, & ſomnia male facientium, vanitas eſt: Ne dederis illi cor tuum: multos enim errare fecerunt ſomnia, & exciderunt ſperantes in illis.

Moraliter. Moraliter. *l* Ubi multa ſunt ſomnia,] ideſt, Philoſophorum, vel philoſophantium figmenta. *m* Plurimæ vanitates,] & paucæ veritates, & nullæ utilitates.

o Si videris calumnias egenorum,] ideſt, ſi videris egenos ab impiis deprimi & affligi. *p* Et violenta judicia] potentium fieri contra innocentes. *q* Et ſubverti juſtitiam in provincia] a Judicibus iniquis. *r* Non mireris ſuper hoc negotio,] tanquam Deus non judicet, vel injuſte agat. *ſ* Quia excelſo,] ideſt, tyranno ſuperbo, vel judice iniquo. *t* Excelſior alius eſt] Dominus ſcilicet, cujus cęlum ſedes, & terra ſcabellum pedum ejus, *Iſa. ult.* Vel, Excelſior alius eſt, ſcilicet Princeps vel Judex. *u* Et ſuper hos quoque,] ſcilicet tyrannos.

x Eminentiores ſunt aliis,] ſcilicet, Angeli, qui prohiberent eos, niſi tempus expectarent ordinatum a Deo,

y Et inſuper univerſæ terræ Rex imperat ſervienti,] tyranno, qui etiam in perſecutione bonorum ſervit, quia dum bonos perſequitur, limat, & purgat, & ſolidat eos. Unde dicit *Aug.* Unde ſuperbit injuſtus, ſi de illo facit flagellum Pater meus, quo me corrigit? Filius flagellatus corrigitur, & flagellum igne comburitur. Unde a Sennacherib dicitur *Iſ.* 10. Væ Aſſur, virga furoris mei. Ad hoc ergo breviter tendit tota iſta ſeries verborum, ut ordinata intelligatur univerſitas quaſi quædam Dei Reſpublica, & nihil ibi fieri ſine cauſa, ſicut dicitur *Job* 5. Nihil fit in terra ſine cauſa, ſed omne quod fit ibi, fit ab intelligibili aula Summi Imperatoris, ut dicit *Aug.* juſta permiſſione, & ſalubri ordinatione, aut efficaci voluntate. Ideo autem dicitur, ne mireris, cum iſta mala videris, quaſi Deus ea vel non poſſit, vel nolit, vel neſciat avertere. Unde ne male quis ſentiat de ejus potentia, dicitur: Univerſæ terrę imperat. Item ne de voluntate, aut de ſapientia ejus male ſentias, addit, Rex ſervienti: Ad laudem enim divinæ voluntatis & Sapientiæ pertinet, quod etiam mala ei militant, & ſerviunt. Per hoc autem quod dicit medias poteſtates, ideſt, Angelos præeſſe terrenis, & Principibus, plane oſtendit nihil inordinatum eſſe a ſummo uſque deorſum, & Deum malis poteſtatibus bene uti, etiam in perſecutione bonorum, qui diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum. *Rom.* 8. Magna ergo eſt conſolatio bonis inter tot mala præſentia firmam de divina Providentia tenere ſententiam: qui enim credit omnia quæ patitur, divina, vel paterna diſpoſitione ſe pati, & omnia cooperari ſibi in bonum, magnam recipit conſolationem. Sequitur.

47. dist. c. Anne hi.

z Avarus non implebitur pecunia:] Pecunia eſt quaſi ligna, quæ quanto plus fuerint, non extinguunt ignem, ſed augent. Unde *Prov.* 30. Ignis nunquam dicit, ſufficit. Et *Sen.* Si te vis divitem facere, non divitiis addendum eſt, ſed cupiditati ſubtrahendum.

Sunt autem octo cauſæ præcipuæ, propter quas avarus non poteſt impleri pecunia. Prima cauſa eſt, quia pecunia finita eſt, venter ſive ſaccus cupiditatis infinitus. Unde *Sen.* Ex hoc dignoſcitur deſideria hominum utrum naturalia ſint, an non; naturalia enim finita ſunt, innaturalia vero infinita. Et hoc eſt, quod dicitur *Prov.* 13. Juſtus comedit, & replet animam ſuam, venter autem impiorum inſatiabilis eſt. Secunda cauſa eſt, quia pecunia vanitas eſt, quæ nihil replet. Et hoc patet ex ipſo affectu pecuniæ, quia exhaurit, & evacuat poſſidentes. Unde B. Virgo dixit: Eſurientes implevit bonis, & divites dimiſit inanes, *Luc.* 1. Et *Tullius* dicit: Si æque fraudas, rapis, cupis, ut heri, æque vacuus es, ut heri; eſuriens enim ex ſola vacuitate eſt. Tertia cauſa eſt, quia pars pecuniæ cedit in ventrem avari: Horrea enim, & cellaria, & ſtabula, & grangiæ, & arcæ, & ſcrinia ſunt ventres avarorum; & tamen pars pecuniæ ipſorum, & creſcente pecunia, creſcit venter avari, quare impoſſibile eſt ventrem avari impleri pecunia. Quarta cauſa eſt, quia cupiditas ignis eſt; pecunia vero ſunt ligna, & ideo creſcente pecunia, creſcit cupiditas; unde non poteſt impleri pecunia, ſicut ignis non poteſt ligno ſatiari. Et hoc eſt quod dicitur: *Creſcit amor nummi, quantum ipſa pecunia creſcit.* Quinta cauſa eſt, quia quælibet pars divitiarum ſecum affert aliquid vacui, ideſt, paupertatis, & defectus. Verbi gratia: Cum auro, & argento venit defectus cuſtodum, arcarum, ſerarum, clavium, ideſt, tunc incumbit neceſſitas talia inquirendi, & poſtea venit neceſſitas implendi, & timor cuſtodiendi; tandem dolor in amiſſione, vel dimiſſione. Sexta cauſa eſt, quia pecunia non eſt impletiva hujus loci, ideſt, cordis humani. Sicut enim ſapientia, vel gratia non eſt repletiva burſæ, ita pecunia non eſt repletiva mentis humanæ. Septima cauſa eſt, quia nullum corpus ſimul & ſemel poteſt replere duo loca diverſa; diverſa vero loca ſunt mens avari, & burſa ejus: & ideo cum pecunia burſam impleat, mentem replere non poteſt, & ideo avarus non impletur pecunia. Octava cauſa eſt, quia fames avaritiæ in corde eſt, cujus cibus eſt pecunia, quæ non in corde, ſed in area mittitur. Et ideo

Avarus non poteſt impleri pecunia octo de cauſis.

Juvenal. 14. ſatyr.

fames

Digitized by Google

fames avari non extinguitur; ſicut ſi quis cibum quem venter eſurit, non in ventrem, ſed in cophinum mitteret, nunquam famem ventris ſedaret. Et ideo omnis avarus ſtultiſſimus eſt, qui mittens pecuniam in burſam, mentem putat replere, ſicut mittens cibum in cophinum, ventrem æſtimat ſatiare.

& *a* qui amat divitias, † fructum non capiet ex eis. Et *b* hoc ergo *c* vanitas. Ubi *d* multæ ſunt opes; multi & qui comedunt eas. Et quid *e* prodeſt poſſeſſori, niſi quod cernit divitias oculis ſuis? *f* Dulcis eſt *g* ſomnus *h* operanti, ſive parum, *i* ſive multum comedat; *k* ſaturitas † autem divitis *l* non ſinit eum dormire. Eſt & *m* alia infirmitas peſſima, *n* quam vidi ſub Sole. *o* Divitiæ conſervatæ in malum Domini ſui.

al. † fructus. Denique cor avari quaſi ſaccus pertuſus eſt, & quicquid in eum mittitur, cadit in terram, & ideo non impletur. Unde *Aggæi* 1. dicitur de avaro: Congregavit mercedes, & miſit eas in ſacculum pertuſum. His de cauſis dicit Salomon; Avarus non implebitur pecunia.

al. † vero. *a* Et qui amat divitias,] non dicit, qui habet: [fructum non capiet ex eis,] nec hic, nec in futuro. Licet multiplex ſit fructus pecuniæ. Primus quidem eſt copia, id eſt, plenitudo cordis, ſive ſatietas, ſicut dicit *Tullius*. De hoc certum eſt, qui amat divitias, non hunc fructum capiet ex eis, quia amor iſte ignis eſt, omnia uſque ad conſumptionem devorans. Secundus fructus eſt redemptio animæ ipſius poſſidentis, ſicut legitur *Prov.* 13. Redemptio animæ viri propriæ divitiæ. Et *Dan.* 4. Peccata tua eleemoſynis redime, & iniquitates tuas miſericordiis pauperum. Tertius fructus eſt emptio regni cœlorum, nam per hoc poteſt emi. Unde *Luc.* 16. Facite vobis amicos de mammona iniquitatis, ut cum defeceritis recipiant vos in æterna tabernacula. Et *Aug.* Præbe tectum, & accipe cœlum. Quartus fructus eſt patrocinia, ſive ſuffragia pauperum, quæ nobis per has divitias poſſumus acquirere. De hoc dicit *Greg.* Pauperes non ſunt deſpiciendi ut egeni, ſed rogandi ut patroni, 1. *Cor.* 9. Si nos vobis ſpiritualia ſeminavimus, magnum eſt, ſi nos carnalia veſtra metamus? Quintus fructus vitæ præſentis, ac futuræ promiſſio, 1. *Tim.* 4. Exercitatio corporis ad modicum utilis eſt; pietas vero ad omnia utilis eſt, promiſſionem habens vitæ, quæ nunc eſt, & futuræ. Omnes hi fructus non poſſunt ex divitiis capi, niſi aliquo dictorum modorum fuerint ſeminatæ; ſed qui amat, nullo modo ſeminat. Unde patet, quod dicitur hic: Qui amat divitias, fructum non capiet ex eis. Sunt enim quaſi fimus, qui diſperſus utilis eſt, congregatus fœtidus. Præterea qui amat divitias ſiſtit in eis per amorem, & nihil ulterius quærit. Et ideo fructus aliquos non capiet ex eis, niſi forte fructus dicatur pœna æterna quæ eis promittitur *Luc.* 6. Væ vobis divitibus. *b* Et hoc ergo,] ſcilicet amare divitias. *c* Vanitas] eſt cupiditas, quæ facit hominem vanum & vacuum a plenitudine virtutum. Unde *Eccli.* 10. Nihil iniquius quam amare divitias, hic enim & animam ſuam venalem habet, quoniam in vita ſua projecit intima ſua. Et ideo vacuus eſt interius. Quare autem amare divitias vanitas ſit oſtendit, quia

d Ubi multæ ſunt opes, &c.] Primum autem quod comedit, ſive conſumit eas, eſt propria corruptibilitas. Omnes enim divitiæ temporales, aut ærugini, aut rubigini obnoxiæ ſunt, ſicut aurum, & argentum, & alia metalla, aut tineis, & putredini, ut veſtes: aut uredini, & aurigini, aliiſque peſtilentiis, ut arbores, & ſata: aut ruinæ, & combuſtioni, ut domus & cetera ædificia; aut putrefactioni, ut victualia. Secundum eſt noſtra neceſſitas, hoc manifeſtum eſt. Tertium eſt aliena rapacitas. Quartum eſt ſuperbia, quam pariunt divitiæ. Unde 1. *Tim. ult.* dicitur: Divitibus hujus ſæculi præcipe non alta ſapere. Ubi dicit *Aug.* Non expavit Apoſtolus divitias, ſed morbum illarum, vermis enim divitum ſuperbia. Quintum eſt multitudo familiæ, quam ipſæ opes requirunt. Propter hoc dicit Salomon: Ubi multæ ſunt opes, multi & qui comedunt eas: ſicut ubi multa ſunt cadavera, ibi multitudo vulturum, & corvorum, & canum: & ubi multæ ſegetes, ibi multitudo avium. Generaliter verum eſt, ubi multitudo, ſive copia paſtus, ibi convenit multitudo ferarum, & avium. Propter hoc dicit *Sen.* de familia divitum: Prædam ſequitur turba iſta, non hominem. *e* Et quid prodeſt poſſeſſori, niſi quod cernit, &c.] quaſi dicat nil plus quam alii, niſi quod videt eas quando vult oculis ſuis, imo aſini ſui, vel ſuis, id eſt, divitiarum. Habet enim avarus oculos a divitiis, & luxurioſus a deliciis, & ſuperbus ab honoribus; & ideo nihil aliud videre prævalent, niſi divitias, vel delitias, vel honores. Unde *Zach.* 5. Hic eſt oculus eorum in univerſa terra; omne enim quod eſt in mundo, aut eſt concupiſcentia carnis, aut concupiſcentia oculorum, aut ſuperbia vitæ. Joan. 2. Habet autem avarus tria de divitiis, propter quæ ſomniat ſe eſſe divitem cum nihil habeat, ſcilicet ſollicitudinem, nomen & viſum. Sed revera nec ſollicitudo, nec nomen, nec viſus divitiarum divitem faciunt, ſed dominatio; Dominus enim divitiarum dives eſt, non viſor, vel cuſtos. Job 10. Propter quod dicit *Pſal.* 75. Dormierunt ſomnum ſuum omnes viri divitiarum, & nihil invenerunt in manibus ſuis. Mirabilis, imo miſerabilis fatuitas eſt oculos figere in ſterquilinium, quaſi in ſpeculo, & ideo putare ſe divitem. Propter hoc dicitur *Eccli.* 41. Sapientia abſcondita, & theſaurus inviſus, quæ utilitas in utriſque? quaſi dicat, hoc ſolum utilitatis habet theſaurus, quod videtur. *f* Dulcis eſt ſomnus operanti, ſive parum, ſive multum comedat, ſaturitas autem divitis non ſinit eum dormire.] Ad litteram verum eſt hoc de corporali comeſtione, & operatione. Nam moderata refectio, & operatio ſomnum dulcificant & quietant, & etiam digeſtionem juvant. Unde *Eccli.* 31. Somnus ſanitatis in homine parco dormiet uſque mane, & anima illius cum ipſo delectabitur. E contrario, otium & ingurgitatio ſomnum amaricant, & turbant, & digeſtionem impediunt.

Unde *Eccli.* 41. Vigilia, & cholera, & tortura viro infrunito. Et *Tullius* dicit: Cum videris iſtos epulones velut opimos boves ſtertere, & ſudare, tunc intelliges eos qui maxime ſequuntur voluptatem, minime aſſequi, quod ſequuntur.

Moraliter. *h* Operanti] bona.

f Dulcis eſt] poſtea.

g Somnus] contemplationis.

i Sive parum, ſive multum comedat] de pane ſacræ Scripturæ.

k Saturitas autem divitis,] id eſt, plenitudo marſupiorum & horreorum.

l Non ſinit eum dormire,] hoc ſomno, de quo dicitur *Gen.* 28 Cum evigilaſſet Jacob de ſomno, ait: Vere Dominus eſt in loco iſto, & ego neſciebam. Et multi ſunt adhuc qui neſciunt, quia nondum dormierunt hoc ſomno.

m Eſt & alia infirmitas peſſima] divitis avari.

n Quam vidi ſub Sole,] id eſt, in mundo, id eſt, in mundanis, quæ ſub Sole laborant. Ad litteram. a Divitiæ conſervatæ in malum,] id eſt, in peccatum, vel in periculum [Domini ſui, imo potius ſervi ſui, vel mariti. Et ſugillat hic Salomon ſtultitiam avarorum, qui divitias ſuas credunt firmitatem ſuam, ſecundum quod dicitur *Proverb.* 10 Subſtantia divitis urbs fortitudinis ejus. Ipſe vero vocat eas hic infirmitatem peſſimam. Malam, quia innitentem, vel confidentem in eis corruere faciunt. Unde *Prov.* 11. Qui confidit in divitiis ſuis, corruet. Pejorem,

a quia

Moraliter. *m* Eſt & alia infirmitas peſſima quam vidi ſub Sole,] hæc ſcilicet. Moral. *o* Divitiæ conſervatæ in malum,] imo in mala [Domini ſui.] Multa enim ſunt mala. Primum eſt malum inquinationis: De hoc dicitur *Habacuc* 2. Væ ei, qui multiplicat non ſua, uſquequo aggravat contra ſe denſum lutum? Hoc eſt lutum Ægyptiacum, in cujus exportatione filii Iſrael affligebantur, *Exod.* 1. Et adhuc tot cophinos hujus luti habet quiſque in humeris, quot præbendas habet in loculis. Unde patet, quod in multis cophinis ſerviunt multi Presbyteri ſpiritualiter. Secundum eſt malum deplumationis, ſive depilationis mentis: Sicut enim virgulæ viſcatæ aviculas, quæ ſe illis affricant, a volatu

*præpendiunt

o Divitiæ conſervatæ in malum Domini ſui,] exponitur, & de divitiis ſcientiarum, quæ in malum Domini conſervantur, quando quis non operatur ſecundum ſcientiam ſuam. De divitiis ſcientiarum. Unde *Luc.* 12. Servus ſciens voluntatem Domini ſui, & non ſe præparavit, & non fecit ſecundum voluntatem ejus, vapulabit multis. Ideo dicitur *Jac.* 3. Nolite plures magiſtri fieri, ſcientes, quia majus judicium ſumitis.

Iſtæ ſunt litteræ mortis ſuæ, quas quilibet noſtrum contra ſe defert ad judicium, ſicut Urias detulit litteras mortis ſuæ. 2. *Reg.* 11. Iſte adverſarius, cui conſentire jubemur in via, ne tradat nos Judici, & Judex magiſtro, *Matt.* 5. Aliter etiam divitiæ bonorum operum & virtutum hic Aliter.

a accipi

Digitized by Google

a quia ſecuritatem, & pacem omnem auferunt: & timiditatem omnem inducunt: Faciunt enim timere eruginem, & rubiginem, furem & tineam, nubes, grandines, ventos, pluvias, aves, feras, mortem: & quid infirmius quam hæc? Unde *Job* 15. Sonitus terroris ſemper in auribus ejus: & cum pax ſit, ipſe ſemper inſidias ſuſpicatur. Et *Eccli.*41. O mors, quam amara eſt memoria tua homini injuſto, & pacem, &c. Peſſimam, quia lætitiam mentis auferunt, & triſtitiam ſæculi inducunt, quæ mortem operatur æternam, ut legitur 2.*Cor.*7. Et de hoc dicitur *Jac.* 5. Agite nunc, divites, plorate ululantes in miſeriis veſtris, quæ advenient vobis.

Divitiæ veſtræ putrefactæ ſunt, & veſtimenta veſtra a tineis comeſta ſunt. Aurum & argentum veſtrum eruginavit, & ærugo eorum in teſtimonium vobis erit, & manducabit carnes veſtras ſicut ignis. a Pereunt enim in afflictione peſſima,] ipſius poſſeſſoris: qui afflictus fuit afflictione laboris in acquirendo, & hæc afflictio mala eſt. Afflictus etiam fuit afflictione timoris in conſervando, & hæc afflictio pejor eſt.

a Pereunt enim in afflictione

Afflictus etiam fuit afflictione doloris in amittendo, & hæc afflictio peſſima eſt: in qua pereunt divitiæ; non mundo, cui remanent, quia ſuæ erant: ſed illi, cujus non erant, niſi ut cuſtodis. Et ſignanter dicit, pereunt, ideſt,

a perfecte

Moraliter. * præpediunt vel deplumant; & ſpineta aviculas, quæ ſe illis affricaverint, depilant: Sic bona temporalia, quæ *Aug.* bona viſcata vocat, & Dominus ſpinas. *Matth.*13. illos, qui ſe affricant eis per amorem, ſpoliant bonis cogitationibus, & ſanctis affectionibus, quæ ſunt velut plumæ, & lana animæ. Unde fit, ut anima ſic deplumata, & depilata nequeat volare ad cœlum, ſed circa terram vertitur, & muſcis diverſarum ſollicitudinum miſerabiliter ſtimulatur. Tertium eſt malum deceptionis, quia copiam, & ſatietatem, quæ eſt animi plenitudo promittunt: & non ſolum non ſolvunt, ſed etiam famem augent, & exinaniunt comedentem. Unde *Joa.*4. Qui biberit ex aqua hac, ſitiet iterum. Propter hoc Dominus vocat fallaces divitias. *Matth.*13. Et *Pſ.*4 Mendacium & vanitatem. Et *Aug.* dicit: Omnia ſunt mendacia præter Chriſtum, quia ſolus, quod promittit, exulvit. Quartum eſt malum onerationis: ſua enim miſera miniſtratione onerant divitiæ amatores ſuos, ut nunquam ad ſublime contemplationis vel orationis aſcendere poſſint. Unde ſuper illud *Matth.* 16. Ecce nos reliquimus omnia, & ſecuti ſumus te: dicit B.*Bern.* Recte, Petre: non enim Chriſtum ſequi poteras oneratus. Et *Sen.* dicit: Nemo cum ſarcinis enatat. Et Dominus *Luc.*19. Quia difficile, qui pecuniam habent, in regnum Dei introibunt. Quintum eſt malum illaqueationis. Sicut enim laquei, vel muſcipulæ capiunt mures, & aves, & feras; ſic divitiæ ſtultiſſimos homines Et de hoc *Sap.*14. Creaturæ Dei factæ ſunt in odium hominum, & in muſcipulam pedibus inſipientium. Sicut mus, vel avis in muſcipula eſcam credit capere, ſed capitur; ſic anima cupidi capere divitias per acquiſitionem ſe credit, ſed ab eiſdem miſerabiliter capitur. Unde fit, ut dicit *Aug.* juſto Dei judicio, ut a divitiis, quas injuſte acquirere voluit, captivus juſtiſſime teneatur. De hoc dicitur *Eccli.* 23. Anima calida quaſi ignis ardens non extinguetur, donec aliquid glutiat. Sextum eſt malum deluſionis: ſicut enim ſomniantes contrectare manibus poma aurea, aut lapides pretioſos ſe putant, & deluduntur; ita divites hujus mundi adeo ſomnia pro veritate amplectuntur: ut neminem audire poſſint, qui ſuadere valeat eis phantaſmata ſomniorum eſſe, quæ ſe contrectare credunt. Et hoc eſt quod di-

Gen. 3. cit *Pſ.*75. Dormierunt ſomnum ſuum omnes viri divitiarum, & nihil invenerunt in manibus ſuis. *Job* 20. Quaſi ſomnium avolans non invenietur: tranſiet ſicut viſio nocturna. Septimum eſt malum depauperationis. Ad litteram enim in tanta paupertate, & inedia detinent amatores ſuos divitiæ: ut nec comedere, nec bibere ad ſatietatem, nec veſtiri ad ſufficientiam; nec etiam dormire patiantur: ſed nudos omni grandinationi & tempeſtati exponunt: terram rodere compellunt, inſtar ſerpentis, cui dictum eſt: Terram comedes omnibus diebus vitæ tuæ. *Job* 30. Egeſtate, & fame ſteriles qui rodebant in ſolitudine ſqualentes calamitate & miſeria, & mandebant, &c. Octavum eſt malum vilificationis. Quæ enim major vilitas, quam animam ſuam venalem exponere pro obolo, vel pro ovo, vel ſi quid vilius in pretium deduci poteſt? *Eccli.* 10. Nihil iniquius quam pecuniam amare: hic enim & animam ſuam venalem habet. Adhuc eſt major vilitas. Stercori coacervando totum ſe dedit avarus; totum enim ſtudium ejus eſt ſtercora congregare in acervos. Et de hoc dicitur *Abacuc* 2. Væ ei, qui multiplicat non ſua: uſquequo aggravat contra ſe denſum lutum? ut uno verbo concludam vilificationem avari; ipſe vas ſtercorum eſt, ſicut legitur *Oſee* 8. Devoratus eſt Iſrael, nunc factus eſt in nationibus quaſi vas immundum: quia ipſi aſcenderunt ad Aſſur: Nonum eſt malum inquietationis, ſive vexationis. Vexationes enim, & inquietationes litium, & bellorum, & diſcurſus mercatorum, ſolæ divitiæ adduxerunt in mundum. Nam ſicut morſus canum, & latratus comitantur cadavera; ſic lites & bella divitias: Et hoc juſtiſſimo Dei judicio: quo juris naturalis injuria vindicatur, quod omnia inſtituit eſſe communia. Et ſicut cadaver non poteſt tutum eſſe in medio canum, & avium; ſic nec dives in medio cupidorum. Divitiæ enim in medio cupidorum, ſunt quaſi cibus, aut potus in medio eſurientium, aut ſitientium. *Senec.* Vicinus dives mutat cupiditatem. Decimum eſt malum immerſionis. Onus enim adminiſtrationis temporalium mola aſinaria vocatur, *Matth.*18. & *Marc.* 9 Quæ alligata collis divitum, ſubmergit eos in profundum cupiditatis. Et væ illis, qui damnationem hujuſmodi non ſolum non intelligunt; ſed etiam gloriam reputant: quibus quanto major mola alligata eſt, ideſt, quanto magis in profundum ſunt merſi, tanto glorioſiores ſe reputant. Et hoc; quia quanto ſub majore onere divitiarum ſunt; tanto ſe eminentiores arbitrantur.

Hæc eſt mola, in qua Sampſon excæcatus molebat. *Judic.* 16. velut compedes; in quibus avarorum pedes, ideſt, affectus conſtricti miſerabiliter tenentur. Quod intellexiſſe videtur *Pſalm.* 68. cum diceret: Infixus ſum in limo profundi, & non eſt ſubſtantia. Duodecimum eſt malum incarcerationis in carcere Diaboli ad modum urſi, vel ſimiæ. Urſus enim ad palum fixum ligatur: quod trahere non poteſt, ſed circumire. Simia vero trunco mobili ligatur: ut fugæ ejus velocitas retardetur. Similiter divitiarum, quædam ſunt mobiles; quædam immobiles. Et ideo cupidorum quidam alligati ſunt immobilibus divitiis, velut urſi, ut non poſſint elongari ultra quam patiatur catena, qua ligati ſunt illi. Unde Pharao dixit filiis Iſrael: Verumtamen longius ne abeatis. *Exod.* 8. Alii ſunt alligati mobilibus, inſtar ſimiæ, quæ nec prius ambulare poteſt, donec truncum ſuum in humeris poſuerit: ita illi non poſſunt aliquo ire, niſi ſarcinas ſuas collegerint in humeris ſuis. Tertiumdecimum eſt malum expugnationis. Sicut comportatur agger ad implendum foſſatum caſtri, quod oppugnatur; ſic aggere divitiarum comportat avarus, & implet vallum paupertatis, & humilitatis, ut planus ſit acceſſus Diabolo impugnanti. De hoc dicitur *Abacuc* 2. Væ qui congregat avaritiam malam domui ſuæ, ut ſit in excelſo nidus ejus, & liberari ſe, &c. Unde ſupra *Abacuc* 1. dixerat: Super omnem munitionem ridebit, & comportabit aggerem, & capiet eam. Quartumdecimum eſt malum idololatriæ. Avaritia enim idololatria eſt: ſicut dicit Apoſtolus *Epheſ.* 5. Nam avarus terram, quam pedibus corporis calcat; inclinatione capitis mentis adorat. Inclinatio enim cordis amor eſt, ut dicit *Beatus Dionyſius*. Avarus ſingula ſterquilinia adorat. Sicut enim mos eſt devotis fidelibus, ut viſo altari inclinent capita: ſic avarus viſo acervo ſtercorum, ideſt, divitiarum, cor ſtatim ad eas orandas inclinat per amorem.

Plus facit, quia jejunat divitiis, & vigilat, & breviter ſe totum immolat eis; & ſpem & amorem, quæ in Deum habere debuit in eis ponit; & ideo avaritia idolorum ſervitus dicitur.

Quintumdecimum eſt malum abſorbitionis. Adeo abſorptus eſt dives a divitiis: ut ſe in illis nec videat, Eph. 5.
nec reputet. Nonne abſorptus eſt totus, qui membra ſua facit domos, & vineas, & ceteras poſſeſſiones ſuas? Unde ſi domus comburitur, dicit ſe combuſtum; ſi vinea grandinatur dicit ſe grandinatum. Propter hæc igitur, & alia mala dicitur hic: Divitiæ conſervatæ in malum Domini ſui, &c.

a accipi poſſunt: Quæ in malum Domini ſui con- Aliter.
ſervantur: quando inde ſuperbit, & alios ſpernatur: De quibus dicitur *Job* 20. Divitias, quas devoravit, evomet, & de ventre illius extrahet eas Deus.

Generaliter autem tria inſunt divitibus ex parte quidem

a divitiarum,

Δ perfecte abeunt ab ipſo congregatore: In morte enim ipium derelinquunt: nullum ſui veſtigium præter ſpinas gehennalis incendii nutrimentum, ideſt, præter peccata ſola relinquentes. Vel ideo dicitur afflictio peſſima: quia de amiſſione compedum, & vinculorum ſolutus eſt quibus ligatus fuerat.

Item talis eſt afflictio de amiſſione divitiarum, qualis eſſet dolor Regis de amiſſione modici fimi de ſtabulo ſuo. Magnus enim Rex eſt unuſquiſque Electorum, qui baptiſmalis unctionis gratiam aſſecutus eſt: Fimus vero in ſtabulo eſt pecunia in domo. Item peſſima afflictio dicitur, quę affligit per triſtitiam: de qua *Eccli.* 25. Omnis plaga triſtitia cordis eſt. Item in hoc eſt afflictio ei: quia cum ipſe ſit dives, hæres ejus erit in ſumma egeſtate. Et hoc eſt, quod ſequitur.

Job 1.

D

a Generavit filium, qui forte in ſumma egeſtate erit,] amiſſis vel male conſumptis divitiis patris ſicut filius prodigus, *Luc.* 15.

peſſima. *a* Generavit filium, qui in ſumma egeſtate erit. *b* Sicut egreſſus eſt nudus de *c* utero matris ſuæ; ſic *d* revertetur, *e* & nihil auferet ſecum *f* de labore ſuo. *g* Miſerabilis prorſus infirmitas. *h* Quomodo venit: ſic *i* revertetur. *k* Quid ergo prodeſt ei, quod laboravit in *l* ventum? *m* Cunctis diebus vitæ ſuæ comedit in *n* tenebris, *o* & in curis multis: *p* & in ærumna *q* atque triſtitia. *r* Hoc itaque viſum eſt mihi bonum: ut *ſ* comedat quis, & bibat, & *t* fruatur lætitia ex *u* labore ſuo, quo laboravit ipſe ſub Sole numero dierum vitæ ſuæ, quos dedit ei Deus: *x* & hæc eſt pars illius. Et *y* omni homini, cui dedit Deus divitias, *z* atque ſubſtantiam, *a* poteſtatemque ei tribuit, ut comedat ex eis: & *b* fruatur parte ſua *t* & *c* lætetur *d* de labore ſuo: e hoc eſt donum Dei. *f* Non enim ſatis *g* recordabitur *h* dierum vitæ ſuæ, i eo quod Deus occupet k deliciis cor ejus.

C A P. VI.

EST *l* & aliud malum, quod vidi ſub Sole, & quidem frequens apud homines,

b Sicut egreſſus eſt nudus,] uterque, ſcilicet. *c* De utero matris ſuæ] naſcendo. *d* Sic revertetur,] in terram moriendo.

e Et nihil auferet ſecum,] moriens.

f De labore ſuo] quo laboravit ſub Sole. De hoc dicit *Job* 1. Nudus egreſſus ſum de utero matris meæ; & nudus revertar illuc 1. *Tim.* 6. Nihil intulimus in hunc mundum; haud dubium, quia nec auferre quid poſſumus. *Pſ.* 48. Dives, cum interierit, non ſumet omnia; neque deſcendet cum eo gloria ejus.

g Miſerabilis prorſus infirmitas] quæ totius vitæ comes eſt inſeparabilis; & tam miſerabili morte & caſu periculoſiſſimo terminatur.

h Quomodo venit] naſcendo.

i Sic revertetur,] moriendo. De putredine venit, & in putredinem revertetur: *Job* 17. Putredini dixi, pater meus es, mater mea, & ſoror mea vermibus. De terra venit, & in terram revertetur, *Gen.* 3. Pulvis es, & in pulverem reverteris. *Eccli.* 17. Deus de terra creavit hominem; & ſecundum imaginem ſuam fecit illum; & iterum convertet illum in ipſam. Pauperrimus venit, & pauperrimus revertetur. *Job* 27. Dives cum dormierit, nihil ſecum auferet; aperiet oculos ſuos, & nihil inveniet.

k Quid ergo prodeſt ei, quod laboravit] congregando divitias; [In ventum,] ideſt, in vacuum.

Aliter. Δ divitiarum. Primum eſt nomen dominationis; quia domini vocantur, cum tamen ſervi ſint, & diſpenſatores familiæ. Secundum eſt onus, labor, ſollicitudo. Tertium eſt peccatum. Primo, ei illuditur. Secundo, ſervus ſervorum ſuorum efficitur. Tertio, pœnæ inferni obligatur. Sequitur.

Ad litteram. *m* Cunctis diebus vitę ſuę comedit in tenebris,] ideſt, de nocte. Ad litteram: differens prandium uſque ad noctem propter hoſpites ſupervenientes: & ne his comedat propter ruborem, quia tam viliter comedit, quod erubeſcit in die comedere. Vel, in tenebris ſpiritualibus, ſcilicet, peccati, & ignorantiæ, quibus obcæcatus non videt, quid comedat, ſicut talpa.

o Et in curis multis] pro acquirendis divitiis.

p Et in ærumna] pro conſervandis.;

q Atque triſtitia] timore amittendi. In triſtitia enim comedit avarus; quia videt cor ſuum ſingulis morſellis a familia ſua comedi.

r Hoc itaque viſum eſt mihi bonum] reſpectu avari.

ſ Ut comedat quis, & bibat, & fruatur lætitia ex labore ſuo, quo laboravit ipſe ſub Sole numero dierum vitæ ſuæ, quos dedit ei Deus] quaſi dicat: Melius eſt frui bonis præſentibus in lætitia, & jucunditate, quam divitias coacervare. Ibi enim eſt miſeria & ſollicitudo; hic autem ad minus eſt parva voluptas.

x Et hęc eſt pars illius] ſc. comedere & bibere in lætitia.

y Et omni, cui dedit Deus divitias atque ſubſtantiam,] ideſt divitias, quibus ſuſtentetur. Et loquitur in perſona infirmorum. *a* Poteſtatemque ei tribuit [Deus] ut comedat ex eis, quod datur omnibus: ſicut dicit *inf.* 5. *b* Et fruatur parte ſua,] in præſenti.

c Et lætetur de labore ſuo,] comedendo, & bibendo, & quieſcendo.

e Hoc eſt donum Dei,] dicunt infirmi.

f Non enim ſatis recordabitur dierum vitæ ſuæ] quaſi dicat, vere melius eſt frui acquiſitis, quam egere inter divitias: ut facit avarus.

f Non enim ſatis,] ideſt, ſufficienter.

g Recordabitur] avarus.

h Dierum vitæ ſuæ] præteritæ: quia ſemper ſe credit amplius victurum. Et unde hoc? A

i Eo quod Deus occupet] ideſt, occupari permittat.

k Deliciis cor ejus,] quibus excæcatus & irretitus, non ſatis recordabitur dierum vitæ ſuæ preteritæ: dolendo quod male vixerit. Vel, dierum vitæ ſuæ, ideſt, internorum gaudiorum, quæ amiſit. Quod ſi ſatis, ideſt, ſufficienter recordaretur iſtud gaudium, & præſens verteretur in mœrorem.

Myſtice. *m* Cunctis diebus vitæ ſuæ comedit,] hæreticus panem erroneæ doctrinæ, vel carnalis voluptatis. Myſtice.

n In tenebris] ideſt, in abſcondito. *Prov.* 9. Aquæ furtivæ dulciores ſunt: & panis abſconditus ſuavior.

o Et in curis multis] pervertendo alios. Unde *Matt.* 23: Væ vobis Scribæ & Phariſæi hypocritæ: qui circumitis mare, & aridam: ut faciatis unum proſelytum.

p Et in ærumna atque triſtitia,] præ timore revelandi: & dolore non proficiendi in perverſione aliorum.

r Hoc itaque] dicit Salomon; mihi viſum eſt bonum, ut comedat quis, & bibat ſpiritualem cibum & potum, ideſt, corpus & ſanguinem Chriſti.

t Et fruatur lætitia] mentis.

u Ex labore ſuo,] non alieno, inde vivendo, & pauperibus largiendo hilariter. Hilarem enim datorem diligit Deus, 2. *Cor.* 9.

x Et hæc eſt pars illius] quam ſcilicet, hilariter largitur pauperibus, ſecundum illud:

Quas dederis ſolas, ſemper habebis opes.

y Et omni homini cui dedit Deus divitias,] virtutum, vel bonorum operum.

z Atque ſubſtantiam] bonorum naturalium.

a Poteſtatemque ei tribuit, ut comedat ex eis] modo ſpe, tandem re.

b Et fruatur parte ſua] in futuro.

c Et lætetur] in futuro.

d De labore ſuo] ideſt, pro labore ſuo, non alieno; modo ſpe retributionis, & poſtea ipſa re.

e Hoc eſt donum Dei] quia non ſunt condignæ paſſiones hujus temporis ad futuram gloriam, quę revelabitur in nobis, *Rom.* 8 *f* Non enim ſatis recordabitur] homo.

h Dierum vitę ſuę,] ideſt, gaudiorum æternæ vitæ, ad quam creatus eſt.

i Eo quod Deus occupet] inſpirando.

k Delitiis] ſpiritualibus [cor ejus] quaſi dicat, non plene cogitabit homo dies vitæ æternæ, donec videat facie ad faciem: cujus viſio perfecta eſt beatitudo: Tamen aliquo modo cogitabit, quia Deus inſpirat ei delitias ſpirituales.

E X P O S I T I O C A P. VI.

EST & aliud malum, &c.] Adhuc agit Eccleſiaſtes de avaro divite, deſcribens eum aliter, quam ſupra, qui cum omnia bona habeat nihilominus nimia parcitate ſe cruciat, neſciens cui congreget ea: quod malum & abominabile eſt. Et hoc, quod dicitur; [*l* Eſt & aliud malum, quod vidi ſub Sole: & quidem frequens apud homines;] & ideo

Vir, *a* cui dedit Deus divitias, & *b* ſubſtantiam, & *c* honorem, *d* & nihil deeſt animæ † ſuæ, ex *e* omnibus, quæ deſiderat, *f* nec tribuit ei poteſtatem *g* Deus, ut comedat ex eo, ſed *h* homo extraneus *i* vorabit illud. *k* Hoc vanitas, & miſeria magna eſt, Si *l* genuerit quiſpiam centum liberos, & *m* vixerit multos annos, & *n* plures dies ætatis habuerit, & *o* anima illius non utatur bonis ſubſtantiæ ſuæ, *p* ſepulturaque *q* careat: de *r* hoc ego pronuncio, quod *ſ* melior illo ſit abortivus. *t* Fruſtra enim venit, & *u* pergit ad tenebras: & *x* oblivione delebitur nomen ejus, *y* Non vidit Solem, *z* neque cognovit *a* diſtantiam boni, & mali, etiamſi *b* duobus millibus annis vixerit, & *c* non fuerit perfruitus bonis. *d* Nonne ad unum locum *e* properant omnia? Omnis *f* labor hominis in *g* ore ejus, *h* ſed anima ejus non implebitur bonis.

ideo pejus. Hoc ſcilicet, *a* Vir, cui dedit Deus divitias, mobilium. *b* Et ſubſtantiam,] immobilium. *c* Et honorem] dignitatis, & poteſtatis. *d* Et nihil deeſt animæ ſuæ,] ideſt, ſenſualitati ſuæ.

e Ex omnibus,] etiam, [quæ deſiderat,] in hoc mundo. *f* Nec tribuit ei poteſtatem,] ideſt, uſum poteſtatis.

al. † ejus. *g* Deus, ut comedat ex eo,] quia ipſe dives non vult, expellens a ſe gratiam vitio cupiditatis, & avaritiæ.

B *h* Sed homo extraneus,] quem ignorat.

i Vorabit illud,] quod ipſe avare congregavit. *Amos* 5. Vineas amantiſſimas plantabitis, & non bibetis vinum ex eis. Et:

k Hoc vanitas, & miſeria magna eſt,] quia infructuoſa laboranti: & quia extraneus eſt, qui labores ſuos vorat.

l Si genuerit quiſpiam centum libros, & vixerit multos annos, & plures dies ætatis habuerit,] ſupra alios homines.

o Et anima illius non utatur bonis ſubſtantiæ ſuæ, ſepulturaque careat,] ad litteram, ut uſurarii.

r De hoc ego pronuncio,] ſententiam dando. *ſ* Quod melior illo ſit abortivus,] qui ſtatim natus moritur, vel in utero moritur, ideſt, minoris miſeriæ eſt: quia ille diu cruciatur; hic ſtatim moritur, & non ſentit tot miſerias in hac vita. Præterea, in futuro ille cruciabitur in inferno; hic in limbo tantum carebit viſione Dei. Dicitur autem hoc contra illos ad litteram, qui de longiturnitate vitæ, & multitudine liberorum gloriantur, mortis & finis ignominiam parvipendentes.

Myſtice. Myſtice, ut dicit *Hier.* de populo Iſrael poteſt hoc accipi. *a* Cui dedit Deus divitias, & ſubſtantiam, & honorem,] ideſt, legem, Prophetas & promiſſiones; ſed non dedit ei poteſtatem, ut comedat ex eo; quia ipſe noluit, luxuriam, & avaritiam, & idololatriam ſequens.

h Sed homo extraneus,] ideſt, populus gentilis.

i Vorabit illud,] ideſt, ſpiritualiter intelliget, & opere implebit. Unde *Matth.* 21. Auferetur a vobis regnum Dei, & dabitur genti facienti fructus ejus. Et:

k Hoc vanitas, & miſeria magna eſt,] Judæis, quia propter ſuam malitiam hæc omnia amiſerunt.

Moraliter. Moraliter, intelligitur hoc de ſpiritualibus divitiis Scripturarum, quas multi congregant, qui nunquam comedunt ex eis. Ut plerique Doctores, & Prædicatores, qui panem verbi Dei aliis largiuntur, & ipſi fame moriuntur. De quibus *Iſa.* 1. Regionem veſtram coram vobis alieni devorant. Et *Job* 24. Inter acervos eorum, ideſt, pauperum, meridiati ſunt, qui calcatis torcularibus ſitiunt. Incurrentes illam maledictionem *Deut.* 28. Uxorem accipias, & alius dormiat cum illa: domum ædifices, & non habites in ea: plantes vineam, & non vindemies eam. Et: *k* Hoc vanitas, & miſeria magna eſt,] ſcilicet, mori fame, & paſcere alios.

l Si genuerit quiſpiam centum liberos,] doctrina, vel prædicatione.

m Et vixerit multos annos,] in officio iſto.

n Et plures dies ætatis habuerit, & anima illius non utatur bonis ſubſtantiæ ſuæ,] ideſt, non faciat opera doctrinæ ſuæ, vel non guſtet ſuavitatem ſapientiæ ſuæ.

p Sepulturaque,] ſpeluncæ duplicis.

Gen. 49. *q* Careat,] ubi Sancti ſepeliuntur, Abraham ſcilicet, cum Sara: & Iſaac cum Rebecca: Jacob cum Lia.

In ſuperiori quidem ſepeliuntur viri, per quam ſignificatur quies contemplationis.

In inferiori mulieres, per quam ſignificatur ſtatus activæ. In utraque Doctor, & prædicator ſepeliri debet, ut dicit *Greg.* De hoc *Job* 3. Qui expectant mortem, & non venit, quaſi effodientes theſaurum; gaudentque vehementer, cum invenerint ſepulchrum. Sed multi cum Joachim ſepeliuntur ſepultura aſini, ſicut legitur *Jerem.* 22. Quod eſt carere ſepultura. Et: *r* De hoc ego pronuncio, quod melior illo ſit abortivus,] ideſt, qui in ipſo ventre parturientis conſcientiæ, ideſt, in ipſo propoſito ſancto, antequam ad lucem boni operis exierit, rapitur de hac vita. Et in hoc melior abortivus hujuſmodi, illo ſcilicet, qui habuit tot filios, quia non laboravit in hac vita, & in futura melius erit ei. Unde tales magiſtri dicunt *Job* 3. Cur exceptus genibus? cur lactatus uberibus? Nunc enim dormiens ſilerem, & in ſomno meo requieſcerem cum Regibus, & Conſulibus terræ, qui ædificant ſibi ſolitudines, aut cum Principibus, qui poſſident aurum, & replent domos ſuas argento, C aut ſicut abortivum abſconditum non ſubſiſterem, aut qui concepti non viderunt lucem. *t* Fruſtra enim venit,] abortivus, ſcilicet, ad lucem præſentis vitæ, quia nec permiſſus eſt videre. *u* Et pergit ad tenebras,] quas patiuntur parvuli ante Baptiſmum diſcedentes. *x* Et oblivione delebitur nomen ejus,] ideſt, notitia, quia modica, aut nulla fuit. *y* Non vidit Solem,] materialem, vel ſpiritualem. *z* Neque cognovit diſtantiam boni, & mali:] quia uſum Prudentiæ non habuit, neque experimentum temporis. Vel ſic legatur, ad litteram & melius de avaro ſcilicet, quo judicatur melior abortivus, & vere melior. *t* Fruſtra enim venit,] avarus ad lucem præſentis vitæ. Unde *Job* 3. Quare non in vulva mortuus ſum? *Jer.* 20. Quare de vulva egreſſus ſum, ut viderem laborem, & dolorem?

u Et pergit ad tenebras,] exteriores, quia prius habuit interiores. *Apoc.* 6. Ecce equus pallidus: & qui ſedebat ſuper illum, nomen illi mors, & infernus ſequebatur eum. *x* Et oblivione delebitur nomen ejus.] Unde *Pſal.* 68. Deleantur de libro viventium, & cum Juſtis non ſcribantur. Sed quare hoc? Quia

y Non vidit Solem,] juſtitiæ obcæcatus tenebris avaritiæ. Terram enim interpoſuit inter ſe, & Solem. Unde dicet cum aliis in inferno.

Erravimus a via veritatis, & juſtitiæ: lumen non luxit nobis, & Sol intelligentiæ non eſt ortus nobis, *Sap.* 5. *z* Neque cognovit,] avarus, ideſt, cognoſcere voluit. *a* Diſtantiam boni, & mali,] ut bonum eligeret, & malum fugeret. Hujuſmodi homine melior eſt abortivus. *b* Etiam ſi duobus millibus annis vixerit,] avarus.

c Et non fuerit perfruitus bonis,] ideſt, quantumcunque vixerit avarus ſine ſpirituali lætitia boni operis, melior eſt abortivus eo: quia quanto plus vivit avarus, pejor fit, & magis obſtinatus. Unde *Interlin.* dicit: Senſus malorum immutabilis, ſupple, per ſe, vel difficile mutabilis. Unde *Jerem.* 13. Si mutare poterit Æthiops pellem ſuam, aut pardus varietates ſuas, & vos poteritis benefacere, cum didiceritis malum.

d Nonne ad unum locum,] ſcilicet, in terram, vel ad judicium. *e* Properant omnia,] creata, ſive facta de terra. Vel ad unum locum properant omnia,] creata, ideſt, ad non eſſe, ſive ad nihilum, & ex quo divina voluntate prodierunt, ut eſſent?

f Omnis labor hominis in ore ejus,] ideſt, omnis homo pro victu laborat.

h Sed anima ejus non implebitur bonis,] quia iterum neceſſe eſt comedere. Unde *Eccli.* 41. Luctus hominum in corpore ipſorum, nomen autem impiorum delebitur. Vel ſic. *f* Omnis labor hominis in ore ejus,] quia quod didicit laborando in ſtudio, alios docere intendit.

h Sed anima ejus non implebitur bonis,] quia ſemper cupit diſcere, quod doceat. Vel ſic.

f Omnis labor hominis,] humum ſapientis, ideſt, curioſi diſputatoris. *g* In ore ejus,] quia totus eſt in diſputatione. *h* Sed anima ejus non implebitur bonis,] quia ſemper majora diſcere cupit, ut materiam habeat diſputandi, & admirari faciat audientes. De quo dicit *Apoſt.* 1. *Tim.* 6. Superbus nihil ſciens, ſed languens circa quæſtiones, & pugnas verborum, ex quibus oriuntur invidiæ, & contentiones. Et 2. *Tim.* 3. Semper diſcentes, & nunquam ad ſcientiam veritatis pervenientes. Vel ſpiritualiter. *f* Omnis labor hominis,] ideſt, ejus, qui homo eſt & re, & nomine.

g In ore ejus,] verificando, & ſanctificando, & cuſtodiendo;

a Quid habet amplius † ſtulto Sapiens: & b quid pauper, niſi ut pergat illuc, ubi eſt vita? c Melius eſt videre, d quod cupias, e quam deſiderare, f quod neſcias. g Sed & hoc h vanitas eſt, & præſumptio ſpiritus. † i Quis futurus eſt: jam k vocatum eſt nomen ejus, & l ſcitur, m quod homo ſit, & non n poſſit o contra fortiorem ſe in judicio contendere. p Verba ſunt plurima, q multamque in diſputando vanitatem habentia,

ut ſcilicet, nihil, niſi quod verum & ſanctum eſt & bonum, & utile loquatur: & quod corde credit, ore audacter confiteatur: & pactum Baptiſmale, quod ore pepigit, ſtudeat conſervare, & quod ore prædicat, ſtudeat opere adimplere. Propter hoc enim præcipitur in lege, ut os turturis ad aſcellam retorqueatur. *Levit.* 1. De hoc dicitur *Prov.* 16. Anima laborantis laborat ſibi, quia compulit eum os ſuum. Ore quidem ſuo compellitur confitens ad credendum, & promittens ad ſolvendum & prædicans ad operandum. Et de hoc dicitur *Iſa.* 48. Infrænabo te laude mea, ne intereas. Frænum ſiquidem divinæ laudis eſt in ore Chriſtiani fidei profeſſio, in ore promittentis promiſſio, in ore prædicantis prædicatio, quo ab omni geſtu inordinato, & opere illicito ſeipſum debet refrænare. Sed de pigro Doctore dicitur *Prov.* 19. Abſcondit piger manum ſuam ſub aſcella, nec ad os ſuum applicat eam. Quod autem ſequitur. [Sed anima ejus non implebitur bonis] planum eſt; quia talis animæ ſuæ implendæ non laborat, ſed animabus aliorum, vel ventri proprio. Nec in animam ſuam aliquid mittit, ſed in animas aliorum, vel in ventrem ſuum. Vel ideo dicitur. [Omnis labor hominis in ore ejus,] quia totus labor ejus, & totius generis humani, ex ore primi hominis proceſſit. Et ideo, [anima ejus non implebitur bonis,] præſentibus, quæ cupit; quia vana ſunt, & nihil replent.

al. † Sapiens a ſtulto.

al. † qui.

a Quid habet amplius ſtulto Sapiens, &c.] quaſi dicat, cum laborem oris, & ventris communem habeat ſtultus, & Sapiens, & utrique neceſſe eſt manducare,] quid habet amplius ſtulto, &c.] ideſt, niſi ut curet, unde vivat? Vel ſic. a Quid habet amplius ſtulto Sapiens,] cui ſapiunt res prout ſunt? b Et quid pauper,] ſpiritu habet amplius diviti avaro, [niſi ut pergat illuc, ubi eſt vita,] æterna? quaſi dicat, hoc unum plus habet Sapiens ſtulto; quia Sapiens libere vadit ad vitam; ſtultus autem ligatus funibus peccatorum ſuorum vadit, ubi eſt mors. Similiter pauper quaſi expeditus curſor vadit ubi eſt vita. Unde *Matth.* 5. Beati pauperes ſpiritu, &c. Dives autem avarus vadit ubi eſt mors. Unde *Luc.* 16. Factum eſt, ut moreretur mendicus, & portaretur ab Angelis in ſinum Abrahæ; Mortuus autem eſt dives, & ſepultus eſt in Inferno.

Stultus cæcus eſt, ut viam vitæ non videat; dives avarus alligatus eſt, ut urſus, aut ſimia, ut ire per viam vitæ non valeat. Sapiens vero oculos habet, quibus videat, & ſe regat; pauper ſolutus eſt, & expeditus, ut per viam agnitam currere prævaleat, ubi eſt vita. De hoc dicitur *Baruc.* 3. Quid eſt, Iſrael, quod in terra inimicorum es? Inveteraſti in terra aliena; coinquinatus es cum mortuis. Deputatus es cum deſcendentibus in infernum: dereliquiſti fontem Sapientiæ. Nam ſi in via Dei ambulaſſes, habitaſſes utique in pace ſuper terram. Diſce, ubi ſit prudentia, ubi ſit virtus, ubi ſit intellectus, ut ſcias ſimul, ubi ſit longituinitas vitæ, & victus, & lumen oculorum, & pax. c Melius eſt videre,] ideſt, prævidere. d Quod cupias] ideſt, cupere debeas. e Quam deſiderare,] temere. f Quod neſcias,] ideſt, quod ignoras, an deſiderandum ſit, quaſi dicat, melior eſt ſcientia præviſionis, qua ſcitur, quid cupiendum ſit, & quid non, quam temeraria, & præceps concupiſcentia eorum, quæ concupiſci non poſſunt, niſi ab ignorantibus ea. Hæc ſunt temporalia, quæ cognoſci ſimul, & concupiſci ab eodem non poſſunt. Eo enim ſolo concupiſcuntur, quia non cognoſcuntur. Lucent enim in tenebris, ſicut putredines lignorum, & ſquamæ piſcium, quæ non niſi in tenebris lucent. Simmachus ita dicit: Melius eſt prævidere, quam ambulare ut libet. Et alia tranſlatio ſic. Melior eſt aſpectus oculorum ſuper ambulantem in anima, ideſt, in animalitate. g Sed & hoc,] ſcilicet, deſiderare, quod neſcias. h Vanitas eſt, & præſumptio ſpiritus,] vanitas, ideſt, evacuatio deſiderii, præſumptio ſpiritus,] ideſt, præceps temeritas. Non prævidere enim, quid deſideretur, ſed ſtatim ignota cupere, furioſa audacia eſt. i Quis futurus eſt, &c.] Juxta litteram intendit hic Salomon dicere de quolibet homine futuro, quod prædeſtinatum, & certum eſt apud Dei præſcientiam, qualis futurus ſit in vita præſenti, & quid habiturus in futura. Et ſi malus ſit hic, & malum recepturus in futuro. Et quamvis hoc totum fuerit in præſentia Dei ab æterno, tamen ſcitur, quod homo eſt habens libertatem arbitrii perſiſtendi in malitia, quam contraxit originaliter, vel confugiendi ad gratiam, quæ omnibus ſe offert. Nec habet homo cauſam conquerendi de Deo, quod malus eſt, & quod malum habeat in futuro. Siquidem reliquit eum Deus in manu conſilii ſui, apponens ei ignem, & aquam; ut ad quod voluerit, porrigat manum ſuam, ſicut legitur *Eccli.* 15. Ante hominem vita, & mors, bonum & malum: quod placuerit, dabitur illi. Laudanda eſt ergo juſtitia Dei, quæ reddit iniquitati ſupplicium, & æquitati præmium. Sola voluntas hominis culpanda eſt, quæ eligit malum, & mortem, & dimittit bonum, & vitam, quæ ante ipſam appoſita erant. Sed nec culpam originalem poteſt homo imputare Deo; quia nec melius eſt ſic eſſe, quam non eſſe, ut dicit *Aug.* Præterea, nec a Deo eſt culpa originalis, ſed ab homine. Elidens igitur Salomon errorem eorum, qui dicunt, quod non eſt imputandum homini, quod peccat, vel quod non poteſt homo vitare, quin peccet: quia Deus prævidit hoc ab æterno, dicit: i Qui futurus eſt,] vel, qui jam vocatum eſt nomen ejus,] in præſcientia Dei, quaſi dicat, quicumque futurus eſt, vel fuit homo, antequam ſit in natura, jam agnitus eſt in præſcientia Dei, qualis futurus eſt in præſenti, & quid habiturus in futuro.

l Et] tamen cum hoc [ſcitur, quod homo ſit,] id eſt, quod rationem habeat, & libertatem arbitrii potens eligere, quod voluerit, bonum ſcilicet, aut malum. Deus enim ab initio conſtituit hominem, & reliquit illum in manu conſilii ſui. Et ita non poteſt homo attribuere præſcientiæ Dei peccata ſua. Sic enim præſcit Deus res, ut futuræ ſunt, nullam indicens eis neceſſitatem. Et ideo ſequitur. n Et non poſſit contra fortiorem ſe in judicio contendere,] ſupple, & hoc ſcitur, quod non poſſit homo contra fortiorem ſe, ſcilicet contra Deum in judicio contendere, imponendo ei, vel præſcientiæ ejus peccatum ſuum. *Eccli.* 15.

Myſtice, exponitur de Chriſto, ſecundum quaſdam gloſſulas, cujus nomen, antequam eſſet homo, vocatum eſt a Deo. Unde *Luc* 2. Poſtquam conſummati ſunt dies octo, ut circumcideretur puer, vocatum eſt nomen ejus Jeſus, quod vocatum eſt ab Angelo, priuſquam in utero conciperetur. Dicit ergo. *Myſtice.*

i Quis futurus eſt,] ideſt, aliquis quaſi ſingularis, ſcilicet, Chriſtus, cujus comparatione ceteri homines, quaſi non ſunt.

k Jam vocatum eſt, &c.] a Prophetis, *Iſa.* 7. Ecce virgo concipiet & pariet filium, & vocabitur nomen ejus Emmanuel, ideſt, nobiſcum Deus.

l Et] tamen licet ſit Deus, [ſcitur] ab ipſo, vel aliis, quibus ipſe revelavit.

m Quod homo ſit,] verus. Et etiam ſcitur, quod

n Non poſſit in judicio,] examinationis propriæ, vel generalis. a Contra fortiorem ſe contendere,] ideſt, contra Deum, qui eſt ipſo homine fortior. Chriſtus enim, inquantum Deus fortior eſt ſeipſo, inquantum homo imbecillior. Hoc autem totum dicitur, ut compeſcat ſe humanæ infirmitatis temeritas contra divinæ diſpoſitionis judicia diſputare. Si enim Chriſtus homo non poteſt contra Deum contendere, quanto minus purus homo? Unde *Job* 9. Vere ſcio, quod non juſtificetur homo comparatus Deo. Si voluerit contendere cum eo, non poterit reſpondere ei unum pro mille. Sapiens corde eſt, & fortis robore; quis reſtitit ei, & pacem habuit? Et *inf.* repente interroget, quis reſpondebit ei? Vel quis dicere poteſt: cur ita facis? Deus, cujus iræ nemo reſiſtere poteſt, & ſub quo curvantur, qui portant orbem. Quantus ego ſum, ut reſpondeam ei, & loquar verbis meis cum eo? p Verba ſunt plurima,] de præſcientia Dei, quibus adinvicem rixantur ignari. q Multamque in diſputando vanitatem habentia,] i. a veritate, a fructu, a certitudine vacua. Pars enim talium verborum erronea eſt & ſic a veritate vacua. Pars pernicioſa, & ſic fructu vacua. Pars incerta, & ſic a certitudine aliena. Vel ſic. p Verba ſunt plurima, multamque in diſputando, &c.] i. ſophiſticationem; Arguunt enim ſic. Si Deus prævidit hoc, & non

poteſt

Digitized by Google

poteſt falli providentia Dei, ergo neceſſarium eſt hoc fore, ſed non ſequitur hoc, quia prævifio Dei non coaptatur rebus; res enim mutabiles ſunt, & prævifio immutabilis eadem contrariorum.

EXPOSITIO CAP. VII.

A Quid neceſſe eſt homini, &c.] occaſione verborum intellectum hominum tranſcendentium de Deo, & de ejus præſcientia diſputantium, ſæpe cadunt homines in errorem, ut credant ſe non poſſe vitare peccatum, ex quo Deus prævidit ipſum peccaturum. Ideo Salomon dehortatur infirmos a tali diſputatione, dicens. *a* Quid neceſſe eſt homini majora ſe quærere,] ideſt, inquirere? quaſi dicat, non eſt neceſſe. Unde *Eccli.* 3 Altiora te ne quæſieris, & fortiora te ne ſcrutatus fueris; ſed quæ præcepit tibi Deus, cogita illa ſemper. *Prov.* 25 Sicut qui mel comedit multum, non eſt ei bonum; ſic qui perſcrutator eſt Majeſtatis, opprimetur a gloria inani, ſcil. quam quærit, vel divina, quam ingenio ſuo metiri contendit. *Rom.* 12 Non plus ſapere quam oportet ſapere, ſed ſapere ad ſobrietatem. *b* Cum ignoret] homo, quid conducat ſibi in vita ſua numerum dierum peregrinationis ſuæ, ideſt, vitæ ſuæ, qua peregrinatur a Domino ſuper terram, quaſi dicat, quid neceſſe eſt homini majora ſe quærere, ideſt, plura quam expediat, vel neceſſarium ſit ei noſſe; cum ignoret quid conſervet ſibi in vita ſua numerum dierum peregrinationis ſuæ, ideſt, dies numerabiles, ideſt, paucos, qui vix ad cognoſcenda neceſſaria ſufficiunt. Vel ſic lege ſecundum *Gloſſ.* *a* Quid neceſſe eſt homini majora ſe quærere,] ideſt, non neceſſaria, & difficilia. *b* Cum ignoret quid conducat ſibi,] ideſt, quid ſit utile vel inutile ſibi. *c* In vita ſua] propria, nedum aliena. Item. *a* Quid neceſſe eſt homini majora ſe quærere, cum ignoret numerum dierum peregrinationis ſuæ,] ideſt, quamdiu victurus ſit in hac vita peregrina. Et iterum: quid neceſſe eſt homini majora ſe quærere, cum ignoret] de tempore. *d* Quod velut umbra præterit,] ideſt, vaniſſime, & velociſſime, quam breve ſit, & quam charum. Merito autem peregrinatio dicitur hujus vitæ viatio, quia peregrina eſt nobis regio hujus exilii. Unde 2. *Cor.* 5. Dum ſumus in hoc corpore peregrinamur a Domino. Et quia tranſire debemus mare hujus mundi ad viſitandum Jeruſalem civitatem ſupernam: ab ipſo enim Baptiſmo cruce ſignati ſumus per fidem, & baculum ſanctæ ſpei ibidem ſuſcepimus, quo fulciremur in diſcriminibus viæ. Peram etiam charitatis ibidem aſſumpſimus, qua nobis & proximis neceſſaria provideremus. Et tangit Salomon hic tres cauſas, propter quas ſumma ſtultitia eſt majora ſe quærere, & neceſſaria dimittere.

al † numero.

al † venturum.

Quid *a* neceſſe eſt homini majora ſe quęrere, cum *b* ignoret quid conducat ſibi in *c* vita ſua † numerum dierum peregrinationis ſuæ, & tempore, quod *d* velut umbra præterit? *e* Aut quis ei poterit indicare, quid poſt eum † futurum ſub Sole ſit? *f* Melius eſt nomen bonum, *g* quam unguenta pretioſa, &

Prima eſt incertitudo mortis, quæ tangitur, ibi: [Numerum dierum peregrinationis ſuę, &c.] Propter quod deberet homo eſſe intentus, & ſollicitus tantum circa bona opera; & neceſſaria ad vitam ęternam habendam. Unde Dominus ipſemet dicit *Joan.* 9. Me oportet operari opera ejus, qui miſit me donec dies eſt, venit nox, &c. Et *inf.* 9. Quodcumque poteſt manus tua inſtanter operare, quia nec opus, nec ratio, nec ſcientia, nec ſapientia erunt apud inferos, quo tu properas.

Secunda cauſa eſt brevitas temporis, quę notatur, ibi: [Et tempore, quod velut umbra prętcrit,] quod vix ſufficit ad peragendum iter peregrinationis vitę pręſentis. Et ideo tempus deberet eſſe pretioſiſſimum, & tantum in bonos uſus expendi. Oportebit enim quemlibet in die judicii reddere rationem de qualibet particula temporis, qualiter, & in quo uſus ſit expenſa. Nam ſicut non perit capillus de capite, ſic non peribit momentum de tempore, ut dicit *Bern.* Ideo dicitur *Thren.* 1. in perſona Eccleſię: Abſtulit Dominus omnes magnificos meos de medio mei, vocavit adverſum me tempus, ut contereret electos meos.

Tertia cauſa eſt, quia neſcit homo quid filii ſui poſt eum facient pro eo. Et ideo utile eſſet, ut ipſemet in vita ſua pro ſe operaretur, & hoc eſt quod ſequitur.

e Aut quis ei poterit indicare, quid poſt eum futurum ſit ſub Sole,] ideſt, in tempore? quaſi diceret, non poteſt ſcire homo quid fiet poſt mortem ejus pro eo a filiis ſuis, vel ab aliis: Et ideo bonum eſt, ut quilibet pro ſeipſo laboret dum licet, & de fine ſuo cogitet aſſidue, & quæ ſint ei neceſſaria in via, quærat; & curioſa, & inutilia dimittat. Unde *Pſal.* 38. Notum fac mihi Domine, finem meum, & numerum dierum meorum quis eſt, ut ſciam quid deſit mihi. *Sap.* 9. Difficile æſtimamus, quæ in terra ſunt, & quæ in proſpectu ſunt, invenimus cum labore; quæ in cœlis autem ſunt quis inveſtigabit, quaſi diceret nullus; quæ autem ſint utilia, & neceſſaria, circa quæ debet homo eſſe ſollicitus, & attentus, oſtendit Salomon diverſis propoſitionibus, dicens. *f* Melius eſt nomen bonum,] ideſt, bona fama a bonis exhibita. *g* Quam unguenta pretioſa] corporalia, quia illa ſolum corpus reficiunt, ſed bona fama animam impinguat. Unde *Eccli.* 41. Curam habe de bono nomine; hoc enim magis permanebit tibi, quam mille theſauri magni, & pretioſi. Item. *f* Melius eſt nomen bonum] quo a Chriſto Chriſtiani nominamur.

g Quam unguenta pretioſa] quibus corpora inunguntur. Hujuſmodi enim unguenta quatuor præſtant corporibus, ſcilicet ſanitatem, nitorem, odorem, incorruptionem. Sed hoc nomen non ſolum confert animabus ſanitatem, & nitorem ſpiritualem, & odorem, & incorruptionem, ſed etiam confert regnum æternum, & Sacerdotium. Unde 1. *Petr.* 2. Vos eſtis genus electum, regale Sacerdotium. Confert etiam æternæ hæreditatis filiationem, ut ſcilicet filii Dei nominemur, & ſimus. Unde 1. *Jo.* 3. Videte qualem charitatem dedit nobis Deus Pater, ut filii Dei nominemur, & ſimus. De hoc nomine dicitur *Iſ.* 56. Hæc dicit Dominus Eunuchis: Qui cuſtodierint Sabbata mea, & elegerint quæ ego volui, & tenuerint fœdus meum, dabo eis in domo mea, & in muris meis locum, & nomen melius a filiis, & filiabus; nomen ſempiternum dabo eis, quod non peribit. Hoc autem nomen nihil aliud eſt quam gratia adoptionis qua adoptamur Deo in filios, & ſignamur, ut non ſolum ſimus, ſed etiam appareamus filii Dei. Unde *Epheſ.* 4. Nolite contriſtare Spiritum Sanctum, in quo ſignati eſtis in die redemptionis. *Apoc.* 2. Vincenti dabo manna abſconditum, ideſt, refectionis æternæ ſuavitatem: & dabo illi calculum lucidum, ideſt, corpus glorificatum lucidum plus quam Sol: & in calculo novum nomen ſcriptum, quia in ipſo corpore glorificato apparebit gratia, qua erimus filii Dei, quod nemo ſcit niſi qui accipit. Ideo quotidie dicimus orantes: Sanctificetur nomen tuum, ideſt, confirmetur in nobis. *Matt.* 6. Item *Apoc.* 3. Scribam ſuper illum, ſcilicet, qui vicerit nomen Dei mei, & nomen civitatis novæ Jeruſalem, quæ deſcendit de cœlo a Deo meo, & nomen meum novum. Scribitur autem hoc nomen omnibus virtutibus quaſi quibuſdam litteris aureis ipſius Dei digito. Unde in fine dicet omnibus: cujus eſt imago hæc, & ſubſcriptio? *Matth.* 22. Imago quoad naturalia, ſuperſcriptio quoad gratuita. Vel poteſt dici nomen bonum, notitia bonæ vitæ, quæ ad modum unguentorum reddit bonum odorem. Unde 2. *Cor.* 2. Odorem notitiæ Chriſtus manifeſtat per nos in omni loco, quia Chriſti bonus odor ſumus Deo. Et de hoc dicitur *Eccli.* 49. Memoria Joſiæ in compoſitione odoris facta eſt opus pigmentarii. De hujuſmodi nomine dicitur *Luc.* 10. Gaudete, quia nomina veſtra ſcripta ſunt in cœlis, ideſt, notitia veſtra a Deo probata, & confirmata. Unde *Apoc.* 3. Qui vicerit, ſic veſtietur veſtimentis albis, & non delebo nomen ejus de libro vitæ. Et quia, ut diximus, hoc nomen omnibus virtutibus, ſine quibus non eſt ſalus, ſcribitur, & componitur; ideo in Baptiſmo nomen imponitur, quia tunc primo litteræ gratiarum & donorum digito Dei deſcribuntur in anima baptizati; ex quibus iſtud nomen novum, ſcilicet ſanctitatis componitur. Ex hoc nomine notus erat Deo Moyſes, *Exod.* 33. *De bona fama.*
cum ei dicebatur a Domino: Novi te ex nomine; ideſt, ex figuris, & titulis gratiarum, quibus te inſcripſi, & inſignivi. Bonitas autem nominis, ideſt, famæ conſiſtit in ſex, ſcilicet bonitate, & veritate eorum, quæ prædicantur, bonitate, & auctoritate prædicantium, latitudine, & perſeverantia prædicationis. Et hæc eſt fama, quæ impinguat oſſa, ideſt, virtutes, ſicut legitur *Prov.* 15. Vel oſſa, ideſt, viros fortes, & robuſtos, qui totum corpus Eccleſiæ ſuſtinent, qui de bona fama aliorum velut unctione ſuaviſſima impinguantur, poſſet intelligi bonum nomen gratia prædeſtinationis, de quo *ſup.* 6. Quis futurus eſt, jam vocatum eſt nomen ejus, quaſi in libro vitæ ſcriptum eſt nomen ejus. Et hoc nomen melius eſt, quam unguenta pretioſa, non ſolum corporalia, ſed etiam quam ſpiritualia, ideſt, quam virtutes.

Melior eſt enim gratia prædeſtinationis, quam gratia juſtificationis, quoad ſecuritatem. Nam gratia prædeſtinationis neminem perire ſinit; gratiam vero juſtificationis Judas habuit, & tamen periit. *Item*. Melius eſt nomen bonum, ideſt, bona fama, quam unguenta pretioſa virtutum, quia in bona fama

al † die. Deus glorificatur, & proximus ædificatur; unguenta autem virtutum ſecundum ſe ſibi ſoli proficiunt. Et hoc dicitur contra quoſdam, qui dicunt ſibi ſufficere, ſi habeant unguenta virtutum, non curantes de fama, non attendentes,

al † melius. quod dicit Dominus *Matth.* 5. Sic luceant opera veſtra, &c. Et *Eccli* 41. Curam habe de bono nomine. Et *Jer.* Crudelis eſt, qui famam negligit.

a dies mortis † quam *b* nativitatis. *c* Melius eſt ire ad domum luctus, *d* quam ad domum convivii. In *e* illa enim finis *f* cunctorum admonetur hominum, & *g* vivens cogitat, quid futurum ſit. † *h* Melior eſt ira riſu, *i* quia per triſtitiam vultus k corrigitur animus delinquentis.

Sequitur. *a* Et dies mortis, quam nativitatis] melior eſt, ſcilicet, in eis, qui habent bonum nomen. *Pſ.* 115. Quia pretioſa eſt in conſpectu Domini mors Sanctorum ejus. In talibus enim dies mortis eſt egreſſus de præſenti miſeria; dies nativitatis eſt ingreſſus in illam. Et hoc manifeſte apparet, quod dicitur hic ex

De morte. faciebus mortis, & nativitatis. Mors enim nihil aliud eſt quam exitus de carcere, finis exilii, laboris conſummatio, ad portum applicatio, peregrinationis finitio, oneris graviſſimi, ſcilicet, corporis depoſitio, de equo furioſo, ideſt, de carne deſcenſio, de ruinoſa domo deliberatio, breviter, omnium ægritudinum terminatio, omnium periculorum evaſio, omnium malorum conſumptio, omnium vinculorum diſruptio, debiti naturalis ſolutio, reditus ad patriam, ingreſſus ad gloriam. E contrario, nativitas eſt omnium malorum ingreſſio. Ob hoc, ut dicit *Hieron.* ad Tiraſium de morte filiæ ſuæ. Doluit Dominum Lazarum non dormientem, ſed potius reſurgentem; flebat, quem cogebatur propter ſalvandos alios ſæculo revocare. Hanc vitam dans Dominus ingemiſcebat, quam tu doles eſſe ſublatam. Habet & alia multa bona, quæ in parte tangit *Hieron.* in prædicta Epiſtola, quorum explicatio tractatum requireret ſpecialem

Moraliter. Moraliter. *a* Dies mortis] melior eſt, qua morimur peccato vel mundo.

b Quam] dies nativitatis, qua naſcimur filii iræ; vel qua naſcimur mundo, vel prælationi. Unde *Hieron.* 20. Maledicta dies, in qua natus ſum: dies, in qua peperit me mater mea, non ſit benedicta. *Hieron.* ſic exponit.

a Dies mortis, quam nativitatis] melior eſt, ideſt, certior, quia in morte patet, qualis fuit homo, qui moritur; ſed in nativitate neſcitur, qualis erit, qui naſcitur. Sequitur.

c Melius eſt ire ad domum luctus,] ideſt, ubi lugetur mortuus, vel infirmus, ubi ſcilicet, oſtenditur miſeria fragilitatis noſtræ in præſenti cadavere.

d Quam ad domum convivii,] ubi ſcilicet, fiunt convivia nuptiarum, vel alia.

e In illa enim] ſcilicet, domo luctus.

f Finis cunctorum admonetur hominum,] ideſt, reducitur ad memoriam communis conditio humanæ fragilitatis, & mortis neceſſitas.

g Et vivens cogitat, quid futurum ſit,] ſcilicet, vile cadaver. Ideo ſiunt epitaphia, ut quilibet mortem ſuam aliena morte quaſi legens dicat.

Quod ſumus, iſte fuit: erimus quandoque, quod hic eſt.
Et hoc eſt, quod legitur *Eccli.* 38. Memor eſto judicii mei, ſic enim erit & tuum: mihi heri, tibi hodie.

Moraliter. Moraliter. *c* Melius eſt ire ad domum luctus.] Domus luctus eſt infernus, ad quam eundum eſt per recogitationem, & timorem, ſicut legit' *Iſa.* 38. Ego dixi: In dimidio dierum meorum vadam ad portas inferi. Domus convivii, mundus eſt, ubi reprobi convivantur. *Iſ.* 22. Ecce gaudium & lætitia occidere vitulos, & jugulare arietes: comedere carnes, & bibere vinum. Item domus luctus eſt Eccleſia, quæ luget filios ſuos ubique mortuos. *Hierem.* 31 Vox in excelſo audita eſt, Rachel plorantis filios ſuos, & nolentis conſolari ſuper eos, quia non ſunt, vel quia nolunt ire ad ſolemnitatem Domini, ad quam invitati ſunt. *Thren.* 1. Viæ Sion lugent eo, quod non ſit, qui veniat ad ſolemnitatem. Domus convivii eſt Synagoga peccantium, qui carnes aliorum conferunt ad veſcendum in Eccleſia.

f Finis cunctorum admonetur hominum,] ideſt, futura felicitas, & futura calamitas, ut illa quæratur, iſta fugiatur. Item domus luctus eſt mens lugubris, lugens Dei contumelias præſentes miſerias, culpas proprias, & alienas. Domus convivii eſt mens ſecura, & gaudens de propriis bonis, de qua dicitur *Prov.* 15. Secura mens quaſi juge convivium. Eſt igitur ſenſus ſecundum hoc. Melius eſt lugere humiliter mala ſua, vel aliena, quam temere gaudere de bonis propriis. Melius eſt aquas lacrymarum pro peccatis effundere, quam vinum lætitiæ de bonis factis potare. Et huic ſententiæ congruit quod ſequitur.

g Et vivens cogitat, quid futurum,] vel futurus ſit. Inde enim creſcit luctus, quia cogitat, quod judicandus eſt, & damnandus, niſi hic peccata ſua lavet aqua lacrymarum, & redemerit pretio eleemoſynarum. Sequitur.

h Melior eſt Ira riſu, quia per triſtitiam vultus corrigitur animus delinquentis.] Juxta litteram, melior eſt ira patris in filium delinquentem, quam riſus, ideſt, vultus auſteritas, vel aſpera correctio, ſive increpatio, quam remiſſio blandientis, ut patet in Heli, 1. *Reg.* 3. Et de hoc dicitur *Eccli.* 30. Lacta filium tuum, & paventem te faciet: lude cum illo, & contriſtabit te. Similiter verum eſt de patre ſpirituali, ideſt, de Prælato, cujus ira, ideſt, diſciplina debet eſſe in filios delinquentes; alioquin fruſtra portat baculum paſtorale, in quo tria officia Paſtoris notantur. Unde:

Attrahe per primum, medio rege, punge per imum.

Et non ſolum fruſtra, ſed etiam magis inutiliter, quam formido hortorum, vel vinearum, cujus baculus, etſi nihil percutiat, tamen terret aves, & feras, ne demoliantur hortos, aut vineas. Propter hoc dicitur in *Pſ.* 88. Poſuiſti firmamentum ejus, ideſt, Prælatum, qui deberet eſſe firmamentum Eccleſiæ, formidinem. Non eſt ergo pater, qui peccatis, aut vitiis filiorum non iraſcitur. Hæc enim ira bona eſt: quæ etſi turbet oculum rationis ad tempus, poſtea limpidiorem reddit. De hoc dicitur *Eccli.* 7. Filiæ tibi ſunt; ſerva corpus illarum, & non oſtendas hilarem faciem tuam ad illas. Poteſt & hoc intelligi de ira divinæ animadverſionis, ideſt, præſentis adverſitatis, & riſu præſentis proſperitatis, quæ uſualiter fortunæ arriſio appellatur. Et eſt ſenſus.

h Melior eſt ira riſu,] ideſt, adverſitas præſens, quam proſperitas. Unde *Greg.* Cum omnis fortuna timenda ſit, magis timenda eſt proſpera, quam adverſa. Et *Aug.* Summa ira Dei eſt, cum parcit hic; ſumma vero miſericordia, cum non parcit. Ad hoc enim parcit hic, ut in æternum non parcat; & ad hoc non parcit hic, ut in æternum parcat. Unde alibi rogat *Aug.* Domine, hic ure, hic ſeca, dummodo in futuro parcas. Hoc eſt contra multos, qui iram hujuſmodi tota mente perſequuntur, & riſum totis viribus inſequuntur. De quibus dicitur *Job* 6. Qui timet pruinas, irruet ſuper eum nix. Quod autem ira hujuſmodi melior ſit, quam riſus, apparet ex hoc, quod pater amantiſſimus, & ſapientiſſimus filius chariſſimus, & omnibus amicis, imo & filio unigenito illam dare maluit: ex quo apparet, quod majores gratiæ debentur Deo de ira ſua, quam de riſu. Quod videtur velle *Job* 35. Ubi eſt Deus, qui fecit me, qui dedit carmina in nocte? Et *Pſ.* 41. In die ſcil. proſperitatis, mandavit Dominus miſericordiam ſuam, & nocte ſcilicet adverſitatis, canticum ejus. *Act.* 5. Ibant Apoſtoli gaudentes, a conſpectu Concilii; quoniam digni habiti ſunt pro nomine Jeſu contumeliam pati: non quod exaltati honoribus, aut locupletati divitiis, aut delibuti deliciis. Ita hujuſmodi, ideſt, triſtis facies oſtendenda eſt detractori, cum male loquitur de abſente. *Proverb.* 25. Ventus Aquilo diſſipat pluvias, vel nubes, & facies triſtis linguam detrahentem.

Tribus generibus hominum convenit oſtendere iram ſuam, ſcilicet, patri carnali, patri ſpirituali, & audienti detractores. Nam ſi audis canem latrantem, ideſt, fratrem tuum alii detrahentem, & non corrigis, peccas. *Pſ.* 100. Detrahentem ſecreto proximo ſuo, hunc perſequebar. Generaliter autem omni homini congruit, ut ſi videt, vel audit aliquem alicui detrahentem, quod ei iraſcatur, ad minus triſtem faciem oſtendendo. *Tribus generibus hominum convenit oſtendere iram ſuam.*

i Quia: per triſtitiam vultus] audientis.

k Corrigitur animus delinquentis] ideſt, detrahentis, vel aliter peccantis.

a Cor

a Cor ſapientium ubi triſtitia eſt, & b cor ſtultorum c ubi lætitia. d Melius eſt a Sapiente e corripi, f quam ſtultorum g adulatione decipi, quia h ſicut ſonitus ſpinarum ardentium ſub olla, i ſic riſus ſtulti. k Sed & hoc l Vanitas. m Calumnia n conturbat ſapientem, & o perdet robur cordis illius. p Melior eſt finis orationis, quam principium.

De triſtitia ſapientium. a Cor ſapientium ubi triſtitia eſt,] quadrupliciter. Primo in luctu pœnitentiæ, quaſi in extinctorio telorum igneorum Diaboli, ideſt, carnalium deſideriorum. Secundo, in tormento diſciplinæ, quaſi in repreſſorio carnalis concupiſcentiæ. Tertio, in pœna gehennæ, quaſi in refugio ab inſultibus præſentium gaudiorum. Quarto, in medio Sapientium, ubi ſemper eſt triſtitia de peccatis. Unde *Prov.* 15. Non amat peſtilens eum, qui ſe corripit, nec ad Sapientes graditur. Item *in eodem* 15. Auris quæ audit increpationes vitæ in medio Sapientum commorabitur. Ibi enim ſemper aut trucidantur, aut de morte eorum tractatur, & ideo ſemper eſt in triſtitia, & ira contra vitia. Ideo etiam dicitur, [cor Sapientium, ubi triſtitia,] quia atrociſſimus hoſtis humani generis eſt voluptas, & ideo illum ſumma diligentia declinant, & fugiunt Sapientes, triſtitiam quaſi clypeum fortiſſimum contra ejus jacula opponentes.

Triſtitia enim eſt ſal contra ſpurcitiam voluptatis, ne vermibus ſcateant Sapientes. *Matth.* 5. Beati qui lugent, quoniam ipſi conſolabuntur. Item, [cor Sapientium ubi triſtitia, ideſt, ad peccata propria, & proximorum, *Ezech.* 43. Fili hominis, oſtende domui Iſrael templum, & confundantur ab iniquitatibus ſuis, & metiantur fabricam, & erubeſcant ex omnibus quæ fecerunt.

b Et cor ſtultorum,] qui odiunt correctiones.

c Ubi lætitia,] mundana, vel carnalis, quæ dolorem parit. Unde *Prov.* 15. Riſus dolore miſcebitur, & extrema gaudii luctus occupat. d Melius eſt a Sapiente,] ideſt, a Deo, vel ab homine juſto. *De adulatoribus.* e Corripi] in præſenti objurgationibus, aut flagellis. f Quam ſtultorum] Prælatorum, vel Confeſſorum. g Adulatione decipi;] adulatio enim eſt quaſi faſcinatio, quæ aufert, vel obſcurat viſum ſpiritualem. Unde *Sap.* 4. Faſcinatio nugacitatis obſcurat bona, & inconſtantia concupiſcentiæ tranſvertit ſenſum ſine malitia. Ibi *Gloſſ.* Faſcinat & gravat, qui adulando impedit, vel laudando decipit. Unde *Galat.* 3. O inſenſati Galatæ! quis vos faſcinavit non obedire veritati? Et *Eccli.* 18. Donum invidi cruciat oculos. Invidus enim Latine, ſignificantius dicitur faſcinator Græce. *Matth.* 15. Si cęcus cęco ducatum præbeat, ambo in foveam cadunt. Adulatores ſunt inflatores veſicarum, ideſt, ſuperbiæ, & inanis gloriæ, quæ ſunt propriæ veſicæ Diabolicæ.

Item ſunt Sirenes maris, quæ ſuavitate cantus ſui ſubmergunt incautos in fluctibus peccatorum. De quibus dicitur *Iſa.* 13. Sirenes in delubris voluptatis, ideſt, in domibus Prælatorum, ubi voluptas hoſpitium habet, & ubi idola adorantur.

Item ſunt incantatores Diaboli, qui auditores ſuos adeo dementant, ut omnia incredibilia de ſe credant.

Item ſunt nutrices Diaboli, quæ fetus Diabolicos lacte adulationis lactant, & nutriunt. Et de hoc dicitur *Prov.* 1. Fili, ſi te lactaverint peccatores, ne acquieſcas eis.

Item lamiæ ſunt infernales, de quibus *Thren.* 4. Lamię nudaverunt mammas, & lactaverunt catulos ſuos.

Item ſunt Sacerdotes mortis, qui filios mortis inceſſanter ſepeliunt, *Luc* 9. Sine mortuos ſepelire mortuos ſuos. Ubi dicit *Greg.* Mortuus mortuum ſepelit, cum peccator peccatori adulatur.

Item ſunt jacolatores Diaboli, quia Diabolum velut a ſomno excitatum, & conturbatum per pœnitentiam in peccatore modulationibus ſuis iterum ſoporant eum, & delicatum ſomnum ei faciunt.

Item ſunt ranæ Ægypti, de quibus *Pſ.* 104 Edidit terra eorum ranas in penetralibus Regum ipſorum, omnia enim penetrant iſtæ ranæ, & nullum conſilium abſconditur eis. Sunt enim conſiliatii familiares Magnatum, qui ſe pejores Ægyptiis monſtrant. Ipſi enim ranas fugari petierunt a Moyſe. *Exod.* 8. Iſti vero eas nutriunt, & advocant, ne diſcedant.

Item ſunt illuſores, quia Magnatibus illudunt in veſte alba, ſicut Herodes Domino, *Luc.* 23 Adulatio enim nihil aliud eſt, quam quædam veſtis alba, qua adulatores turpitudines Magnatum operiunt, ne videantur ab eis. Ideo de hoc dicitur *Iſa.* 3. Populus meus qui beatum te dicunt, ipſi te decipiunt. *Jer.* 5. Stupor & mirabilia facta ſunt in terra, Prophetæ prophetabant mendacium, & Sacerdotes applaudebant manibus ſuis, & populus meus dilexit talia.

Item ſunt proditores qui oſculo produnt amicos, ſicut Judas Dominum. Unde *Prov.* 27. Meliora ſunt vulnera diligentis, quam fraudulenta odientis oſcula. Item ſunt aucupes Diaboli, qui retia, & pedicas tendunt ad capiendas animas Magnatorum. *Jer.* 5. Inventi ſunt in populo meo impii inſidiantes, quaſi aucupes laqueos ponentes, & pedicas ad capiendos viros. *Prov.* 29. Homo qui blandis, fictiſque ſermonibus loquitur amico ſuo, rete expandit pedibus, vel greſſibus ejus. Item ſunt latrones, qui occulte homines jugulant ſub pretextu familiaritatis. Unde ſignificantur per Joab. 2 *Reg.* 20. qui dixit ad Amaſam: Salve, mi frater, & tenens manu dextera mentum ejus, quaſi oſculans eum, percuſſit eum gladio in latere, & effudit inteſtina ejus. Item ſunt furnarii Diaboli, qui ſuccendunt ollam ejus, ideſt, mentes peccantium. Unde *Oſee* 7. Omnes adulterantes quaſi clibanus ſuccenſus a coquente. Væ ergo Magnatibus, qui ſepultores ſuos amicos dicunt, & ſepulturam reputant laudem ſuam, qui malunt abſcondi vulnera ſua quam curari, quorum gaudium eſt ſepeliri, & dolor ſuſcitari. Unde dicit *B. Bern.* Mira perverſitas, homo iraſcitur medicanti, ideſt, arguenti, & non iraſcitur ſagittanti. Quare autem dixit Salomon, quod [melius eſt a Sapiente corripi, quam ſtultorum adulatione decipi] ſubjungit. h Quia ſicut ſonitus ſpinarum ardentium ſub olla, ſic riſus ſtulti,] ideſt, arriſio, & applauſus adulatoris. Olla eſt cor Magnatis cujuslibet, ſpinæ ardentes verba adulantium, & arriſio. Et eſt ſenſus: Sicut ſpinæ ardentes bullire faciunt ollam, & accendunt, ita verba & arriſio adulantium accendunt corda Magnatum. Congruentius autem poteſt intelligi de ſtulto decepto, & non de ſtulto decipiente ſic. h Sicut ſonitus ſpinarum, &c.] inſuavis crepitatio eſt. i Sic riſus ſtulti] qui gaudet de ſuccenſione ſua, non eſt niſi crepitatio ejus, ideſt, frequens crepatio. Toties enim crepat ſtultus, quoties ridet de adulatione ſua.

k Sed & hoc,] ſcilicet adulari peccatori, vel arridere adulanti. l Vanitas,] quia duos ſimul evacuat, & adulantem, & illum cui fit adulatio. m Calumnia,] ideſt, iniquitas abundans, vel falſa criminatio, propria vel aliena. n Conturbat Sapientem] imperfectum adhuc, qui de perverſitate quam videt, turbatur magis zelo compaſſionis, quam dolore proprię paſſionis. Unde *Eccli.* 26. A tribus timuit cor meum, & in quarto facies mea metuit, delaturam civitatis, & collectionem populi, & calumniam mendacem. Perfectus vero ſapiens nullo modo turbatur, quia omnia conſiderat provenire ad utilitatem juſtorum. Unde *Prov.* 12. Non contriſtabit juſtum, quicquid ei acciderit. o Et perdet robur cordis illius,] ideſt, virtutem fiduciæ, & magnanimitatis ejus. Dum enim conſiderat tot calumnias juſtis, & innocentibus irrogari, & ſe non poſſe reſiſtere, & Deum non ſtatim ſubvenire, deficit in ſeipſo. p Melior eſt finis orationis, quam principium,] ideſt, melius eſt bene conſummare orationem, quam bene inchoare. Et intelligitur hoc de omni genere orationis, tam Rhetorica, quam Theologica.

Orator ſiquidem orditur orationem validis rationibus, in medio utitur mediocribus, in fine ponit validiſſimas rationes. Epilogus enim magis confirmat memoriam, quam exordium. Et ita [melior eſt finis orationis Rhethoricæ quam principium,] ideſt, rationes, quæ in fine ponuntur, quam quæ in principio. Similiter [melior eſt finis orationis] Theologicæ, qua oramus Deum, ſive meditando, ſive loquendo, ſive operando [quam principium,] quia omnis laus in fine canitur, & juſtitia conſummata melior eſt quam inchoata. Et dicitur hoc contra tria genera hominum.

Primo, contra imperſeverantes, qui incipiunt, ſed non perficiunt: Contra quos Dominus importunitatem orationis commendat. *Luc.* 11. de amico petente tres panes. Et *eod.* 18. Oportet ſemper orare, & non deficere. *Luc.* 14. Hic homo cępit ædificare, & non potuit conſummare.

Secundo, contra temerarios reſponſores, & præcipites Judices. Unde *Prov.* 18. Qui prius reſpondet quam audiat, ſtultum ſe eſſe demonſtrat, & confuſione dignum.

Tertio, contra incipientes audire ſacram doctrinam, & ſtatim reſilientes, & faſtidientes. Quidam enim auditis introductionibus, ideſt, hiſtoriis, vel tribus quæſtionibus, & duobus ſermonibus contenti ſunt, non attendentes, quod dicitur *Cant.* 5. Bibite & inebriamini chariſſimi. Item *Joan.* 2.

Juſſit Dominus implere hydrias aqua, at illi impleverunt eas uſque ad ſummum. *Prov.* 19. Fili, ne ceſſes audire doctrinam, nec ignores ſermones ſcientiæ. His ergo commendatur finis orationis ſacræ, & dicitur melior eſſe, quam principium, ut ad perſeverantiam trahat. Vel aliter. Una oratio eſt tota ſeries legis, quam Deus toti humano generi locutus eſt. Et hujus orationis finis eſt charitas. Unde 1. *Tim.* 1. Finis præcepti eſt charitas. *Rom.* 13 Plenitudo legis eſt dilectio. Principium ejus eſt timor. *Eccli.* 1. Dilectio Dei honorabilis Sapientia. Initium ſapientiæ timor Domini. Eſt ergo ſenſus.

a Melior eſt patiens arrogante. *b* Ne ſis velox ad iraſcendum, *c* quia ira in ſinu ſtulti requieſcit, *d* Ne dicas, *e* quid putas cauſæ eſt, quod priora tempora *f* meliora fuere, quam nunc ſunt?

• [Melior eſt finis orationis, &c.] ideſt, melior eſt charitas quam timor. Vel principium orationis eſt gratia, quæ excitat ad orandum Deum. Finis ejus eſt gloria æterna, quæ petitur in oratione. Et non eſt dubium quin melior ſit gloria quam gratia. *a* Melior eſt patiens arrogante.] Patiens enim unum ſolum malum, & modicum patitur, propter quod poſtea coronatur æternaliter, 2. *Cor.* 4. Id quod in præſenti eſt momentaneum, & leve tribulationis noſtræ, ſupra modum in ſublimitate, &c. Arrogans vero multa mala, & magna etiam a ſeipſo patitur, propter quæ poſtea condemnatur. Arrogans enim dicitur, qui uſurpat ſibi quod non eſt ſuum, ideſt, qui irrogatam ſibi injuriam vult vindicare. Scriptum eſt enim: Mihi vindictam, & ego retribuam, dicit Dominus *Ezech.* 9. ſecundum aliam translationem. Et hæc eſt prima iniquitas arrogantis, quia alienam juſtitiam ſibi uſurpat. Secunda eſt, quia in eadem, & propria cauſa vult eſſe actor, & judex. Tertia eſt, quia etſi ad ipſum pertineret judicium, vel vindicta, tamen pendente lite uſque ad diem ultionis, & judicii non liceret, propter quod dicit Apoſtolus 1. *Cor.* 4. Nolite judicare ante tempus. Quarta eſt, quia dum alii nocere cupit, ſeipſum occidit. Sicut dicit *B. Aug.* Qui alii nocere deſiderat, ſimilis eſt furioſo, qui gladio ſuo ſe transverberat, ut tunicam alterius ſcindat. Quinta eſt, quia pervertit ordinem judicii. Primo enim debuit incipere

[illegible] † vindicare a ſeipſo, qui injuriam fecit Domino, auferens ei juſtitiam ſuam, & proximo ſuo indebite reſpondendo. Sexta eſt, quod adverſus furioſum litem, & bellum movet in tempore furiæ. Septima eſt, quod patientiæ donum quod cuſtodire debuit, gratis deſeruit. Octava eſt, quod fratri quod debebat, & quando debebat non reddidit, ſcil. patientiam tempore contumeliæ, vel injuriæ irrogatæ. Nona eſt, quia de ira, vel odio juſtitiam vult facere, quæ de ſolo judicio debet procedere. Decima eſt, quia Chirurgico ſuo oblatrat ſicut canis. Alias cauſas invenies. *Prov.* 16. ibi. Melior eſt patiens viro forti, & qui dominatur animo ſuo expugnatore urbium. *b* Ne ſis velox, &c.] De hoc *Jac.* 1. Sit omnis homo velox ad audiendum, tardus autem ad loquendum, & tardus ad iram. Ideo tardus, quia vitiis alienis periculoſe iraſcimur. Dum enim turbatur oculus mentis, periculoſe adhiberi poterit ignem, aut ferrum alienis vulneribus ſanandis. Nimis velox eſt ad ſaltum, qui prius ſalit quam attendat, quo ſaliat; ſic nimis velox eſt qui ſtatim iraſcitur injurianti, vel alias peccanti. Demum eſſe velocem ad iraſcendum, nihil aliud eſt quam eſſe velocem ad inſaniendum.

Provocata enim debet venire ira, non ſe ingerere in probra, ut dicit *B. Bern.* In ſinu autem ſtulti dicitur ira requieſcere, ſicut in proprio domicilio. Unde ira in ſinu ſtulti eſt, quaſi leo in ſpelunca ſua; unde non eſt ambulandum inter ſtultos, ſicut nec inter ſpeluncas leonum. Periculoſum eſt leonem dormientem excitare, ſic ſtultum ad iram provocare. Unde *Prov.* 26. Sicut qui apprehendit auribus canem, ſic qui pertranſit, & impatiens commiſcetur rixæ alterius. Item *eodem* 17. Semper jurgia quærit malus, ideſt, iracundus, Angelus autem crudelis mittetur contra eum. Iracundus enim melius per alium iracundum caſtigatur, ſicut equus rapidus per alium equum rabidum ſtatim miteſcit. Aliter.

b Ne ſis velox ad iraſcendum,] quaſi diceret quieſcat ira tua in corde tuo ut non exeat foras, vel ſaltem tarda ſit ad motum. *c* Quia ira in ſinu ſtulti requieſcit,] quod plus eſt, quam tardam eſſe ad motum.

d Ne dicas, &c.] Hactenus de his quæ videntur inſipientibus mala, dictum eſt, hoc eſt de ira, luctu, correctione, quæ tamen bona ſunt, hic agit contra blaſphemiam quorundam, qui de providentia Dei qua mundus regitur, male ſentiunt, dicentes, antiqua tempora meliora fuiſſe quam moderna. Interrogant enim ſtulti, quare Deus conceſſit antiquis patribus tantam affluentiam, tot, & tantas divitias, & delitias temporales, plures uxores, & alia multa, quæ omnia nobis interdicuntur.

Præterea ſæpe loquebatur, & apparebat eis, vindicabat in hoſtes eorum; modo e contrario omnia fiunt. De hoc admirantur ſtulti, quia videtur quod Dominus ſit iratus nobis, quia exponit nos tribulationibus, ut hoſtes noſtros diligat, quos florere facit, vel permittit. Hunc errorem intendit hic Salomon eliminare, & de divina providentia qualiter ſentiendum eſt docere. Unde dicit.

d Ne dicas] apud te, vel alios.

e Quid putas cauſæ eſt quod priora tempora,] ſcilicet Abrahæ, Iſaac, & Jacob, & Moyſi.

f Meliora fuere quam nunc ſunt,] ſub Chriſto. Hoc non eſt verum; tunc enim multi erant increduli, & pauci fideles, modo plures ſunt fideles, quam tunc, licet plurimi infideles. Præterea nunc eſt tempus gratiæ, tunc tempus ante legem, vel ſub lege. Nunc victus eſt Diabolus, tunc regnabat ut Dominus. Nunc aperta eſt janua Paradiſi, tunc erat clauſa. Tunc natus eſt in Judæa Deus, nunc in omnem terram exivit ſonus eorum. Si dicas quod fiebant tunc plura miracula.

Reſponſio. Opus erat tunc: cauſa autem diverſitatis hujus eſt ſola voluntas Dei, & Sapientia, & Potentia ejus, qua cuncta ordinat, & moderatur, prout videt ſuæ reipublicæ expedire, omnia enim ad gloriam ſuam, & noſtram utilitatem fecit. Facit enim ſicut potentiſſimum, ſapientiſſimum, optimum decet facere. De antiquorum vero felicitate ſi quis attenderit, quam bene illa ipſi uſi fuerint; & nos, quam male noſtra parva utamur felicitate, plane, & plene videbit, quia talis dare debuit, & nobis negari. Sicut dicit *B. Bern.* Da mihi unum Timotheum, & ego cibabo eum auro, & potabo balſamo. Sic & dico: Da mihi unum Abraham, vel unum David, & dabo ei omnes mundi divitias, & delicias, & gloriam. Sicut enim ille fecit, ſic iſte omnia hæc faceret inſtrumenta, & adjumenta veniendi ad Deum. Præterea, imbecillitas humani generis non fuit deterrenda in principio auſteritate, ſed quaſi edentula paſcenda ſorbitiunculis, & lacte temporalium; nunc vero populus Dei quaſi adultus non ſorbitiunculis, non lacte paſcendus eſt, ſed ad menſam Patris invitandus, & virili, & magnifica ſtrenuitate exercendus. Ætas enim iſta juventutis, & virilitatis eſt, & apta bellis non cunabulis.

Qui igitur cauſatur tempora præterita meliora fuiſſe modernis, eo quod iſta ſunt arctioris diſciplinæ; illa vero amplioris licentiæ idem eſt, ac ſi cauſaretur, cur non omnia tempora ætatis humanæ deducantur in cunabulis, & cur majora imponantur provectis, & exercitatis, quam tenellis, & novitiis. Si vero quærat aliquis, quare modo ita multiplicentur flagella in mundo.

Reſponſio. Ideo ſuperfundi aquam tribulationis, ut extinguatur incendium voluptatis & cupiditatis. Et ideo ſal tribulationis ſuperaſpergi, ut putredo, & vermes carnalis concupiſcentiæ moriantur. Ideo abſynthio tribulationis aſpergi mammillas Babylonis, ideſt, fontes præſentium voluptatum, ut parvuli ablactentur. Et generaliter, ideo mundum vult Dominus calamitoſum eſſe, ut non debeat diligi. Ideo ſpinoſum, ut non debeat amplecti. Ideo ruinoſum, ut timeamus ei inniti. Vel ſic poteſt intelligi. *e* Quid putas cauſæ eſt, quod priora tempora,] ſcilicet B. Benedicti, Auguſtini, &c.

f Meliora fuere] ad bene operandum, & contemplationi vacandum opportuniora, [quam nunc ſunt.] Reſponſio manifeſta eſt, quia Eccleſia tunc non habebat divitias, aut poteſtatem judiciariam, ſicut modo, & ideo in pace tunc erat Eccleſia; nunc autem ubique terrarum turbatur ambitionibus, laceratur Schiſmatibus, inquietatur quæſtibus, perſtrepit litibus, concutitur bellis, & ideo illa tempora meliora fuerunt.

Stulta enim hujuſmodi interrogatio, & opinio, quæ tamen frequens eſt apud homines quia nullum tempus melius eſt alio. Habet enim quælibet virtus ſuum tempus, & meſſem atque vindemiam ſuam. Verbi gratia. Patientiæ tempus, & meſſis atque vindemia eſt tempus perſecutionis, tribulationis, tentationis. Fortitudinis tempus, & meſſis, & vindemia eſt tempus occupationis, & laboris. Obedientiæ, & magnanimitatis tempus, & meſſis, & vindemiæ eſt tempus, cum ardua inſtant, aut imperantur dura. Habet & ſapientia, & pietas, & ceteræ virtutes hujuſmodi tempus, ac meſſem, atque vindemiam ſuam, ſcilicet,

tempus

Digitized by Google

a Stulta eſt enim hujuſcemodi interrogatio. *b* Utilior eſt Sapientia cum divitiis, & *c* magis prodeſt *d* videntibus Solem. *e* Sicut enim protegit Sapientia, ſic *f* protegit pecunia. *g* Hoc autem plus habet eruditio & Sapientia, quod vitam *h* tribuunt poſſeſſori ſuo. *i* Conſidera opera Dei, quod *k* nemo poſſit corrigere *l* quem ille deſpexerit. In *m* die bona *n* fruere bonis, & *o* malam diem *p* præcave-

tempus pacis, & tranquillitatis, in quo cœleſte horreum atque cellarium frugibus bonorum operum repletur. Apparet ergo nullum tempus vacuum eſſe virtutibus, ſed partitum æqualiter. Ut ſicut tempus belli & perſecutionis ſterile videtur contemplationi & pietati, & hujuſmodi virtutibus, & tempus pacis fertile; ſic e contrario tempus pacis vacuum, & ſterile videtur patientiæ, & fortitudini, & hujuſmodi virtutibus bellicoſis. Nullum ergo tempus alio melius eſt, ſed homo Dei, omni genere virtutum armatus, tempore belli utatur virtutibus bellicoſis, & eſt tempus bonum & fertile ſibi; tempore pacis utatur pacificis, & æqualiter inveniet tempus bonum & æque fertile, temporis autem varietatem dimittat diſpoſitioni divinæ. Et hanc expoſitionem innuit quædam *Gloſſ.* quæ dicit: Sic debes vivere, ut dies præſentes ſint tibi meliores quam præteriti, ſemper enim eſt tempus operandi, ideo ſequitur.

Octo ſunt uſus hoc fructus eleemoſynæ, ſive operis miſericordiæ.

a Stulta eſt, &c.] quæ ſupponit tempora alia aliis eſſe meliora. Omnia enim ſunt æqualia ad ſerviendum Deo, ut præoſtenſum eſt. Sequitur. *b* Utilior eſt Sapientia, &c.] ſupple quam ſola, ideſt, ſine divitiis. Et hoc propter fructus pietatis, & opera miſericordiæ, quæ valde neceſſaria ſunt. Primo, quia illis redimit homo animam ſuam a carcere Diaboli, & a perditione inferni. Unde *Proverb.* 13. Redemptio animæ viri propriæ divitiæ. Secundo, quia eis fœneratur Domino, ut det ſibi ſpiritualia bona. *Prov.* 19. Fœneratur Domino, qui miſeretur pauperis. Tertio, quia præparant viam ad Deum, *Prov.* 18. Donum hominis dilatat viam ejus, & ante Principes ſpatium ei facit. Quarto, quia multiplicant amicos plurimos, verum eſt quando dantur. Unde Dominus *Luc.* 16. Facite vobis amicos de mammona iniquitatis, ideſt, inæqualitatis, reducendo ſcilicet, ad æqualitatem. Quinto, quia eis facimus nobis theſauros in cęlo. *Mat.* 6. Theſaurizate vobis theſauros in cœlo. Sexto, quia ſunt ſemina æternę vitæ, 2 *Cor.* 9. Qui ſeminat in benedictionibus, de benedictionibus & metet, *Oſee* 10. Seminate vobis in veritate juſtitiam, & metite in ore miſericordiæ. Septimo, quia ſunt arma in defenſione, & impugnatione contra Diabolum. *Eccli.* 29. Super ſcutum potentis, & ſuper lanceam pugnabit adverſus inimicum tuum, eleemoſyna ſcilicet. Octavo, quia conſervant homini gratiam. *Eccli.* 29. Eleemoſyna viri quaſi ſacculus cum ipſo, & gratiam hominis quaſi pupillam conſervavit. Propter hos uſus, & alios plures [utilior eſt Sapientia cum divitiis,] quam ſine illis.

c Et magis prodeſt] Sapientia cum divitiis quam ſola. *d* Videntibus Solem] materialem, ideſt, viventibus; quod ideo dicitur, quia poſt mortem nullum uſum habent divitiæ. [Vel videntibus Solem] juſtitiæ, ideſt, Chriſtum, qui nihil terrenum inter ſe & verum Solem interpoſuit, quo viſus ejus abſcondatur ab eis. Quare autem utilior ſit Sapientia cum divitiis oſtendit Salomon. *e* Sicut enim, &c.] Sapientem contra vitia & inſidias inimici. *f* Si protegit pecunia] habentem, & cui datur. Sed non tantum, nec taliter, quia Sapientia per ſe ſine divitiis protegit, divitiæ vero ſine Sapientia non, & ideo ſequitur. *g* Hoc autem, &c.] etiam ſine pecunia. Pecunia vero non tribuit vitam, ſed emit & redimit, & hoc non ſine Sapientia. Differt autem eruditio, & Sapientia, quia magis Sapientia ad contemplationem ſpectat, eruditio ad operationem. Unde eruditio dicitur virtus, ſive ars operum rectiva ſecundum contemplationem Sapientiæ præeuntis. Et nota ſimilitudinem protectionis inter Sapientiam & pecuniam: Sicut enim Sapientia non protegit, niſi cum fuerit operata, & aſſociata fuerit eruditioni, ſic pecunia tunc primo protegit cum fuerit erogata, & expoſita diſtributioni. Ideo ſignanter dicit Salomon: [Hoc autem plus habet eruditio & Sapientia,] ſociatæ ſimul.

h Quod vitam, &c.] ideſt, utenti ea & comedenti fructus ejus. Ille enim poſſeſſor eſt Sapientiæ qui comedit fructus ejus, ſicut arborem poſſidet qui habet fructus ejus. De hoc dicitur *Proverb.* 16. Fons vitæ eruditio poſſidentis, ſupple, ipſam eruditionem. *i* Conſidera opera Dei,] quam magna, quam mirabilia ſint. Unum enim gratuita pietate eligit, alium juſto judicio, licet occultiſſimo deſpicit. Sicut patet in Jacob & Eſau. Unde *Malach.* 1. Jacob dilexi, Eſau autem odio habui. Propter quod exclamat Apoſtolus *Rom.* 11. O altitudo divitiarum Sapientiæ, & Scientiæ Dei, quam incomprehenſibilia ſunt judicia ejus, & inveſtigabiles viæ ejus! Item: [Conſidera opera Dei,] ideſt, diligenter attende, quę ſint opera Dei propria, & omnipotentiæ & Sapientię ejus, & bonitati ejus congrua, ne forte illa aliis attribuas, & non eis; & ita fias injurioſus in eum, auferens ei quod ſuum eſt; & idololatra in creatura, attribuens ei quod ſolius Dei eſt. Item, [Conſidera opera Dei] ut eum timeas & glorifices. Unde *Eccli.* 43. Vide arcum cęli, vel ſacræ Scripturæ, & benedic eum qui fecit illum. [Item conſidera opera Dei,] quam ſint immutabilia. *k* Quod nemo, &c.] ideſt, emendare. *l* Quem ille, &c.] ideſt reprobavit. *Job* 12. Si deſtruxerit Deus, nemo eſt qui ædificet; ſi incluſerit hominem, nullus eſt qui aperiat. Hoc eſt contra multos Doctores, & Prædicatores, qui impatienter ſuſtinent, ſi auditores ſui a verbo eorum non continuo corriguntur, incorrigibilitatem eorum ſuam contumeliam arbitrantes. Si quis vero eorum exhortationibus convertatur, hoc divinæ Sapientiæ ſurripiunt, & ſapientiæ vel eloquentiæ aſcribunt. Hi non attendunt, quod converſio peccatorum non eſt opus virtutis humanæ ſed divinæ. Sicut enim ferens lucernam non prębet viſum gradientibus, ſed in adhibitione lucernæ adjuvat: Et ſicut afferens cibum vitam comedenti non præſtat, ſed præſtitam conſervat: Et ſicut præco virtutem præliandi non præbet præliantibus, ſed tantum in pręlium invitat. Et ſicut tuba victoriam non prębet, ſed excitat pręliantes: Et ſicut campana devotionem orationis non confert, ſed ad orationem vocat; ſic Pręedicator, aut Doctor gratiam convertendi non pręſtat, ſed tantum miniſter, aut inſtrumentum eſt, quo Deus operatur in converſione peccatorum. Ideo autem dicit Salomon, quod nemo corrigit, quem Deus deſpicit; quia Deus quoſdam deſpicit, quoſdam appretiatur. Illos appretiatur quos corrigit, quos multis bellis perſecutionum, tribulationum, tentationum eripit de manibus inimici. Illos vero deſpicit, quos velut vaſorum fragmenta, vel pannos irreparabiles projicit, & quos velut cadavera in cęno divitiarum, ac deliciarum putreſcere permittit, & quos etiam nec extra, nec intus viſitat.

m In die bona,] ideſt, in præſenti tempore, quo mereri potes vitam æternam. *n* Fruere bonis] tibi conceſſis, & ſic utere, ut ad vitam æternam referas promerendam. [Vel fruere bonis] operibus & virtutibus.

o Et malum diem, &c.] ideſt, diem judicii, quæ mala videtur malis. Unde *Soph.* 1. Dies illa dies iræ, dies tribulationis & anguſtiæ. Vel ſic.

m In die bona,] ideſt, in tempore proſperitatis.

n Fruere bonis,] ideſt, affluc operibus miſericordiæ.

o Et malum diem,] ſcilicet, adverſitatis. *p* Præcave,] ideſt, præcognita: Jacula enim prævia minus lædunt, dicit *Greg.* Unde *Eccli.* 18. Memento paupertatis tempore abundantiæ, & neceſſitatem paupertatis in die divitiarum: A mane uſque ad veſperam immutabitur tempus.

Moraliter.

[Moraliter.] *m* In die bona,] Dies bona eſt cujuſque virtutis illuminatio, ſecundum quod dicit *Greg. ſuper Job in princ.* ſcilicet illuminationem propriam. Sive ergo de dono luctus compunctio velut dies pluvioſa mentem illuſtret & compluat; ſive de luce Sapientiæ velut ſereniſſima dies contemplationis effulgeat, & ſic de aliis; fruendum eſt bonis illius diei, ideſt, cum gaudio utendum quamdiu durat. Unde Apoſt. *Hebr.* 12. Videte, ne quis deſit gratiæ Dei. Cui revera multi in parte iſta deſunt nolentes uti gratia, quam Deus adminiſtrat: Nolunt enim bibere vinum compunctionis, quamdiu Deus propinat illud, ſed quaſi evertentes ſcyphum in mediis lacrymis ab oratione recedunt. Similiter in ipſo gaudio contemplationis faciunt. Ideo dicitur eis, *Eccli.* 14. Non defrauderis a die bono, & particula diei bonæ non te prætereat, quaſi dicat, tota utere; quia vero multi nolunt uti cum poſſunt: infligitur eis ſępe non poſſe cum velint. Sequitur. *o* Et malam; &c.] Et poteſt intelligi dies mala dies tentationis, vel tribulationis, vel extremę damnationis, ut dictū eſt: Dies extremę damnationis pręcavetur pęnitentia, vel innocentia: Soli enim innocentes, & pęnitentes ibi ſecuri erunt.

Dies tribulationis interdum præcavetur prudentia, ſicut docet Dominus, *Matt.* 10. Si vos fuerint perſecuti in unam civitatem, fugite in aliam. Dies tentationis præcavetur aliquando orationis, aut conſolationis ſuffragio, aliquando occupationis refugio, aliquando ſolius gratiæ divinæ adjutorio, aliquando amotione materiæ ipſius tentationis, aliquando præmeditatione tentationis, aliquando propoſiti confirmatione. Et de hoc *Eccli.* 2. Fili, accedens ad ſervitutem Dei: ſta in juſtitia, & in timore, & præpara animam tuam ad tentationem. *a* Sic enim, &c.]

al. † vanitatis.

a Sicut enim hanc; ſic & illam fecit Deus, *b* ut non inveniat homo contra eum juſtas querimonias. *c* Hæc quoque vidi in diebus † nativitatis meæ. *d* Juſtus perit in juſtitia, & *e* impius multo vivit tempore in ſua malitia. *f* Noli eſſe juſtus multum, *g* neque plus ſapias, quam neceſſe eſt.

idest, ejuſdem conditionis hanc diem, & illam fecit Deus: ut ſicut in poteſtate tua eſt frui bonis die bona, ſic in poteſtate tua eſt præcavere diem malum, & hanc expoſitionem requirit illud, quod ſequitur. *b* Ut non inveniat, &c.] *Pſ.* 144. Juſtus enim eſt Dominus in omnibus viis ſuis, & ſanctus in omnibus operibus ſuis. Neminem enim impingit in diem malum, ſed præcavere nolentes, in illum incidunt, vel ſeipſos præcipitant. De hoc dicitur *Eccli.* 15. Deus ab initio conſtituit hominem, & reliquit in manu conſilii ſui. Et iterum: Appoſuit tibi aquam & ignem: ad quod volueris, porrige manum tuam: Ante hominem vita & mors: bonum & malum: quod placuerit ei, dabitur illi. Hoc igitur adverbium, ſicut, notat ſimilitudinem diei ad diem, q. d. Salomon, qualem hanc diem, talem illam fecit Deus, idest, utramque liberam nobis, & voluntariam. *c* Hæc quoque, &c.] alia littera, idest, in præſenti vita. Vita præſens vanitas dicitur, quia tota triplici vanitati ſubjecta eſt, ſcilicet, mutabilitatis, mortalitatis, iniquitatis. Item dicitur nativitas, idest, ingreſſus in vitam. Tota enim vita præſens in tranſitu eſt, & prætentione, & dum una pars vitæ noſtræ preterit, ſuccedit altera: de illa egredimur, & in iſtam ingredimur; & ideo vere tota vita præſens & mors, & nativitas appellatur. Et hoc tangitur *Sap.* 5. ubi dicitur: Sic & nos, vel mox nati continuo deſinimus eſſe. [Vidi,] ſcilicet quod *d* Juſtus perit, &c.] Et accipitur hæc propoſitio, tripliciter, comitative, cauſaliter, & occaſionaliter. Comitative ſic. *d* Juſtus perit, &c.] perſeverans, idest, affligitur, & occiditur. *Iſ.* 47. Juſtus perit, & non eſt, qui recogitet in corde ſuo, & viri miſericordiæ colliguntur. Et videtur hoc mirabile multis, ſed non eſt mirabile, imo juſtum: Aurum enim cauritur & contuditur, & luto parcitur: quia de auro purgato fit vas honorabile: non de luto. Item ferrum quamdiu calidum & candens, inſtanter malleis tunditur, ut dilatetur; ferro autem frigido parcitur. In hunc modum faber mundi, qui fabricatus eſt Auroram, & Solem, juſtos viros igne charitatis candentes, malleis tentationum, ac tribulationum, & perſecutionum inſtanter contundit; frigidis autem & induratis parcit. Præterea non eſt mirum, ſi victor ad coronam vocatur, ſi emeritus ad quietem aſſumitur: ſi fructus maturus colligitur in horreum: ſi aurum probatum, aut vas fabricatum reponitur in theſaurum. His de cauſis juſtum eſt Juſtum occidi, & perire corporaliter in juſtitia. E contrario autem videtur valde mirandum, quod vir juſtus, tam honorificus, tam Deo neceſſarius, & utilis Eccleſiæ ſuæ, vivere non ſinitur: quod lucerna in Eccleſia Dei extinguitur, quod Eccleſia in his viris decollatur, mutilatur. Item cauſaliter ſic: *d* Juſtus perit, &c.] idest, pro juſtitia ſua, quam defendit, ut B. Thomas Cantuarienſis, *Matt.* 5. Beati, qui perſecutionem patiuntur propter juſtitiam, *Eccli.* 4. Pro juſtitia certa uſque ad mortem, & Deus expugnabit pro te inimicos tuos. Tertio, occaſionaliter ſic: Et eſt moralis lectio iſta. *d* Juſtus perit, &c.] idest, ex juſtitia ſua, dum ex ea male extollitur, & intumeſcit in ſuperbiam: ſicut Phariſæus, *Luc.* 18. Sequitur. *e* Et impius, &c.] Tripliciter comitative, idest, in ſua malitia perſeverans. Sic enim videmus quotidie, quod unus impius & pernicioſus vivit tamdiu, donec totam diœceſim ſuam exemplo ſuo corruperit, & calumniis atque exactionibus depauperaverit; donec vineam Naboth in hortum olerum commutaverit. 3. *Reg.* 21. Donec lapides quadros in lateres, & cedros ſublimes in ſycomoros commutaverit, *Iſa.* 9. Donec nidum Eccleſiæ pullis ſuis, idest, nepotulis & pueris repleverit. Tales Prælati multo tempore vivunt in ſua malitia, in Dei contumeliam, in Eccleſiæ ſubverſionem. Unde admiratur *Job* 21. Quare impii vivunt; ſublimati ſunt, conſortatique divitiis, ſemen eorum permanet coram eis, propinquorum turba, & nepotum in conſpectu eorum. Et poſt ſequitur. Ducunt in bonis dies ſuos, & in puncto ad infernum deſcendunt. Item cauſaliter. *e* Impius malo, &c.] idest, pro ſua malitia. Sicut enim Juſtus pro ſua juſtitia affligitur, & impugnatur ab iniquis; ita impius pro malitia ſua protegitur, & honoratur. *Job* 40. Protegunt umbræ umbram ejus, *Pſ.* 9. Dum ſuperbit impius, incenditur pauper, quoniam laudatur peccator in deſideriis animæ ſuæ, & iniquus benedicitur. Item occaſionaliter: *e* Impius multo, &c.] idest, ex ſua malitia, cujus dolor, & gravitas compulit eum ad quærendum Medicum: Et de hujuſmodi dicit *Pſ.* 15. Multiplicatæ ſunt infirmitates eorum, poſtea acceleraverunt. Et *Pſ.* 82. Imple facies eorum ignominia, & quærent nomen tuum, Domine.

Psalm. 19.

2. q. 7 cap. plerumque 23. q. 4. c. non poteſt De poenit. diſt. 1. c. ſerpens.

f Noli eſſe, &c.] idest, nimis, ut miſericordiam excludas, quia ſummum jus, ſumma eſt injuria, dicit *Gloſſ.* Talis multipliciter peccat. Primo, quia dum omnia vult † vindicare, purgatorium ſuperfluum facit, & futurum judicium. Unde dicit auctoritas. Si omnia hic † vindicarentur, locum divina judicia non haberent. Secundo, quia dum omnia in omnibus ulciſci attentat, omnibus ſe opponit, & omnes ſibi oppoſitos facit. Et hoc dicitur. *Geneſ.* 16. Hic erit ferus homo, manus ejus contra omnes, & manus omnium contra eum. Tertio, quia qui minima tanta ſolemnitate ac diſtrictione punit, quod in magnis criminibus vindicandis nimium eſſet, quaſi ſi pro occidendo pulice quis enſem evaginet, aut ſecurim exacuet. Quarto, quia diſciplinam juſtitiæ in carnificinam, & trucidationem convertit, & dum putrida reſecare intendit, etiam ſana atrociter cedit. De hujuſmodi dicitur *Proverb.* 30. Qui vehementer emungit, elicit ſanguinem. Talis homo ſimilis eſt ſtulto, qui audierat dici, quod Deus præceperat recte ambulare, & non deviare ad dexteram, vel ſiniſtram, & ideo quodcumque diſcrimen ei in via occurreret, volebat divertere, ſed muros & domos, & ſepes quacumque difficultate tranſcendente nitebatur: & aliquando ceſſabat a cepto itinere.

al. † judicare.

al. † judicarentur.

Talis homo non poterat ire per civitates diu, niſi multæ domus diruerentur. Sic nimis juſtus per viam juſtitiæ parum poteſt ambulare, & Eccleſias, in quibus converſatur, crebris ſcandalis & perturbationibus diruit & evertit. Item aſſimilatur homini proceræ ſtaturæ & duri corporis, qui in medio parvulorum, vel infirmorum, vel mulierum prægnantium ita impetuoſe incedit, ut alios impingat, alios premat, alios dejiciat, alios conculcet. De quo *Proverb.* 9. Quaſi tempeſtas tranſiens non erit impius. Item aſſimilatur homini ſtulto, qui per diverſa loca tranſiens, omnes lapides, quos non recte poſitos viderit, aliter conatur ordinare, & omnes claudos ad currendum recte compellere, & omnes luſcos recte aſpicere, & omnes dies, ac noctes ad æqualitatem reducere. Nimietas autem, ſive multitudo juſtitiæ, quæ hic inhibetur, in quatuor conſiſtit. Primum eſt, ſi miſericordiam abſorbeat, de quo *Proverb.* 12. Novit Juſtus animas jumentorum ſuorum: viſcera autem impiorum crudelia, *Jac.* 2. Judicium ſine miſericordia fiet illi, qui non fecerit miſericordiam. Secundum eſt, ſi poſſibilitatem excedat: ut ſimiles vellet vindicare in Regnum. De hoc *Eccli.* 4. Noli reſiſtere contra faciem Potentis, nec coneris contra ictum fluminis. Tertium, ſi menſuram peccati excedat. De hoc *Deuter.* 16 Juſte, quod juſtum eſt, exequeris. Item *in eodem* 25. Pro menſura peccati, erit & plagarum modus. Quartum eſt, ſi pœna vindictæ peccato ſanando non congruat. Sicut faciunt aliquando Epiſcopi, & Archidiaconi, qui peccata fornicationis in Sacerdotibus purgant pœna pecuniaria, ſicut ſtultus Medicus, qui pro malo digiti ſanando facit minutionem in oculis. Sequitur.

Nimietas juſtitiæ in quatuor conſiſtit.

g Neque plus, &c.] idest, non aliud deſideres ſcire, quam quod neceſſarium eſt ſcire, neque nimis etiam de neceſſariis inquiras, aut ſubtilius quam valeas. Et ita tria videntur hic inhibita, ſcilicet, curioſitas de impertinentibus. ſcrupuloſitas nimia de pertinentibus, nimia ſubtilitas de omnibus. Eſt ergo ſumma dicti. [Neque plus ſapias, quam neceſſe eſt,] idest, neque curioſitate, vel nimia ſcrupuloſitate, vel nimia ſubtilitate aliquid inquiras. *Rom.* 12. Non plus ſapere, quam oportet ſapere. *Eccli.* 3.

Altiora

Altiora te ne quæſieris. *Prov.* 25. Perſcrutator Majeſtatis opprimetur a gloria. *a* Ne obſtupeſcas,] ideſt, ne ita admireris omnia, ut a bono torpeſcas, quaſi dicat: in omni opere tuo tene modum. Vel, [ne obſtupeſcas,] ideſt, ſtupidus fias, ideſt, inſenſibilis, quod fit longa ſtipulatione peccati, ſicut nates aſinorum longa ſtimulatione inſenſibiles factæ ſunt; ita ut non ſentiant punctiones. Vel, ne obſtupeſcas,] id eſt, ne ſtupidus fias fructum immaturum comedendo, id-eſt, in hac vita delectationes, & quietem quærendo *Jer.* 31. omnis homo, qui comederit uvam acerbam, obſtupeſcent dentes ejus.

a Ne obſtupeſcas, *b* ne impie agas multum: *c* & noli eſſe ſtultus, *d* ne moriaris tempore non tuo. *e* Bonum eſt te ſuſtentare juſtum, *f* ſed & ab illo *g* ne ſubtrahas manum tuam: *h* quia qui Deum timet nihil negligit. k Sapientia *l* confortavit *m* Sapientem, ſuper *n* decem Principes civitatis. Non *o* eſt enim homo juſtus in terra, qui faciat bonum, & non peccet. *p* Sed & cunctis ſermonibus qui dicuntur,

b Ne impie agas multum,] ideſt, ne multiplices peccata; vel ne diu permaneas in peccato. *Ecc.* 17. Ne dormieris in errore impiorum, ante mortem confitere. Vel multum impie agit, qui peccata negligit *Prov.* 18. Impius cum venerit in profundum vitiorum, contemnit. Item multum impie agit, qui ſine pudore peccata committit. *Jerem.* 3. Frons meretricis facta eſt tibi, erubeſcere noluiſti. Item impie multum agit, qui peccata ſua publicat. *Iſa.* 3.

Peccatum ſuum quaſi Sodoma prædicaverunt, nec abſconderunt.

Item multum impie agit, qui correctionem odit. *Prov.* 29. Viro, qui corripientem ſe dura cervice contemnit, repentinus ei ſuperveniet interitus: & eum ſanitas non ſequetur. Vel ſic, & melius.

a Ne obſtupeſcas,] ideſt, ne ſtupido corde peccata aliorum videas, vel audias, ideſt, ne inſenſibilis ſine zelo, & compaſſione fias ad aliena peccata.

b Ne impie agas multum,] ideſt, ne, nimis ſevere, aut rigide arguas peccatores: ne dum ſanare intendis, vitam extinguas.

c Et noli eſſe ſtultus,] ideſt, ſtans altus per ſuperbiam, vel in his, quæ Dei ſunt ignarus.

d Ne moriaris in tempore non tuo,] ideſt, morte ſubita, vel immatura, ſicut Dathan & Abiron, quos vivos terra abſorbuit: *Num.* 26. De hoc dicit *Pſ.* 54. Viri ſanguinum, & doloſi non dimidiabunt dies ſuos.

e Bonum eſt te ſuſtentare juſtum,] corporaliter, & ſpiritualiter. *Eccl.* 4. & 12. Deſudet eleemoſyna in ſinu tuo, donec invenias Juſtum, cui des.

f Sed & ab illo,] ideſt, alio quamvis injuſto. *g* Ne ſubtrahas manum tuam,] ſed ſi potes, & ſufficis, omnibus ſubveni *Luc.* 6.

Omni petenti te tribue. *Galat.* 6. Dum tempus habemus operemur bonum ad omnes, maxime autem ad domeſticos fidei. Nec eſt contrarium, quod *Eccl.* 12. dicitur: Da bono, & non receperis peccatorem, benefac humili, & non dederis impio. Intelligitur enim impio, ideſt, impietati, Sicut ille, qui dat hiſtrionibus propter hiſtrionatum, non propter neceſſitatem. Unde *Jeron* Hiſtrionibus dare, nihil aliud eſt, quam Dæmonibus immolare Vel aliter: *e* Bonum eſt te ſuſtentare juſtum,] ideſt, frequenter ſuſtinere arguentem te, & corripientem, & flagellantem. *Pſal.* 140. Corripiet me Juſtus in miſericordia, &c *f* Sed &] propter hoc, qui te arguit & corripit, & flagellat, [ab illo ne ſubtrahas manum tuam,] ideſt, ſervitium, vel ſubſidium tuum, imo tanto ferventior eſſe debes in ejus exhibitione, quanto ille ſollicitior eſt in tui curatione.

h Quia qui Deum timet,] qui pluit ſuper bonos & malos. *Matt.* 5. *i* Nihil negligit,] ideſt, omnibus ſine reſpectu perſonarum benefacit, ideſt, generaliter omnibus indigentibus, vel ſine acceptione perſonæ, non attendens affectum carnis. Timor enim Dei ſollicitator eſt inſtantiſſimus, & cuſtos vigilantiſſimus, qui pigritiam & negligentiam inſtanti ſtimulatione excludit. Securitas mater eſt negligentiæ, ſicut

Diligentia in quatuor conſiſtit.

timor mater diligentiæ. Diligentia autem in quatuor conſiſtit, ſcilicet, in ſtudio, labore, ſumptu, tempore. Unde diligens eſt, qui iſta quatuor adhibet, prout magnitudo rei requirit. Negligens vero dicitur, qui unum iſtorum quatuor omittit. *Seneca*. Turpiſſima eſt jactura, quæ per negligentiam fit. *Jer.* 48. Maledictus, qui opus Dei facit negligenter. k Sapientia confortavit Sapientem,] poſſeſſorem ſuum. *n* Super decem Principes civitatis,] ideſt, plus quam omnes Principes mundi. Nomine enim denarii univerſitas deſignatur; quia ultimus numerus eſt. Unde *Job* 19. En decies confudiſtis me. Item nomine civitatis accipitur mundus, Unde *Oſee* 11. Deus ego & non homo, in medio tui ſanctus, & civitatem non ingrediar. Eſt ergo ſenſus ad litteram: [Sapientia confortavit ſapientem ſuper decem Principes civitatis,] ideſt, ſuper omnem fortitudinem mundi armatum; quia in omnibus periculis reddit intrepidum, quaſi dicat ſapiens ſis, non ſtultus; quia Sapientia melior eſt fortitudine corporali. Vel ſic ſecundum *Jeron.* *g* Ne ſubtrahas manum tuam,] ideſt non te excuſes paupertate ideſt, ſi non potes rebus, ſubveni Sapientia: Quia k Sapientia confortavit,] ideſt, fortem fecit. *m* Sapientem ſuper decem Principes civitatis,] ideſt, plus quam poſſent omnes divites mundi divitiis ſuis.

3. Reg. 8. 2. Paral. 6.

Myſtice.

Myſtice. k Sapientia,] increata; *l* Confortavit,] ideſt, fortem intus & exterius fecit.

m Sapientem,] ideſt, Chriſtum.

n Super decem Principes civitatis,] ideſt, ſuper omnes Angelos, qui civitati Eccleſiæ tanquam cuſtodes & auxiliatores præſunt. Et decem dicuntur; quia denarius numerus perfectus eſt. *Iſa. cap.* 62. Super muros tuos, Jeruſalem, conſtitui cuſtodes, tota die & tota nocte in perpetuum non tacebunt. Moraliter. Civitas eſt anima cujuslibet Juſti. Unde *Pſal.* 86.

Moraliter

Glorioſa dicta ſunt de te civitas Dei, ſcilicet, quod facta ſit ad imaginem & ſimilitudinem Dei. Decem Principes hujus civitatis ſunt decem vires animæ, ſive potentiæ ejus, ſcilicet, quinque ſenſus exteriores, & quinque vires interiores, ſcilicet, ſenſus communis, imaginatio, ratio, intellectus, memoria; Super iſtos decem Principes, Sapientia ſapientem confortavit; quia ipſa ſola illuminat intellectum ad cognitionem ſui, & accendit affectum ad amorem Dei. Ipſa ſcientia eſt æſtimandi res ſecundum valorem ſuum, & virtus ſaporandi res juxta ſaporem proprium. Unde qui Sapientiam habet, nunquam decipitur, quod non faciunt decem Principes prædicti, & ideo recte præfertur Sapientia decem Principibus civitatis; & etiam ut plus diligatur: & amiſſio ejus plus quam amiſſio alicujus eorum timeatur. Quod tamen multi non faciunt, ſed plus diligunt viſum, vel auditum, quam Sapientiam: & plus dolent de amiſſione unius oculi, quam Sapientiæ. Item Sapientia magis confortat hominem, quam decem Principes civitatis, ideſt, ipſe Chriſtus, qui eſt Sapientia, & virtus Dei Patris 1. *Cor.* 1. magis confortavit mundum redimendo ipſum, quam omnes Angeli, qui cuſtodiunt civitatem Dei, ideſt, Eccleſiam, vel quam cuncti ſapientes & Doctores mundi. Quod autem quilibet homo indigeat confortatione, oſtendit.

o Non eſt enim homo, &c.] ideſt, non eſt aliquis Juſtus in terra, cui iſta duo conveniant ſimul, ſcilicet, bonum facere & non peccare. Non peccare invenitur in parvulis; ſed non facere bonum; e converſo in adultis non invenitur non peccare, ſed facere bonum. Omnes enim peccaverunt, & egent gloria Dei *Rom.* 3. Et 1. *Jo.* 1. Si dixerimus, quoniam peccatum non habemus, ipſi nos ſeducimus; & veritas in nobis non eſt. In ſolo Chriſto & in Beata Virgine illa duo ſimul inveniri poterant.

p Sed & cunctis ſermonibus, qui dicuntur, &c.] Pernicioſum genus curioſitatis prohibet hic Salomon, ne, ſcilicet, quæ pernicioſe de nobis dicuntur, vel de aliis, inquiramus. Laudes enim, & vituperia noſtra gladius & ignis ſunt, quibus cor confoditur & uritur. Laus hominis ignis eſt. Unde *Prov.* 27. Quomodo probatur in conflatorio argentum, & in fornace aurum, ſic homo ore laudantium. Item gladius eſt. Unde *Pſ.* 54. Molliti ſunt ſermones ejus ſuper oleum, & ipſi ſunt jacula. Detractio ſimiliter gladius. Unde *Pro.* 25. Jaculum & gladius & ſagitta acuta, homo, qui loquitur contra proximum ſuum falſum teſtimonium. Item ignis eſt. Unde *Prov.* 16. In labiis impiis ignis ardeſcit. Rumores igitur, qui de nobis dicuntur, inquirere, nihil aliud eſt, quam ignibus & jaculis, quæ in nos trajici non poterant, ſponte ad comburendum, vel confodiendum ſe exponere Item inveſtigare quid de aliis dicatur, pene idem periculum habet: quoniam aliorum laus quandoq; nos urit invidia, & infamia eorum: quandoq; nos inquinat aut conſenſu aut placentia. Vacare ergo talibus, nihil aliud eſt, quam venena ſitire, & cyniphes, aut muſcas venari. Denique cum infamia fœtor ſit, & fama odor: qui talia perſcrutantur velut canes ſunt, qui omnia ſibi occurrentia olfaciunt, & ad ſingula nares ſuas applicant, & ideo non poteſt eſſe, quin ſæpe multa ſpurca incurrant. Ideo docet hic Salomon nares avertere a fœtore infamiæ, & ab odore laudis humanæ: Utrumque enim animam inficit & interficit. Sunt autem quatuor genera ſermonum

Periculum eſt quærere rumores.

Quatuor genera ſermonum fugienda ſunt.

monum

a ne accommodes cor tuum ne *b* forte audias ſervum tuum maledicentem tibi. *c* Scit enim conſcientia tua, quia & tu crebro maledixiſti aliis, *d* Cuncta *e* tentavi *f* in Sapientia. *g* Dixi *h* ſapiens efficiar: & *i* ipſa longius receſſit a me multo magis quam erat. Et *k* alta profunditas? *l* quis inveniet eam? *m* Luſtravi univerſa animo meo, ut *n* ſcirem, & conſiderarem, & † quærere *o* Sapientiam & *p* rationem: & ut *q* cognoſcerem impietatem ſtulti, & *r* errorem imprudentium. Et *ſ* inveni amariorem morte mulierem, *t* quæ la-

monum vitandorum, ſcil. otioſus qui ad minus tempus auſert & ſine culpa non eſt. Unde *Matt.* 12. De omni verbo otioſo, quod locuti fuerint homines, reddent rationem de ea in die judicii. Item ſpurcus, ſive turpis, qui audientes inquinat, & verecundiam paulatim turpit. Unde *Seneca.* Deſine turpe loqui, paulatim enim per verba deducitur. Item ſermo venenatus, ideſt ſermo laudis, vel detractionis, qui vulnerat ut gladius, & urit ſicut ignis, ſicut prænotatum eſt paulo ante. Quarto vitandus eſt ſermo blaſphemus, qui omnino ſubvertit, ut eſt hæreticorum ſuaſio 1. *Cor.* 15. Corrumpunt mores bonos colloquia prava. Hæc omnia per humilitatem maxime vitantur. Humilitas enim verba detractionis non curat, quia contemnit ſe contemni, imo gaudet.

Item verba adulationis non curat, quia non elevatur ad ventum. Unde *Eccl.* 27. Sapiens moratur in Sapientia ſicut Sol, qui ſemper quicquid dicatur de eo, curſum ſibi injunctum a Deo peragit inceſſanter: ita homo ſapiens & humilis: ſtultus vero mutatur, ut Luna: quia modo magnus, modo perverſus ſibi videtur, ſecundum quod a linguis hominum judicatur.

Sapiens igitur & humilis, ſi malum de ipſo dicatur, æſtimat illud dici ad bonum ſuum & ad vindictam peccati ſui. Sicut David cum malediceretur a Semei, 2. Reg. 16. dixit: Dimittite eum, ut maledicat mihi juxta præceptum Domini, ſi forte reſpiciat, &c. Dicit ergo Salomon [cunctis ſermonibus, qui dicuntur,] de te, vel de aliis in laudem, vel vituperium. *a* Ne accommodes, &c.] ad inquirendum quid dicitur, vel ad credendum, vel judicandum. Si enim accommodaveris, non reddent commodatum. Vel ſi reddunt, reddent non integrum, vel deterioratum. Ideo autem ne accommodes. *b* Ne forte audias, &c.] cujus maledictio profundius & periculoſius vulnerat.

Nam quanto magis hoſtis noſter eſt, qui maledicit, aut detrahit, tanto intolerabilior eſt detractio ejus. Unde *Pſ.* 54. Si inimicus meus maledixiſſet mihi, ſuſtinuiſſem utique, &c. Et ſi forte maledixerit tibi, debes ſuſtinere. *c* Scit enim conſcientia, &c.] Et ideo juſta pœna eſt, ut & tu maledicaris, quia per quæ peccat quis, per hæc & torquetur. *Sap.* 11. paratus ergo debet eſſe unuſquiſque indulgere maledicentibus; quia & ipſe ſimili indiget indulgentia. *d* Cuncta tentavi, &c.] Hic oſtendit Salomon, quod curioſi ſæpe nimis accenduntur in Sapientia inquirenda; & accidit, ut Sapientia tanto altius recedat, quanto profundius inquiritur. Unde *Pſ.* 63. Accedet homo ad cor altum, & exaltabitur Deus. Et *Cant.* 6. Averte oculos tuos: quia ipſi me avolare fecerunt. Dicit ergo, *d* Cuncta] in ſe, vel in ſuo genere. *e* Tentavi] experiendo, vel judicando. *f* In Sapientia] ideſt, ſapienter, ideſt, cum judicio, non præcipiti experientia. Vel *d* Cuncta tentavi in Sapientia,] quærenda, ideſt, ad quærendam Sapientiam. Vel [cuncta tentavi in Sapientia] ideſt, nihil intentatum reliqui in Sapientia. Vel ſic conſtrue. *d* Cuncta tentavi] ideſt, omnia expertus ſum, [in Sapientia]. *g* Dixi,] ideſt, humiliter & ſine recto ſapiendi hoc propoſui non cauſa jactantiæ, vel levitatis. Hoc ſcilicet. *h* Sapiens efficiar,] ideſt, pro poſſe meo acquiram Sapientiam. Vel ſic. Dixit, hoc ſcilicet, [in Sapientia ſapiens efficiar.] Hoc ideo dicit, quia multi in Sapientia ſtulti ſunt. Multæ enim litteræ multos faciunt inſanire, ſicut dixit Præſes Paulo, *Act.* 26. Ille ſtultus efficitur in Sapientia, quem ſcientia inflat, ut dicitur 1. *Cor.* 8. De hoc genere hominum dicitur 2. *Tim.* 3. Semper diſcentes & nunquam ad ſcientiam, &c. Multi in temporibus noſtris fenuerunt in hac ſacra ſcientia, qui in ea ſtulti facti ſunt, quia deteriores.

Et quantum ad eam acceſſerunt, tantum illa ab eis receſſit. Unde ſequitur. *i* Et ipſa longius receſſit a me, &c.] ante, id eſt, recedere viſa eſt, dum ejus altitudo mihi magis, & major innotuit. Unde dicit *Inter.* Quanto ad Sapientiam accedis, tanto a te recedit, ideſt, altiorem ſe oſtendit. Accidit enim in ea, ut dicit *Aug.* quod ipſamet continet, & dicitur *Eccli.* 18. Cum conſummaverit homo, tunc incipit. k Et alta profunditas ejus, magis quam mihi apparuit. *l* Quis inveniet eam?] quaſi dicat nullus in hac vita. Et hoc eſt, quod dicitat *Eccl.* 1. Arenam maris & pluviæ guttas & dies ſæculi quis dinumerat? Altitudinem cœli & latitudinem terræ & profundum abyſſi quis dimenſus eſt? Sapientiam Dei præcedentem omnia quis inveſtigabit? quaſi dicit nullus. Tamen eodem *inf.* determinat Eccleſiaſticus, qualis poteſt Sapientiam obtinere a Deo, ubi dicit. Fili, concupiſcens Sapientiam, conſerva juſtitiam; & Deus præbebit illam tibi. Ideo autem dicitur, [alta profunditas,] quia deſcendendo per humilitatem ad illam pervenitur, & aſcendendo per elongationem, & contemptum terrenorum. Et ideo dicitur; quis inveniet eam, quaſi dicat quis eo uſque deſcendet per humilitatem infra ſe, ut attingat ejus profunditatem: & quis eo uſque aſcendet ſuper ſe ſibi ſuppeditans omnia terrena, ut pertingat ejus altitudinem? Propterea dicit Sapientia de ſeipſa. *Eccl.* 24. Ego in altiſſimis habito, &c. Et *Baruc.* 3. Dicitur de Sapientia. Quis aſcendit in cœlum & accepit eam, & deduxit eam de nubibus? *m* Luſtravi univerſa, &c.] ideſt, ſagaci cogitatione. D

al. † non habet quærerem.

n Ut ſcirem, & conſiderarem,] ideſt, per conſiderationem creaturarum cognoſcerem. *o* Sapientiam,] occultorum & principiorum. Nam de occultis trahitur Sapientia, ut dicitur *Job.* 28. *p* Et rationem,] ideſt, cautam ad probationem, Vel [Sapientiam,] Sanctorum, quæ per revelationem eſt. [Et rationem,] humanam, quæ per inquiſitionem eſt. Vel [Sapientiam & rationem,] ideſt, rationabilem Sapientiam, non putativam, non phantaſticam. Vel, [Sapientiam & rationem,] ideſt, Sapientiam, qua rationabilis & ſapiens eſſem, non dives aut magnus. *q* Et ut cognoſcerem, &c.] ideſt, inſipientiam impii, vel hæretici, qui de Deo judicat ſecundum ſenſum proprium.

Error ſtultorum circa quatuor conſiſtit.

Et conſiſtit in tribus hæc impietas, hoc eſt in infidelitate, qua de Deo impie ſentit; & idololatria, qua creaturæ Creatoris obſequium impendit; & apoſtaſia, qua a fide & cultu & lege Dei ſuſceptis recedit. *r* Et errorem, &c.] quem noſſe magna ſapientia eſt. De quo quatuor cognoſcenda ſunt.

Primum, quia error eorum de ipſa rerum ſubſtantia eſt, dum credunt veritatem eſſe, quod phantaſma eſt; aut ſolidum, quod vanitas. Secundum de rerum qualitate, dum credunt bonum malum, & malum bonum, ſicut legitur *Iſ.* 5. Tertium de quantitate, dum credunt magna eſſe, quæ modica ſunt, & e converſo. Quartum de ipſa rerum poſſeſſione, dum poſſidere ſe credunt res, & ipſi poſſidentur ab eis. Et iſta quatuor etiam incipientes, & novitii in Sapientia cognoſcunt. Ceterum cognoſcendum eſt, quod pro iſtis vita æterna amittitur. *ſ* Et inveni, &c.] corporali, [mulierem,] quia cum mors tantum ſeparet animam a corpore, mulier ſeparat Deum ab anima; & ita aufert ab anima dulcedinem vitæ ſpiritualis, quæ in infinitum major eſt dulcedine corporali, quæ per mortem aufertur; & ita amarior eſt mulier morte. Præterea, amaritudo mortis momentanea eſt; amaritudo mulieris æterna, & ideo major. *t* Quæ laqueus venatorum eſt,] ideſt, Dæmonum, qui venantur animas hominum ad mortem.

Hunc laqueum tendunt Dæmones ad capiendas animas inſipientium, unicuique mulierem præparant & exornant, *A* ideſt, exornari & præparari

Myſtice.

Myſtice *ſ* Et inveni, &c.] Mulier morte amarior eſt cœtus hæreticorum, vel quorumlibet malorum, qui recte laqueus venatorum ſunt, ideſt, Dæmonum, quia blanditiis & fallaciis & ſuggeſtionibus irretiunt, & involvunt incautos. Gladii etiam & ſagittæ Dæmonum, dum perſecutionibus & afflictionibus corporaliter inſequuntur.

B a Sagena etiam Diaboli

Moraliter.

Moraliter. *ſ* Et inveni amariorem morte mulierem,] Mulier morte amarior eſt carnalis voluptas, mundi cupiditas, ſcientia ſæcularis, dignitatum ambitio, quæ facilius decipit, & effeminat, & emollit, etiam fortiſſimos. Eſt & inanis gloria, quæ, ut dicit *Greg.* & non quæſita delectat, & oblatam quis reſpuit? Quicquid habent alia vitia, hoc habet iſtud per excellentiam, Emollit heros, effeminat viriles, robur mentis annihilat, Sponſam Dei, ideſt, animam Juſti viliſſime proſtituit pretio vaniſſimæ laudis. De hac dicit *Aug.* Cum cetera vitia in malis operibus exerceantur, ut fiant; ſola ſuperbia etiam bonis operibus inſidiatur, ut pereant. Cum enim vir juſtus de bono opere gloriatur, perit ſibi opus. Et ideo recte tineæ comparatur, quia ſicut tinea de veſtimento naſcitur & poſtea comedit illud; ita inanis gloria de bono opere oritur & devorat illud. Unde *Ec.* 42. De veſtimento procedit tinea, & a muliere iniquitas viri. De hac nequiſſima muliere

* recte dicitur:

Digitized by Google

a ideſt, exornati & præparari, & oſtentari procurant. Nec una mulier unus laqueus: imo quot membra, vel membrorum ornamenta habet, tot laqueos habet, ita ut a planta pedis uſque ad verticem non ſit in ea videre, niſi laqueos. De hoc dicitur *Judith* 10. Lavit Judith corpus ſuum, & unxit ſe Myrrho optimo, & diſcriminavit crinem capitis ſui, & impoſuit mitram ſuper caput ſuum, & induit ſe veſtimentis jucunditatis
al. † vero. ſuæ: induitque ſandalia pedibus ſuis, aſſumpſitque dextrariola & lilia & inaures & annulos, & omnibus ornamentis ſuis ornavit ſe, ad capiendum Holofernem
al. † ad. per oculos. Et ſic factum eſt, & ſæpe fit Pariſiis.

queus venatorum eſt, & a ſagena cor ejus. b Vincula ſunt manus ejus. Qui c placet Deo, d effugiet illam: e qui † autem peccator eſt f capietur ab illa, g Ecce hoc inveni, dixit h Eccleſiaſtes, unum † i & alterum, k ut invenirem l rationem, quam m adhuc quærit anima mea, & non invenit. Virum n de mille unum reperi; o mulierem ex omnibus non inveni. p Solummodo hoc inveni, quod fecerit Deus hominem rectum. Et q ipſe ſe r infinitis miſcuerit quæſtionibus. ſ Quis talis, ut Sapiens eſt?

a Sagena cor ejus,] quia omnes capit, magnos & parvos indifferenter. *Ezech.* 16. Expoſuiſti fornicationem tuam omni tranſeunti, ut ejus fieres. Ideo autem dicit: Sagena cor ejus,] & non ipſa, quia ſicut ſagena totum fluvium occupat & nullus piſcis effugit; ſic cor mulieris totum vicum, vel civitatem, vel regionem, in qua habitat, occupat, & omnes capit voluntate, & deſiderio, licet multi effugiant ipſam; nullus tamen effugit cor ejus. b Vincula ſunt, &c.] Unde quemcumque mulier amplectitur: non amplexus, ſed captivus & vinculatus potius debet dici. c Qui placet Deo,] placito prædeſtinationis. d Effugiet illam,] mulierem. e Qui autem peccator eſt,] ideſt, qui peccatis ſuis diſpliſcibile Deo reddidit. f Capietur ab illa,] quaſi dicat, Salomon, de beneplacito Dei eſt, quod quis effugit mulierem, non de viribus ſuis: & de peccatis propriis eſt, non a Deo, quod quis capiatur ab ea. Talis enim factus eſt unuſquiſque, ut niſi velit, non capiatur ab hoſte. Unde dicunt Dæmones animæ fideli: Incurvare, ut tranſeamus. *Iſa.* 51. Sed ego unum argumentum hic facio: Qui placet Deo, effugiet mulierem: ergo qui non fugit illam, ſed quærit familiaritatem & conſortium ejus, non placet Deo. *Prov.* 23. Fovea profunda os alienæ, cui iratus eſt Dominus incidit in eam.

Myſtice. ❶ a Sagena,] etiam Diaboli eſt cor eorum, quia voluntate, & deſiderio omnes capiuntur. b Vincula,] etiam Diaboli, [ſunt manus eorum,] ideſt, opera dicit *Interlin* quia ipſimet vinciuntur in primis, qui funibus peccatorum ſuorum quiſque conſtringitur. *Prov.* 5. Deinde ſpecie ſanctitatis exterioris ſimplices ligant, & ſibi aſſociant in errorem. Cetera non mutantur.

* recte dicitur. c Qui placet, &c.] ideſt, qui non ſtudet
Pſal. 52. placere hominibus, ſed ſoli Deo. Confuſi enim ſunt, qui hominibus placent: quoniam Deus ſprevit illos. Unde *Apoſt Galat.* 1. Ego autem ſi hominibus placerem, Chriſti ſervus non eſſem. Sequitur. g Ecce hoc inveni,] ſcilicet, quod mulier eſt amarior morte, & initium omnis mali, & laqueus Dæmonum, quod revera magnum
al. † in eventu. eſt † inventu, & etiam cogitatu; Aliter de inventione ejus non jactaret vir prophetico ſpiritu plenus. h Dixit Eccleſiaſtes,] ideſt, Concionator, qui ſapienter omnia inveſtigat. i Unum ad alterum,] vel unum ad unum,] ſecundum *Jeron.* ſupple, tantum inveni, quaſi dicat, inveni, quod peccatum peccato additur, donec grandis fiat congeries peccatorum. Peccatum enim, quod mox per pœnitentiam non diluitur, ſuo pondere ad aliud trahit, dicit *Greg.* Vel ſic conjunge litteram: [Ecce hoc inveni dixit Eccleſiaſtes.] Et quid [unum & alterum.] Unum, ideſt, mulierem eſſe morte amariorem. Et alterum, quod poſtea dicet, ſcilicet, quod fecerit Deus hominem rectum. Vel ſic conſtrue: [Ecce hoc inveni, dixit Eccleſiaſtes: unum ad unum,] ideſt, unum contra unum, ſecundum quod legitur *Eccli.* 42. Omnia duplicia, unum contra unum: ut frigidum contra calidum, & ſic de aliis. Vel ſic [Ecce hoc inveni, dixit Eccleſiaſtes] ſcilicet, unum ad alterum,] ideſt, quod unum ſimile, currit ad aliud ſimile, ſecundum quod legitur *Eccli.* 13. Omnis caro ad ſimilem ſibi conjungitur: & omnis homo ſimili ſibi ſociabitur. Item [inveni unum ad unum] accumulari, ſcilicet, unam præbendam ad alteram: unum honorem ad alterum: unam ſcientiam ad alteram: unam domum ad alteram *Iſa.* 5. Væ qui conjungitis domum ad domum: & agrum agro copulatis. Multo fortius væ qui conjungitis præbendam præbendæ: & Eccleſiam Eccleſiæ: & dignitatem dignitati *Baruch.* 3. Non eſt finis acquiſitionis eorum, qui argentum fabricant, ideſt, ſacra eloquia exponunt, & ſolliciti ſunt, nec eſt inventio operum illorum. Vel ſic & melius conjunge litteram: [Ecce hoc inveni, dixi Eccleſiaſtes, ſcilicet, unum ad unum,] ideſt, unum juxta unum, quod jam dixi, ſcilicet, mulierem morte amariorem: & juxta hoc, & poſt hoc alterum unum, ſcil. virum unum de mille. Melius mihi videtur ſic eſſe intelligendum. g Ecce hoc, &c.] cui, ſcilicet, experto credendum eſt. i Unum ad alterum, ideſt, ſingillatim, omnia perſcrutando & diſcutiendo. Et hoc. k Ut invenirem,] ſic perſcrutando omnia. l Rationem,] cujuſlibet rei, vel diſcretionem inter homines, & inter eorum mores; ut ſcirem, quis perfecte bonus eſt. m Quam adhuc, &c.] rationem hanc. n Virum de mille, &c.] bonum, ſcilicet. Iſtud ad litteram intelligunt quidam de Loth in Sodomis, ubi nec uxor ejus bona inventa eſt. *Gloſſ.* ſic intelligit. [Virum de mille unum reperi,] ideſt, inter omnes homines paucos bonos inveni, ita quod in mille vix unum virum, ideſt, virilem hominem inveni: Mulierem vero omnino non inveni bonam, imo omnes invenit Salomon malas, quia turpiter ſeduxerunt eum, ut legitur 3. *Reg.* 11. *Eccli.* 47. [Myſtice] *Myſtice.* exponitur hoc de Chriſto, qui ſolus extra illam univerſitatem eſt: qua dicitur *Rom.* 3. Omnes peccaverunt, & egent gloria Dei. Et *Jacob* 3. In multis offendimus omnes. Unde *Pſ.* 13. & 52. Non eſt, qui faciat bonum, non eſt uſque ad unum, ſcilicet, Chriſtum, qui omnino peccatum non fecit, nec etiam habuit. Dicit ergo. n Virum de mille, &c.] ſcil. *1. Pet. 2.* Chriſtum, qui caput eſt omnium bonorum & ſuper omnes bonos, quod ſignificatur, per millenarium, qui perfectus eſt numerus. Unde dicit Sponſa, *Cant.* 5. Dilectus meus candidus, & rubicundus, electus ex millibus. o Mulierem vero, &c.] quæ aliquid muliebritatis non haberet ſaltem *Hoc non tenetur modo ab Eccleſia.* originaliter. Etiam Beata Virgo originale habuit: propter quod ejus conceptio non celebratur: tamen qui celebrant debent habere reſpectum ad ſanctificationem ejus, qua ſanctificata fuit in utero matris ſuæ.

[Moraliter,] ut dicit quædam *Interl.* per virum intel- *Moraliter.* ligitur ratio virilis: per mulierem ſenſualitas. Inter omnes ſenſualitas invenitur bona, quia caro concupiſcit adverſus ſpiritum: *Gal* 5. Ratio autem virilis aliquando invenitur, ſed raro. Et hoc vult dicere Salomon per hæc verba. [Virum de mille unum reperi, &c. Sed ne videretur Salomon damnare humanam naturam, & auctorem ejus cauſari: ideo ſubdit. p Solummodo hoc, &c.] ideſt, erectum naturaliter ad cœlum, & interius & exterius. Figura enim corporis atteſtatur rectitudini mentis: unde ſicut incurvatio corporis contra naturam humanæ mentis eſt. In prima conditione fecit Deus hominem rectum. q Et ipſe, &c.] ideſt, inſeparabiliter ſe immiſit per liberum arbitrium, in quo factus eſt. r Infinitis miſcuerit quæſtionibus,] ideſt, inſcibilibus in hac vita. Multa enim quęrunt homines ſcire, quę non conceduntur eis ſcire in hac vita [Vel infinitis quęſtionibus,] ideſt, innumerabilibus curis & ſollicitudinibus & concupiſcentiis, quæ quæſtiones dicuntur; quia homines talia quęrunt, vel quia de his quæretur ratio in futuro, & oportebit illis quęſtionibus reſpondere omnes, qui modo infinitis quæſtionibus ſe immiſcent. Unde *infr ult.* Cuncta, quæ fiunt, adducet Deus in judicium pro omni errato, ſive bonum, ſive malum. Ideo etiam dicit, quod Deus fecit hominem rectum, ipſe autem ſe immiſcuit infinitis quęſtionibus, ut oſtendat, quod rectitudo humana divinæ bonitatis opus eſt, incurvatio vero abuſus humanæ libertatis. Unde *Eccli* 15. Deus ab initio conſtituit hominem & dereliquit eum in manu conſilii ſui. Sequitur. ſ Quis talis, &c. ideſt, Salomon, vel Chriſtus, quorum uterque antonomaſtice Sapiens dicitur, quaſi dicat, quis eſt ſimilis Sapienti. [Vel, quis talis] ideſt, tam commendabilis [ut Sapiens eſt] quaſi dicat, nullus commendabilis eſt, ut Sapiens: quaſi dicat, inter omnia facit Sapientia hominem commendabilem. Vel poteſt intelligi relative hæc dictio talis, & refertur ad hoc, quod dictum eſt: Fecit Deus hominem rectum. Et eſt ſenſus: [Quis talis, ideſt, rectus,] ut Sapiens q. d. nullus, niſi Sapiens, & per hoc vult dicere, quod ſolus Sapiens rectus eſt. Et hoc verum eſt, quia ſola Sapientia cognoſcit & ſapit res, prout ſunt: & ideo mentem humanam elevat ad Deum qui eſt finis, & quies ejus, ab ipſis creaturis, quæ tantum via ſunt ad ipſum,

a Et quis

a Et quis novit, &c.] divini? ideſt totius ſacri eloquii, cujus ſolutio eſt ejus explicatio. Et ſimilis quæſtio Apoc. 5. quis eſt dignus accipere librum, & ſolvere ſignacula ejus? Vel [verbi,] quo in judicio ſumus interrogandi. De quo dicitur Sap. 6. Qui cuſtodierint juſtitiam, juſte judicabuntur, & qui didicerint juſta, invenient quid reſpondeant. Vel generaliter, [verbi,] cujuſcumque dubii, quaſi dicat, quis novit ſolutionem verbi, ideſt, quis novit reſpondere ad omne quare? Et laudat ſe indirecte Salomon, ut dicit quædam Gloſſ.

al. † cognovit.

Et a quis † novit ſolutionem verbi?

CAP. VIII.

b SApientia hominis c lucet in vultu ejus, & d potentiſſimus e faciem illius commutavit. f Ego g os Regis h obſervo, & i præcepta juramenti Dei.

A

EXPOSITIO CAPUT VIII.

SApientia hominis.] Dixerat Salomon ſup. vix bonum hominem inveniri poſſe, quamvis Deus eum bonum & rectum fecerit. Nunc determinat, quæ bona ei Deus dedit, ſcilicet, ſapientiam, rationem, arcanorum cognitionem, & in tantum, ut etiam foris reluceat ſplendor ejus. Et hoc eſt. b Sapientia hominis] qua diſcernit actus ſuos. c Lucet in vultu ejus,] ideſt, apparet in operibus ejus. Nam ſicut homo cognoſcitur in vultu, ita ſapientia in operibus. Unde Matth. 7. A fructibus eorum cognoſcetis eos. Vel ſic. b Sapientia hominis lucet in vultu ejus,] ideſt, in facie. Nam per ſigna exteriora ſæpe dignoſcitur diſpoſitio mentis. Unde Eccli. 19. Amictus corporis, & riſus dentium, & ingreſſus hominis enunciant de eo. Exterior enim compoſitio, ſi decora ſit, velut radius quidam de luce Sapientiæ foris emicat & reſplendet, totam faciem immutans. Unde Eccli. 13. Cor hominis immutat faciem ejus. Prov. 17. in facie prudentis lucet Sapientia. Vel aliter.

b Sapientia hominis lucet in vultu ejus,] ideſt, relucet, quia vultum ſuum verſum habet ad lucem Sapientiæ, ſicut ad ſpeculum. Unde ſicut ſplendor ſpeculi exterſi & politi relucet in facie verſa ad ipſum; ſic ſplendor ſapientiæ relucet in facie ſapientis; quia verſa eſt ad ipſam. Sed ſtultus dorſum habet ad illam, & ideo in eo non relucet. Vel aliter. b Sapientia hominis lucet in vultu ejus,] ideſt, in anterioribus ejus, ideſt, in ſpiritualibus, quæ anteriora ſunt. Propter hoc dicitur ſponſa. Cant. 6. pulchra ut Luna, quia Luna pulchritudinem habet in anteriori parte: ſtulti vero ſapientia lucet in dorſo ejus, ideſt, in poſterioribus, ideſt, in eis quæ mundi ſunt. Unde Jer. 4. Sapientes ſunt, ut faciant malum; bene autem facere neſcierunt. Et mirum eſt, quod hodie ad laudem cujuslibet dicitur, quod ſit prudens & ſapiens, cum dorſum habeat lucidam & faciem tenebroſam, hoc eſt, cum ſapiens eſt in temporalibus, & de ſpiritualibus nihil novit, & quaſi noctiluca, quæ non habet lucem, niſi in poſteriori, & tantum de nocte lucet. De hoc dicitur Luc. 16. Sapientiores ſunt filii hujus ſæculi filiis lucis in generationibus ſuis. d Et potentiſſimus,] ideſt, Deus. e Faciem illius commutavit,] ut de malo fieret bonus. Et ideo dicit, [potentiſſimus,] quia hæc mutatio ab Omnipotente eſt. Eſt autem triplex mutatio, de qua intelligitur hæc auctoritas. Prima eſt converſionis, qua Deus hominem a poſterioribus ad anteriora convertit, hoc eſt, ab amore temporalium ad deſiderium æternorum. Sic fuit converſus Apoſtolus. Philip 3. cum dixit. Quæ retro ſunt obliviſcens, ad ea, quæ priora ſunt extendens meipſum ad deſtinatum perſequor bravium. Hæc eſt ſtatura recti hominis, quam facit gratia, ut legitur Luc. 23. quod Jeſus mulierem inclinatam quæ nec ſurſum poterat aſpicere, manus impoſitione ſanavit. Sed contrariam converſionem, ſcilicet, ab anterioribus ad poſteriora facit peccatum. Et de hoc dicitur Jerem. 7. Abierunt in voluptatibus ſuis & pravitate cordis ſui mali, facti ſunt retrorſum & non in ante. Secunda eſt alterationis, qua facies hominis a deformi convertitur ad formatum, ut ſit mulier amicta Sole. Apoc. 12. contrariam mutationem facit malitia. Unde Jerem. 2.

Triplex mutatio.

Arguet te malitia tua, & averſio tua increpabit te. Tertia eſt meliorationis, qua a debilitate mutatur in fortitudinem. Et de hac dicitur Iſa. 40. Qui ſperant in Domino, mutabunt fortitudinem. Prima mutatio eſt incipientium, ſecunda proficientium, tertia perſeverantium. Et de qualibet iſtarum dicit Pſ. 76. Hæc mutatio dexteræ Excelſi. Tandem erit quarta mutatio, qua mutabitur gratia in gloriam, abſorpta omni miſeria & imperfectione. De qua dicitur 1. Cor. 15. Canet enim tuba & mortui reſurgent incorrupti, & nos immutabimur. Hæc mutatio eſt pervenientium. f Ego os Regis obſervo, & præcepta juramenti Dei,] Os Regis obſervat, qui totius vitæ ſuæ ex ore regio regulam expectat. Et poteſt intelligi Rex Deus Pater, & os ejus Chriſtus Dominus. Unde Sponſa, Cant. 5. Oſculetur me oſculo oris ſui. Vel Rex intelligitur Chriſtus Dominus, de quo Pſ. 71. Deus judicium tuum Regi da, & juſtitiam tuam filio Regis. Qui ore proprio Evangelium prædicavit. Matth. 5.

Aperiens Jeſus os ſuum docebat eos dicens: Beati pauperes ſpiritu, &c. Præcepta juramenti Dei ſunt præcepta Evangelii, quæ firma & immobilia ſunt, ut juramentum. Dicit ergo Salomon, ut te ad idem provocet. f Ego,] qui tam ſapiens & tantus ſum. h Obſervo,] ideſt, perfecte ſervo. g Os Regis,] ideſt, verba Chriſti, quæ locutus eſt ore proprio. i Et præcepta juramenti Dei,] ideſt, præcepta Evangelica firma, & immobilia. Unde Matth. 5. Amen quippe dico vobis, donec tranſeat cœlum & terra, jota unum, aut unus apex non præteribit a lege, donec omnia fiant. Vel ſic. f Ego os Regis,] ideſt Chriſti. h Obſervo] quaſi expectans ſententiam diffinitivam, aut pro me, aut contra me. Et interim ne contra me detur ſententia, tunc modo.

i Præcepta juramenti Dei obſervo,] ideſt, ad faciendum ſervo. Ecce quomodo Salomon in conſpectu Dei, ſive Chriſti judicantis ſe ſtatuerat quaſi jam judicandus. Et dicit ſe os Regis obſervare, ideſt illud ſolum attendere, & curare, & ora aliorum de ſe male judicantium non curare. Sic etiam faciebat Apoſtolus 1. Cor. 4. Mihi autem pro minimo eſt, ut a vobis judicer, aut ab humano die, ſed neque meipſum judico; qui autem judicat me, Dominus eſt, quaſi dicat, alii ora ſervorum attendant & obſervent, & ſententias detractorum timeant, aut adulantium ſententias ament, & magnis ſumptibus emant, [Ego,] autem, [os Regis obſervo,] de aliis utrum ſuperius vel inferius intonent non curo. Vel ideo. f Os Regis obſervo,] ut quicquid ex eo proceſſerit, intelligam, & faciam. i Et præcepta juramenti Dei,] ideſt, præcepta, quæ dicuntur juramentum, quia firma & immutabilia. Vel quia quaſi jurati Deo debemus illa cuſtodire: ſicut Propheta, qui dicebat Pſ. 118. Juravi & ſtatui cuſtodire judicia juſtitiæ tuæ. Vel quia Deus obſervatoribus eorum juravit reddere mercedem æternam, & tranſgreſſoribus æternam infligere pœnam. Unde Pſ. 88. Non profanabo teſtamentum meum, & quæ procedunt de labiis meis, non faciam irrita. Iſtud os monebat obſervare Joannes, Apoc. 1. cum dixit: Vidi ſeptem candelabra aurea, & in medio ſimilem filio hominis veſtitum podere, & præcinctum ad mammilla zona aurea. Caput autem ejus, & capilli erant candidi tanquam lana alba, & tanquam nix, & oculi ejus velut flamma ignis, & pedes ejus ſimiles aurichalco ſicut in camino ardenti: Et vox illius tanquam vox aquarum multarum, & habebat in dextera ſua ſtellas ſeptem. Et de ore ejus gladius acutus ex utraque parte exibat, & facies ejus ſicut Sol lucet, in virtute ſua. Aliter. Alii obſervant ſtellas, alii ſomnia, alii auguria, ut ex his vitæ ſuæ, vel gloriæ conſulant. [Ego,] vero [os Regis obſervo,] ideſt Sacram Scripturam, per quam mihi omne, quod neceſſarium, & ſalutare eſt, loquitur Deus, qui eſt Rex Regum. De hoc Iſa 8. Nunquid populus a Deo ſuo requiret viſionem pro vivis a mortuis, vel ac mortuis. Et tunc aliter exponitur, ad legem & teſtimonium magis, ſupple, recurret. Alioquin male accidet ei. Unde Iſ. 30. Væ filii deſertores, dicit Dominus, ut faceretis conſilium, & non ex me: & ordiremini telam, & non per ſpiritum meum: ut adderetis peccatum peccato, qui ambulatis, ut deſcendatis in Ægyptum, & os meum, ideſt, ſacram Scripturam, non interrogaſtis. Vel aliter. f Ego os Regis obſervo,] debito honore & reverentia, humiliter audiens quæcumque ex eo procedunt, & nihil contrarium ſentire præſumo. Vel, [os Regis,] dicuntur Prædicatores. Unde Jerem. 15. Si ſeparaveris pretioſum a vili, quaſi os meum eris. Et eſt ſenſus, [Ego os Regis obſervo,] ideſt, quicquid dixerint Prædicatores faciendum, facio. Et hoc eſt, quod dicitur Matt. 23. ſuper cathedram Moyſi ſederunt Scribæ, & Phariſæi. Omnia ergo quæcumque dixerint vobis, ſervate & facite; ſecundum vero opera eorum nolite facere. Poſſet hoc exponi ad litteram de Salomone ſub hoc ſenſu. f Ego os Regis obſervo,] ideſt, os meum, quod eſt os regium, ut non aliud loquatur, quam Regem deceat. Siquidem Regem non alia verba decent, quam lenitatis, & clementiæ & juſtitiæ. Iſa. 32.

Fraudu-

> *a* Ne feſtines recedere a facie ejus, *b* neque permaneas in opere malo, *c* quia omne, quod voluerit, faciet: *d* & ſermo illius poteſtate plenus eſt. *e* Nec dicere ei quiſquam poteſt, quare ita facis? *f* Qui cuſtodit *g* præceptum, non *h* experietur quicquam mali. *i* Tempus & k reſponſionem *l* cor Sapientis intelligit. Omni *m* negotio tempus eſt, &

Fraudulenti vaſa peſſima ſunt, ipſe enim cogitationes concinnat ad perdendos mites in ſermone mendacii, cum loquatur pauper judicium; princeps vero eo, quæ ſunt digna Principe cogitabit, & ipſe ſuper Duces ſtabit. *a* Ne feſtines recedere a facie ejus,] ideſt, a voluntate ejus, qui non deſerit, niſi deſeratur. Benigniſſimus enim Jeſus primus eſt in adventu, & ultimus in receſſu, ut dicit *B. Dionyſ.* Et ſi forte receſſeris per peccatum, debes ſtatim redire per pœnitentiam, & hoc eſt, quod ſequitur. *b* Neque permaneas in opere malo,] ſicut multi, qui donec ſenes fuerint, nolunt redire de peccatis ad Dominum per pœnitentiam.

Dupin d. 14. qua re vis. Quibus dicitur. *Eccli.* 5. Non tardes converti ad Dominum, & ne differas de die in diem, ſubito enim, &c. Et quidam dixit. *Non eſt, crede mihi, Sapientis dicere, vivam: Sera nimis vita eſt craſtina: vive hodie.* Unde *Prov.* 27. Ne glorieris in craſtinum, ignorans quid ſuperventura pariat dies. *Qui non eſt hodie, cras minus aptus erit*, ad litteram autem ante faciem Dei eſt, qui orat, vel contemplatur. *Ovidius de remedio amoris.* A quo loco nonnulli feſtinant recedere ſicut latro de carcere. Contra illos dicitur. *a* Ne feſtines recedere a facie ejus,] ideſt, a loco orationis vel pſalmodiæ, vel contemplationis. Item ante faciem Dei ſunt qui ſacram lectionem, & prædicationem audiunt. A quo loco multi feſtinant, quam cito poſſunt recedere, de facili, & cito fatigantur, & quaſi excommunicatum Dominum reputant, cujus allocutionem tanta feſtinatione declinant. Contra iſtos etiam dicitur. [Ne feſtines recedere a facie ejus.] Item ante faciem Dei ſunt, qui ei ſerviunt, ac miniſtrant. Sicut Raphael. *Tob.* 12. Ego ſum Raphael unus de ſeptem, qui aſtamus ante Dominum. A facie igitur Dei feſtinat recedere, qui ab ejus ſervitio & miniſterio, feſtinat recedere. Quod multis modis contingit fieri.

Quidam enim præpropere ante expletionem operis mercedem expetunt, & ante victoriam coronam. De quibus dicitur *Eccli.* 20.

Hodie fœneratur quis, & cras expetit, & odibilis eſt homo hujuſmodi. Talibus dicit *Pſ.* 26. Expecta Dominum: viriliter age: & confortetur cor tuum: & ſuſtine Dominum. *Eccli.* 2. Ne feſtines tempore obductionis, ſuſtine ſuſtentationes Dei. Et *Matth.* 20. dicitur: Cum ſero factum eſſet, dixit Dominus vineæ procuratori ſuo: Voca operarios, & redde illis mercedem ſuam. Alii feſtinant ſtimulati moleſtiis, & agitati impatientia. Quibus dicitur *Eccli.* 2. fili, accedens ad ſervitutem Dei, ſta in juſtitia, & timore. Tertii nimis agiles ſunt, quia nec inſultum ſuggeſtionis expectant, ſed ſponte recedunt, & inviti trahuntur ad locum orationis, quaſi timeant, ne Eccleſia cadat ſuper eos. Contra quos dicitur *Luc.* 2. quod Anna prophetiſſa filia Phanuel, quæ interpretatur contemplans Deum, vel facies Dei, non diſcedebat a templo; jejuniis, & obſecrationibus ſerviens die, ac nocte *Eccli.* 14 Sta in ſorte propoſitionis, & orationis altiſſimi Dei, in partes vade ſæculi ſancti. Et quia qui ſic feſtinant recedere a facie Dei, de facili corruunt in peccatum, quod eſt quaſi laqueus, & cloaca Diaboli; Ideo ſequitur. *b* Neque permaneas in opere malo, *Eccli.* 17. Ne demoreris in errore impiorum, ante mortem confitere. *c* Quia omne, quod voluerit,] Deus [faciet,] ſive de remunerando bonos, & feſtinantes, ac currentes ad ipſum; ſive de puniendo moroſos, & contumaces. *Pſ.* 134. Omnia quæcumque voluit Dominus fecit in cœlo, & in terra, id eſt, in bonis, & in malis. *d* Et ſermo illius poteſtate plenus eſt.] Cujus dicere eſt facere. *Pſ.* 32. Dixit enim & facta ſunt. Unde *Pſ.* 18. Vox Domini in magnificentia. Et *Matth.* 7. Admirabantur turbæ ſub doctrina ejus. Erat enim docens eos, ſicut poteſtatem habens, & non ſicut Scribæ, & Phariſæi. *Sap.* 18. Omnipotens ſermo tuus, Domine, a regalibus ſedibus venit. Dicitur autem ſermo illius omnipotens, vel poteſtate plenus, quia nullus reſiſtere, vel impedire poterit, quin fiat, quicquid dixit. *e* Nec dicere ei quiſquam poteſt, quare ita facies?] quaſi dicat, nullis allegationibus, nullis precibus, nullis cavillationibus poterit averti ejus ſententia, quin penitus impleatur. Unde *Prov.* 6. Non parcet in die vindictæ, nec acquieſcet cujuſquam precibus, nec ſuſcipiet pro redemptione dona plurima *Job* 41. Non parcam ei verbis potentibus, & ad deprecandum compoſitis. *Rom.* 9. O homo, tu quis es, qui reſpondeas Deo? numquid dicit figmentum ei, qui ſe finxit; quid me feciſti ſic? Unde dicit hic *Gloſſ.* Præcepta Dei non ſunt diſcutienda, quare illa præceperit, ſed facienda. *f* Qui cuſtodit, &c. *Interl.* continuat ſic. [Sermo illius poteſtate plenus eſt,] ut bonos bene remuneret, malos male perdat. Ergo [qui cuſtodit,] in hac vita, corde, ore & opere. *g* Præceptum,] de dilectione Dei, & proximi, quod eſt primum, & maximum, ut dicitur *Matth.* 22. *h* Non experietur quicquam mali,] in futuro, & etiam in præſenti non inveniet quicquam ſibi nocivum, quia diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum. *Rom.* 8. Et ideo ſermo Domini ad diſcipulos fuit totus de dilectione ſervanda. *Joan.* 14. uſque 18. Item ſpecialiter de qualibet virtute verum eſt: [Qui cuſtodit præceptum,] patientiæ, [non experietur quicquam mali,] in tribulationibus, & moleſtiis, [Qui cuſtodit præceptum,] humilitatis, [non experietur quicquam mali,] in contumeliis, & ſic de aliis. Imo multiplices ſuavitates, utilitates, ſobrietates inveniet in hoc. Secundum quod dicit *Pſ.* 18. In cuſtodiendis illis retributio multa. Quoniam vero in omni ſacrificio apponendum eſt ſal, ut legitur *Levit.* 2. Ideo ſequitur. *i* Tempus, & reſponſionem cor ſapientis intelligit] ideſt, quid, & quando debeat reſpondere, Sapiens intelligit. Eſt autem triplex reſponſio, quæ tempus debitum requirit, ſcil. reſponſio doctrinæ, quam poſt ſtudium ſufficiens, vel revelationem debet dare magiſter, & non ante. Et reſponſio ſententiæ, quam poſt diligentem examinationem cauſæ debet dare Judex. *Triplex reſponſio quæ tempus debitum requirit.*

Item eſt reſponſio boni operis, ſive obedientiæ, quam poſt eruditionem, aut præceptum debet dare ſubditus.

De prima dicitur *Prov.* 22. Ecce deſcripſi eam tripliciter in cogitationibus, & ſcientia, ut oſtenderem tibi firmitatem & eloquia, &c. De ſecunda dicitur *Prov.* 18. Qui prius reſpondet quam audiat, ſtultum ſe eſſe demonſtrat. De tertia dicitur *Prov* 29 Servus verbis non poteſt erudiri, quia quod dicit, intelligit, & reſpondere contemnit. Et hoc eſt, quod dictum eſt *ſup.* 3. Omnia tempus habent. Verum & reſponſionem. Flagellis enim debemus reſpondere patientiam, ut aſini: confeſſionem, ut latrones: gratiarum actionem ut Sancti: correctionem, ut pueri: greſſuum accelerationem, ut equi: edomationem ut tauri: eruditionem, ut pulli equini: † impinguationem, ut urſi. *al † impugnatio item.*

Item beneficiis debet reſpondere devotio, gratiarum actio, ad meliora provocatio, fidelis diſpenſatio, fraterna communicatio, reddendæ rationis major ſollicitudo. Secundum enim quod creſcunt dona, creſcunt rationes donorum, dicit *Greg.* Vel aliter. *i* Tempus,] præſens ad laborandum, & faciendum pœnitentiam homini indultum eſt. k Et reſponſionem] quam Deus exiget in futuro a quolibet. *l* Cor ſapientis intelligit] quia circa hoc vertitur ejus ſtudium, & ſollicitudo, ſcil. qualiter ſibi tempus indultum utiliter expendat. Et qualiter de illo in die judicii Domino reſpondeat, ſicut enim non peribit pilus de capite; ſic non peribit momentum de tempore, ut dicit *B. Bern* De hoc dicitur *Sap.* 6. Qui cuſtodierunt juſtitiam, juſte judicabuntur: & qui didicerint juſta, invenient, quid reſpondeant. Unde *Pſ* 111. Jucundus homo, qui miſeretur proximo: & commodat Deo: diſponit ſermones ſuos in judicio, ideſt qualiter reſpondeat in judicio. Vel loquitur Salomon de reſponſione conſcientiæ, quæ tunc ipſa evidentia reſpondebit. Unde *Iſa.* 3. Agnitio vultus eorum reſpondebit eis. Hanc reſponſionem, quam conſcientia interrogata factura eſt in die judicii, cor Sapientis intelligit; & ideo qualiter bene reſpondere poſſit, vigilanter intendit. Optimus diſputator eſt, qui bene reſpondebit, ubi multis concludetur in eos etiam, qui videntur modo ſapientes: ubi ſtultus apparebit Plato cum diſcipulis ſuis: ubi Ariſtoteli nihil proderunt argutiæ ſuæ, dicit *Jer.* Hoc attendebat Ezechias, cum diceret, Domine reſponde pro me: *Iſa.* 38. Et *Job* 9. Si repente interroget, qui reſpondebit ei? Et poſtea ſeq. Quantus ſum ego ut reſpondeam ei: & loquar verbis meis cum eo? qui etiam ſi habuero quidpiam juſtum non reſpondebo; ſed meum Judicem deprecabor. Sequitur. *m* Omni negotio tempus eſt, & opportunitas] i. omne opus exigit temporis opportunitatem extra quod non poteſt bene fieri, *Eccli.* 20. Ex ore fatui reprobabitur parabola, non enim dicit illam in tempore ſuo. Negotium dicitur, quaſi negans, ideſt, tollens otium, non dico quietem. Otium enim in malo accipitur, quies in bonum. Cum autem dicat: [omni negotio,] generaliter intelligit de omni opere mentali, &

corpora-

Digitized by Google

corporali. Oratio enim & lectio. & contemplatio, doctrina, judicium, & qualibet actio tempus ſuum habent. Tempus orationis maxime eſt nox: opportunitas vero ejus eſt ſollicitudo, & devotio, & ſolitudo; hęc faciunt orationem opportunam. Unde *Pſ.* 118. Media nocte ſurgebam ad confitendum tibi. Et *Matt.* 6. Cum oraveris, ideſt, orare volueris, intra in cubiculum tuum: & clauſo oſtio, ora Patrem tuum in abſcondito. Tempus lectionis eſt maxime ante cibum; opportunitas vero ejus eſt tranquillitas, & ſobrietas & attentio. *Eccli.* 38. Tempore vacuitatis ſcribe Sapientiam: & qui minoratur actu, Sapientiam percipiet. Tempus contemplationis eſt poſt longum exercitium ſanctę, & honeſtæ actionis.

al. † quia. al. † ventura. al. † indicio. al. † nuncio.

Unde dicit auctoritas. Non erit Iſraelita, qui non fuerit Jacobita: Quod figuratum fuit *Gen.* 39. ubi legitur, quod ſervivit pro Rachel ſeptem annis, quibus finitis cum quæreret ſibi dari illam, primo data eſt Lia, & poſtea Rachel. Tempus doctrinæ eſt poſt devotum & ſtudioſum auditum. Unde *Eccli.* 18. Antequam loquaris, diſce. Tempus judicii poſt diligentem cauſæ examinationem. *Job* 29. Cauſam quam neſciebam, diligentiſſime inveſtigabam. Et licet ita omnia habeant tempus, & opportunitatem. Tamen. *a* Et multa hominis afflictio, &c.] vel [indicio] vel [nuncio,] Quam literam ultimam velle videtur *Jer.* qui ſic dicit. Quis enim annunciabit ei? Et in hoc verbo, annunciabit, innuit ſatis, quod debet ibi eſſe nuncio.

Sed fere ad idem redit, quicquid dicatur, ſive initio, ſive indicio, ſive nuncio: quia ſenſus eſt. Tempus & reſponſionem cor Sapientis intelligit: & omni negotio eſt tempus, & opportunitas, & afflictio multa eſt hominis ſtulti, & improvidi, qui ignorat præterita: & futura nullo nuncio poteſt ſcire, ideſt, tantis eſt ignorantiæ tenebris circumdatus ante, & retro; ut nec præterita ſua videat, nec futura prævideat; & ideo mala præterita, quæ fecit, non plangit; & bona, quæ recipit a Deo, per gratitudinem non cognoſcit, nec futura mala, quæ Dominus minatur, timet: nec bona, quæ promittit, deſiderat. Vel ſic. *a* Et multa hominis afflictio, qui,] ideſt, quia ille. *b* Qui ignorat præterita,] mala, an remiſſa ſint ei, vel non; & bona perdita an reſtituta ſint, an non. *c* Et futura,] imminentia, atque noviſſima qualia, ſcilicet, erunt, utrum damnandus, vel ſalvandus ſit. *d* Nullo poteſt ſcire nuncio,] vel [indicio] Multa revera eſt afflictio in hac re dubitare, ſed non eſt afflictio iſta, niſi hominis, qui re, & nomine homo eſt. *e* Non eſt in hominis,] cujuslibet, [ditione,] ideſt, poteſtate. *f* Prohibere ſpiritum,] exeuntem de corpore, quin exeat tempore mortis.

Tunc enim quaſi reus de carcere rapitur ad tribunal Judicis, recepturus propria corporis prout geſſit, ſicut legitur 2. *Cor.* 5. *g* Nec habet poteſtatem,] homo tunc animam retinendi. Vel, [Non habet poteſtatem in diem mortis,] id eſt, ſuper diem mortis, ut differat, vel avertat pro voluntate ſua. Vel [Non habet poteſtatem] ſui, vel diſponendi ſua. *h* In die mortis,] anxietate morbi, vel debilitate corporis preſſus. Et ideo prævenienda eſt dies mortis, ne tunc bene agere incipiamus velle, quando non poſſumus, ne tunc velimus incipere ordiri telam, unde fiat veſtis nuptialis, qua induti, & ornati debemus intrare ad nuptias: ſicut fatuæ virgines quæ veniente Sponſo, cęperunt oleum mendicare, quod quæſiviſſe debuerant, quando dormitaverunt, & dormierunt. *Matt.* 25. *i* Nec ſinitur quieſcere ingruente bello,] ideſt, incurſu Dęmonum, vel vitiorum, cum quibus pacem habuit in vita ſua. Vel, [ingruenta bello,] de quo dicitur *Sap* 5. Pugnabit cum eo orbis terrarum contra inſenſatos. *B. Bern.* dicit Oſtium noſtrum maligni Spiritus obſident: & adventum noſtrum illæ malignæ effigies præſtolantur. Et hoc maxime in die mortis. Unde *Beatus Martinus*, dum moreretur, videns ſibi aſtare Dæmonem dixit. Quid hic aſtas, cruenta beſtia? nihil in me funeſta reperies. *k* Neque ſalvabit,] imo damnabit. *l* Impietas] impium in qua confidit, & pœnitere nolit ante mortem. *m* Omnia hæc conſideravi,] mentis intuitu. *n* Et dedi cor meum,] ideſt † ſpiritum applicui. *o* In cunctis operibus, quæ fiunt ſub Solo,]

al. † ſponte.

opportunitas, & *a* multa hominis afflictio. † qui *b* ignorat præterita, *c* & † futura *d* nullo poteſt ſcire † nuntio. *e* Non eſt in hominis ditione *f* prohibere ſpiritum: *g* nec habet poteſtatem in *h* die mortis; *i* nec ſinitur quieſcere ingruente bello: *k* nec ſalvabit *l* impietas impium. *m* Omnia hæc conſideravi, *n* & dedi cor meum *o* in cunctis operibus, quæ fiunt ſub Sole. *p* Interdum dominatur homo homini in malum ſuum. Vidi *q* impios *r* ſepultos, *ſ* qui etiam cum adhuc viverent, in *t* loco ſancto *u* erant: & *x* † laudabantur in civitate *y* quaſi juſtorum operum. *z* Sed & hoc *a* vanitas eſt. *b* Etenim quia non profertur cito *c* contra malos ſententia, *d* abſque timore ullo filii hominum perpetrant mala. Atta-

al. † laudantur.

& inter cetera: vidi hoc, quod *p* Interdum dominatur homo homini in malum ſuum,] ideſt, dominantis. Et eſt iſtud malum multiplex. Primum eſt propriæ elationis. Unde 1. *Tim.* 3. Non Neophytum, ne in ſuperbiam elatus in judicium incidat Diaboli. Secundum eſt, quia eſt occaſio majoris damnationis. Unde *Jac.* 3. Nolite plures magiſtri eſſe, fratres mei, ſcientes, quia majus judicium ſumitis. Et *Sap.* 6. Judicium duriſſimum fiet his, qui præſunt. Tertium eſt, quia ad aliena peccata ſe obligat. *Ezech.* 3. Si dicente me ad impium, morte morieris, non annunciaveris: neque locutus fueris, ut avertatur a via ſua impia, & vivat: impius in iniquitate ſua morietur; ſanguinem autem ejus de manu tua requiram. Quartum eſt ſcandalum ex defectu defenſionis ſubditorum. De hoc *Eccli.*... Noli quærere fieri Judex, niſi virtute valeas irrumpere iniquitatem, ne forte extimeſcas faciem potentis, & ponas ſcandalum in agilitate tua. Timenda eſt igitur dominatio, non appetenda; nam pro culpa ſubditorum ſuſpenſi fuerunt Principes jubente Domino: *Num.* 25. Ubi dicit *Greg.* Hoc ſi homines attenderent, prelationes non ambirent.

Et intelligitur generaliter de omni prælatione tam ſęculari, quam Eccleſiaſtica, ut patet per *Interl.* *q* Vidi impios,] in fide, iniquos in moribus. *r* Sepultos,] jam in inferno cum divite epulone, vel in profundo iniquitatis per contemptum: Juxta illud *Prov.* 18. Impius cum in profundum venerit peccatorum, contemnit. Vel *r* Sepultos,] aggere adulationis. Juxta illud *Pſalm.* 5. Sepulchrum patens eſt guttur eorum *ſ* Qui etiam, cum adhuc viverent,] vita naturæ. *t* In loco ſancto,] Eccleſiaſticæ divinitatis. *u* Erant,] corpore, non mente: numero non merito: falſa poſitione, non rei veritate. Hic eſt Dagon juxta Arcam 1. *Reg.* 5. Hæc eſt abominatio in loco ſancto poſita, de qua dicitur *Matth* 24. Cum videritis abominationem deſolationis, quæ dicta eſt a Daniele Propheta ſtantem in loco ſancto, qui legit intelligat. Hoc eſt paſtor, & idolum, *Zach.* 11. *x* Et laudantur,] vel [laudabantur in civitate,] a ſubditis timentibus, vel adulantibus. *y* Quaſi juſtorum operum,] ideſt, quaſi juſti. Unde *Pſ.* 9. Laudatur peccator in deſideriis animæ ſuæ, & iniquus benedicitur. Quod eſt ad cumulum malorum, & ad frixorium Sanctorum, quod, ſcilicet, tam communiter, tam confidenter malum laudatur in civitate Dei, ideſt, in Eccleſia. Quid enim laudatur in Epiſcopis hodie, niſi Epicureorum ſecta. Laus eorum a menſa incipit; laudatur ciborum, & potuum affluentia: numeratur ferculorum varietas, deliciæ epularum tanta feſtivitate narrantur. Et ex hujuſmodi volunt homines inferre bonum eſſe Epiſcopum ſicut legitur *Dan.* 14. Non tibi videtur Bel eſſe vivens Deus? an non vides, quanta comedat, & bibat quotidie? Et ait Daniel arridens: Non erres Rex. Iſte enim intrinſecus luteus, & forinſecus æreus neque comedit aliquando. Lxx. 18

z Sed & hoc,] ideſt, hæc laus, hæc denominatio. *a* Vanitas eſt,] totum hominum interiorem evacuans. Unde autem proveniat hæc vanitas oſtendit. *b* Etenim quia non profertur cito ſententia,] a Deo. *c* Contra malos,] cum peccant. *d* Abſque timore ullo filii hominum perpetrant mala,] Nequitia enim, quæ ad ſcelus perpetrandum inſtigat, eadem impunita facit, ut ſcelus perpetratum vilipendat iniquus.

Sed quanto altius ſecuris extollitur, tanto fortius cervici ſubditæ impingitur. De hoc dicitur *Iſa.* 26. Indulſiſti, Domine, genti, indulſiſti genti, nunquid glorificatus es? *Job.* 24 Dedit ei Deus locum pœnitentiæ; & ille abutitur eo in ſuperbiam, contemnens divitias bonitatis, patientiæ, longanimitatis Dei, dicitur *Rom. cap.* 2. Propter quod dicit *Pſ.* 31. in chamo, & fræno maxillas eorum conſtringe, qui non approximant ad te, q. d. fac eis, Domine, ne tam velociter, & impetuoſe currant ad malum. *Prov. c.* 22. Stultitia colligata eſt in corde pueri, virga diſciplinę fugabit eam. Sed quod Deus ita expectat malos ad pęnitentiam, licet non proſit eis, ſed potius obſit, prodeſt tamen bonis, qui intelligunt, quod ideo expectat eos Deus, ut pęniteant, & vitam æternam, ad quam creati ſunt, habeant. Et ſi hoc vult de malis Dominus:

minus: multo fortius de bonis. Et hoc eſt quod ſequitur *a* Attamen peccator ex eo quod centies,] ideſt, tota vita ſua. Tantum enim ad plus extenditur vita hominis. *Eccle.*
C 17. Numerus dierum hominum, ut multum centum anni. *b* Facit malum] ideſt peccat. *c* Et per patientiam] Dei.

men peccator *a* ex eo quod centies *b* facit malum, *c* & per patientiam *d* ſuſtentatur: *e* ego cognovi quod *f* erit bonum *g* timentibus Deum, *h* qui verentur *i* faciem ejus. k Non ſit bonum *l* impio, *m* nec prolongentur dies ejus, ſed *n* quaſi umbra *o* tranſeant, *p* qui non timent faciem Domini. Eſt & *q* alia vanitas, quæ fit ſuper terram. Sunt *r* Juſti, quibus † mala *ſ* proveniunt *t* quaſi opera egerint impiorum: *u* & ſunt impii, qui ita ſecuri ſunt, *x* quaſi Juſtorum facta habeant. *y* Sed & hoc *z* vaniſſimum judico. *a* Laudavi igitur *b* lætitiam, *c* quod non eſſet homini bonum ſub Sole, niſi quod d comederet, *e* & biberet *f* atque gauderet: *g* & hoc ſolum ſecum auferret de labore ſuo in diebus vitæ ſuæ, quos dedit ei Deus ſub Sole. Et *h* appoſui i cor meum, ut ſcirem Sapientiam, k & intelligerem † diſtinctionem,

al. † multa. | al. † diſſenſionem.

d Suſtentatur] in vita, vel expectatur ad pœnitentiam. De hoc. *e* Ego cognovi.] dicit Eccleſiaſtes. *f* Quod erit bonum] hoc, ſcilicet, quod tandiu expectantur mali *g* Timentibus Deum] & ideo pœnitentibus, quia initium Sapientiæ, & pœnitentiæ timor Domini. *h* Qui verentur,] ut filii. *i* Faciem ejus,] ideſt præſentiam ejus in die judicii. Horrendum enim eſt incidere in manus Dei viventis. *Hebr.* 10. Et iterum, cognovi quod. *k* Non ſit bonum impio] qui non timet hoc, ſcilicet, quod expectatur ad pœnitentiam, quia quanto plus vivit, tanto pejor fit. *m* Nec prolongentur dies ejus,] ideſt, cognovi, quod nec ſit bonum impio, ut prolongentur dies ejus, quibus vivit ſuper terram. *n* Sed quaſi umbra tranſeant,] ideſt cito. *p* Qui non timent faciem Domini,] ideſt, peccare coram eo, cui omnia nuda ſunt, & aperta, ut legitur *Hebr.* 4. Unde ſolet dici: *Cum quid turpe facis, quod me ſpectanteruberes, cur ſpectante Deo non magis ipſe rubes?* Quaſi umbra tranſeunt impii, quia ipſi non ſunt niſi umbra. Diligentes enim umbram, ideſt temporalia, fiunt umbra, quia amiſerunt verum eſſe hominis. De hoc *Sap.* 5. Tranſierunt omnia tanquam umbra. Vel ſic ordina litteram. Ita Dominus expectat. *a* Attamen ego cognovi quod erit bonum,] malorum ſcilicet expectatio. *g* Timentibus Deum, qui] ſcilicet quia illi. *h* Verentur faciem ejus,] quaſi quis quæreret: Unde cognoviſti hoc? Reſpondet. *a* Ex eo quod peccator centies,] ideſt, centum annis, ideſt, tota vita ſua. *b* Facit malum,] & tamen [per patientiam] Dei. *d* Suſtentatur] in vita. Et eſt argumentum quaſi a minori ſimul, & a majori. Si enim bonus eſt Deus in malos, multo fortius in bonus. Item, quia majus ſignum bonitatis eſt Deum benignum eſſe in malos, quam in bonos, & ſi Deus facit quod majus eſt, multo fortius facit quod minus eſt. Simile *Rom.* 5. Si cum adhuc peccatores eſſemus, Chriſtus pro nobis mortuus eſt, multo magis igitur juſtificati nunc in ſanguine ipſius ſalvi erimus ab ira per ipſum, ſi enim cum inimici eſſemus reconciliati ſumus Deo per mortem filii ejus, &c. Sequitur. *k* Non ſit bonum] gratiæ, vel gloriæ. *l* Impio,] ideſt, peccatori. *m* Nec prolongentur dies ejus,] ſed cito moriatur, ne diu vivens pejor fiat, & tormenta majora mereatur. Et dicit hoc Salomon ex compaſſione, vel ex zelo divinæ juſtitiæ, quia mitius ageretur cum impio, & etiam juſte, ſi quod hic imprecatur ei Salomon fieret. *n* Sed quaſi umbra,] ideſt vani, & tenebroſi, & fugaces. *o* Tranſeant] dies, inquam peccatoris, vel impii. *p* Qui non timent faciem Domini,] i. ſe non timere oſtendant operibus, & impœnitentia ſua, & quia peccator unus & multiplex eſt. Unus natura, multiplex voluntate; unus in ſubſtantia, multiplex in perſona, ſicut dicitur *Marc.* 5. Mihi legio nomen eſt, quia plures ſumus. Mihi, ecce unitas ſubſtantiæ; plures ſumus, ecce pluralitas perſonarum. Ideo nunc ſingulariter, nunc pluraliter de illo loquitur Salomon. Vel ſic conſtrue. *n* Quaſi umbra tranſeant] illi, [qui non timent faciem Domini.] Vel poteſt intelligi ita, quod hoc pronomen ejus, referatur ad hoc quod præceſſit peccator, ſub hoc ſenſu. *k* Non ſit bonum impio, nec prolongentur dies ejus,] i. peccatoris. *n* Sed quaſi umbra tranſeant] ambo ſc. impius, & peccator. *p* Qui non timent faciem Domini] ideſt, quia illi verentur, nec reverentur faciem Domini. Differt autem impius, & peccator. Impius enim in fide errat, peccator in moribus. Vel impius in magnis ſceleribus, peccator etiam in minoribus. Sicut legitur *Prov.* 11. Si juſtus in terra recipit, quanto magis impius, & peccator? *q* Eſt & alia vanitas quæ fit ſuper terram] hoc eſt quod alibi dicit, ſub Sole. Vanitatem autem vocat Salomon more concionatoris, quod videtur fortuitum, & non habere cauſam, ſed eſt a providentia Dei rem ſuam publicam tam ſapienter ordinantis, ut etiam de malis noverit eligere bonum. *r* Sunt Juſti quibus mala,] i. præſentes afflictiones. *ſ* Proveniunt] ut Job & Lazarus ulceribus pleni. *t* Quaſi opera egerint impiorum,] ideſt, quaſi hoc malis operibus meruerint. *u* Et ſunt, &c.] id eſt radicati in temporalibus, & vallati præſentibus bonis. *x* Quaſi Juſtorum facta habeant,] ideſt, quaſi illud Juſtis operibus ſuis meruerint, ut dives Epulo, qui induebatur purpura & byſſo. *Luc.* 16. De hoc dicitur *Job* 21. Quare impii vivunt, ſublimati ſunt, confortatique divitiis, ſemen eorum permanet coram eis, propinquorum turba, & nepotum in conſpectu eorum; domus eorum ſecuræ ſunt & pacatæ, & non eſt virga Dei ſuper illos. Hujus autem diverſitatis cauſas multas aſſignavimus alibi. Sicut enim ab eodem Medico, aliis ægrotantibus ferrum, & ignis, ſectio, & uſtio, aliis refectio, & unctio ſuavis adhibetur eodem tempore, & eadem intentione, ſc. acquirendi ſanitatem; ita Dominus more bonæ nutricis, aliis amaritudinem abſynthii & ſulphuris ſuperfundit uberibus, ut ablactentur, aliis dulcedinem, ut nutriantur. Dat & bonis hic tribulationes, & afflictiones, & miſerias ad obſervationem humilitatis, ad purgationem, ad limationem, ad accelerationem, ad probationem, ad majus meritum, & ad multa alia. E contrario malis dat multa
D bona, ut boni videant hujuſmodi bona non eſſe vera bona, nec appetenda quæ malis communia ſunt. Item ut intelligant quod largus erit eis Dominus, qui etiam malis tam largus eſt. Item ut ſic alliceret eos, & attraheret ad ſe; quoſdam enim trahit beneficiis, quoſdam flagellis. Unde *Oſee* 11. In funiculis Adam traham te in vinculis charitatis. Item ut evidentius appareat eorum judicium. Unde *Jer.* 12. Congrega eos quaſi gregem ad victimam, & ſanctifica eos in die occiſionis. Et *Greg.* Pecoribus immolandis, paſcuæ liberius conceduntur. *y* Sed & hoc vaniſſimum,] ideſt, fortuitum, & ſine cauſa, & ſine fructu [judico.] Loquitur in perſona infirmorum, vel in perſona Sapientis, hoc modo. *y* Sed & hoc,] ideſt, malorum proſperitatem. *z* Vaniſſimum judico,] quia nihil infelicius felicitate peccantium; nam quanto feliciores, tanto ad peccata fortiores, & liberiores.
a Laudavi igitur,] dicit Salomon in perſona ſua, ſive Sapientis. *b* Lætitiam] bonæ conſcientiæ. De qua dicit *Pſ.* 31. Lætamini in Domino. Et Apoſtolus 2. *Cor.* 1. Gloria noſtra hæc eſt, teſtimonium conſcientiæ noſtræ. *Ex ſupr.* *c* Quod non eſſet homini bonum ſub Sole,] ideſt, in hoc tempore, *ſup.* *d* Niſi quod comederet] panem, qui de cælo deſcendit, *Joan.* 6. *e* Et biberet vinum quod lætificet cor hominis. *f* Atque gauderet] ſpe futuri boni. Item totum exponitur in perſona infirmorum, hoc modo. *z* Hoc vaniſſimum judico, laudavi igitur lætitiam] temporalem comedendi, & bibendi. De qua dicitur *Iſ.* 22. Ecce gaudium, & letitia occidere vitulos, & jugulare arietes, comedere carnes, & bibere vinum. Et *Sap.* 2. Non ſit pratum, quod non pertranſeat luxuria noſtra; nemo veſtrum exors ſit luxuriæ noſtræ, ubique relinquamus ſigna lætitiæ, quoniam hæc eſt pars noſtra, & hæc eſt ſors noſtra. Et quare hoc? Eo *c* Quod non eſſet bonum ſub Sole,] ubi tantum vident infirmi qui hoc dicunt. *d* Niſi quod comederet, & biberet, atque gauderet] homo. *g* Et hoc ſolum ſecum auferet de labore ſuo] quo laborat ſibi in diebus vitæ ſuæ, quos dedit ei Deus ſub Sole, non ad comedendum, & bibendum, & gaudendum, ſed laborandum. Unde *Job* 5. Homo natus ad laborem, & avis ad volandum. *Gen.* 2. Tulit Deus hominem, & poſuit eum in Paradiſo voluptatis, ut operaretur, & cuſtodiret illum. Et his viſis, & conſideratis diligenter dicit Salomon in perſona Sapientis. *h* Appoſui cor meum,] non ſolum aures verbis compoſitis, & oculos libris deauratis, ut multi, qui tantum oculis, & auribus philoſophantur, ut dicit Philoſophus. *i* Sed [cor meum, ut ſcirem Sapientiam,] quæ eſt cognitio divinarum, æternarumque rerum. k Et intelligerem diſtinctionem quæ verſatur in terra,] i. ut ſcirem diſtinguere quæ vera bona, & quæ vera mala, & quæ cuique generi hominum expedientia, & qua de cauſa alia

Pſal. 103.

alis

aliis utilia. Et hoc vocat Salomon diſtinctionem quæ verſatur in terra, ſc. varietatem donorum, varietatem beneficiorum, multiplicitatem flagellorum, alternationem omnium iſtorum, quorum cauſam & ſcire, & intelligere ſe velle prædixit. Inquirendo autem hanc Sapientiam oſtendit Salomon, quid invenit. *a* Eſt homo] re, & nomine, ideſt vere rationalis. *b* Qui diebus, & noctibus] ideſt omni tempore. Vel. *b* Diebus] proſperitatis. *c* Et noctibus] adverſitatis. *d* Somnum non capit oculis] cordis. Sicut dicit *Cant.* 5. Ego dormio, & cor meum vigilat. Ita exponit *Gloſſ.* Poteſt etiam intelligi ad litteram de oculis corporis ſub hoc ſenſu. *a* Eſt homo qui diebus, & noctibus ſomnum non capit oculis,] ideſt qui ſemper & continue vigilat, ſc. horis ad hoc deputatis. Simile *Pſ.* 33. Benedicam Dominum in omni tempore, ſemper laus ejus, &c. ideſt omni hora laudibus Dei dicendis deputata ſine intermiſſione, & interruptione. *e* Et intellexi quod omnium operum, &c.] quaſi dicat intentus & aſſiduus, & ſtudioſus in perquirendo Sapientiam, & diſtinctionem ſui, nec inveni quod volebam, ex quo intellexi plene, quod omnium operum Dei maxime gubernationis, & ordinationis humanarum rerum, nullam poſſit homo invenire rationem ſuo ingenio, vel ſtudio; quare hic pauper ſit, ille dives; cur iſte cæcus naſcatur, ille mancus, cur duorum gemminorum ſtatim baptizatus ſalvetur, alter ſtatim mortuus damnetur, & hominis eventuum rationem propriam, aut cauſam humana inveſtigatio invenire non poteſt. Et hoc eſt de ſecretis cœli. Propriam vero rationem voco finem, fructum meritum. Quo enim fine, aut fructu, aut merito talia fiant, ſoli Deo patet, & cui ille voluerit revelare. *f* Et quanto plus laboraverit] homo ſtudendo. *g* Ad quærendum] rationem homini. *h* Tanto minus inveniet] non ſolum, quia cum accedit homo ad cor altum meditando, exaltatur Deus, ſed quia perſcrutator Majeſtatis opprimetur a gloria. *Prov.* 25. Et etiam quia juſtum eſt, ut in eo puniatur homo in quo delinquit. Delinquit autem abuſione intellectus, ideſt, curioſitate, quia vult ea inveſtigare, & comprehendere ratione, quæ Deus vult homines latere, nec alicui innoteſcere, niſi ſua ſpeciali revelatione.

Unde *Act.* 1. Non eſt veſtrum noſſe tempora, vel momenta, quæ Pater poſuit in ſua poteſtate. Præterea inveſtigare Dei conſilia, quæ ipſa vult eſſe abſcondita, quid aliud eſt quam divinæ voluntati adverſari, & ſecreta Dei temere explorare? Per amicitiam autem, & orationem quærenda eſt cognitio divinorum conſiliorum, non per explorationem. Unde *Job* 15. Vos autem dixi amicos, quia omnia quæcunque audivi a Patre meo nota feci vobis. *Amos* 3. Non faciet Dominus Deus verbum, niſi revelaverit ad ſervos ſuos Prophetas ſecretum ſuum. *i* Et etiam ſi dixerit Sapiens] de quo videretur. *k* Se noſſe] rationem operum Dei. *l* Non poterit reperire,] nedum ſcire, quaſi dicat Salomon, dixi, quod nullus poteſt homo operum Dei rationem invenire, [etiamſi Sapiens dixerit ſe noſſe, non poterit reperire] q.d. non eſt credendum ei, ſi dixerit ſe noſſe. *Gloſ.* vult quod Sapiens hic dicatur Sapiens, non qui eſt, quia ille, qui eſt Sapiens, hoc non diceret, ſcil. ſe noſſe. Aliqui ſic intelligunt. *i* Si Sapiens dixerit ſe noſſe] rationem operum Dei. *l* Non poterit reperire] merito jactantiæ excæcatus, ideſt, etiam nec caſu in notitiam eorum incidere. Sicut enim differt invenire, & reperire, quia invenire eſt in notitiam eorum quæ quærimus, venire: reperire, in notitiam aliquorum quæ non quærimus, caſu incidere: Unde, tu non inventa reperta es. *m* Omnia hæc] opera Dei, tam occulta miranda. *n* Tractavi in corde meo,] perquirens eorum rationes. *o* Ut curioſe intelligerem,] ideſt, diligenter intus legerem, & eorum occulta cognoſcerem, quaſi dicat, Salomon, ea, quæ dixi, ſcilicet, quod homo malus ad malum ſuum damnatur, & quod confidens in ingenio, vel ſtudio ſuo, rationem operum Dei invenire non poteſt ex magna conſideratione, & pertractione dixi, & ideo credendum eſt mihi.

quæ verſatur in terra. Eſt *a* homo *b* qui diebus, & *c* noctibus *d* ſomnum non capit oculis. Et *e* intellexi, quod omnium operum Dei nullam poſſit homo invenire rationem eorum, quæ fiunt ſub Sole. Et *f* quanto plus laboraverit *g* ad quærendum, *h* tanto minus inveniet. *i* Etiam ſi dixerit Sapiens ſe *k* noſſe, *l* non poterit reperire. *m* Omnia hæc *n* tractavi in corde meo, ut *o* curioſe intelligerem.

CAP. IX.

SUnt *p* Juſti *q* atque Sapientes, *r* & opera eorum in manu Dei. *ſ* Et tamen neſcit homo, *t* utrum amore, an odio *u* dignus ſit; ſed *x* omnia in futurum ſervantur incerta *y* eo quod univerſa æque eveniant Juſto, & impio, bono & malo, mundo, & immundo, immolanti victimas, & ſacrificia contemnenti. *z* Sicut bonus, ſic & peccator: ut *a* perjurus, *b* ita & ille qui verum dejerat. *c* Hoc eſt peſſimum inter omnia, quæ ſub Sole fiunt: *d* quia eadem cunctis eveniunt,

EXPOSITIO CAP. IX.

SUnt Juſti, &c.] Reprobata vanitate avaritiæ, & ſuperbiæ, ſive jactantiæ, invitat ad humilitatem, & ad timorem; humilitas enim viam facit Sapientiæ, quam ſuperbia obſtruit. Unde *Jac.* 4. Deus ſuperbis reſiſtit, humilibus autem dat gratiam. Inter ceteras autem cauſas humiliandi ſe una eſt incertitudo finis; quia quantuncunque ſit homo bonus, aut ſapiens, neſcit tamen qualem habebit exitum, & ita neſcit an ſalvandus ſit, an damnandus. Et hoc eſt. *p* Sunt juſti,] Deo, & ſibi, & proximo reddentes quod ſuum eſt. *q* Atque ſapientes] virtutem ſaporandi res ſecundum ſaporem proprium, & ſcientiam æſtimandi ſecundum valorem ſuum habentes. Et eſt rectus ordo, quia per Juſtitiam venitur ad Sapientiam. Unde *Eccli.* 1. Fili, concupiſcens Sapientiam ſerva Juſtitiam. *r* Et opera eorum in manu Dei ſunt,] ideſt a Deo diſponuntur. Homo enim proponit, ſed Deus diſponit, prout vult, quod videt ſuæ rei publicæ expedire. Item loquitur hic Salomon more vulgari, quo dicitur de re dubia, & incerta. In manu Dei, eſt, id eſt, in incerto. Similiter hic. [Opera eorum in manu Dei ſunt] i. in incerto, quia neſciunt utrum Deo ſint accepta, an non. Vel. *r* Opera eorum in manu Dei ſunt] i. in diſpoſitione, conſervatione, judicio, & voluntate Dei. Vel. *r* Opera eorum in manu Dei ſunt] ſicut oblationes acceptæ, ſecundum quod dicitur *Sap.* 3. Juſtorum animæ in manu Dei ſunt, & non tanget illos tormentum malitiæ, *ſ* Et tamen neſcit homo utrum amore] Dei [an odio] Dei [dignus ſit.] Neſcit, inquam, ſcientia certitudinis, niſi forte aliquis ſciat per revelationem, vel ad ſcientiam ſpei. Vel ſic. *ſ* Et tamen neſcit homo] purus. *t* Utrum amore] Dei, [an odio Dei,] ideſt: reprobatione. *u* Dignus ſit,] finaliter. *x* Sed omnia in futurum ſervantur incerta,] ſicut teſtamenta, vel ſecreta conſilia, quæ clauſa vel ſigillata ſervantur; in futuro vero omnia aperta erunt quando libri aperientur, ut dicitur *Dan* 7. Et *Apoc.* 20. Hæc auctoritas ſolet induci ad oſtendendum, quod nemo ſcit ſe habere charitatem. Ad quod facit quod legitur *Job* 9. Si venerit ad me non videbo eum; ſi abierit, non intelligam. Et illud *Job* 3. Spiritus, ubi vult ſpirat, & neſcis unde veniat, aut quo vadat. Item *Prov.* 20. Quis poteſt dicere, mundum eſt cor meum? quaſi dicat § nullus. Contra *Rom.* 8 Spiritus ſanctus teſtimonium reddit ſpiritui noſtro, quod ſumus filii Dei. Item in eodem. Certus ſum, quod neque mors, neque vita, &c. Sol. Nullus ſcit ſcientia certitudinis ſe habere charitatem niſi forte per revelationem; ſcientia vero ſpei, vel opinionis, aut conjecturæ poteſt ſcire. Hanc autem incertitudinem in parte facit indifferens bonorum, & malorum proſperitas, & adverſitas. Unde ſequitur. *y* Eo quod univerſa æque eveniant Juſto, &c.] Univerſa intelligit Salomon bona, & mala, proſpera, & adverſa, ſicut dicit *Inter* quaſi dicat, ideo neſcit homo, an amore, vel odio dignus ſit; quia beneficia temporalia quæ videntur eſſe ſigna amoris: & flagella, & tribulationes, quæ videntur eſſe ſigna odii, æqualiter, & indifferenter eveniunt bonis, & malis. Et revera iſta indiſtinctio beneficiorum, & flagellorum multos obtenebrat, & confundit, & contra fidem de providentia Dei ſentire facit. *z* Sicut bonus] ſupple, expoſitus eſt iſti mutabilitati, & alterationi, [ſic & peccator.] *a* Ut perjurus, ita & ille qui verum dejerat, ideſt, qui verum jurat; de enim aliquando privativum eſt: ut ibi: *Sæpe precor mortem, mortem quoque deprecor idem.* Aliquando intenſivum ut ibi: Fiant aures tuæ intendentes in vocem deprecationis meæ. Et hic ſimile habes, 1. *Reg.* 20. Addidit Jonathas dejerare David, ideſt, firmiter jurando, promittere. *Jer.* poſuit hanc litteram. [Sicut jurans, ſic qui timet juramentum]. Et ſecundum hoc debet exponi noſtra littera ſic. *a* Ut perjurus, ita & ille qui verum dejerat,] ideſt, qui in vero dejerare, ideſt, male jurare timet. Vel ſic. *a* Ut perjurus,] ideſt, falſus teſtis. *b* Ita & ille qui verum dejerat,] id eſt, verus teſtis. *c* Hoc eſt peſſimum inter omnia, quæ ſub Sole,] vel ſub cœlo [fiunt. *d* Quia] ſcilicet [eadem cunctis] eveniunt,

12. q. 1. c. ſacerdotibus.

Digitized by Google

eveniunt] ideſt, quod indiſtinctè boña & mala, bonis, & malis eveniunt; quia ſi tantum bona ſolis bonis evenirent, & tantum mala ſolis malis, tunc palam eſſet omnibus bonitatem eſſe præferendam malitiæ; ſed quia indiſtinctè eadem cunctis eveniunt in præſenti; multi inducuntur in errorem circa Dei providentiam, & ad cumulum erroris accedit eis, quod maxime florent hic qui maxime mali ſunt, & quod maxime affliguntur, qui maxime boni ſunt. Unde *Jer.* 12. Quare via impiorum proſperatur, bene eſt omnibus qui prævaricantur, & inique agunt? Ideo dicit hoc eſſe peſſimum inter omnia; quia pro hoc
B al. † morituros.
occaſionaliter fundamentum fidei quoad Dei providentiam extinguitur, quo ſublato nihil boni remanet. Loquitur autem Eccleſiaſtes hic concionali libertate, non definitiva aſſertione. Impoſſibile enim eſt ſecundum veritatem malum eſſe, quod Dei ordinatione conſiſtit. Hæc indiſtinctio Sapientibus bona eſt, ſed inſipientibus mala, quia inde veniunt in contemptum peccandi, quod innuit Salomon, cum ſubjungit.

a Unde & *b* corda filiorum hominum *c* implentur malitia & contemptu in *d* vita ſua: *e* & poſt hæc *f* ad inferos *g* deducentur. *h* Nemo eſt qui ſemper vivat: *i* & qui hujus rei *k* habeat fiduciam. *l* Melior eſt canis *m* vivus *n* leone *o* mortuo. *p* Viventes enim ſciunt *q* ſe eſſe † mortuos, *r* mortui vero nihil *ſ* noverunt amplius, *t* nec habent ultra mercedem, quia oblivioni tradita eſt memoria eorum. *u* Amor quoque *x* & odium, *y* & invidiæ *z* ſimul *a* perierunt, *b* nec habent partem in hoc ſæculo, & in opere quod ſub Sole geritur. *c* Vade ergo *d* & comede in *e* lætitia *f* panem tuum,

a Unde] quia ſcilicet eadem cunctis eveniunt. *b* Et corda filiorum hominum] ideſt hominum carnalium, & ſtultorum. *c* Implentur malitia, & contemptu] peccandi. *d* In vita ſua] temporali; cum enim vident malos florere, & bonos deprimi, & lugere non timent peccare. Imo dicunt illud, quod legitur *Malach.* 3. Vanus eſt qui ſervit Domino Deo, & quod emolumentum, quia cuſtodivimus præcepta ejus, & quia ambulavimus triſtes coram Domino exercituum? Ergo nunc beatos dicimus arrogantes, ſiquidem ædificati ſunt facientes impietatem. *e* Et poſt hæc] ſcilic. mala, ideſt, malitiam, & contemptum, quibus corda eorum replentur *f* Ad inferos] ideſt, ad infernum inferiorem, *g* Deducentur:] Miſerabilis iſta deductio, peccator deducitur ad infernum, Dæmones deducunt, ſola peccata ſequuntur quæ nihil ſunt. Propter quod dicitur *Job* 27. Dives cum dormierit, nihil ſecum auferet; aperiet oculos ſuos, & nihil inveniet, & revera deducentur ad inferos. Quia. *h* Nemo eſt qui ſemper vivat] vita naturæ, *i* Et qui hujus rei] ſcilicet vivendi ſemper. *k* Habeat fiduciam] quia nullus videtur evadere mortis ſententiam. Et iſtud dicitur, quia tanta ſtultitia hominum, ut ita ædificent domos, & præparent, ac ſi ſemper eſſent victuri; de cœleſti vero domo conſtruenda adeo negligentes ſunt, quaſi non eſſent in ea, niſi per biduum, aut triduum moraturi. *Sen.* Omnes diu volunt vivere, nemo bene. *Eccli.* 18. Numerus dierum hominum, ut multum centum anni. *l* Melior eſt canis vivus leone mortuo.] *Gloſ.* ideſt, pauper juſtus potente iniquo. *Eccli.* 13. Venatio leonis, onager in Eremo, ſic paſcua divitum ſunt pauperes. Vel ſecundum aliam *Gloſ.* Melior eſt peccator vivus, qui converti, & proficere poteſt, Juſto mortuo, qui nihil poteſt meritis ſuis addere. Contra *Matth.* 11. Minimus in regno cœlorum major eſt Joan. Baptiſta. Sed Juſtus mortuus jam eſt in regno cœlorum; ergo melior eſt quolibet Juſto vivente, ergo multo fortius peccatore vivente. Præterea, peccator vivus indignus eſt etiam pane quo veſcitur, dicit *Aug.* ſed Juſtus mortuus dignus eſt vita æterna, ergo melior. Item *ſup.* Laudavi magis mortuos, quam viventes. Solut. Simpliciter Juſtus mortuus melior eſt peccatore vivo; ſecundum quid vero peccator vivus melior quoad hoc, ſcil., quod poteſt fieri melior, & plura bona facere, quam ille fecerit, & majorem gloriam promereri.

Myſtice. Myſtice. *l* Melior eſt canis vivus,] i. populus gentilis converſus. *n* Leone mortuo,] i. Judæo incredulo. Et dicitur Judæus leo, quia ſicut leo rex eſt beſtiarum; ita Judæus lege edoctus ſe, & alios regere noverat. Quod autem gentilis dicatur canis, legitur *Matth.* 15. ubi dicit Dominus. Non eſt bonum ſumere panem filiorum, & dare canibus ad manducandum.

Moral. Moraliter. *l* Melior eſt canis vivus,] ideſt, peccator penitens. *n* Leone mortuo] ideſt, quam Juſtus torpeſcens. Unde *Luc.* 16. Dico vobis, quia gaudium eſt in cœlo ſuper uno peccatore penitentiam agente, quam ſuper nonagintanovem Juſtis, qui non indigent penitentia, ut ipſi credunt. Vel ſic. *l* Melior eſt canis vivus] ideſt, activus Juſtus. *n* Leone mortuo] i. quam contemplativus occultus. *Eccli.* 42. Melior eſt iniquitas viri, quam mulier benefaciens. Vel ſic. *l* Melior eſt canis vivus leone mortuo,] i. ſubditus virtute nudus, & zelo fervidus, Prælato tepido, & remiſſo. Vel ſic. *l* Melior eſt canis,] ideſt, ſimplex quilibet. *m* Vivus] vita gratiæ. *n* Leone] ideſt, potente quolibet. *o* Mortuo] morte culpæ. De hoc *ſup.* 4. Melior eſt puer pauper, & Sapiens Rege ſene, & ſtulto *Prov.* 12. Melior eſt pauper & ſufficiens ſibi, quam glorioſus, & indigens, *Eccli.* 10. Melior eſt, qui operatur, & abundat in omnibus, quam qui gloriatur, & eget pane. Ad litteram autem intendit hic oſtendere, quod mala eſt mors; quia aufert facultatem proficiendi in melius, & in tantum mala, ut melior ſit canis vivus leone mortuo; propter quod deberet quilibet laborare, dum vivit, ut proficeret in bono; quia poſt mortem non poterit. Item: *l* Melior eſt canis] ideſt, Prædicator, qui bolimum patitur, & peccatores oblatrat. *m* Vivus] vita gratiæ. *n* Leone mortuo,] ideſt, adulatore ſuperbo. In ore hujus leonis mortui invenit Samſon favum mellis, *Jud.* 14. ideſt, in ore adulatoris verba ſuavia. De hoc dictum eſt *ſup.* 7. Melius eſt a Sapiente corrigi, quam ſtultorum adulatione decipi. Quare autem canem vivum leoni mortuo prætulerit Salomon, oſtendit. *p* Viventes enim] vita naturæ, vel vita gratiæ. *q* Sciunt ſe eſſe mortuos] ideſt, neceſſitate moriendi addictos. Simile *Rom.* 8. Corpus mortuum eſt propter peccatum, ideſt moriendi neceſſitati addictum. Alia littera, & melior, ut videtur eſt. *q* Sciunt eſſe morituros] præſentialiter, vel æternaliter, niſi caveant ſibi; & ideo abſtinent a peccatis. Hæc enim ſcientia præſervativa medicina eſt contra morbos peccatorum. Unde *Eccli.* 7 Fili, memorare noviſſima tua, & in æternum non peccabis. *r* Mortui vero] ideſt, de hoc mundo ſublati. *ſ* Nihil noverunt amplius] ideſt, poſtquam deceſſerunt. Sed contra. Dives Epulo habuit notitiam de fratribus ſuis adhuc in mundo viventibus. *Luc.* 16. Sol. Mortui nihil ſciunt de Mundo per experientiam, vel ad profectum. Unde ſequitur. *t* Nec habent ultra mercedem: quia oblivioni tradita eſt memoria eorum] apud Deum. Unde *Pſ.* 9. Periit memoria eorum, cum ſonitu, ita quod de cetero nulla confeſſio, nulla laus, nullum opus poteſt eis valere, ut redeant in memoriam Dei; ſed dum adhuc vivunt, licet ſint in peccato, poſſunt facere, ut iterum redeant in memoriam Dei. Unde *Iſ.* 23. Sume citharam, circum civitatem, meretrix oblivioni tradita, bene cane, frequenta canticum, ut memoria ſit tui. *u* Amor quoque] ſæculi, vel parentum. *x* Et odium] inimicorum. *y* Et invidiæ] meliorum. *z* Simul,] ideſt, cum ipſis. *a* Perierunt] vel peribunt alia littera. Et hoc inter bona mortis, quæ *ſup.* 7. numeravimus, ponendum eſt. Nam falſus amor ne amplius decipiat, ipſa morte diſſolvitur: odium, & invidiæ ſimiliter, ne amplius torqueant compeſcuntur morte. Valde enim periculoſe vivitur inter amicos, vel parentes ſeducentes, & odientes, & invidos perſequentes. Vel ſic. *u* Amor quoque, ideſt, opera vani amoris, ſive inanis gloriæ, in quibus gloriabuntur. *z* Et odium & invidiæ, i. opera odii, & invidiæ, quibus proximum affligebant. *z* Simul] ideſt, cum ipſis. *a* Peribunt,] quia amplius nulli poterunt nocere, nullam gloriam poterunt habere; nec etiam ſuffragia Eccleſię poterunt eis valere. Unde ſequitur. *b* Nec habent partem in hoc ſęculo, & in opere, quod ſub Sole geritur] i. in mundo: Veruntamen illis, qui deceſſerunt in fide, ſpe, & charitate, quæ eſt communio Eccleſię, cum cremabilibus tamen, proſunt ſuffragia Eccleſiæ: & in hoc ſæculo illi habent partem: & in operibus, quæ geruntur ſub Sole. Argumentum, quod ſuffragia non proſunt damnatis. Et in hoc videntur conſentire *Aug.* & *Greg.* Sed cum Salomon debeat cauſam reddere, quare melior ſit canis vivus leone mortuo, propter quod dixit omnia hęc. Reſponſio, hęc dixit ad oſtendendum, quod viventes multa ſciunt utiliter ad meritum; mortui vero nihil ſciunt utiliter ad meritum, licet multa noverint feliciter ad premium Et ex quo mors ſic finit omnia. *c* Vade ergo] dicit Salomon per viam veritatis quoad intellectum, & per viam ſanctitatis quoad affectum. *d* Et comede] ne moriaris. *e* In lętitia] cordis. *f* Panem tuum] ideſt, tibi a Deo datum: & dimittas aſino tuo, ideſt, corpori panem ſuum. Multi enim abominantur panem proprium, i. panem penitentię, & comedunt panem aſini ſui peſſimi, ideſt A tribulos,

Vel ſic. *c* Vade ergo] a peccatis recedendo, & bonis operibus inſiſtendo. *d* Et comede in lætitia panem tuum] qui de cœlo deſcendit, *Joan.* 6. Spiritualiter, & ſacramentaliter.

a tribulos, & carduos peccatorum. In quorum perſona dicit *Pſal.* 101. Percuſſus ſum ut fœnum, & aruit cor meum, quia oblitus ſum comedere panem meum. *a* Et bibe cum gaudio cordis. *b* Vinum tuum] ideſt, intelligentiam verbi Dei. De quo Sponſus, *Cant.* Bibi vinum meum cum lacte meo.

a & bibe cum gaudio vinum *b* tuum, *c* quia Deo placent opera tua. *d* Omni tempore *e* ſint veſtimenta tua *f* candida, *g* & oleum *h* de capite tuo non deficiat. *i* Perfruere vita *k* cum uxore, quam diligis cunctis *l* diebus vitæ inſtabilitatis tuæ qui *m* dati ſunt tibi *n* ſub Sole omni tempore † vanitatis tuæ. Hæc *o* eſt enim pars in *p* vita, & in labore tuo, quo laboras ſub Sole. *q* Quodcunque poteſt facere manus tua, inſtanter operare, quia *r* nec opus, nec *ſ* ratio, nec *t* ſcientia, nec *u* ſapientia *x* erunt apud inferos, quo tu properas. *y* Verti me ad aliud, *z* vidique *a* ſub Sole, *b* nec velocium *c* eſſe curſum;

Aliter. ⊖ *a* Et bibe cum gaudio] ſpei. *b* Vinum tuum,] ideſt ſanguinem Jeſu Chriſti. De hoc dicitur *Prov.* 9. Venite, comedite panem meum, & bibite vinum quod miſcui vobis. *c* Quia Deo placent opera tua] quæ in lætitia cordis facis. Sciendum autem, quod panis Chriſtiani eſt omne id, unde interior homo reficitur, nutritur, confortatur, & creſcit, hoc eſt cujuslibet virtutis exercitium. Tribulatio enim panis eſt patientiæ, quæ eſt unum membrum hominis interioris. Ignominia cibus eſt humilitatis, quæ eſt aliud membrum. Contumelia cibus eſt manſuetudinis, quæ eſt aliud membrum. Moleſtia cibus eſt fortitudinis, quæ eſt aliud membrum, & ſic de aliis. Omni homini panis, non ſolum comedendus eſt, ſed cum gaudio comedendus. Et de hoc dicitur *Prov.* 13. Juſtus comedit, & replet animam ſuam. *Eccli.* 2. Omne, quod tibi applicitum fuerit, comede, & in dolore ſuſtine, & in humilitate tua patientiam habe. *d* Omni tempore,] ideſt, adverſitatis, & proſperitatis. *e* Sint veſtimenta tua,] ideſt, converſatio exterior, ſcilicet geſtus, habitus, ingreſſus, ſtatus, ſilentium, locutio, & cetera opera tua. *f* Candida] candore virtutum & innocentiæ, & ſine fuco pravæ intentionis. Hæc veſtimenta debent eſſe duplicia, ideſt, fodrata. Decor enim interioris converſationis, ideſt, rectæ intentionis, debet eſſe conjunctus decori exterioris converſationis. Et talis veſtis eſt Chriſtiana. *Prov. ult.* Omnes domeſtici ejus veſtiti ſunt duplicibus. Vel, *d* Omni tempore] vitæ tuæ. *e* Sint veſtimenta tua] ideſt, corporis membra. *f* Candida] caſtitate, & puritate ſine macula. *Apoc* 16. Beatus qui vigilat, & cuſtodit veſtimenta ſua, ne nudus ambulet, & videant turpitudinem ejus. Bene dicit, qui vigilat, & cuſtodit veſtimenta ſua; quia per vigilias maxime cuſtoditur munditia corporis, & tabeſcit laſcivia cordis. *Eccli.* 31. Vigilia honeſtatis tabefaciet carnes. *Job* 37. Nonne veſtimenta tua ſunt calida, cum perflata fuerit terra auſtro? *g* Et oleum] miſericordiæ. *h* De capite tuo,] ideſt, de mente tua [non deficiat.] Hæc duo, ſcilicet oleum miſericordiæ, & candor munditiæ ſunt contra duo mala, quæ ſunt origo omnium malorum, ſcilicet malitiam mentis, & immunditiam carnis. Unde *Sap.* 1. In malevolam animam, &c. Vel. *g* Oleum de capite, &c.] ideſt, hilaritas de mente. Hilarem enim datorem diligit Deus, ut dicitur 2. *Cor.* 9. Unde Dominus *Matth.* 6. Cum jejunas, unge caput tuum, & faciem tuam lava. *Eccli.* 35. In omni dato hilarem fac vultum tuum, & exultatione ſanctifica decimas tuas. Generaliter autem oleum gratiæ poteſt accipi, quod de capite, ideſt, corde non debet deficere, ſicut nec de lampade, quæ jugiter ardere, & lucere in templo Dei debet. Ergo non deficiat oleum de capite, ne ſit templum Dei ſine lampade ardente. Item non deficiat oleum de capite, ſicut nec medicina de vulnere: Oleum enim gratiæ in capite eſt medicamentum in vulnerato corde. Juxta litteram vero tangit Salomon morem Paleſthinæ, ubi homines capita ſua ungunt. Et loquitur concionatorie, quaſi diceret: vaca deliciis, & cultui exteriori. Vel ſic expone. *g* Oleum de capite, &c.] ideſt, caput tuum oleo gratiæ Dei non deficiat. Nunquam enim primo deficit oleum capiti, donec caput tuum deficiat oleo. Tunc enim primo ſtetit oleum Eliſæi quando defecerunt vaſa, 4. *Reg.* 4. Et hoc eſt, quod dicit Apoſt. *Heb.* 12. Videte, ne quis deſit gratiæ Dei. *i* Perfruere vita] gratiæ, vel naturæ. *k* Cum uxore quam diligis] ideſt, cum Sapientia, quam tibi quaſi conjugem ſociaſti. *Sap.* 8. Hanc amavi juventute mea, & quæſivi Sponſam mihi aſſumere. *l* Cunctis diebus vitæ inſtabilitatis tuæ] ideſt, vitæ tuæ inſtabilis. *m* Qui dati ſunt tibi] id, ut in eis laborando ſervias Deo ad tui utilitatem. *n* Sub Sole omni tempore vanitatis tuæ] vel [nativitatis,] quæ tota plena eſt vanitate triplici, ſcilicet mutabilitatis, mortalitatis, & iniquitatis: Quæ iterum in tres dividitur, in vanitatem ſcilicet, curioſitatis, cupiditatis, & voluptatis, & omni hac vanitate plena eſt nativitas; quia quicquid eſt in mundo, aut eſt concupiſcentia carnis, &c. 1. *Jo.* 2.

o Hæc eſt pars] tua. *p* In vita, & in labore, &c.] quaſi dicat: vera Sapientia hæreditas, ſive portio tua eſt. Unde *Pſal.* 118. Portio mea, Domine, dixi cuſtodire legem tuam. Hanc in vita tua toto labore debes tibi aſſociare; & hoc cunctis diebus vitæ tuæ, qui dati ſunt tibi ad requirendum Sapientiam, ad negotiandum cum illa, ad ſeminandum ex illa, ad delectandum in illa, quia poſt mortem non licebit neque negotiari, neque ſeminare, neque Sapientiam uxorem aſſumere. Et hoc eſt quod ſequitur. *q* Quodcumque] bonum [poteſt facere manus tua, inſtanter operare,] ideſt, celeriter, continue, ferventer, perſeveranter. Celeriter propter brevitatem temporis. Unde *Jo.* 9. Me oportet operari opera ejus qui miſit me, donec dies eſt, venit nox, quando nemo poteſt operari. Unde dicit Dominus *Jo.* 12. Ambulate, dum lucem habetis, ne tenebræ vos comprehendant. *Gal.* 6. Dum tempus habemus, operemur bonum ad omnes. Continue, quia interpolatio otii mentis robur enervat. *Eccli.* 27. Si non in timore Domini te tenueris inſtanter, cito ſubvertetur domus tua. Ferventer, quia mollities in operibus diſſipatio illorum eſt. *Prov.* 18. Qui mollis, & diſſolutus eſt in opere ſuo, frater eſt ſua opera diſſipantis. Perſeveranter, quia ſola perſeverantia coronatur, 1. *Cor.* 9. Neſcitis, quia hi qui in ſtadio currunt, omnes quidem currunt, ſed unus accipit bravium, ſcilicet perſeverans. *Matt.* 10. & 24. Qui perſeveraverit uſque in finem, hic ſalvus erit, 2. *Tim.* 2. Qui certat in agone, non coronatur, niſi legitime certaverit; quare autem ſic oporteat inſtare operi oſtendit. *r* Quia nec opus,] ideſt tempus operandi. *ſ* Nec ratio] allegandi. *t* Nec ſcientia] laborandi. *u* Nec ſapientia] contemplandi. *x* Erunt apud inferos, &c.] male operando & cum tempore defluendo, & curſum præſentis mortalitatis currendo. In his enim tribus conſiſtit hæc præparatio, in præcipitio malorum operum, in fluxu temporis, cum quo pari velocitate rapimur, in curſu præſentis mortalitatis quo jugiter vigilantes & dormientes currimus ad mortem. Et hæc properatio tangitur *Job* 21. Ducunt in bonis dies ſuos, & in puncto ad inferna deſcendunt. Sed nonne erit labor in inferno? Utique & etiam dolor, & timor, & pudor. Ergo & opus item in imagine pertranſit homo, ſed ratio imago Dei eſt, ergo ratio erit in inferno. Sol. Opus non erit tibi, ideſt, tempus operandi utiliter, ſed recipiendi mercedem operis. Unde 2. *Cor.* 5. Omnes nos manifeſtari oportet ante tribunal Chriſti, ut recipiat unuſquiſque propria corporis, prout geſſit, ſive bonum, ſive malum. Item non erit ibi ratio defenſionis, excuſationis, vel allegationis, aut appellationis, ſed judicabitur ſecundum opera quæ manifeſta erunt tunc. *Apoc.* 20. Dedit mare mortuos ſuos qui in eo erant: & mors & infernus dederunt mortuos ſuos qui in ipſis erant, & judicatum eſt de ſingulis ſecundum opera eorum. Item nec ratio ſupplicationis erit ibi, ideſt, non proderit, *Job* 41. Non parcam ei verbis potentibus, & ad deprecandum compoſitis. *Prov.* 6. Zelus viri non parcet in die vindictæ, nec acquieſcet cujuſquam precibus. Item ſcientia, & ſapientia non erunt ibi, ut eis vacare, & in eis delitiari permittatur alicui; ſed potius erunt ibi ad tormentum quia ſervus ſciens voluntatem Domini ſui, & non faciens, vapulabit multis. *Luc.* 12. Et *Jac.* 4. Scienti facere bonum, & non facienti, peccatum eſt illi. Ergo eſt ſenſus, quod opus, & ratio ſcientia, & ſapientia hic habent uſum, ibi fructum. Unde *Prov. ult.* Date ei de fructu manuum ſuarum. *y* Verti me ad aliud] contemplandum. *z* Vidique] ideſt, mente percepi. *a* Sub Sole,] ideſt, in hoc mundo. *b* Nec velocium] ideſt, Sanctorum, quos non aggravat carnis infirmitas.

c Eſſe curſum] quia quod ipſi currunt per viam mandatorum Dei, ad bravium ſupernæ vocationis, non eſt a ſe, ſed a Deo. Unde *Rom.* 9. Non eſt volentis, neque currentis, ſed Dei miſerentis, 1. *Cor.* 4. Quid habes quod non accepiſti? Vel ſic. *z* Vidi nec velocium,] ideſt, nimis properantium.

c Eſſe curſum] i. finem curſus, ideſt fructum, ſive bravium æternæ vocationis. Multi enim currunt, ſicut novitii, qui

tu

al. † nativitatis.

Digitized by Google

in medio itinera fatigati deficiunt: aut ſicut equi effrænes, & indomiti, qui in principio nimis diſcurrunt, ita ut ſtatim deficiant. Propter quod dicit Apoſt. 1. *Cor.* 9. Sic currite, ut comprehendatis. Vel ſic. Vidi velocium non eſſe curſum, ſed aliorum; quia non ſibi, ſed aliis laborant, ut hypocritæ: vel quia ab illo cadunt per ſuperbiam: & quod ſpiritu cœperunt, carne conſummant, ſicut legitur *Gal.* 3. *a* Nec fortium bellum] ideſt, victoriam belli, vel poteſtatem bellandi, ſed Dei eſt utrumque, & poteſtas & victoria, *Rom.* 13. Non eſt victoria, niſi a Deo. 1. *Mach* 3. Non in multitudine exercitus victoria belli; ſed de cœlo fortitudo eſt. *Exod.* 14. Vos tacebitis; & Dominus pugnabit pro vobis. Quod attendens *Pſ.* 143. ait: Benedictus Dominus Deus meus, qui docet manus meas ad prælium, & digitos meos ad bellum.

a nec fortium bellum, nec *b* Sapientium panem, nec *c* Doctorum divitias, nec *d* Artificum gratiam; *e* ſed tempus, caſumque in omnibus. *f* Neſcit homo finem ſuum: *g* ſed ſicut piſces capiuntur *h* hamo: *i* & ſicut aves comprehenduntur laqueo; ſic *k* capiuntur homines *l* tempore malo, cum *m* eis extemplo *n* ſupervenerit. *o* Hanc quoque ſub Sole vidi Sapientiam, & *p* probavi maximam. *q* Civitas parva, & *r* pauci in ea viri. *ſ* Venit contra eam Rex magnus: & *t* vallavit eam; *u* extruxit munitiones per gyrum: & *x* perfecta eſt obſidio: *y* Inventuſque in ea vir pauper, & ſapiens ▲ liberavit urbem per

b Nec Sapientium panem] verbi Dei, quod miniſtrant; non enim illud habent a ſe, ſed a Deo. Unde *Sap* 16. Angelorum eſca nutriviſti populum tuum: & paratum de cœlo panem præſtitiſti illis ſine labore. Vel ideo dicit panem non eſſe Sapientium: quia inde non comedunt; ſed aliis totum apponunt. Dicunt enim & non faciunt. *Matth.* 23. Ad litteram enim panifices bonum panem faciunt, non ſibi, ſed aliis: ipſi enim bonum panem vendunt aliis; & ipſi pane furfureo veſcuntur. Ita pannifices vilioribus pannis induuntur: & ſutores vilioribus ſotularibus calceantur. Sic plerique Doctores panem ſuaviſſimum verbi Dei aliis vendunt; & ipſi furfure verborum contenti ſunt. *c* Nec Doctorum divitias] bonorum operum. De quibus *Prov.* 13. Redemptio animæ viri propriæ divitiæ. Vel divitias æternas. De quibus *Pſ.* 111. Gloria & divitiæ in domo ejus. Vel divitias Sapientiæ. De quibus *Iſ.* 33. Divitiæ ſalutis Sapientia, & ſcientia. Omnes hominis divitiæ non Doctorum ſunt, ſed Dei. Unde *Prov* 8. Mecum ſunt divitiæ, & gloria, & opes ſuperbæ. *d* Nec Artificum gratiam] faciendi, artem ſive opera artis: ſed Dei. Unde 1. *Cor.* 15. Gratia Dei ſum id, quod ſum. Omnia igitur bona, quæ habet homo, non a ſe, ſed a Deo habet. Item non a ſe immobiliter habet; ſed amittere poteſt multis modis: & ita tota vita ejus mutabilis eſt, & variabilis, & ſub caſu: & ideo ſuperbire non debet. Sic dicitur 1. *Cor.* 4. Quid habes, quod non accepiſti? Si autem accepiſti, quid gloriaris, quaſi non acceperis? Et hoc eſt, quod ſequitur. *e* Sed tempus, caſumque in omnibus] ſupple vidi, ideſt, incertitudinem, & mutabilitatem. *Job.* 14. Homo natus de muliere brevi vivens tempore: qui quaſi flos egreditur, & conteritur, & fugit velut umbra, & nunquam in eodem ſtatu permanet. *f* Neſcit homo finem ſuum] i. horam finis, ſive mortis ſuæ, vel quali fine mori debeat, & ideo debet eſſe magis ſollicitus, & attentus circa ſe. Unde *Matt.* 24. Vigilate ergo, quia neſcitis, qua hora Dominus veſter venturus ſit. Item *Matth.* 25. Vigilate, quia neſcitis diem, neque horam. *g* Sed ſicut piſces capiuntur,] cito, vel ſubito. *h* Hamo] abſcondito. *i* Et ſicut aves comprehenduntur laqueo] latenti. *k* Sic capiuntur homines] ex improviſo. *l* Tempore malo,] ideſt, tempore judicii, vel mortis, vel cujuſlibet adverſitatis. *m* Cum eis extemplo,] ideſt, repente. *n* Supervenerit] tempus malum, quo non poterunt fugere, niſi modo ſibi provideant. Unde *Luc.* 21. Attendite vobis, ne forte graventur corda veſtra in crapula, & ebrietate, & curis hujus vitæ, & ſuperveniat in vos repentina dies illa: tanquam laqueus enim ſuperveniet in omnes, qui ſedent ſuper faciem omnis terræ. Dupliciter autem capiuntur homines tempore malo, i. tempore tentationis; aut quia tentatio imparatum, & immunitum inveniet. Propter quod dicitur *Eccli.* 2. Fili, accedens ad ſervitutem Dei, &c. Aut quia voluptas allicit. Et hic duplex modus innuitur per hoc, quod dicitur: Sicut piſces hamo, & ſicut aves laqueo. *o* Hanc quoque ſub Sole vidi Sapientiam] ideſt, hoc opus Sapientiæ, quod dicturus ſum. *p* Et probavi maximam,] ideſt, hoc noſſe probavi eſſe maximum. Maximum, dico, utilitate, & profunditate. Utilitate, quia iſta cognitio radix eſt immortalitatis; ſicut legitur *Sap.* 8. Immortalis eſt in † cognitione Sapientiæ; & in amicitia illius delectatio bona. Item *in eod.* 13. Vani ſunt omnes homines, in quibus non ſubeſt ſcientia Dei. Profunditate, quia non niſi per revelationem habetur. Vocat ergo Salomon Sapientiam maximam, negotium, vel cognitionem operis ſive negotii, de quo dicit. *q* Civitas parva] eſt, vel fuit. *r* Et pauci in ea viri] ideſt, homines viriles. *ſ* Venit contra eam Rex magnus] ad litteram. *t* Et vallavit eam] munitionibus. *u* Extruxit munitiones per gyrum: *x* Et perfecta eſt obſidio] illius civitatis. *y* Inventuſque in ea vir pauper, & ſapiens]

al. † cogitatione.

D

Myſtice.

Myſtice. *q* Civitas parva] eſt Eccleſia humilis. De qua *Pſ.* 121. Glorioſa dicta ſunt de te civitas Dei. Et alibi Jeruſalem, quæ ædificatur ut civitas. Ideo autem parva, vel humilis dicitur Eccleſia, quia tantum parvi, & humiles habitant in ea, numero & merito. Unde *Matt.* 18. Amen dico vobis, niſi converſi fueritis, & efficiamini ſicut parvuli, non intrabitis in regnum cœlorum. Vel parva dicitur reſpectu Babylonis, i. civitatis Diaboli. De qua *Dan.* 4. Nonne hæc eſt Babylon civitas magna, quam ædificavi in fortitudine mea? *r* Et pauci in ea viri,] ideſt, homines fortes, & viriles, ad comparationem malorum, vel vocatorum a Deo. Multi enim ſunt vocati; pauci vero electi. *Matt.* 20. & 22. *ſ* Venit contra eam Rex magnus,] ideſt, Princeps hujus mundi Diabolus. *Job* 41. Qui eſt Rex ſuper omnes filios ſuperbiæ. Et ideo Rex magnus, quia ſuper magnos, ideſt, ſuperbos regnat. Vel quia magnum eſt regnum ſuum, ſcilicet, totus mundus, *Jo.* 14. Venit Princeps mundi hujus, & in me non habet quicquam: Vel magnus fortitudine. *Luc.* 11. Cum fortis armatus cuſtodit atrium ſuum; in pace ſunt omnia, quæ poſſidet. Vel magnus dicitur, quia jactat ſe magnum. *Matth.* 4. Hæc omnia tibi dabo, ſi procidens adoraveris me. *t* Et vallavit eam] ideſt, malis undique circumdedit ad impugnandum. Unde *Pſa.* 21. Circumdederunt me vituli multi; tauri pingues obſederunt me. *u* Extruxit munitiones per gyrum] ideſt, incitationes, fortes tentationes, frequentes tribulationes. Munitiones etiam Diaboli, quas extruxit contra Eccleſiam, ſunt hæreticorum verſutia, Tyrannorum malitia, propria aſtutia, mundi ſapientia, quæ inimica eſt Deo, ut dicitur *Jac.* 4. & prudentia carnis, quæ eſt mors ſpiritus. *Rom.* 8. omnis perſecutio. *x* Et perfecta eſt obſidio] quia nihil de his, quæ requirit obſidio, omittit Diabolus. Habet enim apertos impugnatores hæreticos, & Tyrannos: habet & ſuffoſſores occultos, ſcil. hypocritas: habet & machinas, & baliſtarios, adulatores, & detractores. Item perfecta eſt obſidio, quia quocunque exierit homo de hac civitate, incurrit in hoſtes armatos. Unde *Eccli.* 9. Communionem mortis ſcito, quoniam in medio laqueorum ingredieris, & ſuper dolentium arma ambulabis. Vel ideo perfecta dicitur obſidio; quia ante adventum Chriſti nullus evadebat Diabolum, ſed omnes trahebat ad inferos, vel ad limbum. *y* Inventuſque in ea vir pauper, & Sapiens] i. Chriſtus Dominus, qui ſolus vere, & perfecte eſt vir, nihil mollitiei fœmineæ habens. De quo *Jer.* 31. Novum faciet Dominus ſuper terram: fœmina circumdabit virum. Item pauper fuit; quia nec divitias habuit, nec amavit. *Pſ.* 68. Ego ſum pauper, & dolens. Item Sapiens eſt; quia in eo ſunt omnes theſauri Sapientiæ, & ſcientiæ Dei abſconditi, 1. *Gloſ.* 3.

● Liberavit urbem, ideſt, Eccleſiam

Aliter ſecundum Hieron.

Hieron. aliter exponit ſecundum Hebræos. *q* Civitas parva] eſt homo qui dicitur Microcoſmus, ideſt, minor mundus. *r* Pauci viri] ſunt vires, & membra. *ſ* Rex magnus] Diabolus. *x* Obſidio] omnia incommoda ægritudinum, & tribulationum. *y* Vir pauper, & Sapiens] ſpiritus humilis, qui dum pœnitet, liberatur per ſapientiam pœnitudinis a carcere Diaboli.

▲ Quod autem ſequitur. Et nullus

Moralis.

Moraliter. *q* Civitas parva, ideſt, quilibet Electus. *r* Pauci in ea viri,] i. virtutes, quæ dicuntur viri propter robur, & quia generant in voluntate filios bonorum operum. Et pauci dicuntur reſpectu multitudinis vitiorum. Contra hanc civitatem *ſ* venit Rex magnus] ideſt, Diabolus. *t* Et vallavit eam] ideſt, undique obſedit, ita ut quocunque exeat quis, incidat in hoſtes. Supra ſunt Dæmones, qui ſuggerunt iniquitatem: Infra, caro, quæ ſuggerit voluptatem: A lateribus mundus, qui a dextris proſperitate; a ſiniſtris impugnat adverſitate. *u* Extruxit munitiones per gyrum] ideſt, varios modos tentationum. *y* Inventuſque in ea vir pauper, & ſapiens] ideſt, virtus humilitatis.

ſ. a liberavit urbem per Sapientiam ſuam, & nullus,] aut pauci. d Deinceps] ideſt, poſtea. e Recordatus eſt hominis pauperis,] ut ſaltem laudaret eum de tanto facto, aut ſubveniret paupertati ejus. Ad litteram ita contingit ſæpe, vel contingere poteſt. Sicut legitur 2. *Reg.* 20 de ſapiente muliere, cujus conſilio & auxilio liberata eſt civitas Abela obſeſſa a Joab, abſciſſo capite Sibiæ fugitivi, qui ad illam urbem fugerat, & hoſtibus tradito. Similiter conſilio, & auxilio Judith liberata eſt Bethulia civitas Judæorum, quam obſederat Holofernes.

a liberavit urbem per b Sapientiam ſuam; c & nullus d deinceps e recordatus eſt hominis illius pauperis. Et f dicebam ego g meliorem eſſe Sapientiam h fortitudine. Quomodo ergo Sapientia pauperis contempta eſt, & i verba ejus k non ſunt audita?

Myſtice. ⊖ a Liberavit urbem] ideſt, Eccleſiam a Diabolo, a morte, a peccato. *Matth.* 16. Tu es Petrus, &c. b Per Sapientiam ſuam,] ideſt, ſtultitiam crucis, ideſt, morte ſua, quæ hic Sapientia nominatur, ut dicit *Gloſ.* Quod enim ſtultum eſt Dei, ſapientius eſt hominibus, 1. *Cor.* 1. *Gloſ.* dicit, [Per Sapientiam] non per potentiam. Et conveniens fuit hoc, quia Diabolus non per potentiam virtutis ſuæ hominem devicit; ſed per aſtutiam malitiæ ſuæ decepit. Et ideo Chriſtus Dominus non per potentiam Divinitatis Diabolum voluit ſuperare; ſed per aſtutiam Sapientiæ ſuæ, qua ſub eſca humanitatis abſcondit aculeum Divinitatis, ut dicit *Greg.* Unde *Job* 40. An extrahere poteris Leviathan hamo: & fune ligabis linguam ejus? Sed contra, *Luc.* 11. Cum fortis armatus cuſtodit atrium ſuum, in pace ſunt ea, quæ poſſidet: ſi autem fortior illo ſupervenerit, &c. Item *Iſ.* 49. Nunquid tolletur a forti præda? Sol. Per potentiam liberavit Eccleſiam ſuam ſimul, & per Sapientiam. Unde *Job* 26. In fortitudine illius repente congregata ſunt maria, & prudentia ejus percuſſit ſuperbum. Spiritus ejus ornavit cœlos; & obſtetricante manu ejus, ideſt, auxiliante potentia eductus eſt coluber tortuoſus, ideſt, Diabolus. Sapientiæ autem adſcribitur liberatio, non potentiæ, quia quicquid fecit Dominus in liberatione humani generis, fecit ex ratione, & juſtitia. e Et nullus deinceps recordatus eſt hominis illius pauperis] cum digna gratiarum actione, aut devotione. *Amos* 6 Bibentes in phialis vinum: & optimo unguento delibuti; & nihil patiebatur ſuper contritione Joſeph. Vel e Nullus] ideſt, pauci reſpectu multitudinis illorum, qui obliti ſunt. Unde *Iſ.* 17. Oblita es Dei Salvatoris: & fortis adjutoris non es recordata. f Et dicebam ego] videns per Sapientiam Chriſti Eccleſiam liberatam. g Meliorem eſſe Sapientiam] Chriſti. h Fortitudine] Diaboli

Aliter. ſecundum hist. ▲ Quod autem ſequitur. e Et nullus deinceps recordatus eſt hominis illius] dicitur; quia gratia pœnitudinis, & beneficium in pleriſque cum ipſa obſidione pariter evaneſcit.

Moral. a * Liberavit urbem] ideſt, hominem. b Per Sapientiam ſuam] Quæ in duobus conſiſtit, ſcilicet, in oſtenſione defectuum, & miſeriarum ſuarum oculis Dei; & attributione victoriæ Deo. Propter primum miſerabilem ſe exhibet in oculis Miſericordis; & ideo liberationis beneficium ei bonitas Dei negare non poteſt. Propter ſecundum totum pondus prælii Deo imponit; cujus enim eſt victoriæ gloria, ejuſdem & belli executio. Et ideo dicit Moyſes *Exod.* 14 Vos tacebitis; & Dominus pugnabit pro vobis. Quod ſequitur. e Et nullus deinceps recordatus eſt hominis illius pauperis] dicitur hyperbolice; quia pauci ſunt, qui non facile virtutem humilitatis obliviſcantur. f Et dicebam ego] ſolus, aliis inebriatis, præſenti lætitia. g Meliorem eſſe Sapientiam fortitudine] quia Sapientia ſemper invicta remanet; fortitudo vero interdum vincitur; quod patet in bellis ſæcularibus, & etiam ſpiritualibus; & quia fortitudo ſine ſapientia præceps eſt, ut dicit Greg. *Prov.* 19. Ubi non eſt ſcientia animæ, non eſt bonum: & qui feſtinus eſt, pedibus offendit. Item *in eod.* 24. Cum diſpoſitione itur ad bellum; & erit ſalus, ubi multa conſilia. *Tullius.* Viribus decertare belluinum eſt; ratione vero humanum. h Quomodo ergo Sapientia pauperis contempta eſt] ab ingratis. *Interlin.* dicit, quod legendum eſt admirative. Sed melius ſine admiratione, & eſt quæſtio optima, habens ſolutiones multiplices. Nulli enim dubium eſt, eſt, quin Sapientia ſit theſaurus, auro, & argento pretioſior, ut dicitur *Prov.* 3. & *Sap.* 7. Prærpoſui illam regnis, & ſedibus: & divitias nihil eſſe duxi in comparatione illius. Non eſt ergo mirum, ſi contemnitur a brutis animalibus, quæ non percipiunt ea, quæ Dei ſunt, ut legitur 1. *Cor.* 2. Propter quod dicit Dominus *Matth.* 7. Nolite ſanctum dare canibus; neque mittatis margaritas ante porcos. Item Sapientia aroma eſt, unde *Eccli.* 24. Sicut cinnamomum, & balſamum aromatizans odorem dedi.

Ideo non eſt mirum, ſi homines aſſueti ſterquiliniis, & fimis, eam contemnunt.

Item paupertas odibilis eſt toti mundo. Unde *Eccli.* 13. Nequiſſima paupertas in ore impii. Et ideo Sapientia pauperis contemptibilis redditur. Unde *eod.* 13. Dives locutus eſt, & omnes tacuerunt: & verbum illius uſque ad nubes perducent: & pauper locutus eſt: & dicunt, quis eſt hic? Et hoc eſt, quod ſequitur. i Et verba ejus] ſcilicet, pauperis. k Non ſunt audita] ideſt exaudita. Eſt autem multiplex cauſa quare mundus non audit verba pauperis Sapientis. *Multa cauſa quare non audiuntur verba pauperum.*

Prima eſt elongatio. Nam magnum chaos inter mundum, & ipſum firmatum eſt. Propter hoc dicitur Prædicatori, *Iſ.* 40. Clama. Et dixi: Quid clamabo? Omnis caro fœnum.

Secunda eſt obturatio aurium. Unde *Pſ.* 57. Furor illi ſecundum ſimilitudinem ſerpentis, ſicut aſpidis ſurdæ, & obturantis aures ſuas.

Tertia eſt dormitatio. *Eccli.* 22. Cum dormiente loquitur, qui narrat ſtulto Sapientiam.

Quarta eſt parvitas ſenſus, *Joan* 8. Quare loquelam meam non cognoſcitis: quia non poteſtis audire ſermonem meum.

Quinta eſt elevatio aurium. Mundus enim ita habet aures elevatas, ut non velit audire, niſi magna & mirabilia ſuper ſe: de morte enim, & de inferno, de paupertate ſua, de vilitate, de cæcitate, de omnimoda miſeria ſua omnino nihil audire vult. Ideo ſæpe dicit Dominus per *Pſ.* 77. Inclinate aurem veſtram in verba oris mei.

Sexta eſt defectus aurium. Unde *Ezec.* 23. Aures tuas, & naſum tuum præcidam, ideſt, præcidi permittam.

Septima eſt declinatio, ſive averſio aurium. Unde *Prov.* 28. Qui avertit aurem ſuam, ne audiat legem; oratio ejus erit execrabilis.

Octava eſt averſio, ſive perverſio verbi, quod fit tribus modis. Primo, cum verbum a ſuo ſenſu pervertitur. Secundo, cum verbum, ne dicatur, impeditur. *Amos* 7. Non prophetabis hic, quia ſanctificatio Regis eſt. Tertio, cum cor obſtruitur per falſas excuſationes, ne verbum intrare valeat. Et de his omnibus poteſt intelligi illud *Iſa.* 30. Auferte a me viam, declinate a me ſemitam. Auferunt enim, qui prohibent: declinant, qui pervertunt.

Nona eſt præoccupatio, qua præoccupatur rebus, vel aliis verbis, quæ verbum Dei intrare non ſinunt. *Prov.* 18. Non recepit ſtultus verba prudentiæ, niſi ea, quæ verſantur in corde ejus dixeris. Et *Matth.* 13. Spinæ ſuffocant verbum.

Decima eſt importunitas temporis. *Eccli.* 20. Ex ore fatui reprobabitur parabola; non enim dicit illa in tempore ſuo.

Undecima eſt aſſiduitas audiendi exterius. Quantum enim ex illa ipſi Doctores ſacri eloquii, & auditores obſurduerint interius, non indiget exemplis. Res nimis manifeſta eſt. Nam ſicut pulſatores campanarum, & molendinarii ipſa aſſiduitate ſonitus, & tumultus aquæ obſurdeſcunt, & eos tumultus hujuſmodi ſoporat, qui alios homines excitat, & dormire non ſinit; ſic ſpiritualiter Doctores, & aſſiduos auditores verbi Dei, ipſa aſſiduitas ſurdos facit. Et cum verbum Dei alios homines a ſomno peccati & corporis excitat; iſtos pleroſque dico, in lecto voluptatis, & vanitatis ſoporare videtur. Sed non eſt hoc ex parte verbi, ſed ex parte eorum, qui non ſic ſe habent ad verbum, ut debent. Pauci enim, quod docent, vel diſcunt, faciunt.

Duodecima eſt tumultus. Et hic eſt triplex. Primo † propriorum peccatorum clamor. De quo *Gen.* 4. Vox ſanguinis fratris tui clamat ad me de terra. Secundo, ſtrepitus cogitationum. Unde Dominus antequam ſuſcitaret puellam, ejecit de domo turbam tumultuantem. *Matth.* 9. Et de hoc dicitur *Oſee* 2. Adducam eam in ſolitudinem; & ibi loquar ad cor ejus. Tertio, inquietudo curarum, & ſuperfluarum actionum. *Eccli.* 38. Sapientiam ſcribe tempore vacuitatis: & qui minoratur actu, percipiet Sapientiam. *al. † propinquorum.*

Tertiadecima eſt raucedo loquentium. Unde *Pſ.* 68. in perſona Eccleſiæ: Raucæ factæ ſunt fauces meæ. Pro omnibus iſtis cauſis ſequitur.

a Verba

Digitized by Google

> *a* Verba Sapientum *b* audiuntur in ſilentio, *c* plus quam clamor Principis *d* inter ſtultos. *e* Melior eſt Sapientia, quam arma bellica:

a Verba Sapientum] qui favorem & plauſum non quærunt, ſed ſalutem audientium, & honorem Dei. *b* Audiuntur in ſilentio,] ideſt, in quiete a quolibet prædictorum tumultuum. Silentio dico, tam loquentium, quam audientium. De quo dicitur *Iſ.* 30. In ſilentio, & ſpe erit fortitudo veſtra. *c* Plus quam clamor,] ideſt, clamoſa oratio. *d* Principis inter ſtultos,] ideſt, principatum ambigentis. Ex affectu enim nominatur unuſquiſque apud Deum dives vel pauper; non ex carentia, vel affluentia rerum. Unde *Amb.* Affectus tuus operi tuo nomen imponit. Stulti vero hic dicuntur, qui non quærunt proficere; ſed laudem ſibi prædicando, vel docendo, vel etiam audiendo acquirere. Vel nomine Principis intelligitur Chriſtus Dominus. De quo *Iſ.* 9.

Factus eſt principatus ſuper humerum ejus, & vocabitur nomen ejus admirabilis, Conſiliarius, Deus fortis, Pater futuri ſæculi, Princeps pacis. Et *eodem* 32. Princeps ea, quæ digna ſunt Principe, cogitabit, & ipſe ſuper Duces ſtabit.

Doctrina & Prædicatio hujus Principis tota fuit clamor. Unde *Joa.* 7. In noviſſimo die magno feſtivitatis ſtabat Jeſus, & clamabat. Et licet tantus eſſet clamor ejus, ut etiam Lazarus mortuus audiret, & exurgeret de ſepulchro, ut legitur *Joan.* 11. tamen inter ſtultos Judæos audiri non potuit. Eſt ergo ſenſus. *a* Verba Sapientum] ideſt, Scribarum, & Phariſæorum, qui ſe ſapientes jactabant. *b* Audiuntur in ſilentio,] ideſt, ſine tumultu. *d* Inter ſtultos] Judæos. *c* Plus quam clamor Principis,] ideſt, fervens Prædicatio Chriſti. *e* Melior eſt Sapientia, &c.] etiam in bello corporali. Sicut oſtenſum eſt *Prov.* 24. ibi. Vir ſapiens fortis eſt; & vir doctus robuſtus, & validus; quia cum diſpoſitione itur ad bellum, &c. Unde dicit hic *Int.* Sapientiam præfert fortitudini; quia Sapientia vincit malitiam, quod non fortitudo. Unde *Sap* 8. Sapientia operatur omnia. In bello etiam ſpirituali verum eſt: Multi enim habent bellica arma, ideſt, virtutes, quorum aliæ ſunt arma protectionis, ut humilitas, patientia, manſuetudo; aliæ impugnationis, ut diſciplina, quæ jejuniis, vigiliis, ceteriſque hujuſmodi diſciplinis carnem impugnat: pietas, quæ eleemoſynis velut lapidibus Diabolum obruit: amor paupertatis, quæ contemptu velut gladio acutiſſimo mundum interficit. Multi habent hæc arma, qui tamen in bellis ſpiritualibus ſuccumbunt propter inſipientiam aliquando, quæ multiplex eſt. Prima eſt, quando arma nimis oneroſa ſunt, & ſupra vires; ita quod non ſufficiunt ad portandum, ut ſunt nimiæ pſalmodiæ, nimiæ vigiliæ, nimiæ diſciplinæ, nimiæ abſtinentiæ, & hujuſmodi, quæ certandi ſtrenuitatem magis impediunt. Propter quod, & David recuſavit arma Saulis 1. *Reg.* 17.

Multiplex inſipientia in bello ſpirituali.

Secunda inſipientia eſt, cum ante pugnam non ſe armant; ſed tunc primum arma protectionis arripiunt, cum jam fuerint vulnerati: & fiunt eis arma oneri, quæ prius fuiſſent defenſioni. Verbi gratia. Cum jam fuerint proſtrati gladio detractionis; tunc primo volunt arripere clypeum humilitatis, vel patientiæ; tunc primo conſilia quærunt, quibus hæc jacula repellere poſſent. Ante faciendum eſt. Unde dictum eſt *Eccli.* 2. Fili, accedens ad ſervitutem Dei, &c. Tertia inſipientia eſt, quia ab illa parte, qua major, & periculoſior eis conflictus imminet, protegere ſe negligunt, & alibi, ubi nullus conflictus eſt, nullum periculum, omni ſollicitudine ſe muniunt, tanquam eis nullum aliud periculum immineret. V. g. Cum infeſtat ſpiritus luxuriæ, currunt ad eleemoſynas, & orationes, quibus ſe muniunt; jejunia vero, & vigilias, & peregrinationes, & hujuſmodi, quibus ſolis luxuriæ ſpiritus expugnatur, cum eis injunguntur, nullo modo recipere volunt; & ita contra luxuriam ſe muniunt armis, quibus contra alia vitia pugnatur. Similiter avarus cum largitione eleemoſynarum poſſet expugnare ſpiritum avaritiæ, qui eum impugnat, omnino largiri non curat; ſed bene jejunaret, & oraret. Similiter ſuperbus frequenti uſu humilitatis poſſet expugnare adverſarium ſuum; & ipſe lavare pedes fratribus, viliorem habere habitum, ultimus ſedere, vilius comedere, opprobria ſuſtinere, omnino non curat; & tamen quærit conſilium, qualiter poſſit adverſarium ſuum ſuperare.

Et in hoc conſilio dando ſæpe decipiuntur Confeſſores aliqui, qui arma, & medicamenta morborum ſpiritualium, vel commiſcent, vel permutant; & ideo pereunt in manibus eorum. Quarta inſipientia eſt, quia differimus hoſtem percutere, dum parvulus eſt, & infirmus, & debilis; quia tunc de facili poteſt occidi. Parvulus eſt hoſtis in primo motu; debilis, quando adhuc eſt in ſola cogitatione; infirmus etiam eſt, quando nondum exhibuimus membra noſtra arma iniquitatis peccato, ut legitur *Rom.* 6. ideſt, quando peccatum nondum venit ad opus. Occidendus eſt ergo hoſtis, dum parvulus, & debilis & inermis eſt; ne poſtea fortior nobis efficiatur. Unde Sponſa *Cant.* 2. Capite nobis vulpes parvulas, quæ demoliuntur vineas.

Et *Pſal.* 136. Beatus, qui tenebit, & allidet parvulos ſuos ad petram. *Sap. 6. Pſal. 136.*

Quinta ſtultitia eſt, quod ſtatim, ubi congreſſus imminet, jacula præſentimus, prorſus arma noſtra rejicimus, quibus poteramus nos tueri. Verbi gratia. Cum jaculum detractionis, aut contumeliæ, aliquis in nos jaculaverit, ſtatim patientiam, & humilitatem, quæ velut clypeus opponenda fuerant, abjicimus. Unde *Philoſophia dixit Boetio.* Talia tibi contuleramus arma, quæ niſi prius rejeciſſes, invicta te firmitate tuerentur.

Sexta ſtultitia eſt, quod noſtros adjutores non agnoſcentes, adverſus eos toto ſtudio, & totis viribus pugnamus. Verbi gratia.

Contradictiones, & perſecutiones, & contumeliæ, & cetera hujuſmodi, pro nobis ſunt, quaſi ſuccurſus a Deo miſſus ad impugnandum hoſtes noſtros. Etenim hoſtis noſter eſt proprius ſenſus, ad quem debellandum mittit nobis Dominus contradictiones. Item hoſtis noſter eſt propria voluntas ad quam expugnandam mittit Dominus contumelias, ignominias, perſecutiones. Hæc omnia pro nobis ſunt in prælio, quamdiu cum Deo ſumus: quia illa ſunt a Deo. *Eccli.* 11. Bona & mala, vita & mors, paupertas, & honeſtas a Domino Deo ſunt. Cum igitur adverſus hujuſmodi repugnamus, contra adjutores noſtros pugnamus, & quibus gratias agere deberemus; imo pretio magno conducere, ſicut legitur quidam feciſſe in vitis Patrum; eos perſequimur & repellimus tanquam hoſtes. Legitur 2. *Reg.* 8. quod Thou Rex Emath miſit ad David Joram filium ſuum, ut gratias ageret ei, eo quod expugnaſſet Adadezer hoſtem ſuum. Similiter legitur 4. *Reg.* 16. quod Achaz Rex Juda miſit ad Theglatphalaſar Regem Aſſyriorum aurum, & argentum, quod inveniri potuit in domo Domini, & in theſauris regiis, ut expugnaret pro eo Regem Syriæ, & Regem Iſrael. Sic & Sapientes faciunt adhuc perſecutores ſuos quaſi propugnatores ſuos benedicunt, & conducunt.

Et hoc docuit Dominus *Matt.* 5. Diligite inimicos veſtros: benefacite his, qui oderunt vos: orate pro perſequentibus, & calumniantibus vos. *Rom.* 12. Benedicite perſequentibus vos; benedicite, & nolite maledicere.

Septima ſtultitia eſt cominus pugnare cum hoſte, cui ex noſtra propinquitate robur accreſcit: & ex elongatione deficiunt vires.

Sicut accidit in fornicatione, & in ſimilibus vitiis voluptatum, quæ fugiendo vincuntur. Unde 1 *Cor.* 6. Fugite fornicationem.

Octava ſtultitia eſt, quia non contraria contrariis curare volumus; ſed ſimilibus. Aqua nolumus pugnare contra ignem, ſed igne, hoc eſt, non manſuetudine, ſed ira contra iracundiam aliorum pugnamus; cum tamen ſcriptum ſit, quod contraria contrariis curantur. Unde Apoſtolus *Rom* 12 Noli vinci a malo; ſed vince in bono malum, quaſi dicat, contraria contrariis curantur.

Nona ſtultitia eſt clypeo jam perforato ſe protegere, quod multi faciunt, qui malorum exemplis peccata ſua, vel excuſare, vel defendere conantur.

Decima ſtultitia eſt, de aliena morte fiduciam vivendi ſumere, & inde minus arma, & gladios formidare; & non cernimus majores cecidiſſe. Hac ſtultitia laborant multi, qui malorum exemplis armantur ad vitia. Dicunt enim hoc fecit, vel facit talis magiſter, talis Prælatus; quid ergo mirum, ſi ego idem facio?

Undecima ſtultitia eſt in repugnando contra hoſtem laborare, cum poſſimus eum glorioſius, & ſecurius ſine ictu ſuperare. Verbi gratia. Tantummodo patienter ſuſtineamus, quicquid mali nobis fit, aut dicitur, & non vindicemus nos. De quo *Exod.* 14. Vos tacebitis, & Dominus pugnabit pro vobis.

Et hoc eſt, quod Dominus dixit Apoſtolis, *Luc.* 21. In patientia veſtra poſſidebitis animas veſtras.

Duodecima ſtultitia eſt teipſum hoſtili gladio ſpontanee transverberare.

Neque enim hoc poteſt hoſtis, niſi tu ipſe gladium ejus in viſcera tua moroſa cogitatione, aut delectatione, aut conſenſu, aut opere impegeris. Volens gladium voco cogitatum, quem per ſuggeſtionem cordi tuo applicat Diabolus, non habens poteſtatem ulterius impingendi, niſi tu ipſe

in gladium irrueris, ſicut fecit Saul 1. *Reg.* 31. Subtrahe igitur cor tuum; & cadet gladius, & tu illæſus penitus remanebis; imo quaſi victor coronaberis a Domino. Exemplum eſt de hoc in vitis Patrum, de illo, qui nocte una ſeptem coronas meruit, propter ſeptem cogitationes, quas a ſe repulit. Has duodecim ſtultitias ſola Sapientia curat; quod non faciunt omnia arma bellica pro ſe. Et ideo recte dicit Salomon [Melior eſt Sapientia, quam arma bellica.] Simile *Sap.* 6. Melior eſt Sapientia, quam vires: & vir prudens, quam fortis.

a & qui in uno peccaverit, *b* multa bona perdet.

CAP. X.

Muſcæ *c* morientes *d* perdunt *e* ſuavitatem unguenti.

a Et qui in uno, &c.] *Gloſ.* exponit hoc de charitate, quæ radix eſt omnium bonorum, ut dicit *Greg.* ſine qua nihil meritorie fit. Vel ſic. *a* Qui peccaverit in uno] ideſt, aliquod grave peccatum commiſerit. *b* Multa bona perdet] in aliis, quos exemplo ſuo corrumpit. Vel ſic. *a* Qui peccaverit in uno] ſcilicet, mandato, vel opere. *b* Multa bona perdet] ſcilicet, omnia bona, quæ ante fecerat. Unde *Ezech.* 18. Si averterit ſe Juſtitia a Juſtitia ſua, & fecerit iniquitatem ſecundum omnes abominationes, quas operari ſolet impius, numquid vivet? omnes juſtitiæ ejus, quas fecerat, non recordabuntur. Hinc dicit *Jac.* 2. Quicunque totam legem ſervaverit, offendat autem in uno, factus eſt omnium reus, ſupple, mandatorum, ad quæ impotentem, & inutilem ſe reddidit, cum gratiam, per quam implentur, in ſe extinxit; vel quia ea mortificavit, quæ ante cuſtodierat: vel omnium virtutum reus eſt, quas omnes uno ſolo peccato mortali occidit in ſe propter individuitatem, ſive individuam ſocietatem, & inſeparabilem comitantiam earum. Verbi gratia. Si quis omnes portas caſtri ſui hoſtibus diligenter clauſerit, & munierit, & unam ſolam apertam, & immunitam reliquerit: nihil prodeſt ceterarum portarum obſtructio, vel munitio; ſic nihil prodeſt obſervantia mandatorum, ſi unum negligitur vel contemnitur. Item nihil valet omnium foraminum navis obſtructio, ſi unum ſolum manet inobſtructum: illo enim ſolo tota navis ſubmergitur. Item nihil valet, ſi omnia vulnera curaveris, & unum ſolum remanet immedicatum; quia per illud mors incurritur. Item ſi totum corpus armaveris; ſed unam partem inermem dimittas quid proderit tibi? Per illam te feriet inimicus, & illam ſolam attendet. Item quid prodeſt ſtrenuiſſime decertaſſe, ſi ultimo ictu ſuccumbis? Aut quid prodeſt celerrime cucurriſſe, ſi extremus paſſus, vel ſaltus defuerit? Nihil. Ideo dicit Apoſtolus 1. *Cor.* 9. Sic currite, ut comprehendatis. Sic nihil prodeſt omnia bene egiſſe, & totam vitam laudabilem habuiſſe, ſi unus defectus de his, quæ diximus, adfuerit. Similis enim eſt vita noſtra ludo ſcacorum, ubi a bene ludentibus, Diabolo illuditur. Sicut ergo uno tractu male facto, vel non facto ludus amittitur, vel totum lucrum, ſic uno opere male facto, vel neglecto totius vitæ noſtræ fructus perditur. Unde dicit *Eccli.* 11. A ſcintilla una augetur ignis. Ideo timentibus incendium domus ſuæ, nec modica ſcintilla ardere permittenda eſt. Unde *Eccli.* 19. Qui ſpernit modica, paulatim decidet.

EXPOSITIO CAP. X.

Muſcæ morientes, &c.] Sapientia duo bona facit, odorem, ſcilicet, bonæ famæ, & ſuavitatem conſcientiæ. Unde Balſamus nuncupatur *Eccli.* 24. Et unguentum compoſitionis opere unguentarii factum *Exod.* 30. De quo dicitur 1. *Jo.* 2. Unctio docebit vos de omnibus. Sed unguentum iſtud commaculant peccatores, & importunæ cogitationes. Illi odorem famæ auferunt, iſtæ ſuavitatem conſcientiæ perdunt.

Et de utriſque dicit Salomon. *c* Muſcæ morientes] ideſt, peccatores inquieti, immundi ut muſcæ. *d* Perdunt] ideſt, amittunt in ſe, & perdunt, ideſt, deſtruunt in aliis. *e* Suavitatem unguenti,] ideſt, divinæ gratiæ, vel divinæ Sapientiæ, quo ungitur anima ad ſuavitatem, ad dignitatem, ad ſpecioſitatem, ad fragrantiam, ad ſuavitatem. Recte autem dicuntur peccatores muſcæ.

Peccatores dicuntur muſcæ.

Primo, quia de immunditia oriuntur. Unde *Job* 14. Quis poteſt facere mundum de immundo conceptum ſemine? Item quia immunditiis adhærent, & loca immunda frequentant. Unde *Jer.* 2. Omnes, qui quærunt eam; non deficient: in menſtruis ejus invenient eam.

Item quia inquieti ſunt. Unde *Jer.* 14. Hæc dicit Dominus populo huic, qui dilexit movere pedes ſuos, & non quievit, & Domino non placuit *Iſ.* 57. Impii quaſi mare fervens, quod quieſcere non poteſt. Item muſcæ ſcabioſos, tineoſos, ulceroſos circumeunt, & ſequuntur. *Eccli.* 13. Omnis homo ſimili ſibi ſociabitur: ſicut communicabit lupus agno aliquando; ſic peccator Juſto. Item muſcæ importunæ ſunt, & infeſtæ, & tumultuoſæ; ſic peccatores: unde & per cyniphes Ægyptios deſignantur *Exod.* 8. Recte ergo dicit. *c* Muſcæ morientes] ideſt, peccatores, *d* Perdunt ſuavitatem unguenti] ideſt, deſtruunt, primo in ſe, deinde in aliis, quos corrumpunt. *Prov.* 21. Theſaurus deſiderabilis, & oleum habitaculo Juſti, & imprudens homo diſſipabit illud. Alio modo. *c* Muſcæ morientes] ſunt immundæ, & improbæ, ac volatiles, & pungitivæ cogitationes, & affectiones. Quæ. *d* Perdunt] ideſt, deſtruunt. *e* Suavitatem unguenti] ideſt, devotionem orationis; non tamen ſubſtantiam, vel meritum, vel præmium, niſi eis conſenſus adhibeatur, imo ejuſdem meriti eſt muſcoſa oratio, ut ita dicam, & a muſcis libera, cum ex eadem charitate procedunt. Veruntamen loco ſuavitatis, & devotionis habet iſta muſcoſa oratio nobilem victoriam, qua, ſcilicet, ab hujuſmodi muſcarum importunitate evincitur, & eripitur ſtrenuitate mirabili. Nulla enim ſunt acriora certamina, nulli nobiliores triumphi, quam iſtarum muſcarum debellatio. Quod evidenter apparet in his cogitationibus blaſphemiæ, de quibus, certum eſt nobis, quod qui eas patiuntur, vellent commutaſſe certamen eorum in diſcrimen martyrii, vel in quaſcumque febrium paſſiones. Igitur viriliter agentibus, muſcarum improbitas occaſionem victoriæ parat pariter, & coronæ. Morientes autem dicuntur, vel quia in ſeipſis morientes ſunt, niſi noſipſi eas negligentia noſtra aut moroſitate nutrierimus; vel quia a ſtrenuis cito occiduntur: & ſtatim ut naſcuntur, moriuntur. Qui muſcas iſtas ab unguento, & ſacrificio orationis, prout poteſt, non abigit: Deo, cui offert ipſum, abominabile reddit, & provocat ad vomitum; ſicut qui ferculum pretioſum alicui apponeret totum deſuper muſcarum agminibus coopertum. Propter hoc Abraham volucres abigebat a ſacrificio ſuo *Gen.* 15. ne Deo fieret abominabile. Item nemo habitat libenter in domo plena muſcis, imo fugit & abominatur eam; ſic Deus mentes muſcoſas declinat. Et hoc eſt, quod dicitur *Sap.* 1. Perverſæ cogitationes ſeparant a Deo. Qui igitur muſcas a ſe non abigit; Deum abigit. Non enim ipſe eſt Beelzebub, ideſt, vir muſcarum, licet hoc Phariſæi Chriſto falſo imponerent. *Matth.* 12.

Multi ſunt etiam clauſtrales Beelzebub, & negligunt.

Sed quæret aliquis, quomodo poſſet ſe defendere ab his muſcis? Reſpondeo tribus modis, ſicut & a muſcis materialibus.

Prima defenſio eſt operimentum ſanctæ occupationis. Qui enim otioſus eſt, quaſi nudus muſcis iſtis expoſitus eſt; qui vero ſancta operatione totaliter occupatus eſt, velut operimento ab eis protegitur; ita ut non ſentiat punctiones earum. Secunda defenſio eſt abjectio, & diffugatio earum flagello, ideſt, lectione ſacrorum eloquiorum: quæ & flatum facit, & ſtrepitum, quo muſcæ terrentur, & fugantur. Unde *Sap* 15.

In hoc oſtendiſti inimicis tuis, vel noſtris; quia tu es, qui liberas ab omni malo: illos enim locuſtarum, & muſcarum occiderunt morſus, & non eſt inventa ſanitas animæ illorum: quia digni erant ab hujuſmodi exterminari: filios autem tuos, nec Draconum, nec venenatorum vicerunt dentes: miſericordia autem tua adveniens ſanabat illos: in memoria enim ſermonum tuorum exterminabantur. Item diſciplina bonum emuſcarium eſt. Unde aliqui cum infeſtantur ab hujuſmodi muſcis, aliqua ſe afflictione diſciplinant, & liberantur.

Tertia defenſio eſt frigus, ideſt, timor divini judicii, quod omnino eas interficit, ſicut muſcas viſibiles iſtud frigus materiale. Item.

c Muſcæ morientes] ſunt detractores, qui morſu amariſſimo. *d* Perdunt ſuavitatem unguenti] ideſt, odorem bonæ famæ, dum bona opera vel attenuant, vel inficiuntur, vel invertunt. Unde dicit *Gloſ.* [Muſcæ morientes perdunt ſuavitatem unguenti] ſic malum inter bonos. Unde Corrumpunt mores bonos colloquia mala. 1. *Cor.* 15. Et ſecundum hoc poteſt intelligi unguentum ſermo doctrinæ, vel ſanctæ exhortationis ex aromatibus ſacrorum eloquiorum confectum. Juxta illud *Prov.* 27. Unguento, & variis odoribus delectatur cor, & bonis amici conſiliis omnia dulcorantur. Hujus unguenti ſuavitatem vaniloquia adulatorum, vel detractorum a cordibus Magiſtrorum, & a cordibus auditorum ſæpe diſperdunt; quia dum ad hoc intendit ipſe, qui docet, vel prædicat, inefficax efficitur ſermo ejus.

a Pre.

Digitized by Google

al. † melior.

† *a* Pretioſior eſt Sapientia *b* parvaque gloria *c* ad tempus *d* ſtultitia. *e* Cor Sapientis in *f* dextera ejus; *g* & cor ſtulti in ſiniſtra illius. *h* Sed, & in via *i* ſtultus ambulans, cum *k* ipſe inſipiens ſit, *l* omnes ſtultos æſtimat. Si *m* ſpiritus *n* poteſtatem habentis *o* aſcenderit ſuper te, *p* locum tuum *q* ne dimiſeris, quia *r* curatio *ſ* ceſſare faciet pec-

a Pretioſior eſt Sapientia parvaque, &c.] Duobus modis exponitur hoc, ut videntur innuere quædam gloſulæ. Primo, ut Sapientia, & gloria ſint nominativi caſus, & ſtultitia ablativi. Et dicitur ſtultitia ad tempus, glor ola arrogantium de oſtentatione Sapientiæ procedens. Et dicitur ſtultitia ad tempus, quia modico tempore durat. Unde *Jo.* 20. Hoc ſcio a principio, ex quo poſitus eſt homo ſuper terram, quod laus impiorum brevis ſit, & gloria hypocritæ ad inſtar puncti. Hac igitur ſtultitia, ideſt, ſtulta, & ſtultæ oſtentationis gloriola. *a* Pretioſior eſt Sapientia parvaque gloria,] ideſt, gloria in brevis quam ſancti habent in Sapientia. Quæ dicitur parva gloria; quia limites propriæ conſcientiæ non excedit. Unde 2. *Cor.* 1. Gloria noſtra hæc eſt, teſtimonium conſcientiæ noſtræ. Nihil ergo aliud vult dicere Salomon ſecundum hanc expoſitionem, niſi quod melior eſt gloria propriæ conſcientiæ, quam vana gloria laudis humanæ. Vel ſic. *a* Pretioſior eſt Sapientia parvaque gloria] ideſt Sapientia, & gloria parvulorum, ideſt, humilium, pretioſior eſt apud Deum. *d* Stultitia ad tempus] ideſt, gaudio mundi brevi, & modico, quod eſt ſtultitia; quia ſtultum reddit poſſeſſorem ſuum. Unde *ſup.* 2 Riſum reputavi errorem, & gaudio dixi, quid fruſtra deciperis? ubi *Gloſ.* Decipiuntur, qui carnis gaudia ſequuntur: & perpetuum putant, quod fugit velut umbra. *Prov.* 15. Stultitia eſt gaudium ſtulto, ideſt, gaudium ſtulti ſtultitia. Sed quid mirabile dixit in hoc Salomon, quod Sapientia pretioſior dicitur, quam ſtultitia, quis dubitat de hoc? Sed hoc ideo dixit. quia ſtultitia præfertur Sapientiæ a majori parte hominum: Stultorum enim infinitus eſt numerus, *ſup.* 1. Item Sapientiæ bonitas ignota eſt, ſtultitia vero velut ſomnium illudit ſtultis. Item Sapientia moleſtias, & labores videtur habere; ſtultitia vero jucunditatem, & quietem; & ideo præfertur ſtultitia Sapientiæ: & tamen totum e contrario eſt: quia Sapientia tota ſuavis eſt quod etiam indicat nomen ejus, quod dicitur a ſapore. Unde *Eccli.* 6. Sapientia doctrinæ ſecundum nomen ejus: & non in multis eſt manifeſta. Illud etiam modicum laboris, quod habet, fructum facit celerrimum. Unde *Prov.* 3. Primi & potiſſimi fructus ejus. Si primi, ergo ante illos nulli. Item *Eccli.* 6. Accede ad Sapientiam, & ſuſtine bonos fructus illius, in opere enim ipſius parum laborabis & cito edes de generationibus illius. Non eſt credendum cæcis de luce Sapientiæ: nec de ſuavitate ejus conſulendæ ſunt fauces porcorum: nec de ejus veritate phantaſiæ ſomniantium. His enim tribus vitiis laborant ſtulti; & ideo Sapientiam deſpiciunt, & præponunt ei ſtultitiam. Unde *Prov.* 1. Uſquequo parvuli diligitis infantiam: & ſtulti ea, quæ ſibi ſunt noxia, cupient, & imprudentes odibunt ſcientiam? Item ſic. *a* Pretioſior eſt ſapientia] quæ deſurſum eſt. *b* Parvaque gloria,] ideſt, modica, vel nulla laus. *c* Ad tempus] quia Juſti parvam hic habent gloriam; ſed in futuro habebunt magnam. Talis, inquam, Sapientia cum modica gloria pretioſior eſt. *d* Stultitia] ideſt, quam Sapientia mundi, quæ ſtultitia eſt apud Deum, ut dicitur 1. *Cor.* 3. Secundo, legitur ut Sapientia, & gloria ſint ablativi caſus, & ſtultitia nominativi. Hoc modo. *d* Stultitia ad tempus] ideſt, Sapientia Sanctorum, quæ ſtultitia videtur ad tempus. Juxta illud *Job* 12. Deridetur Juſti ſimplicitas, lampas contempta apud cogitationes divitum, parata ad tempus ſtatutum. *a* Pretioſior eſt Sapientia parvaque gloria] ideſt, momentanea Sapientia, & gloria hujus mundi: Unde *Cor.* 1. Perdam ſapientiam ſapientium & prudentiam prudentium reprobabo. Et ſumitur de *Iſ.* 29. Et *Abdia* 1. *e* Cor Sapientis in dextera ejus] ideſt, ſapiens intente cogitat de æternis, & qualiter veniat ad dexteram Judicis, Statuet enim oves a dextris; hædos vero a ſiniſtris. *Matth.* 25. *g* Et cor ſtulti in ſiniſtra illius] ideſt, ſtultus ſemper cogitat de mundanis. Quod autem per dexteram intelligantur æterna, & per ſiniſtram temporalia, legitur *Prov.* 3. Longitudo dierum in dextera ejus, & in ſiniſtra illius divitiæ, & gloria. Item *Matt.* 6. Neſciat ſiniſtra tua quid faciat dextera tua, ideſt, quæ facis, fac pro æternis, & hoc neſciat ſiniſtra, ideſt, non operare pro temporalibus. Unde *Prov* 4. Averte pedem tuum a malo; vias enim, quæ a dextris ſunt, novit Dominus; perverſæ vero ſunt; quæ a ſiniſtris ſunt. Item *Cant.* 2. Læva ejus ſub capite meo; & dextera ipſius amplexabitur me, quaſi dicat Sponſa: temporalia dat mihi Sponſus, ad ſuſtentationem, æterna vero dabit ad delectationem. Item quia dextera fortior pars eſt & ad agendum expeditior; ſiniſtra vero infirmior, ideo dicit. *e* Cor Sapientis in dextera ejus] ideſt, in eis, quæ ſunt ſtrenuitatis & virtutis. In illis habet Sapiens intellectum per ſollicitudinem, & affectum per delectationem. *g* Et cor ſtulti in ſiniſtra illius] ideſt, in eis, quæ ſunt infirmitatis, & ignaviæ. Unde Sapientes ambi dextri ſunt; quia omnia opera eorum infirma ſunt. Item *Matth.* 6. dicitur: Ubi eſt theſaurus tuus, ibi eſt & cor tuum. Ideo quia ſapiens theſaurum ſuum habet in dextera: Stultus vero in ſiniſtra, dicit *Eccli.* *e* Cor Sapientis] ideſt, cogitatio; & deſiderium, *f* In dextera ejus] ideſt, in ſpiritualibus & æternis, quæ ad dexteram pertinent. *g* Et cor ſtulti in ſiniſtra illius] ideſt, in temporalibus, & caducis. *h* Sed & in via] inferni. *i* Stultus ambulans de vitio in vitium, qui neſcit quieſcere. *k* Cum ipſe inſipiens ſit] ideſt, peccator palatum cordis habens inſipiens. *l* Omnes] etiam Sapientes [ſtultos æſtimat] Sicut noctua aves diei judicat cæcas, quia non vident de nocte: & porcus alia animalia judicat palatum habere inſipidum, & nares fœtidas, eo quod illis deſipiant, & fœteant ſtercora, quæ ſibi ſapiunt, & redolent; ſic ſtulti in ſua ſtultitia obſtinati, ſapientes ſtultos æſtimant & ſe ſapientes affirmant. Et hoc eſt, quia ſtultitiam ſapientiam credunt eſſe, & e converſo. Sicut baculus rectus videtur fractus in aqua poſitus propter reflexionem umbræ: & domus, & arbores, & homines, & ceteræ altitudines, quæ videntur ſuper aquam, videntur eſſe reverſæ propter umbræ reverſionem, in qua, & per quam videntur: & in ſpeculis concavis dextera videntur ſiniſtra, & e converſo, ſic & ſtultis omnia videntur perverſa. Ex vitio enim ſtultitiæ ſuæ, ſub qua, & per quam vident, & judicant omnia, ut dentur eis res alterius modi eſſe, quam ſint; ſicut ex vitio umbræ ſive imaginis, ſub qua & per quam videntur res, quia in ſe perverſa eſt, & reverſa, ideo res ipſæ videntur perverſæ, & reverſæ. Et hoc eſt quod dicitur *Prov* 12. Via ſtulti recta oculis ejus. Et quare hoc, niſi quia diſtorto viſu intuentur eam. Unde *Prov.* 21. Lucerna impiorum peccatum. Et ideo hac lucerna bonum videtur peccatum; & peccatum bonum. *m* Si ſpiritus poteſtatem habentis] intranſitive lege, ideſt, Spiritus immundus, Princeps mundi, rector tenebrarum poteſtatem habens in filios diffidentiæ, ideſt, qui diffidunt, vel de quibus diffiditur. *o* Aſcenderit ſuper te,] ideſt, aſcendere voluerit, prava ſuggerendo. *p* Locum tuum,] ideſt, ſtationem fidei, ſpei, charitatis cæterarumque virtutum. *q* Ne dimiſeris] acquieſcendo ei, vel conſentiendo ejus ſuggeſtioni. *Apoc.* 3. Tene, quod habes, ut nemo accipiat coronam tuam. Vel ſic. *m* Si ſpiritus poteſtatem habentis] ideſt, malignus ſpiritus. *o* Aſcenderit ſuper te] ideſt, in tentatione prævaluerit ſuperior te effectus. *p* Locum tuum] quem debes habere in collegio Sanctorum, quem tibi prioribus operibus præparaſti. *q* Ne dimiſeris] deſperando de reditu, quaſi dicat: reſiſte primæ ſuggeſtioni, cui ſi forte conſenſeris, & etiam opere compleveris, ne deſperes. *r* Quia curatio] pœnitentialis medicinæ. *ſ* Ceſſare faciet peccata maxima,] ideſt, actus malos ne fiant. Et ideo reſiſtendum eſt ſuggeſtioni, & conſenſui, ne procedant uſque ad actum. *Eccli.* 11. Malitia unius horæ oblivionem facit luxuriæ maximæ: Vel. *r* Curatio ceſſare faciet peccata maxima] quaſi dicat, pœnitentia curat omnia peccata, ſcil. cordis, oris, & operis, & ſanat animam. Item *Eccli.* 31. Infirmitas gravis ſobriam reddit animam. Et licet Diabolus aliquando prævaluerit, non eſt deſperandum; quia per pœnitentiam poſſunt recuperari amiſſa. Et hoc eſt, quod legitur *Eccli.* 2. Qui timetis Deum, credite illi; & non evacuabitur merces veſtra: qui timetis Deum, ſperat in illum: & in oblectationem veniet vobis miſericordia: qui timetis Deum, diligite illum: & illuminabuntur corda veſtra. Tres virtutes Theologicas ponit, ſine quibus non eſt pœnitentia. Vel ſic. *m* Si Spiritus,] ideſt, ſi indignatio. Simile *Gen.* 60. Non permanebit Spiritus meus in homine; quia caro eſt. *n* Poteſtatem habentis,] ideſt, alicujus Magnatis. *o* Aſcenderit ſuper te opprimens & conculcans te injuſte. *p* Locum tuum] quem tibi Dominus præparavit in gloria, ſicut ipſe dicit *Joan.* c. 14. Vado vobis parare locum. *q* Ne dimiſeris] cedendo tribulationibus per puſillanimitatem, vel murmurando per impatientiam, aut vindicando te per ſuperbiam. Hoc autem molitur

Diabolus, ut ſc., per tribulationes, & perſecutiones nos dejiciat a loco noſtro, unde ipſe cecidit per ſuperbiam ſuam. Unde dicitur *Iſ.* 25. Spiritus robuſtorum quaſi turbo impellens parietem. Et *Pſ.* 117. Impulſus ſum ut caderem, & Dominus ſuſcepit me. Igitur quantumcunque impleat Diabolus per ſe vel per vicarios ſuos, locum tuum ne dimiſeris credens ei, quia non poteſt te dejicere niſi tu velis. Propter quod dicit Apoſtolus *Epheſ.* 4. Nolite locum dare Diabolo. Locum ſuum bene tenuit Naboth, qui vineam ſuam nullo modo voluit concedere Achab 3. *Reg.* 21.

cata a maxima. Eſt & *b* malum *c* quod vidi ſub Sole, *d* quaſi per errorem *e* egrediens a facie Principis. *f* Poſitum ſtultum in *g* dignitate ſublimi, *h* & divites *i* ſedere deorſum. k Vidi ſervos in *l* equis, & *m* Principes *n* ambulantes quaſi ſervos *o* ſuper terram.

Similiter & *Job* 29 dicens: In nidulo meo moriar, & ſicut palma multiplicabo dies. Et *Iſ.* 21. Super ſpeculam Domini ego ſum ſtans jugiter per Diem, & ſuper cuſtodiam meam ego ſum ſtans totis noctibus. *Habac.* 2. Super cuſtodiam meam ſtabo; & figam gradum ſuper munitionem. Quod autem ſequitur. *a* Quia curatio faciet ceſſare peccata maxima,] ideo dicit, ut de minoribus tollat diffidentiam. Maxima autem peccata ſunt peccata excuſationum, defenſionum, gloriationum. Ceſſare autem dicit non ſolum ab actu, ſed etiam a reatu. Sciendum autem eſt, quod perſecutio quæ infertur, aliquando requirit ceſſionem. *Matt.* 10. Si perſecuti vos fuerint in una civitate, fugite in aliam. Aliquando defenſionem. *Ezec.* 13. Non aſcendiſtis ex adverſo, neque oppoſuiſtis murum pro domo Iſrael. Aliquando contradictionem, *Jer.* 1. Ego quippe dedi te hodie in civitatem munitam, & in columnam ferream, & in murum æneum ſuper omnem terram. Aliquando mollem reſponſionem. *Prov.* 1. Mollis reſponſio frangit iram. Super omnia requirit patientiam, & ſapientiam; quia per patientiam vincuntur verbera, per ſapientiam verba. De primo dicitur *Luc.* 21. In patientia veſtra poſſidebitis animas veſtras. De ſecundo dicitur *Sap.* 7.

Sapientia vincit malitiam. Sequitur. *b* Eſt &] aliud [malum, &c.] Duo mala contra Sapientiam facit mundus. Unum eſt ingratitudo, quæ beneficiorum acceptorum a Sapientia, ingratus & immemor exiſtit. Hoc reprobavit Salomon *Sup* 9. Hanc quoque ſub Sole vidi Sapientiam & probavi maximam. Civitas parva, &c. Secundum eſt error, quod mundus dignitatem, quæ ſoli Sapientiæ debetur, ſtultitiæ impendit. Et hoc reprobat hic Salomon. Unde dicit. *b* Eſt &] aliud [malum] erroris, quod culpa non caret, & pena, quod multis nocet. *c* Quod vidi ſub Sole,] ideſt, in mundo variabili. *d* Quaſi per errorem] tamen juſto Dei judicio. *e* Egrediens a facie Principis] ideſt, Diaboli hoc procurantis, vel cujuslibet terreni Principis, qui malos exaltat, & bonos humiliat. Et quod eſt illud Ecce? *f* Poſitum ſtultum] falſa poſitione, donec dicatur, cedat tempus. *g* In dignitate ſublimi] ſæculari, vel Eccleſiaſtica. *b* Et divites] Sapientia, virtutibus, bonis operibus. *i* Sedere deorſum] quaſi viles, & abjectos. Et ad majorem deteſtationem repetit idem, ut magis confundantur qui promovent indignos, & vilipendant dignos. *k* Vidi ſervos] vitiorum, vel bonorum, pro quibus diabolo ſe ſervos conſtituunt. *l* In equis] ideſt, in dignitate; propter quam ſibi multiplicant equos, cum tamen lex hoc prohibeat. *Deut.* 17. Cum fuerit conſtitutus Rex, non multiplicabit ſibi equos, nec reducet populum in Ægyptum, equitatus numero ſublevatus. *m* Et Principes] ideſt, bonos qui bene vitiis principantur. *n* Ambulantes quaſi ſervos] cum tamen ſint liberi. *o* Super terram] ideſt, pedites ſine equis. Hanc perverſionem admiratur *Jer.* 2. Nunquid ſervus eſt Iſrael, aut vernaculus? Quare ergo factus eſt in prædam? Aliter. *b* Eſt &] aliud [malum] ſecundum opinionem hominum. *c* Quod vidi ſub Sole,] ideſt, in mundo. *d* Quaſi per errorem] tamen ex providentia deliberata. *e* Egrediens a facie Principis] ideſt, Dei, a quo omnis poteſtas, ut dicitur *Rom.* 13. Et quod eſt iſtud malum, dicit. *f* Poſitum ſtultum in dignitate ſublimi] ideſt, in loco regiminis. *b* Et divites] affluentia omnium bonorum ſpiritualium. *i* Sedere deorſum] ideſt, ſubjectos. *k* Vidi ſervos] conditione, ad litteram, vel ſervos peccati; quia qui facit peccatum, ſervus eſt peccati *Jo.* 8. *l* In equis] ad litteram, vel Principes ſuperbia. *m* Et Principes] ſpirituali nobilitate. *n* Ambulantes quaſi ſervos ſuper terram] ideſt, pedites, & vinculatos, Et hæc ſunt decentia, de qua dictum eſt *Prov.* 19 Non decent ſtultum deliciæ, nec ſervum dominari Principibus. Juxta litteram autem dicit hic Salomon quaſi inconveniens per maximum, & videtur extendere intellectum ſuum Salomon ad Prælatos noſtri temporis, qui in tanto faſtu, & turbine curruum, & equorum ambulant ſuper terram. De quibus *Pſ.* 19. Hi in curribus, & hi in equis, &c. De hoc dicit B. *Bern.* Erubeſcant Prælati noſtri temporis in curribus, & in equis; cum Rex cœlorum nunquam equitaſſe; ſed ſemel, ut ita dicam, aſinaſſe legatur. Adhuc autem tolerabile eſſet, ſi ſine phaleris, & ornamentis aureis equitarent. Unde quærit *B. Ber.* Dicite Pontifices, in frænis quid facit aurum? Nec mirandum, quare Deus ita permittat bonos humiliari, & impios exaltari. Hoc enim quandoque permittit ex ira contra populum. Unde *Job* 34. *De Prælatis noſtri temporis.*

Qui regnare facit hominem hypocritam propter peccata populi. *Oſee* 13. Dabo tibi Regem in furore meo. Quandoque ex defectu bonorum. Sicut legitur de quodam, cum caſtrum ſuum eſſet obſeſſum undique, nec haberet homines vivos, qui caſtrum ſuum defenderent; mortuos, qui per ſe ſtare non poterant, propugnaculis alligavit, ut ſic captionem caſtri obſidentibus redderet deſperatam. Eadem neceſſitate compulſus Dominus, muris Eccleſiæ, & ejuſdem propugnaculis, ideſt, dignitaribus mortuos in peccatis cum vivorum inſigniis alligat. Præterea non eſt mirandum, ſi ſpuma ſuper faciem aquæ tranſeat. Hujuſmodi enim Prælati ſpuma ſunt. Spuma enim nihil aliud eſt, quam aqua vento inflata. Aqua vero ſunt homines, ut legitur 2. *Reg.* 14. Et *Apoc.* 17. Et de hoc dicitur *Oſee* 10. Tranſire fecit Samaria Regem ſuum, quaſi ſpumam ſuper faciem aquæ. Præterea, nemo miratur, ſi latrones patibulis, aut pendilatriis elevantur; ut ſint in opprobrio toti populo. Sic facit Dominus hujuſmodi Prælatis, quod & ipſi confitentur, peccatis ſuis imputans promotionem ſuam, quam & damnationem ſuam vocant. Alii vero vocant exaltationem ſuam ſuſpendium.

Quibus alludit Dominus *Joa.* 12. Ego inquit, ſi exaltatus fuero a terra, omnia traham ad meipſum. De hoc dicitur *Luc.* 16

Quod altum eſt apud homines, abominabile eſt apud Deum. Prȩterea, non eſt mirabile, ſi rectum domus de vili materia fiat. Legitur enim *Ex.* 26. quod ſaga cilicina ſuperpoſita fuerunt tentorio pretioſo, ex quatuor coloribus pretioſis facto. Neq; enim ut honorentur ſaga, aut propter valorem ſuum ita elevata ſunt; ſed ut protegerent tentorium, & ſuſtinerent imbrem, & impetum ventorum. Sic hujuſmodi Prȩlati non ſe reputent honoratos, quia in alto poſiti ſunt; imo potius expoſitos ventis, & pluviis, & curis temporalium, ut aliis ſit quies, & pax ſub eis. Si igitur non miraris ſaga cilicina ſuperpoſita tentorio pretioſo; neque mireris hujuſmodi homines hircinos, i. moribus aſperos, & fama fœtidos Juſtis, & ſanctis prælatos.

Præterea, nemo dicit ſaga propter honorem ſuum ſuperpoſita tentorio, & tentorium ſuppoſitum propter contumeliam ſuam, ſed potius e converſo. Igitur nec putes hujuſmodi homines prælationis officio honoratos, & ſubjectos exhonoratos, ſed potius e converſo.

Formidines hortorum de fragmentis vaſorum vilium aut de oſſibus animalium mortuorum, aut de panniculis vetuſtate attritis fiunt; quid ergo & tu miraris, ſi in horto Domini formidines eriguntur de vili materia, hoc eſt, ſi mali præficiuntur?

Quod tamen Dominus non facit, ſed fieri permittit. Unde *Oſee* 8. ipſi regnaverunt, & non ex me; Principes extiterunt, & non cognovi.

Prȩterea, ſtatua in cuſtodis ſimilitudine ponitur in hortis, ut aves deterreat, & latrones: ita hujuſmodi Prȩlati cuſtodum, i. verorum prȩlatorum exprimunt ſimilitudinem, dum baculos geſtant in manibus, ſed neq; ſe neque alios defendunt. Unde *Bar.* 6. Sceptrum habet, ut homo, ſicut Judex regionis, qui in ſe peccatum non interficit, habet etiam in manu gladium, & ſecurim, ſe autem a bello, & a latronibus non liberat. Unde notum ſit vobis, quod non ſunt Dii, ideſt, veri Prȩlati; ſed ſimilitudines Prȩlatorum. Unde *Zac.* 11. O paſtor, & idolum! Ut autem uno verbo concludam, non fit auro, vel argento injuria quod ferro ſabricandum ſubjicitur; nec tritico quod jumentorum pedibus trituratur: nec eſt hȩc ſuperpoſitio, honorario ferri, aut pedum jumentorum, ſed ſervitus manifeſta. Et generaliter viliora ſunt ligna, lapides, ferrum, & cetera hujuſmodi quibus homines utuntur ad ſui protectionem, quam ipſi: ſic de Prælatis noſtris ſentio. Et propter iſtas cauſas, & alias multas nobis inexplicabiles dixit [quaſi per errorem a facie Principis egrediens,] malum, ſcilicet, [ſtultum poſitum in dignitate ſublimi,] & tamen ex conſultiſſima providentia Dei cuncta regentis eſt, quod mali præficiantur bonis:

bonis: ſic enim ſerviunt eis, velint, nolint. Unde *Prov.* 11. Qui ſtultus eſt, ſerviet Sapienti. Item 17. Servus ſapiens dominabitur ſtultis filiis, *Gen.* 25. Major ſerviet minori. Verum eſt, ſicut ferrum ſervit auro, & flagellum grano, & lima ferro. *a* Qui fodit foveam, incideat in eam,] Fovea capiendis feris fodi ſolet, & ideo profunditatem deceptionis, & fraudulentiæ ſignificat uno modo. Unde ſenſus eſt.

Prov. 26. Eccli. 7.

a Qui fodit foveam, *b* incidet in eam, & *c* qui diſſipat ſepem, *d* mordebit eum coluber, *e* Qui transfert lapides, *f* affligetur in eis: *g* & qui ſcindit ligna, *h* vulnerabitur ab eis.

a Qui fodit foveam,] id eſt, qui præparat aliis deceptionem.

b Incidet in eam,] primus, quia talis deceptio auctorem ſuum ſemper primo interficit. Unde *Pſalm* 7. Lacum aperuit, & effodit eum, & incidit in foveam, quam fecit.

Et hoc eſt, quod dicitur *Prov.* 5. Iniquitates ſuæ capiunt impium. Item 16. Vir inſipiens fodit malum; & in labiis ejus ignis ardeſcit. Item 26. Qui fodit foveam, incidet in eam, & qui volvit lapidem, revertetur ad eum. *Eccli.* 27. Qui in altum mittit lapidem, ſuper caput ejus cadet, & qui fodit foveam, incidet in eam: & qui ſtatuit lapidem proximo ſuo, offendet in eo, & qui laqueum alii ponit, peribit in illo. Et iterum: Facienti nequiſſimum conſilium, ſuper ipſum devolvetur; & non agnoſcet unde adveniet illi.

Sepes tripliciter accipitur in Scriptura.

c Et qui diſſipat ſepem, mordebit eum coluber,] Sepes tripliciter accipitur in Scriptura. Aliquando ſepes dicitur ipſa lex. *Iſa.* 5. Oſtendam vobis, quid faciam vineæ meæ; auferam ſepem ejus, & erit in direptionem. Et hoc exponitur *Matth.* 21. Auferam a vobis regnum Dei, & dabo illud genti facienti fructum illius. Secundo dicitur ſpes difficultas, & impedimentum retrahens a peccato, ut eſt paupertas, infirmitas, dolor, pudor, timor, & hujuſmodi, quibus Dominus vitam noſtram undique munit, ut non liceat a rectitudine declinare, quin incurramus ulcera multiplicium punctionum. Unde *Prov.* 15. Iter pigrorum quaſi ſepes ſpinarum. Per ſepes enim ſpinarum gradiuntur, qui in alterutram partem declinant. Tertio modo dicitur ſepes præſidium quodcumque, ſive hominum, ſive Angelorum, ſive orationum, ſive eleemoſynarum, & conſimilium meritorum; ut eſt Pœnitentia, Eccleſiæ inſtituta, obſervantiæ regulares, & hujuſmodi. Et de hac ſæpe dicitur *Eccli.* 36. Ubi non eſt ſepes, diripietur poſſeſſio. Coluber autem dicitur quaſi colens umbram, & ſignificat Diabolum, de quo dicitur *Job* 40. Sub umbra dormit in ſecreto calami in locis humentibus. Et de hoc dicitur *Gen.* 49. Fiat Dan coluber in via, Ceraſtes in ſemita, mordens ungulas equi. *Job* 26. Obſtetricante manu ejus eductus eſt coluber tortuoſus. Diſſipatores primæ ſepis, id eſt, legis, ſunt hæretici, & expoſitores perverſi, & Doctores male viventes. Et hos abſque dubio mordebit coluber, id eſt, Diabolus, in præſenti morſu peccati, in futuro morſu æterni ſupplicii. Diſſipatores ſecundæ ſepis, id eſt, impedimentorum retrahentium a peccato, ſunt illi, quicumque difficultates, & impedimenta male agendi a ſe auferunt, vel ab aliis, & facultates, & opportunitates peccandi exquirunt, ut ſunt illi, qui paupertatem, & infirmitatem fugiunt: qui timorem, & pudorem, & laborem a ſe abjiciunt: & qui contraria iſtis quærunt. Et hos ſimiliter mordebit coluber morſu eodem, & in præſenti, & in futuro. Diſſipatores tertiæ ſepis, ſunt omnes, qui auferunt orationum, ſive eleemoſynarum præſidium, aut ſanctorum hominum, vel Angelorum præſidium, id eſt, patrocinium, ut Monachi, qui regulam ſuam violant, & Canonici, qui Eccleſiæ inſtituta diſſipant, & avari, qui eleemoſynas non faciunt, & ſuperbi, qui orationem ſpernunt, & luxurioſi, qui pœnitentiam contemnunt. Et hos, ſicut & alios mordebit coluber. *c* Qui diſſipat ſepem, &c.] Myſtice intelligitur de Chriſto, qui ſepem legis diſſipavit, quoad cæremonialia, & momordit eum coluber, id eſt, Diabolus morſu mortis. Unde ipſemet dicit *Oſee* 13. Ero mors tua, o mors, morſus tuus ero, inferne. Vel coluber eſt populus Judaicus venenatus malignitate, tortuoſus calliditate, colens umbras figurales legis, de quo *Matth.* 3. & *Luc.* 3. Genimina viperarum, quis oſtendet vobis fugere a ventura ira? Hic coluber ſæpe momordit morſu detractionis.

Myſtice.

Moraliter. Moraliter. *c* Qui diſſipat ſepem.] Sepes eſt congeries vitiorum, ubi eſt colubrorum habitaculum. Vitia enim ſpinæ ſunt quæ animam lacerant, & cruciant, de quibus *Prov.* 24. Per agrum hominis pigri tranſivi, & per vineam viri ſtulti: & ecce totum repleverant urticæ, & operuerant ſuperficiem ejus ſpinæ. Dicit ergo Salomon univerſaliter pro ſtatu præſenti. *c* Qui diſſipat ſepem] vitiorum in ſe per pœnitentiam, vel in aliis per reprehenſionem. *d* Mordebit eum coluber,] id eſt, Diabolus dentibus detractorum, & perſecutorum. Unde & de Chriſto Domino, qui venerat diſſipare hanc ſepem, dicunt Judæi: Ecce homo vorax, & potator vini, publicanorum & peccatorum amicus. *Matth.* 11. Et de Joanne Baptiſta, qui non manducabat, & bibebat ut ipſi: Ecce Dæmonium habet. Ibidem. Vel aliter; Sepem diſſipat, qui verba & opera ſeparat, id eſt, qui non facit, quod docet. Unde *Pſal.* 118. Tempus faciendi, Domine, diſſipaverunt legem tuam. Et hunc mordebit coluber, id eſt, Diabolus in inferno morſu amariſſimo, quia bene dicere, & male vivere, nihil aliud eſt, quam ſe ſua lingua damnare, ut dicitur in libro Proſperi. *e* Qui transfert lapides, affligetur in eis.] Ad litteram patet: Lapides enim duritia, & aſperitate, & ponderoſitate manus lædunt portantium eos de loco ad locum.

Myſtice exponit *Gloſſ.* ſic. *e* Qui transfert lapides] vivos ſcil. Sanctos, qui *Zach.* 9. dicuntur volvi ſuper terram.

Myſtice. *f* Affligetur in eis,] id eſt, pro eis translatis, ut ſunt hæretici, qui ab ædificio Eccleſię transferunt pervertendo fideles ad conventicula ſua. Vel de Chriſto intelligitur, qui tranſtulit Judæos, & Gentiles lapideos de ædificio civitatis Diaboli, id eſt, Babylonis ſpiritualis, in ædificium Jeruſalem, id eſt, Eccleſiæ quæ ædificatur ut civitas lapidibus vivis, & quadris, id eſt, fidelibus quadratura virtutum quadratis, & afflictus eſt in eis, id eſt, pro eis, vel inter eos, afflictione laboris, & etiam paſſionis. Tranſportavit enim eos propriis humeris ſuper crucem. Unde *Deut.* 32 Expandit alas ſuas, & aſſumpſit eos, atque portavit in humeris ſuis *Iſa.* 46. Audite me, domus Jacob, & omne reſiduum domus Iſrael, qui portamini a meo utero, qui geſtamini a mea vulva, id eſt, clementia, uſque ad ſenectam ego ipſe, & uſque ad canos ego portabo: Ego feci, & ego feram: ego portabo, & ſalvabo. Et hoc ſine labore, & afflictione non fuit. Unde *Iſa.* 43. Servire me feciſti in peccatis tuis: præbuiſti mihi laborem in iniquitatibus tuis. *Malach.* 2. Laborare feciſtis Dominum in ſermonibus veſtris, & dixiſtis: In quo fecimus eum laborare? In eo, quod dicitis: Omnis, qui facit malum in conſpectu Domini bonus eſt, & tales ei placent, aut certe ubi eſt Deus judicii? Item *Malach* 3. Si affigit homo Deum, quia vos configitis me, & dixiſtis: In quo configimus te? In decimis, & in primitiis. Et hæc ſententia congruit illis omnibus ſequacibus Chriſti, qui lapides, id eſt, lapideos peccatores transferre intendunt de Babylone in Jeruſalem. Omnes enim labore affliguntur & compaſſione, & nonnulli etiam paſſione.

Moraliter. Moraliter autem cautelam hic indicit Salomon in translationibus faciendis, ſive de una Eccleſia ad aliam, ſive de uno ſtatu ad alium. Perículoſe enim ſtatus, in quo quis bene ſe habet, deſeritur. Periculoſius ſtatus inexpertus aſſumitur, *Luc.* 23. niſi totum faciat homo propter Deum, totum ſe ei committens. Unde & Dominus in tranſitu ſuo dixit: In manus tuas, Domine, commendo ſpiritum meum. *g* Et qui ſcindit ligna,] id eſt, qui homines infructuoſos, id eſt, hæreticos, & alios malos a corpore Eccleſiæ abſcindit gladio excommunicationis, vel correctionis, de quo dicitur *Jerem* 48. Maledictus, qui prohibet gladium ſuum a ſanguine. *h* Vulnerabitur ab eis] gladio perſecutionis, & maledictionis Vel, vulnerabitur ab eis, gladio doloris, & compaſſionis: Non enim cenſuram Eccleſiaſticam exercet laudabiliter, qui ſuper eos, quos corrigit, aut per excommunicationem ab Eccleſia rejicit, gladio compaſſionis, & doloris non transfigitur. Sancti enim diſtrictio, de miſericordia, & virtute, neceſſe eſt, ut ardeat, & clareſcat, dicit *Greg* Unde & *Luc.* 19. Dominus prius flevit ſuper Jeruſalem, & poſtmodum ingreſſus in templum ejecit ementes, & vendentes in illo, primo eidem civitati compaſſionem exhibens, & poſtmodum juſtitiæ diſtrictionem exercens, quod ipſemet *Joan.* 1. ubi flagello facto de funiculis ſimili diſtrictione ementes, & vendentes de templo ejecit. Flagellum enim de funiculis efficitur, cum peccatorum correctio, & flagellum juſtitiæ habet, quo feriat, & benignitatem compaſſionis, qua velut quibuſdam funiculis percuſſos trahat. Sic faciebat Apoſt. 2. *Cor* 11. Quis infirmatur, & ego non infirmor? Quis ſcandalizatur, & ego non uror? Et *Iſa.* 1. Heu conſolabor ſuper hoſtibus meis, & vindicabor de inimicis meis. Bene ergo dicit: [Qui ſcindit ligna vulnerabitur ab eis,] aut vulnere perſecutionis ab ingratis, aut vulnere compaſſionis a propria pietate. Aliter. *g* Qui ſcindit ligna] infructuoſa, id eſt, peccatores dolando, vel quadrando, vel ſculpendo ædificio ſpirituali præparat.

h Vulnerabitur ab eis,] aliquando occaſionaliter, quando ſcilicet diſtrictio diſciplinę modum excedit, vel ex ira, vel odio,

aut

Digitized by Google

a ut rancore procedit. Et tunc ipſa correctio medela eſt patienti, & vulnus agenti. Et eodem gladio, quo peccata occidit in alio, ſeipſum interficit, ſicut Eleazarus elephantem occidit, & ab illo occiſo pariter occubuit, 1. *Machab.* 6. In talibus accidit, ut Satanas Satanam ejiciat, & in Beelzebub Principe Dæmoniorum Dæmonia ejiciantur, ut legitur *Matth.* 12. & *Luc.* 11. Cum enim ira, vel odio, vel exceſſu Rectoris ſubditorum peccata curantur; quid eſt aliud quam quod in Beelzebub Principe Dæmoniorum Dæmonia ejiciantur? Vel quia ſciſſura ad diviſionem pertinet, poteſt ſic intelligi.

a Si retuſum fuerit ferrum, & *b* hoc non ut prius, ſed *c* hebetatum fuerit, *d* multo labore exacuetur: & *e* poſt induſtriam *f* ſequetur Sapientia. Si *g* mordeat ſerpens in ſilentio, nihil *h* eo minus habet, qui occulte detrahit. *i* Verba oris Sapientis *k* gratia; & *l* labia inſipientis *m* præcipitabunt eum.

Qui ſcindit ligna, ideſt, qui inter fratres dividit, diſcordias ſeminando, vel eos a Chriſto, vel a vite palmites,
C
ſeparat verbo, vel exemplo malo: Vulnerabitur ab eis, ideſt, maledicetur ab eis, & ab ipſo Domino, *Prov.*6. Sex ſunt, quæ odit Dominus, & ſeptimum deteſtatur anima ejus, ſcilicet, qui ſeminat inter fratres diſcordias. *a* Si retuſum fuerit verbum, & hoc non ut prius, ſed hebetatum fuerit, multo labore exacuetur.] Ferrum vocat hic Salomon humanum ingenium, vel humanam mentem. Sicut enim otioſus ferrum obtundit, denigrat, rubignat, & conſumit; & e converſo, uſus exacuit, dealbat, elimat, & a corroſione rubiginis conſervat: Sic humanam mentem, otium obtundit, & denigrat, & rubiginat, & conſumit: Exercitatio vero ſtudii ſalutaris exacuit, perſpicacitate dealbat, candore puritatis, & innocentiæ elimat, a rubigine vitiorum detergit, & ab omni corroſione peccati conſervat illæſam.

Intendit igitur illa quatuor mala otioſitatis, & quatuor bona ſalutaris exercitationis aperite, ut otium fugiatur, & exercitium ſalutare quæratur. Multam enim malitiam docuit otioſitas, ut dicitur *Eccli.* 33. Eſt igitur ſenſus ſecundum hanc expoſitionem. *a* Si retuſum fuerit ferrum,] ideſt, humanum ingenium, ſive humana mens. *b* Et hoc non ut prius,] fuit acutum. *c* Sed hebetatum fuerit,] ab acumine, quod ex fabricatione recipit pro ſuperbia, vel negligentia ſtudii, ut frequenter accidit, quia cum aliquis modicum ſcientiæ, vel ingenii habuerit, diſcere deſiſtit, & deſidia quaſi rubigine hebetatur. Unde *Rom.* 1. Dicentes ſe eſſe ſapientes, ſtulti facti ſunt. Talis *d* Multo labore exacuetur,] ſtudendo, diſcendo, pœnitendo, quia in malevolam animam non intrabit Sapientia, nec habitabit in corpore ſubdito peccatis. *Sap.* 1. De hoc dicitur *Prov.* 27. Ferrum ferro acuitur, & homo acuit faciem amici ſui. Sed modo pauci ſunt fabri in Eccleſia Dei, qui ſciant, vel poſſint acuere gladios filiorum Iſrael, quia Philiſthæi, ideſt, Dæmones præcaverunt, & procuraverunt, ne ſit faber in Iſrael, ut legitur 1. *Reg.* 13. Sed deſcendunt filii Iſrael ad Philiſthiim ad acuendos gladios ſuos, ideſt ad ſcientias Gentilium, quæ acuunt ingenium, ſed non auferunt rubiginem peccati, ut ſplendorem nativum, vel decorem gratuitum recuperet, quod facit ſtudium divinæ legis. Unde ſequitur. *e* Et poſt induſtriam,] ideſt, doctrinam, & exercitium divinæ legis. *f* Sequetur Sapientia,] ideſt, cognitio Dei quaſi ſplendor, & acumen, quod amiſerat per otium, & peccatum. *g* Si mordeat ſerpens,] ad litteram, in ſilentio] ideſt occulte. *h* Nihil eo minus habet,] mali [qui occulte detrahit,] ideſt, non minus nocet, ſed plus, quaſi dicat, ſicut ſerpens mordens occulte venenum infundendo nocet; ſic qui detrahit occulte. Vel nomine ſerpentis Diabolus accipitur, qui in ſilentio mordet, cum ejus ſuggeſtione occulta quis peccata ſua celat, nec vult conſiteri, vel quando occulta ſuggeſtione decipit. Serpenti etiam comparatur detractor, quia venenatus, & inſidioſus, & proditioſus, & quia terra eſt cibus ejus, ut dicitur *Gen* 3. ideſt, ſpurcitia aliorum. Aſſimilatur etiam ſerpenti detractor in inceſſu tortuoſo: Non enim directe detrahunt hujuſmodi homines, ſed flexuoſe; dicunt enim ſe non credere mala, quæ narrant de fratribus ſuis: vel non animo detrahendi dicere, ſed ex compaſſione, & animo corrigendi. Signanter autem dicit, in ſilentio mordet, & non dixit, in occulto; quia ſicut ſerpens tumultu, & verbis hominum deterretur, ſic detractor, ubi non credit ſe audiri, ubi de ſilentio ſuæ detractionis non confidit, omnino mordere non audet. Ideo autem vocat detractorem ſerpentem Salomon, ut horrori ſit ejus convictus, & verba ejus quaſi ſerpentinus ſibilus horreantur. De his ſerpentibus dicitur *Deut* 32. Dentes beſtiarum immittam in eos, cum furore trahentium ſuper terram atque ſerpentium: Hi ſunt ſerpentes peſſimi, quibus non eſt incantatio, de quibus dicitur *Jer.* 8. Ecce ego mittam vobis ſerpentes peſſimos, non eſt incantatio, & mordebunt vos. Hi ſunt ſerpentes igniti, quorum morſibus multi de filiis Iſrael perierunt, *Num.* 21. Sed ſanatur plaga hujuſmodi ad reſpectum ſerpentis ænei elevati in palo, per quem Dominus in cruce ſignificatur, quem qui vere aſpiceret, quot & quanta propter nos opprobria & contumelias ſuſtinuit, non curaret linguas detrahentium; dicens cum Apoſt. 1. *Cor.* 4. Mihi pro minimo eſt, ut a vobis judicer, aut ab humano die, ſed neque meipſum judico; qui autem judicat me, Dominus eſt. *i* Verba oris Sapientis,] ideſt, Chriſti, qui eſt Sapientiæ Dux, & ſapientium emendator, ut legitur *Sap.* 7. Imo virtus, & Sapientia Patris, 1. *Cor.* 1. Sunt *k* Gratia,] ideſt, gratioſa. Unde *Pſal.* 44. Diffuſa eſt gratia in labiis tuis. Vel ſunt gratia, ideſt, cauſa gratiæ. Unde *Prov.* 13. Doctrina bona dabit gratiam; quod autem ſermo Sapientis gratiam det audientibus, legitur *Epheſ.* 4. Omnis ſermo malus non procedat ex ore veſtro; ſed ſi quis bonus eſt ad ædificationem fidei, ut det gratiam audientibus. Vel ſunt gratia, ideſt, donum Dei gratuitum. Unde & verba ipſius Domini, verba gratiæ vocantur, *Luc.* 4. Omnes teſtimonium illi dabant, & mirabantur in verbis gratiæ, quę procedebant de ore ipſius. Similiter exponitur de quolibet Catholico ſapiente, ut dicit *Gloſ.* Unde *Prov.* 10. Vena vitæ os juſti. Et poſtea: In labiis Sapientis invenitur Sapientia.

Moraliter. *i* Verba oris Sapientis.] Os Sapientis interius & ſpirituale eſt os cordis, quod ſaporat veraciter omnia juxta ſaporem proprium, cui ſacra eloquia ſapiunt ſuper mel & favum, ſecundum quod dicit *Pſalm.* 118. Quam dulcia faucibus meis eloquia tua ſuper mel ori meo. Hujus oris verba ſunt. *k* Gratia,] ideſt, gratioſa, & gratiæ collativa. Hujus enim oris doctrina, vel prædicatio, nihil aliud eſt, quam quædam maſticatio, & contritio aromatum, qua in auditores inſpiratur, & ſpargitur mira gratiæ ſuavitas. Sicut enim de fracto cinnamomo viſibile ſpiramentum in modum nebulæ emittitur; ſic de fracto ſacro eloquio per expoſitionem congruam inviſibilis gratiæ ſuavitas in auditorum corda diffunditur. Cui autem non ſapiunt ſacra eloquia, non eſt mirum, ſi nec de ore ejus emittitur hujus ſuavitas ſpiramenti. Vel quia ex abundantia cordis os loquitur, ut legitur *Matth.* 12. Et *Luc.* 6. Cor Sapientis primo conterit & confringit ſacra eloquia meditando devote, & inde per os ejus quaſi de fracto alabaſtro redundat in auditores ejus affectus, & virtus, & magnificentia, quæ ſunt proprie verba Sapientis, ſecundum quod dicit *Pſalm.* 20. Vox Domini in virtute, vox Domini in magnificentia, q. d. vox Domini conſiſtit in virtute, & magnificentia, non in ſtrepitu, & clamore forinſeco. Vult ergo dicere Salomon in hac parabola, quod verba Sapientis ſunt affectus, & virtus, & magnificentia in opere, non verborum ſtrepitus. Et hoc dicitur 1. *Cor.* 4. Veniam ad vos cito, ſi Dominus voluerit, & cognoſcam non ſermonem eorum qui inflati ſunt, ſed virtutem. Non enim in ſermone eſt regnum Dei, id eſt ſacra Scriptura, ſed in virtute. Quod aut regnum Dei dicatur ſacra Scriptura legitur *Matt.* 21. Dico vobis, quod auferetur a vobis regnum Dei, & dabitur genti facienti fructus illius. Affectus ergo ſanctos infundere, & gratiam in auditores eſt locutio Sapientium, ſed locutionibus perſtrepere eſt locutio ſtultorum. Et hoc eſt quod ſequitur. *l* Et labia inſipientis præcipitabunt eum] in infernum, vel in profundum iniquitatis. Et ſignanter dicit, præcipitabunt,

▲ quia labia inſipientis

Myſtice. *l* Et labia inſipientis.] inſipiens appellatur hic Diabolus, cujus palatus ita corruptus eſt de febre iniquitatis, quod nihil boni ſapit ei, niſi amare. Et de hoc verum eſt, quod labia ejus quibus dixit: Aſcendam in cœlum, & ero ſimilis Altiſſimo. *Iſ.* 14. Et quibus dixit primæ mulieri: Nequaquam moriemini. *Gen.* 4. Et quibus dixit Domino: Hæc omnia tibi dabo ſi procidens adoraveris me. *Matt.* 4. *m* Præcipitabunt eum,] quia propter hoc punietur in inferno. Et de hoc dicitur *Prov.* 18. Os ſtulti contritio ejus, & labia ipſius ruina animæ ejus.

Moraliter. *l* Et labia inſipientis Nomine inſipientis accipitur hæreticus, vel Philoſophus, vel quilibet perverſe docens,

* quibus

Initium *a* verborum ejus *b* ſtultitia, & *c* noviſſimum oris illius error peſſimus. *d* Stultus *e* verba multiplicat. *f* Ignorat homo, quid *g* ante ſe fuerit, *h* & quid poſt futurum eſt, quis eis poterit indicare? *i* Labor ſtultorum *k* affliget eos, qui *l* neſciunt in urbem *m* pergere.

a quia labia inſipientis, ideſt, eloquentia, elevat eum in altum ſuperbiæ ad præcipitium. Et ideo non dicit Salomon, labia inſipientis elevabunt eum, ſed præcipitabunt: quia non ſtatur ibi, ſed ideo elevat, ut præcipitet. Unde *Pſal.* 72. Dejeciſti eos, dum allevarentur. *Luc.* 16. Quod altum eſt apud homines, abominatio eſt apud Deum. Vel ideo dicit Salomon: Labia inſipientis præcipitabunt eum, ideſt, præcipitem dabunt ad loquendum: quia ei non ſapiunt verba ſacri eloquii; & ideo cito projicit ex ore. Sed cui ſapiunt non abſque maſticatione, & ſaporatione dimittit. Et ſicut ſaccus, vel pixis Medici, ubi aromata contrita ſervantur, & emiſſis aromatibus reliquias odoris, & ſuavitatis ſemper retinent, ita cor, & os Sapientis, quæ vaſa aromatum ſacri eloquii, ſemper odorem, & ſuavitatem horum aromatum retinent, quantumcumque docendo, vel prædicando emittant; imo tunc magis redolent: quia tunc magis aromata conteruntur. Ideo dicit Apoſt. 2. *Cor.* 2. Deo gratias, qui ſemper triumphat per nos in Chriſto Jeſu, & odorem notitiæ ſuæ manifeſtat per nos in omni loco: quia Chriſti bonus odor ſumus Deo in his, qui ſalvi fiunt.

Moraliter. * quibus vera bona non ſapiunt, aut male ſapiunt, ſed falſa bona & vera mala ſapiunt eis. De his omnibus non eſt dubium, quin labia eorum præcipitent eos modo in foveam peccati, & in futuro in barathrum inferni. Et de hoc dicitur *Prov* 26. Os lubricum operatur ruinas. Item *Prov.* 18. Mors, & vita in manibus linguæ. *Pſal.* 139. Labor labiorum ipſorum operiet eos. *a* Initium verborum ejus,] ideſt, inſipientis. *b* Stultitia, & noviſſimum oris illius error peſſimus.] Initium hoc poteſt dici primum movens ad loquendum ſtulta, hoc eſt inanis gloria, quæ non ſolum ſtultitia, ſed & dementia eſt. Vel ſtultitia dicitur ſtulta cogitatio, ex qua ſtulta locutio exit. Unde *Prov* 24. Qui cogitat mala facere, ſtultus vocabitur, cogitatio ſtulti peccatum eſt. Vel, initium dicitur, animalitas quædam nobis innata, ex qua, quaſi ex fonte rivuli, procedit omnis verborum ſtultitia. De quo dicitur 1. *Cor.* 2. Animalis homo non percipit ea, quæ Spiritus Dei ſunt: Stultitia enim eſt, ideſt, ineſt illi, & non poteſt intelligere, quia ſpiritualiter examinatur. Vel primum initium ſtultitiæ eſt error ſimplex, qui aliter, quam veritas habeat, de aliqua re ſentitur. Creſcente vero errore, venitur ad inſaniam, quia error ſapientia æſtimatur, & hoc noviſſimum. Recte ergo dicit. *a* Initium verborum ejus,] ideſt, inſipientis. *b* Stultitia,] ideſt, ſimplex error. *c* Noviſſimum] autem [oris illius error peſſimus,] ideſt, inſania, qua error proprius defenditur pertinaciter, & ſapientia æſtimatur. Proprium enim eſt inſanorum, & ſomniantium, & ebriorum, & parvulorum in ſuis deſipientiis adeo fixos eſſe, ut nullius perſuaſionibus, vel diſſuaſionibus ad aliter ſentiendum, quam ſe habeat eorum veſania induci poſſint, ad inſtar brutorum animalium: Nullus enim poſſet perſuadere porco, quod volutari luto non eſſet optimum: nec aſino quod carduus non eſſet optimus: nec urſo, quin mel ſit optimum, & ſic de aliis. Et de hoc dicitur *Prov.* 27. Si contuderis ſtultum in pila quaſi ptiſanas deſuper feriente pilo, non auferetur ab eo ſtultitia ejus. *Iſa.* 5. Væ qui dicitis bonum malum, & malum bonum. Prima ſtultitia eſt in errore ſimplici, ponentes tenebras deſipientiæ in lucem Sapientiæ, & lucem in tenebras, noviſſima ſtultitia, ideſt, inſania. Eſt autem ad minus quadruplex error peſſimus.

Quadruplex error peſſimus. Primus eſt defenſio, ſive excuſatio peccati contra arguentem, vel corrigentem ſe. Nec eſt major inſania, quam peccatum defendere, hoc enim eſt ſe opponere Medico pro defenſione vulnerum propriorum, & adjutori ſuo pro defenſione hoſtium, & liberatori defenſione carceris, & Judici volenti eum abſolvere pro defenſione funis, quo trahendus eſt ad patibulum: aut pro defenſione ſpinarum, quibus exurendus eſt: & mundatori pro defenſione ſpurcitiarum & ereptori de naufragio pro defenſione faſciculorum deprimentium, vel molæ aſinariæ, & redemptori pro defenſione mortis: & reparatori pro defenſione ruinarum: & cultori pro defenſione malarum herbarum. Omnia iſta facit, qui peccata defendit. Et ut breviter dicam, talis omnia mala, quibus damnandus eſt in futuro, ne deleantur, in ſua protectione ſuſcipit, & contra ſeipſum, & Deum advocatum ſe conſtituit. Patet igitur, quanta ſit inſana peccati defenſio, vel excuſatio: propter hoc dicit *Pſal.* 140. Non declines cor meum in verba malitiæ ad excuſandas excuſationes in peccatis. Invenire proprias auctoritates de prædictis faciebus peccati, ideſt, quod peccatum ſit vulnus, & hoſtis, &c. facile eſſet, ſed longum: & ideo lectori relinquo. Secundus error peſſimus, ſive ſecunda inſania eſt peccatorum jactantia, ſive gloriatio, quæ revera inſania maxima eſt, hoc enim eſt gloriari de caſu, & conculcatione ſua, ut legitur *Ezech.* 16. Vidi te conculcari in ſanguine tuo, & de ſputis, & colaphis ac ludibriis Dæmonum gloriari, & gratulari, & de eruitione oculorum, & mutilatione aurium, & præciſione narium ſpiritualium lætari. Breviter, quid aliud eſt gloriari de peccato, quam gloriari de merſione in cloacam totius immunditiæ, & de ſepultura, & nece propria gratulari? Propter hoc dicit *Pſal.* 51. Quid gloriaris in malitia? Et habet hæc interrogatio reſponſiones, quas dixi, & multo plures. Tertius error eſt blaſphemia in Deum, qua mala noſtra in ipſum referimus, ſive retorquemus. Sicut Adam *Gen.* 3. Mulier, inquit, quam dediſti mihi ſociam, dedit de ligno, & comedi. Hæc eſt enim perverſitas hominum, ut dicit *Aug.* ut Deo velint attribui, ſi quid egerint mali; ſibi vero, ſi quid egerint boni. Ad hoc genus erroris pertinet accuſatio ſtellarum, & quicquid delirant de fato, dicentes: Saturnus me fecit furem, Mars raptorem, Venus adulterum, & ſic de aliis. Similiter dicunt: fatum mihi fecit hoc, vel illud, vel ſic fatatum erat. Omnibus his verbis Creator ſtellarum, & ſignorum de noſtris vitiis per conſequens accuſatur. Sed dicit *Aug.* Abſit hoc a Chriſtianis, ut aliquid dicant, vel credant eſſe fatum. Quartum genus erroris peſſimi eſt hæreſis, ſive mendacium in doctrina veritatis contra fidem, aut contra mores, aut dogmata, ſive inſtituta Eccleſiæ. De quolibet quatuor iſtorum errorum poteſt dici: Noviſſimum autem oris illius error peſſimus. Item exponitur de Antichriſto, qui antonomaſtice dicitur inſipiens in *Pſal.* 13. & 52. Dixit inſipiens in corde ſuo, non eſt Deus. *a* Initium verborum ejus,] erit, [ſtultitia,] ideſt, falſitas, & vanitas. *c* Et noviſſimum oris illius error peſſimus,] idololatriæ, qua ſe adorare faciet, oſtendens ſe tamquam ſit Deus, ſicut legitur 2. *Theſſ.* 2. *d* Stultus verba multiplicat.] De ſtulto Doctore, vel Prædicatore palam eſt: quia opera paucificat, ut ita dicam, & verba multiplicat. Dicit enim, & non facit, ut dicit Dominus *Matth.* 23. Nec fit hoc ſine peccato. Unde *Prov.* 10. In multiloquio non deerit peccatum. *Et* 14. Ubi verba ſunt plurima, ibi frequenter egeſtas. *Et* 19. Qui tantum verba ſectatur, nihil habebit. Hieronymus: Jacet oratio, ubi tantum verba laudantur. *Seneca*: Facere docet Philoſophia, non dicere. Secundum *Gloſſ.* Stultus dicitur, qui contra Deum loquitur, ut blaſphemus, vel hæreticus, cujus peccatum graviſſimum eſt, & difficile dimittitur. Unde 1. *Reg.* 2. dixit Heli: Si peccaverit vir in virum, placari ei poteſt Deus; ſi autem in Deum peccaverit homo, quis orabit pro eo? & de illo exponit *Gl.* ſic: *d* Stultus,] ideſt, blaſphemus, vel hæreticus. *e* Verba multiplicat,] contra Sapientes. *f* Ignorat homo, quid ante ſe fuerit, & quid poſt futurum eſt, quis ei poterit indicare?] Poteſt hoc intelligi dictum concionatorie, ſed *Interlin* volunt hoc eſſe dictum aſſertive, & diffinitive, qui ſic exponunt. *g* Ignorat homo,] carnalis, ideſt, animalis, qui non percipit ea, quæ ſunt Spiritus Dei, 1. *Cor.* 2.

g Quid ante ſe fuerit,] ideſt, non recordatur præteritorum. *h* Et quid poſt futurum eſt, quis,] hominum, [ei poterit indicare?] quaſi dicat, nullus. Unde infert alia *Interlin.* continuans. Ergo

i Labor ſtultorum,] ideſt, hæreticorum Philoſophorum ſtulta inquiſitio Scripturarum.

k Affliget eos,] in corpore, & anima, & hic, & in futuro *l* Qui neſciunt in urbem,] ideſt, in civitatem Dei. De qua dicit *Pſal.* 86. Glorioſa dicta ſunt de te civitas Dei. *m* Pergere,] Quia nec per ſe, nec per alios ſcire volunt viam patriæ. De quibus dicitur in *Pſal.* 106. Erraverunt in ſolitudine, viam civitatis habitaculi non invenerunt. Mali neſciunt pergere in civitatem Domini virtutum, quia viam ignorant. Unde *Pſ.* 13. Viam pacis non cognoverunt. Item, quia neſciunt movere pedes, ideſt, affectus a terra levare, & in anteriora, ideſt, ſpiritualia extendere; ſed in obliquum, aut

Digitized by Google

poſteriora. Item quia neſciunt, ideſt, ſcire nolunt inſignia viæ regiæ, quæ ducit ad civitatem, hoc eſt, cruces pœnitentiæ, & diſciplinæ, & acervos lapidum, ideſt, dura opera ſatisfactionum. Melius poteſt intelligi de prædeſtinatione, & reprobatione, quæ ſecundum qu d præc.dunt hominem, & ſecundum quid

D ſequuntur. Et utrumque ignorat homo quilibet: quia nemo ſcit, an ſit prædeſtinatus, an præſcitus, vel quid conſequetur ad hæc. Item neſcit homo de bonis operibus, quæ facit, an ſint accepta coram Deo: & an peccata, quæ commiſit, dimiſerit ei Deus, vel adhuc retineat. Et iterum neſcit, utrum placandus ſit ei unquam Deus; an in æternum iratus. Et hæc ignorantia timorem maximum, & ſollicitudinem ſalutarem inducit. Unde *Eccli.*5. De propitiato peccato noli eſſe ſine metu; neque adjicias peccatum ſuper peccatum: & ne dicas, miſeratio Dei magna eſt: multitudinis peccatorum meorum miſerebitur; miſericordia enim, & ira illius. Et *Johel.* 2. Quis ſcit, ſi convertatur, & ignoſcat Deus, & relinquat poſt ſe benedictionem?

Væ tibi *a* terra, *b* cujus Rex puer eſt, & *c* cujus Principes mane comedunt. *d* Beata terra, *e* cujus Rex nobilis eſt, & *f* cujus Principes *g* veſcuntur in tempore ſuo ad *h* reficiendum, & non ad luxuriam. *i* In pigritiis humiliabitur contignatio, k & in infirmitate manuum *l*. perſtillabit domus. *m* In riſu faciunt *n* panem, & vinum, ut *o* epulentur bibentes. Et *p* pecuniæ obediunt omnia.

a Væ tibi terra, cujus Rex puer eſt, & cujus Principes mane comedunt.] Ad litteram, ſicut dicit Ariſtoteles, nemo Juvenes eligit Duces. Sapientiſſimos enim, & fortiſſimos, fortitudine, dico, ſpirituali, oportet eſſe Reges & Principes, tam ſæculares, quam Eccleſiaſticos. Nam per Sapientiam verba diriguntur, & per fortitudinem opera muniuntur. *Eccli.* 7. Noli quærere fieri Judex, niſi virtute valeas irrumpere iniquitates. Nihil autem corruptioni, & mutabilitati paratius ætate puerili, quæ pro piro, vel pomo omnia concedere, vel negare:
Iſa. 3. offendi, vel placari paratiſſima eſt. Hanc autem pœnam quaſi plagam graviſſimam comminatur Dominus populo Judæorum, & forte cecidit comminatio ſuper populum Chriſtianum. Dabo, inquit, pueros Principes eorum, & effeminati dominabuntur eis.

Myſtice. Myſtice. *a* Væ tibi terra, cujus Rex puer eſt.] Terra cujus Rex puer eſt Eccleſia eſt, cujus Prælatus puer eſt infirmitate, inſipientia, & vita. Ideo autem, væ tali Eccleſiæ, quia quaſi vidua eſt ſub puero Prælato, qui neſcit, nec poteſt generare. Eſt & indefenſa ſub infirmo cuſtode, qui neſcit, nec poteſt cuſtodire. Eſt & proſtituta ſub lenone, qui plus diligit voluptatem propriam, quam Eccleſiæ utilitatem, ideſt, quam prolem.

Moraliter. Moraliter. *a* Væ tibi terra, cujus Rex puer eſt.] Terra eſt mens humana: Rex puer, ratio puerilis: Principes, quinque ſenſus, qui mane comedunt, quando præſentibus delectantur. Dicit ergo. *a* Væ tibi terra,] ideſt, regio, vel Eccleſia, vel anima. *b* Cujus Rex puer eſt,] ideſt, puerilis. *c* Et cujus Principes mane comedunt.] Ad litteram, quia vacare deberent cauſis ſubditorum examinandis, & negotiis expediendis; aut certe lectioni, vel orationi: ſplendor autem, & affluentia epularum intellectum humanum obruit penitus, & obturat, ſicut dicit *Hier.* Et ideo cum mane gula ſibi vendicat, ſequitur negotiorum confuſio, ſubditorum diſpendium, judiciorum ſubverſio, juſtitiæ periclitatio. *d* Beata terra,] ideſt, regio, vel Eccleſia, vel anima. *e* Cujus Rex nobilis,] nobilitate virtutum, de qua dicitur:

Nobilitas animi ſola eſt, quæ moribus ornat.

f Et cujus Principes,] ideſt, prælati, vel quinque ſenſus.

g Veſcuntur in tempore ſuo,] ideſt, in regno Dei. Nunc enim eſt tempus jejunandi, quia vigilia eſt ſummæ ſolemnitatis, tunc autem erit tempus comedendi; quia tunc erit ſolemnitas, & erit ſolemne convivium, de quo dicit *Iſa.*25. Faciet Dominus exercituum omnibus populis in monte hoc convivium pinguium, convivium vindemiæ, convivium pinguium medullatorum, vindemiæ defæcatæ. Et quia poſt hoc convivium non ſequitur aliud; vocat illud Dominus cœnam. *Luc.*14.

h Ad reficiendum, & non ad luxuriam,] ideſt, magis comedunt neceſſitate, quam voluptate. Comedere enim debent, ut vivant Deo; non vivere, ut comedant, dicit *Interlin.*

i In pigritiis humiliabitur contignatio,] ideſt, tignorum conſtructio. Tigna ſunt ligna ædificii, quæ in gallico caprones dicuntur, quia ſe invicem mutua colligatione capiunt.

Et eſt ſenſus litteralis planus, quia piger, ubi fracturam, vel disjuncturam in contignatione domus deprehenderit, non ſtatim eam reparat, aut rejungit: ſed premente pigritia eo uſque differt, donec contignatio ligaturis ſolutis ab altitudine ſua humilietur, ut corruat.

Myſtice. *i* In pigritiis humiliabitur contignatio.] Domus eſt Eccleſia; contignatio, quæ ſummum locum in ædificio domus obtinet, clauſtralis vitæ eminentiam, aut Cleri altitudinem ſignificat. *Myſtice.*

Sed utraque contignatio pigritia Prælatorum, vel etiam propria jam pene corruit, quia nullus religationi, vel relevationi intendit.

Moraliter. *i* In pigritiis humiliabitur contignatio.] Contignatio eſt virtutum combinatio, ut miſericordia, & veritas; ſpes, & timor; continentia, & abſtinentia: humilitas, & magnificentia: zelus, & charitas, ideſt, amor boni, & odium mali: ex quibus conſurgit ſpirituale ædificium, in quo habitat homo interior, & cum eo Deus. Unde Sponſa *Cant.* 1. Tigna domorum noſtrarum cedrina, laquearia cypreſſina. *Moraliter.*

Sed hæc contignatio per propriam deſidiam paulatim inclinatur, ut corruat. Propter quod dicitur *Eccli.* 27. Niſi te inſtanter tenueris in timore Domini, cito ſubvertetur domus tua. Et *Prov.* 18. Qui mollis, & diſſolutus eſt in opere ſuo, frater eſt ſua opera diſſipantis. Unde ſequitur.

k Et in infirmitate manuum,] ideſt, operum.

l Perſtillabit domus,] ideſt, ſtatus mentis, vel Eccleſiæ. Tunc autem dicitur mens perſtillare, quando lapides grandinis; vel pluviæ ſtillæ, ideſt, dura maledicorum verba uſque ad interiora perveniunt, & cor ipſum degrandinant, & compluunt; ut quicquid vitalis caloris ibi erat, penitus extinguant.

Et de hoc dicitur *Matth.* 7. Omnis, qui audit verba hæc, & non facit ea, ſimilis eſt viro ſtulto, qui ædificavit domum ſuam ſuper arenam, & deſcendit pluvia, & venerunt flumina, & flaverunt venti, & irruerunt in domum illam, & cecidit, & fuit ruina ejus magna.

m In riſu faciunt panem, & vinum, ut epulentur bibentes.] *Interlin.* modica ſcilicet, quia continuat litteram ſic.

i In pigritiis] propriis, vel prælato [humiliabitur contignatio,] ideſt, virtutum ædificium.

k Et infirmitate manuum,] ideſt, operum.

l Perſtillabit domus,] propriæ conſcientiæ, vel Eccleſiæ. Quia.

m In riſu faciunt] Prælati, vel quicumque deliciis dediti. *n* Panem, & vinum,] ideſt, commeſſationes, & potationes.

o Ut epulentur,] ideſt, in epulis delectentur: In quorum perſona dicitur *Iſa.* 22. Comedamus, & bibamus; cras enim moriemur.

p Et pecuniæ obediunt omnia,] ideſt, propter pecuniam fiunt omnia.

Magna Abbatiſſa eſt pecunia, & magnum conventum habet.

m In riſu faciunt panem, & vinum, &c.

Myſtice. Prælati, vel Doctores in riſu proprio faciunt panem, & vinum, ut epulentur, quando verbum Dei, quod eſt panis, ubi difficile eſt: vinum, ubi facile; vel panis, quia confortat, & firmat; vinum, quia lætificat, docent, vel prædicant, ut hominibus placeant, velut deliciis affluant, vel divitiis abundent. De quibus dicitur *Amos* 6. Væ vobis, qui opulenti eſtis in Sion, & confiditis in monte Samariæ, Optimates capita populorum, ingredientes pompatice domum Iſrael; qui ſeparati eſtis in diem malum, & appropinquatis ſolio iniquitatis; qui dormitis in lectis eburneis, & laſcivitis in ſtratis veſtris: qui comeditis agnum de grege, & vitulos de medio armenti. *Michææ* 3. Principes ejus, ideſt, Jeruſalem, in muneribus judicabant, & Sacerdotes ejus in mercede docebant, & Prophetæ ejus in pecunia divinabant. Item in riſu alieno faciunt panem, dum auditores ad riſum provocare ſacris eloquiis ſtudent, non ad lacrymas: cum tamen ad hoc principaliter deberent attendere. Unde *Iſa.* 22. Vocavit Dominus Deus exercituum in die illa ad fletum, & ad planctum, & ad calvitium, & ad cingulum ſacci, & ecce *Myſtice.*

gau-

gaudium & lætitia. *a* In cogitatione tua Regi ne detrahas, & in ſecreto cubiculi tui ne maledixeris diviti.] Generaliter prohibet Salomon cogitationem detractoriam, & ſuſpicionem ſiniſtram de quolibet proximo; quia nimis difficile eſt, aut forte impoſſibile, quod talis cogitatio, aut talis ſuſpicio charitatem non extinguat, aut ſaltem lædat, aut ad minus proximum contemptibilem non reddat; & ideo periculoſiſſimum eſt audire, vel etiam cogitare quicquam ſiniſtrum de proximo. Et ne forte occultam cogitationem vel ſuſpicionem quis crederet impunitam, dicit Salomon præſto eſſe accuſatores, & revelatores, ſcilicet Angelos malos, qui cogitationes quas nobis ſuggerunt, forte noſcunt, an recipiamus, an non. Alias vero cogitationes, quæ a mundo, vel a carne in nobis fiunt, magis conjicere ex ſignis quam noſſe credendi ſunt. Idcirco autem de eorum teſtimonio, & accuſatione nobis minatur, ut in eorum præſentia metuamus aliquid cogitare, qui toto ſtudio explorant, ſi quid in nobis viderint accuſandum, ſicut legitur *Apoc.* 12. Projectus eſt accuſator fratrum noſtrorum, qui accuſabat eos die ac nocte. Ceterum ipſa cogitatio erit accuſatrix ſufficiens, ſicut legitur *Rom.*2. Dicit ergo: *a* In cogitatione tua Regi ne detrahas,] ideſt, Prælato, vel Chriſto, qui omnia regit; vel cuilibet, qui tria regna ſibi commiſſa, ſcilicet regnum operis, regnum oris, regnum cordis, regere fideliter debet. *b* Et in ſecreto cubiculi tui,] ideſt, conſcientiæ, ſive mentis. *c* Ne maledixeris diviti,] ideſt, Juſto cœleſtibus divitiis ditato. *d* Quia & aves cœli,] ideſt, Dæmones, qui dicuntur volucres cœli, *Matth.*13. & *Luc.* 8. Volucres propter velocitatem, unde & alati pinguntur. Cœli, quia habitabant in hoc aere caliginoſo. *e* Portabunt] ad Deum. *f* Vocem tuam,] ideſt, cogitationem, quæ vim vocis obtinet apud Deum. *g* Et qui habet pennas,] ideſt, velocitatem. *h* Annuntiabit] Deo ſententiam tuam,] ideſt, judicium, vel ſuſpicionem, vel cogitationem, qua proximum judicas. Sed cum Deus ſciat per ſe omnia multo melius, quam homines, vel Angeli, quomodo dicuntur Angeli boni, vel mali aliquid nuntiare Deo? Sic modus eſt loquendi. Et eſt ſenſus: Angeli portabunt vocem tuam, vel annuntiabunt ſententiam tuam, ideſt, celeriter veniet ad Judicem, & punitorem tuum tuæ cogitationis accuſatio. Tamen boni Angeli cum preces vel cogitationes noſtras Deo placere vident, dicuntur eas Deo nuntiare, vel deportare, quia divinæ diſpoſitioni conſentiunt, & eas impleri deſiderant. Unde *Tob.* 12. Quando orabas cum lacrymis, & ſepeliebas mortuos, & derelinquebas prandium tuum, ego obtuli orationem tuam. Sed mali Angeli dicuntur cogitationes noſtras Domino annuntiare, quia nos pro illis torqueri, & puniri exoptant. Si cogitationem detractoriam, vel ſuſpicionem ſiniſtram ita prohibet Salomon, & puniendam minatur, quid erit de verbis & operibus? Ad hoc, quod hic dicitur concordat, quod legitur *Prov* 26. Sicut avis ad alta tranſvolans, & paſſer quolibet vadens; ſic maledictum fruſtra prolatum in quempiam ſuperveniet.

al. † cubilis.

a In cogitatione tua Regi ne detrahas, & in *b* ſecreto † cubiculi tui ne *c* maledixeris diviti: quia & *d* aves cœli *e* portabunt *f* vocem tuam, & *g* qui habet pennas, *h* annunciabit ſententiam.

EXPOSITIO CAP. XI.

i Mitte panem tuum, &c.] Duæ ſunt partes juſtitiæ, ſcilicet, declinare a malo, & facere bonum. Ad primam partem monit Salomon in fine præcedentis capituli, ibi: In cogitatione tua Regi ne detrahas. Hic hortatur ad ſecundam, quia non ſufficit declinare a malo, niſi & fiat bonum. Unde dicit: Mitte panem tuum ſuper tranſeuntes aquas, quia poſt multa tempora invenies illum. Et exponitur hoc multiplicitet. Primo de pane materiali, qui ad modum ſeminis mittitur in terram fertilem, & irriguam cum pauperi erogatur. Dicit ergo. *i* Mitte,] quaſi dicat, non ſolum porrige vicinis, & proximis, ſed etiam mitte remotis. *k* Panem tuum,] non alienum, *Prov.* 3. Honora Dominum de tua ſubſtantia, & de primitiis omnium frugum tuarum da pauperibus. Nomine autem panis omne beneficium intelligitur. *l* Super tranſeuntes aquas,] ideſt ſuper populos tranſeuntes curſu mortalitatis. Et eſt ſumptum de 2. *Reg.* 14. ubi dicit mulier Thecuites ad David: Omnes morimur, & quaſi aquæ dilabimur in terram quæ non revertuntur. Et *Apoc.*17. Aquas quas vidiſti, ubi meretrix ſedet, populi ſunt, & gentes, & linguæ. Vel, ſuper tranſeuntes aquas, de loco ad locum, de villa ad villam, ideſt, ſuper peregrinos, quaſi dicat, da eleemoſynam tuam peregrinis tranſeuntibus, a quibus nullam expectas remunerationem, & tunc Dominus reddet cum fœnore æternæ retributionis. Et *Joan.* 3. Chariſſime, fideliter agis, quicquid operaris in fratres, & hoc in peregrinos. Ubi *Gloſſ.* maxime a quibus nullam expectas remunerationem. Et hoc eſt quod docet ipſe Dominus, *Luc.* 14. Cum facis prandium, aut cœnam, noli vocare amicos tuos, neque fratres tuos, neque cognatos, neque vicinos, neque divites, ne & ipſi reinvitent te, & fiat tibi retributio; ſed cum facis convivium, voca pauperes, debiles, claudos, cæcos, & beatus eris, quia non habent retribuere tibi; retribuetur autem tibi in retributione Juſtorum. A

CAP. XI.

i Mitte *k* panem tuum *l* ſuper tranſeuntes aquas, quia *m* poſt multa tempora *n* invenies illum: *o* Da partes *p* ſeptem *q* necnon & octo,

Et hoc eſt, quod ſequitur hic. *m* Quia poſt multa tempora,] i. in die judicii. *n* Invenies illum] cum fœnore æternæ retributionis, quia dare eleemoſynam pauperi eſt accommodare Domino ad uſuram, *Prov.* 19. Fœnerator Domino, qui miſeretur pauperis. Invenies, dicit, quia quod datur pauperi, ſecundum judicium mundi videtur amiſſum. Et de hoc dicitur *Eccli.*29. Perde pecuniam propter fratrem, & amicum, & non abſcondas illam ſub lapide in perditionem. Pone theſaurum tuum in præceptis Altiſſimi, & proderit tibi magis quam aurum. Item *Iſa.* 58. Frange eſurienti panem tuum, & egenos vagoſque induc in domum tuam. Secundo, exponitur de pane ſpirituali, i. verbi Dei, quod ſimiliter ad modum ſeminis mittitur in terram bonam & irriguam, cum aptis & idoneis fructificationi prædicatur, ut dicitur *Interl.* Unde *Iſa.*32. Beati, qui ſeminatis ſuper omnes aquas, ideſt ſuper omnes populos aptos fructificationi. Ubi enim fructus non ſperatur, non oportet effundere ſemen verbi Dei. Unde *Eccli.*32. Ubi auditus non eſt, non effundas ſermonem. Et Dominus *Matth.* 7. Nolite ſanctum dare canibus, neque mittatis margaritas ante porcos. Dicit ergo. *i* Mitte panem tuum,] i. doctrinam tuam, quam primo refectus reficias alios. *l* Super tranſeuntes aquas,] ideſt ſuper illos qui ſunt terra irrigua, & ad fructificandum idonea. Ad litteram etiam non jacitur ſemen materiale in terram aridam, quia ſtatim areſcit ſemen, ſicut legitur *Matt.* 13. Et non ſolum ſemen amittitur, ſed & labor & fructus illius impeditur. Sic eſt & de ſemine verbi Dei, quia facientibus illud prædicandum eſt, non otioſis, & laborare nolentibus. Unde Dominus *Matt.* 21. Auferetur regnum Dei, ideſt ſacra Scriptura a vobis, & dabitur genti facienti fructus illius. *m* Quia poſt multa tempora,] i. in futura vita. *n* Invenies illum] cum fruge converſorum, vel ad minus cum fructu æternæ retributionis. De hoc *Iſa.*55. Quomodo deſcendit imber, & nix de cælo, & illuc non ultra revertitur, ſed inebriat terram, & infundit eam, & germinare eam facit, & dat ſemen ſerenti, & panem comedenti; ſic erit verbum meum, quod egredietur de ore meo, non revertetur ad me vacuum. Seminandum eſt ergo ſemen verbi Dei, ut multiplicetur, & illius Sapientia, niſi publicetur, elabitur. Ideo dicitur *Prov.* 11. Qui abſcondit frumenta in tempore, maledicetur in populis; benedictio autem ſuper caput vendentium. *Luc.* 19. Serve nequam, ſciebas quod ego auſterus ſum tollens quod non poſui, & metens quod non ſeminavi; quare ergo non dediſti pecuniam meam ad uſuram, & ego veniens cum uſuris utique exegiſſem? Et aſtantibus dixit: Auferte ab illo mnam, & date illi qui habet decem mnas. *o* Da partes ſeptem, necnon & octo.] Diverſæ Gloſſ. diverſimode exponunt hoc; quædam *Interl.* exponit ſic. *p* Da partes ſeptem] i. obſerva vetus Teſtamentum, quod per ſeptenarium intelligitur propter ſeptimum diem, & ſeptimam ſeptimanam, & ſeptimum menſem, & ſeptimum annum quam ſervari jubebat. *q* Necnon & octo] i. inſuper obſerva novum Teſtamentum, quod per octonarium deſignatur, propter octavam reſurrectionis. Simile eſt quod legitur *Mich.*5. Suſcitabit ſuper eum ſeptem paſtores, & octo primates homines, ideſt PP. & DD. veteris Teſtamenti & PP. & DD. novi Teſtamenti. Et ſecundum hanc expoſitionem ſic ordinanda eſt littera. *o* Da partes] vitæ tuæ. *q* Necnon & octo,] i. octonario novi Teſtamenti, hoc eſt, ordina vitam tuam ſecundum documenta veteris, ac novi Teſtamenti. Secundo exponitur ſic, ut ſeptem & octo ſint accuſativi caſus ſub eodem ſenſu, *o* Da partes ſeptem,] ideſt, fac ſeptem, ideſt vetus Teſtamentum. *q* Necnon & octo,] ideſt, novum Teſtamentum eſſe partes vitæ tuæ, quaſi dicat, da partes vitæ tuæ, hoc eſt cogitationes, locutiones, operationes veteri Teſtamento, & novo ordinandas & regulandas. Tertio exponitur ſic. *o* Da partes ſeptem,] ideſt, da ſeptem partes vitæ tuæ. *q* Necnon & octo,] ideſt, & octavam, hoc eſt, da Deo totam

Aliter.

Hæc diverſimode exponitur ſecundum Gloſſ.

Primo.

Secundo.

Tertio.

vitam

vitam tuam, quæ octo ætatibus protelatur: certum eſt enim, quod humanum genus ab initio conceptionis uſque ad ultimum glorificationis octo partibus conſtat, quæ ætates communiter nominantur. Sex enim ſunt ætates viventium, ſcilicet infantia, pueritia, adoleſcentia, juventus, ſenectus, ſenium: ſeptima eſt ætas morientium, tempus ſcilicet, quo animæ exutæ corporibus judicium univerſale expectant: octava ætas, ſive octava pars vitæ eſt ſtatus gloriæ, quæ Sanctis promittitur: Erit igitur ſenſus: Da Deo ſeptem partes vitæ tuæ, necnon & octo, ideſt fac, ut præſentem vitam tuam habeat Deus per gratiam, & futuram per gloriam.

quia *a* ignoras quid futurum ſit mali ſuper terram. Si *b* repletæ fuerint nubes, *c* imbrem *d* ſuper terram effundent. Si *e* ceciderit *f* lignum ad *g* auſtrum

Quarto. Quarto ſic: Da partes ſeptem, ideſt: Da Deo ſeptem partes humanæ naturæ, necnon & octo, ideſt octavam, quæ eſt gratiæ. Septem partes naturæ ſunt tres vires animæ, ſcilicet rationabilis, concupiſcibilis, iraſcibilis: & quatuor partes corporis, ſcilicet os, & caro, & nervus, & cartilago, ſive quatuor humores, ſive quatuor elementa, ex quibus componitur corpus, ut tangit *Gloſſ.* Et his ſeptem partibus naturæ vult addi Salomon octavam, quæ eſt gratiæ, ſine qua aliæ ſeptem inutiliter obtinentur, q. d. Salomon, exhibe naturam in ſervitio Dei, necnon & gratiam quam habes utendo ea. Natura ſiquidem non ſufficit Deo impendere gratum obſequium, niſi velut ſapor, & condimentum gratia deſuper apponatur. Sed quæret aliquis, quomodo poteſt homo dare Deo octavam, ideſt gratiam, cum e converſo Deus illam det homini? Ad hoc poteſt reſponderi per hoc quod dicit *Aug. in lib. Soliloq.* Domine, da quod jubes, & jube quod vis. Et David 1. *Paral. ult.* Tua ſunt Domine omnia, & quæ de manu tua accepimus dedimus tibi. Dat igitur Dominus gratiam, ut des ei uſum gratiæ, ideſt ut tu utaris ea ad honorem ejus, quod ſe feciſſe gloriatur Apoſtolus 1. *Cor.* 15. Gratia Dei ſum id quod ſum, & gratia Dei in me vacua

Quinto. non fuit. Quinto, poteſt exponi ſic, fere ſub eodem ſenſu: Da partes ſeptem, ideſt, da ſeptem partes vitæ tuæ ſeptiformi gratiæ illuſtrandas quantum in te eſt; necnon & octo, ideſt octavæ gloriæ remunerandas, hoc eſt dicere, da vitam tuam gratiæ in præſenti, & gloriæ in futuro, ideſt, fac quantum in te eſt, quod vita tua illuſtretur gratia in præſenti, & tandem perficiatur gloria in futuro. Significatur ergo perfectio gloriæ per octonarium, quia octonarius primus cubus eſt, ideſt, primus numerus habens tres dimenſiones, bis duo bis, & ex primo numero generatur, ideſt, binario.

Dicit autem Salomon: Da partes ſeptem, necnon & octo, quia plures e contrario vitam ſuam dividunt culpæ, & pœnæ, dantes vitam præſentem totam culpæ, & futuram totam pœ-

Sexto. næ. Sexto exponitur ſic: Da partes tuæ profectioni, ſubaudi ſeptem, necnon & octo, ut ſint in univerſo quindecim, quia noſtra profectio ſpiritualis in quindecim virtutibus conſiſtit, quæ per quindecim Pſalmos graduum deſignantur, videlicet ſeptem donis, de quibus dicitur *Iſa.* 11. Requieſcet ſuper eum Spiritus Domini, &c. Deinde quatuor Cardinalibus, de quibus dicit Philo *Sap* 8. Sobrietatem, & prudentiam docet, & juſtitiam, & virtutem quibus nihil eſt in vita utilius hominibus. Deinde tribus Theologicis, ſcilicet fide, ſpe, & charitate. Et ita habemus quatuordecim virtutes: quintadecima eſt humilitas, quæ eſt caput & cuſtos omnium, ut dicit *Amb. ſuper Pſal.* & *Greg. ſuper* 1. *Reg* 15. Qui ſine humilitate virtutes congregat, quaſi pulverem in ventum portat. Eſt igitur ſenſus: Da partes, ideſt, quære, & provide tuæ profectioni, partes ſeptem & octo, ideſt quindecim virtutes præ-

Septimo. dictas, ſine quibus non eſt ſalus. Septimo ſic: Da partes ſeptem vitæ activæ, ideſt ſeptem opera miſericordiæ, quorum ſex numerantur, *Matt.* 25 & ſeptimum, ſcilicet ſepelire mortuos, *Tob.* 2. Necnon & octo, ideſt inſuper da octo partes contemplativæ, quarum quatuor pertinent ad intellectum, ſcilicet cogitatio, meditatio, contemplatio, revelatio; ſive hæc quatuor, vocatio, viſio, dilectio, anhelatio, quæ dicitur ſuſpendium, *Job* 7. Et quatuor ad effectum, ſcilicet mentalis oratio, laudatio, contritio, delectatio, ſive guſtatio, quæ pauciſſimis conceditur, de qua dicit *Pſ.* 33. Guſtate, & videte, &c. eſt igitur ſenſus: Da partes ſeptem, necnon & octo, ideſt, habe omnes partes activæ, & omnes partes contemplativæ, ideſt, da totam vitam tuam contemplationi, & actioni, quaſi innueret, quod non ſufficit alteram habere ſolam: ſive, da Deo omnes partes activæ, & contemplativæ, ut nihil niſi propter

Octavo. Deum facias, ſive vacans active, ſive contemplative. Octavo, exponitur ſecundum aliam *Gloſ.* ita ut ſeptem & octo ſint genitivi caſus, ſub hoc ſenſu: Da partes ſeptem, ideſt ſeptenarii, i. ternarium, & quaternarium. Ternarius refert ad Deum propter tres perſonas, quas credere, & confiteri tenemur. Quaternarius refertur ad proximum propter quatuor elementa ex quibus conſiſtit, ut dicit *Gloſſ.* Eſt igitur ſenſus: Da partes ſeptem, ideſt ternarium & quaternarium. Ternarium Deo recte credendo ipſum eſſe tres perſonas, & unum Deum, quaternarium proximo ipſum docendo, & juvando in ſuis defectibus. Necnon & octo da partes, ſcilicet octonarii, ideſt quaternarium, & quaternarium, quorum alter ad doctrinam refertur propter quatuor Evangelia; alter ad operationem, propter quatuor Cardinales, quibus in hac vita nihil eſt utilius hominibus, ut legitur *Soph.* 8 q. d. Da partes ſeptem, ideſt crede in Deum, & doce proximum; necnon & octo, ideſt diſcrete ſecundum doctrinam evangelicam operare. Alia *Gloſſ.* ſic exponit: Da partes ſeptem, *Aliter ſecundum Hebræos.* necnon & octo, ideſt largire eleemoſynas, non tantum uni, ſed multis divide illas. Unde *Pſal.* 111. Diſperſit, dedit pauperibus. Et *Luc* 6. Omni petenti te tribue. Hebræus ſic exponit, ut dicit quædam *Gloſſ.* Da partes ſeptem, &c. ideſt, obſerva Sabbatum, quod ſeptimo die fit, & circumciſionem quæ octavo die fieri præcipitur, *Geneſ.* 17. *a* Quia ignoras quid futurum ſit mali ſuper terram,] quaſi dicat: Da partes ſeptem, necnon & octo, ideſt, divide eleemoſynas tuas multis; vel obſerva Sabbatum, & circumciſionem; vel vaca activæ, & contemplativæ; vel crede Deo, & doce proximum, quia ignoras quid futurum ſit mali ſuper terram; a quo malo ſoli illi immunes ſunt, qui dederint partes ſeptem, necnon & octo, ſecundum omnem expoſitionem. Sequitur. *b* Si repletæ fuerint nubes] aquis, ſcilicet imbrem ſuper terram effundent. Littera plana eſt.

Myſtice. Nubes ſunt Prædicatores, qui debent eſſe elevati a terra per contemptum terrenorum, & ſuſpenſi in altum per deſiderium æternorum. Unde *Job* 7. Suſpendium elegit anima mea, & mortem oſſa mea. Debet etiam pluere doctrinis, tonare minis, coruſcare miraculis; de quibus dicitur *Job* 37. Frumentum deſiderat nubes, & nubes ſpargunt lumen ſuum, quæ luſtrant cuncta per circuitum quocumque eas voluntas gubernantis duxerit. Iſtæ nubes, ſi repletæ fuerint Spiritu ſapientiæ, & intellectus, Spiritu conſilii, & fortitudinis, Spiritu ſcientiæ, & pietatis, & Spiritu timoris Domini. *c* Imbrem ſalutiferæ prædicationis. *d* Super terram effundent,] ideſt, ſuper arida corda peccatorum irriganda, & fecundanda. De hoc dicit *Job* 29. Super illos ſtillabat eloquium meum, expectabant me ſicut pluviam, & os ſuum aperiebant ſicut ad imbrem ſerotinum. Item *Deut.* 32. Concreſcat ut pluvia doctrina mea, fluat ut ros eloquium meum. Item *Eccli.* 39. Si Dominus magnus voluerit, ſpiritu intelligentiæ replebit illum, & ipſe tamquam imbres emittet eloquia Sapientiæ ſuæ, & in oratione confitebitur Domino. Hortatur ergo Salomon Doctores, & Prædicatores primo, os ſuum aperire ad orationem, & attrahere Spiritum, ut repletis prius aqua Sapientiæ ſalutaris, illam poſtmodum refundant in alios: & ſic flante Spiritu Dei fluant aquæ vivæ ſalientes, ideſt, ſalire facientes in vitam æternam. Nubes, ut dicitur communiter, aquam de mari hauriunt, & arcus, qui vocatur iris, de fluminibus, quam poſtmodum refundunt in pluviam; ſic Doctores, & Prædicatores per devotionem, & zelum, & piam intentionem aquas gratiæ, & Sapientiæ debent attrahere, ut imbuti prius pluant poſtea. Sed mirabilia volunt quidam facere: quia de vaſe vacuo volunt inebriare convivas ſuos, & ad vas vacuum invitare plurimos non erubeſcunt. Hi ſunt nubes ſine aqua, i. Doctores, & Prædicatores ſine gratia, quia ventis, ideſt, laudibus humanis circumferuntur, ut dicit Judas in canonica ſua. Et ideo auditorum corda arida & infructuoſa ſemper remanent ex defectu pluviæ. *e* Si ceciderit lignum ad auſtrum, &c.]

Myſtice. Myſtice. Lignum proferens fructum juxta genus ſuum, intelligitur omnis homo ibi plantatus, ubi radicem cordis, id eſt, intellectum, & affectum, fixum habuit, ſive ſecus decurſus aquarum, ut dicitur *Jerem.* 17. Sive in deſerto vitiorum, ſive in cœno luxuriæ, ſive in arido avaritiæ, ſive in alto ſuperbiæ, ubi multi plantati ſunt, quibus dicitur *Matth.* 3. Jam ſecuris ad radicem arboris poſita eſt: Omnis ergo arbor quæ non fecerit fructum, excidetur. Et ubi ceciderit, ibi erit, ideſt ubi inventus fuerit in morte, ibi judicabitur; ſi in peccato mortali, ſine redemptione damnabitur; ſi in gratia, abſque dubio ſalvabitur: Et hoc eſt quod dicit Salomon. *e* Si ceciderit] in fine. *f* Lignum,] ideſt homo faciens fructum bonum, vel malum *g* Ad auſtrum,] ideſt, in calore, &

⊕ ſplendore

Moraliter. Moraliter. Hortatur hic Salomon ad rectitudinem, & non declinare ad dexteram, vel ad ſiniſtram, hoc eſt, non extolli proſperitate, nec frangi, vel dejici adverſitate. Utrumque enim malum eſt, & utrobique eſt caſus culpæ, quem ſequitur caſus gehennæ. Dicit ergo. *e* Si ceciderit lignum

*ad auſtrum

Digitized by Google

⊖ ſplendore charitatis. *a* Aut ad Aquilonem] ideſt, in frigore infidelitatis ſive iniquitatis. *b* In quocumque loco ceciderit,] ideſt, in quocumque ſtatu deceſſerit. Ibi erit,] quia qualem locum hic ſibi præparavit, in futuro habebit ſine fine. Merito autem hic minatur Salomon: ubi ceciderit lignum, ibi erit; quia pauci ſunt, qui timeant caſum illum; quia non attendunt, ubi caſuri ſunt. Unde *Prov.*4. Via impiorum tenebroſa, neſciunt, ubi corruant. Et quia ſupplicia, quæ ibi paſſuri ſunt, non attendunt, de caſu peccati reſurgere non curant. Unde dicit *Job* 19. Quaſi evulſæ arbori abſtulit ſpem meam.

a aut ad Aquilonem, in *b* quocumque loco ceciderit, ibi *c* erit. *d* Qui obſervat ventum *e* non ſeminat: & *f* qui conſiderat nubes, *g* nunquam metet. *h* Quomodo ignoras, quæ ſit via Spiritus: *i* & qua ratione compingantur oſſa in *k* ventre prægnantis; ſic *l* neſcis opera Dei qui *m* fabricator eſt omnium. *n* Mane *o* ſemina *p* ſemen tuum, & *q* veſpere *r* ne ceſſet manus tua; quia *ſ* neſcis, quid magis oriatur, *t* hoc, aut illud,

Moraliter. * ad auſtrum,] ideſt homo ſuavitate proſperitatis, vel vanæ laudis. *a* Aut ad Aquilonem,] ideſt, impulſu tribulationis, aut perſecutionis, aut flatu detractionis. *c* Ibi erit,] niſi divinæ miſericordiæ virtus erexerit eum; quia homo eſt ſpiritus vadens, & non rediens. *Pſalm. 77.* Vadens per ſe in peccatum; ſed non rediens per ſe a peccato. Et de hoc ſequitur. *d* Qui obſervat ventum,] ideſt qui metuit perſecutionem, vel detractionem. *e* Non ſeminat,] ſemina verbi Dei, vel boni exempli. *f* Et qui, &c.] ideſt, qui recipit, ſive quærit blandientium adulationes. *g* Nunquam metet,] vitam æternam; quia non expectat tempus meſſis, ſed ſtatim colligit mercedem vani favoris. Sicut dicit Dominus *Matth.*6. Amen dico vobis, receperunt mercedem ſuam. Eſt autem ventus triplex, ſcilicet, ventus perſecutionis, & ventus tentationis, & ventus detractionis. *Triplex ventus.* *d* Qui obſervat ventum,] perſecutionis, ideſt, qui ſervat ſe ob ventum perſecutionis, ideſt, qui fugit perſecutionem, nunquam ſeminat, neque docendo veritatem, neque beneficia aliis præſtando, neque in ſeipſo bene faciendo. Annexa eſt enim perſecutio hujuſmodi ſeminationi, ſicut dicitur 2.*Tim.*3. Omnes, qui pie volunt vivere in Chriſto, perſecutionem patiuntur, vel ab aliis illatam, vel a ſemetipſis aſſumptam: tota enim vita Chriſtiani martyrium eſt, ut dicit *Hieron.* Item, qui obſervat ventum tentationis, ideſt, qui timore tentationis a bono ſe retrahit, nunquam metet: quia nihil ſeminavit, niſi forte ventum vanitatis, & ideo metet turbinem tempeſtatis æternæ, ſicut legitur *Oſee* 8. Similiter qui obſervat ventum detractionis, ideſt, qui metu detractionis bona facere, vel docere nimium pertimeſcit, nunquam metet, niſi forte corruptionem, quam ſeminavit torpendo, & carnaliter vivendo. Unde *Gal.*6. Quæ ſeminaverit homo hæc & metet. Quoniam qui ſeminat in carne ſua, & de carne metet corruptionem. Quanto etiam magis procuratur caro, tanto corruptio efficitur. *f* Et qui conſiderat,] ideſt, Doctores, & Prædicatores, quales ſunt, & qualiter vivunt; & non potius qualia dicunt. *g* Nunquam metet] vitam æternam. Attendenda enim ſunt dicta eorum, & facienda; non facta imitanda, vel admiranda, ſicut dicit Dominus *Matth.*23. Super cathedram Moyſi ſederunt Scribæ, & Pharisæi; omnia ergo, quæ dixerint vobis, ſervate, & facite; ſecundum autem opera eorum nolite facere: dicunt enim, & non faciunt, ideſt, faciunt non, ideſt, nihil, ideſt, peccatum. Hi, qui ſic conſiderant nubes, ſimiles ſunt illis, qui veniunt ad forum, ut emant triticum, & invento optimo tritico, triticum non attendunt, quale ſit, ſed ſacci vetuſtatem mirantur, & ideo triticum non emunt quia ſaccus vetus eſt. Item ſunt ſimiles illis, quibus litteræ regiæ mittuntur, & ipſi non inſpectis litteris, quales ſint, & quis eas mittat; ſed mirantur nuncii deſigurationem, & ideo nolunt eas recipere. Vel illis, qui audito ſuavi ſonitu campanarum, non attendunt quod vocantur ad Eccleſiam; ſed mirantur turpitudinem pulſantis campanas, & ideo nolunt ire ad Eccleſiam. Vel illis, qui nolunt ire viam rectam, eo quod leproſus oſtenderit eis viam. Sequitur. *h* Quomodo ignoras, &c.] tui venientis in te. *i* Et qua, &c.] tua, vel aliena. *k* In ventre prægnantis,] ideſt, matris. *l* Sic neſcis opera Dei,] occulta. *m* Qui fabricator eſt omnium,] ideſt, ſapiens factor, q. d. ſi quæ tua ſunt, & in te ſunt, & tuam etiam ipſius compoſitionem ignoras, quanto magis occulta Dei. Propter quod dicitur *Eccli.*3. In pluribus operibus Dei ne fueris curioſus; non eſt enim tibi neceſſarium ea, quæ abſcondita ſunt, videre oculis tuis. Opera occulta vocat opera juſtificationis, ſive regenerationis. Sicut enim in naturali generatione natura operante compinguntur oſſa corporis; ſic in gratuita regeneratione compinguntur oſſa ſpiritus, ideſt, virtutes Deo operante, & homine neſciente. Unde Domino dicente. Niſi quis renatus fuerit denuo, non poteſt videre regnum Dei, *Joan.*3. dixit ad eum Nicodemus: Quomodo poteſt homo renaſci, cum ſit ſenex? Nunquid poteſt in ventrem matris ſuæ iterato introire, & renaſci? Reſpondit Jeſus: Amen amen dico tibi: niſi quis renatus fuerit ex aqua, & Spiritu Sancto non poteſt introire in regnum Dei. Quod natum eſt ex carne, caro eſt, & quod natum eſt ex Spiritu, Spiritus eſt. Non mireris, quia dixi tibi, oportet vos naſci denuo. Spiritus, ubi vult, ſpirat, & vocem ejus audis, & neſcis unde veniat, aut quo vadat. Sic eſt omnis, qui natus eſt ex Spiritu. Hoc eſt, quod mulier illa dixit filiis ſuis. 2. *Mach* 7. Neſcio qualiter in utero meo apparuiſtis; neque enim ego ſpiritum, & animam donavi vobis, & vitam, & ſingulorum membra non ego ipſa compegi; ſed mundi Creator, qui formavit hominis nativitatem, quique invenit omnium originem. Mater iſta anima eſt, filii virtutes, vel virtutum opera. C *n* Mane ſemina ſemen tuum,] ideſt, bona opera, & bona verba. Semina enim noſtra ſunt quæcumque bona facimus, vel dicimus, ut dicit *Aug.* *q* Et veſpere non ceſſet manus tua] a bonis operibus, q. d. omni tempore benefac, a mane uſque ad veſperam, & a veſpera uſque ad mane. Vel. *n* Mane pueritiæ. *o* Semina ſemen tuum,] non alienum, ideſt, bona opera per teipſum fac. *q* Et veſpere] ſenectutis. *r* Ne ceſſet manus tua] bene operari, quaſi dicat: cito incipe bene facere, & perſevera uſque in finem; quia non coronabitur, niſi qui legitime certaverit, 2. *Tim.*2. ideſt, ſecundum legem, quæ docet declinare a malo, & facere bonum, & in utroque perſeverare, quod eſt legitime certare. Unde *Matth.* 10. & 24. Qui perſeveraverit uſque in finem, hic ſalvus erit, & non alius: quia unus ſolus accipit bravium, 1. *Cor.* 9. qui ſcilicet perſeverat. Hæc ſunt duo ſacrificia, quæ in lege præcepta ſunt, ſcil. matutinum, & veſpertinum, quorum utrumque faciendum eſt. *ſ* Quia neſcis, quid magis oriatur,] i. quid magis placeat Deo remuneratori. *t* Hoc, aut illud,] i. matutinum, vel veſpertinum.

Δ Et utrumque

Aliter. Vel ſic continua. *n* Mane ſemina ſemen tuum, & veſpere, &c.] ſeminare ſemen tuum. *ſ* Quia neſcis, quid oriatur,] tibi cum fructu multiplici mane ſeminatum, vel in veſpere.

⊖ Et ſi utrumque

Poteſt & hoc intelligi de ſemine verbi Dei, quod mane gratiæ, & etiam mane temporis ſeminandum eſt; quia illa hora aptior eſt ſeminationi. *Matth* 13. Exiit, qui ſeminat, ſeminare ſemen ſuum. In hoc enim, quod dicit Salomon. *n* Mane ſemina ſemen tuum, & veſpere non ceſſet manus tua, &c.] commendantur ſedulitas, & aſſiduitas doctrinæ, ac prædicationis cum adjutorio boni operis. Et hoc eſt, quod dicit Apoſtolus 2. *Tim.* 4. Teſtificor coram Deo, & Chriſto Jeſu, qui judicaturus eſt vivos, & mortuos: prædica verbum: inſta opportune, importune, argue, obſecra, increpa in omni patientia, & doctrina. Et poſt ſubdit: Tu vero vigila, in omnibus labora, opus fac Evangeliſtæ. *Aliter.* Item poteſt intelligi de ſeminatione, quia ſeminandus eſt ille, qui prædicat. Et eſt ſenſus. *n* Mane,] ideſt, antequam prædicationis officium aſſumas. *o* Semina,] in agro cordis tui. *p* Semen tuum] ideſt, doctrinam, quæ ſit tua per intelligentiam, & amorem, & operationem. Et hoc eſt contra illos, qui prius accipiunt curam animarum, cui annexum eſt officium prædicationis neceſſario, quam ſeminaverint agrum ſuum ſanctæ doctrinæ. Hoc etiam eſt contra multos, qui corda ſua non agros, ubi debet ſemen verbi Dei fructificare, & creſcere, exhibendo verbo; ſed horrea, ubi grana verbi Dei ſterilia conſervantur, & potius putreſcunt, quam fructificent. Et ne aliquis ſe excuſare vellet ab hac ſeminatione, aut propter teneritudinem juventutis, aut propter invaletudinem ſenectutis, ſicut multi faciunt. Quidam enim dicunt: ſenex ſum, & non poſſum ire; oportet me quieſcere. Alii dicunt: juvenis ſum, & contemnetur prædicatio mea; Ideo ſequitur. *ſ* Quia neſcis, quid magis oriatur, hoc aut illud,] ideſt, an ſemen, quod mane juventutis ſeminas; an illud, quod veſpere ſenectutis. Et ſæpe accidit, quod illud verbum, quod magis credit Prædicator oriturum, & fructificaturum, & audientes moturum ad devotionem; minus movet eos, & minus fructificat. Et e converſo verbum, quod creditur minus moturum, & fructificrum; magis movet, & plus fructificat. Et hoc eſt, quia virtus fructificandi non eſt in verbo a Prædicatore, ſed a Deo, qui dat virtutem verbo quando vult, & quando non vult, dimittit. Et hoc eſt, quod

* dicitur

a Et ſi utrumque ſimul,] oriatur, ideſt, utrumque placet Deo. *b* Melius erit,] tibi; quia pro utroque remuneraberis,

Θ *a* Et ſi utrumque ſimul,] oriatur, [melius erit.] Mane igitur incipe bene vivere; ne tunc velis incipere, cum deſinendum eſt inquit, *Sen.* Et in veſpere non quieſcas. Illud offerre primitias Domino, & iſtud eſt offerre decimas. Et utrumque in lege præcipitur. *Exod.* 22. Decimas & primitias tuas non tardabis offerre Domino. Item mane incipe arripere iter tuum; quia grandis tibi reſtat via, 3. *Reg.* 19. Item mane incipe portare onus tuum; quia bonum eſt viro, cum portaverit jugum ab adoleſcentia ſua. *Thren.* 3.

a & ſi utrumque ſimul, *b* melius erit. *c* Dulce lumen, & *d* delectabile eſt oculis *e* videre Solem. Si *f* annis multis vixerit homo; & in his *g* omnibus lætus fuerit, *h* meminiſſe debet tenebroſi temporis, & *i* dierum multorum, *k* qui cum venerint, vanitatis arguentur præterita. *l* Læ-

Item mane incipe occurrere morbo peccati, bene operando; quia

Ovid. de remedio amoris.

Sero medicina paratur;
Cum mala per longas invaluere moras.

Item mane incipe domare equum tuum, ſive taurum; quia equum veterem nemo poteſt docere frænum: neque taurum veterem jugum. Et hoc eſt quod dicitur *Eccli.* 30. Curva cervicem ejus in juventute, & tunde latera ejus, dum infans eſt; ne forte induret, & non credat tibi. Sic plantæ dum adhuc teneræ ſunt, tranſplantandæ ſunt; ne cum radices profundaverint, tranſplantari non poſſint. Sic veſtis antequam vetuſtate putruerit, abluenda eſt, & reſarcienda, & vaſa ænea deſicanda, antequam rubigine ſint detrita; quia poſtea nec veſtis ablutionem abſque periculo diſſipationis; nec vaſa deſiccationem ſuſtinent abſque periculo fractionis. Et in veſpere tanto amplius inſiſtendum eſt bonis operibus, quanto vicinior eſt merces, & tanto cultius & melius, & feſtinantius debet ſe Sponſa parare, & ornare, quanto proximior eſt dies, quo debet Sponſo ſuo præſentari. Sicut legitur de Ægeo Eunucho, quod acceleravit Eſther mundum muliebrem. *Eſther.* 2.

Aliter. * dicitur 1. *Cor.* 2. Neque qui plantat, neque qui rigat aliquid eſt; ſed qui incrementum dat Deus. Et *Matt.* 10. Non enim vos eſtis, qui loquimini; ſed Spiritus Patris veſtri, qui loquitur in vobis. Et *Pſal.* 67. Dabit voci ſuæ vocem virtutis, ideſt, virtutem vocis. *a* Et ſi utrumque ſimul,] oriatur, & fructificet. *b* Melius erit,] tibi & aliis. Ergo homo propter ſenectutem, vel juventutem ſe excuſet; ſed largiter ſeminet verbum Dei. Nemo enim adoleſcentiam tuam contemnat, dicit Paulus 1. *Tim.* 4. Sed eſto exemplum fidelium in verbo, & converſatione. Cani enim ſunt ſenſus hominis, & ætas ſenectutis vita immaculata. *Sap.* 4. *c* Dulce lumen, &c.] Ad litteram, lumen dicit vitam præſentem, quæ in ſe dulcis, & delectabilis eſt, bene fruentibus ea.

Quod patet ex triſtitia mortis, de qua dicitur *Eccli.* 41. O mors, quam amara eſt memoria tua homini injuſto, & habenti pacem in ſubſtantiis ſuis! Verumtamen neminem debet ita inebriare hæc dulcedo, vel delectabilitas; ut non ſit memor tenebroſi temporis, ideſt, mortis. Et ideo ſubjungit. *f* Si annis multis, &c.] ideſt, in proſperitate. *h* Meminiſſe debet tenebroſi temporis,] ideſt, diei mortis, vel diei judicii. Unde *Eccli.* 7. In omnibus operibus tuis memorare noviſſima tua, & in æternum non peccabis. *i* Et dierum multorum,] ideſt, ſenectutis, & decrepitæ ætatis, qui multi videbunt præ malorum multitudine. *k* Qui cum venerint, vanitatis arguentur præterita,] ideſt, vana eſſe oſtendentur. Proſperitas enim & jucunditas temporalis velocitate ſui tranſitus vana eſſe oſtenduntur. Aliter. *c* Dulce lumen,] ideſt, pacis & tranquillitatis ſeveritas. *d* Et delectabile eſt oculis,] ideſt, affectibus carnalium hominum. *e* Videre Solem,] præſentis gloriæ & felicitatis. De quo dicit *Job* 31. Si vidi, ideſt, non vidi, Solem, cum fulgeret. Sed tamen hæc dulcedo debet auferre memoriam contrarii, ideſt, miſeriæ, & infelicitatis. Unde ſubjungit.

f Si annis multis vixerit homo, & in his omnibus lætus fuerit,] ideſt, in proſperitate, & gloria multa.

h Meminiſſe debet tenebroſi temporis, ideſt, adverſitatis, & infelicitatis, quæ cito poteſt accidere, vel quæ ante fuit. *i* Et dierum multorum,] quibus vixit. Et ideo timere debet, quia prope eſt mors. Quod enim antiquatur, & ſeneſcit, prope interitum eſt, *Hebr.* 8. Vel, [dierum multorum,] ideſt, dierum æternorum, qui dicuntur multi, quia duratione infiniti. De hoc dicitur *Eccli.* 11. In die bonorum ne immemor ſis malorum. *Item* 18. Memento iræ in die conſummationis, & tempus retributionis in converſatione faciei. Memento paupertatis in tempore abundantiæ, & neceſſitatem paupertatis in die divitiarum. A mane enim uſque ad veſperam immutabitur tempus. Aliter, quia Salomon operibus vitæ activæ inſiſtere a mane uſque ad veſperam præceperat, ne videretur damnare contemplativam; ideo de laudibus ejus ſubjungit, dicens. D

c Dulce lumen, &c.] quaſi dicat, utilis eſt activa & fructuoſa, ſed contemplativa, dulcis, & ſuavis, & delectabilis, & hoc eſt. *c* Dulce,] eſt [lumen,] contemplationis, qua claritate Sapientiæ fruimur. *d* Et delectabile eſt oculis,] mentis. *e* Videre Solem,] intelligentiæ, cui viſioni totaliter inſiſtit contemplativa.

Et iterum: ne laborem activæ penitus obliviſcatur quis propter ſuavitatem, & dulcedinem contemplativæ, ſubjungit. *f* Si annis multis vixerit homo, & in his omnibus lætus fuerit,] contemplationi inſiſtens, & amplexibus Sponſi fruens. *h* Meminiſſe debet tenebroſi temporis] ideſt, laboris activæ. *i* Dierum multorum,] quibus laboratur in activa: qui dicuntur multi præ laboris magnitudine; ſicut e converſo, Jacob videbantur dies pauci, quibus ſervivit pro Rachel. *Gen.* 29. Aliter exponitur juxta quaſdam gloſſulas. *c* Dulce lumen,] futuræ claritatis. *d* Et delectabile eſt oculis,] corporis & mentis. *e* Videre Solem,] juſtitiæ in judicio, vel in patria, non jam fide, ſed ſpecie: quæ viſio eſt gloria, & beatitudo intellectus. *Joan.* 17. Hæc eſt vita æterna, ut cognoſcant te ſolum verum Deum, & quem miſiſti Jeſum Chriſtum. Hoc dixit Salomon, ne labor matutinæ ſeminationis, & inſtantia veſpertinæ orationis aliquem deterreret amaritudine ſua: quaſi dicat, non te terreat amaritudo laboris; quia magna eſt dulcedo retributionis. *f* Si annis multis vixerit homo,] vita gratiæ. *g* Et in his omnibus lætus fuerit,] ſerenitate conſcientiæ, & tranquillitate a perturbationibus, & bene agendi libertate; *Pſalm.*

h Meminiſſe debet tenebroſi temporis,] ideſt, tentationis vel ſtatus peccati præteriti, ut ſerviat Domino cum timore, & exultet ei cum tremore. Multi vero hac tranquillitate abutuntur.

Primo, quia locum miſeriæ, & lutum fœcis, unde educti ſunt, obliviſcuntur & ideo non timent, nec humiliant ſe, quantum deberent. Quibus dicitur *Eccleſ.* 5. De propitiato peccato noli eſſe ſine metu. Secundo, quia gratiam datam pacis obliviſcuntur; & ideo pro ea gratias condignas non reddunt. Quibus dicitur *Iſa.* 17. Oblita es Creatoris tui, & fortis adjutoris non es recordata. Tertio, quia non attendunt in quantis periculis ſint adhuc. Unde *Jerem.* 2. Video vias tuas in convalle: ſcio, quid feceris, curſor levis explicans vias tuas. Quarto, quia fratres, qui jugiter tentantur, velut peccatores, & immundos aſpernantur. Quibus dicit Apoſtolus *Galat.* 6. Fratres, & ſi præoccupatus fuerit homo in aliquo delicto; vos, qui ſpirituales eſtis, hujuſmodi inſtruite in ſpiritu lenitatis, conſiderans teipſum, ne & tu tenteris. Meminiſſe igitur debet homo in tranquillitate exiſtens, tenebroſi temporis; ut humilietur, ut timeat, ut cautior in ſe fiat, & devotior in Deum, & alacrior ad pugnandum. Meminiſſe etiam debet dierum multorum, ideſt, æternitatis, ut conſoletur, & roboretur ad mala patienter ſuſtinenda, & ad bona fortiter operanda. Vel dierum multorum, ideſt, multiplicium tentationum. Quidam enim unius ſolius tentationis memores ſunt, vel duarum, & contra illas tantum ſe muniunt, & ideo ab aliis, quas non prævident, ſuperantur. Sequitur.

l Lætare ergo juvenis, &c.] Hoc tribus modis legitur. Primo de Judæis, qui dicunt, quod Eccleſiaſtes eos monuit, ut uterentur bonis ſuis, dum poterant, quia aliquando non uti tempore, ſcilicet captivitatis, vel ſenectutis, poſſent; ita tamen ut cor ſemper haberent in lege Dei, & ambularent in mandatis Dei, non carnis deſideriis, & quod ſcirent pro omnibus factis ſuis ſe judicandos. Secundo, de quolibet irriſorie, & ironice. Tertio, de die judicii conſultorie. Dicit ergo primam expoſitionem de Judæis, [Meminiſſe debet,] homo exiſtens in proſperitate & pace, [tenebroſi temporis,] quod poteſt accidere, [& dierum multorum, qui cum venerint, arguentur præterita,] bona, ideſt, vana fuiſſe oſtendentur.

a Læta-

a Lætare ergo juvenis in *b* adoleſcentia tua, *c* & in bono ſit *d* cor tuum in *e* diebus juventutis tuæ, & *f* ambula in viis *g* cordis tui, & *h* intuitu oculorum tuorum, *i* & ſcito *k* quod pro omnibus his *l* adducet te Deus in *m* judicium. *n* Aufer iram a corde *o* tuo, & *p* amove malitiam a carne tua. *q* Adoleſcentia enim & voluptas *r* vana ſunt.

CAP. XII.

ſ MEmento Creatoris tui in *t* diebus juventutis tuæ, *u* antequam veniat tempus afflictionis tuæ, & *x* appropinquent anni, de quibus dicas, non mihi placent.

a Lætare ergo juvenis,] ideſt, lætanter utere bonis tuis. *b* In adoleſcentia tua,] quæ ætas apta eſt lætitiæ. *c* Et in bono ſit cor tuum,] ideſt, in gaudio. *e* In diebus juventututis tuæ,] quia cum ſenectus venerit. vel captivitas Babylonis, vel Romanorum, non poteris gaudere. *f* Et ambula in viis cordis tui, non carnis, ut placeas Deo. *h* Et intuitu oculorum tuorum,] ideſt, ſapienter. *i* Et ſcito,] & ſemper meditare. *k* Quod pro omnibus his,] quæ ſeceris. *l* Adducet te Deus in judicium,] ubi manifeſta erunt abſcondita A cordium, 1. *Cor.* 4. Igitur. *n* Aufer iram,] ideſt, omnes pravos motus animi, a corde tuo. *p* Et amove malitiam,] ideſt, vitia juventutis a carne tua. Hieronymus ſic diſtinguit inter iram & malitiam. In ira cordis comprehendit omnes animi perturbationes: in malitia carnis omnes corporis voluptates, quaſi dicat Salomon, ſic fruere bonis tuis, ut nec perturbatione animi tui, nec corporis voluptate delinquas. *q* Adoleſcentia enim & voluptas,] carnis, comes adoleſcentiæ, dicit *Gloſſ.* *r* Vana ſunt,] ideſt, tranſitoria, & evacuantia mentem omni bono. Secundo exponitur ironice, quaſi dicat, cum omnia præterita vanitatis arguenda ſint in judicio. *a* Ergo lætare juvenis in adoleſcentia tua,] ideſt, non læteris, quia talis lætitia vana eſt, & vanitatis arguetur. *c* Et in bono ſit cor tuum,] ideſt, in gaudio, & in tuto. *e* In diebus juventutis tuæ,] ideſt, non ſit, ſed in luctu, & timore. *f* Et ambula in viis cordis tui,] ideſt, in deſideriis & concupiſcentiis tuis, quaſi dicat, non ambula. *h* Et intuitu oculorum tuorum,] ideſt, cogitationum tuarum ducatu, quaſi dicat, non. *i* Et ſcito,] tamen, cum hoc fueris, ideſt, lætatus fueris in adoleſcentia tua: & in bono fuerit cor tuum, & ambulaveris in viis cordis tui. *k* Quod pro omnibus his,] quæ feciſti, uti dixi. *l* Adducet te Deus, cujus iræ nemo reſiſtere poteſt. *Job* 9. *m* In judicium,] extremæ examinationis, vel condemnationis. Igitur, *n* Aufer iram a corda tuo,] ubi radix eſt, non ſolum ab ore, & opere auferenda eſt ira; ſed a corde radicitus extirpanda, ſicut ignis a ſinu; ſicut grando, vel tempeſtas a vinea; ſicut pulvis ab oculo; ſicut ſerpens a domo. Ira enim unus eſt de igniitis ſerpentibus, qui filios Iſrael occiderunt, *Num.* 21. ſicut tinea a veſte, ſicut canis ab Eccleſia. *p* Et amove malitiam,] ideſt voluptatem malam, [a carne tua,] quaſi dicat, aufer a te peſtes cordis, ideſt, vitia ſpiritualia, & peſtes corporis, ideſt, vitia carnalia. *q* Adoleſcentia enim & voluptas,] ideſt, illa, in quibus adoleſcentes voluptuantur. *r* Vana ſunt,] ideſt tranſitoria. Tertio exponitur myſtice in bono, & conſultorie, quandoquidem, quæ ſeminaverit homo, hæc & metet. *a* Lætare ergo juvenis,] in Domino, non in mundo. Vel ſic continua. Ex quo tot mala ſunt, & adverſa, [Ergo lætare juvenis,] in Domino. Et ne aliquis putaret, quod non ſemper lætandum eſſet in Domino, ſubjungit. *b* Et in adoleſcentia tua,] quæ in vanitatibus ſolet lætari. Unde cum dicit, in adoleſcentia tua lætare, intelligit ſemper lætare. Unde *Phil.* 4. Gaudete in Domino ſemper. *c* Et in bono,] in Deo. *d* Sit cor tuum,] ideſt, cogitatio & deſiderium. *e* In diebus juventutis tuæ,] in qua ætate alii vanitati, & voluptati intendunt. *f* Et ambula,] de virtute in virtutem proficiendo. *g* In viis cordis tui,] ideſt, in ſanctis meditationibus, & ſanctis deſideriis; quibus vadit cor ad Deum *h* Et intuitu oculorum tuorum,] ideſt, in luce Sapientiæ & diſcretionis. *i* Et ſcito, quod pro omnibus his,] bonis, quæ dixi. *l* Adducet te Deus in judicium,] ut alios judices, ſi perfectus fueris, vel ut judiceris, & ſalveris, ſi mediocriter bonus deceſſeris.
n Aufer iram a corde tuo, & amove malitiam a carne tua,] ideſt, vitia ſpiritualia, quæ oriuntur a corde: & vitia carnalia, quæ oriuntur a carne, per contrarias virtutes cura. Adoleſcentia enim & voluptas,] ideſt, levitas mentis, & voluptas carnis.
r Vana ſunt,] ideſt, vacantia & cito tranſeuntia, quia adoleſcentia cito moritur, & voluptas parum durat; ſed cruciatus æternus eſt.

EXPOSITIO CAP. XII.

MEmento Creatoris tui,] In fine capituli præcedentis monuit Salomon abjicere iram a corde, & malitiam a carne, ideſt, peccata ſpiritualia, & peccata carnalia amovere a ſe. Nunc oſtendit, quo medio hoc poſſit fieri, ſcilicet, per memoriam Dei. Sicut enim memoria juſti Judicis furem compeſcit a furto; ſic memoriam Dei animam retrahit a peccato, & provocat ad virtutem. Et hoc eſt. *ſ* Memento Creatoris tui,] qui te mirabiliter creavit, mirabilius recreavit, mirabiliſſime glorificabit, vel juſtiſſime condemnabit. [Memento] inquam, non ſolum ſcientialiter, quod etiam Dœmonum eſt, ſed ſapientialiter, quod juſtorum eſt, [Memento] etiam [Creatoris tui,] totaliter, ideſt juſtitiæ ejus, ut timeas: miſericordiæ ejus, ut ſperes: beneficentiæ, ut gratus fias: Sapientiæ, qua te jugiter, & præſentialiter intuetur, ut erubeſcas fœditates: magnificentiæ, ut verearis, & venereris eum: bonitatis, ut diligas: ſuavitatis, ut eſurias illum, & ſitias: veritatis, ut credas. Ut vero homo memoriam Dei jugiter habeat, multa memorialia ſui reliquit ei. Primum eſt ſignaculum ſuæ ſimilitudinis, quo ad imaginem & ſimilitudinem ſuam eum formavit. Secundum eſt ſignaculum Sacramentorum, quo eum reformavit. Tertium memoriale eſt univerſitas creaturæ. Quartum veritas Scripturæ. Quintum beneficiorum multitudo. Sextum flagellorum patens correctio. De quolibet iſtorum memorialium dicit *Pſal.* 101. Tu autem Domine, in æternum permanes; & memoriale tuum in generationem, & generationem: Memorari autem debemus Dei, ſicut virgo ornamenti ſui: & ſponſa faſciæ pectoralis ſuæ, ſicut legitur *Jerem.* 2. Nunquid obliviſcitur, inquit, virgo ornamenti ſui, aut ſponſa faſciæ pectoralis ſuæ? populus vero meus oblitus eſt mei. In quo evidenter oſtenditur, qualem memoriam nos ſui velit habere Dominus. Nihil enim tenacius adhæret memoriæ virginis, & nihil difficilius obliviſcitur, quam ornamentum ſuum: & ſponſa faſciam pectoralem toto amore amplectitur; quia vult apparere viro, vel marito ſuo; & faſcia pectoralis tumorem mammillarum reprimit, & fluxum earum ſtringit: in quibus duobus corruptio indicatur. Quia autem dixit Salomon: Memento Creatoris tui; & non dixit: Memento Dei tui, ad humilitatem invitavit, quaſi dicat: Memento Creatoris tui, ideſt, teipſum attende; quia in te, & ex te nihil es; ſed ex illo, & per illum es, quod es. Quia autem ſequitur. *t* In diebus juventutis tuæ,] ideo additur: quia tunc gratior eſt Deo memoria ejus; quia nobis difficilior: ſicut aqua delata de ciſterna Betlehem, eo ipſo gratior fuit David; quo majori difficultate allata fuit per medium exercitum adverſariorum, 2. *Reg.* 23. Sic memoria, vel devotio, vel oratio, quæ per medium carnalium affectionum, vel volatilium cogitationum offertur Deo viriliter, gratior eſt ei. Vel ſic: Memento Creatoris tui in diebus juventutis tuæ, ideſt, dum vivis, & vales, emenda vitam tuam pœnitendo, mandata Dei ſervando. Bonum eſt viro, cum portaverit jugum Domini ab adoleſcentia ſua, *Thren.* 3. & *Pſ.* 118 In quo corrigit adoleſcentior viam ſuam? in cuſtodiendo ſermones tuos.

Et *u* Antequam veniat tempus afflictionis tuæ,] ideſt mortis, quę mentem totam occupat, & anguſtiat intantum, ut vis doloris totam illam rapiat ſibi, & Dei memorem eſſe non ſinat. Et ideo tempore, quo licet, & liberum eſt, ea, quæ Dei ſunt, & ſalutis proprię, tota inſtantia agenda ſunt. Unde *Eccli.* 18. Ante languorem adhibe medicinam: & ante judicium interroga teipſum; & in conſpectu Altiſſimi invenies propitiationem. Vel tempus afflictionis vocat tempus ſenectutis; quia multa ſenem circumveniunt incommoda. Vel diem judicii, ubi reprobi mirabiliter affligentur. Unde *Sophon.* 1. Juxta eſt dies Domini magnus, juxta & velox nimis. Vox diei Domini amara; tribulabitur ibi fortis. Dies illa, dies iræ, dies tribulationis, & anguſtię. Item tempus afflictionis dicitur tempus captivitatis Babylonicę, vel Romanę, ſecundum quod exponitur de Judęis tantum.
x Et appropinquent anni, de quibus dicas: Non mihi placent,] ideſt, diſplicent. Dies ſenectutis non placent propter multa incommoda: qui etiam pręſua tędioſitate longi videntur eſſe; & ideo anni vocantur. Et iterum: Memento Creatoris tui.

a Antequam † tenebreſcat Sol, & *b* lumen, *c* & Stellæ, & *d* Luna, & *e* revertantur nubes poſt pluviam. *f* Quando commovebuntur cuſtodes domus, & † *g* nutabunt viri fortiſſimi, & *h* otioſæ erunt molentes in *i* minuto numero, & *k* tenebreſcent *l* videntes per foramina,

al. † obtenebreſcant.

B

al. † mutabuntur.

a Antequam tenebreſcat Sol, & lumen, & Stellæ, & Luna,] ideſt, ante ſenectutem, quando oculis caligantibus omnia etiam luminoſa, videntur eſſe tenebroſa. Sicut legitur de Heli, 1. *Reg.* 3. Factum eſt die quadam, Heli jacebat in lectulo ſuo, & oculi ejus caligaverant, & non poterat videre lucernam Dei, antequam extingueretur. Similiter exponitur de morte; quia tunc omnia luminaria obtenebreſcunt, tam exteriora, quam interiora, id eſt, ſenſus corporis. Item de captivitate Judæorum exponitur ſic: O Iſrael, memento Creatoris tui. *a* Antequam tenebreſcat Sol, & lumen, ideſt, Solis lumen. *c* Et ſtellæ, & Luna, ideſt, antequam captivus intrudaris in carcerem, ubi non videbis neque Solis, neque Lunæ, neque ſtellarum lumen. Vel nomine Solis, & luminis, & ſtellarum, & Lunæ, intelliguntur Judices Iſrael, & Prophetæ, & ceteri viri ſancti, qui illuminabant conſiliis & doctrinis ſuis totam Judæam. Et eſt ſenſus. *a* Antequam tenebreſcat, &c.] ideſt, antequam auferantur Judices & Prophetæ, & alii viri ſancti, & in captivitatem ducantur. Item exponitur de die judicii, ante cujus adventum tenebreſcent Sol, & Luna, & ſtellæ. Unde *Joel.* 2. Sol convertetur in tenebras, & Luna in ſanguinem, antequam veniat dies Domini magnus, & horribilis. Et *Matt.* 24. Sol obſcurabitur, & Luna non dabit lumen ſuum & ſtellæ cadent de cęlo. Item exponitur de tempore adverſitatis ſic: Memento Creatoris tui, *a* Antequam tenebreſcat Sol,] proſperitatis. *b* Et lumen] ideſt, arriſio popularis. *d* Et Luna,] ideſt, bona fama, de quo dicitur *Job* 31. Si vidi Solem cum fulgeret, & Lunam incedentem clare. *c* Et ſtellæ,] i. filii & filiæ, quæ domum patrisfamilias ornant, ſicut ſtellæ micantes cœlum. In horum omnium tenebreſcentia intelligitur omnimoda adverſitas. Item exponitur myſtice de toto populo Chriſtiano: ſic: Memento Creatoris tui, o tu Chriſtiane quicumque. *a* Antequam tenebreſcat Sol,] ideſt, cœtus Prædicatorum, qui tempore Antichriſti, non purpura regalis, non veſtis regia, ſed quaſi ſaccus cilicinus apparebit. Unde *Apoc.* 6. Factus eſt Sol niger tamquam ſaccus cilicinus; & Luna tota facta eſt, ut ſanguis: & ſtellæ de cœlo ceciderunt ſuper terram. *b* Et] antequam tenebreſcat, [lumen] ideſt, fides, quæ tunc rariſſima erit. *d* Et Luna,] ideſt, cœtus activorum ſub ſpinis peccatorum, & neceſſitatum laborantium. *c* Et ſtellæ,] ideſt, Prælati, qui locum eminentiorem tenent in cœlo Eccleſiæ. Hæc omnia illo tempore tenebreſcent a ſua luminoſitate ſcientiæ, & vitæ, quam non habebunt, vel non habere videbuntur, & mali reputabuntur reſpectu Antichriſtianorum, qui tanta gloria, & ſanctitatis ſimilitudine fulgebunt in oculis hominum, ut ipſi ſoli juſti videantur, & omnes alii iniqui. Propter quod pedes filii hominis non auro, ſed aurichalcho ſimiles eſſe dicentur, *Apoc.* 1. Hanc expoſitionem invenies ſuper illud *Pſ.* 9. Exurge, Domine, non confortetur homo, & *inf.* Antequam igitur iſta adverſitas, & perturbatio univerſalis adveniat, hortatur Salomon unumquemque memorem eſſe Creatoris ſui; quia tunc non licebit. Unde Dominus *Matth* 24. Orate, ut non fiat fuga veſtra in hyeme, vel Sabbato: erit enim tunc tribulatio magna, qualis nunquam fuit ab initio uſque modo, neque fiet.

Myſtice.

Moraliter. Moraliter dicitur cuilibet noſtrum: Memento Creatoris tui. *a* Antequam tenebreſcat Sol] intelligentiæ, vel Sapientiæ contemplativæ, quæ ſplendore nimio cœlum mentis illuminat, & divini amoris calore inflammat. *b* Et lumen,] rationis, vel doctrinæ, quæ foris alios illuminat. *d* Et Luna] imaginationis, vel ſcientiæ activæ, ſive prudentiæ, quæ labores, & motus activorum dirigit, & menſurat. *c* Et ſtellæ] ſenſuum, vel ceterarum virtutum, quæ cęlum mentis velut ſtellæ fixæ decorant. Omnia iſta tenebreſcunt tripliciter, ſcilicet, occaſu, Eclipſi, interpoſitione nubis. Occaſu peccati, *Eph.* 4. Sol non occidat ſuper iracundiam veſtram. Eclipſi, ideſt, interpoſitione Lunæ; quia ſplendor & ardor contemplationis quandoque ſubtrahitur occupatione vitæ activæ. Interpoſitione nubium, ideſt, cogitationum, tentationum, tribulationum, quæ non ſolum ſplendorem contemplationis obfuſcant, ſed lumen ceterarum virtutum obnubilant. Sed ipſo calore virtutum nubes hujuſmodi diſſolvuntur, & poſtea ardentius incaleſcunt, & ſplendidius irradiant. Eſt igitur ſenſus; Utere donis gratiarum tuarum, dum tibi vacat, & liberum eſt; nec differas, donec occurrat difficultas vel obſiſtat impoſſibilitas. Ne quia non vis, dum potes, infligatur tibi non poſſe, cum velles. *e* Et,] iterum memento Creatoris tui, antequam revertantur nubes poſt pluviam, ideſt, retro vertantur a diſcurſus & irrigationis officio, hoc eſt, antequam ceſſet earum officium: quod utique erit poſt diem judicii: quia poſtea non erit terræ neceſſario irrigatio nubium, quia innovabitur, & immarceſſibili atque perpetua vernantia decorabitur. Sicut etiam legitur *Gen.* 2 quod nondum pluerat ſuper terram; ſic erit poſt diem judicii, quia non ceſſabit pluvia, & aer perpetua ſerenitate placabitur. Et concordat huic expoſitioni hoc, quod præceſſit de obtenebratione Solis & Lunæ, & ſtellarum, ſicut legitur *Joel.* 2. Sol & Luna obtenebrati ſunt, & ſtellæ retraxerunt ſplendorem ſuum. Et eſt ſenſus ſecundum hoc: Memento Creatoris tui, antequam veniat dies judicii. Vel nubes ſunt Prophetæ, qui uſque ad captivitatem arida corda Judæorum pluvia ſuæ prædicationis irrigaverunt; ſed poſtea ceſſaverunt. Et eſt ſenſus, ut fiat ſermo ad Judæos tantum: Memento Creatoris tui, antequam nubes, ideſt, Prophetæ revertantur poſt pluviam prædicationis, ideſt, ceſſent a prædicatione futurorum omnibus completis, quaſi dicat. Memento Creatoris tui ante captivitatem, vel ante diem judicii; quia tunc omnes Prophetæ, & Prædicatores ceſſabunt. Vel ſpecialiter nubes ſunt Elias, & Enoch, qui de loco, ad quem rapuit eos Dominus, in fine revertentur, ſicut legitur *Eccli.* 48. & *Malach. ult.* & *Apoc.* 11. Et eſt ſenſus: O tu quilibet homo; memento Creatoris tui, antequam revertatur nubes, ideſt, Elias, & Enoch huc, a loco, ubi ſunt modo, ideſt, ante tempora Antichriſti. Vel, revertantur ad Deum, qui mittit illos huc poſt pluviam ſuæ prædicationis. Moraliter. *e* Et revertantur nubes,] Nubes ſunt timor, pudor, dolor, zelus, & amor; quæ terram mentis compluunt & ariditatem ejus irrigant pluvia lacrymarum. Et eſt ſenſus: Memento, o homo Creatoris tui, antequam nubes hujuſmodi revertantur, ideſt, quandiu apertum eſt cęlum mentis tuæ nubibus, & paratur tibi a Domino pluvia lacrymarum, & devotionis. Aliquando enim Dominus hujuſmodi nubes revocat, & mandat eis, ne pluant ſuper terram, ſicut legitur *Iſa.* 5. Et de iſta pluvia, quam ſolus Dominus pluit in animam, quando vult; & quando non vult, ceſſat, dicitur *Job* 38. Quis eſt pluviæ pater, vel quis genuit ſtillas roris, ideſt, modicæ devotionis; & de cujus utero egreſſa eſt glacies, & gelu de cęlo quis genuit? Memento igitur Creatoris tui antequam revertantur hujuſmodi nubes. Sicut quidam ſtulti faciunt, qui gratiam lacrymarum, & devotionis habentes, nolunt ea uti: propter quod poſtmodum licet multa animi anxietate, & ſuſpiriis multis quærant eam, vix inveniunt. *f* Quando commovebuntur cuſtodes domus,] juxta litteram domus dicitur corpus: cuſtodes corporis ſunt ſenſus, qui pericula ſua ei prævident, & prænunciant: Vel cuſtodes corporis ſunt coſtæ, & alia oſſa, quæ corpus muniunt, & mollia protegunt. Item cuſtodes corporis ſunt virtutes appetitiva, & nutritiva: quarum altera ruinas reparat, ſcilicet, nutritiva; & altera, unde reparentur, exquirit, ſcilicet appetitiva. Item cuſtodes corporis ſunt nervi, & ſpiritus; quibus recedentibus neceſſe eſt domum corporis ruere. Hi omnes cuſtodes removentur, ideſt, totaliter moventur in morte. Eſt igitur ſenſus: Memento Creatoris tui ante mortem. *f* Quando commovebuntur cuſtodes domus,] prædicti. *g* Et mutabuntur,] vel [nutabunt viri fortiſſimi,] ideſt, crura totum corpus ſuſtinentia, in morte deficientia, vel in captivitate trementia. *h* Et otioſæ erunt molentes,] ideſt, dentes molares, quibus cibus molitur, ab officio ſuo ceſſabunt in morte, vel in ſenio, vel in captivitate inopiam victualium *i* In minuto numero,] dentium, qui in ſenio minuuntur, & in morte, & in captivitate. *k* Tenebreſcent,] ideſt, caligabunt. *l* Videntes per foramina,] ideſt, oculi, qui radios viſibiles per pupillam emittunt, ſecundum quoſdam, qui dicunt, quod videmus extra mittendo. Vel videntes per foramina, ſunt ipſæ animæ, quæ per organa ſenſuum quaſi per foramina quędam, ſenſibilia, quę foris ſunt, intuentur, quaſi columbę ad feneſtras ſuas, ut dicitur *Iſ.* 60. Hę tenebreſcent a lumine ſui intuitus tempore mortis, vel tempore ſenectutis. Vel per hoc Salomon inſinuat prophetice, magnitudinem calamitatis, quę ventura erat Judęis tempore captivitatis Babylonicę, vel Romanę, vel tandem toti Eccleſiæ tempore Antichriſti, quando fidelibus nec libere videre, nec late intueri licebit; ſed latenter quaſi per foramina ſpeluncarum, in quibus latebunt.

Moraliter.

a Et

& *a* claudent oſtia in platea, in *b* humilitate vocis † molentes, & *c* conſurgent *d* ad vocem volucris, & *e* obſurdeſcent omnes filiæ *f* carminis. *g* Excelſa quoque *h* timebunt, & *i* formidabunt in via: k florebit Amygdalus, *l* impinguabitur locuſta, *m* diſſipabitur caparis. *n* Quoniam ibit homo in *o* domum æternita-

al. † molentes.

a Et claudent, &c.] Oſtia, ſcilicet domorum, & tabernarum ubi res venales exponuntur. In illo enim tempore non rerum venditioni, aut defenſioni, ſed luctui magis vacare licebit, & libebit. Vel oſtia, vocat oculos, & aures quæ mortuis clauduntur. Et dicit in platea, quia intra domos eſſe, vel mori non licebit. Vel oſtia intelliguntur, ad litteram, Eccleſiarum, & templorum, quæ ultima perſecutione Antichriſti omnino claudentur, cultu divino penitus interdicto. Sequitur. *b* In humilitate, &c.] ideſt, in ſilentio comedentes præ triſtitia & timore. Vel molentes in mola ad litteram, non audentes præ timore molire, aut nolentes præ triſtitia. Vel molentes triticum ſacri eloquii. In humilitate vocis, ideſt in ſilentio & in abſcondito erunt, quia palam prædicare non audebunt, neque magna, neque alta voce docere. *c* Et conſurgent, &c.] Repete quando, & expone litteram ſic: Et quando conſurgent, &c. ſcilicet ipſi ſenes ad cantum galli, quia tales non poſſunt dormire refrigeſcenre ſanguine, & ſiccato humore, quibus alitur ſopor. Moriens ſimiliter dormire non poteſt. Similiter Judæi tempore captivitatis Babylonicæ, vel Romanæ non potuerunt præ timore dormire. Vel ſic. *c* Conſurgent] Chaldæi ad perdendum Judæos. *d* Ad vocem volucris,] ideſt, Nabuchodonoſor, quem Salomon propter velocitatem ſuam vocat volucrem; ſicut *Iſa.* 7. Regem Ægypti vocat muſcam. Sibilabit, inquit Dominus muſcæ, quæ eſt in extremo fluminum Ægypti. Quædam *Gloſſ.* vocem volucris intelligit vocem Jeremiæ, ad quam ſurrexerunt Judæi ſpe viſitationis, & futuræ liberationis erecti. Legitur enim *Jer.* 29. quod ipſe Jeremias miſit epiſtolam de Judæa in Babylonem ad Judæos captivos, quod poſt 70. annos viſitarentur. Exponitur de die judicii, quando ad vocem Archangeli conſurgent mortui de ſepulchris. Sicut legitur 1. *Theſſ.* 4. Ipſe Dominus in voce Archangeli, & in tuba Dei deſcendet de cœlo, & mortui qui in Chriſto ſunt reſurgent primi. Et 1. *Cor.* 15. Canet enim tuba, & mortui reſurgent incorrupti. Salomon igitur hic dicit, vocem volucris, quod Apoſtolus tubam Dei, vel vocem Archangeli: Et eſt ſenſus: Conſurgent mortui ad vocem volucris, ideſt, ad vocem Archangeli. *e* Et obſurdeſcent, &c.] Juxta *Gloſſ.* Filiæ carminis ſunt aures, quæ carminibus delectantur. Hæ obſurdeſcent in ſenectute, vel in calamitate captivitatis, vel in temporibus Antichriſti. Vel *e* Obſurdeſcent,] ideſt, ad modum ſurdorum ſe habebunt. *f* Filiæ carminis,] ideſt, fideles avidi ſacri eloquii auditores, quia non erit qui audeat loqui. Vel quia refrigeſcet charitas in eis, & abundabit iniquitas in eis, ſicut dicitur *Matth.* 24. itaut non libeat audire verbum. Vel filias carminis vocat Salomon cantatrices inanium canticorum, quarum delectationem velut filiæ matrem ſequuntur. Hæ obſurdeſcent, ideſt, ceſſabunt a conſueto auditu cantationum, vel ad modum ſurdorum ſe habebunt ad illas tempore captivitatis, vel calamitatis.

g Excelſa, &c.] juxta litteram, excelſa, ideſt, caput, & cetera membra ſuperiora tremebunt lapſis poplitibus, ideſt, debilitatis juncturis, & nilium ligaturis tempore ſenectutis, vel mortis. Vel, Excelſa, ideſt, Principes & Prælati, tam Synagogæ, quam Eccleſiæ timebunt: hi tempore captivitatis Babylonicæ, & Romanæ, illi tempore calamitatis Antichriſti. Vel Myſtice de die judicii. *g* Excelſa,] ideſt, virtutes cœlorum, & alii Sancti. *h* Timebunt] timore reverentiæ, vel ad modum timentium ſe habebunt, vel ipſi hoſtes timebunt Dei potentiam, ſicut dicit *Gloſſ.* *i* Et formidabunt in via] ne cadant. In omnibus his expoſitionibus excelſa eſt nominativi caſus: Quædam *Gloſſ.* vult quod ſit accuſativi caſus. Et eſt ſenſus. *g* Excelſa, &c.] aggredi vel ingredi, ideſt, excelſas munitiones, timentes in eis comprehendi, qualis igitur erit timor in planis? *i* Et formidabunt in via] vel in vias, ideſt, plana timentes, ne cadant. Vel in via fugientes, timebunt, ne capiantur, quaſi dicat, timebunt in planis, & in munitionibus non audebunt remanere, & nuſquam ſecuritas. Quædam *Gloſſ.* dicit, quod ipſi hoſtes formidabunt in morte Sennacherib, ideſt, exercitus ejus. Et tangit illa *Gl.* hiſtoriam, quando Sennacherib cum obſediſſet Jeruſalem regnante Ezechia, Angelus Dei nocte una centum octoginta quinque millia interfecit; & mane cum exiſſent Jeroſolymitæ ut ſpoliarent mortuos, invenerunt omnes redactos in pulverem. Sennacherib etiam poſtea interfectus eſt a duobus filiis ſuis in Ninive in templo Neſrach Dei ſui, ut legitur *Eſ.* 37. Et 4. *Reg.* 19. Sequitur.

Myſtice.

k Florebit amygdalus, &c.] Sicut dicit *Gloſſ.* metaphorice loquitur. Amygdalus intelligitur homo, cujus florere eſt caneſcere, cujus floris fructus eſt mors. Item locuſta dicitur homo. Nam locuſtæ pars inferior tempore ſenectutis impinguatur, & inſuper ſuavis & tranquilla ambulatio vertitur in ſaltum. Sic & ſenibus crura ſolent tumeſcere, & debilitari, ut non plane poſſint ambulare. Item dicitur ipſe homo Caparis, a capio capis, eo quod tempore ſenectutis homo neceſſe habeat capere baculum manibus, & eo ſuſtentari ne cadat. Ex eo enim videtur dici Caparis, quia frondibus ſuis capiat circa ſe poſita, ut ab eis ſuſtentetur, ne cadat, ſicut corrigiola, & hedera, *Gloſſ.* dicit, quod Caparis eſt herba renibus utilis illis ſuperpoſita. Eſt ergo ſenſus. *k* Florebit amygdalus,] ideſt caneſcet homo in ſenectute, vel etiam in juventute, ſicut amygdalus citius ceteris arboribus floreſcit. *l* Impinguabitur locuſta] ideſt homo in ſenectute tumeſcet. *m* Diſſipabitur Caparis.] ideſt ſenio debilitatus homo deficiet. *n* Quoniam ibit homo] ſic diſſolutus. *o* In domum æternitatis ſuæ,] ideſt terram, non amplius rediturus: Nonnulli amygdalum membrum genitivum intelligunt, juxta vulgare Romanum; quod tamen vulgare magis credimus extortum a mentula, quam amygdalo. Et eſt ſenſus ſecundum hoc. k Florebit amygdalus,] ideſt caneſcet mentula. *l* Impinguabitur locuſta,] ideſt tumeſcet idem membrum, quod locuſta dicitur propter ſaltus venereos. *m* Diſſipabitur Caparis.] Alia translatio dicit, diſſipabitur amor. Et intelligitur amor venereus: eo quod tempore ſenectutis, vel mortis frigidus exiſtit circa præcordia ſanguis. Et dicitur hoc ad confuſionem eorum, qui voluptatem veneream nolentes deſerere. ab ea, velint, nolint, deſeruntur. C

Myſtice. k Florebit amygdalus, &c.] Amygdalus quæ inter arbores prima flores oſtendit, ſignificat Synagogam, quæ inter omnes nationes fidei, & virtutum flores prima exhibuit. Locuſta ſignificat Eccleſiam de gentibus, quæ velut ſalta veniens ad Dominum, in auditu auris obedivit, quæ impinguata eſt pinguedine chariſmatum, ideſt, ſpiritualium donorum in Baptiſmo. Impinguata eſt etiam poſtea pinguedine temporalis abundantiæ, propter quam factus volatus contemplationis ejus deciduus. Caparis herba calida eſt, & ſalubris renibus, ut dicit *Gloſſ.* & ſignificat extremos fideles, qui ſpirituali calore ferventiſſimi erunt, & caſtiſſimi, ſed per Antichriſtum diſſipabuntur corporaliter. Eſt igitur ſenſus. k Florebit amygdalus,] ideſt, Synagoga bonis ſpiritualibus, & etiam temporalibus. *l* Impinguabitur locuſta,] Eccleſia de gentibus pinguedine gratiarum. *m* Diſſipabitur Caparis,] ideſt, extremi fideles occidentur ab Antichriſto. Aliter ſecundum aliam *Gloſſ.* k Florebit amygdalus,] ideſt, virga, quam vidit *Jer. c.* 1. Virorem, & vigorem ſuum oſtendet erga Judæos. Illa virga fuit ipſe Nabuchodonoſor. *l* Impinguabitur locuſta,] ideſt, Nabuchodonoſor cum exercitu ſuo ſpoliis Judæorum. Diſſipabitur Caparis,] id eſt amicitia Dei cum Iſrael diſſolvetur. *n* Quoniam ibit homo] Judæus, ſcilicet auxilio Dei deſtitutus *o* In domum æternitatis ſuæ,] ideſt, in captivitatem æternam.

Myſtice.

Moraliter. k Florebit amygdalus,] ideſt, vis rationalis quæ prima vernantia ſuarum cogitationum, & virtutum oſtendit. *l* Impinguabitur locuſta,] ideſt, vis concupiſcibilis: quæ velocitate deſideriorum, & ſpiritualis amoris laſcivia ſaltum facit, & volatum quaſi in cœlum, ſed pondere proprii corporis quaſi poſterioris partis ſui, vel propria humilitate iterum decidit in terram. Corpus enim quod corrumpitur, &c. *Sap.* 9. *m* Diſſipabitur Caparis,] ideſt, iraſcibilis, quæ tota ſpinoſa eſt. Nam in ea ſunt ira, invidia, ſuperbia, rixa, quæ inceſſanter diſſipant eam. Sed & hæc ſive horum congeries quaſi ſepes ſpinarum zelo ſancto diſſipantur. Unde diſſipatio dicitur, quaſi ſepis diruptio. Et hæc diſſipatio in bono accipitur. Eſt igitur floritio in rationabili propter fidem, quæ purificando animam floridam facit: in concupiſcibili impinguatio propter charitatem, quæ eſt pinguedo, & ſagina virtutum. *Jerem.* 31. Inebriabo pinguedine animas Sacerdotum. In iraſcibili diſſipatio vitiorum propter zelum, qui omnia vitia diſſipat. *n* Quoniam ibit homo] re & nomine. *o* In domum æternitatis ſuæ,] de qua *Pſal.* 121. Lætatus ſum in his quæ dicta ſunt mihi, in domum Domini ibimus. Viam ad hanc domum præparant illa tria, ſcilicet floritio fidei, impinguatio charitatis, diſſipatio zeli. Sequitur.

Moraliter.

tatis ſuæ, *a* & circuibunt in platea plangentes. *b* Antequam rumpatur † funis argenteus, & *c* recurrat † *d* vita aurea, & *e* conteratur hydria *f* ſuper fontem, & *g* confringatur rota ſuper ciſternam, & *h* revertatur pulvis in *i* terram ſuam unde erat, *k* & ſpiritus *l* redeat ad † eum qui dedit illum.

al. † funiculus.

al. † catena.

al. † Deum.

a Et circuibunt in platea plangentes.] Juxta prædictas expoſitiones Judæi obſidione Babylonica vallati circuibunt in platea civitatis plangentes in furore hoſtium, vel in funere ſuorum. Vel mali poſt diem judicii circuibunt in platea, id eſt, in latitudine tormentorum plangentes, ideſt dolentes, quia de algore nivium tranſibunt ad calorem nimium, ut dicitur *Job* 24. Sequitur. *b* Antequam rumpatur funis argenteus,] ſupple, memento Creatoris tui. Juxta litteralem expoſitionem unam. Funis argenteus eſt cartilago continens ſpinalem medullam, eo quod argenteum colorem habeat poſt decoctionem. Vita aurea eſt latus nervus, qui poſt decoctionem habet ſimilitudinem aurei coloris. Hydria eſt vaſculum fellis. Fons hepar, unde ad omnia membra nutrimentum vitale derivatur. Rota ſuperior pars veſicæ. Ciſterna inferior pars veſicæ, quæ continet aquas urinales. Et hæc duo vaſcula in morte excrepant: & tunc corpus revertitur in terram, & ſpiritus revertitur ad Deum, recepturus ſecundum merita ſua. Vult igitur dicere Salomon in his verbis: Memento, o homo quicumque, Creatoris tui ante mortem. Et hoc eſt. *b* Antequam rumpatur funis argenteus,] ideſt cartilago, vel vitæ continuatio. Dicit alia *Interl.* vel juventus in qua florere videtur homo. *c* Et recurrat,] ideſt, retrocurrat, ideſt retrahatur. *d* Vita aurea,] ideſt latus nervus. Vel recurrat, ideſt, redeat unde venit, vita aurea, ideſt, anima pretioſa pars hominis, quæ eſt vita corporis. *e* Et conteratur hydria,] ideſt, vaſculum fellis. *f* Super fontem,] ideſt, ſuper hepar, quod eſt fons nutrimenti vitalis. Vel, conteratur hydria, ideſt, corpus ſuper fontem, ideſt, juventutem, quæ fonti comparatur; quia ſicut a fonte rivulus effluit, ſic a juventute ſenectus. *g* Et confringatur rota ſuper ciſternam,] ideſt, diſſolvatur utraque pars veſicæ, inferior ſcilicet, & ſuperior, quod fiet in morte. Vel confringatur rota, ideſt corpus ſuper ciſternam, ideſt ſuper vitam, ſive ſuper animam, quæ aquas continet gratiarum. *h* Et revertatur pulvis,] i. corpus de pulvere factum. *i* In terram ſuam unde erat.] *Gen.* 3. Pulvis es, & in pulverem reverteris. *k* Et ſpiritus,] ideſt, anima. *l* Redeat ad eum, qui dedit illum,] ideſt, gratis de nullo creavit. Non enim ex traduce eſt, ſicut quidam hæretici dogmatizant. Redeat, inquam, in morte, digna meritis recepturus, ſecundum quod legitur 2. *Cor.* 5. Omnes nos manifeſtari oportet ante tribunal Chriſti, ut referat unuſquiſque propria corporis prout geſſit, ſive bonum, ſive malum. Aliter ſecundum quamdam *Gloſſ.* exponitur de Judæis hoc modo: O tu Judæe, memento Creatoris tui. *b* Antequam rumpatur funis argenteus] ideſt gloria Iſrael, vel amicitia Dei cum Iſrael. *c* Et recurrat,] ideſt, deficiat. *d* Vita aurea,] id eſt vita eorum in terra Judææ, quæ dicitur aurea reſpectu captivitatis. *e* Et conteratur hydria ſuper fontem, ideſt arca Teſtamenti, & præcepta legis, & Sancta Sanctorum auferantur a vobis, ſicut contigit in captivitate Babylonica. *g* Et confringatur, &c.] idem eſt quod de hydria, ut dicit *Gloſſ.* Vel per rotam, qua aqua extrahitur de ciſterna, ſignificatur gratia Spiritus ſancti, qua de lege quaſi de ciſterna aqua ſpiritualis intelligentiæ extrahitur. Et eſt ſenſus. *g* Et confringatur, &c.] ideſt, amittatur gratia hauriendi ſpiritualem intelligentiam de ciſterna legis. *h* Et revertatur pulvis,] ideſt, Judæus pulvere plenus, ideſt, in terram ſuam unde erat, ideſt, in Caldæam, unde egreſſus fuerat in lumbis Abrahæ. *k* Et ſpiritus,] ideſt, gratia Prophetiæ, qua quondam Judaicus populus fruebatur. *l* Redeat ad eum qui dedit illum,] ideſt, auferatur a vobis ab illo qui dedit.

Aliter.

Moraliter & myſtice.

Moraliter & myſtice ſimul exponitur de toto genere humano, hoc modo: Memento Creatoris tui. *b* Antequam rumpatur, &c.] ideſt, doctrina fidei, quæ de argento ſacræ Scripturæ velut anulis teſtimoniorum, & mandatorum connectitur, *c* Et recurrat vita aurea] vel catena aurea alia littera, i. charitas, quæ in fine temporum recurret a latitudine & longitudine ſui curſus. Refrigeſcet enim charitas multorum, & abundabit iniquitas ſicut dicit Dominus, *Matt.* 24. Antequam igitur illa duo fiant, ideſt pereat doctrina fidei, & charitas refrigeſcat, hortatur Salomon nos memorari Creatoris noſtri, non ſcientialiter tantum addiſcendo, & cogitando, ſed ſapientialiter timendo & amando, q. d. quilibet noſtrum, dum traheris argenteo fune doctrinæ fidei, & catena charitatis Dei, & proximi, curre ad Deum. Deus enim beneficiis quaſi quadam catena charitatis trahit te. Unde *Oſee* 11. In funiculis Adam traham eos in vinculis charitatis. Item proximus exemplis quaſi eadem catena charitatis ſimiliter trahit te. Unde *Cant.* 1. ubi nos habemus: Murenulas aureas faciemus tibi; alia editio habet: Catenulas aureas faciemus tibi. Similiter doctrina fidei eſt funis, quo intellectus hominis vincitur, ne ſequens naturales rationes ſuperbiendo oberret. *Eccl.* 6. Decor vitæ eſt in Sapientia, & vincula illius alligatura ſalutis. Item *Eccl.* 21. Ornamentum aureum prudenti doctrina, & quaſi brachiale in brachio dextro. Sequitur. *e* Et conteratur hydria ſuper fontem.] Hydria eſt cor humanum, fons doctrina ſapientiæ. Hydriam ad fontem afferunt, qui ad ſcholam ſanctæ lectionis accedunt: impletur hydria, cum ſtudendo, vel audiendo addiſcitur Sapientia. Tunc bibitur aqua impletæ hydriæ, cum per auditum Sapientiæ extinguitur ſitis concupiſcentiæ. Conteritur autem hydria ſuper fontem ei, qui antequam hydriam ſuam in ſcholis impleverit, vel de impleta biberit, morte corporis prævenitur, ſicut multis accidit Pariſiis. Ideo utrumque accelerandum eſſe, & hauſtus, & potatio. Et hoc eſt quod dicit Salomon: Memento Creatoris tui, antequam conteratur hydria ſuper fontem, quaſi dicat, curre ad fontem Sapientiæ, & feſtina implere hydriam, & bibe de impleta, ne forte ſuper fontem conteratur hydria tua adhuc vacua. Et hoc eſt, quod dicitur *Prov.* 5. Bibe aquam de ciſterna tua. Vel aliter: Hydria eſt cor humanum, fons mundus, a quo ſcaturiunt, & emanant multi rivuli vanitatis, voluptatis, & falſæ felicitatis. Hydria ſuper fontem eſt quoties cor humanum de mundo cogitat, vel ea quæ ſunt mundi deſiderat. In fontem mergitur, quoties in eis delectatur: Sed hydria ſuper fontem conteritur, quando homo in morte in mundanis deſideriis invenitur, quando de fonte mundi bibere cupiens, morte prævenitur.

Aliter.

Tres ſunt mundi fontes, ſcilicet concupiſcentia carnalis, concupiſcentia oculorum, ſuperbia vitæ, ſive ambitio ſæculi, 1. *Joan.* 2. Et hi fontes, putei bituminis appellantur. *Geneſ.* 14. Propter profunditatem, & inſeparabilem allectionem, qua bibentes ex eis alliciuntur. De hac lectione concordantia invenies, *Geneſ. c.* 24. de Rebecca & hydria ſua. Et *Joan.* 4. de Samaritana & hydria ſua. Sequitur. *g* Et confringatur rota ſuper ciſternam.] Rota eſt cor humanum, quod rotari non ceſſat circa temporalia, ſicut milvi, vel vultures circa cadavera. Ciſterna quæ habet aquas non redivivas, neque ſcaturientes, ſed repoſitas ſignificat horrea, & cellaria, ceteraque divitiarum temporalium repoſitoria. Quidam igitur habent fontem hujuſmodi aquarum, ideſt, indeficientem ſcaturiginem divitiarum, ut Clerici. Unde ſcaturigo fontis eorum uſualiter reditus appellatur, a redeundo, quaſi fluvius indeficiens. Alii habent ciſternam, ideſt, bona repoſita non renaſcentia, & redeuntia annuatim, ut laici. Illis hydria conteritur ſuper fontem, qui in amore, & ſollicitudine redituum moriuntur. Iſtis rota ſuper ciſternam confringitur, qui ſuper bonis repoſitis cuſtodiendis, & multiplicandis ſolliciti, morte præveniuntur. Sicut dives ille, de quo dicitur *Luc.* 12. Hominis cujuſdam divitis ager uberes fructus attulit, & cogitabat intra ſe, dicens: Quid faciam, quod non habeo, quo congregem fructus meos? Et dixit: Hoc faciam: Deſtruam horrea mea, & majora faciam, & illuc congregabo omnia quæ nata ſunt mihi, & bona mea, & dicam animæ meæ: Anima, bona multa habes repoſita in annos plurimos, requieſce, epulare, comede & bibe. Ecce rota ſuper ciſternam eſt ad hauriendam aquam, ſed audi confractionem rotæ. Dixit autem illi Deus: Stulte, hac nocte animam tuam repetet a te, quaſi dicat, jam confringetur rota tua.

Quæ autem paraſti, cujus erunt? ſcilicet, quid fiet de aqua ciſternæ tuæ? Et quia multi hanc ciſternam fonti divinæ Sapientiæ præponunt, ideo conqueritur Dominus *Jerem.* 2. Duo mala fecit populus meus, dereliquerunt me fontem aquæ vivæ, & foderunt ſibi ciſternas diſſipatas, quæ continere non valent aquas. Utriſque igitur dicit Salomon, ideſt, Clericis, & laicis, ne ſuam contritionem expectent, ſed ante reminiſcantur Creatoris ſui, ut dictum eſt ſapientialiter, & non ſcientialiter tantum. Quod ſequitur. *h* Et revertatur pulvis in terram ſuam unde erat, & ſpiritus redeat ad eum qui dedit illum,] non mutatur a prima expoſitione.

Digitized by Google

ſitione. Sequitur. *a* Vanitas vanitatum, &c.] Poſt deſcriptionem humanæ fragilitatis, & mortis, pulchre, quod propoſuerat, concludit, ſcilicet, quod omnia ſubjecta ſunt vanitati. Nec dubium, quod non concionatorie loquitur hic Salomon; ſed aſſertive, quaſi dicat, ſic eſt, ut dixi. Igitur noli delicias quærere, noli impleri, noli ſatiari, noli inniti temporalibus, quia non præbent plenitudinem continenti, nec ſatietatem poſſidenti, nec fulcimentum innitenti, quia *a* Vanitas vanitatum,] ideſt, univerſalis vanitas collecta ex particularibus vanitatibus eſt mundus. Et vere ſic eſt, quia hoc. *b* Dixit Eccleſiaſtes,] ideſt Concionator, qui omnium rerum varietate diligenter inſpecta definivit. *c* Et omnia,] quę in mundo ſunt. *d* Vanitas,] ideſt, ſunt ſubjecta vanitati triplici, ſcilicet, mutabilitatis, mortalitatis, curioſitatis. Et ut ita eſſe credatur, commendat, quæ dixit, loquens de ſe quaſi de alio. Vel ille, qui collegit verba Sapientiæ Salomonis, hoc quod ſequitur, appoſuit. Innuit autem, quæ dicta ſunt, non ſolum ad litteram, ſed & allegorice eſſe intelligenda. Unde dicit. *e* Cumque eſſet ſapientiſſimus Eccleſiaſtes,] ideſt, intellectu luminoſiſſimus, & affectu ſaporatiſſims. *f* Docuit populum [Hoc enim eſt officium ſpiritualis Regis, cui regimen animarum creditum eſt. *g* Et enarravit, &c.] Non enim ſuffocavit inventa quaſi partum in utero, ſed in lucem edidit: derivavit fontes ſuos foras, & aquas ſuas diviſit, ſicut ipſemet docuerat. *Prov.* Dicit autem, quæ fecerat; quia cœpit Jeſus facere & docere. Modo non eſt neceſſe, ut Doctores omnes enarrent, quæ faciunt. *h* Et inveſtigans,] prius ea, quæ poſtea dixit, quaſi myſtica. *i* Compoſuit parabolas multas,] Ex quibus conjunctis factus eſt liber unus, ſcilicet liber Proverbiorum, vel liber iſte. Et loquitur Salomon juxta morem terræ Paleſthinæ, ubi conſuetum eſt loqui in parabolis. Vel ideo, [compoſuit parabolas,] quia parabolę convenientiores ſunt ad docendum populum Quod neſcientes diſcipuli quæſierunt a Domino, quare in parabolis loqueretur eis: Qui reſpondens ait illis: Vobis datum eſt noſſe myſterium regni cœlorum; illis autem non eſt datum. *Matth.* 13. Vel ideo nominat parabolas, ut ſenſus ſpiritualis in eis requiratur. Parabolas multas, dicit *k* Quæſivit verba utilia,] auditoribus. Et alia debent loqui Doctores & Prædicatores non placentia, vel ad riſum moventia. *Eph.* 4. Omnis ſermo malus ex ore veſtro non procedat; ſed ſi quis bonus eſt ad ædificationem fidei, ut det gratiam audientibus. *l* Et conſcripſit ſermones rectiſſimos,] quia vitam, quæ ſe eis regulandam ſubdiderit, rectiſſimam, nec in ea deflectionem in latus, aut recurvationem in ſeipſum, aut reflexionem in poſteriora patiuntur. Dicuntur autem ſermones, eo quod iterant mores, vel quod moribus ſerviant: & ne videretur Salomon inutiliter poſt legem Moyſi nova præcepta cudere. Inter multas alias utilitates verborum ſapientum duas oſtendit hic potiſſimas, quæ per clavos & ſtimulos intelliguntur. Duobus enim vitiis totum genus humanum dignoſcitur laborare, videlicet tarditate deſidiæ ad ea, quæ ſalubria ſunt; & præcipitio impetuoſitatis ad ea, quæ noxia ſunt. Ideo duobus indiguit remediis: quorum altero urgeretur ad utilia, altero retineretur a noxiis. Et idcirco doctrina Sapientum duo genera ſermonum continet: quorum alterum vocat Salomon ſtimulos, alterum clavos. Stimulos vocat verba pungitiva, quorum punctionibus de luto fœcis, ideſt, de punctionum immunditia, velut aſinus de luto exire compellimur; & ſicut equus torpidus & piger ad accelerationem greſſuum perurgemur. Et quia ſunt duo genera animalium, quæ ſtimulis indigent, unum nobile, ſicut equus, qui in lateribus; alterum ignobile ſicut bos vel aſinus, qui in poſterioribus ſtimulantur; ideo verba ſtimulantia in duo genera diviſa ſunt, ſcilicet, in verba timoris, ideſt, quæ timorem incutiunt, & velut a tergo nos ſtimulat, dum de futuris ſuppliciis nos deterrent; aut de temporalibus rebus aut de vitiis, quæ poſteriora ſunt, ut docet Apoſt *Phil.* 3. nos arguunt, & in verba amoris, quibus quaſi calcaribus in lateribus perurgemur; dum ex altera narrantur promiſſa Dei, & ex altera parte beneficia Dei recitantur. Dicit ergo. *m* Verba Sapientum,] om-

D

Act. 1.

a Vanitas vanitatum, dixit *b* Eccleſiaſtes, & *c* omnia *d* vanitas. *e* Cumque eſſet ſapientiſſimus Eccleſiaſtes, *f* docuit populum, & *g* enarravit, quæ fecerat: & *h* inveſtigans *i* compoſuit parabolas multas. *k* Quæſivit verba utilia, *l* & conſcripſit ſermones rectiſſimos, ac veritate plenos. *m* Verba Sapientum *n* ſicut ſtimuli, & *o* quaſi clavi in altum defixi: *p* per Magiſtrorum conſilium *q* data ſunt a Paſtore uno. *r* His *ſ* amplius, fili mi, ne requiras, *t* Faciendi plures libros nullus eſt finis: *u* frequenſque meditatio, *x* carnis afflictio eſt. Finem *y* loquendi *z* pariter omnes *a* audiamus. *b* Deum time, & *c* mandata ejus obſerva, *d* Hoc eſt omnis homo. *e* Cuncta, quæ fiunt, *f* adducet † Deus in judicium pro *g* omni errato, ſive *h* bonum ſive malum ſit.

Explicit liber Eccleſiaſtes.

nium non tantum mea. *n* Sicut ſtimuli,] acriter pungentia pigros, ſicut illud Joannis Baptiſtæ. Jam ſecuris ad radicem poſita eſt. *Matth.* 13. Et excitantes ſomnolentos, ſicut illud: Exurge, qui dormis: & exurge a mortuis; & illuminabit te Chriſtus. *Eph.* 5. *o* Et quaſi clavi in altum defixi,] ideſt, in profundum cordis, non in ſummitate labiorum pendentes. Vel, [in altum defixi;] quia verba Sapientum corda audientium profunde & medullitus ſauciant ſalubriter & configunt. Fit autem confixio propter duo, ſcilicet ad pœnam, & ad firmitatem. Ad pęnam, ut illa, qua Dominus affixus fuit Cruci. De qua *Zach.* 12. Aſpicient ad me, quem confixerunt. Ad firmitatem, ſicut configuntur in navi aſſeres clavis, ut ſe invicem teneant; ſic virtutes & gratiarum dona clavis ſacrorum eloquiorum configendæ ſunt, ne novus homo, cujus virtutes membra ſunt, velut navis, diſſolutus pereat. Sequitur. *p* Quæ per Magiſtrorum conſilium,] non unius ſed multorum. *q* Data ſunt a Paſtore uno,] ideſt, Chriſto, qui ſolus verus Paſtor eſt animarum. Unde *Joan.* 10. Ego ſum Paſtor bonus. Et *Matth.* 23. Magiſter veſter unus eſt Chriſtus. Ergo *r* His,] ideſt, verbis Sapientum. *ſ* Amplius, fili mi ne requiras,] quia ſi his non es contentus, ſed ultra quæſieris. *t* Faciendi plures libros, &c] tibi cui verba Sapientum non ſufficiunt, quibus perſcrutandis, meditandis, intelligendis, nec ætas, nec intellectus humanus ſufficit. Ideo autem faciendorum librorum nullus eſt finis tali homini, quia curioſitas immenſa eſt. Omne enim quod naturæ limites excedit, immenſum eſt, ut docet *Sen.* Item faciendorum librorum nullus eſt finis: quia quælibet res inexplicabilem materiam diſputandi miniſtrat. Propter quod dicitur *Iſa.* 10. Conſummationem & abbreviationem faciet Dominus Deus exercituum in medio terræ. Item 30. Dabit tibi Dominus panem arctum, & aquam brevem, ideſt, compendioſam, & breviatam doctrinam. *u* Frequenſque meditatio,] i. infinita curioſitas. *x* Carnis afflictio eſt] non tantum ſpiritu. *y* Finem loquendi,] i. hujus libri, vel omnis ſacræ locutionis, vel qui debet eſſe loquendi, ideſt docendi vel prædicandi. *z* Pariter omnes,] i. Magiſtri ſimul & Diſcipuli: magni & parvi: docti & indocti ut nullus ſe excuſet. *a* Audiamus] interiori magis, quam exteriori auditu. Sed quis eſt ille finis tam generalis, ut ad omnes pertineat, & omnes teneantur ad illum? Ecce. *b* Deum time filiali timore, qui non pœnam, non ſeparationem, ſed offenſam Patris timere docet. *c* Et mandata ejus obſerva,] i. ob ipſum non ob aliud inviolata ſerva. Hoc eſt omnis homo,] i. ad hoc factus eſt omnis, ſcil. ad timendum Deum ſic, & mandata ejus obſervanda, hoc eſt ejus officium, hæc eſt injuncta operatio, hoc ab illo requiritur, & per hoc beatitudo acquiritur. Nam per timorem Dei declinatur a malo culpæ; & ideo a malo pęnæ, per obſervantiam mandatorum exercet ſe homo in dono gratiæ, ut tandem perficiatur dono gloriæ. Propterea dicit *Pſ.* 36. Declina a malo, & fac bonum. Et *Iſa. ult.* Et erit menſis ex menſe, ideſt, præmium ex merito, gloria ex gratia, & Sabbatum ex Sabbato, i. carentia pęnæ ex carentia culpæ. Ille enim in futuro quieſcit a pœna, qui in præſenti quieſcit a culpa, juxta illud *Pſ.* 90. Non accedat ad te malum, ſcil. culpæ: & flagellum, i. pęnæ non appropinquabit tabernaculo tuo. Vel [hoc poteſt eſſe ablativus formalis, non finalis, ſub hoc ſenſu. Hoc eſt omnis homo,] ideſt quaſi per formam habet omnis homo eſſe gratiæ & eſſe gloriæ, quod eſſe ſolum attendit Theologus, qui dicit Diabolum & membra ejus non eſſe. *Job* 18. Habitent, inquit, in tabernaculo ejus ſocii ejus, qui non eſt. Quare autem Deum timere, & mandata ejus obſervare debeat omnis homo oſtendit Salomon, cum ſubjungit. *e* Cuncta quæ fiunt,] bona & mala. *f* Adducet Deus in judicium] diſtrictiſſimum, & judicabit. *g* Pro omni errato] etiam otioſo verbo ignoranter prolato dicit *Gl.* Unde *Matt.* 12. De omni verbo otioſo, quod locuti fuerint homines, reddent de eo rationem in die judicii. Otioſum autem verbum eſt ut dicit *Greg.* quod caret intentione piæ utilitatis, aut ratione juſtę neceſſitatis. *h* Sive bonum, ſive malum ſit] quod factum eſt, ſupple. *Poſtilla D. Hugonis Card. ſup. Eccleſiaſten explicit.*

al. † non habet Deus.

Reverendiſſ. in Chriſto Patris, & D.

DOMINI HUGONIS
DE SANCTO CHARO,
Cardinalis, &c.

In Poſtillam ſuper Cantica Canticorum.

P R O L O G U S.

Pſalm. 47. DEUS in gradibus ejus,] cognoſcetur. Ita dicit alia editio, ubi noſtra habet; Deus in domibus ejus cognoſcetur. Sunt autem tres illi gradus, ſcilicet, initiata Sapientia, provecta Sapientia, & conſummata Sapientia. Hac autem triplici Sapientia quaſi tribus gradibus aſcenditur ad Dei cognitionem. In primo gradu ſunt incipientes; in ſecundo proficientes; in tertio perfecti. Primus gradus Sapientiæ docet bene & licite mundo uti. Secundus, bene & utilius mundum contemnere & calcare. Tertius, in ſolis Sponſi amplexibus & oſculis jucundari. Primum gradum aſcendimus in Proverbiis. Secundum in Eccleſiaſte. Tertium docemur aſcendere in hoc libro: Juxta hunc igitur triplicem gradum Sapientiæ, Salomon tres libros edidit. Proverbia, ubi docet & inſtruit parvulos & incipientes, qualiter in mundo pacifice converſentur, & a malo abſtineant. Unde & ibi dicitur: Sapientia foris prædicat, dicens: Uſquequo parvuli diligitis infantiam: & ſtulti ea, quæ ſibi ſunt noxia, cupient: & imprudentes odibunt ſcientiam? Convertimini ad correptionem meam, &c. *cap.* I. Eccleſiaſten, ubi inſtruit proficientes & grandiuſculos de contemptu mundi. Unde incipit: Vanitas vanitatum, &c. Cantica Canticorum, ubi maturos & perfectos de ſolo amore inſtruit. Unde ab oſculo, quod eſt ſignum amoris, incipiens ait: Oſculetur me oſculo oris ſui. Et ſecundum hoc triplex opus, triplici cenſetur vocabulo Salomon, ideſt, pacificus, juxta Proverbia, ubi pacifice converſari in mundo hortatur Eccleſiaſtes, ideſt, Concionator, juxta Eccleſiaſten, ubi quaſi in concione & conſilio diſcordantes ad concordiam vocat. Idida, ideſt, dilectus Domini, juxta Cantica Canticorum, ubi affectiones & deſideria ceteræque amoris ſequelæ mutuaque amantium colloquia intercalariter exprimuntur. Ex jam dictis patet, quis ſit auctor hujus libri; quoniam Salomon. Reſtat ergo videre, quæ ſit ejus intentio in hoc libro, quæ materia, & quis finis, quis modus agendi, quis libri titulus, & cui parti Philoſophiæ ſupponatur. Intentio igitur Salomonis in hoc libro eſt, exhortari Sponſam, ideſt Eccleſiam ad amplexus & oſcula Sponſi, quod eſt ſignum perfecti amoris. [illegible] Quadruplex quidem eſt amor, ſcilicet, divinus, ſive æthereus, vel celeſtis, qui charitas appellatur: & hic in præcepto conſiſtens, meritorius eſt in uſu ſuo. Secundus venenoſus, libidinoſus, diabolicus: & hic in prohibitione conſiſtens, damnabilis eſt. Tertius eſt carnalis, quo quis carnem propriam, vel parentes diligit: Et hic quidem ſi moderatus eſt, ſub Deo eſt, & tolerabilis; ſi immoderatus, reprobabilis, & damnoſus. Quartus eſt mundanus; qui ſi moderatus ſit, licitus eſt & conceſſus; ſi immoderatus, deteſtabilis & pernicioſus. Unde *Jacob* 4. Amicitia hujus mundi inimica eſt Deo. Materia hujus libri eſt Sponſus & Sponſa, quaſi Chriſtus & Eccleſia. Sunt autem quatuor perſonæ, & ſibi mutuo colloquentes inducuntur in hoc libro. Sponſus & ſodales ejus, qui & paranymphi, ſive amici Sponſi dicuntur, Sponſam commonentes & adjuvantes, ne cum alio fornicetur; ſed ſoli Sponſo cohæreat. Coanguſtatum eſt enim ſtratum, ita ut alter decidat, & pallium breve utrumque operire non poteſt, *Iſa.* 28. Sponſa & adoleſcentulæ ejus per quas ſignantur imperfecti, in fide teneri, qui Deum plene diligere, mundi mala æquanimiter ſuſtinere nondum ſciunt; tamen exhibent ſe humiles, ut Sponſam pro modulo ſuo imitentur. Congruum enim erat, ut in nuptiis eſſet cum Sponſo juvenum turba, & cum Sponſa adoleſcentularum laudabilis mulritudo. Sponſus Chriſtus eſt, Sponſa vero Eccleſia, ſodales ſponſi Angeli, & omnes, qui jam in virum perfectum pervenerunt; adoleſcentulæ ſunt incipientes. Sponſa etiam Eccleſia, vel quælibet fidelis anima. Et notandum, quod ſponſa ſemper in domo, vel in lecto, vel in aliquo interiori loco cum Sponſo manere concupiſcit, quod bene mulieribus congruit. Sponſus vero ſicut vir ad forinſeca vinearum, vel aliqua hujuſmodi opera Sponſam evocat. Nec eſt mirum, Eccleſia enim, ſi fieri poſſit, in tranquillitate pacis Domino ſobolem educare deſiderat. At ipſe eam in præſenti crebris tentationibus & perſecutionibus vult exerceri, quo mundior ad æterna perveniat: & ne ſi omnia proſpera contingerent, incolatu præſentis exilii delectata, minus ad celeſtem patriam ſuſpiraret. Finis hujus libri eſt dilectio Dei, ad quam invitat Salomon. De qua in fine hujus libri dicitur: Fortis ut mors dilectio. Modus agendi talis eſt: paucus eſt in ſermone, multus in ſententia, procedens intercalariter, nunc Sponſum loquentem inducens, nunc Sponſam, nunc adoleſcentulas reſpondentes, nunc mutuo colloquentes. Titulus talis eſt: Incipiunt Cantica Canticorum, ſive Canticum Canticorum, ſic dictum per excellentiam dignitatis. Multa enim ſunt Cantica: ſed inter alia tria præcipua, duo Moyſi, & tertium Salomonis. Primum Canticum eſt de egreſſu vitiorum. Unde Moyſes in exitu Iſrael de Ægypto, tranſito mari, *Exod.* 15. cecinit dicens: Cantemus Domino, glorioſe enim magnificatus eſt; equum, & aſcenſorem dejecit in mare. Secundum Canticum eſt in progreſſu virtutum, & bonorum operum. Unde & Moyſes in deſerto vicinus terræ promiſſionis cecinit, dicens: Audite celi, quæ loquor, audiat terra verba oris mei, *Deut.* 32. Tertium Canticum eſt in conſummatione virtutum. Unde & Salomon Epithalamium Sponſi, & Sponſæ amoroſe decantans, ait: Oſculetur me oſculo oris ſui. Vel certe ideo Canricum Canticorum dicitur, quia inter cantilenas, ſive Cantica Salomonis, ultimum eſt. Tres enim libri Salomonis, quaſi tres cantilenæ, ſive tria Canrica dicuntur, inter quæ ultimum eſt Canticum iſtud. In primo canitur cantilena activis, in tertio contemplativis, in medio tranſeuntibus de activa ad contemplativam. In primo incipit Deus diligi quaſi Pater. Unde crebro nomen filii exprimitur ibi. In ſecundo honorari, ut Medicus. In tertio deſiderari, ut Sponſus. In Proverbiis enim Salomon fuit Ethicus, tractans de moribus, quaſi pater filios inſtruens. In Eccleſiaſte fuit Phyſicus, naturas rerum diſcernens, ideſt, Medicus ægrotum ſanans, a mundanis nos prohibens. In Canticis Canticorum fuit Theologus, de divino amore pertractans. Unde & liber iſte Canticum amoris dicitur a quibuſdam. Et iſte ternarius Canticorum ſignatus fuit in verbis Domini, quibus ait ad Moyſen *Exod.* 19. Sanctifica populum hodie, & cras, & ſint parati in diem tertium. Duobus diebus jubebatur ſanctificari populus, ut tertia die dignus eſſet legem recipere, & videre gloriam Dei. Sanctificatione primæ diei ſanctificantur illi, qui nondum mundo penitus abrenunciantes, Deum tamen omnibus, quæ mundi ſunt, præponentes mundo licite utuntur, ut incipientes. Sanctificatione ſecundæ diei ſanctificantur illi, qui mundum fugiunt, & contemnunt, ut proficientes. Sanctificatione tertiæ diei ſanctificantur illi, qui mundo penitus conculcato levant ſe ſupra ſe, ut perfecti, qui jam Deum quodammodo revelata facie ſpeculantur. Cui autem parti Philoſophiæ ſupponatur hic liber, jam patet; quoniam Theologiæ totaliter. Quia autem liber iſte quandoque ſingulariter Canticum Canticorum, quandoque pluraliter Cantica Canticorum nominatur, inde eſt, quia & unum eſt, & multa. Unum propter unitatem cantus, quia quicquid hic canitur, amor eſt, qui eſt vinculum unionis. Multa propter diverſitates perſonarum canentium, quæ ſunt quatuor, ut dictum eſt ſupra. Sponſus, & Sponſa, ſodales Sponſi, & juvenculæ vel adoleſcentulæ Sponſæ. Salomon igitur luce Sapientiæ & ſpiritu prophetiæ illuſtratus, adventum Chriſti in carne prævidens, in perſona antiquorum adventum iſtum deſiderantium, & expectantium, & deprecantium ait: Oſculetur, &c.

Explicit prologus Auctoris.

Reve-

Reverendiſſ. in Chriſto Patris, & D.

DOMINI HUGONIS
DE SANCTO CHARO, &c.

Poſtilla ſuper Cantica Canticorum incipit.

EXPOSITIO
CAP. I.

INCIPIUNT CANTICA CANTICORUM.
CAP. I.

a Oſculetur me *b* oſculo oris ſui: *c* quia meliora ſunt ubera tua *d* vino, *e* fragrantia *f* unguentis optimis,

a Oſculetur me] Deus Pater. *b* Oſculo oris ſui,] ideſt, unione filii ſui. Vel ſic: Oſculetur me oſculo oris ſui,] ideſt, ad erudiendum, & reconciliandum me Deo: nun Angelos, non Patriarchas, non Prophetas mittat; ſed ipſum filium in propria perſona mittat. Vel ad ipſum filium poteſt ſermo dirigi ſub hoc ſenſu. *a* Oſculetur me,] filius ipſe. *b* Oſculo oris ſui,] ideſt, non jam per alium; ſed ore proprio me erudiat; & me ſic loquentem non ſpernat. Hoc impletum credimus, quando ſedens in monte docebat diſcipulos ſuos, dicens: Beati pauperes ſpiritu, quoniam ipſorum eſt regnum cœlorum. *Matth.* 5. Ibi revera oſculum ſui oris proprii dedit, quia aperiens os ſuum gaudium regni cœleſtis nobis promiſit. Eſt autem os multiplex, unde *Os multiplex.* ſuſcipitur oſculum, ſcilicet: Os carnis, a quo ſuſcipitur oſculum luxurioſum. Os Dæmonis, a quo ſumitur oſculum venenoſum. Os hominis, a quo ſumitur oſculum domeſticum. Os Dei, a quo ſumitur oſculum ſanctum. Primum eſt malum, ſecundum pejus, tertium bonum, quartum melius, quia religioſum. Unde illud eligens præ ceteris ſancta Anima ait: [Oſculetur me oſculo oris ſui.] Nec nominat, cujus oſculum deſiderat; quia tanta eſt vis amoris, ut quem præſentem in corde, & cognitum tenet, quemlibet cognoſcere putet. De primo oſculo dicitur *Prov.* 7. de muliere ſtulta: Apprehendit juvenem, & deoſculatur eum. Secundum oſculum dedit Joab Amaſæ, 2. *Reg.* 20 Et Judas Domino. *Matt.* 26. Tertium dedit Iſaac Jacob filio ſuo, dicens: Da mihi oſculum, fili mi, *Gen.* 27. De quarto dicit Apoſt. *Rom. ult.* Salutate invicem in oſculo *Myſtice. Tria notantur in oſculo.* ſancto. Et in hoc oſculo tria notantur myſtice. Primo, oſculantium labia ſeſe conſociant. Secundo, interiores anhelitus conſpirant. Tertio, corpora ipſa ſibi invicem appropinquant. In primo figuratur conjunctio naturarum hominis & verbi. In ſecundo unio ſpirituum divini, & humani. In tertio comparticipatio paſſionum Chriſti & Chriſtiani. De primo dicitur: Verbum caro factum eſt. *Joan.* 1. De ſecondo: Qui adhæret Deo unus ſpiritus eſt, 1 *Cor.* 6. De tertio dicitur: Si complantati facti ſumus ſimilitudini mortis *Moraliter.* ejus, ſimul & reſurrectionis erimus. *Rom.* 6. Vel moraliter: Labia ſunt inſtrumentum ſermonis, ideo deſignatur in eorum conjunctione mutua viciſſitudo noſtrarum orationum, in conſpiratione anhelituum unanimitas voluntatum, in conjunctione corporum ſupportatio onerum. De primo *Jac. ult.* Orate pro invicem, ut ſalvemini. De ſecundo dicitur *Act.* 4. Multitudinis credentium erat cor unum, & anima una. De *Triplex oſculum.* tertio, *Gal.* 6. Alter alterius onera portate. Item eſt oſculum ad pedes pro peccatorum remiſſione, oſculum ad manus pro gratiarum actione, oſculum ad os pro reconciliatione, vel grata dilectione. Primum eſt in confeſſione, ſecundum in devotione, tertium in contemplatione. Primum eſt præſentium, ſive incipientium. De quo *Luc.* 7. Ecce mulier, quæ erat in civitate peccatrix, ut cognovit, quod Jeſus accubuiſſet in domo Simonis leproſi, attulit alabaſtrum unguenti, & ſtans retro ſecus pedes, lacrymis cœpit rigare pedes ejus, & capillis capitis ſui tergere: & oſculabatur pedes ejus. Secundum eſt offerentium, ſive proficientium. Tertium eſt perfectorum. Primum dignum eſt, ſecundum dignius, tertium digniſſimum. Unde Sponſa, non oſculum peduum, non manuum, ſed oſculum oris, quod eſt digniſſimum petens, ait: [Oſculetur me oſculo oris ſui.] Et nota, quod non quærit ſuavium, nec baſium, ſed oſculum. Suavium quidem impudicarum mulierum eſt; baſium, conjugatorum; oſculum amicorum. Habet autem Sponſus labia ſua, & Sponſa ſimiliter. Labia Sponſi ſunt miſericordia & veritas; & labia Sponſæ, ſunt amor & timor. Et hæc quatuor labia ſibi invicem conjunguntur. Nam miſericordia amori conjungitur; & veritas timori. Tria oportet eam habere, quæ oſculum petit, ſcilicet, pœnitentiam, qua de malis præteritis erubeſcat; puritatem, per quam bona conſcientia conſpectui Sponſi munda ſe repræſentet; fervorem ſpirituale, quo bona, quæ Deus ſibi contulit ardenter diligat, & ad ea, quæ nondum habet alacriter currat. Et ita neceſſario habet triplex oſculum, reconciliatorium, remuneratorium, contemplatorium. Primum ad pedes, ut dictum eſt, pro remiſſione peccatorum. Secundum ad manus pro munere virtutum. Tertium ad os pro cognitione ſecretorum. Sive a plauſione, ſeu a blanditione dicitur. *a* Oſculetur me oſculo oris ſui,] quaſi dicat: Sponſa, applaudat mihi Sponſus meus, & blandiatur, ideſt, dulcem & blandum ſe mihi exhibeat: qui terrificum, & aſperum ſe exhibere conſuevit in veteri Teſtamento. Et hoc quidem promiſerat ipſe per *Iſa. ult.* Quomodo ſi mater blandiatur filio ſuo; ita & ego conſolabor vos. Et hoc impletum teſtatur Apoſtol. *Hebr.* 12. ubi dicit: Non enim acceſſiſtis ad tractabilem montem & accenſibilem ignem, & turbinem, & caliginem, & procellam, &c. ſed acceſſiſtis ad Sion montem & civitatem Dei viventis Jeruſalem cęleſtem, & multorum millium Angelorum frequentiam, & Eccleſiam Primitivorum, qui conſcripti ſunt in cęlis, & Judicem omnium Deum & ſpirituum juſtorum perfectorum, & Teſtamenti novi Mediatorem Jeſum, & ſanguinis aſperſionem melius loquentem, quam Abel. Et nota, quod non dicit Sponſa: Oſculetur me oſculo ſuo; ſed oſculo oris ſui: quia non ſibi Patrem per unionem conjugii poſtulat; ſed filium, qui os Patris dicitur, quia mondo Patrem manifeſtavit, ſicut os mentis intellectum oſtendit. Dicitur etiam os Dei ſacra Scriptura. Unde *Iſa.* 30. Os enim meum non interrogaſtis, ideſt, ſacram Scripturam non conſuluiſtis. Et ſecundum hoc ſenſus eſt. *a* Oſculetur me oſculo oris ſui,] ideſt, doctrinam ſacræ Scripturæ mihi applicet, quam olim ſoli populo Judæorum conjunxerat. Item os Dei dicitur cętus Prædicatorum. Unde *Jer.* 15. Si ſeparaveris pretioſum a vili, ideſt, animam a peccato, quaſi os meum eris. Et ſecundum hoc eſt ſenſus. *a* Oſculetur me,] dicit Sponſa. *b* Oſculo oris ſui,] ideſt, cætum Prædicatorum mihi mittat, quem olim ſoli populo Judæorum miſerat. *c* Quia meliora ſunt ubera tua vino,] Metaplaſmus eſt. Loquitur enim more amantis, qui præ fervore dilectionis ordinem loquendi non valet obſervare. Et quaſi Sponſus quæreret, quare adventum meum, ſive oſculum meum deſiderat, quaſi præſentem alloquens, reſpondet. *c* Quia meliora ſunt ubera tua,] ideſt, doctrina & refectio præſentiæ tuæ, ſive Evangelicæ doctrinæ. *d* Vino,] ideſt, fervore legis, vel quibuslibet aliis documentis, quæ parvulos enecant, ſicut vinum. Et revera.] meliora ſunt ubera tua vino,] quia: *e* Fragrantia] ideſt, redolentia. *f* Unguentis optimis,] ideſt, donis Spiritus Sancti, quibus Evangelica doctrina tota refragat & redolet. Quæ ideo dicuntur unguenta optima, quia non tantum corpus curant a fœtore vitiorum, ſed etiam inviſibiliter reficiunt animam collatione virtutum. Ubera vero Sponſi nominat Salomon, *Ubera Sponſi.* quod muliebre eſt tantum, ut oſtendat in principio ſui carminis iſta amatoria eſſe, & non ad literam; ſed ſpiritualiter eſſe intelligenda. Verumtamen Sponſus habet ſua ubera: & Sponſa ſimiliter ſua, quæ in datione oſculi mutuo conjunguntur. Dexterum uber Sponſi eſt longanimitas, qua patienter peccatores expectat; Siniſtrum uber eſt clementia, qua clementer ſuſcipit pęnitentes.

De primo ubere funditur lac capreum, lac amarum valde lac quidem juſtæ damnationis, ſecundum quod dicitur *Rom.* 1. An divitias bonitatis ejus & patientiæ & longanimitatis contemnis? ignoras, quoniam benignitas Dei ad pœnitentiam te adducit? ſecundum duritiam autem tuam, & cor impœnitens theſaurizas tibi iram in die iræ, & revelationis juſti judicii Dei. De ſecundo ubere mulget lac pietatis & propitiationis, ſecundum quod legitur *Iſa.* 55. Derelinquat impius viam ſuam, & vir iniquus cogitationes ſuas, & revertatur ad Dominum & miſerebitur ejus, & *Alia ubera Sponſi.* ad Deum noſtrum: quoniam multus eſt ad ignoſcendum. Dexterum uber Sponſæ eſt congratulatio, de quo funditur lac exhortationis: Siniſtrum uber eſt compaſſio, de quo ſugitur lac conſolationis. Unde *Rom.* 12. Gaudere cum gaudentibus, flere cum flentibus.

Habet & Sponſus alia duo ubera, quibus inceſſanter lactat filios ſuos, quæ ſunt miſericordia & veritas. Dexterum miſericordia, ſiniſtrum veritas. Et de miſericordia ſugitur lac indulgentiæ, de veritate vero ſugitur lac doctrinæ.

Eſt autem triplex miſericordia Sponſi. Prima eſt ſpecioſa, *Triplex miſericordia Sponſi.* ſecunda ſpatioſa, tertia pretioſa. Specioſa purificat a vitiis animarum & corporum. Spatioſa locupletat divitiis chriſmatum ſpiritualium. Pretioſa accumulat delicias gaudiorum cœleſtium. Prima ſpecioſa dicitur, quia facit animam

ſpecioſam, ut ſit omnis gloria ejus filiæ Regis ab intus. Secunda ſpecioſa, quia a ſummo cœlo egreſſio ejus. Tertia pretioſa, quia procul & de ultimis finibus pretium ejus. *Prov. ult.* Item prima per contritionem cor affligit ad dolendum. Secunda per devotionem emollit ad amandum. Tertia cœleſti quodam rore perfundit ad gaudendum. Hæc triplex miſericordia eſt juxta triplicem ipſius nominis interpretationem.

a Oleum effuſum nomen tuũ, *b* ideo adoleſcentulæ dilexerunt te † *c* nimis. *d* Tra-

al. † non habet nimis.

Dicitur enim miſericordia, quaſi rigori miſerum cor donans: Juxta hoc primum miſericordia ſumitur. Dicitur etiam miſericordia, quaſi mittens deorſum rigorem cordis. Et ſecundum hoc ſumitur ſecunda miſericordia. Dicitur & miſericordia, quaſi miti ſuavitate rigans cor. Ex juxta hoc ſumitur tertia miſericordia. De prima dicitur *Eccli.* 35. Specioſa eſt miſericordia in tempore tribulationis, quaſi nubes pluviæ in tempore ſiccitatis. De ſecunda dicitur in *Pſal.* 31. Miſericordia Domini plena eſt terra. De tertia ſimiliter dicitur in *Pſalm.* 83.

Triplex miſericordia Sponſæ.

Miſericordiam & veritatem diligit Deus, gratiam & gloriam dabit Dominus: De ubere dextero Sponſi. Siniſtrum uber Sponſi eſt veritas. Quæ triplex eſt. Prima in vera carnis aſſumptione. Unde *Pſal.* 84. Veritas de terra orta eſt. Secunda eſt in promiſſione. Unde dicit Dominus *Joan.* 27. Sermo tuus veritas eſt. Tertia in retributione. Unde *Pſal.* 116. Veritas Domini manet in æternum. Habet etiam Sponſa hæc duo ubera, ſcilicet, miſericordiam & veritatem. De primo quidem lac pietatis, de ſecundo lac ſecuritatis extrahitur. Eſt autem miſericordia Sponſæ triplex. Prima eſt indulgere inimico, & orare pro eo. Secunda peccatorem a peccato ſuo avellere. Tertia pauperum inopiam relevare de proprio. De prima dicitur *Matth.* Diligite inimicos veſtros, benefacite his, qui oderunt vos, & orate pro perſequentibus & calumniantibus vos. De ſecunda dicitur *Jac. ult.* Qui converti fecerit peccatorem ab errore viæ ſuæ, ſalvabit animam ejus a morte: & operiet multitudinem peccatorum. De tertia dicitur *Dan.* 4. Peccata tua eleemoſynis redime, & iniquitates tuas miſericordiis pauperum. Item eſt triplex veritas Sponſæ. Prima eſt veritas confeſſionis. Secunda fidei, ſive laudis. Tertia operationis. Hæc duo ubera Sponſæ, duobus uberibus Sponſi in datione oſculi delectabiliter conjunguntur. Nam dexterum uber Sponſi ſiniſtro uberi Sponſæ jungitur, & ſiniſtrum dextro. Triplici enim miſericordiæ Sponſi; quæ eſt dextrum uber ejus, triplex veritas Sponſæ; quæ eſt ſiniſtrum uber ejus quodam miro modo conjungitur. Veritas quidem confeſſionis obviat ſpacioſæ miſericordiæ, ubi eſt peccatorum remiſſio. Veritas fidei obviat ſpacioſæ miſericordiæ. Nam ſupra veritatem fidei chariſmata ſpiritualia ædificantur, quæ ſunt miſericordiæ ſpatioſæ. Veritas operationis reſpondet miſericordiæ ſpatioſæ; quia facit omnia propter Deum, unde recipit præmium pretioſum. Ecce habes, quomodo dextrum uber Sponſi & ſiniſtrum Sponſæ in datione oſculi ſuaviter conjunguntur. Similiter ſiniſtrum uber Sponſi dextro Sponſæ conjungitur, totum toti, ideſt, triplex veritas Sponſi, triplici miſericordiæ Sponſæ. Veritas enim aſſumptionis carnis obviat primę miſericordię Sponſę, quę eſt indulgere inimico, & orare pro eo. Ad hoc enim Chriſtus veram carnem aſſumpſit, ut peccata miſericorditer indulgeret, & pro inimicis oraret. Veritas promiſſionis obviat ſecundæ miſericordiæ Sponſæ, quæ eſt peccatorem a peccato avellere. Talibus enim, qui hoc faciunt, promittit Dominus regnum cœlorum. Unde *Prov.* 24. Erue eos, qui ducuntur ad mortem; & qui trahuntur ad interitum, liberare neceſſes. Tertia veritas Sponſi, ideſt veritas retributionis obviat tertiæ miſericordiæ Sponſæ, quæ eſt pauperum inopiam de proprio relevare. Nam pro miſericordiis pauperum, merces æterna retribuitur, ut patet *Matth.* 25. Has obviationes uberum Sponſi & Sponſæ breviter commemorat *Pſalm.* 84. cum dicitur: Miſericordia & veritas obviaverunt ſibi. Sed nec oſculum tacuit. Unde ait: Juſtitia & pax oſculatæ ſunt. Recte ergo Salomon poſt oſculum Sponſi, & Sponſæ, ſtatim adjungit de uberibus eorum. Nam obviatio uberum oſculum oris comitatur. Dicit igitur Sponſa: [Oſculetur me,] Sponſus meus, [oſculo oris ſui,] non pedum, vel manuum [quia meliora ſunt ubera tua,] o tu Sponſa [vino fragrantia unguentis optimis,] ideſt, unguento ſpiritualis Sapientiæ, unguento cœleſtis gratiæ, unguento immarceſcibilis gloriæ, quibus Evangelicæ doctrinæ ubera redolent. Primum quidem bonum eſt, ſecundum melius, tertium optimum. Primum habet Evangelica doctrina in eruditione. Secundum in collatione. Tertium in promiſſione. Nam Evangelium Sapientiam docet, gratiam confert, gloriam ſpondet. Sunt & alia tria unguenta, quibus flagrat Evangelium, ſcilicet, unguentum contritionis, devotionis & pietatis. Primum bonum eſt, ſed de ſpeciebus amariſſimis eſt confectum, quæ creſcunt in horto noſtro, hoc eſt, de peccatis propriis. Secundum melius, quia de ſpeciebus pretioſiſſimis confectum, quæ creſcunt in horto Domini, hoc eſt, de omnibus beneficiis Chriſti. Tertium optimum, & tamen de ſpeciebus viliſſimis confectum, quæ creſcunt in horto proximi, hoc eſt, de omnibus miſeriis proximorum. Primum eſt pungitivum, dolorem faciens. Secundum eſt temperativum, dolorem leniens. Tertium ſanativum morbum expellens. Sequitur. *a* Oleum effuſum nomen tuum.] Alia cauſa eſt, quare Sponſa oſculum Sponſi deſiderat; quia, ſcilicet, [nomen tuum] quod eſt Chriſtus, eſt [oleum effuſum,] ideſt, ſuave & jucundum, quaſi dicat Sponſa; quia teipſum nondum amplecti utiliter poſſum, interea odor nominis tui ex deſiderio mecum pernoctabit. Dicitur autem nomen Chriſti oleum, quia reficit laſſos, ſanat languidos, illuminat cæcos, ſupernat omni nomini. Unde *Phil.* 2. Chriſtus factus eſt pro nobis obediens uſque ad mortem; propter quod & Deus illum exaltavit, & donavit illi nomen, quod eſt ſuper omne nomen. Et *Act.* 4. Non eſt aliud nomen datum hominibus ſub cœlo, in quo oporteat nos ſalvos fieri. Vel ſic, [Nomen tuum,] ideſt, fama nominis tui, quod olim clauſum fuit in Judæa; ſicut oleum in vaſe eſt, [oleum effuſum,] ideſt toti mundo manifeſtatum. Vel juxta conſuetum modum Scripturæ, nomen pro nominatione accipitur, ſicut *ibi Pſal.* 19. Protegat te nomen Dei Jacob, ideſt, nominatus Deus Jacob. Et eſt ſenſus, [oleum effuſum nomen tuum,] ideſt, nominatus es oleum effuſum, dolores peccatorum mitigans, dura corda mollificans, triſtes lætificans. De hoc dicitur *Iſa.* 10. Computreſcet jugum a facie olei, & *Iſa.* 61. Ut darem eis coronam pro cinere, & oleum gaudii pro luctu. Vel quia ipſe Sponſus, nonniſi per gratiam nobis innotuit, merito hic per nomen gratiæ ejus accipitur. Et de hoc oleo dicitur *Eccli.* 9. Omni tempore ſint veſtimenta tua candida, & oleum de capite tuo non deficiat. Et *Prov.* 21. Theſaurus deſiderabilis, oleum in habitaculo, vel in tabernaculo Juſti. Hoc oleum effuſum eſt, ideſt, extra vas ſuum fuſum. Vas quidem proprium hujus olei Chriſtus eſt plenum uſque ad ſummum. De cujus plenitudine omnes accepimus gratiam pro gratia. *Joan.* 1. Nomen igitur Sponſi effuſum fuit quaſi oleum in die Pentecoſtes, cum Spiritum ſanctum effudit in diſcipulos. *Act.* 2. Sicut ipſe promiſerat per *Johel.* 2. Et erit, inquit, poſt hæc, effundam de Spiritu meo ſuper omnem. Et quia, [oleum effuſum] eſt nomen tuum.] *b* Ideo adoleſcentulæ dilexerunt te,] ideſt, rudes in fide, qui exuto veteri homine cum actibus ſuis, induerunt novum. *c* Nimis,] ideſt, vehementer. Et ideo feminino genere dicit adoleſcentulæ, quia ardentius amant quam adoleſcentuli: in quo etiam fœcunditas notatur, & humilitas. Quid igitur erit, ſi ad effuſionem ſolius nominis ita diligitur Sponſus, cum res, & veritas ipſius apparebit? De omnibus enim quæ Sponſi ſunt, nihil potuit nominare Sponſa, quod longius a rei veritate eſſet ipſius, quam nomen ejus. Unde dicit *Gloſſ.* Quia te in eſſentia videre non poſſunt, ſola dulcedine nominis tui omnibus rebus anteponunt. *d* Trahe me, &c.] Huculque vox expectantium incarnationem Salvatoris, & dona ipſius commendantium, hic ſubinſertur vox illorum, qui poſt incarnationem ad fidem venerunt. Illa ut Sponſus veniret, & oſculum afferret, rogabat, iſta non eum ad ſe deſcendere, ſed ſe poſt eum ad cœlos aſcendere deſiderat. Sed quia ſe hoc non poſſe conſpicit, auxilium ejus, & ducatum implorat, dicens. *d* Trahe me poſt te,] ſecundum *B. Bern.* loquitur Sponſa ut prius. Sed ſive Synagoga, ſive Eccleſia, ſive quælibet fidelis anima loquatur, non differt; quia omnibus congruit. Quælibet enim trahi indiget, quandiu eſt ſub corpore mortis hujus. Corpus enim quod corrumpitur, aggravat animam, & terrena inhabitatio deprimit ſenſum multa cogitantem. *Sap.* 9. Unde *Apoſt.* clamat: Infelix ego homo! quis me liberabit a corpore mortis hujus? *Rom.* 7. Et *Pſal.* 141. Educ de carcere animam meam. Trahi ergo poſtulat Sponſa, ſive ut augeatur ei perveniendi celeritas; ſive quia retinet eam adhuc propria ponderoſitas, ſive quia retrahit eam mundi ſuavitas. Vel certe ideo precatur trahi a Sponſo: quia nemo venit ad eum, niſi tractus. Unde *Joan.* 6. Nemo venit ad me, niſi Pater meus traxerit illum. Porro quos Pater trahit; trahit & Filius: quia indiviſa ſunt opera Trinitatis, quia indiviſa eſt Poteſtas, Sapientia, & Voluntas. Familiarius autem a filio poſtulat trahi, tamquam a Sponſo proprio, cujus oſculum prius poſtulaverat. Vel:] Trahe me poſt te,] ideſt, vim fer corpori vel carni, ut licet caro repugnet, tamen mentis deſi-

derio

Digitized by Google

derio ſequar te compunctione, & converſione quocunque jeris, Vel. *a* Trahe me poſt te,] per infuſionem gratiæ, ut te ſequar per liberum arbitrium. Vel, [Trahe me poſt te,] quodammodo invitam, ut facias voluntariam: Trahe torpentem, ut reddas currentem, [Trahe,] inquam; [me poſt te,]

a he me poſt te. *b* Curremus in *c* odorem *d* unguentorum tuorum. *e* Introduxit me Rex in *f* cellaria ſua: *g* Exultabimus, *h* & lætabimur in *i* te, k memores uberum tuorum *l* ſuper vinum.

aut terrendo minis, aut cædendo flagellis, aut blandiendo beneficiis, juxta quod dicitur *Oſee* 11.
Inf. a. In funiculis Adam traham te, in vinculis charitatis. Et quid mirum, ſi indiget trahi, quæ poſt gigantem currit, qui ſalit in montibus & tranſilit colles? Ideo Sponſa non valens ſequi, nec volens deſeri, clamat. *a* Trahe me poſt te,] ne curram poſt alios amatores, aut quaſi in incertum. Nec dicit, Trahe me ad te, quaſi cupiens diſſolvi, & eſſe cum Chriſto: quod quidem nolebat adhuc, magis neceſſarium æſtimans manere in carne propter adoleſcentulas, quas ſecum ducere ſatagebat, quæ adhuc ejus auxilio indigebant, ſed ait; Trahe me poſt te, ut converſationis tuæ veſtigia ſequi, & virtutem æmulari, & normam tenere, & morum valeam apprehendere diſciplinam. In his quippe maxime opus eſt adjutorio, quo valeat Sponſa abnegare ſeipſam, & tollere crucem ſuam & ſequi ſponſum, quaſi Ducem & Præceptorem. Trahe igitur me poſt te, ne curram ego ſola, licet ſola trahi petierim, currunt & adoleſcentulæ mecum. Unde ſequitur. *b* Curremus,] ego, ſcilicet, & adoleſcentulæ meo exemplo excitatæ. *c* In odorem unguentorum tuorum,] ideſt, in umbram tuam, vel imitationem operum tuorum, quæ velut unguenta redolent; vel in conſiderationem miraculorum tuorum, quæ infirmos ſanant, velut unguenta: vel in famam ſive opinionem nominis tui, quod eſt oleum effuſum; vel in fidem, & ſpem æternorum bonorum, quæ ſuper omnia unguenta redolent; vel in doctrinam præceptorum. Vel ſic. *b* Curremus in odorem,] ideſt, intra odorem.
d Unguentorum tuorum,] ideſt, in via odorifera, quam tuo tranſitu odoriferam reddidiſti.

Chriſtus enim velut alabaſtrum omnium unguentorum ſpiritualium viam ſanctæ converſationis, quam præcurrendo nobis monſtravit, ineffabili ſuavitate reſperſit, præſertim cum in via ipſum alabaſtrum fractum ſit, & unguenta effuſa. Via ſiquidem hæc, via Crucis eſt, in qua clavis & lancea fractum fuit alabaſtrum, & apotheca diſſipata; unde & largiter emanaverunt unguenta, quorum odor totam hanc viam, & ſolam, mira ſuavitate reſperſit: & quicquid eſt extra viam iſtam, totum ſordet & fœtet. Et ideo Sponſa cum adoleſcentulis ſuis intra viam hanc ſe colligens dicit: Curremus in odorem unguentorum tuorum. Vel: In odorem, ideſt, ad odorem, inveſtigantes per odorem ſuavitatis tuæ, ſicut canis venaticus ad odorem inveſtigat feram. Vel cauſaliter.
c In odorem unguentorum,] in vi odoris & virtute unguentorum tuorum, quo fames & deſiderium tuum excitatur in nobis. Et hoc deſiderium cum tepidum eſt, ambulatio eſt; quando vero vehemens, curſus eſt. Amor enim greſſus eſt, ut dicit *Aug.* & amare eſt proficiſci, ſed vehemens amor curſus. Sed ſi odor unguentorum tantæ virtutis eſt, ut currere faciat, quid faciet unctio? Revera, volare velociter. Aut etiam humiliter, dicit Sponſa: Curremus in odorem unguentorum, non in noſtrorum fiducia meritorum, nec in magnitudine virium noſtrarum, ſed in multitudine miſerationum tuarum; quia non eſt volentis, neque currentis; ſed Dei miſerentis, *Rom.* 9. Sponſus volavit, quia unctionem habuit. Unde *Pſal.* 17. Volavit ſuper pennas ventorum. Sponſa vero currit, quia tantum odorem ſentit. Sed oritur quæſtio; Cur ſingulariter ſe trahi petiit Sponſa: & adoleſcentulas non adjunxit ſecum, ut non, trahe me poſt te, ſed trahe nos poſt te, diceret? Nunquid Sponſa trahi indiget, & non magis adoleſcentulæ? Ad hoc dicit *B. Ber* quod charitas ita poſtulabat dici. Duplex eſt enim auxilium Sponſi. Unum per correctionem, aliud per conſolationem. Illud foris exercet, iſtud interius viſitat. Illud trahit, iſtud currere facit. Trahimur enim cum tentationibus & tribulationibus exercemur: Currimus autem cum internis conſolationibus, & inſpirationibus viſitamur. Sponſa igitur, quod auſterum & durum eſt: ſibi quaſi forti & perfectæ retinet, & ideo ſingulariter dixit: Trahe me. Quod autem dulce, & ſuave eſt, adoleſcentulis quaſi novitiis, & infirmis communicat, & ideo dicit: Curremus in odorem unguentorum tuorum, ſocias conſolationis habere voluit Sponſa, non laboris. Ita fecit & Sponſus. Solus enim ad paſſionem venit: ſolus in infernum deſcendit, ſed cum multo comitatu cælos glorioſus aſcendit. Signanter autem Sponſa ſe curſuram cum adoleſcentulis in odorem unguentorum promittit: quod non auſa fuit promittere Synagoga cum vetulis ſuis; qui non odorem unguentorum, ſed duritiam flagellorum ſenſerunt. Non enim Moyſes unguenta attulit, ut eas ungeret, & attraheret; ſed ignem, & ferrum, ut eas ureret & ſecaret. Sed Chriſtus cum unguentis ſuis venit, ut Sponſam cum adoleſcentulis ejus ungeret, non ſolum ad ſanitatem & ſpecioſitatem; ſed etiam ad Sacerdotalem, & Regiam Dignitatem, ut dicitur *Apoc.* 5. Dicit ergo Sponſa: Synagoga cum vetulis ſuis in timore flagellorum fuit a te; ego vero & adoleſcentulæ in odorem unguentorum curremus ad te.

Vel odor unguentorum Sponſi poteſt accipi opinio converſationis & prædicationis ejus, per quem multi ad eum currunt. Unde *Matt.* 4. Abiit opinio ejus per totam Syriam, & obtulerunt ei omnes male habentes variis languoribus & tormentis comprehenſos, & qui Dæmonia habebant, & lunaticos, & paralyticos: & curavit eos: & ſecutæ ſunt eum turbæ multæ. Quippe ſentiebant fragrantiam unguentorum ejus. Sequitur. *e* Introduxit me Rex in cellaria ſua,] Dixerat Sponſa, quia currendum eſt, & in quo & poſt quem, ſed quo currendum ſit, non dixerat: nunc convertens ſe ad juvenculas ſuas, quas ſecum curſuras promiſerat, quod currant oſtendit, ſcil. in cellaria Sponſi, in odorem qui ex ipſis procedit. Sed nunquid pariter currebat Sponſa, & adoleſcentulæ? Sic revera. Sed quæ amat ardentius, currit velocius, & ideo pervenit citius: & perveniens non repulſionem paſſa eſt, ſed ſine mora quaſi chariſſimæ aperitur ei, & introducitur. Quod ut ſibi congaudeant, & currere non deſiſtant, annunciat adoleſcentulis ſuis dicens. *e* Introduxit me Rex,] ideſt, Sponſus meus. *f* In cellaria ſua,] ideſt, in præſentem Eccleſiam, ubi omnia neceſſaria vitæ ſpiritualis ſunt repoſita. Pluraliter dicit, [cellaria,] quia multæ ſunt Eccleſiæ ſingulares, quamvis una ſit univerſalis: quia, & arca Noe una fuit; tamen multas cameras, & diſtinctiones habuit. Sed quomodo Sponſa introducta dicitur in cellaria hæc, cum ipſa ſit ipſa cellaria? Reſponſio. Per ſui conſiderationem. Sicut Petrus ad ſe reverſus dicitur. *Act.* 12. Vel univerſaliter in ſingulis perſonis. Singuli enim in Eccleſiam introducti ſunt per fidem, & omnes ſimul ſunt ipſa. Vel cellaria Sponſi ſunt diverſæ intelligentiæ ſacræ Scripturæ. Primum cellarium eſt hiſtoria, quæ eſt quaſi grangia palearia, ſolum cibum continens jumentorum. Secundum eſt tropologia, in qua ſunt tres cellæ. Prima eſt frumenti vini, & olei, ad reficiendum. Secunda pigmentorum, & aromatum ad delectationem. Tertia eſt unguentorum ad ſanitatem, & medicationem. Moralitas enim reficit comedentes, delectat audientes, ſanat atentes. Tertium cellarium eſt allegoria, quod continet arma militantium, ſc. ſcuta aurea, & loricas, & lanceas, quas fecit Salomon 3. *Reg.* 10. ideſt, myſteria Chriſti, & Eccleſiæ militantis. Quartum cellarium eſt anagoge, quod non niſi aurum probatiſſimum continet, & lapides pretioſos. Agit enim tantum de Eccleſia triumphante, & de his, quæ ad eam pertinent.

Et de his cellariis dicitur *Prov.* 24. in doctrina replebuntur cellaria univerſa ſubſtantia pretioſa atque pulcherrima. Vel, Introduxit me Rex in cellaria ſua,] ideſt in Eccleſiam triumphantem ſpe, tandem ſe introducendam. Pluraliter autem dicit, cellaria propter omnimodam copiam bonorum, quæ ibi eſt, ut dicit *Gloſ.* Vel, quia in domo Patris mei manſiones multæ ſunt, ut dicit Dominus *Jo.* 14. Sequitur. *g* Exultabimus, & lætabimur in te,] per Apoſtropham loquitur ad Sponſum, non elata de perceptis beneficiis, ſed grata, dicit. *g* Exultabimus,] corpore, cum bonorum operum atteſtatione. *h* Et lætabimur,] anima, cum bona voluntate. *i* In te,] a quo recognoſcimus, quicquid boni habemus, non in nobis; ſed in te glorianteſ ſicut in auctore. Neque cellariis tuis, ut mercenarii; ſed in te tantum ut filii: quia qui gloriatur, in Domino glorietur 2. *Cor.* 10.
k Memores uberum tuorum,] ideſt: præceptorum tuorum, vel donorum: aut doctrinarum tuarum exiſtentium. *l* Super vinum,] ideſt meliorum vino, ideſt, auſteritate legis, aut dulcedine carnalium deſideriorum, quæ mentem inebriant, aut ſuavitate omnis jucunditatis, & felicitatis terrenæ, quæ lætificat. Et nota, quod non dicit in præſenti, exultamus, & lætamur in te; quoniam introductio iſta ſpei eſt, & gaudium ſpei, Sponſam non detinet, ſed ſuſpendit, & extendit in futurum. Neque eam implet aut ſatiat; ſed majori fame, & ardentiori deſiderio accedit & dilatat: ideo rectius dicit ſponſa,

Exultabimus, & lætabimur, in futuro. Alioquin abſorpta, & contenta videretur præſenti gaudio, quod eſt ſpei. Et poteſt

teſt referri exultatio ad effectum, & lætitia ad intellectum, quaſi dicat Sponſa: Introduxiſti me, Sponſe, in cellaria tua; & ſcio, quod non excludes adoleſcentulas meas: ideo cum introductæ fuerint mecum; exultabimus, torrente voluptatis tuæ inebriatæ. Et lætabimur fulgore tuæ virtutis illuſtratæ, in te, in viſione tui, in dilectione tui, in fruitione tui:

B Vel, Exultabimus, ideſt, extra nos ſaltabimus amoris tui ſtimulis concitatę. Et lætabimur, conſolationibus tuis & gaudiis delinitę: Et prius ponitur exultatio

al. ſpelliſ.

a Recti diligunt te, *b* Nigra ſum, ſed *c* formoſa, *d* filiæ Jeruſalem, *e* ſicut tabernacula Cedar: ſicut † *f* pelles Sa-

affectus, quam lætitia intellectus: quia illis ſolis promittit Sponſus aſpectum ſuæ pulchritudinis, qui in illum exultaverint deſideriis ſancti amoris. Secundum *B Ber.* vox eſt adoleſcentularum. Exultabimus, & lætabimur in te, loquentium Sponſę, & congratulantium introductę in cellaria Sponſi tui, & confidentium, quod & ipſę aliquando introducantur: & quod Sponſa de muneribus perceptis a Sponſo, communicabit eis. Dicunt ergo adoleſcentulæ: Nunc introducta es, o Sponſa, in cellaria Sponſi tui; ideo exultabimus & lætabimur in te, non in nobis, quia nondum meruimus introduci. Nos, inquam, exultabimus, &c. uberum tuorum, quibus lactas nos parvulas, quaſi dicat, æquanimiter ſuſtinemus, donec veneris, ſcientes te plenis uberibus ad nos reverſuram.

Quod autem adjungunt: Super vinum, ſignificat eas carnalium recordatione deſideriorum, quæ vino deſignantur adhuc ſollicitatas: tamen eas memores ſuavitatis fluentis ex uberibus ſuæ matris. Sequitur. *a* Recti diligunt te,] verba ſunt adoleſcentularum adhuc Sponſæ loquentium, ſecundum *B. Bern.* quod dicunt propter aliquas de numero ipſarum, quæ non idem ſapiebant, licet pariter currere viderentur, murmurantes & matri invidentes, eo quod ſola cellaria introiſſet. Quibus ut ſatisfaciat Sponſa, reſpondet: Nigra ſum, ſed formoſa, filiæ Jeruſalem, &c.

Hoc eſt, quod dicit Apoſt. 2. *Cor* 11. Periculis in falſis fratribus. Igitur propter invidentes & murmurantes ſorores dicitur Sponſæ ab his, quæ bonæ: ab his, quæ ſimplices, quæ humiles, quæ manſuetæ ſunt: Recti diligunt te, quaſi dicat non cures de iniqua reprehenſione blaſphemarum ſororum; quia recti diligunt te.

Recti autem ſunt, ut dicebat *B. Bern.* qui fide catholici, & opere juſti ſunt. Non enim ſola fides rectum facit: quia fides ſine operibus mortua eſt. *Jac.* 2. Nec opus ſine fide rectum facit: quia ſine fide impoſſibile eſt placere Deo, *Heb.* 11. Alibi deſcribitur rectum, cujus media non exeunt ab extremis. Extrema noſtra ſunt Alpha & Omega, ideſt, Deus principium, & Deus finis. Unde illi ſunt recti qui in ſuis operibus habent Deum principium & finem. Tales nec per amorem in dexteram, nec per odium exeunt in ſiniſtram ab illo: quia nec nimis amant dexteram proſperitatis; nec nimis odiunt ſiniſtram adverſitatis.

De his certum eſt, quod diligunt Sponſam, ſecundum quod eſt vox adoleſcentularum ad Sponſam. Quia ſit vox Sponſæ ad Sponſum. Sunt autem quatuor, propter quę amari ſolent homines a Sponſis ſuis: potentia, ſapientia, divitiæ, & pulchritudo. Et propter eadem amandus eſt Chriſtus. Sapiens enim eſt in creatione, potens in gubernationes, dives in poſſeſſione, pulcher in Majeſtate. Et hæc quatuor tangit Paulus breviter ad *Hebr.* 1. Quem conſtituit hæredem univerſorum, ecce dives: per quem fecit & ſæcula, ecce ſapiens: qui cum ſit ſplendor gloriæ, ecce pulcher: portanſque omnia verbo virtutis ſuæ, ecce potens. Eſt autem in univerſo triplex onus amoris. Siquidem a nobis exigit proximus pietatem, Angelus puritatem, Deus charitatem. Sic enim ait Sponſus *inf.* 6. Pulchra es, amica mea, ſuavis & decora. Pulchra utilitate pietatis, ſuavis planitie puritatis, decora perfectione charitatis. Pulchra proximo, ſuavis Angelo, decora ſponſo, & ideo timenda inimico. Unde ſequitur in illa auctoritate. Terribilis ut caſtrorum acies ordinata. Sequitur. *b* Nigra ſum, ſed formoſa, filiæ Jeruſalem,] Vox eſt Sponſæ ad adoleſcentulas exhortantis eas ad perſeverantiam, & tolerantiam paſſionum: & murmur blaſphemantium compeſcentis, quaſi dicat: O adoleſcentulæ, vos vultis in cellaria introduci, & mecum currere vos promittitis, ſed non deterreat vos afflictio, vel tribulatio: quia per hæc virtutum pulchritudinem acquiretis, ſicut ego. Et hoc eſt, *b* Nigra ſum,] exterius, preſſuris tribulationum, & ſordibus pœnitentiæ, *c* Sed formoſa,] & interius virtutum decore. *d* Filiæ Jeruſalem,] ſupernæ. De qua *Gal.*4. Illa, quæ ſurſum eſt, Jeruſalem libera eſt, quæ eſt mater noſtra. Adoleſcentulas vocat filias Jeruſalem, quia fide, ſpe & deſiderio tendunt ad viſionem

Propter quatuor ſolent amari homines a ſponſis ſuis.

Triplex onus amoris.

pacis æternæ. Et licet inter eas fuerint aliquæ murmurantes & blaſphemantes, tamen omnes vocat filias Jeruſalem, tum propter Sacramentorum ſuſceptionem: tum propter fidei confeſſionem, quæ bonis & malis communis eſt: tum propter fidelium ſocietatem, aut certe propter ſpem futuræ ſalutis, a quo non ſunt penitus deſperandæ, dum ſunt in via. Qualiter autem nigram ſe, & formoſam Sponſa dicat, determinat ſubjungens. *e* Sicut tabernacula Cedar,] filiæ Iſmaelis. De quo ſcriptum eſt, *Gen.* 16. Manus ejus contra omnes: & manus omnium contra eum. *f* Sicut pelles Salomonis,] Redde ſingula ſingulis. Nigra ſum, foris, ſicut tabernacula Cedar, quæ expoſita erant ventis & procellis; ita Eccleſia tribulationibus & perſecutionibus expoſita ſemper & in militia eſt: ſed formoſa, interius, ſicut pelles Salomonis, rubricatæ, quibus texit tabernaculum, ut dicit *Gloſſ.*

Sed unde habet Gloſſ. hoc, cum nuſquam in Biblia legatur, quod Salomon uſus fuerit pellibus ad tegendum tabernaculum, vel templum, vel arcam, licet hoc Doctores aliqui doceant? Revera de David legitur 2. *Reg.* 7. quod dixit ad Nathan Prophetam. Videſne, quod ego habitem in domo Cedrina, &c. Et 1. *Paral.* 18. dicitur. Cum habitaret David in domo ſua, dixit ad Nathan Prophetam: *Ecce* habito in domo Cedrina; arca autem, &c. Quare ergo nominat hic Scriptura Salomonem potius, quam David? Reſponſio eſt. Quia non David, ſed Salomon nobilius arcæ operimentum ædificavit, ſcil. templi, de quo veriſimile eſt, quod pluribus pretioſis pellibus texerit arcam, donec templum ædificaſſet, ſicut præceperat Dominus *Num.* 4. ut, ſcil. pallio Hiacynthino arca, & alia vaſa tabernaculi operirentur. Vel nigram ſe dicit Eccleſia in pœnitentibus, formoſam in innocentibus. Vel nigram in activis, formoſam in contemplativis. Unde *inf.* 5. Cum vocaretur exire ad laborem activæ, reſpondit: Lavi pedes meos, quomodo iterum inquinabo illos? Vel nigram ſe dicit ſecundum ſtatum præteritum, quo fuit ſub peccato, formoſam ſecundum præſentem, quo lota eſt in Baptiſmo, & purificata fide.

Vel ſic. *b* Nigra ſum ſicut tabernacula Cedar,] ideſt, obſcura & tenebroſa peccatis, ſecundum judicium mundi. Unde dicit *Interlin.* hic, ſicut, non pro veritate, ſed pro æſtimatione inſipientium ponitur, qui Eccleſiam putant vitiorum, vel Dæmonum manſionem; ſed formoſa ſum in veritate, ſicut pelles Salomonis, hic, ſicut, pro veritate ponitur. Vel.

Myſtice. Poteſt hoc exponi ſecundum nominum interpretationem. *Myſtice.*

Interpretatur enim Cedar tenebræ, & Eccleſia æſtimatur ab impiis tabernaculum tenebrarum, ideſt, vitiorum, vel Dæmonum. Salomon interpretatur pacificus, & ſignificat Chriſtum, cujus pelles ſunt Apoſtoli, & Martyres tabernaculum tegentes, ideſt, Eccleſiam protegentes. Unde *Job* 2. Pellem pro pelle, & cuncta, quæ habet homo dabit pro anima ſua. Pelles enim Apoſtolorum, & Martyrum dedit Chriſtus pro pelle infirmorum. Unde Paulus 2. *Cor.* 12. Superimpendar ipſe pro animabus veſtris. In his non tantum formoſa, ſed etiam nigra fuit Eccleſia ſecundum mundi æſtimationem. Unde 1. *Cor.* 4.

Tanquam purgamenta hujus mundi facti ſumus omnium peripſema uſque adhuc.

Vel [Nigra ſum,] in oculis meis, & propria conſideratione [ſed formoſa,] in oculis Sponſi.

Vel [Nigra ſum,] nigredine propriæ conditionis, [Sed formoſa,] muneribus Sponſi, qui me decoravit virtutum decore. Vel in his verbis ſuggillat Sponſa latenter adoleſcentulas murmurantes, & commendat manſuetas: Et eſt ſenſus: [Nigra ſum ſicut tabernacula Cedar,] in quibuſdam veſtrum; [filiæ Jeruſalem; ſed formoſa ſum, ſicut pelles Salomonis,] in aliis. Breviter ergo. Nigram ſe dicit tribulatione, ſed formoſam charitate. Nigram ſtudio humilitatis, ſed formoſam exiſtentia veritatis. Nigram corporalibus miſeriis, ſed formoſam cœleſtibus deſideriis. Nigram oculis inſipientium, ſed formoſam intellectibus ſapientium. Nigram judicio mundi, ſed formoſam arbitrio Dei. Nigram in conſpectu impiorum, ſed formoſam judicio Angelorum. Nigram perverſe viventibus æterna ſupplicia comminando, ſed formoſam ſancte converſantibus æterna præmia promittendo.

Nigram per corporis vilitatem, ſed formoſam per animæ ſanctitatem. Nigram in terris, ſed formoſam in cœlis.

Nigra mala temporalia patiendo, ſed formoſam æterna gaudia ſperando.

Audi formoſam ſpe gaudentes, audi nigram in tribulatione patientes. *Rom* 12. Paulus niger, cum lapidatus; ſed formoſus, cum ad cœlum raptus.

Ipſe Sponſus niger fuit in paſſione; ſed formoſus in reſurrectione.

Digitized by Google

ction e. Sequitur. *a* Nolite me conſiderare quod fuſca ſim] quaſi dicat Sponſa, O adoleſceutulæ, revera nigra ſum, ſed nolite conſiderare, ideſt, intueri, quæ patior, ſed potius attendite fructum qui ſequitur, & animum quo patior, & cauſam pro qua patior. Non enim naturalis eſt hæc nigredo, ſed accidentalis.

lomonis. *a* Nolite me conſiderare quod fuſca ſim, *b* quia decoloravit me Sol. *c* Filii matris meæ *d* pugnaverunt contra me. *e* Poſuerunt me cuſtodem in vineis: *f* vineam meam non cuſtodivi.

b Quia decoloravit me Sol,] ideſt, æſtus tribulationis. Vel, [Sol juſtitiæ] ideſt, Chriſtus, pro cujus amore dimiſi mundum, & mundi colorem, & tribulationibus me expoſui. Item Sol Eccleſiam coloravit in nativitate, decoloravit in paſſione, recoloravit in reſurrectione. Item coloravit B. Virginem in conceptione infuſione gratiæ, decoloravit in paſſione doloris, recoloravit in aſſumptione gloria immortalitatis. De coloratione dicitur *Luc.* 1. Ave gratia plena. De decoloratione dicitur *eodem* 2. Et tuam ipſius animam pertranſibit gladius. De recoloratione dicitur *infr.* 6. Quæ eſt iſta quæ progreditur quaſi Aurora conſurgens, pulchra ut Luna, &c. Sequitur. *c* Filii matris meæ, &c.] Vox eſt Eccleſiæ primitivæ, quæ a Synagoga originem duxit, a cujus filiis, ideſt, Judæis perſecutiones ſuſtinuit. Sicut Paulus Synagogæ filius, qui primitivam Eccleſiam impugnavit, ſicut ipſemet teſtatur 1. *Tim.* 1. Sed pœnitentia ductus ad ſororis ſigna converſus, fidem prædicavit quam prius impugnaverat. Mater Eccleſiæ, ideſt, Synagoga iſtos filios, qui contra ſororem ſuam pugnaverunt, non ex utero legitimo ſuſcepit, ſed ex adultero, ſicut dicit *Joan.* 8. Vos ex patre Diabolo eſtis. Et ideo vir ejus legitimus, ideſt, Chriſtus repudiavit eam, ſicut legitur *Iſ.* 50. Quis eſt iſte liber repudii matris veſtræ, quo dimiſit eam? Et *Oſee* 2. Judicate matrem veſtram, judicate, quia non ipſa uxor mea, & ego non vir ejus. Filii Synagogæ fuerunt Annas, & Caiphas, & Judas Scarioth, & Scribæ, & Phariſæi, & hi homines contra Eccleſiam Synagogę filiam in ipſo ortu ipſius acerbiſſime pugnaverunt, quia virum ejus in ligno ſuſpenderunt. Et fortaſſis vox Eccleſiæ eſt ipſa in cantico Ezechiæ. *Iſ.* 38. Præciſa eſt velut a texente vita mea, dum adhuc ordirer, &c. De illis vero, & aliis, qui Chriſtiano nomini contradixerunt ſcienter, dicit Eccleſia. [Filii matris meæ,] Signanter autem filios matris ſuæ dicit, & non patris, quia non ex Deo, ſed ex patre Diabolo erant homicidæ, ſicut ille homicida fuit ab initio. *Joa.* 8. Ideo non dixit fratres mei, aut filii patris mei, ſed [filii matris meæ pugnaverunt contra me.] Sed cum Eccleſia ſæpiſſime ab aliis atque aliis nationibus fuerit impugnata, ſicut ipſa dicit per *Pſalm.* 128. Sæpe expugnaverunt me a juventute mea, quid de filiis matris ſuæ tantum conqueritur?

Aliter. Reſponſio. Quia malum a domeſticis irrogatum moleſtius ſuſtinetur. Unde *Pſ.* 54. Si inimicus meus maledixiſſet mihi, ſuſtinuiſſem utique; & ſi is, qui oderat me, ſuper me magna locutus fuiſſet, &c. Item aliter exponitur de univerſali Eccleſia moderna, cujus mater eſt Eccleſia primitiva. Filii vero ejus ſunt omnes Chriſtiani, ſed quidam nomine tantum, & temporalis hæreditatis participatione filii ſunt, non oneris, & laboris comportatione. De iſtis dicit Eccleſia conquerendo. *c* Filii matris meæ,] ideſt, Eccleſiæ primitivæ. *d* Pugnaverunt contra me] diſſenſionibus, & ſciſſuris, detractionibus, & omni genere vitiorum. Iſti quanto propinquiores, tanto deteriores. Unde verum eſt de iſtis, illud *Mich.* 7 Filius contumeliam facit patri ſuo; filia conſurgit adverſus matrem ſuam, nurus contra ſocerum ſuam, & inimici hominis domeſtici ejus. Hi fures ſunt, & latrones, quærentes in Eccleſia Dei, quæ ſua ſunt, non quæ Jeſu Chriſti, ut dicit *Aug.* De quibus dicit *Job* 19. in perſona Eccleſiæ. Simul venerunt latrones ejus, & fecerunt ſibi viam per me. Hi ſunt, qui rupto muro Eccleſiæ, & aperta janua irruerunt ſuper eam, & ad miſerias ejus devoluti ſunt, ut dicitur *Job* 30. Rupto ſiquidem muro canonicæ inſtitutionis non curant intrare per oſtium, ſed undecunque irruentes aſcendunt. Unde Dominus dicit *Joa.* 10. de illis: Omnes, quotquot venerunt fures ſunt, & latrones. Hi ſunt, de quibus *Ezec.* 23. Cum veniſſent ad eam filii Babylonis ad cubilem mammarum, &c. Unde *infr.* de illis ſequitur: Ingreſſi ſunt ad eam, quaſi ad mulierem meretricem, ideſt, precibus, & pretio. De his etiam dicitur *Job* 30. In multitudine eorum conſumitur veſtimentum meum, ideſt decor, & ornatus Chriſtianæ religionis, & clericalis converſationis. Hanc multitudinem filiorum ſuſcepit Eccleſia non ex Sponſo proprio, ſed ex adulteris, ideſt, malis Prælatis, qui fratri mortuo, ideſt, Chriſto non filios ſuſcitant, ſed hoſtes nequiſſimos generant ſibi, non filios; quia quales ipſi ſunt, tales in Eccleſia conſtituunt, ut habeant teſtes nequitiæ ſuæ, ſicut legitur *Sap.* 4. Ex iniquis omnes filii qui naſcentur, teſtes ſunt nequitiæ adverſus parentes interrogatione ſua, qualis enim pater, talis filius; & quod natum eſt ex carne, caro eſt, *Joan.* 3. Contra iſtos clamat *Pſ.* 78. Deus venerunt gentes in hæreditatem tuam, polluerunt templum ſanctum tuum &c. Breviter hæc eſt pugna Cain & Abel, *Gen.* 4. Iſmael & Iſaac, *Gen.* 21. Saul & David, 1. *Reg.* 12. & *infra per totum*. Eſau & Jacob, *Gen.* 25. Unde dicit *Apoſt. Gal.* 4. Quomodo is, qui ſecundum carnem natus fuerat, perſequebatur eum, qui ſecundum ſpiritum, ita & nunc. Sed ſciendum quod non hi qui filii carnis ſunt, æſtimantur filii miſericordiæ, ſed qui ſunt filii promiſſionis, ſicut legitur *Rom.* 9. Et de his filiis dicit *Pſ.* 17. Filii alieni mentiti ſunt mihi, &c. Et *Iſ.* 1. Filios enutrivi, & exaltavi, ipſi autem ſpreverunt me. Et *inf.* Væ genti peccatrici, populo gravi iniquitate, ſemini nequam, filiis ſceleratis.

Moraliter. In perſona cujuſlibet hominis poteſt dici. *c* Filii matris meæ pugnaverunt contra me.] Mater quippe cujuſlibet hominis eſt Eva. Hæc tres filios genuit, & generat quotidie in nobis, ſcil. motus culpabiles, affectiones pœnales, perverſos fratres. Ex ea enim culpa habuit initium, ex ea miſeria venit in mundum, ex ea ortum eſt totum genus humanum. Primi filii pugnaverunt intra nos, ſecundi circa nos, tertii contra nos. De primis dicitur *Rom.* 7. Video aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis meæ, &c. De ſecundis dicitur in *Pſ.* 17. Circumdederunt me gemitus mortis. De tertiis, 1. *Mach.* 2. Ecce ſancta noſtra, pulchritudo noſtra, & claritas noſtra deſolata eſt, &c. De his tribus hoſtibus rogat ſe erui, *Pſ.* 68. ubi ait: Eripe me de luto, ut non infigar, ecce primi: libera me ab his qui oderunt me, ecce ſecundi; & de profundis aquarum, ecce tertii. *Moralit.*

Dicat ergo quilibet: [Filii matris meæ pugnaverunt contra me.] Primi maculando, ſecundi mortificando, tertii murmurando, & ſchiſmata faciendo. Sed primos vincimus per Dominicæ paſſionis jugem conſiderationem. Unde *Pſ.* 136. Beatus qui tenebit, & allidet parvulos, &c. Secundos ſuperamus per ſancti laboris occupationem. Unde *Prov.* 21. Deſideria occidunt pigrum, ſic per contrarium laborantem non lædunt. Tertios per patientiam vincimus. Unde *Luc.* 21. In patientia veſtra poſſidebitis animas veſtras. Aliqui exponunt hoc de Diabolo, & Angelis ejus, qui fuerunt filii illius ſupernæ Jeruſalem, quæ ſurſum eſt mater noſtra, ex qua lapſi ſunt, nec ceſſant impugnare ſororem ſuam Eccleſiam, ut recte conquerens dicat: [Filii matris meæ, &c.] Sequitur. *e* Poſuerunt me, &c.] Vox eſt Eccleſiæ primitivæ, quæ poſtquam ſe afflictam a contribulibus oſtendit, ſubjungit, quantum per hanc afflictionem profecerit. Multum quidem, quia cum ante mortem B. Stephani omnes erant Jeroſolymis congregati Diſcipuli, orta perſecutione Judæorum contra illos, expulſi de Jeruſalem diſperſi ſunt per orbem, & verbo prædicationis plurimos converterunt ad fidem. Et ita Eccleſia relicta vinea ſua, ideſt, loco vineæ ſuæ, ideſt, Jeruſalem, plurimas vineas recepit. Et hoc eſt: [Poſuerunt me, &c.] Et eſt littera legenda retrograde ſic. *f* Vineam meam, &c.] ideſt, locum vineæ meæ incuſtoditum dimiſi, non voluntate, ſed expulſa a Judæis, qui expellentes, & perſequentes. *e* Poſuerunt, &c in vineis.] Gentium excolendis, quaſi dicat, vineam meam abſtulerunt mihi, plurimas neceſſitates dederunt. Singulariter dicit. [Vineam,] pro Eccleſia Judæorum, quæ illo tempore erat in loco uno, ideſt, in Jeroſolymis congregata. Hanc dicit ſuam, quia ad eam ſpecialiter excolendam fuit miſſa. Unde *Matt.* 10. In viam Gentium ne abieritis, & in civitates, &c. Pluraliter dicit [vineis,] pro Eccleſia Gentium, quia in pluribus locis diffuſa eſt. Aliter exponitur, ut ſit vox Synagogæ, cujus mater fuit cętus Patriarcharum, ex quibus Prophetæ & Apoſtoli fuerunt & primi credentes, quos vocat Synagoga filios matris ſuæ, dicens. *c* Filii matris meæ,] ideſt, Prophetæ, & Apoſtoli de radice Patriarcharum procedentes. *d* Pugnaverunt contra me,] gladio verbi Dei, & ſagittis acutis auctoritatum ſanctæ exhortationis, & veræ poſitionis. *e* Poſuerunt me cuſtodem in vineis,] ideſt, ad vile tugurium, de magna amplitudine habitationis redegerunt. Unde *Iſ.* 1. Derelinquetur filia Sion ſicut umbraculum in vinea, & ſicut tugurium in cucumerario. Sed quare hoc? Quia *f* Vineam meam,] ideſt, legem Moyſi [non cuſtodivi. *e* Poſuerunt me, &c.]

Moraliter ſecundum B. *Greg.* vineę noſtræ, quibus poſiti ſumus cuſtodes, ſunt actiones noſtræ. Vinea cujuſlibet eſt mi- *Moral.*

niſterium

niſterium deputatum ſibi quod ſepe non cuſtodit, dum intendit alienis negotiis. Unde in perſona cujuſlibet dicitur: [Poſuerunt me cuſtodem in vineis,] ideſt, proviſorem & procuratorem in negotiis alienis: & ideo [Vineam meam, non cuſtodivi,] ideſt, proprium miniſterium non bene exercui, vel neglexi. *B. Bern.* exponit hoc de ſeipſo: & per conſequens de quolibet Prælato, hoc modo, vocans vineas animas ſubditorum; vineam autem ſuam dicit animam propriam, cujus vitis fides eſt, palmites virtutes, botrus bonum opus, vinum devotio. Et recte vitis fides dicitur, & virtutes palmites: quia ſine fide impoſſibile eſt placere Deo. *Heb.* 11. Et *Rom.* 14. Omne quod non eſt ex fide, peccatum eſt. Botrus ex palmite naſcitur, & opus ex virtute. Vinum ex botro exprimitur, & devotio de opere bono in corde oritur. Dicit ergo Salomon in perſona cujuſlibet Prælati. [Poſuerunt me cuſtodem in vineis,] meis excolendis, propagandis, putandis, purgandis, ut fructum plus afferant: ſed ego, [vineam meam non cuſtodivi,] a beſtiis vitiorum. Reprehendit igitur Salomon illos, qui cuſtodem faciunt aliorum eum, qui ſe unicum non ſufficit cuſtodire. Male enim cuſtodit alios, qui ſe cuſtodire neſcit. Unde 1. *Tim.* 3. Si quis domui ſuæ præeſſe neſcit, quomodo Eccleſiæ Dei diligentiam habebit? *B. Bern.* Miror, inquit, audaciam plurimorum; quos videmus de ſuis vineis non colligere niſi ſpinas, & tribulos: vineis enim dominicis etiam ſe ingerere non vereri, fures ſunt & latrones; non cuſtodes vel cultores. Hoc illis. Væ autem mihi etiam nunc a periculo vineæ meæ, heu! deſtructa eſt maceria ejus: vindemiant eam omnes, qui prætergrediuntur viam: patet expoſita triſtitiæ, iracundiæ, atque impatientiæ pervia: demoliuntur eam ſædulæ quædam vel peculę inſtantium neceſſitatum: irrumpunt undiq; anxietates, ſuſpiciones, ſollicitudines, turbæ diſcordantium cauſarum, moleſtiæ nulla hora deſunt; Non eſt prohibendi facultas, nec copia declinandi, ſed nec orandi ſpatium. Quo imbre lacrymarum perfundere ſufficiam ſterilitatem vineę meæ? Quibus lacrymis ego rigabo ſterilitatem vineæ meę? Omnes palmites ejus aruerunt præ inopia, jacent ſine fructu, eo quod non habeant humorem. Sunt autem quatuor genera lachrymarum, quarum humore debet rigari & fęcundari vinea cujuſlibet, & maxime Pręlati. Primæ ſunt pro incolatu hujus miſeriæ, & hæ potant ſitientem animam. Secundæ pro amiſſione gratię & commiſſione culpę, & hę lavant immundam. Tertię pro horrore gehennę, & hę humectant animam aridam. Quartæ pro deſiderio patriæ, & hæ irrigant jam fœcundam. De primis dicit *Pſ.* 79. Potum dabis nobis in lacrymis in menſura. De ſecundis *Pſ.* 6. Lavabo per ſingulas noctes lectum meum, &c. De tertiis, *Pſ.* 114. Eripuit animam meam de morte, oculos meos a lacrymis, pedes meos a lapſu. De quartis, *Pſ.* 42. Fuerunt mihi lacrymę meę, &c. Et *Pſ.* 136. Super flumina Babylonis, &c. Hæc quatuor genera lacrymarum, ſunt quatuor flumina, quæ exeunt de Paradiſo. Primæ lacrymę ſunt primus fluvius, ideſt, *Phiſon*, qui dicitur oris mutatio, & circumit terram Evilath, quod interpretatur parturiens: quia lacrymę pro hac miſeria quidam partus doloris ſunt, & os ridentium in vocem flentium noverunt optime commutare. Secundæ ſunt ſecundus fluvius, i. e., *Geon*, qui interpretatur hiatus terræ, & circumit terram Æthyiopiæ: quia lacrymę pro nigredine peccatorum hiatum faciunt per confeſſionem. Tertiæ lacrymæ ſunt tertius fluvius, ideſt, *Tigris*, & vadit contra Aſſirios, per quos Dæmones deſignantur. Nam & per tertias lacrymas gehennæ ignis extinguitur, & Dæmones effugantur. Quartæ lacrymæ ſunt quartus fluvius, i. *Euphrates*, qui frugifer interpretatur, quia lacrymæ devotionis fructum multiplicem habent: quia mentem, quam rore cęleſti perfundunt, quadam pinguedine reficiunt. Hic fluvius non dicitur circuire aliquam terram; quia lacrymæ devotionis nullo modo terrę termino concluduntur. Primæ ſunt circa mundum, ſecundæ circa peccatum, tertię circa ſupplicium ęternum, quartę vero circa Deum, qui ubique eſt. Et ideo quartus fluvius circa nullius terrę circuitus deſignatur. Exponitur etiam in bono, in perſona boni Pręlati, qui non quęrit, quæ ſua ſunt, neque quod ſibi utile eſt; ſed quod multis: qui vineam ſuam, i. e. vitam cuſtodire negligit in hoc mundo, ut eam cuſtodiat in æternum. Juxta hoc, quod dicitur, *Jo.* 12. Qui odit animam ſuam in hoc mundo, in vitam æternam cuſtodit eam. Revera qui talis eſt, idoneus eſt, & dignus, ut ponatur cuſtos in multis vineis. Propterea Petro credita eſt tot vinearum cuſtodia; quia paratus erat cum Domino, & in carcerem, & in mortem ire: Et Paulo ſimiliter credita eſt ſilva per maxima vinearum, quia non ſolum alligari, sed & mori in Jeruſalem paratus fuit, propter nomen Domini Jeſu. Nihil, inquit, horum vereor: neque facio animam meam pretioſiorem, quam me. *Act.* 20. Et *Jo.* 10. Bonus Paſtor animam ſuam dat pro ovibus ſuis. Dicit ergo talis quilibet, [Vineam meam non cuſtodivi] ſupple, in hoc mundo, juxta Hippocratis auctoritatem, aut Galeni dogmata, ſed potius perdidi, juxta Domini ſententiam: Et ideo, [poſuerunt me cuſtodem in vineis] multis. Sequitur.

Aliter ſecundum Bern.

a Indica mihi, *b* quem diligit anima mea, ubi *c* paſcas ubi cubes in

Quatuor genera lacrymarum.

Aliter in perſona boni Prælati. Luc. 12.

a Indica mihi, quem diligit anima mea, ubi paſcas, ubi cubes,] vel, [ubi paſcat, ubi cubet in meridie,] alia littera. Secundum quod in tertia perſona ponitur [paſcat, cubat,] vox eſt incipientis Eccleſiæ de Gentibus, ad primitivam Eccleſiam de Judæis. Quia enim multi Pſeudoprophetæ exierant in mundum, dicentes: Ecce hic eſt Chriſtus: ecce illic, ut dicitur *Matt.* 24. orat Sponſa, ut doceat eam, in quorum profeſſione, & opere poſſit invenire ſibi Sponſum. Et hoc eſt, quod ait: [Indica mihi,] quaſi dicat: poſita ſum cuſtos in vineis, ſicut tu, vel ponenda, & ne fallar in multitudine vinearum, Hęreticorum, Hypocritarum, falſorum fratrum [indica mihi ubi &c.] Sponſus tuus, ideſt, in quibus vineis delectetur, ut quieſcat [in meridie,] ideſt, in ſplendore Majeſtatis ſuæ, quaſi dicat indica mihi cęnaculum, & cubiculum Sponſi meridianum. Fideles activi ſunt cęnaculum Sponſi meridianum: qui bonis actibus eum paſcunt, & ab eo paſcuntur per gratiam, quam infundit eis; ſecundum quod dicitur *Apoc.* 3. Ego ſto ad oſtium, & pulſo; ſi quis aperuerit mihi, intrabo, & cęnabo cum eo, & ipſe mecum. Cubiculum Sponſi meridianum ſunt fideles contemplativi, in quibus Dominus quieſcit. Cęnaculum igitur matutinum Sponſi fuit Synagoga in deſerto, quæ primitiis bonorum operum illum quodammodo pavit, ſicut legitur *Oſee* 9. Quaſi uvas in deſerto inveni Iſrael: & quaſi prima poma ſiculneæ in cacumine ejus vidi patres eorum. Tunc fuit mane, quia tunc incipiebat lumen legis oriri: & adhuc modicum luminis, & nihil caloris erat. Unde tunc fuit prima hora diei. Tertia hora fuit die Pentecoſtes, quando Sol juſtitiæ luxit clarius, & caluit ferventius, ſed nondum fuit hora ſplendidæ, & opulentæ comeſtionis, ſicut dicit Petrus *Act.* 2. Non enim hi ebrii ſunt, cum ſit hora diei tertia. Meridies vero fuit poſt Aſcenſionem, & Miſſionem Sancti Spiritus, quando prædicantibus Apoſtolis, Sol juſtitiæ ſplendore notitiæ ſuæ, & ardore charitatis ſuæ, totum mundum illuſtravit & inflammavit: ſecundum quod legitur *Eccli.* 43 Sol in aſpectu annuncians in exitu vas admirabile opus Excelſi, in meridiano exurit terram; & in aſpectu ardoris ejus quis poterit ſuſtinere? In iſto meridie Sponſus cęnaculum habuit grande ſtratum, totam Eccleſiam ubique diffuſam, ubi paſcit, & paſcitur. Paſcit quidem variis ferculis Sacræ Scripturæ. Paſcit etiam deliciis corporis, & ſanguinis ſui multiplici, & admirabili ſuavitate. Paſcit etiam conſolationum ſuarum interna inſpiratione. Paſcitur autem operibus pietatis, ſicut ipſe dicit *Matth* 25. Eſurivi, & dediſtis mihi manducare. Paſcitur illis, quos de cibis Prædicatorum in corpus Eccleſiæ trajicit, ſicut dictum eſt Petro, *Act* 10. Occide, & manduca. Cęnaculum igitur Sponſi meridianum eſt univerſalis Eccleſia, quod novella Eccleſia de Gentibus ſibi poſtulat indicari. Matutinum vero cęnaculum ejus fuit Synagoga, propter cauſam, quam diximus. Et erit cœnaculum veſpertinum ejuſdem, quando reliquiæ Iſrael ſalvæ fient, ſicut legitur *Iſa.* 10. & *Rom.* 9. Quaſi igitur matutinum, & veſpertinum cęnaculum cognoviſſet Eccleſia de Gentibus, meridianum ignorans, dicit. [Indica mihi, quem diligit anima mea, &c.] quaſi dicat novi, ubi paſcat, ubi cubet in mane, & in veſpere; quoniam apud Synagogam, ſed, [in meridie,] ideſt, tempore cęcitatis Synagogæ, [indica mihi ubi, &c.] Sponſus tuus [quem diligit anima mea] Secundum autem, quod ibi eſt, [paſcas, & cubes,] in ſecunda perſona, vox eſt adoleſcentularum ad Sponſum, dicentium ſub eodem ſenſu. O ſponſe dilecte. *b* Quem diligit anima mea,] non caro, ſpiritualem inſinuans dilectionem. *a* Indica mihi, ubi paſcas, ubi cubes,] perfectos activos, & contemplativos, in quibus delectaris, & quieſcis, ut eis poſſim conformari. Vel. *a* Indica mihi in meridie, ideſt, clare, & manifeſte. *b* Quem diligit anima mea,] ideſt, intima voluntas, & affectio mea, ideſt, te. *c* Ubi paſcas, ubi cubes,] ut properem illuc, & ibi maneam, & quieſcam tecum. Nec incipiam vagari poſt greges ſodalium tuorum,] ideſt, ne vaga & inſtabilis, & hæſitans, & errabunda curram poſt irrationabiles multitudines Hæreticorum, Hypocritarum, falſorum fratrum, quæ per latam viam peccati gradiuntur ad mortem. Greges autem ſodalium dicuntur conventicula Hæreticorum Hypocritarum: & falſorum fratrum, propter ſimplicitatem exteriorem, & multitudinem, propter quam multi ſequuntur eos, ſicut oves ſequuntur alias.

Item

Item poteſt eſſe vox Sponſę de labore & fatigatione actionis ſuſpirantis ad refectionem, & quietem contemplationis. Dicit ergo Sponſa: o Sponſe, quem diligit anima mea, indica mihi ubi paſcas, ubi cubes in meridie, hoc eſt in ſplendore tuæ cognitionis, & ardore tuæ dilectionis; in meridie autem ideo dicit, quia dies contemplationis mane habet & veſpere, & meridiem, juxta tres ejus ſpecies, quæ ſunt cogitatio, meditatio, & viſio. Cogitatio eſt prima hora hujus diei, quia minus habet ſpiritualis luminis, & ſancti ardoris. Meditatio eſt tertia hora, quia plus habet luminis ſpiritualis, & ſancti ardoris, quam cogitatio. Juxta quod dicit *Pſ.* 38. Et in meditatione mea exardeſcit ignis. Viſio eſt meridies, ubi perfectum eſt lumen cognitionis, & ardor amoris ſecundum ſtatum viæ. Veſper vero hujus diei, contemplatio Dei per creaturas.

meridie, ne *a* vagari incipiam poſt greges ſodalium tuorum. Si *b* ignoras te, o *c* pulchra inter mulieres, egredere, & *d* abi poſt *e* veſtigia gregem tuorum: & *f* paſce *g* hædos tuos *h* juxta tabernacula Pa-

Sponſa igitur non mane contemplationis, non veſpere, non tertiam horam, ſed ipſum meridiem ſibi poſtulat indicari, ideſt, perfectiores contemplativos, ut eos valeat imitari. Vel meridies pleni, & perfecti luminis, & ardoris eſt Eccleſia triumphans, vel ſtatus gloriæ Eccleſiæ triumphantis, qui & cœnaculum, & cubicolum Sponſi dicitur. Cœnaculum quidem æternæ ſatietatis, de qua *Pſ.* 16. dicit: Satiabor, cum apparuerit gloria tua. Cubiculum jucundiſſimæ quietis. De qua *Pſ.* 4. In pace in idipſum dormiam, & requieſcam. Hoc ergo cęnaculum, & hoc cobiculum ſibi poſtulat indicari Sponſa digito Spiritus Sancti vel indice fidei.

Triplex meridies. Quod autem ſequitur. *a* Ne vagari incipiam, poſt greges ſodalium tuorum,] ideſt, poſt turbam deceptam, & in errore genitam a ſodalibus tuis, ideſt, ab hæreticis, vel falſi nominis Chriſtianis, qui Chriſtum ore confitentur, ſed factis negant, qui quamdiu Chriſtus in pace eſt, cum eo ſunt, orta autem perſecutione recedunt ab eo. Recte dicit, ut dicitur *Luc.* 8. Ad tempus credunt, in tempore tentationis recedunt. Unde de his ſodalibus dicitur *Eccli.* 37. Sodalis amico conjucundabitur in oblectationibus, & in die tribulationis adverſarius erit. Eſt autem triplex meridies, juxta ſui nominis triplicem etymologiam. Primus eſt claritas contemplativorum, qui adhuc laborant in hac peregrinatione. Secundus eſt claritas eorum, qui exuti corporibus adhuc ſunt in beata expectatione. Tertius eſt Angelorum, & Sanctorum, qui facie ad faciem vident Deum, jam celebrata utraque reſurrectione. Primus dicitur meridies, quaſi męrens dies, & quia in eo mæremus propter pactam, & meremur virtutum incrementa. Secundus dicitur meridies, quaſi medius dies, quia claritas ejus adhuc non eſt plena, plenior tamen prima, ſed minus clara, quam tertia. Tertius meridies dicitur, quaſi merus dies, quia clarior eſt ceteris, nihil habens obſcuritatis, aut imperfectionis.

De hoc triplici meridie reſpondebat David Achis quærenti: In quem irruiſti hodie? Et reſpondebat David. Contra meridiem Judæ, & contra meridiem Hieramel, & contra meridiem Ceni, 1. *Reg.* 27. Judas interpretatur confeſſio. Hieramel, miſericordia Dei. Ceni nidus meus, vel ærarium, vel poſſeſſio mea. Contra meridiem Judæ igitur irruit, qui contemplans peccatum ſuum confitendo in illud irruit. Contra meridiem Hieramel irruit, qui per opera miſericordiæ ad requiem animarum tendit. Contra meridiem Ceni irruit, cui ſolus Deus poſſeſſio, vel ærarium eſt. Sequitur. *b* Si ignoras te, &c.] vox Sponſi ad Sponſam arguentis eam; petierat enim indicari ſibi cœnaculum Sponſi, quod ipſa eſt, unde videtur ignorare ſeipſam, quia in ea cœnat, & cubat Sponſus. Recte ergo dicit Sponſus. [Si ignoras te, o pulchra inter mulieres] quod utique videtur ex eo quod quæſiſti indicari tibi, ubi paſcat, & ubi cubet Sponſus tuus, Egredere, &c. Vel poteſt referri ad id, quod Sponſa ſupra dixerat, ſe nigram, & decoloratam, & fuſcam, cum ipſa ſit candida, & decentiſſime colorata. Merito ergo ei dicit Sponſus: [Si ignoras te, o pulchra inter mulieres,] quod videtur, quia nigram te dicis, cum ſis candidiſſima, & decoloratam, cum ſis eximie colorata. Vel quia Sponſo videtur trepidaſſe cum dixit. [Indica mihi ubi paſcas, ubi cubes in meridie, ne vagari incipiam poſt greges ſodalium tuorum;] ſtatim Sponſus ejus trepidantem benigna increpatione redarguit dicens. *b* Si ignoras te] mihi deſponſatam. Vel, [Si ignoras te,] ideſt quæ ſis, & qualis. Vel, [Si ignoras te] per tribulationes pulchriorem debere fieri, non reminiſcens quod nemo coronabitur, niſi qui legitime certaverit, ut legitur 2. *Tim.* 2. *c* O pulchra inter mulieres,] ideſt, ſuper omnes infirmorum congregationes, vitiis, & Dæmonibus ſe proſtituentium. Vel pulchra inter mulieres dicitur, quia ex aliarum congregationum deformitate, Eccleſiæ ſpecioſitas commendatur. Contraria enim juxta ſe poſita magis eluceſcunt, ut dicit *Boet.* Et majora, & minora videntur, ut dicit *Ariſt.* *b* Si] inquam [ignoras te, o pulchra inter mulieres, egredere,] ideſt, egredieris a meo conſortio, & amplexu. Non enim præcipit, ſed præmittit, vel prædicit quod eventurum ſit. *d* Et abi,] ideſt, abibis. *e* Poſt veſtigia gregum tuorum,] ideſt varios actus errantium ſequeris. *f* Et paſce] ideſt, paſces prava doctrina tua. *g* Hædos tuos,] ideſt perditos auditores, qui ideo vocantur hædi, quia ſunt in fidei converſatione fœtidi, & quia conſtituentur cum reprobis ad ſiniſtram. *Matt.* 25. Vel, Paſce hædos tuos,] ideſt, nutries pravos motus carnis, & fętidos. Tu dico, intendens. *h* Juxta tabernacula Paſtorum,] ideſt ſecuta Magiſtrorum inſipientium ſcholas, ſive doctrinas. Vel, [Paſce hędos tuos juxta tabernacula Paſtorum,] ideſt juxta veros Paſtores, & Doctores, ideſt ut videaris ſimilis bonis, & veris Paſtoribus cum non ſis: Scholas autem verorum Paſtorum vocat tabernacula, quia omnes veri Prædicatores, & Doctores in expeditione ſunt pugnantes pro ſe, & pro ſubditis ſuis contra mundum, & carnem, & Diabolum. Aliter. *b* Si ignoras te, o pulchra inter mulieres,] egredere e ſecreto contemplationis, ubi ſolum ſponſum intueris, ut teipſam conſideres, & cognoſcas. *Aliter.* *d* Et abi poſt veſtigia gregum tuorum,] ideſt attende opera & affectus Eccleſiaſticorum conventuum, quia ipſi oſtendent tibi ubi paſcam, ubi cubem in meridie. Ubi enim ipſi paſcuntur, ego ibi paſco eos, paſtu multiplici. Primo, paſtu herbarum virentium, ideſt, ſacrorum eloquiorum. De quibus dicitur *Prov.* 27. Aperta ſunt prata, & apparuerunt herbæ virentes. Secundo, paſtu bonorum operum, quo animæ operantium nutriuntur, & impinguantur, & roborantur, & etiam magnificantur. Tertio, paſtu corporis, & ſanguinis ſui. Quarto, gaudio converſorum ad fidem, vel pęnitentiam. Quinto, paſtu cęleſtium gaudiorum, quo fide & ſpe modo paſcuntur Electi, tandem paſcentur teipſa. Sexto, paſtu conſolationum, & viſitationum internarum, quibus Dominus ſępe paſcit Electos, poſt labores, & tribulationes, ſicut legitur *Tob.* 3. Non delectaris in perditionibus noſtris, quia poſt tempeſtatem tranquillum facis, & poſt lacrymationem & fletum, gaudium & exultationem infundis. Et in *Pſ.* 93. Secundum multitudinem dolorum meorum in corde meo, conſolationes tuæ lætificaverunt animam meam.

De omnibus iſtis paſtibus dicitur in *Pſ.* 22. ſecundum Hebraicam veritatem: Dominus paſcit me, & nihil mihi deerit, in loco paſcuę ibi me collocavit, quia in gregibus Eccleſię tot ſunt paſtus quibus Sponſus paſcit eos, jubetur Sponſa egredi, & abire poſt veſtigia gregum ſuorum, ut in eis conſpiciens candidam, & coloratam ſe agnoſcat, non nigram, aut fuſcam; quod autem ſequitur. *f* Et paſce hędos tuos juxta tabernacula Paſtorum] hoc in bono accipitur de his qui ſublimiora carpunt, & rectis paſcuntur, qui ardua conſiliorum conſcendunt, hoc eſt de viris perfectis, in quibus major eſt decor Eccleſię, quos hędos vocat Salomon non capras, qui hędi non habent fętorem caprarum, nec inſipiditatem. Eſt ergo ſenſus: Paſce hędos tuos juxta tabernacula Paſtorum, ideſt, rege viros perfectos qui ſunt juxta converſationem Apoſtolorum, quorum vitam & militiam imitantur. Hi hędi proprie ſunt clauſtrales, in quibus Dominus proprie cubat, in ſæcularibus vero paſcitur. *Triplex egreſſus.* Eſt autem triplex egreſſus: Primus eſt de ſpiritu ad carnis vitia. Secundus eſt de ſolitudine clauſtrali ad ſæcularia deſideria. Tertius de quiete contemplationis ad negotiorum exercitia. In quolibet autem iſtorum egreſſuum homo amittit ſui cognitionem. Ad quam etiam tribus modis revertitur. Primo quando prædicta ſua recogitat. Secundo, quando miſeriam ſuam recognoſcit. Tertio, quando dignitatem, qua ad imaginem, & ſimilitudinem Dei creatus eſt, contemplatur. Prima contemplatio humiliat ex memoria iniquitatis, & veniam promeretur. Unde *Pſ.* 50. Secundum multitudinem miſerationum tuarum dele iniquitatem meam, &c. Quoniam iniquitatem meam ego agnoſco, &c. *Triplex reverſio ad Deum.* Secunda contriſtat ex præſentia infidelitatis, & luctus excitat querulo los. Unde Paulus *Rom.* 7. Infelix ego homo quis me liberabit de corpore mortis hujus? Tertia lætificat, & conſolatur. Et ideo *Baruc.* 3. Animam negligentem ab iſta contemplatione arguit, dicens: Quid eſt Iſrael, quod in terra inimicorum es, & inveteraſti in terra aliena, commoratus es cum mortuis, deputatus es cum his qui in inferno ſunt? Terra noſtra eſt anima noſtra, ubi Dominus in Baptiſmo virtutum ſemina ſeminavit expectans, ut tempore ſuo meſſem, ſeu frugem bonorum operum redderemus. Terra inimicorum caro corrupta eſt, ubi fames vitiorum ſeminata eſt a primis parentibus, ex quo naſcitur meſſis mala pravorum motuum, & carnalium deſideriorum quæ militant adverſus animam. In terra igitur inimico-

rum

tum eſt, qui curam carnis agit in deſideriis animæ ſuæ. Oblitus inveteraſcit in terra aliena, quando peccatum in conſuetudinem trahitur. Commoratur cum mortuis, quando in peccatis delectando quieſcit. Cum his, qui in inferno ſunt deputatur, quando peccatorum diuturnitate, aut magnitudine in deſperationem ducitur. Sequitur. *a* Equitatui meo in curribus Pharaonis aſſimilavi te amica mea.] Quia non vult Dominus Sponſam ignorare ſeipſam; ideo poſt comminationem blanditur ei, oſtendens, cui aſſimilaverit eam, ideſt, ſimilem fecerit, ſc. populo Iſraelitico. Ut quemadmodum ille, dum in medio Ægyptiorum fuit, ab illis affligebatur, & quando recedere diſponeret, aggravaverunt jugum, & afflictionem: & in receſſu perſecutionem addiderunt, non ceſſantes, donec in mari rubro eſſent ſubmerſi, ſic tu, o ſponſa, dum in medio filiorum matris tuæ, neceſſe habes pati ſimilem afflictionem: & ſi vis recedere ab eis, ideſt, converſatione, & doctrina diſſimilis eſſe, ingravatur bellum & perſecutio, ſola morte finienda. Et hoc eſt, [Equitatui meo.] Sic junge litteram. *d* O amica mea,] ideſt, cuſtos conſcia ſecretorum meorum. *c* Aſſimilavi te,] ideſt, ſimilem eſſe demonſtravi. *a* Equitatui meo, ideſt, exercitui meo, hoc eſt populo Iſraelitico, exiſtenti. *b* In curribus Pharaonis,] ideſt, tempore curruum, ideſt, currentis perſecutionis Pharaonis, q.d. Sicut populum Iſraeliticum de ſervitute Ægyptiaca liberavi; ſic te de perſecutione hoſtium tuorum liberabo, ſi te cognoveris Sponſam meam. Vel ſic juxta aliam *Gloſ.* O amica mea, aſſimilavi te, ideſt, comparavi te. *a* Equitatui meo] comparatam. *b* In curribus Pharaonis,] ideſt, ad currus Pharaonis, q.d. quantum differt equitatus meus ab equis Pharaonis, tantum melior es tu omnibus aliis filiabus, Unde *inf.* 2. Sicut lilium inter ſpinas; ſic amica mea inter filias. Boni dicuntur equitatus ſponſi, & ipſe eques: Portant enim eum ubique terrarum. Unde *Abac.* 3. Qui aſcendes ſuper equos tuos, & quadrigæ tuæ ſalvatio. Mali ſunt equi Diaboli, & ipſe eques. Unde *Exod.* 15. Equum & Aſcenſorem projecit in mare. Vel ſic [Aſſimilavi te,] o [amica mea, equitatui meo,] ideſt, exercitus meo exterrito & impugnari timenti proximo: [In curribus,] ideſt, a curribus Pharaonis perſequentis eum fugientem, q.d. o amica mea, tu times, ne te deſeram in medio perſequentium te, vel vagari permittam te poſt greges ſodalium tuorum. Sed non oportet; quia [aſſimilavi te equitatui meo,] quem exterritum a curribus Pharaonis liberavi, ipſis ſubmerſis in mare. Vel ſic. [Aſſimilavi te, o amica mea, equitatui meo,] ad equitandum, [in curribus Pharaonis,] ideſt, contra currus Pharaonis ſubvertendos: & ideo non mireris, ſi a curribus Pharaonis impugneris, ideſt, Diaboli, qui pugnat contra Eccleſiam exploratione ſimulatorum, inſidiis callidorum, ſciſſuris ſchiſmaticorum, fallaciis hæreticorum, perſecutionibus Tyrannorum, falſis conſiliis carnalium amicorum, laqueis ſuggeſtionum. Vel equitatus Sponſi, eſt equorum apparatus: quorum alii ſunt dextrarii, alii palefrædi, alii ſaginarii, alii curriles. Dextrarii ſunt Martyres, armis patientiæ & fortitudinis armati. De quibus *Job* 39. Nunquid præbebis equo fortitudinem? Palefrædi ſunt contemplativi, qui Dominum ſuaviter portant. Saginarii ſunt Prædicatores, qui aliis victualia verbi Dei, & arma virtutum in doctrina circumferunt. Equi curriles ſunt Prælati, qui pectore & humeris, ideſt Sapientia, & opere Eccleſias, ſive plebes ſibi commiſſas, velut quoſdam currus Dei, ad cœleſtem patriam poſt ſe trahunt. Hic eſt equitatus Sponſi, ſc. Martyres, Clauſtrales, Prædicatores, & Prælati. Et huic [equitatui meo,] inquit Sponſus, [aſſimilavi te,] o amica mea, in curribus Pharaonis,] ideſt ad currus Pharaonis expugnandos. Neceſſe igitur habes pati in dextrariis tuis pondus armorum, & vulnera præliorum, & etiam mortem corporalem. In palefrædis famem, ſitim, vigilias, diſciplinas, & hujuſmodi obſervantiæ regularis. In ſaginariis, labores, fatigationes, diſcurſus, opprobria, & pericula multa, quæ numerat Paulus, 2. *Cor.* 11. In equis currilibus, onera ſubditorum diſpenſatione aſſumpti officii, & hoc pectore & humeris, ideſt doctrina & vita, ut dictum eſt. Eſt autem triplex currus Pharaonis. Primus eſt currus malitiæ, ſecundus luxuriæ, tertius avaritiæ. Currus malitiæ quatuor habet rotas, ſc. ſævitiam, impatientiam, audaciam, impudentiam.

Triplex currus Pharaonis.

Velox eſt iſte currus ad effundendum ſanguinem innocentem; quia nec innocentia ſiſtitur, nec patientia retardatur, nec timore frænatur, nec pavore cohibetur. Trahitur autem duobus equis nimis pernicibus, & pernicioſis, ſc. terrena potentia, & ſæculari pompa. Et his duobus equis præſident duo aurigæ, & tumor & livor. Tumor pompam, livor potentiam agit. Luxuriæ currus ſimiliter quatuor habet rotas, ſc. ventris ingluviem, coitus libidinem, veſtium mollitiem, otii reſolutionem. Trahitur autem currus iſte duobus equis, ſanitate corporali, abundantia temporali, quibus duo Aurigæ præſident, ſtulta ſecuritas vitæ, torpor ignaviæ. Currus avaritiæ ſimiliter quatuor habet rotas, quæ ſunt puſillanimitas, inhumanitas, contemptus Dei, oblivio mortis. Equi trahentes ſunt tenacitas, & rapacitas. His duobus equis unicus præſidet Auriga, ſc. deſiderium habendi. De quolibet iſtorum curruum dicitur *Iſ.* 5. Væ qui trahitis iniquitatem in funiculis vanitatis. Eſt & triplex currus Dei, huic triplici currui contrarius. Primus currus eſt innocentiæ. Unde *Aug.* Innocens eſt, qui nec miſerum facit, nec miſerum relinquit. Quatuor habens rotas. Quarum prima eſt benigna temporalium adminiſtratio: Secunda eſt infirmantium operoſa compaſſio. Tertia in tentatione blanda conſolatio. Quarta injuriarum, & contumeliarum læta ſuſceptio. Duo equi trahunt currum iſtum, ſc. miſericordia cum hilaritate, & ſollicitudo de reddenda ratione. Unde *Rom.* 12. Qui præeſt in ſollicitudine, qui miſeretur in hilaritate. Auriga eſt animi fortitudo. Secundus currus eſt pudicitiæ. Quatuor ejus rotæ ſunt, abſtinentia, munditia, aſperitas veſtis, aſſiduitas laboris. Duo equi, corporalis infirmitas, & temporalis paupertas. Auriga eſt mortis conſideratio. Tertius currus eſt charitas. Quatuor rotæ ejus ſunt fervores, qui de fornace charitatis procedunt. Primus eſt zelus Dei, ut honoretur. De quo *Pſ.* 68. Zelus domus tuæ comedit me. Secundus eſt zelus proximi, ut ſalvetur. De quo 2 *Cor.* 11. Æmulor enim vos Dei æmulatione. Tertius eſt fervor macerandæ carnis. Quartus eſt fervor devotionis. Duo equi trahentes hunc currum, ſunt duæ ſpecies charitatis, ſc. amor Dei, & amor proximi. Auriga eſt Sapientia: In curru patientiæ ſedet Job, & omnis pro Chriſto patiens. In curru pudicitiæ ſedet Eunuchus, & omnis pro Chriſto continens. In curru charitatis rapitur Elias, pallium curæ temporalis derelinquens, & omnis largus & miſericors. Similiter in primo curru Pharaonis ſedet Jezabel perſequens Eliam, 3. *Reg.* 19. In ſecundo Presbyteri accuſantes Suſannam. *Dan.* 13. In tertio Ananias & Saphira dimidiam retinentes pecuniam. *Act.* 15. Vide quomodo currus Dei, curribus Pharaonis opponuntur. Sed currus Pharaonis, currus Dei perſequuntur. Nam currus malitiæ perſequitur patientiam, ne illatam ſibi injuriam diſſimulet, ſed vindicet, aut irroget. Contra quam armat nos Apoſtolus, *Rom.* 12. dicens: Non volmetipſos defendentes, chariſſimi, ſed date locum iræ. Currus luxuriæ perſequitur pudicitiam, ne carnem ſuam crucifigat cum vitiis & concupiſcentiis, ſed potius curam ejus agat in deſideriis. Currus avaritiæ perſequitur charitatem, ut nihil tribuat, ſed omnia retineat. Contra hos duos armat Apoſtolus, *Epheſ.* 5. ubi dicit: Omnis fornicator, aut immundus, aut avarus, quod eſt idolorum ſervitus, non habet hæreditatem in regno Chriſti, & Dei. Præter hos currus, & ſuper omnes iſtos habet Sponſus unum currum mirabilem, de quo ſpecialiter hic agit Salomon, vocans eum equitatum Sponſi: De quo dicit *Pſ.* 67. Currus Dei decem millibus multiplex: millia lætantium, Dominus in eis. Iſte currus indubitanter eſt Eccleſia, de qua dicitur 4. *Reg.* 2. Iſte currus igneus, & equi ignei diviſerunt utrumque. Et *Dan.* 7. Thronus ejus flamma ignis, & rotæ ejus ignis accenſus. Totus igneus eſt currus ille igne charitatis. De quo *Luc.* 12. Ignem veni mittere in terram: Et quid volo, niſi ut accendatur? Duæ rotæ hujus currus, ſunt duæ vitæ, ſc. activa, & contemplativa. Duo modioli duarum rotarum, ſunt donum Sapientiæ & donum ſcientiæ. Primo modiolo volvitur rota contemplationis, ſecundo rota actionis. Duo radii in utraque rota de modiolis exeuntes, ſunt dogmata & exempla Patrum utriuſque Teſtamenti. Canti rotarum, quibus radii infixi ſunt, & ſua connexione lutum dividunt, & terram calcant, ſunt Prædicatores, quorum officium eſt lutum peccatorum ab animalibus dividere. [Juxta quod dicitur *Jer.* 15. Si ſeparaveris pretioſum a vili, quaſi os meum eris,] & terrena per contemptum calcare. Axis qui rotas in ſe unit, & colligat, & utrique inſeritur, & totum currum portat, & ſuſtinet, Chriſtus Dominus eſt, qui dicitur, *Epheſ.* 5. Lapis angularis, duos parietes, ſc. contemplativorum, & activorum in ſe conſocians, & portans omnia verbo virtutis ſuæ, ut legitur *Hebræ.* 1. Circa hunc axem involvitur utraque rota. Et ſi forte alterutra rota ab axe exierit, ipſa ruit, & curſus diſſolvitur. Quatuor rotas invenies, ſi utrique Teſtamento duas aſſignes; Chriſtum autem Dominum axem duplicatum, juxta duas naturas ejus, vel juxta duos modos affectionis,

Triplex currus Dei.

ſtorum. *a* Equitatui meo, in *b* curribus Pharaonis *c* aſſimilavi te, *d* amica mea.

ais, quibus utrique Teſtamento innotuit, ſc. per timorem, & amorem. Per timorem in veteri Teſtamento innotuit velut Dominus, in novo Teſtamento non Dominum ſed Chriſtum, ideſt, unctum ſe exhibuit per amorem. Et ideo circa ipſum tanquam circa axem unctum, unctis modiolis fit rotarum revolutio in novo Teſtamento, & ideo velox eſt, & facilis hujus currus tractio. Unde *Matt.* 11. Jugum enim meum ſuave eſt, & onus meum leve. In veteri vero lege aridus erat axis, non unctus; & ideo cum ſtridore, & labore, & tardo greſſu trahebatur currus. Unde, & Moyſes 40. annis currum iſtum vix trahere potuit de Ægypto uſque ad ripas Jordanis, ubi niſi Joſue ſubveniſſet, ideſt Chriſtus, remanſiſſet currus. Auriga illius currus Spiritus Sanctus. Unde *Pſ.* 142. ad Dominum ait: Spiritus tuus bonus deducet me in terram rectam. Et Eliſæus ad Eliam in typo Spiritus Sancti 4. *Reg.* 2. Pater mi, Pater mi, currus Iſrael, & Auriga ejus. Equi trahentes hunc currum DD. & Prælati, qui pectore, & humero, ideſt ſapientia, & patientia, ſive vita & doctrina trahere deberent hunc currum alligati ad eum funibus officiorum ſuorum, quos Auriga, ideſt Spiritus Sanctus nunc amoris ſtimulis, nunc timoris flagellis incitat ad currendum. Hi duo equi figurati ſunt, 1. *Reg.* 6. Per duas vaccas fœtas, quæ arcam Domini de terra Philiſthiim, uſque Bethſames perduxerunt, ſicut ibi dicitur: Ibant in directum vaccæ per viam que ducit Bethſames, & uno itinere gradiebantur pergentes, & mugientes, & non declinabant neque ad dexteram, neque ad ſiniſtram. Ita olim. Sed qualiter hodie per contrarium omnia fiunt, ſatis in evidenti eſt, ut currus Pharaonis potius videatur Eccleſia, quam currus Dei. Fertur enim in profundum divitiarum, & delitiarum, & etiam peccatorum, ſubverſis rotis, & ab axe ſeparatis, ſecundum quod dicitur *Exod.* 14. Subvertit Dominus rotas currus, ferebaturque in profundum. Equi retrogradi hodie exercitu præpoſito eliguntur ad trahendum currum iſtum. Facti ſunt, qui prælati noſtri ſunt, retrorſum, & non in ante, ſicut dicitur *Jer.* 7. ideſt, ſpiritualium obliti, ſola temporalia curant. De animalibus dicitur *Ezec.* 1. Non revertebantur cum incederent, ſed unumquodque ante faciem ſuam gradiebatur. Nunc vero poteſt dici: Unuſquiſque poſt dorſum ſuum graditur; ideo currus Eccleſiæ non progreditur, ſed retrogreditur. Quippe equi retrogradi ad poſteriora trahunt illum. Solent equi fortes eligi ad trahendos currus, nunc autem non equi, ſed pulli equorum, ideſt, nepotuli Epiſcoporum ad trahendum currum Eccleſiæ aſſumuntur, qui nec pectus habent, nec humeros, ideo non eſt mirum ſi remanet in luto currus iſte. Item ſolent eſſe equi curriles edomiti, nunc petulantes nimium, & laſcivi. Unde *Jer.* 5. Equi amatores in fęminas, & emiſſarii facti ſunt, unuſquiſque ad uxorem proximi ſui hinniebat, *Item* 8. c. *ejuſdem*. Omnes converſi ſunt ad curſum ſuum quaſi equus impetu vadens ad prælium. Secundum hoc poteſt legi per indignationem: [Equitatui meo in curribus Pharaonis] exiſtenti [aſſimilavi te,] ideſt aſſimilari te permiſi, [amica mea,] quæ amas, & amaris currus Dei eſſe. Vel exiſtere dicitur in curribus Pharaonis, quia ſimilis factus eſt eis in equis, ut dictum eſt, & in ornatu ſuperfluo phalerarum. Veruntamen habet Eccleſia & ornatum ſuum neceſſarium: Verbi cauſa, frænum laudis divinæ, de quo *Iſ.* 48. Laude mea infrænabo te, ne intereas. Et hoc frænum ſemper deberet Eccleſia geſtare in ore ſuo, quod & clerus, tam clauſtralis, quam ſæcularis, ſicut ipſamet per *Pſ.* 33. dicit: Benedicam Dominum in omni tempore, ſemper laus ejus in ore meo. Et hoc fræno deberet duci, & regi totum corpus Eccleſiæ, ut dicitur *Jac.* 3. Huic fræno annexæ ſunt phaleræ, quæ caput, & collum equi, ideſt Eccleſiæ coronant. Caput, ideſt cętum Prælatorum, collum, ideſt cætum Doctorum. Phaleras iſtas dico dogmata doctrinarum, & exempla virtutum quibus debeant Prælati Eccleſiæ, & Doctores relucere. Pectorale, quod fluxum ſellæ ad poteſtatem prohibet, & pectus equi exornat, eſt ſapientia Prælatorum, quæ poteſtatem Eccleſiæ ad temporalia non patitur extendi. Sella, cui Chriſtus inſidet, ſeu præſidet, eſt ipſa auctoritas, ſive poteſtas Eccleſię.

Inductos armigeros habet Chriſtus, quia non tanquam equum, ſed ut aſinum ſellant Eccleſiam, dum poteſtatem Eccleſiaſticam in poſteriora extendunt, mutatis anterioribus & deſertis, ideſt ſpiritualibus. Poteſtas enim in temporalibus ſella eſt, in poſterioribus rupta eſt, imo nullum eſt pectorale Eccleſiæ, quod ſic ſellam ejus permittit ad poſteriora dilabi. Figura enim hujus temporis fuit, quod Dominus non equum, ſed aſinum equitavit. Figura eſt etiam quod quidam Monachi Cluniacenſes, ſc. officiales pro pectorali poſteram habent. Quid enim hoc ſignificat, niſi quod poteſtas eorum non in ſpiritualibus, ſed in temporalibus exercetur? Duæ cingulæ quibus ſella equo aſtringitur, ſunt ſtatuta Eccleſiarum. Anterior cingula, ſunt ſtatuta, quæ fiunt pro ſpiritualibus conſervandis; hæc vix buccella una clauditur, ſed laxa ſub equo vagatur, quia fidelitas ejus pro cuſtodia animarum nullo juramento firmatur. Cingula poſterior ſunt ſtatuta pro temporalibus conſervandis, hęc arctiſſime omni genere firmaculorum ſtringitur. Inauditum enim eſt quod a Sacerdote requiratur juramentum pro animabus fideliter cuſtodiendis, ſed de firmaria penſione ſolvenda, de ſervando jure temporali, quanta diſtrictione juramentum, aut etiam fidejuſſoria cautio requiratur, nemo ignorat. Item de ſella hujus equi, ideſt de poteſtate Eccleſiaſtica, qualiter a poſteriori ornetur, & ab anteriori inornata, & nudata relinquatur, patet omnibus. Advocati enim ſunt ornamenta poſteriora hujus ſellæ: Viri ſpirituales ſunt ornamenta poſteriora; Strepæ quæ a ſella dependent ſunt obedientiæ in ſpiritualibus, & hæc eſt dextra ſtrepa, & obedientia in temporalibus, & hæc eſt ſiniſtra ſtrepa. Quod ergo per ſiniſtram ſtrepam ſuper equum aſcenditur; figura eſt hujus equi, ſuper quem nullus hodie aſcendit Prælatus, niſi ſuper ſapientiam temporalem, aut poteſtatem ſæcularem. Recte ergo dicit Sponſus: [Equitatui meo,] ideſt equo meo, [in curribus Pharaonis aſſimilavi te, amica mea,] ideſt, ſimilitudinem equi mei oſtendi tibi in curribus Pharaonis. Sequitur. *a* Pulchræ ſunt genæ tuæ ſicut Turturis, & collum tuum ſicut monilia;] quoniam Sponſa nigram, & fuſcam, atque decoloratam ſe tanta humilitate confeſſa fuerat, ideo Sponſus pulchritudinem ejus hic deſcribit, incipiens a genis ubi pulchritudo mulieris maxime apparet. Quod a myſterio non diſcrepat; genæ enim auribus contiguæ ſunt, per quas totus decor virtutum Sponſæ infunditur: Nam fides ex auditu, *Rom.* 10. Eodem modo, & aliæ virtutes. Genas autem Eccleſiæ myſtice dicimus Prædicatores: Nam ſicut in genis deformitas, aut pulchritudo mulieris conſiſtit, ita tota pulchritudo Eccleſiæ, vel deformitas in Prædicatoribus denotatur. Genis autem Turturis aſſimilantur genæ Eccleſiæ, quia turtur amiſſo compare ſuo, nulli alii aſſociatur, gemitum habet pro cantu, ſolivaga ſemper ſedet: Sic ſancta Eccleſia viduata a Sponſo, ideſt, ſeparata præſentia corporali, nullum extraneum admittit conſortium, promiſſæ fidei caſtitatem integerrime conſervans pro ſuis, & aliorum peccatis ſemper gemit, & ſola ſedet. Unde, *Pſ.* 54. Ecce elongavi fugiens, & manſi in ſolitudine. Item; quis dabit mihi pennas ſicut columbæ, & volabo, & requieſcam? Item, *Jer.* 15. Solus ſedebam, quoniam amaritudine repleſti me. Dicuntur etiam Prędicatores genę Eccleſię, quia cibum Sanctæ ſcripturæ maſticant, & conterunt, & comminuunt, & ſic eum auditoribus commeſtibilem reddunt. Dicuntur etiam collum Eccleſiæ. Collo enim verba proferuntur, cibus in corpus nutriendum trajicitur, membra ſive corpus capiti uniuntur: Sic ſancti Prædicatores verbum eruditionis proferunt, cibum ſalutis in corpus Eccleſiæ transfundunt prædicando, ipſum corpus Eccleſiæ Chriſto capiti convertendo conjungunt. Ipſi etiam Prædicatores monilibus comparantur, quia pulchris moribus pectus Sponſæ verbis muniunt, & exemplis, & claudunt ne adulter, i. Diabolus manum ſuam inferat iniqua ſuggeſtione, aut hæreticorum deceptione. Vel, ſic continua: Aſſimilavi te equitatui meo, amica mea, & ideo pulchra es. Et revera pulchra, nam. *b* Genæ tuæ] i. Prædicatores tui, [pulchræ] ſunt fide, & moribus, [ſicut Turturis] genæ, quæ non pilos habent, ſed plumas: quæ veſtigium aquarum nullum retinent, ſed adjuvant ad volatum; in quo ſignificatur perfecta abrenunciatio mundi, & munditia cordis, & decor virtutum, quę maxime in Prędicatoribus requiruntur. *c* Collum tuum,] ideſt, Prædicatores, & Doctores tui. *d* Sicut monilia,] ideſt ornant Eccleſiam, ſicut moniles pectus virginum. Vel ſunt [ſicut monilia,] ideſt Sapientiam, & bona opera ſimul habentes. In monili enim lapis, ſive gemma infigitur auro; & in prædicatione ſimiliter cum verbo doctrinæ debet eſſe exemplum bonę vitę, alioqnin inutilis eſt doctrina. Nam quod doctrina conſtruit, vita deſtruit. *Eccli.* 34. Unus ædificans, & unus deſtruens, quid prodeſt illis, niſi labor. Unus orans, & unus maledicens, cujus vocem exaudiet Dominus.

Moraliter. Facies Sponſæ eſt intentio: Duæ genæ res, & cauſa, ideſt, quid intendit, & propter quid, & cur. Ex his duobus, vel decor, vel deformitas animæ indicatur. Hypocrita unam genam tantummodo pulchram habet aperte, malus neutram; Sponſa vero utramque: quia & bonum eſt, quod intendit, & cauſa bona: Et ideo dicitur ei. *a* Pulchræ ſunt genę tuæ ſicut Turturis,] ideſt, in quo nulla duplicitas, & vera ſimplicitas. Sed quia Sponſa poſſet dicere Sponſo: Vere pulchra ſum, ut dicis; ſed non habeo, unde poſſim ſervare pulchritudinem meam: Ideo ſubdit Sponſus. *Moralit.*

a Pulchræ ſunt *b* genæ tuæ ſicut Turturis: *c* collum tuum *d* ſicut monilia.

a Morenulas

a Murenulas aureas,] ideſt Scripturarum ſententias, vel quaſlibet bonas inſtitutiones, auro Sapientię interius reſplendentes. *b* Faciemus tibi] Ego, & Pater, & Spiritus ſanctus, vel Ego, & coadjutores mei Apoſtoli, & Apoſtolici viri. *c* Vermiculata, &c.] ideſt diſtinctas, & variatas nitore ſacri eloquii, juxta capacitatem ſingulorum, q. d. Sponſus. Contuli tibi pulchritudinem gratiæ, conferam & al. † Con. monilium ſacræ Scripturæ, ex qua præcepta & conſilia, & inſtitutiones, & exempla Sanctorum, quibus vitam tuam regas, omnino poteris elicere.

> *a* Murenulas aureas *b* faciemus tibi, *c* vermiculatas argento. † Dum *d* eſſet Rex in *e* accubitu ſuo, *f* nardus mea *g* dedit odorem ſuum.

Scriptura enim miniſtrat omnibus præcepta, perfectis conſilia, parvulis lac, adultis ſolidum cibum. Alia translatio habet ſic. Similitudines auri fabreſaciemus tibi cum diſtinctionibus argenti, quouſque Rex in accubitu ſuo. Et eſt ſenſus: Pulchra es amica mea, ſicut dixi, tamen aurum, ideſt faciem meam non poteris videre in præſenti vita, ſicut dictum eſt Moyſi, *Exod.* 33. Sed ſimilitudinem auri, ideſt cœleſtis ſive divinæ claritatis per illuminationem Scripturarum, & hoc per ſpeculum in ænigmate, 1. *Cor.* 13. donec omnibus appareat manifeſte, qui nunc latet abſconditus in Deitate. Murena piſcis eſt longus & rotundus per quem Chriſti æternitas, & Eccleſiæ longanimitas deſignantur. Murena etiam ornamentum eſt, per quod Sacra Scriptura deſignatur. Inde murenulæ diminutivum, catenæ quibus monilia collo ligantur, & ſignificat ſpiritualem intelligentiam, & vitæ munditiam, per quæ Sacra ſcriptura collo Eccleſiæ, ideſt Prædicatoribus alligata eſt. In auro ſpiritualis intelligentia accipitur, in argento vitæ munditia. Signanter autem dicit, murenulas aureas, & non dicit argenteas, ſed argento vermiculatas, quia intelligentia poteſt eſſe pura ſine errore, ſed vitæ munditia in hac vita ſine peccato nunquam eſt. Unde 1. *Joa.* 1. Si dixerimus, quoniam peccatum non habemus, noſmetipſos ſeducimus, & veritas in nobis non eſt. Eſt igitur ſenſus. *a* Murenulas aureas faciemus tibi vermiculatas argento,] ideſt, vitæ munditiam & ſpiritualem intelligentiam conferemus tibi, quibus Sacra ſcriptura collo tuo firmiter alligetur. Et hoc eſt quod dicitur *Jer.* 31. Poſt dies illos dicit Dominus, dabo leges meas in viſceribus eorum, & in corde eorum ſcribam illas. Aliter. Vel aliter: Per murenulas aureas argento vermiculatas deſignatur fides Divinitatis Chriſti, quæ per aurum accipitur, & fides humanitatis Chriſti, quæ per argentum intelligitur. Chriſtus enim per electrum figuratur, *Ezech.* 1. quod fit ex auro & argento. Quod autem pluraliter dicitur, faciemus; vox eſt ſodalium, non Sponſi, qui Sponſæ murenulas aureas & argento vermiculatas faciunt, quando fidem Divinitatis, & fidem humanitatis prædicant, ſecundum hoc ſic continua. O Sponſa, tu oras Sponſum tuum, ut indicet tibi ubi paſcat, ubi cubet in meridie, ne vagari incipias poſt greges ſodalium ejus, ideſt, hæreticorum. Ecce exaudita eſt oratio tua. Nos miſſi ab eo. [Murenulas aureas faciemus tibi vermiculatas argento,] ideſt docebimus te, quid de Divinitate ejus, quid de humanitate ſentire debeas, ut jam errare non poſſis. Sequitur. *d* Dum eſſet Rex in accubitu, &c.] Vox eſt Sponſæ, non ad Sponſum, ſed ad ſodales Sponſi, vel ad adoleſcentulas ſuas loquentis & recognoſcentis Sponſi beneficia ab eo accepta, & qua devotione ſuſceperit ea, & quantum profecerit in eis oſtendendis. Unde dicit. o ſodales Sponſi mei, o adoleſcentulæ meæ, audiſtis, quanta fecit mihi Sponſus meus, audite & quid ego profecerim. *d* Dum eſſet Rex,] ideſt, Sponſus meus qui regit omnia. *e* In accubitu ſuo,] ideſt, in utero B. Virginis, vel in patibulo crucis, vel in ſinu Patris poſt aſcenſionem. *f* Nardus mea,] ideſt humilitas mea, vel charitas mea. Utraque enim virtus per nardum, quæ eſt herba humilis, & calida ſignatur. *g* Dedit odorem ſuum,] ideſt bonam opinionem, implendo mandata, & conſilia ejus, quaſi dicat Sponſa, quia pro me natus eſt Sponſus ex muliere, paſſus in cruce; ſpem contulit mihi per aſcenſionem: eum ideo diligo, mandata ejus obſervo. Vel ſic. Aliter. *d* Dum eſſet Rex in accubitu ſuo,] ideſt, in ſinu Patris, nondum factus viſibilis. *f* Nardus mea,] ideſt dilectio Sponſi, quæ dicitur mea, quia mihi utilis, & neceſſaria. *g* Dedit odorem ſuum,] ideſt, ſui odoriferam notitiam, carnem aſſumendo; quo odore reſperſus eſt totus mundus, & quotquot ægroti ſenſerunt illum odorem, ideſt, incarnationem, & crediderunt, ſanati ſunt. Unde *Matth.* 4. Et abiit opinio ejus in totam Syriam, & obtulerunt ei omnes male habentes variis languoribus, & tormentis comprehenſos, & qui Dæmonia habebant, & lunaticos, & paralyticos, & curavit eos. De hoc odore dicitur *Gen.* 27. Ecce odor filii mei ſicut odor agri pleni, cui benedixit Dominus. Et 2. *Cor.* 2. Deo gratias, qui ſemper triumphat nos in Chriſto Jeſu, & odorem notitiæ ſuæ manifeſtat per nos in omni loco. Eſt igitur ſenſus. *d* Dum eſſet Rex in accubitu ſuo, &c.] ideſt, cum eſſet Patri æqualis Dei filius propter nimiam charitatem Ephes. 2. ſuam, qua dilexit nos, factus eſt filius pauperculæ mulieris. Unde 1. *Joan.* 4. In hoc eſt charitas Dei, non quod nos dilexerimus Deum, ſed quoniam ipſe prior dilexit nos, & miſit filium ſuum propitiatorem pro peccatis noſtris. Vel ſic. *d* Dum eſſet Rex in accubitu ſuo,] ideſt, Chriſtus in gloria ſua ad dexteram Patris poſt aſcenſionem.

f Nardus mea dedit odorem ſuum,] ideſt, minor Eccleſia, vel Sanctorum humilitas, vel genus humanum per crucem redemptum, & ſanguine Chriſti calefactum, dedit exercitationem bonorum operum, unde opinio bonæ famæ. Vel [dedit odorem ſuum,] ideſt, efferbuit omne ejus deſiderium eundi poſt ipſum. Unde ſupra dixit. Trahe me poſt te. Vel ſic. *d* Dum eſſet Rex in accubitu ſuo,] ideſt, Chriſtus in menſa in domo Lazari, aut in ſepulchro. *f* Nardus mea,] ideſt Maria Magdalena humilis & devota. *g* Dedit odorem ſuum,] ideſt, fracto alabaſtro, fudit unguentum ſuum. Unde *Joa.* 12. Ante ſex dies Paſchæ venit Jeſus Bethaniam, ubi Lazarus fuerat mortuus, quem ſuſcitavit Jeſus. Fecerunt autem ei cœnam ibi, & Martha miniſtrabat; Lazarus vero unus erat ex diſcumbentibus cum eo. Maria ergo accepit libram unguenti nardi piſtici pretioſi, & unxit pedes ejus, & capillis ſuis exterſit, & domus impleta eſt ex odore unguenti. Ecce totum quod dicitur hic [Dum eſſet Rex in accubitu ſuo, nardus mea dedit odorem ſuum,] ideſt, cum Chriſtus cœnaret in domo Lazari, Maria fracto alabaſtro effudit unguentum. Vel ſic. *d* Dum eſſet Rex in accubito ſuo,] ideſt in excelſo habitaculo ſuo. *f* Nardus mea dedit odorem ſuum,] ideſt, Virgo Maria humilitatis ſuæ effudit devotionem, quæ uſque ad cœlos aſcendit, & Dei filium ſuum uſque ad terram inclinavit. Unde *Pſ.* 112. In altis habitat, & humilia reſpicit in cœlo, & in terra. Quid igitur aliud eſt, [Dum eſſet Rex in accubitu ſuo, nardus mea dedit odorem ſuum,] ut in perſona Beatæ Virginis loquatur Sponſa, niſi cum eſſet Dei filius in excelſo habitaculo ſuo, reſpexit humilitatem ancillæ ſuæ? Non dicit Sapientiam, aut pulchritudinem, aut nobilitatem, aut etiam virginitatem, ſed reſpexit humilitatem. Neque enim cedrus aut cypreſſus, aut quævis arbor alta; ſed ſola nardus dedit odorem ſuum. Regem nominat, non Sponſum: quia nondum nuptiæ factæ erant in Cana Galilææ, ideſt, in utero B. Virginis. Eſt igitur triplex accubitus Sponſi. Primus in utero Virginis Mariæ. Secundus in patibulo crucis. Tertius in ſolio Patris. De primo dicitur Triplex accubitus. *Ezech.* 44 Porta hæc clauſa erit Principi: Princeps ipſe ſedebit in ea, ut comedat panem coram Domino. De ſecundo dicitur *Gen.* 49. Iſachar aſinus fortis accubans inter terminos, vidit requiem, quod eſſet bona: & terra, quod eſſet optima: & ſuppoſuit humerum ad portandum: Iſachar interpretatur merces, & ſignificat Chriſtum, qui eſt merces fidelium. Unde *Pſ.* 126. Filii merces fructus ventris. Et *Gen.* 15. dixit Dominus ad Abraham: Ego ſum merces tua magna nimis. Hic vidit requiem æternam, quod eſſet bona: & terram viventium, quod eſſet optima, & ſuppoſuit humeros cruci ad portandum peccata noſtra. Et ſic accubuit inter terminos, hoc eſt inter cęlum & terram, in ſe reconcilians ima ſummis. De tertio dicitur *Apoc.* 3. Qui vicerit, dabo ei ſedere mecum in throno meo: ſicut & ego vici, & ſedi cum Patre meo in throno ejus. In primo nardus dedit odorem humilitatis. In ſecundo myrrha delevit putredinem vetuſtatis. In tertio botrus emiſit vinum ſpiritualis jucunditatis. Eſt autem triplex humilitas. Primam parit veritas in corde ex ſui cognitione. Secundam Triplex humilitas. facit ſanctitas in opere ex contemptu humanæ gloriæ. Tertiam format charitas in ſuſtinentia opprobriorum ex ſpe remunerationis divinæ. De prima dicit David: Ego ſum vermis & non homo; Secundam oſtendit David, cum ſaltaret coram arca Domini. 2. *Reg.* 16. Tertiam oſtendit, cum Triplex convivium. malediceretur a Semei. 2. *Reg.* 16. & dixit: Dimitte eum, ut maledicat juxta preceptum Domini, ſi forte reſpiciat Dominus afflictionem meam, & reddat mihi bonum pro maledictione hac hodierna. Similiter eſt triplex accubitus Sponſæ, ſive convivium. Primum eſt corporum ad comparandum fortitudinem naturæ. Secundum eſt animarum ad conſolandum eſuriem & ſitim juſtitiæ. Tertium Angelorum ad ſatietatem cum magna dulcedinis multitudine. Primo utuntur ſervi. In ſecundo comedunt amici. In tertio inebriantur chariſſimi. In figura horum trium legimus Chriſtum convivia celebrantem cum diſcipulis ſuis.

Primum

Primum ante paſſionem in cœna *Matth.*26. Secundum ante Aſcenſionem in cœnaculo. *Act.*1. Tertium celebrabit cum omnibus Electis poſt generalem Reſurrectionem in gloria, *Iſa.* 25. Faciet Dominus exercituum in monte hoc convivium pinguium, convivium vindemiæ defæcatæ, pinguium medullatorum.

a Faſciculus myrrhæ Dilectus meus mihi, *b* inter ubera mea commorabitur. *c* Botrus cypri Dilectus meus mihi, in *d* vineis Engaddi.

Qui ſunt in primo convivio, diſcumbunt in noviſſimo loco per humilitatem; quia ſe indignos reputant, ſicut docet Dominus *Luc.* 14. Cum invitatus fueris, vade, & recumbe in noviſſimo loco. Qui ſunt in ſecundo diſcumbunt in medio loco per veritatem, quia ſpernentes univerſa terrena anhelant ad cœleſtia. Qui in tertio ſunt diſcumbunt in primo loco cum Domino convivii, ſecundum meriti dignitatem. Unde *Matth.*8. Multi ab Oriente, & Occidente venient, & recumbent cum Abraham, Iſaac, & Jacob in regno cœlorum. Quantum gaudium, creditis, ſit in illo convivio, ubi pax & ſecuritas, & ubi nihil deficiet, ubi omnia abundabunt, ubi nullus extraneus, nullus malevolus? Beatus, inquit, *Luc.* 14. qui manducabit panem in regno Dei. Sequitur. *a* Faſciculus myrrhæ dilectus meus mihi, inter ubera mea commorabitur.] Beneficium incarnationis recoluit Sponſa, ſupra, ubi dixit: Cum eſſet Rex, &c. Nunc beneficium paſſionis commemorat, dicens. *a* Faſciculus myrrhę dilectus meus] qui etiam amicus [mihi] amanti, mihi paſſionem ejus imminuti. *b* Inter ubera mea,] ideſt in principali cordis mei, *c* Commorabitur] uſque in finem. Et ſumma eſt, tota congeries tribulationum, & paſſionum dilecti mei, quas pro ſalute mea ſuſtinuit, nunquam a memoria mea excidet. Myrrha eſt arbor Arabiæ, quinque cubitorum altitudinis. Myrrha etiam dicitur gutta ab ea emanans, viridis & amara, quæ ſponte manat, pretioſior eſt; quæ autem per inciſionem corticis, vilior: ſed utraque ſalubris eſt infirmis. Unde & Dominus in paſſione, quam pro ſalute magni ægroti, ideſt totius mundi ſubiit, vinum myrrhatum a militibus accepit. *Marc.* 15. Ideo nomine myrrhæ, mors Chriſti, ſive paſſio deſignatur. Faſciculus ergo myrrhæ factus eſt Sponſus, quando in Cruce myrrha eſt potatus, quando de Cruce ablatus myrrha, & aloe perlinitus eſt *Joan.*19. Faſciculum autem non faſcem dicit Sponſa Dilectum ſuum ſibi; quia leve pro amore ejus ducit, quicquid laboris imminet, & doloris. Bene faſciculus; quia parvulus natus eſt nobis, *Iſa.*9. Bene faſciculus; quia non ſunt condignæ paſſiones hujus temporis ad futuram gloriam, quæ revelabitur in nobis, *Rom.* 8. Id enim, quod in præſenti eſt momentaneum, & leve tribulationis noſtræ, ſupra modum in ſublime æternum gloriæ pondus operatur in nobis, 2. *Cor.*4. An non faſciculus, cujus jugum ſuave eſt, & onus leve? *Matt.* 11. Non dico hoc, quia leve ſit in ſe, imo durum, & grave ſatis. Non enim levis eſt amanti. Unde non ſimpliciter ait Sponſa [Faſciculus myrrhæ Dilectus meus] ſed addit [mihi] quem diligo. Unde & Dilectum nominat, monſtrans vim amoris omnem amaritudinem & moleſtiam ſuperare. Unde dicit *B. Bern.* Erit quandoque nobis ingens cumulus gloriæ, qui modo eſt faſciculus myrrhæ. Ubera ſponſæ ſupra diximus, congratulationem, & compaſſionem, juxta illud *Rom.*12. Gaudere cum gaudentibus, flere cum flentibus. Poſſumus autem melius juxta ſenſum literæ, Sponſæ ubera hic appellare gratitudinem, & humilitatem, quæ maxime Sponſum detinent, & delectant. Eo enim ipſo, quod nos tantis beneficiis indignos per humilitatem cognoſcimus, & per gratitudinem gratias agere non ceſſamus, nobiſcum inſeparabiliter, & delectabiliter Sponſum retinemus, unde dicit *Prov.*8. Delicię meæ eſſe cum filiis hominum. Et e contrario nihil magis fugat, & elongat Sponſum, quam ſuperbia, & ingratitudo. Sponſa ergo, quia inter proſpera verſatur, & adverſa, hunc faſciculum medium inter ubera ſua collocavit, ne læta extollant, nec triſtia dejiciant. Unde & *B. Bern.* fratribus ſuis loquens & inducens, & exponens hanc auctoritatem. dixit: Tu quoque ſi ſapis, imitaberis Sponſæ prudentiam & hunc myrrhæ, tam charum faſciculum de principali tui pectoris, nec ad horam patieris auferri, ut poſſis dicere & tu (Faſciculus myrrhæ Dilectus meus mihi, inter ubera mea commorabitur.) Et ego fratres ab incohante mea converſione, pro acervo meritorum, quę mihi deeſſe ſentiebam, hunc mihi faſciculum colligare, & inter ubera mea collocare curavi, collectum ex omnibus anxietatibus, & amaritudinibus Domini mei. Primum, ſcilicet, illarum infantilium neceſſitatum, deinde laborum, quos pertulit in prædicando, fatigationum in diſcurrendo, vigiliarum in orando, tentationum in jejunando, lacrymarum in compatiendo, inſidiarum in colloquendo, poſtremo periculorum in falſis fratribus, & convitiorum, ſputorum, colaphorum, ſubſannationum, exprobrationum, clavorum, horumque ſimilium, quæ in ſalutem noſtri generis ſilva Evangelica copioſiſſime noſcitur protuliſſe: Ubi ſane inter tot odoriferæ myrrhæ hujus ramuſculos minime prætermittendam putavi, etiam illam myrrham qua in Cruce potatus eſt, ſed neque illam qua unctus eſt in ſepultura. In quarum prima applicuit ſibi meorum amaritudinem peccatorum, in ſecunda futuram incorruptionem mei corporis dedicavit. Memoriam igitur abundantiæ ſuavitatis horum eructabo, quoad vixero; in æternum non obliviſcar miſerationes iſtas, quia in ipſis vivificatus ſum. Et ad hoc hortatur nos Sponſa, cum dicit: [Faſciculus myrrhæ dilectus meus mihi, inter ubera mea commorabitur.] Sequitur. *c* Botrus Cypri dilectus meus mihi in vineis Engaddi,] quia dolorem mortis ſecutum eſt gaudium reſurrectionis, ideo Sponſa congrue poſt recordationem mortis ſubdit de reſurrectione, dicens.

c Botrus Cypri dilectus meus mihi in vineis Engaddi,] quaſi dicat, non ſolum inter ubera mea commorabitur Sponſus, quia factus eſt mihi faſciculus myrrhæ in paſſione, verum etiam quia factus eſt mihi botrus Cypri in reſurrectione. Factus eſt mihi cauſa lætitiæ in reſurrectione, qui fuerat cauſa triſtitiæ in paſſione. Utrobique dilectus nominatur, quia, totum factum eſt officio charitatis: Mortuus eſt propter peccata noſtra, reſurrexit propter juſtificationem, *Rom.* 4. Cyprus eſt inſula abundans bonis racemis, vinum dulce facientibus, & florida botris, & ideo ſignificat reſurrectionem in qua caro Sponſi refloruit. Botrus eſt uva cum palmite, ex qua exprimitur vinum lætitiæ, & ſignificat Chriſtum, a quo omnis lætitia ſpiritualis emanat. Et hunc botrum olim exploratores in vecte tulerunt, *Numer.*13. Chorum Propheticum pręcedentem, & Apoſtolicum ſubſequentem; medium autem Chriſtum Jeſum pulchro ſchemate figurantes. Engaddi civitas eſt eadem, quæ, & Jericho, ubi abundant palmæ, ubi olim fuit vinea Balſami, quam poſtea Cleopatra tranſtulit in Babylonem. Habet autem Engaddi duplicem interpretationem, & ambæ uni intellectui ſerviunt. Dicitur enim fons hœdi; & ſignificat Baptiſma gentium, & lacrymas pœnitentium, quia per hæc fit ablutio peccatorum. Dicitur & oculus tentationis, quod & Eccleſiæ bene convenit, quæ ſola illuminata per gratiam, tentationes prævidet inimici, juxta quod dicit Apoſtolus 2. *Cor.*2. Non ignoramus cogitationes ejus, ideſt, Sathanæ. Dicit ergo Sponſa. *c* Botrus Cypri dilectus meus mihi,] ideſt, dilectus meus factus eſt mihi dulcis, & floridus reſurgendo, qui fuerat mihi prius amarus, & marcidus moriendo: quod apparet. *d* In vineis Engaddi,] ideſt, in collectionibus gentium, ſeu quorumlibet peccatorum, qui de hœdis facti ſunt agni fonte Baptiſmatis, vel lacrymarum loti. Vel ſic: [Dilectus meus] factus eſt [mihi] credenti, ſperanti, & amanti eum.

Botrus Cypri,] ideſt, cauſa lætitiæ. Ipſe dico habitans.

In vineis Engaddi,] ideſt, in collectione eorum qui tentatione floreſcunt. Et nota, quod pulchro ordine breviter quatuor Chriſti beneficia præcipua commemoravit Sponſa: Rex in accubitu ſuo fuit, in utero Virginis exiſtens; faſciculus myrrhæ, in cruce moriens; botrus Cypri, de morte reſurgens; in vineis Engaddi, Spiritum Sanctum mittens: Tunc proprie vinum de botro manavit, quod totam Eccleſiam inebriavit.

Moraliter. Cyprus interpretatur mœror. Botrus, floritio: Unde alia translatio pro botrus Cypri, habet floritio mœroris, quia illi ſoli erunt florentes cum eo in reſurrectione, qui fuerunt cum eo mœrentes in paſſione. Unde 2. *Tim.* 2 Fidelis ſermo: Nam ſi commortui ſumus & convivemus; ſi ſuſtinebimus, & conregnabimus. Vineæ Engaddi, ubi creſcit Balſamus, cujus arbores ad modum vinearum excoluntur, ſunt vineæ Balſami, ſicut dicit *Gloſſ.* Et ſignificant clauſtra, ubi ſimiliter debent eſſe, & Botrus, & Balſamus Engaddi, ideſt, zelus diſtrictionis, & ſuavitas manſuetudinis, quod ſignificat Arca Teſtamenti, in qua ſimiliter, & virga, & manna fuerunt. *Moraliter.*

Virga æquitatis, & manna levitatis. Neutrum per ſe ſufficit ad ſalutem: Unde & medendis vulneribus ſauciati, Samaritanus ille Evangelicus, vinum, & oleum ſuperfudit: *Luc.* 10. Dans normam Rectoribus, ut in ſanandis exceſſibus ſubditorum ſit pie ſæviens diſciplina, & juſte blandiens miſericordia. Dicit ergo Sponſa: Botrus Cypri Dilectus meus mihi, &c.) Vel Balſami, ideſt, in clauſtris pie ſæviens, & juſte blandiens. Vel [botrus Cypri, &c.] ideſt, in clauſtris, quia ibi motio contemplationis ſe potat uberius, delectat ſuavius, inebriat vehementius. Sequitur.

a Ecce tu pulchra es amica mea, ecce tu pulchra, oculi tui columbarum] Vox eſt Sponſi, vicem laudis reddentis Sponſæ. Laudaverat enim Sponſa Sponſum ejus recolens beneficia incarnationis, paſſionis, reſurrectionis, Spiritus Sancti miſſionis: per primum invitata ad humilitatem, per ſecundum informata ad patientiam, per tertium erecta ad ſpem, per quartum inflammata ad amorem. Unde pulchra effecta meruit audire. [Ecce tu pulchra es, amica mea, ecce tu pulchra: oculi tui columbarum.] Ecce, admirationis vox eſt, reliquum commendationis. Iteratio vero pulchritudinis, confirmatio eſt amoris, vel ſignum duplicis pulchritudinis interioris, & exterioris; interior in virtute, exterior conſiſtit in converſatione. Vel gemina pulchritudo Sponſę, eſt geminæ charitatis effectus, vel pulchritudo intellectus, quæ eſt cognitio veritatis, & pulchritudo affectus, quæ eſt amor bonitatis, vel fides, & operatio, vel humilitas, & innocentia, ut dicit *B. Bern.* Qui binarius rariſſime invenitur. Rara enim avis in terris, aut ſanctitatem non perdere, aut humilitatem ſanctimonia non excludi. Et ideo Beata Virgo, quæ utramque retinuit, ſingulariter gratia plena, *Luc.* 1. Vel iſta geminatio notat pulchritudinem utriuſque populi converſi, Judæi ſcilicet, & Gentilis, vel duplicis vitæ decorem, activæ ſcilicet, & contemplativæ. Pertinet etiam iſta geminatio pulchritudinis ad duo talenta, quæ ſunt ſcientia, & operatio, vel ad duas partes juſtitiæ, quæ ſunt declinare a malo, & facere bonum; vel ad converſationem clauſtralium, & ſæcularium; vel ad regimen Prælatorum, & obedientiam ſubditorum. Vel geminatur pulchritudo Sponſæ, propter decorem pœnitentium, & munditiam innocentium, aut propter cordis ſimplicitatem, & corporis integritatem. Dicit ergo Sponſus.

> *a* Ecce tu pulchra es amica mea, ecce tu pulchra: *b* oculi tui columbarum. *c* Ecce tu pulcher es *d* dilecte mi, & decorus.

a Ecce tu pulchra es amica mea,] quæ amas, & amaris; [Ecce tu pulchra.] Demonſtratio adverbii tria facit, admirationem in pulchritudine Sponſæ, æmulationem in aliis, & notat quod palam & in promptu eſt Sponſæ pulchritudo. Pronomen tu geminatum, diſcretionem notat, & ſignificantiam. Et vere pulchra, quia.

b Oculi tui columbarum,] ideſt, affectus, & intentio ſimplex, ſine plica, ſcilicet erroris, & pravæ delectationis. Hæc ſimplicitas oculorum totum corpus Eccleſiæ pulchrum reddit. Unde *Matth. c.* 9. & *Luc. c.* 11. Si oculus tuus ſimplex fuerit, totum corpus tuum lucidum erit. Hæc virtus prima eſt in laudibus ſancti *Job.* 1. Erat, inquit, vir ſimplex, & rectus. Eſt igitur ſenſus. [Oculi tui columbarum,] ideſt Deum ſimpliciter intueris, quia nihil aliud quæris quam ipſum. Vel oculi Sponſæ ſunt Doctores, & Prædicatores, qui columbæ comparantur, propter decem proprietates columbæ, quas ponit hic *Greg.* Columba enim felle caret, roſtro non lædit, in cavernis petrarum nidificat, alienos pullos nutrit, juxta fluenta manet, melior grana eligit, pro cantu gemitum reddit, gregatim volat, alis ſe defendit, viſum novies recuperat. Sic Prædicatores & DD. felle malitiæ carere debent. Roſtro detractionis nullum lædere debent. In cavernis petræ nidificare debent, ideſt, in vulneribus Chriſti Jeſu refugium habere. *Pſal* 103. Petra refugium. Alienos pullos, ideſt, peccatores cibo ſacræ eruditionis debent nutrire. Juxta fluenta Sapientiæ ſemper debent reſidere, ubi umbram accipitris, ideſt aſtutias Dæmonis valeant ſibi, & aliis docendo præcavere. Grana meliora, ideſt ſi quas bonas ſententias in Poetis, vel Philoſophis invenerint, debent ad informationem Eccleſiæ eligere. Pro peccatis ſuis, & alienis debent gemitum emittere. Debent cum hominibus converſationem habere, & eis in moribus conformari. Aliis duabus, ideſt, patientia & ſcientia, vel Sapientia ſe debent defendere. Hæc enim ſunt duæ alæ mulieris illius, ideſt, Eccleſiæ, quæ datæ ſunt ei, ut fugeret in deſertum. *Apoc. c.* 12. Vel alis, ideſt, duobus Teſtamentis. Viſum novies debent recuperare, quia novem ſunt genera tentationum, quibus Sancti quaſi collyrio quodam peruncti turbantur ad tempus, ſed poſtea perſpicacius vident. Prima eſt lenta, quæ quaſi continue, & paulatim animam pulſat, & eſt tanto periculoſior, quanto minus ſentitur. De hac dicit *Job.* 14. Lapides excavant aquæ, & alluvione paulatim terra conſumitur. Secunda eſt dubia, quæ animum ita dubietatis nubilo involvit, ut quid rectum tenere debeat, diſcernere nequeat.

De hac dicitur *Job.* 20. Idcirco cogitationes meæ variæ ſuccedunt ſibi, & mens mea in diverſa rapitur. Tertia eſt ſubita, quæ judicium rationis prævenit, ita quod mens tentationis impetu præventa † tentationis inſidias prævidere, & præcavere vix poſſit. De hac dicitur *Thren* 4. Velociores fuerunt perſecutores noſtri Aquilis cœli, ideſt, ſpeculationibus animi. Quarta eſt occulta, quæ facit, ut res noxia in conſiderationem non adducatur. Unde fit, ut ibi negligamus, ubi ſolliciti eſſe debemus. Propter hanc dicit *Job.* 13. Quantas habeo iniquitates, & peccata; ſcelera mea & delicta oſtende mihi. Quinta eſt violenta, quæ ita vires hominum tranſcendit, ut vix, aut nunquam humana induſtria ſentiri poſſit. De hac dicitur *Job.* 30. Inſidiati ſunt mihi, & prævaluerunt: & non fuit, qui ferret auxilium: quaſi rupto muro, & aperta janua irruerunt ſuper me, & ad meas miſerias devoluti ſunt. Sexta eſt fraudulenta, quæ animum ſeducit, ita ut dicat bonum malum, & malum bonum. Et de hac dicitur *Prov.* 14. Eſt via, quæ videtur homini recta: noviſſima autem ejus deducunt ad mortem. Septima eſt perplexa, quæ in uno, eodemque tempore animum variis vitiis ita impedit, ut non inveniat aliquod refugium. De hac dicit *Job.* 40. Nervi teſticulorum ejus perplexi ſunt. Contra iſtas ſeptem dicit Eccleſia. *Pſal.* 118. Septies in die laudem dixi tibi. Octava eſt timenda, quæ animum ita timore occupat, ut bonum aliquod aggredi non audeat. Nona eſt vana, quæ animam de benefactis extolli ſuggerit. Et de his duabus dicit *Pſalm.* 90. Scuto circundabit te veritas ejus: non timebis a timore nocturno. A ſagitta volante in die a negotio perambulante in tenebris, ab incurſu, & Dæmonio meridiano, quinque tentationes tangit; ſed tres ultimæ ſub eis, quæ prædictæ ſunt, continentur. Timorem nocturnum vocat tentationem timidam, quæ bonum aggredi non permittit. Sagittam volantem in die vocat tentationem vanam, quæ de bonis actibus ſuggerit gloriari, vel appetere laudari. Sagitta enim volans in die eſt appetitus laudis de bono opere. Negotium perambulans in tenebris eſt occulta tentatio, quæ fuit quarta. Incurſus, vel incurſio dicitur tentatio violenta, quæ fuit quinta. Dæmon meridianus, eſt fraudulenta, quæ fuit ſexta, in qua ſæpe transfigurat ſe Sathanas in Angelum lucis, 2. *Cor.* 11. Sequitur. *c* Ecce tu pulcher es, &c.] Mos eſt amantium alterna collaudatione lætari, alterumque de alterius pulchritudine gloriari. Siquidem communis eſt eorum gloria, commune gaudium, & omnia communia. Unde Sponſa audita laudatione Sponſi, gratulabunda vicem illi reddit in laudibus, dicens. *c* Ecce tu pulcher es,] q.d. tu dicis me pulchram; ſed pulchritudo mea non eſt ex me, ſed ex te. Tu enim ex te pulcher es, ego a te. Ego pulchra ſum per gratiam, tu per naturam: Et hoc eſt. *c* Ecce tu pulcher es,] naturaliter ſecundum Divinitatem. *d* Dilecte mi, & decorus] ſecundum humanitatem. Vel pulcher es in ſolio Patris, decorus in matris gremio. Pulcher omnia creando, decorus perdita redimendo. Pulcher Juſtis gloriam conferendo, decorus pœnitentibus veniam, & indulgentiam tribuendo, vel pulcher & decorus dicitur Sponſus, quia pulchram, & decoram fecit Sponſam. Pulchram fecit in creatione, decoram in recreatione. Tunc enim ſuper candorem naturæ, ruborem gratiæ ſuperfudit, ut ſicut ipſe candidus, & rubicundus eſt: ſic & ipſa, Vel totum refertur ad Divinitatem, quæ eſt pulcherrima veritas, & veriſſima pulchritudo, quæ eſt gaudium & gloria intellectus. Ipſa enim Divinitas eſt pleniſſima bonitas, & optima plenitudo, quæ eſt decor, & decorus affectus. Pulcher ergo refertur ad intellectum, decorus ad affectum. Præter hæc autem quatuor ſunt, & aliæ Sponſi pulchritudines, propter quas eſt diligendus. Prima fuit in mortali corpore. De qua dicitur in *Pſal.* 44. Specioſus forma præ filiis hominum. Secunda in transfiguratione. De qua dicitur *Matth.* 17. Transfiguratus eſt Jeſus ante eos, & reſplenduit facies ejus, ſicut Sol: veſtimenta autem ejus facta ſunt alba, ſicut nix. Tertia in reſurrectione, carne glorificata. De hac dicitur *Iſa.* 53. Quis eſt iſte, qui venit de Edom tinctis veſtibus de Bozra? Iſte formoſus in ſtola ſua, ideſt in carne glorificata. Quarta in Divinitate. De hac dicitur *Iſa.* 33. Regem in decore ſuo videbunt. In prima Dominus noſtram honoravit infirmitatem. In ſecunda oſtendit futuræ beatitudinis qualitatem. In tertia exhibuit futuræ incorruptionis veritatem. In quarta perditam in Adam reformavit imaginem. Habet & Sponſa quatuor pulchritudines, ſicut & Sponſus.

Prima eſt in corporis caſtitate, ſecunda in conſcientiæ puritate, tertia in exteriori converſatione, quarta in divinorum contemplatione. Et de his quatuor dicitur *Thr.* 4. Candidiores Nazaræi ejus nive, nitidiores lacte, rubicundiores ebore antiquo, ſaphiro pulchriores. Candor nivis deſignat munditiam corporis, frigus vero cordis refrigerium. Et hæc duo ſunt in prima pulchritudine. Candor lactis, quod eſt cibus parvulorum, ſignificat innocentiam mentis & conſcientiæ ſimplicitatem. Et hæc duo ſunt in ſecunda pulchritudine.

Candor

Decem proprietates columbæ.

Novem genera tentationum.

al. † tentantis.

De pulchritudine Sponſi.

De pulchritudine Sponſæ.

Digitized by Google

Candor eboris; qui proceſſu temporis vertitur in ruborem, ſignificat innocentiam operis, & fervorem charitatis. Et hæc duo ſunt in tertia pulchritudine. Saphirus colorem habet cœleſtium, & ſignificat contemplationem, quæ eſt quarta pulchritudo Sponſæ. Cum ergo tanta ſit, ſcilicet virtus Sponſi, & Sponſæ pulchritudo, quid reſtat niſi frui cupitis amplexibus, oſculis delectari, ſubire

al. † lectus.

a † Lectulus noſter floridus,

cubiculum? Et hoc forte notat demonſtratio hujus adverbii, ecce, quaſi dicat Sponſa: Pulchra ſum, ut dixiſti; & tu pulcher es, & decorus, & ideo nihil reſtat, niſi ut demus oſcula, jungamus amplexus, intremus lectulum. Nam. a Lectulus noſter floridus eſt,] ideſt jucundus, & amœnus; & ideo ſanctæ copulæ celebrandę idoneus. Arguta inſinuatione invitat Sponſa Sponſum ad amplexus. Palam enim rogare erubeſcit, verecundia muliebri ſuffuſa. Tamen ſatis rogat, quæ cauſas rogandi inſinuat, ut dicit *Sen.* Lectulus dicitur tota Eccleſia, in qua Sponſus cum Sponſa quieſcit bonis operibus delectatus, ut ipſe dicit per *Iſa.*28. Hæc requies mea, reficite laſſum. Et in *Pſal.*131. Hæc requies mea in ſæculum ſæculi, hic habitabo quoniam elegi eam. Lectulus vero diminutive dicitur propter multas cauſas: Primo, comparatione immenſitatis Sponſi. Ipſe enim eſt quem cęlum, & cœli cœlorum capere non poſſunt, ut dicit Salomon 3. *Reg.*8. Secundo, in comparatione multitudinis vocatorum. Multi enim ſunt vocati, pauci vero electi. *Matt.* 22. Unde Diabolus lectum habet in ſpatioſa multitudine reproborum; Chriſtus vero in brevi numero electorum habet lectulum. Unde dicitur *Iſa.*28 Coanguſtatum eſt ſtratum, itaut alter decidat, & pallium breve utrunque operire non poteſt. Tertio, ſui opinione, qua ſe ſemper minuit. Unde *Greg.* Hoc proprium ſolet eſſe humilium, ut ſemper de ſe ſentiant infra quam ſint, Vox eſt omnium Sanctorum, quod dicit Joan. Baptiſta, *Joan.* 3. Illum oportet creſcere, me autem minui. Quarto, duos capere non poteſt. Sponſus enim, & Sponſa unum ſunt unitate gratiæ, non naturæ. Sicut dicitur 1. *Cor.*6. Qui adhæret Deo, unus ſpiritus eſt. Ad hoc facit eleganter illud *Iſa.*28. quod modo diximus: Coanguſtatum eſt ſtratum, itaut alter decidat, ideſt, omnis alter, ideſt, quicumque amore, & gratia non eſt ei unitus. Et quodammodo ipſe, ut dicit quidam Philoſophus, amicus meus non eſt, niſi alter ego. Hic lectulus floridus eſt, omni genere florum venuſtatus, roſis ſcilicet Martyrum, liliis Virginum, violis Confeſſorum, ſolſequiis Monachorum, hiacynthis Contemplativorum. Noſter autem dicitur lectulus, ideſt, communis Sponſo, & Sponſæ. Bona enim opera Sponſi ſunt auctoritate, & Sponſæ miniſterio.

Lectulus dicitur diminutive propter multas cauſas.

Item filii ſpirituales qui in hoc lectulo generantur ex aqua, & Spiritu ſancto communes ſunt. Sponſa enim generat prędicando, baptizando, & cetera Sacramenta miniſtrando, Sponſus vero gratiam infundendo. Aliter; Lectulus poteſt dici, vel intelligi cœtus clauſtralium, ubi Sponſus qui in turba ſæcularium laborat inceſſanter, quieſcit, & dormit. Unde *Luc.*10. Martha ſollicitari, & turbari circa plurima deſcribitur; Maria vero ſedere ad pedes Domini, & audire verbum illius. Cœtus clauſtralium lectulus, non lectus dicitur, propter cauſas prædictas, & quia ſe coanguſtavere votis, non contenti communibus mandatis, obſtrinxere ſe arctioribus conſiliis, paupertate ſe minuentes, diſciplinis attenuantes, multorum licitorum abdicatione mutilantes ſenſum proprium, & voluntatem propriam per obedientiam imputantes, ſe aliis ſubjicientes, ſeipſos penitus abnegantes, & pene in nihilum redigentes. Quam mutilationem, ſeu diminutionem ſpiritualem ſignificat mutilatio, quæ eſt in habitu Monachorum, quorum caligæ antepedalibus carent, cuculla manicis, † ſrocus capucio. Recte ergo cœtus clauſtralium lectulus eſt. Sed & floridus eſt roſis charitatis, liliis caſtitatis, violis humilitatis. Noſter autem dicitur, ideſt, communis obſequio pietatis, & beneficio hoſpitalitatis.

Aliter de clauſtralibus.

al. † floccus.

Moraliter. a Lectulus noſter floridus.] Lectulus dicitur quieta conſcientia, ſanctis deſideriis florida. Lectulus autem dicitur ex illa coanguſtatione charitatis quę cogit alterum, in alterum non ſolum cum altero eſſe, ut dicitur *Joan.*4. Deus charitas eſt, & qui manet in charitate in Deo manet, & Deus in eo. Et ex eo quod Sponſus & Sponſa continuis ſe conſtringunt amplexibus. Nam anima, quæ hujuſmodi lectulum habet, brachia charitatis nunquam ab amplexibus Sponſi laxat, nec ipſa niſi inter brachia Sponſi quieſcere poteſt, unde *infr.* 2. Læva ejus ſub capite meo, & dextera ejus amplexabitur me. Aliter. Lectulus dicitur gratia, ſive quies contemplationis, in quo ſancta anima cum Sponſo ſuo dormit, reficitur & quieſcit, amplexibus Sponſi fruitur, & oſculis delectatur.

Moraliter.

Aliter.

Iſte lectulus floridus floribus cœleſtium gaudiorum, habens in aſpectu venuſtatem, in tactu lenitatem, in odore ſuavitatem, bene lectulus dicitur propter modicitatem, & charitatem contemplativæ quietis. Unde *Apoc.* 8. dicitur: Factum eſt ſilentium in cęlo hora quaſi dimidia. Nec etiam hora dimidia, ſed quaſi dimidia quies illa contemplativa conceditur: Vix enim ſummitate labiorum incepto oſculo, nec dimidiato, ſed quaſi dimidiato, Sponſus, aut ſua avolatione, aut noſtra diſtractione rapitur, & diſparet, ut merito cogatur dicere Sponſa: Surgam, & circuibo civitatem per vicos, & plateas, & quæram quem diligit anima mea, *inf.* 3. Clamat etiam cum Petro; Domine, bonum eſt nos hic eſſe, *Matt.*17. Sed neſcit quid dicat, dicit *Luc.*9. Neceſſarium enim eſt ea ire ad lucra propter ſalvandos. *B. Bern.* de hac quiete dicit; Fœlix hora, ſed beatior mora: Aliter: Lectulus eſt uterus B. Virginis, in quo Sponſus beatiſſimam copulam celebravit, qua humanæ naturæ dignatus eſt copulari. Lectulus autem dicitur, & non lectus, propter humilitatem. Et quanto lectulus fuit humilior, tanto amplexus jucundior, & ſocietas inſeparabilior, & ipſa unio unitior, ut ita dicam, fuit. Eſt floridus lectulus iſte omnium florum varietate: Ibi roſa excellentiſſimæ charitatis, ibi lilium ſingulariſſimæ caſtitatis, ibi viola omnimodæ humilitatis. Et quid dicam? Hortus eſt ipſe, qui dicit. Ego ſum flos campi, & lilium convallium, *inf* 2. Aliter: Lectulus poteſt intelligi crux ipſa in qua Dominus jacuit, & dormivit, in quo lecto Sponſam ſuam, ideſt, Eccleſiam amplexus eſt arctius brachiis charitatis. Majorem enim hac dilectionem nemo habet, quam ut animam ſuam ponat quis pro amicis ſuis, *Joan.*15.

Aliter.

Aliter.

Et adhuc in hoc lecto Sponſus Sponſam amplexatur arctius, reficit opulentius, & delectat ſuavius, attendentem pie, & recolentem devote, quantum & quanta charitate pro ea pertulit ibi Sponſus. Crux autem lectulus dicitur, & non lectus propter paupertatis anguſtiam. Nudus enim, & ſitibundus ibi jacuit. Tunc vere dicere potuit: Coanguſtatum eſt ſtratum, *Iſa.*28. Floridus vero dicitur, non ſolum quia flos campi, & lilium convallium exornavit illum, ſed quia ipſius Sponſi ſanguine rigatus ad fructum noſtræ ſalutis floruit. Spem enim ſalutis quaſi florem jucundiſſimum ibi dedit, cujus odore totus mundus reſperſus eſt. Aridus autem, & horribilis erat ante lectus iſte; at poſtquam ei inſertus eſt flos campi, floridus factus eſt; & qui prius erat locus mortis, factus eſt locus vitæ. Lectulus iſte ideo noſter dicitur quia de noſtro fuit, quod ibi paſſus fuit, & pro nobis paſſus fuit. Ergo adulteram indubitanter ſe comprobat anima, quæ a lectuli hujus communione ſe reputat alienam. Unde *Matth.* 10. Qui non accipit crucem ſuam, & ſequitur me, non eſt me dignus, *Luc.*14. Qui non bajulat crucem ſuam, & venit poſt me, non poteſt meus eſſe diſcipulus, *Heb.*12. Si extra diſciplinam eſtis, adulteri, & non filii eſtis. De hoc dicit Sephora ad Moyſen, ideſt Eccleſia ad Chriſtum, *Exod.* 4. Sponſus ſanguinum tu mihi es. Pluraliter dicit ſanguinum, propter ſanguinem paſſionis, qui effunditur per diſciplinam, & ſanguinem compaſſionis, qui effunditur per miſericordiam, & imitationis qui pertinet ad patientiam: Dicat ergo quælibet fidelis anima Sponſo ſuo, ideſt Chriſto: Sponſus ſanguinum tu mihi es, & in hoc lectulo crucis debitum conjugale reddat.

Qui in hoc lectulo non dormit, ideſt, qui paſſionem Domini non imitatur; non poteſt dicere: [Lectulus noſter floridus.] *Gloſſ.* Hunc lectulum intelligit pacem Eccleſiæ, in qua flores virtutum vernant, & redolent, quaſi finita hyeme perſecutionum, quæ quaſi ventus urens teneros flores Eccleſiæ urit, & conſumit. *Alia Gloſſ.* Lectulum iſtum intelligit corpus humanum, quod cum eſſet Sponſę proprium, ſibi fecit commune Sponſus, carnem in Virgine, & de Virgine aſſumendo. In hoc lectulo Sponſus cum Sponſa quieſcit, quando caro ſpiritui conſentit; & ſenſualitas rationi. Floret autem lectulus iſte, cum bona opera corporis miniſterio fiunt. Floret autem maxime per continentiam, & abſtinentiam, & modeſtiam. Solet autem quadruplex lectus hic diſtingui. Primus eſt ſordidus luxurioſorum, malus. Secundus ſolidus conjugatorum; bonus. Tertius candidus continentium, melior. Quartus floridus virginum, optimus. De primo dicitur *Rom.* 13. Non in comeſſationibus, & ebrietatibus: non in cubilibus, & impudicitiis. De ſecundo *Heb.* 13 Honorabile connubium in omnibus, & thorus immaculatus. De tertio dicitur *Luc* 11. Noli mihi moleſtus eſſe: jam oſtium clauſum eſt: & pueri mei mecum ſunt in cubili, ideſt, bona deſideria, & bona opera in caſto corde. Unde recte dicitur: candidus lectus iſte, quia lotus lacrymis pœnitentiæ. Unde *Pſal.*6. Lavabo per ſingulas noctes lectum meum: lacrymis meis ſtratum meum rigabo. De quarto dicitur hic: [Lectulus noſter floridus.] Sequitur.

Quadruplex lectus.

a Ligna domorum noſtrarum cedrina, laquearia noſtra cypreſſina,] Sicut ſupra invitavit Sponſa Sponſum ad quietem per lectulum floridum, ut cum eo, & ipſa quieſceret, ſic & modo per domus pulchritudinem, q.d. pulcher es, & ego pulchra; lectus pulcher, quia floridus, & domus etiam pulchra eſt, quia [tigna domorum noſtrarum cedrina, & laquearia cypreſſina:] Ligna vulgo † capulones dicuntur, eo quod mutuo ſe capiant capitibus ſuis. Hæc ligna ad ſupportandum tectum elevantur binatim colligata, unde & tigna dicuntur, quaſi tecto nexa, vel tectum tenentia. Cedrus vero arbor alta eſt, & imputribilis, cujus odor, & ſuccus ſerpentes extinguit; ſemper creſcit, cum aliæ arbores finem vel terminum habeant ſui incrementi. Laquearia ſunt quædam ligna, quæ ad modum laqueorum elevata ſunt, ideſt, ligna ſubjacentia tignis, & ſuperjacentia parietibus, tignis, & copulis collaqueant, & connectunt. Cypreſſus in conum erigitur. Unde & conos dicitur Græce, ideſt, rotunditas; & fructus ejus conus dicitur. Unde dicuntur coniferæ cypreſſi.

al. † cupreſſina. al. † capro-nes.

a ligna domorum noſtrarum b cedrina, c laquearia noſtra † d cypreſſina;

CAP. II.

EGo e flos campi, &

Myſtice. Infr. 6.

d Ligna domorum noſtrarum, &c.] Myſtice. Domus noſtræ ſunt Eccleſiæ particulares, quæ unitæ fide, ſpe, & charitate ſunt una Eccleſia, quia una eſt columba mea. Ligna vero domorum; quæ parietes ſtringunt, & tectum ſupportant, & bina combinantur, & locum altiorem tenent in domibus, ſunt Prædicatores, qui locum eminentiorem in Eccleſia poſſident, & bini copulantur glutino geminæ charitatis, propter hoc quod bini miſſi ſunt, ſicut legitur *Luc.* 1. Miſit eos binos ante faciem ſuam. Tectum etiam Eccleſiæ ſupportant, ideſt, patientiam Apoſtolorum, qui imbres tribulationum, & ventos perſecutionum ſuſtinuerunt. Imitantur etiam Prædicatores cedrum, quia alti ſunt per converſationem, ſicut dicit Apoſtolus *Phil.* 3. Noſtra converſatio in cœlis eſt. Imputribiles caſtitate, incombuſtibiles paupertatis amore: Succus eorum, ideſt; doctrina eorum, ſerpentes, ideſt, Dæmones, vel peccata fugat, & extinguit. Unde *Luc.* 10. Dicitur eis: Ecce dedi vobis poteſtatem calcandi ſuper ſerpentes, & ſcorpiones, & ſuper omnem virtutem inimici. Cypreſſus hanc virtutem habere dicitur, quod oneribus non cedit, ſed ſub perpetua ſtabilitate perdurat; odorem jucundum, & ſalubrem emittit, & eamdem virtutem pene, quam & cedrus habet. Unde laquearia cypreſſina minores Prædicatores ſunt, qui Eccleſiam ſicut laqueus conſtringunt, ne diſpergatur per diverſos errores, qui ramos virtutum, & operum ſuorum ad ſublime colligunt, ſicut legitur *Eccl.* 30. Contine, & congrega cor tuum in ſanctitate. Et *Cor.* 10. Sive manducatis, ſive bibitis, ſive aliud quid facitis, omnia in gloriam Dei facite. Dicit ergo Sponſa invitans Sponſum ad quietem. a Ligna domorum noſtrarum,] ſcilicet tui facientis, & mei cooperantis, ideſt, Prædicatores omnium Eccleſiarum ſunt. b Cedrina,] ideſt, imputribiles, & invincibiles, & odoriferi, ſicut dicitur 2 *Cor.* 2. Chriſti bonus odor ſumus Deo in omni loco in his qui ſalvi fiunt, & in his qui pereunt. c Et laquearia noſtra,] ſcilicet minores Prædicatores me ſua doctrina colligantes. d Cypreſſina,] ideſt; redolentes, & imputribiles ſicus cedri.

Moraliter.

Moraliter. a Ligna domorum noſtrarum cedrina.] Ligna in domo animæ ſunt virtutes, quæ binatim ſibi invicem connexæ contignationem ad munimentum domus efficiunt. Verbi gratia, magnificentia & humilitas, patientia & fortitudo, continentia & abſtinentia, miſericordia & hilaritas, ſtrenuitas & longanimitas, & hujuſmodi. Hæ omnes cedrinæ ſunt, ideſt, ad modum Cedri ſupercreſcentes, ſicut dicitur *Prov.* 4. Semita Juſtorum quaſi lux ſplendens procedit, & creſcit uſque ad perfectam diem. Unde ſpiritualiter dicitur *Gen.* 9. Creſcite, & multiplicamini, & replete terram, ideſt, animam. Creſcite in habitu, multiplicamini effectu. c Laquearia cypreſſina] ſunt illæ virtutes, quæ non ſolum uni, ſed omnibus connexæ ſunt. Verbi gratia, in domo de qua loquimur modo, ponitur fundamentum animæ natura; parietes; virtus activa, & virtus contemplativa; laquearia, fides, ſpes, charitas, quæ recte cypreſſinæ dicuntur, quæ in communi erigantur, ſcilicet Deum, *Luc.* 10. Porro unum eſt neceſſarium. Et in *Pſal.* 26. Unam petii a Domino.

EXPOSITIO CAP. II.

EGo flos campi.] Vox Sponſi ad Sponſam vocantis eam ad ſtrenuitatem certaminis, ad laborem agriculturæ ſpiritualis, quæ invitaverat eum ad quietem, & amplexus lectuli floriditate, & domus pulchritudine, atque magnificentia, quaſi dicat Sponſus; o Sponſa, tu delectaris in quiete, ſecretis vis florere virtutibus, & hanc pulchritudinem amas; ego vero aliam pulchritudinem quæro, ſcilicet pietatis, & ſalutem multorum. Odorem meum toti mundo innoteſcere cupio, quod fieri non poteſt, niſi poſtpoſita quiete, qua delectaris, ad prædicationis officium accingaris. Quod libenter facere debes, quia. e Ego flos campi,] ideſt, decor & gloria mundi, in quo pugnandum eſt. [Ego,] qui natura ſum Deus, ſum [flos campi,] ideſt, virginis filius. Campus enim incultus eſt, & tamen florem producit, ſic B. Virgo intacta, & illibata Chriſtum peperit. Ego, inquam, ſum flos campi, omni ſuavitate odoriferus, aſpectu decorus, guſtu dulcis, tactu ſuavis, olfactu delectabilis, ſed non lecti quem tu quæris, aut horti, ſed campi per victoriam certaminis obtinendus; quaſi dicat: Ego ſum bravium in ſtadio currentibus, corona propoſita in campo certantibus.

Unde *Iſa.* 28. In die illa erit Dominus corona gloriæ, & ſertum exultationis reſiduo populi ſui, 1. *Cor.* 9. Omnes, qui in ſtadio ſunt, omnes quidem currunt, ſed unus accipit bravium, 2. *Tim.* 2. Non coronabitur, niſi qui legitime certaverit. Ideo enim dicit: [Ego flos campi,] quaſi dicat, qui habere me deſiderat, campum certaminis non fugiat. Vel ideo dicit: [Ego flos campi,] non lectuli, ideſt, ego ſum vernans indeficienter, & mundus naturaliter, adhærens radicibus originis meæ, quia a Patre procedens, non ab eo diviſus eſt, flos lectuli marcidus eſt, quia a radice ſeparatus. Vel. [Ego] ſum [flos campi,] ideſt, illis fragrans ſuavius, vernans jucundius, qui pro me certant fortius, & qui mihi laborant fructuoſius. Vel. [Ego] ſum [flos campi,] ideſt, eorum, qui per charitatem ſunt extenſi ad alios, & per juſtitiam, ſecundum utramque ſui partem expoſiti. In illis enim ſalva pace contemplativorum floret Sponſus fructuoſius, fragrat ſuavius, & latius, vernat propenſius. Vel. [Ego] modo ſum [flos campi,] fide, ſpe, & charitate currentibus, in futuro ero fructus lectuli pervenientibus. Sic ergo currite, ut comprehendatis; quaſi dicat Sponſæ: Tu vis habere me modo fructum lectuli, ſive domus, ſuavitate mea paſci deſiderans; ſed ego adhuc ſum flos campi per certamen obtinendus, per laborem colligendus, tandem maturatus in fructu in æterna requie, quæ eſt lectus ampliſſimus, domus ingens, & locus ſpacioſiſſimus, ſemper ſine faſtidio comedendus: Nam qui edunt, inquit, me, adhuc eſurient; & qui bibunt me, adhuc ſitient, *Eccleſ.* 34.

De illa domo dicitur *Baruc.* 3. O Iſrael, quam magna eſt domus Dei, & ingens locus poſſeſſionis ejus. Vel ideo. [Ego flos campi,] non horti, quia omnibus volentibus ad delectabiliter intuendum, ac ſuaviter odorandum expoſitus, non in horto, non in lecto vel domo ſingulariter poſſidendus, vel incluſus. Hoc dicitur contra quoſdam vaniſſime præſumentes, qui in ſolo otio contemplationis, non in labore actionis, vel in ſollicitudine prælationis opinantur eſſe ſalutem, quaſi ſolus lectus contemplationis ſit floridus, & totus campus converſationis activæ ſit ſordidus.

Quod etiam videtur ſentire ipſa Sponſa, *infra* 5. Ubi Sponſo roganti ut aperiat, reſpondet, Lavi pedes meos, quomodo inquinabo illos? Sed ne lectulus ſe ſolum floridum æſtimet, ne etiam hunc florem ſibi ſoli vindicet, dicit Sponſus: [Ego flos campi.] Et laborantibus ſpem fructus promittens, in flore enim fructus ſperatur, non dicit: Sum, vel fui, vel ero, ſed ſine tempore, ego flos campi, ut innueret, quod ſemper eſt cum laborantibus. *Matth. ult.* Ecce, inquit, ego vobiſcum ſum omnibus diebus uſque ad conſummationem ſæculi. Vel.

[Ego flos campi,] quaſi dicat: o Sponſa, noli in abſcondito cubiculi, vel in horto lectuli me quærere, quia palam me exhibeo omnibus ad cognoſcendum, inveniendum, obtinendum, ut flos campi, quo nihil eſt magis expoſitum. Vel [Ego flos campi,] ideſt, ex me omnis odor, omnis vernantia, omnis pulchritudo, omnis fructus Eccleſiæ, quaſi flore unico, & ſingulari.

Unde *Eccl.* 24. Ego quaſi vitis fructificavi ſuavitatem odoris, & flores mei fructus honoris, & honeſtatis. Vel. [Ego flos campi,] ideſt, ego ſolus campo Eccleſiæ vernantiam, & floritionem, ſuavitatem, & odorem tribuo.

Quod autem generaliter florem ſe dicit, non determinando aliquem, inde eſt, quia non unico modo floret in campo Eccleſiæ; ſed ut ita dicam, rubet in Martyribus, candet in Virginibus, viret in Confeſſoribus, pallet in Pœnitentibus, rutilat in Prædicatoribus, & ita de aliis. Campus enim Eccleſiæ ſic habet flores Electorum, ſicut cœlum ſtellas.

Nam ſicut ſtella differt a ſtella in claritate, 1. *Cor.* 15. Ita flos differt a flore in colore, Chriſtus enim alios rubricat

imita-

Digitized by Google

imitatione ſuæ paſſionis, alios candidat ſanctimonia caſtitatis, alios virides facit virore patientiæ, alios pallidos pallore penitentiæ, alios rutilantes ſplendore ſapientiæ. Et ita ex Chriſto tanta pulchritudinum varietas, ut ex uno Sole tota mundi luminoſitas. Unde ut dicit *Joa.*8. Ego ſum lux mundi, ita dicit hic, ego ſum flos campi. Ut enim Solę juſtitię ſublato, remanet totus homo, vel mundus tenebroſus, tenebris ſpiritualibus; ſic ſublato iſto flore miſericordiæ, nihil pulchritudinis remanet in campo Eccleſiæ. Præterea, quid fragrat ſuaviter, aut ſapit dulciter, aut lucet delectabiliter in unoquoque Sanctorum, niſi flos iſte? Unde 2. *Cor.* 2. Chriſti bonus odor ſumus. Et *Aug.* In proximo non diligitur niſi Deus. Id vero ſolum, quod diligit in proximo, fragrat, ſapit, & lucet. In eo ergo ipſe ſolus flos & fragrat, & ſapit, & lucet in campo Eccleſiæ. Merito ergo dicit: [Ego flos campi.] Sed quomodo flos campi eſt Dominus? Reſponſio. Sicut aromatica ſpecies eſt odor vaſis; aut aurum, ſive lapides pretioſi ſunt divitiæ vaſis continentis illa. Eccleſia vero campus dicitur propter duo. Primo, quia eſt locus certaminis. Unde *Eccli.* 2. Fili, accedens ad ſervitutem Dei, ſta in juſtitia, & timore, & præpara animam tuam ad tentationes, quaſi dicat, ingrediens Eccleſiam, ſcias te locum ingredi certaminis. Secundo, quia eſt locus laboris, ideſt, ager, vel vinea, ut legitur *Iſ.* 5. Vinea Domini Sabaoth domus Iſrael eſt. Et *Matth.* 20. Ite & vos in vineam meam. Eſt & ager. *Matth.* 13. Simile eſt regnum cęlorum homini, qui ſeminavit bonum ſemen in agro ſuo. Eſt etiam campus propter extenſionem benevolentiæ, propter latitudinem charitatis, propter æqualitatem juſtitiæ. Vel ſic [Ego] qui ſum fructus cęli, ut Deus, ſum [flos campi,] ideſt, mundi, ut homo, q. d. qui vult ſatiari fructu per fruitionem, redoleat florem per imitationem. Vel ſic [Ego] ſum [flos campi,] ideſt, virgo de virgine natus. Alii virgines ſunt flores horti, ideſt, de corrupta muliere nati. Vel hoc dicit Sponſus ad reprimendam præſumptionem illorum, qui velut montes præeminent altitudine ſcientiæ, & vitæ ſanctitate; quaſi dicat, ego ſum flos, non ſolum montium, ideſt, Sanctorum vita, & ſcientia ſublimium, ſed etiam campi, ideſt, ſimplicium. Vel [ego] ſum [flos] non ſolius montis Judææ, quæ velut mons prima recepit radios fidei; ſed etiam [campi,] ideſt, Gentilitatis in qua velut in campo Diabolus libere, & abſque offendiculo diſcurrebat. *a* Et lilium convallium,] ideſt, decus, & gloria humilium, qui parati ſunt ad patiendum, & compatiendum, quibus ego revelo humilitatis meę claritatem, quam geſſi in humanitate naſcens, & moriens, quibus etiam revelo claritatem ęternæ Deitatis magis, quam montibus, ideſt, ſapientibus hujus mundi. Unde *Luc.*10. Confitebor tibi Domine Pater cęli, & terræ, quia abſcondiſti hæc a ſapientibus, & prudentibus, & revelaſti ea parvulis. Et *Jac.* 4 Deus ſuperbis reſiſtit; humilibus autem dat gratiam. Vel lilium convallium,] ideſt, natum in convallibus, quaſi dicat, ſicut lilium naſcitur in convallibus; ita ego natus ſum de humilibus parentibus. Vel ſic. Ego ſum [lilium convallium,] ideſt, decus, & decor Gentium, & omnium, qui aquas vitiorum velut valles in ſe excipiebat. Non enim veni vocare Juſtos, ſed peccatores ad pœnitentiam. *Matt.*9. Vel convalles dicuntur plebes humiles. Convalles enim dicuntur valles, quę montes conjungunt, vel montibus conjunctæ ſunt; ita plebes humiles laicorum, velut in medio duorum montium ſunt inter Clauſtrales, & Clericos ſęculares. Ab altero monte lucem doctrinæ, & exempli, ab altero radios ſuſcipientes. Ex utroque etiam monte doctrinis quaſi diverſis fluviis deſcendentibus irrigantur. Et hoc eſt, quod legitur in *Pſ.* 103. Inter medium montium pertranſibunt aquæ. Specialiter ergo lilium iſtarum convallium ſe dicit Sponſus, & tacet de montibus, ut caſtitatis etiam conjugalis lilii particeps reputetur. Idem ergo ſecundum unam expoſitionem ſunt campus, & convallis, ſcil. cętus ſimplicium. Sed campus dicitur ex planitie juſtitiæ, vel extenſione charitatis; convallis autem ex montium circumſtantium ſupereminentia. Poſſunt intelligi etiam convalles omnes Electi, ſicut & campus: Campus propter planitiem juſtitiæ, & latitudinem charitatis; convalles propter humilitatem, qua ſalubriter ſe ſupprimunt, & invicem alteri ſe ſubjiciunt, ut legitur *Rom.* 12. Honore invicem prævenientes. Placet igitur Sponſo in Electis quod campus ſint; ſed ſpecialiter placet, quod convalles, & duplici humilitate humiles interiori, ſcilicet & exteriori. Et ideo generali nomine floris campum laudat dicens. [Ego flos campi.] Sed ſpeciali nomine lilii convalles attollit, dicens. [Et lilium convallium,] quaſi dicat, mihi juſtitia placet, placet charitas; ſed ſpecialiter placet humilitas. Unde non charitatem Mariæ dicitur reſpexiſſe; ſed humilitatem. Et humilitatis Magiſter ſpecialiter fuit Dominus. *Matt.* 11. Diſcite a me, quia mitis ſum, & humilis corde. Lilium autem ideo ſe nominat Sponſus, quia in illo ipſe flos eſt fructus; ſic Chriſtus Dominus flos, & fructus idem eſt: ſed flos expectantibus, fructus fruentibus. Unde *Eccli.* 24. Flores mei fructus honoris, & honeſtatis. Item lilium totum, quod habet decoris, & odoris, fructus, & amęnitatis, tranſmittit ad ſummum, & in capite collocat. Sic Chriſtus Dominus quidquid habet, Patri attribuit, a quo ducit originem. Unde *Joa* 17. Omnia mea tua ſunt. Item lilium ardores extinguit, & dolores mitigat. Sic Chriſtus Dominus ardorem per gratiam extinguit, & dolorem pœnitentiæ per miſericordiam dimittit. Item lilium in medio floris habet grana aurea, quæ ſeptem haſtulis ſupportantur, in quo ſeptiformis gratia deſignatur, quæ ipſum ſuper omnes implevit. *Iſa.* 11. Deſignantur in granis aureis inuria bonorum operum, & theſauri ſapientiæ, & ſcientiæ, qui in eo ſunt abſconditi. *Cor.* 2. Sequitur. *b* Sicut lilium inter ſpinas: ſic amica inter filias,] Sponſus, laudato ſe, laudat Sponſam; quia laus Sponſæ in ipſum redundat: & laus ejus in Sponſam. Omnia enim communia ſunt amantibus. Laudando autem ipſam ad patientiam, & tollerantiam tribulationum incitat. In hoc autem conſiſtit laus ejus: quia ſicut lilium ſpinis, inter quas naſcitur, melior abſque comparatione eſt; ſic Sponſa inter omnes alias nationes. Item, ſicut lilium ſuum candorem retinet inter ſpinas; & quanto magis ipſis pungitur, majorem reddit odorem; Sic Sponſa inter hæreticos converſans, vel malos Chriſtianos, qui ſunt filiæ ſacramento tenus, candorem ſuę innocentiæ non amittit: ſed quanto magis ab eis dilaceratur, & pungitur, tanto majorem odorem bonæ opinionis latius emittit. Quaſi ergo Sponſus diceret ad Sponſam: Tu quæris requiem, & laudem lectuli; ſed ſcito, quia candidior tribulationum aculeis efficieris, & purgatior, & exercitatior ſpinis, & punctionibus hæreſum. Major enim eſt fructus prædicationis, & uberiorem reddit Eccleſiam, ut dicit *Aug.* quam quietis. Et ideo noli timere tribulationum ſpinas, quia. *b* Sicut lilium inter ſpinas,] creſcit, candet, & redolet. *d* Sic amica mea inter filias,] ideſt hæreticos impugnantes, vel falſos fratres dilacerantes. Amica vero hic proprie intelligitur Eccleſia primitiva de Judæis: cui Sponſus dixit, *Joa.* 15. Vos autem dixi amicos. *Eodem* 20 Sicut miſit me Pater; & ego mitto vos. Unde & talis poteſt eſſe ſenſus. *b* Sicut,] ego, [lilium,] ideſt, innocens. *c* Inter ſpinas,] ideſt, inter Judæos, qui circumdederunt me, ſicut apes: & exarſerunt ſicut ignis in ſpinis adverſum me. *d* Sic amica mea,] ideſt, primitiva Eccleſia de Judæis. *e* Inter filias,] ideſt, inter Synagogam, & Gentilitatem, quæ undique eam pungebant, & dilacerabant. Unde dictum eſt ei; Ecce ego mitto vos, ſicut oves in medio luporum; *Matt.* 10. Vel *b* Sicut,] ego, [lilium inter ſpinas,] coronæ ſpineæ. *d* Sic amica mea] ſemper eſt, [inter filias.] Quod eſt dicere: Sicut ego innocens in ludibrio, & tormento fui portans coronam ſpineam. *Joan.* 19. Sic amica mea, ideſt primitiva Eccleſia de Judæis: Inter filias, ideſt, inter Synagogam, & Gentilitatem ſemper fuit. Et hoc eſt, quod ipſe rogat, *Joan.* 17. Volo Pater, ut ubi ego ſum, & illi ſint mecum, ut videant claritatem, quam dediſti mihi. Vel generaliter, [amica,] vocatur tota Eccleſia, & converſatio ejus ſuper terram deſcribitur, dum lilio inter ſpinas comparatur, in quo duo maxime deſignantur, ſcil., Dei clementia, qua teneritudo lilii inter ſpinas, illæſa ſervatur, & timor Eccleſiæ ex teſtimonio Sponſi ſuam cognoſcentis teneritudinem; ſic debet timere malorum cohabitationem, ſicut lilium ſpinarum circumvallationem. Quanto enim periculo lilium eſt inter ſpinas, tanto diſcrimine vivitur inter malos. Dicitur igitur Sponſus: [Sicut lilium inter ſpinas; ſic amica mea inter filias,] ut ſi Eccleſia gaudet ſe eſſe lilium, timeat & de vicinitate ſpinarum: Eſt autem lilium infra ſpinas, lilium intra ſpinas, & lilium ſupra ſpinas. *Triplex lilium.* Lilium infra ſpinas eſt virginitas ſubjecta criminibus; Eſt enim crimen ſpina, ſed ſpina peſſima. Lilium intra ſpinas, eſt virginitas impugnata tentationibus; Tentatio enim eſt valde pungens lilium. Supra ſpinas lilium eſt virginitas ſuperans tentationis impugnationem. De primis dicitur *Deut.* 32. Foris vaſtabit eos gladius, & intus pavor, juvenem ſimul, ac virginem lactantem cum homine ſene. De ſecundis vero dicitur *Thren.* 1. Sacerdotes ejus gementes, virgines ejus ſqualidæ, & ipſa oppreſſa amaritudine. De tertiis dicitur *Apoc.* 14. Hi ſunt, qui cum mulieribus non ſunt coinquinati; virgines enim ſunt, & ſequuntur agnum, quocunque ierit. Primum lilium repræſentant

lilium *a* convallium. *b* Sicut lilium *c* inter ſpinas; ſic *d* amica mea *e* inter filias.

fatuæ virgines, quæ fulgentes lampades virginitatis habuerunt, ſed charitatis oleum intus non receperunt. Secundum repræſentant virgines ſapientes, quæ cum lampade virginitatis oleo charitatis accepto, fatigatę tentationibus dormitaverunt. *Matth.* 25. Tertium lilium repræſentant eædem virgines, quando omni dormitione ſuperata intraverunt cum ſponſo ad nuptias. Primum lilium fuit puellæ ſaltantis, ideſt Herodiadis. *Matt.* 14. Secundum B. Agnetis, quæ paſtionem inſtituit, ne ſerviret copulæ conjugali. Tertium fuit B. Virginis, quæ nullum ſenſit unquam aculeum libidinis.

Triplex genus ſpinarum.

Item eſt triplex genus ſpinarum: Primæ ſpinæ ſunt concupiſcentiæ carnales. Secundæ mundanæ ſollicitudines. Tertiæ mali cohabitantes. De primis dicitur *Gen.* 3. Terra, ideſt, caro germinabit tibi ſpinas, & tribulos, ideſt, carnales concupiſcentias. De ſecundis dicitur *Matth.* 13. Qui etiam in ſpinis ſeminatus eſt, hic eſt qui audit verbum, & ſollicitudo ſæculi iſtius, & fallacia divitiarum ſuffocant verbum. De tertiis dicitur 2. *Reg.* 23. Prævaricatores quaſi ſpinæ evellentur univerſi, quæ non tolluntur manibus. *Mich.* 7. Qui optimus eſt in eis quaſi paliurus, & qui rectus quaſi ſpina de ſepe.

Item *Joa. ult.* Egredietur fons de domo Domini, & irrigabit torrentem ſpinarum. Sancta igitur anima fide pura, ſpe ſecura, charitate ſolida, inter aculeos carnalium concupiſcentiarum integra, inter pungentes ſollicitudines illæſa, inter malignantes bona, inter diſcordantes pacifica, quaſi dicat, aliud eſt quam lilium inter ſpinas? De primo genere ſpinarum dicit *Pſ.* 31. Converſus ſum in ærumna mea, ideſt, in jugum priſtinæ ſervitutis quod abjeceram in Baptiſmo, dum configitur mihi ſpina, ideſt, carnalis concupiſcentia, uſque ad conſenſum infigitur, quaſi dicat, cum carnalis concupiſcentia uſque ad conſenſum infigitur, redigor in priſtinam ſervitutem, quaſi vitibus hoſti redditis, ut dicit *Aug. ſup. Rom.* 7. Vel converſus ſum in ærumna mea, ideſt, in dolorem, & lamentationem pœnitentialem, dum ſpina carnalis concupiſcentiæ infigitur uſque ad conſenſum. De ſecundo genere ſpinarum habemus optimum exemplum in Luna, ubi videtur homo faſce ſpinarum oneratus, nullo tamen vulnere ſauciatus. Sic enim eſt anima ſancta ſub ſollicitudine activæ vitæ, ut ſub faſce ſpinarum a quibus multas punctiones ſpinarum excipit, non tamen aliqua ulcera culparum. De tertio genere ſpinarum dicitur *Phil.* 2. Omnia facite ſine murmurationibus, & hæſitationibus, ut ſitis ſine querela, & ſimplices filii Dei ſine reprehenſione in medio nationis pravæ, & perverſæ, ideſt, ſitis lilia candida, & illæſa inter ſpinas. His ſpinis circumſepta eſt undique via noſtra, ideſt, vita noſtra, ut promiſit Dominus *Oſee* 2. Sepiam viam tuam ſpinis. Lilium in radice, quæ latet ſub terra fidem ſignificat, quæ eſt de occultis, in haſtili quod in altum ſurgit, ſpem: in flore, caſtitatem: in granis aureis, charitatem, in clava quæ eſt in medio, timorem.

Sex ſunt quæ ſervant caſtitatem.

Flos ſex folia candida habet, quia ſex ſunt quæ incorruptam præcipue ſervant caſtitatem, ſcil. ſobrietas, operatio, cultus aſperitas, cuſtodia ſenſuum, raritas ſermonum, vitatio opportunitatis peccandi, ideſt loci, temporis, & perſonæ. De primo 1 *Pet.* 5. Sobrii eſtote, & vigilate. Hoc folium lacerat ſpina guloſitatis, & ebrietatis, quæ via ſunt ad luxuriam, ut patet in Loth, qui inebriatus perpetravit inceſtum. *Gen.* 19. Unde *Rom.* 13. Non in commeſſationibus, & ebrietatibus, non in cubilibus, & impudicitiis. De ſecundo dicitur *Joan.* 9. Me oportet operari opera ejus qui miſit me, donec dies eſt, venit nox, quando nemo poteſt operari. Et hoc folium violat ſpina otioſitatis, quæ iterum via eſt ad luxuriam. Unde *Ezech.* 16. Hæc fuit iniquitas Sodomæ ſororis tuæ, ſuperbia, ſaturitas panis, abundantia, & otium ipſius, & filiorum ejus. Propter quod dicitur *Eccli.* 33. Mittet ſervum in operationem, ut vacet, multa enim malitiam docuit otioſitas. De tertio dicitur *Matt.* 6. Ne ſitis ſolliciti animæ veſtræ, quid manducetis, neque corpori veſtro quid induamini. Hoc folium pungit ſpina nimiæ compoſitionis, quæ iterum eſt via ad luxuriam, ut patet in Moabitis, quæ ſe ornaverunt ut filios Iſrael traherent ad fornicandum ſecum. *Num.* 25. Propter quod dicitur 1. *Tim.* 2. Volo mulieres eſſe in habitu ornato cum verecundia, & ſobrietate ornantes ſe, non in tortis crinibus, aut auro, aut margaritis, vel veſte pretioſa, ſed quod decet mulieres promittentes pietatem per opera bona. De quarto dicitur *Prov.* 4. Oculi tui recta videant, & palpebræ tuæ præcedant greſſus tuos. *Iſ.* 33. Quis habitabit ex vobis cum igne devorante, & ardoribus ſempiternis? Qui ambulat in juſtitiis, & loquitur veritatem, qui projicit avaritiam ex calumnia, & excutit manus ſuas ab omni munere; qui obturat aures ſuas, ne audiat ſanguinem, & claudit oculos ſuos ne videat malum, iſte in excelſis habitabit. Hoc folium lacerat ſpina curioſitatis, videndi vana, vel audiendi nova, quæ eſt via ad luxuriam, ut patet in Dina Filia Jacob, quæ egreſſa, ut videret mulieres regionis illius, corrupta eſt a Sichem filio Emor, *Gen.* 34. Unde *Eccl.* 26. In extollentia oculorum fornicatio mulieris, & in tenebris ſuis agnoſcetur; propter quod dicit *Jer.* 9. Docete filias veſtras lamentum, & unaquæque proximam ſuam planctum: quia aſcendit mors per feneſtras, ingreſſa eſt domos veſtras diſperdere parvulos deforis, & juvenes de plateis. De quinto dicitur *Eccl.* 22. Quis dabit ori meo cuſtodiam, & ſuper labia mea ſignaculum certum, &c. Hoc folium dirumpit loquacitas, quæ via eſt ad luxuriam, ut patet in muliere illa, de qua dicitur *Prov.* 27. Ecce mulier occurrit illi ornatu meretricio præparata ad capiendas animas, garrula, vaga, quietis impatiens, &c. Unde Paulus 1. *Cor.* 15. Nolite ſeduci: Corrumpunt enim mores bonos colloquia mala, vel confabulationes peſſimę. Ideo dicit *Eccli.* 28. Ori tuo facito oſtia, & ſeras auribus tuis. De ſexto dicitur 1. *Tim.* 5. Adoleſcentiores viduas devita. Opportunitas enim via eſt ad luxuriam. Unde Thamar filia David corrupta eſt ab Amnon fratre ſuo, quia ſola fuit cum ſolo in thalamo, 2. *Reg.* 13. Propter hoc dicitur Loth, *Gen.* 19. Salva animam tuam, noli reſpicere retro poſt tergum tuum, nec ſtes, &c. Item intra florem lilii ſunt ſex grana aurea, quæ ſignificant charitatem: quia tribus modis diligitur Deus, & tribus de cauſis. Diligitur etiam dulciter, ſapienter, fortiter. Dulciter ex toto corde, ſapienter ex tota anima, fortiter ex tota virtute. Dulciter diligebat Petrus, cum dicebat: Abſit a te Domine, non erit tibi hoc, *Matt.* 16. Sed non ſapienter, quia ſalutem totius humani generis impedire volebat. Unde ſtatim dictum eſt ei: Vade poſt me Sathana, ſcandalum mihi es: quia non ſapis ea, quæ Dei ſunt, ſed quæ ſunt hominum. Sapienter etiam diligebat Petrus, cum diceret: Etiam ſi oportuerit me mori tecum, non te negabo, *Matt.* 26. Sed non fortiter, quia poſtea ad vocem ancillæ unius negavit eum. Fortiter dilexit Petrus, cum diceret: Deus Abraham, & Deus Iſaac, & Deus Jacob, Deus patrum noſtrorum glorificavit filium ſuum Jeſum, quem vos quidem tradidiſtis, & negaſtis ante faciem Pilati, judicante illo dimitti: vos autem juſtum, & ſanctum negaſtis, & petiſtis virum homicidam donari vobis: auctorem vero vitæ interfeciſtis, *Act.* 3. Et *iterum* 4. Si juſtum eſt in conſpectu Dei vos potius audite, quam Deum, judicate: Non enim poſſumus quæ vidimus, & audivimus non loqui. Dulciter etiam diligebat Propheta, cum diceret: Quam magna multitudo dulcedinis tuæ, Domine, quam abſcondiſti timentibus te! timore, ſcil. qui profecto eſt amoris, ut dicit *Aug.* Sapienter docebat diligere, cum diceret: Pſallite ſapienter. Fortiter, cum dicebat; Diligam te, Domine, fortitudo mea. Ecce tres modi diligendi Deum, quos debet habere quilibet fidelis. Propter quod dictum eſt Petro ter: Simon Joannis diligis me? *Joan.* 20. Tribus etiam de cauſis diligitur Deus, ſcil., propter temporalia, quæ tribuit: propter ſpiritualia, quæ infundit: propter cœleſtia, quæ promittit.

Tribus modis diligitur Deus. *Matth.* 16. *Pſ.* 30. *Pſal.* 46. *Pſal.* 17. *Propter tres cauſas diligitur Deus.*

Unde *Jer.* 5. Metuamus Dominum Deum noſtrum, qui dat nobis pluviam temporaneam, & ſerotinam in tempore ſuo, & plenitudinem annuæ meſſis. Item 1. *Cor.* 2. Oculus non vidit, nec auris audivit, nec in cor hominis aſcendit, quæ præparavit Deus his, qui diligunt illum. Et eſt ſumptum de *Iſ.* 64. ſecundum aliam editionem. Et cum hoc lilium ita ſit ordinatum, tamen ſentit ſpinas tentationum, aliquando ſub ſe, aliquando circa ſe, aliquando juxta ſe, aliquando intra ſe, aliquando ſupra ſe. Spinæ ſub ſe ſunt divitiæ temporales, quæ verbum Dei ſuffocant. Unde *Matt.* 13. Alia ceciderunt inter ſpinas, & creverunt ſpinæ, & ſuffocaverunt ea.

Spinæ circa ſe ſunt falſi fratres, & perverſi, qui pacem turbant. De his *Naum.* 1. Sicut ſpinæ, inquit, ſe invicem complectuntur; ſic convivium eorum pariter potantium: conſumentur ſicut ſtipula ariditate plena. Spinæ juxta ſe ſunt carnales voluptates. De quibus *Gen.* 3. Maledicta terra in opere tuo, in laboribus comedes ex ea cunctis diebus vitę tuæ: ſpinas, & tribulos germinabit tibi. Spinæ intra ſe ſunt malę cogitationes, & prava deſideria. De quibus *Prov.* 24. Per agrum hominis pigri tranſivi, & per vineam viri ſtulti, & ecce totum repleverant urticæ, operuerant ſuperficiem ejus ſpinæ. Spinæ ſupra ſe ſunt Dæmones, ſive Dæmonum ſuggeſtiones: De quibus *Iſa.* 7. Vepres, & ſpinæ erant in univerſa terra, & omnes montes in ſarculo ſarrientur, non veniet illuc terror ſpinarum, & veprium. Iſtæ ſpinæ aliquando pungunt lilium in radice, dum ſc. de fide tentant, aliquando in ſtipite, dum ſpem frangere conantur; aliquando in flore, dum caſtitatem violare machinantur, aliquando in granis, dum charitati inſidiantur, inter fratres diſſen-

diſſenſiones excitando: aliquando in clava, dum timorem eliminate nituntur, Deum miſericordem aſſerendo, longam vitam promittendo, peccata attenuando. Hæc enim ſunt tres lanceæ, quas Joab, ideſt, Diabolus fixit in corde Abſalon 2. *Reg.* 18. Item notandum, quod in tribus locis invenitur lilium, ſcilicet, in convalli, in ſpineto, in agro. In convalli, ut *ſup. eod*: 1. Ego flos campi, & lilium convallium. In ſpineto, ut hic: Ut lilium inter ſpinas. In agro

Lilium invenitur in tribus locis.

a Sicut malus inter ligna ſilvarum, ſic Dilectus meus inter filios.

Matth. 6. Conſiderate lilia agri quomodo creſcunt. Ecce triplex caſtitas, virginalis, vidualis, & conjugalis. Item notandum, quod lilium eſt amari ſaporis, ſed ſuavis odoris: quia caſtitas amara eſt in vita, ſed ſuavis eſt in fama. Item quoniam Sponſa Sponſum ad mollis lecti ſuavitatem invitaverat, quaſi Sponſus eam potius in lectulo amplexari, quam in medio tribulationum videre gauderet; ideo ſubdit Sponſus: Sicut lilium inter ſpinas, ſic amica mea inter filias. Non dicit, ſicut lilium inter lilia, ſic amica mea inter filias: ſed ſicut lilium inter ſpinas, ſic amica mea inter filias. Quod eſt contra quoſdam, qui cohabitationem peccatorum abominantur, ſimiles Scribis, & Phariſæis, qui ſuper hoc arguebant Dominum, quia peccatores recipiebat. Unde *Luc.* 14 Erant appropinquantes ei publicani, & peccatores, ut audirent illum, & murmurabant Scribæ, & Phariſæi dicentes, quia hic peccatores recipit, & manducat cum illis. Inter bonos enim bene vivere bonum eſt. Sed inter malos bene vivere, & innocentiam retinere, perfectum eſt. Perfectius autem inter eos, qui pacem oderunt, pacificum eſſe. Unde laudat ſe. *Pſ.* 119. Cum his, qui oderunt pacem, eram pacificus. Eſt etiam hoc contra illos, qui infirmos aſpernantur: quia ſpinas concupiſcentiarum ſentiunt, ſe autem ſanctos reputant, quia nullis carnis punctionibus ſtimulantur. Sed audiat hoc abominatrix infirmorum anima, ſe non eſſe amicam Sponſi, niſi fuerit, ut lilium inter ſpinas. Ideo enim, ne minus amari in medio ſpinarum, quam in molli lectulo ſe timeret Sponſa, contubernio ſpinarum conjunxit nomen amicæ. Et ne nimis decoram ſe crederet ex ſpinarum punctionibus, ideo nominat illam lilium inter ſpinas, quaſi dicat, nec amoris gratia, nec odoris fragrantia, nec decoris vernantia, minuitur in Sponſa vicinitate, aut punctione ſpinarum, ſed potius augmentatur. Item non dicit: ſicut lilium inter ſpinas, ſic dilecta mea inter filias, ſed amica mea, quaſi dicat, aperte per hæc, anima, quæ ſpinas tentationum, & tribulationum ſollicitudines propter me ſuſtinet, amicam meam ſe comprobat evidenter: Et ut amor Sponſæ notatur hic erga Sponſum; ſic notatur etiam amor Sponſi erga Sponſam. Qui enim lilium inter ſpinas colligere vult, aculeos ſpinarum neceſſario patitur. Quod liquidum eſt in ipſo Sponſo. Nam iſtud lilium de medio ſpinarum, ideſt, de medio reproborum colligens aculeos ſpinarum paſſus eſt: dum Electos colligeret prædicando per ſe, & per ſuos, perſecutorum morſiones ſuſtinuit. Unde *Eccle.* 10. Qui diſſipat ſepem, ideſt, Synagogam peccatorum, mordebit eum coluber. Fecit autem Dominus ſicut canis venaticus, qui feram inſequens, caput inter ſpinarum aculeos immittit, non timens exulcerationem, ut feram capiat. Nonne ſic fecit Dominus, Eccleſiam quaſi feram inter ſpinas, ideſt, inter reprobos latitantem, extrahit, ſed punctiones ſpinarum uſque ad ſanguinis effuſionem ſuſtinuit, in cujus ſignum coronam ſpineam portavit in capite ſuper crucem, propter quod dictum eſt de his ſpinis. 2. *Reg.* 23. Prævaricatores, quaſi ſpinæ, evellentur univerſi, qui non tolluntur manibus, ſed ſi quis eas tangere voluerit, armabitur ferro, & ligno lanceato, ideſt, patientia invincibili, & longanimitate inflexibili. Notatur etiam in hoc verbo Sponſæ compaſſio erga infirmos. Lilium enim inter ſpinas facile penetrabile, & vulnerabile eſt; Sic Eccleſia, & Eccleſiæ membra inter infirmos fratres, penetrabilia debent eſſe per compaſſionem. Quæ eſt enim illa vox Apoſt. 2 *Cor.* 11. Quis infirmatur, & ego non infirmor, niſi vox lilii inter ſpinas? Item notatur in hoc verbo ordinabilitas, & ſociabilitas, & humilitas Sponſæ. Non enim dicitur: ſicut lilium inter ſpinas, ſic amica mea ſupra filias, ſed inter ſpinas, & inter filias, in quo notatur ordinabilitas, & ſociabilitas: Item non dicit: Sicut lilium inter ſpinas, ſic amica mea inter filios, ſed inter filias, ecce humilitas. Hæc enim tria Sponſæ ſunt neceſſaria ad hoc, ut amica vocetur. Ordinabilitas, quoad ſe: ſociabilitas, quoad proximum, humilitas quoad Deum. Sequitur. *a* Sicut malus inter ligna ſilvarum; ſic Dilectus meus inter filios.] Vox eſt Sponſæ ad adoleſcentulas ſuas, quæ laudata a Sponſo, & exemplo ejus ad patientiam admonita, reciproca laude eum attollit, & ſe paſſuram promittit. Malus enim viſu, odore & guſtu, omnia ligna ſilveſtria antecedit. Sic Chriſtus præcedit omnes Sanctos, qui dicuntur filii gratia, non natura, ſicut ipſe. Et hoc eſt: Sicut malus inter ligna ſilvarum, &c. quaſi dicat Sponſa: Sponſus me dixit lilium inter ſpinas, & ego dico eum malum inter ligna ſilvarum, ideſt, bonum inter malos, & ſanctiſſimum inter ſanctos. Et hoc eſt, quod dicitur *Pſ.* 13. & 38. Omnes declinaverunt, ſimul inutiles facti ſunt, &c. Hoc eſt. Omnes ſunt ligna ſilvarum, ideſt, infructuoſi, & ſpinoſi, præter Sponſum, qui eſt aſpectu deſiderabilis, quia ipſe eſt, in quem deſiderant Angeli proſpicere, 1. *Pet.* 1. Odore delectabilis. Ipſe eſt enim de quo ſcriptum eſt: Ecce odor filii mei, ſicut odor agri pleni, cui benedixit Dominus. *Gen.* 27. Guſtu ſuavis. Ipſe eſt enim panis ille ſuaviſſimus, de quo ſcriptum eſt. Paratum de cęlo panem præſtitiſti eis, ſine labore, omne delectamentum in ſe habentem, & omnis ſaporis ſuavitatem. Flos mali quidam candidus eſt, quidam roſeus: Sic Sponſus candidus fuit naſcendo de Virgine, purpureus patiendo in cruce, roſeus reſurgendo. Et ideo recte comparatur malo. Item tres fuerunt arbores in Paradiſo. Prima ſcientiæ boni & mali, qua hominis obedientia probaretur, in qua & lapſus eſt in culpam. Secunda qua homo aleretur, cujus a Paradiſo ejectus perdidit alimoniam. Tertia arbor vitæ, qua vita hominis ſervaretur, qua privatus perdidit incorruptionis gloriam. Ideo ut hoc triplex damnum homini reſtitueretur per Chriſtum, & reſtitui oſtendatur, ſignanter malo comparatur. Malus enim in hyeme eſt rugoſa, frigoris aſperitate: in vere, & æſtate ſpecioſa, florum amenitate: in autumno fructuoſa, pomorum ubertate. Hæc tria Sponſus habuit. Rugoſitatem in paſſione; ſpecioſitatem in reſurrectione, fructuoſitatem in prædicatione. Per paſſionem reſtituit damnum amiſſæ obedientiæ, per reſurrectionem, damnum amiſſæ gloriæ, per prædicationem, damnum perditæ alimoniæ. Item notandum, quod Sponſa Sponſum, non amicum, ſed Dilectum nominat, declinans præſumptionem, qua amari ſe timueret, ſi amicum illum diceret: Dilectum igitur illum melius nominat, ut ad gratam reamationis viciſſitudinem illum invitet, quanquam Sponſa, nec ipſum diligere poſſit, niſi prius diligatur ab eo, ſicut 1. *Joa.* 4. dicitur. In hoc eſt charitas Dei, non quaſi nos dilexerimus eum, ſed quoniam ipſe prior dilexit nos. Et notandum quod ſunt filii reprobi, ſunt filii probi, ſunt filii probati. Primi ſunt mali ad mortem preſciti, filii ſceleſti. De quibus *Iſ.* 1. Vę genti peccatrici, populo gravi iniquitate, filiis ſceleratis. Secundi ſunt boni prædeſtinati ad vitam, virtutibus ſublimati. De quibus *Pſ.* 81. Ego dixi: Dii eſtis, & filii excelſi omnes. Tertii ſunt Angeli jam boni, & beati. De quibus *Job.* 1. Cum aſſiſterent filii Dei coram Domino, affuit inter eos & Sathan. Item in *eod.* 38. Quis dimiſit lapidem angularem ejus, cum me laudarent ſimul aſtra matutina, & jubilarent omnes filii Dei, ideſt, Angeli? Inter primos eſt Dilectus, quaſi malus inter ligna ſylvarum. Inter ſecundos quaſi amygdalus inter ligna hortorum. Inter tertios, quaſi lignum vitæ inter arbores Paradiſi. Primi ſunt ligna ſilvæ, quæ quærentia Regem ſuis conformem moribus, reprobata ſunt ab oliva, ficu, & vite, & elegerunt thamnum, ideſt, Diabolum, *Judic.* 9. Quæ dixit eis: Si vere me Regem vobis conſtituitis, venite, & ſub umbra mea requieſcite. De ſecundis dicitur *Ezech.* 47. Cumq; me convertiſſem, ecce in ripa torrentis ligna multa nimis ex utraq; parte torrentis. Torrens iſte eſt ęterna beatitudo. De quo *Pſ.* 35. De torrente voluptatis tuę potabis eos.

Sap. 16.

Tres arbores in Paradiſo.

Triplices filii.

In ripa ulteriori ſunt Angeli jam beati. In parte interiori ſunt homines beatificandi.

Quibus dicit Sponſus: Tranſite ad me omnes, qui concupiſcitis me, *Eccli.* 24. Et ut tranſire poſſint, ipſemet navem adduxit, qua ſecuri tranſirent, ideſt, crucem. De qua *Sap.* 14. Exiguo ligno credunt homines animas ſuas, & tranſeuntes mare per ratem liberati ſunt. Et vide, quam ſignificanter hæc dicantur. Malus enim inter arbores ſublimes eſt exigua, inter lenes ſcabroſa, inter planas ſpinoſa: Sic Chriſtus inter ſuperbos fuit humillimus.

Unde *Matt.* 11. Diſcite a me, quia mitis ſum, & humilis corde. Inter delicatos plenus doloribus. Unde *Iſ.* 53. Deſideravimus eum deſpectum, & noviſſimum virorum, virum dolorum, & ſcientem infirmitatem. Inter hypocritas ſeipſos juſtificantes, peccator reputatus. Unde *Joa* 9. Nos ſcimus, quia hic homo peccator eſt. Ecce malus inter ligna ſilvarum. Videamus quomodo amygdalus inter ligna hortorum ſit. Amygdalus præ ceteris arboribus floreſcit, oleo pingueſcit, per fructum ejus infirmus convaleſcit. Sic Chriſtus præ ceteris ſanctis floruit puritate, præ ceteris charitate, præ ceteris per ſeipſum fruimur ſanitate. Ipſe enim eſt ille Medicus, de quo dicitur *Eccli.* 38. Honora Medicum propter neceſſitatem, etenim illum creavit Altiſſimus, & iterum

inf. Unguentarius faciet pigmenta ſuavitatis, & unctiones conficiet ſanitatis. De his tribus dicitur *Eccle. ult.* Florebit amygdalus, ecce primum: impinguabitur locuſta, ecce ſecundum: diſſipabitur capparis, ecce tertium. Et ſequitur in eadem auctoritate. Quoniam ibit homo in domum æternitatis ſuæ, ubi eſt Dilectus, quaſi lignum vitæ inter ligna Paradiſi, ideſt, ſanctos Angelos. Attendendum autem ſubtilius eſt prædictum verbum. Silvarum enim ligna unius tantum naturæ ſunt, quia tota de terra oriuntur, ſine alterius arboris inſitione. Malus vero quaſi duplicis naturæ eſt. Nam truncum habet a terra productum, ſurculum aliunde accipit venientem, quæ conjuncta per inſitionem, unam arboram faciunt tantum. Sic omnes homines præter Chriſtum unius naturæ tantum ſunt, ſcil., humanæ; Chriſtus vero duplici, humanæ ſcilicet, & divinæ. Humanitati enim quaſi trunco, Divinitas quaſi ſurculus deſuper veniens, in unitate perſonæ inſerta eſt, & unita. Et hoc innuit Sponſa, cum dixit: Sicut inter ligna ſilvarum, &c. Hanc inſitionem figuravit ignis, quem vidit Moyſes in rubro lucentem, ſed rubrum non comburentem, *Exod.* 3. Hoc idem prophetavit Balaam, ubi dixit: Orietur ſtella ex Jacob, & conſurget virga de Iſrael. *Num.* 24. *Iſa.* 11. Egredietur virga de radice Jeſſe. Hoc vidit *Hier.* 31. cum dixit. Novum faciet Dominus ſuper terram, femina circumdabit virum. Hoc non latuit *Ezech.* 1. Cum dixit: Vidi, & ecce ventus turbinis veniebat ab Aquilone, & nubes magna, & ignis involvens, & ſplendor in circuitu ejus, & de medio ejus quaſi ſpecies electri. Hoc impletum ſcivit *Joan.* 1. Cum dicit: Et verbum caro factum eſt. Quid enim eſt, Verbum caro factum eſt, quam verbum carni inſitum eſt, ut ſurculus trunco? Quod videns *Jacob* 1. Dixit. In manſuetudine ſuſcipite inſitum verbum, quod poteſt ſalvare animas veſtras. Habet autem malus iſta, umbram amæniſſimam, ſub qua reſpirare, & quieſcere deſideravit Sponſa, cum ſe Sole perſecutionum fuſcatam conſpiciens exclamavit: Decoloravit me Sol. Habet etiam umbra fructum ameniſſimum & dulciſſimum, cujus refectionem deſiderans Sponſa, ait: Indica mihi, quem diligit anima mea, ubi paſcas, ubi cubes in meridie. Sic rogavit, & exaudita eſt. Unde gaudens & lætabunda ſubjungit. *a* Sub umbra illius, quam, &c.] Umbra Sponſi dicitur lex litteraliter intellecta, ut dicitur *Col.* 2. Nemo vos judicet in cibo, aut in potu, aut in parte diei feſti, aut neomeniæ, aut Sabbatorum, quæ ſunt umbra futurorum; in verbo vero ſedendi deſignatur imperfecta erectio, & longa expectatio Patrum. Et eſt ſenſus.

al. † quem
al. † deſiderabam.

a Sub umbra illius, † quam † *b* deſideraveram, *c* ſedi, & *d* fructus ejus *e* dulcis gutturi meo,

a Sub umbra illius,] ideſt, ſub onere figurarum legis. *b* Quam deſideraveram] in Patriarchis & Prophetis, quorum unus dicebat: Mitte, Domine, quem miſſurus es. *Exod.* 4. Et alius: Videbo eum, ſed non modo: intuebor eum, ſed non prope. *Num.* 24. Et alius. Utinam dirumperes cœlos, & deſcenderes. *Iſa.* 64. *c* Sedi] diu expectans, & non plene quieſcens. *d* Et fructus ejus,] ideſt, legis intelligentia, vel beatitudo æterna, quæ legi promittitur; vel ipſa præcepta legis, quorum obſervantia promeretur fruitionem Dei. *e* Dulcis gutturi meo,] ideſt, cordi meo, quod intellectu veritatem legis percipit, & affectu præguſtat ſuavitatem. Vel per umbram protectio, & refrigerium Sponſi, & futuræ ſuavitatis quidem permodica deguſtatio, & umbratilis, comparatione futuræ veritatis; in verbo vero ſedendi intelligitur docendi auctoritas, & regni dignitas, & judiciaria poteſtas, quæ omnia collata ſunt Eccleſiæ a Sponſo ſuo, Unde ſenſus eſt; Sub umbra illius, quem deſideraveram, ſedi, ideſt, ſub protectione ſecura, ſub refrigerio quieta, ſub odore umbraculi lætabunda. Sedi, auctoritate docendi prædita, regni dignitate ſublimata, judiciaria poteſtate honorata. Quod autem Eccleſia habeat docendi auctoritatem, nullum latet, quia dictum eſt Apoſt. *Matt. ult.* Ite, docete omnes gentes, item regia dignitas cunctis patet. Unde *Pſ.* 44. Aſtitit Regina a dextris tuis. Et alibi, intende, proſpere procede, & regna.

De judiciaria poteſtate nemo dubitat, qui novit forum penitentiale, & judiciale. De hac umbra dicitur in *Pſ.* 16. Sub umbra alarum tuarum protege me. Item *Pſ.* 56. In umbra alarum tuarum ſperabo, donec tranſeat iniquitas. Propter hoc ipſe Sponſus dicitur protector potentiæ, firmamentum virtutis, tegimen ardoris, umbraculum meridiani. *Eccli.* 34. Umbraculum meridiani factus eſt Sponſus proprie in incarnatione: Juxta illud *Luc* 1. Spiritus Sanctus ſuperveniet in te, & virtus Altiſſimi obumbrabit tibi. Tegimen ardoris fuit in paſſione, ubi ardorem iracundiæ Dei Patris pro Sponſa ſuſtinuit. Firmamentum virtutis fuit in miſſione Spiritus Sancti. Juxta illud *Luc. ult.* Sedete in civitate, &c. Quod autem dicis [ſedi] & non ſedebo, refertur ad certitudinem prophetalem, qua futura, ſicut præterita narrantur. *d* Et fructus,] ideſt, corporis, & ſanguinis ejus perceptio, qua reficior, & ſuſtentor in via peregrinationis meæ. *e* Dulcis gutturi meo,] ideſt, intimæ affectionis. Aliquando autem guttur Eccleſiæ dicitur cœtus Doctorum, & Prædicatorum, per quos vitalis ſpiritus, & vox ſanctæ eruditionis exit ad alios. Et ſecundum hoc fructus Sponſi triplex eſt. Primus eſt tota multitudo Electorum. De quo dicitur *Joan.* 12. Niſi granum frumenti mortuum fuerit, ipſum ſolum manet; ſi autem mortuum fuerit, multum fructum affert. Quod autem multum ſuavitatis habeat fructus iſte, teſtatur ipſemet Sponſus. *Prov.* 8. Delitiæ meæ ſunt eſſe cum filiis hominum. Hunc fructum eſurit ipſe adhuc. Unde in judicio ipſe dicturus eſt quibuſdam, qui hunc fructum deberent ei colligere, & præparare: Eſurivi, & non dediſtis mihi manducare. *Matt.* 25. Ergo non pertinet ad guttur Eccleſiæ, qui hunc fructum non eſurit. Secundus fructus eſt bona operatio. De quo dicitur in *Pſal.* 1. Et erit tanquam lignum, quod plantatum eſt ſecus decurſus aquarum, quod fructum ſuum dabit in tempore ſuo. Et hunc fructum debet eſurire, quia ad guttur Eccleſiæ pertinere ſe dicit. Monſtrum enim eſt, ut dicit *Bern.* lingua magniloqua, & manus otioſa. Tertius fructus eſt ipſe Sponſus. *Gen.* 15. Ego merces tua. Unde *Pſ.* 126. Filii merces fructus ventris. Quem qui plus comedit, plus eſurit. *Eccli.* 24. Qui edunt me, adhuc eſurient. Iſte fructus dulcis eſt in ore prædicantibus, dulcior in palato cordis meditantibus, dulciſſimus in gutture guſtantibus. Item eſt alius quadruplex fructus valde neceſſarius. Primus eſt penitentiæ, ſecundus juſtitiæ, tertius contemplationis, quartus prædicationis. De primo dicitur *Matth.* 3. Facite dignos fructus penitentiæ. De ſecundo *Jac.* 3. Fructus juſtitiæ in pace ſeminatur facientibus pacem. De tertio dicitur *Joa.* 15. Qui manet in me, & ego in eo, hic fert fructum multum. De quarto dicitur *Joa.* 15. Non vos me elegiſtis; ſed ego elegi vos, & poſui vos, ut eatis, & fructum afferatis, & fructus veſter maneat. Item notandum, quod triplex eſt æſtus, & triplex umbra protegens. Eſt enim æſtus Solis, æſtus ignis, æſtus vitiati pulmonis. Æſtus a Sole veniens, eſt ira Dei, qua peccator iraſcitur. Unde *Pſ.* 88. Exardeſcet ſicut ignis ira tua. Et *Pſ.* 120. Per diem Sol non uret te. Æſtus ab igne veniens, eſt ardor luxuriæ, quo carnale deſiderium accenditur. Unde *Rom.* 1. Exarſerunt in deſideriis ſuis invicem; maſculi in maſculos turpitudinem operantes. Item *Job* 31. Ignis eſt uſque ad conſummationem devorans, & omnia eradicans genimina. Æſtus a pulmone veniens, eſt propria malitia, qua cor ad nocendum accenditur. Unde *Hier.* 1. Ollam ſuccenſam ego video, & facies ejus a facie Aquilonis. Olla ſuccenſa cor ſuccenſum malitia. Aquilo Diabolus, flatu malæ ſuggeſtionis accendens cordis malitiam, quia halitus ejus prunas ardere facit. *Job* 41. Contra primum æſtum umbra divinæ miſericordiæ, qua ira Dei temperatur. Unde *Abac.* 3. Cum iratus fueris, miſericordiæ recordaberis. Et de hac umbra dicitur *Iſ.* 49. Sub umbra manus ſuæ protexit me. Contra ſecundum æſtum eſt umbra paſſionis Dominicæ, cujus imitatione, vel etiam recordatione concupiſcentia reſtringitur.

Triplex fructus Sponſi.

Quadruplex fructus neceſſarius.

Triplex æſtus & umbra.

Unde 1. *Petr.* 4. Chriſto igitur paſſo in carne, & vos eadem cogitatione armamini, quaſi dicat, cogitationes Dominicæ paſſionis erunt vobis arma protegentia contra æſtum concupiſcentiæ. Contra tertium æſtum eſt umbra Sapientiæ, qua malitia vincitur. Unde *Sap.* 8. Sapientiam non vincit malitia. Attingit ergo a fine uſque ad finem fortiter, & diſponit omnia ſuaviter. Ecce in hac triplici umbra perfecta refrigeratio deſignatur, quam ſequitur pauſatio, ſive quies a tumultu inquietudinum quæ notatur in verbo ſedendi. Seſſionem autem ſequitur refectio ſpiritualium gaudiorum, quæ notatur in fructu. In figura horum trium contulit Dominus tria filiis Iſrael in deſerto. Propter primum, nubem ad refrigerandum, propter ſecundum, feſtivitates ad quieſcendum, propter tertium, manna ad reficiendum. Sedere autem debemus ad quinque. Primo ut noſipſos judicemus. Unde *Dan.* 7. Judicium ſedit, & libri aperti ſunt. E contrario quidam ſedent, ut alios judicent. De quibus *Pſ.* 68. Adverſum me loquebantur, qui ſedebant in porta.

Sedere debemus propter quinque.

Item ſedere debemus, ut noſipſos humiliemus.

Unde *Pſalm.* 120. Surgite poſtquam ſederitis, qui manducatis panem doloris. Et *Iſaiæ* 47. Deſcende,

Sede

Digitized by Google

Sede in pulvere, virgo filia Babylonis. Propter quod Dominus ſedit ſuper aſinam *Matth.* 21. E contrario ſedent multi ſuper mulam fatuitatis cum Abſalon, cujus capillos, ideſt, cogitationes, abſtulit ventus elationis, & ſic periit, 2. *Reg.* 18. Item ſedere debemus, ut infirmitatem noſtram revelemus. Unde Apoſtolis doloris Dominicæ paſſionis fatigatis dictum eſt: Sedete in civitate, quoadusque induamini virtute ex alto. *Luc. ult.* propter quod & Dominus ſedit juxta fontem fatigatus ex itinere. *Joan.* 4. E contrario ſedent multi, ut voluntatem ſuam perficiant. Unde *Exod.* 32. Sedit populos comedere, & bibere, & ſurrexerunt ludere. Item ſedere debemus, ut alios doceamus. Unde *Job.* 29. Cum ſederem quaſi Rex circumſtante me exercitu, eram tamen mœrentium conſulator: Propter quod & Dominus ſedens in monte docebat Diſcipulos ſuos, dicens: Beati pauperes ſpiritu, &c. *Matth.* 5. E contrario quidam ſedent, ut honorentur, *Matt.* 23. Super cathedram Moyſi ſederunt Scribæ, & Phariſæi. Item ſedere debemus, ut regnemus. Unde *Matth.* 19. Amen dico vobis, quod vos qui ſecuti eſtis me, &c. ſedebitis & vos ſuper ſedes duodecim, &c. Tunc non continget amplius cadere, ſicut ille cecidit, qui dicebat: Exaltabo ſolium meum: ſedebo in monte Teſtamenti. *Iſa.* 14. ſequitur. *a* Introduxit me Rex in cellam vinariam, &c.] Vox eſt Eccleſiæ primitivæ de Judæis, quæ refecta dulci fructu Sponſi, lætabunda loquens adoleſcentulis ſuis, ait ſe in cellam vinariam introductam, ibique vino ſpiritualis lætitiæ copioſe potatam. Et rectus eſt ordo, quia poſt fructum ſequitur vinum. Poteſt autem intelligi velut cella aquaria, lex juxta exteriorem intelligentiam; cella vero vinaria, juxta interiorem intellectum; in quam intrantes, & copioſe bibentes, inebriantur, & inſtar ebriorum exuunt ſe temporalibus; inde nudi exeuntes ad opera activæ; vel ibi nudi remanentes in deliciis contemplativæ, & rapti extra ſe, & ſupra ſe, nuditatis opprobria vilipendunt: quia non ſenſu proprio reguntur, ſed virtute vini aguntur. Cella iſta aquaria neminem inebriat; ſed in nuptiis Chriſti & Eccleſiæ facta eſt vinaria, quando aqua converſa eſt in vinum, ſicut dicitur *Joan.* 2. Primitiva igitur Eccleſia de Judæis, quæ ſolam aquam bibere conſueverat, videns ſe ad internam ſuavitatem ſpiritualis intelligentiæ introductam a Sponſo.

a Introduxit me Rex in
b cellam *c* vinariam:

Quadruplex vinum. Recte ait: [Introduxit me Rex in cellam vinariam] in qua vino quadruplici me potavit. Primo ſenſu hiſtorico, ſecundo tropologico, tertio allegorico, quarto anagogico. Quod autem non alia de cauſa, niſi ad bibendum, & inebriandum introducta fuerit Sponſa in cellam vinariam, oſtendit ipſa, ubi temporalibus omnibus velut ebriam ſe nudavit, ſicut legitur *Actor.* 4. Quotquot poſſeſſores domorum, aut agrorum erant, vendentes, afferebant pretia eorum, quæ vendebant, & ponebant ante pedes Apoſtolorum. In hac cella duo ſunt exceſſus contemplationis. Unus in intellectu, in lumine cognitionis; alter in affectu, in fervore devotionis. Qui his duobus potibus inebriatur, in cella vinaria fuiſſe probatur.

Vel [introduxit me Rex in cellam vinariam,] ideſt, in cogitationem ſupernorum gaudiorum, in quam aliquis per ſervum, aliquis per amicum, aliquis per Regem ipſum introducitur.

Per ſervum introducitur, qui timore pœnæ ad cogitanda cœleſtia ſe convertit. Per amicum, qui deſiderio præmii hoc facit. Per ipſum Regem, qui ſolo amore Sponſi cœleſtia meditatur. Innuens ergo Sponſa ſe non timore ſupplicii, ut ſervam; non amore præmii, ut mercenariam; ſed ſola charitate Patris, ut filiam introductam, ait. *a* Introduxit me Rex] ipſe, non amicus. *b* In cellam] non aquariam, quæ eſt cogitatio temporalium. *c* Vinariam] quæ eſt meditatio ſpiritualium. Vel per cellam vinariam, Eccleſia, de Gentibus accipitur, ut dicit *Gloſſ.* Quæ vinaria dicitur, quia aliis vinum verbi Dei, & dona Spiritus Sancti exemplo, & prædicatione propinat, & eos amore Sponſi ebrios facit. Et eſt ſenſus: [Introduxit me Rex in cellam vinariam,] ideſt, me gentili Eccleſiæ in unitate fidei percepta gratia Baptiſmatis ſociavit. Et loquitur Sponſa in perſona illorum, qui exemplo, & prædicatione gentilis Eccleſiæ converſi ſunt ad fidem Chriſti. Vel pro Judæis, qui in fine ſæculi convertentur ad Chriſtum, hoc dicit. Et ponit præteritum pro futuro certitudine prophetali. Vel per cellam vinariam intelligitur univerſalis Eccleſia, vino, ideſt, gratia Spiritus Sancti plena, in cujus unitatem Eccleſia primitiva de Judæis, quæ hic loquitur, & etiam Eccleſia de Gentibus introducta ſpiritualem gratiam accepit, quæ per vinum deſignatur. Et eſt ſenſus. [Introduxit me Rex in cellam vinariam] ideſt, gratiam ſpiritualem mihi contulit, & ſuæ per hoc Eccleſiæ me ſociavit. Vel cella vinaria eſt cœleſtis regni affluentia, in quam introductam ſe dicit Sponſa ſpe, non re; promiſſione, non ſolutione. Vel cella vinaria eſt ſpiritualium bonorum copia, quæ ideo vina dicuntur; quia reficiunt, inebriant, jucundant. Quibus inebriatus Joſeph pallium reliquit Ægyptiacæ mulieri, *Gen.* 39. ideſt, temporalia mundo. Et eſt ſenſus. [Introduxit me Rex in cellam vinariam] ideſt, bonorum ſpiritualium affluentiam mihi contulit, quibus inebriata ſum. Poteſt etiam intelligi cella vinaria contemplationis gratia, quæ velut cella vinaria multa, & varia genera ſpiritualium poculorum continet, quibus jucundat, & inebriat potatores. Unum poculum eſt puritas mentis, ſecundum, pax, ſive quies mentis, tertium ſecuritas mentis, quartum jucunditas, ſive gaudium in Spiritu Sancto. Eſt ergo ſenſus: [Introduxit me Rex in cellam vinariam,] ideſt, gratiam contemplationis mihi contulit, cujus populus multipliciter me inebriavit. Item cella vinaria poteſt intelligi clauſtralis converſatio: Quæ multa vina continet, Vinum compunctionis in lugentibus peccata: vinum devotionis, in recolentibus Dei beneficia: vinum exultationis, in ſpe gaudentibus: vinum aromaticum, in ſuaviter contemplantibus: vinum floratum in novitiis: vinum ferratum, in tribulatis: vinum roſatum, in perfectis, qui jam diſſolvi cupiunt, & eſſe cum Chriſto. Vel cella vinaria poteſt intelligi cœleſtis Sapientia, quæ multas cellas, ſive vaſa vinaria habet. Quarum prima eſt cogitativa, ſecunda meditativa, tertia contemplativa, quarta prophetativa, quinta raptiva, a qua raptus, ſive extaſis dicuntur, ſexta aſpectiva, manifeſtæ, ſcilicet, viſionis; & hæc erit in patria. *Philip.* 1. *Cœleſtis ſapientia multas habet cellas.*

Prima eſt de creaturis, inquantum ſigna ſunt, & viæ docentes ad cognitionem primæ veritatis: quia inviſibilia Dei per ea, quæ facta ſunt, intellecta conſpiciuntur a creatura mundi. *Rom.* 1.

Secunda eſt ſimiliter de creaturis, inquantum viæ ſunt ad noſtram cognitionem, & eruditionem ſalutarem, videlicet cum in ipſis rebus legimus, quid nobis ſit faciendum. Verbi cauſa. In Sole, & Luna, & aqua, & terra, & etiam in cauda cujuslibet animalis. *Job* 12. Interroga jumenta, & docebunt te, & volatilia cœli, & indicabunt tibi: loquere terræ, & reſpondebit tibi.

Tertia eſt de creatione mundi, & de toto regno cœlorum, regno mundi, ideſt, univerſitate inferiori, & gubernatione utriuſque. Et de hac cella potamus, cum Dei Sapientiam & potentiam, & benignitatem per utriuſque regni gubernationem intelligimus. A magnitudine enim ſpeciei, & creaturæ cognoſcibiliter poterit Creator eorum videri. *Sap* 13.

Quarta eſt cœleſtis, ac divini † conſilii revelatio, ſive illuminatio, de qua viri ſancti inebriantur, aut propter ſeipſos, ut revelatione divinorum conſiliorum ſe eſſe amicos, & familiares Dei cognoſcant, aut propter proximos, ut eis, quid agendum ſit, annuncient. Et de hoc dicitur *Sap.* 7. Sapientia omnia innovat, & per nationes in animas ſanctas ſe transfert & amicos Dei, & Prophetas conſtituit. al. † doni.

Quinta eſt in ſecretorum Dei, & ineffabilium raptus, ſive exceſſus, qui revera proprie dicitur introductio in cellam vinariam, ubi tanta inebriatio ſit, ut ſopor mortis ſimillimus irruat: Ibi enim omnium mundanorum etiam proprii corporis ſit oblivio.

Et de hac cella potatus fuerat Paulus, cum diceret: Scio hominem in Chriſto ante annos 14 ſive in corpore, ſive extra corpus, neſcio: Deus ſcit, &c. quoniam raptus eſt in Paradiſum; & audivit arcana verba, quæ non licet homini loqui, 2. *Cor.* 12.

Sexta eſt aperta Dei viſio, & totius cœleſtis curiæ, quæ eſt viſio ſpeciei, quæ ſuccedet fidei. De qua dicitur 1. *Cor.* 13. Videmus nunc per ſpeculum in ænigmate: tunc autem facie ad faciem. In hanc cellam ſextariam ſe gratulatur inductam Sponſam, non quod tota in quamlibet partem introierit, ſed quod non ſit aliqua pars hujus cellæ, in quibus aliqua pars Eccleſiæ non fuerit introducta. *B. Bern.* duas cellas diſtinguit. Unam aquariam, quæ eſt timor, in qua fuit Sponſa toto tempore legis, quia ſerviebat timore. Aliam vinariam, quæ eſt amor, in quam introductam ſe gloriatur Sponſa, intuens in ſpiritu aquam vinum factum in nuptiis Chriſti, & Eccleſiæ, i. timorē verſum in amorem. Unde Dominus dicit Apoſtolis: Jam non dicam vos ſervos, ſed amicos; quia ſervus neſcit, quid faciat Dominus ejus. Vos autem dixi amicos, quia omnia quæcumque audivi a Patre meo, nota feci vobis, *Jo.* 15. Sequitur.

a Ordi-

a Ordinavit in me charitatem,] Quod de Sponſi vel Sponſæ charitate poteſt intelligi, ſecundum *diverſas Gloſſ.* De Sponſi charitate ſic intelligitur: [Ordinavit in me charitatem] ideſt, ordinata charitate membra mea, ideſt, omnes Electos ſibi copulavit, eminentiora majori affectu, & minora minori complectens, ideſt, majoribus majorem, minoribus minorem conferens gratiam. Vel ſic: [Ordinavit in me charitatem,] ſuam, ideſt, erga me, ut mihi prius ſuam exhiberet, & poſtea meam exigeret. Sicut legitur 1 *Joan.* 4. Non quaſi nos dilexerimus Deum; ſed quoniam ipſe prior dilexit nos. De charitate Sponſæ ſic exponitur.

a ordinavit in me charitatem, *b* Fulcite me floribus: *c* ſtipate me malis: quia *d* amore *e* langueo.

a Ordinavit in me charitatem,] ideſt, oſtendit mihi qualiter Deus, qualiter proximus ſit diligendus, ideſt, quo ordine, & quomodo. Ordinem ponit *Auguſt. in lib. de doctrina Chriſtiana.*

Primo, diligendum eſt, quod ſupra nos eſt, ideſt, Deus.

Secundo quod nos ſumus, ideſt, anima noſtra.

Tertio, quod juxta nos eſt, ideſt, proximus, homo ſcilicet, & Angelus.

Quarto, quod infra nos eſt, ideſt, corpus noſtrum. Alium ordinem ponit hic *Gl.* Primo, inquit, diligendus eſt Deus; ſecundo, parentes, deinde filii; poſt domeſtici, qui & ſi boni ſunt, malis filiis præponendi ſunt; tandem inimici. Et huic ordini videtur contradicere *Auguſt.* ubi dicit: Omnes homines æqualiter diligendi ſunt, & pari voluntate vita æterna omnibus eſt optanda.

Modum diligendi tam Deum, quam proximum, determinat ipſe Dominus *Matth* 22. Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, ex tota anima tua, & ex tota virtute tua, ideſt, dupliciter, ſapienter, fortiter. Vel toto corde, ut omnes cogitationes noſtræ torqueantur in ipſum: tota anima, ut omne deſiderium ſit in ipſum, vel propter ipſum; tota virtute, ut omnia opera fiant propter ipſum. Et proximum tuum ſicut teipſum, ideſt, ad id, quod teipſum; vel eodem modo, quo teipſum, ideſt, minus Deo, & plus, quam corpus. Vel ſic: Ordinavit in me charitatem,] ideſt, in toto cœtu virtutum eam quaſi reginam, & imperatricem conſtituit. Charitas enim omnis operationis meritoriæ princeps eſt, & Imperatrix, & etiam forma. Ceteræ enim virtutes per ſolam charitatem meritum habent, & gratiam apud Deum. Vel [Ordinavit in me charitatem,] ideſt, finem omnium præceptorum eam conſtituit, ut ſcilicet, propter illam excitandam, vel conſervandam, vel augendam, vel roborandam, omnia præcepta ſunt ſcripta. Unde 1.*Tim.*1. Finis præcepti eſt charitas. Et *Matth* 22 In his duobus præceptis tota lex pendet, & Prophetæ. Et *Rom.* 13. Qui diligit proximum, legem implevit. Vel, [Ordinavit in me charitatem] ideſt, in medio trium virium, ideſt, in concupiſcibili, velut lignum vitæ in medio Paradiſi, illam plantavit. Vel, [Ordinavit in me charitatem,] ideſt, ordinatam me fecit habere charitatem, ut in via eſſet igniculus, & in patria caminus. Sicut legitur *Iſa* 31. Vidit Dominus cujus igniculus eſt in Sion, & caminus in Jeruſalem. Vel [Ordinavit in me charitatem,] ut timor ſit primus quaſi initium Sapientiæ, & amor noviſſimus quaſi conſummatio ejuſdem. Vel, [Ordinavit in me charitatem,] ideſt; ſuper omnes animi affectiones eam extulit. Vel, [Ordinavit in me charitatem] quoad effectus, ſive motus illius. Ut primus motus ejus ſit zeli: Cujus duo ſunt rami, ſcilicet deſiderium gloriæ Sponſi, & ira adverſus ejus contumeliam excandeſcens. Secundus motus ſit benevolentiæ: Cujus tres ſunt rami. Primus eſt, quo fratribus bona, quæ non habent optamus. Secundus, quo bona, quæ habent fratres amamus. Tertius, quo eorum profectibus congaudemus. Tertius motus ſit pietatis: Cujus duo ſunt rami. Primus ramus eſt, quo malis compatimur. Secundus, quo bona noſtra eis communicamus. Quartus eſt terrena propter Deum contemnere. Sequitur. *b* Fulcite me floribus, ſtipate me malis: quia amore langueo.] Sponſa ejus, quem deſideraverat, ideſt, Sponſi umbra refrigerata, fructu cibata, calice potata, munere charitatis ordinata, oſtendit quantum hæc beneficia Sponſi mentem ejus erexerint, & ab amore terrenorum extraxerint. Ut autem ab hac perfectione non deficiat, convertens ſe ad ſocios Sponſi, ideſt, Prælatos, Doctores, & Angelos, ait. *b* Fulcite me floribus,] ideſt, exemplis bene incipientium me conſolamini; & roborate, ne cadam.

c Stipate me malis,] ideſt, exemplis perfectorum munite, hæc aliis ad imitandum proponendo. *d* Quia amore] ideſt, præ amore Sponſi. *e* Langueo] ideſt, defectum in amore temporalium ſuſtineo. Quantum enim ad amorem Chriſti quis accedit, tantum amore temporalium langueſcit & deficit. Vel, amore langueo,] ideſt, pro amore ejus pœnas carnis ſuſtineo. Quanto enim quis plus Sponſum amat, tanto plus carnem domat, & in ipſo ſpiritum roborat. Et quanto languidior fit homo exterior, tanto robuſtior fit interior. Unde 2.*Cor.*4. Licet is, qui foris eſt noſter homo corrumpatur, tamen is, qui intus eſt, renovatur de die in diem. Item nomine florum intelliguntur pia vota, & ſancta deſideria fidelium: quibus Sponſa fulcitur, dum eorum orationibus, ne deficiat, adjuvatur. Mala vero ſunt exempla bonorum operum, quibus adverſus inſultationes maledicorum Sponſa munitur. Sicut dicitur 1. *Pet.* 2. Converſationem veſtram inter gentes habentes bonam, ut in eo, quod detrectant de vobis tanquam de malefactoribus, ex bonis operibus vos conſiderantes glorificent Deum in die viſitationis: quia ſic eſt voluntas Dei, ut benefacientes, &c. Eſt igitur ſenſus: O vos adoleſcentulæ, o vos amici Sponſi.

b Fulcite me floribus,] ideſt, juvate orationibus. *c* Stipate me malis,] ideſt, munite me bonis operibus. Vel aliter, ut ſit vox Sponſæ ad omnes fideles, qui in ea ſunt, quorum alii fulciunt Sponſam roſis, ut Martyres; alii liliis, ut Virgines; alii violis, ut Confeſſores, & Clauſtrales; alii malis, ideſt operibus miſericordiæ ſtipant, ut Doctores, & Prædicatores, & boni activi in conjugio viventes. Vel ſic. *b* Fulcite me floribus,] ideſt, initiis bonorum operum: Flores enim initia ſunt fructuum. *c* Stipate me malis] ideſt, perfectis operibus munite, quaſi dicat, incipite bona opera, & perficite perſeverando, ut in bonis operibus veſtris recreando quieſcam, quæ adhuc non valeo plene quieſcere contemplando revelata facie vultum Sponſi. Dicitur etiam hoc contra vaniloquos Doctores, & Prædicatores. Contra etiam magniloquos Advocatos, qui omnes ſolis verborum foliis fulcire, & ſtipare volunt Eccleſiam, quaſi ſolis foliis ſtare poſſit. [Fulcite me,] inquit, [floribus] virtutum, [ſtipate me malis,] bonorum operum. O infructuoſi, & folioſi Doctores, ſub veſtris foliis ego corruo. O verboſi litigatores, ego diripior, ego deprædor; veſtrum fulcimentum mihi ruina eſt. O Doctores, veſtra ſtipatio mihi direptio eſt. O litigatores, ſolis virtutibus ego ſubſiſto; ſolis bonis operibus ego defendor. Igitur [Fulcite me floribus,] ideſt, virtutibus, vel floridis ſententiis. [Stipate me malis] bonorum operum, non foliis eorum. Dum enim Doctores recta, quæ docent, exemplis deſtruunt, non ſolum non fulciunt Eccleſiam, ſed diruunt. Ipſi enim ſunt columnæ Eccleſiæ. Et ideo non eſt mirum, ſi ipſis cadentibus cadit Eccleſia. Advocati quoque non ſolum Eccleſiam non ſtipant, ſed devorant, & impugnant intolerabilium ſalariorum exactione: & dum pro aliis videntur ſtare, alios impugnant. Dicitur etiam hoc contra Prælatos, qui Eccleſiam umbra Ægypti, & baculo arundineo Pharaonis, ideſt, potentia, & protectione ſæculari ſolummodo fulcire, & ſtipare conantur. Clamant enim nobilibus, potentibus: indiget Eccleſia, ut eis fulciatur ne corruat: & protegatur per eos, ne temporalia ſua amittat. Et hi, qui cum Eccleſiam temporaliter protegere videantur, maxime eam depauperant expenſis intolerabilibus, & debitis inſolubilibus onerant, & perſonis inutilibus aggravant. Eccleſia igitur ſub onere ſumptuum ſuperfluorum depreſſa, ſub pondere † ſubditorum iniquorum gravata, ramoſitate nepotulorum inutilium, & aliorum cognatorum repleta, jam non valens ſubſiſtere clamat: O Prælati. *b* Fulcite me floribus, ſtipate me malis,] ideſt, viros fide florentes, & opere fructificantes, fama redolentes, & vita reficientes, in me inſtituite, qui me fulciant, & defendant. *d* Quia amore] ideſt, deſiderio talium [langueo.] Gregorius pro hoc: Amore langueo, ponit. Vulnerata charitate ego ſum. Eſt autem triplex languor amoris in Sponſa.

al. † *debitorum.*

Languet enim vilitate, timens, ne propter vilitatem peccatorum ſuorum Sponſus ab ea receſſerit. *Triplex languor.*

Languet anxietate, timens, ne propter virtutum inopiam Sponſus redire nolit.

Languet inſtabilitate, timens, ne fervor ſuus tepeſcat propter tædium. Et contra hunc triplicem languorem quærit Sponſa triplex remedium. Contra primum florum amœnitatem, dicens: [Fulcite me floribus.] Contra ſecundum fructuum ubertatem, dicens: [Stipate me malis.] Contra tertium, lævam Sponſi ſub capite ad ſuſtentationem, & dexteram in amplexu ad delectationem. Unde ſubdit.

a Læva

Digitized by Google

> *a* Læva ejus ſub capite meo, & *b* dextera illius *c* amplexabitur me: *d* Adjuro *e* vos, filiæ Jeruſalem *f* per capreas, cervoſque camporum, ne *g* ſuſcitetis, neque *h* evigilare faciatis *i* Dilectam, † *k* donec ipſa velit.

a Læva ejus ſub capite meo, & dextera illius amplexabitur me,] & ſignanter ſequitur hoc. Viderat enim Sponſam Sponſus debilem, & languentem, & fulciri quærentem; & ideo lævam capiti ſuo ſuppoſuit. Unde
Infr. 8. in gratiarum actionem erumpens, ait: *a* Læva ejus ſub capite meo,] ideſt, ſub mente. Læva Sponſi, comminatio ſupplicii eſt:
Infr.4 & 8. quæ ideo ſub capite Sponſæ eſt, quia non jam timore, ſed amore ſervit. *b* Et dextera illius,] id eſt, permiſſio regni illius.
al. † quoadusque. *c* Amplexabitur me,] in futuro, quando dicetur mihi: Veni de Libano, Sponſa mea, veni de Libano: veni, coronaberis. *Inf.4.* Vel læva Sponſi, juſtitia eſt, quæ per timorem fulcit Eccleſiam, ne corruat in peccatum. Dextera Sponſi eſt miſericordia, quæ per ſpem amplexatur, & conſolatur Eccleſiam, ne deſperet. Et de hoc amplexu dexteræ dicit *Pſal. 31.* Multa flagella peccatoris, ſperantem autem in Domino miſericordia circumdabit.

Sed quia non undique ab omni adverſitate protegit Sponſus Eccleſiam, modo non dicit: & dextera illius amplexatur me, ſed, [amplexabitur,] quando fiet ſermo, qui ſcriptus eſt; abſorpta eſt mors in victoria, 1. *Cor.15.* Hæc eſt gloria Sponſæ, quod pulvinar habet juſtitiam. Dicitur e contrario, adultera anima gaudet pulvillo vanitatis, ideſt, adulatione fulciri a miſeris adulatoribus. De quibus dicitur *Ezech.13.* Væ qui conſuunt pulvillos ſub omni cubitu manus, & faciunt cervicalia ſub capite univerſæ carnis. *Iſa.9.* Et erunt, qui beatificant populum iſtum ſeducentes, & qui beatificantur præcipitati. Item læva Sponſi, poteſtas ſæcularis: dextera, poteſtas Eccleſiaſtica. Læva igitur Sponſi ſub capite Sponſæ, eſt poteſtas ſæcularis ſub cętu Apoſtolico, ſub Romana Eccleſia. Et de hoc gloriatur Eccleſia, quod lævam, qua comprimi, & impugnari, & trucidari ſolebat, & conſueverat, modo ſub capite ſuo ſubjectam habeat.

Dextera vero amplexari ſe gaudet; quia ſola Eccleſiaſtica poteſtate vult protegi, & defendi per miniſtros ſuos. Et hoc ſignificatum eſt *Matth. 26.* ubi Dominus dixit Petro: Converte gladium tuum in locum ſuum. Item per lævam ſignificatur activa, per dexteram contemplativa. Illam habet Sponſa ſub capite; quia per eam ſuſtentatur. Iſta amplexatur: quia contemplativa arctius aſtringit Sponſam Sponſo. Item per lævam Sponſi ſignificantur mali, per dexteram Electi.

Illos habet Sponſa ſub capite; quia caput ejus, ne in lutum deliciarum, & divitiarum ſubmergatur, multis tribulationibus, & impugnationibus elevat, quod etiam ſignificatum eſt *Geneſ.7.* ubi dicitur: Multiplicatæ ſunt aquæ, & elevaverunt Arcam in ſublime a terra. Dextera vero amplexatur Sponſam; quia Electi tota charitate Eccleſiam amplexantur, ut potius velint interfici, quam ab ea ſeparari. Item per lævam ſicut dicunt *Gl.* ſignificantur temporalia, quæ data ſunt Eccleſiæ ad ſuſtentationem, & ideo ſub capite habet lęvam. Per dexteram ſignificantur æterna bona, quæ in futuro Sponſam undique circumdabunt. Unde gloriando dicit.
a Læva ejus ſub capite meo,] ideſt, conſolatio temporalium ſub mente per contemptum conculcante ea, ſed tantum ad ſuſtentationem habente. *b* Et dextera illius] ideſt, jucunditas æternorum. *c* Amplexabitur, me,] in futuro. Et ſumpta eſt hæc expoſitio de *Prov.3.* ubi dicitur: Longitudo dierum in dextera ejus, & in ſiniſtra illius divitiæ, & gloria. Notabile autem eſt, quod dicit: [Læva ejus ſub capite meo] nec addidit, eſt, vel fuit, ut per hoc innueret, quod omni tempore temporalia debet habere Eccleſia tantum ad ſuſtentationem, nunquam ad delectationem.

Etiam defectus verbi ſignificat, quod ipſa temporalia in defectu continuo ſunt, & per hoc nec vere ſunt. Item notandum, quod læva Sponſi ſuppoſita eſt lapſo, ut erigatur de ſtercore. *Pſ.112.* Suſcitans de terra inopem, & de ſtercore erigens pauperem. Item ſupponitur
Iſa. 36. Juſto, ne deficiat in labore. Unde *Heb.12.* Recogitate
Pſal. 143. eum, qui talem ſuſtinuit adverſus ſemetipſum a peccatoribus contradictionem, ut non fatigemini animis veſtris deficientes. Item ſupponitur devoto, ut quieſcat in ſupernorum cognitione. Unde *Pſ.4.* In pace in idipſum dormiam, & requieſcam. Et *Cant.5.* Ego dormio, & cor meum vigilat. Primus dicit: Cum cecidero, non collidar; quia Dominus ſupponit manum ſuam: ſecundum hoc dicitur: Læva,] læſis valens. Secundus dicit: Emitte manum tuam de alto, eripe me, & libera me de aquis multis, & de manu filiorum alienorum: ſecundum de hoc dicitur, [læva,] lavans natantes. Tertius: In umbra manus ſuæ protexit me. *Iſa.49.* ſecundum hoc dicitur, [læva,] quaſi læta vacantibus. Dextera vero, quæ non ſupponitur, ſed amplexatur, tria facit; tangit, ſtringit, & unit. Tangit, ut ſponſa ſponſum ſuper omnia diligat. Stringit, ut inſeparabiliter ei adhæreat. Unit, ut in regno pariter cum ipſo gaudeat. Propter primum dicit; Charitas Dei diffuſa eſt in cordibus noſtris per Spiritum Sanctum, qui datus eſt nobis *Rom.5.* Propter ſecundum dicit, *Pſal.62.* Adhæſit anima mea poſt te; me ſuſcepit dextera tua. Propter tertium dicit 1.*Cor.15.* Cum autem ſubjecta fuerint illi omnia, tunc & ipſe filius ſubjectus erit illi qui ſubjecit ſibi omnia; ut ſit Deus omnia in omnibus. Sponſa itaque ſic ſuſpenſa inter lævam, & dexteram Sponſi, merito dicit, [Læva ejus ſub capite meo, &c.] *d* Adjuro vos, filiæ Jeruſalem per capreas cervoſque camporum, ne ſuſcitetis, neque evigilare faciatis dilectam, donec ipſa velit.] Hucuſque vox Sponſæ beneficia Sponſi recolentis, ut ſic minores ad amorem Sponſi alliceret. Quantum vero Sponſus miſeratus ſit languorem Sponſæ, quantumque eam habere amplexibus ſuis gaudeat, his verbis inſinuat dum omnem tumultum, omnem turbationem, omne quod impedire poſſit ejus quietem, ſub adjuratione interdicit. Somnus Sponſæ accipitur hic quies contemplationis, ubi non ſolum quieſcit Sponſa a turbine, & tumultibus activæ, ſed etiam multiplicibus deliciis reficitur. Ibi enim Dei viſionibus illuſtratur oculus, & amplexibus ejus fruitur, ex quibus permiſtione ſanctiſſima fecundatur. Filiæ Jeruſalem dicuntur Eccleſiæ, vel plebes in fide generatæ, quarum pericula ſollicitudines Prælatorum, & Doctorum Eccleſiarum vigilantium requirunt. Capreæ & cervi camporum ſunt Doctores, & Prælati Eccleſiarum, in quibus Sponſa contemplando quieſcit, & dormit cum ſponſo. Sed & hunc ſomnum jucundiſſimum inquietant, & perturbant filiæ Jeruſalem, cauſarum tumultibus, vagitibus querimoniarum, jugibus infirmitatum planctibus. Unde dicit eis Sponſus. *d* Adjuro,] ideſt, conteſtor. *e* Vos filiæ Jeruſalem,] ideſt, plebes ſubditæ generatæ in fidem ab illis, qui Deum propius vident. *f* Per capreas cervoſque camporum,] ideſt, amore, quo diligitis Doctores, & Prælatos Eccleſiarum. *g* Ne ſuſcitetis,] a ſomno exigentia peccatorum, vel litium veſtrarum. *h* Neque evigilare faciatis,] ideſt, in aliquo commoveatis: *i* Dilectam,] ideſt, ſponſam in amore meo quieſcentem, & contemplationi vacantem. *k* Donec ipſa velit,] ideſt, donec ſpontanea voluntate, pro neceſſitate, vel utilitate minorum ipſa exeat a lecto contemplationis ad agrum actionis, quaſi dicat Sponſus ſubditis: [Adjuro vos,] per amorem, quem debetis Doctoribus, & Prælatis, ne aliquid faciatis, propter quod oporteat eos quietem contemplationis relinquere, & diſcordiis veſtris pacificandis intereſſe, vel ægritudinibus peccatorum veſtrorum curandis, Sacramentorum, vel diſciplinæ medicamenta adhibere. Et bene per capreas, Doctores, & per cervos Prælati accipiuntur. Capræ enim viſum habent perſpicacem, ardua paſcua quærunt, viridiores herbas comedunt, ruminant, & findunt ungulam: Sic Doctores intellectum perſpicacem in ſpiritualibus inveſtigandis habent, vel habere debent, arduas veritates Sacræ Scripturæ, quibus paſcantur, quærunt. Non enim omnis veritas paſcua eſt Doctorum, maxime contemplativorum ardua veritas, & aliis inacceſſibilis. Sententias meliores, & veriores, & utiliores auditoribus ſibi ſtudendo incorporant, ut poſtea docendo, vel prædicando refundant. Ruminant meditando. Findunt ungulam diſcernendo, & diſcretionem ubique ſervando, ſtudendo, & docendo. *Proprietates caprearum.*

Cervi tempore amoris diſcedentes a patria, alter alterius clunibus ſuppoſito capite tranſeuntes, per flumen ſe ſuſtentant, ordinate incedunt: primus fert, ultimus fertur: primo fatigato, ultimus ſuccedit: canibus inſequentibus, cornibus dorſo impoſitis, per dumeta illæſi incedunt, & evadunt, caligantibus oculis ſerpentem comedunt, & hauſto ſonte, viſum recuperant, & juventutem: pilos deponunt: ſaltibus magis, quam paſſibus innitentes, hiantia, & ſpinoſa, & lutoſa tranſiliunt: nihil durum habent exterius, niſi cornua. Ecce tales debent eſſe Prælati. Amore Dei debent relinquere *Proprietates cervorum.*

quere propria: debent etiam mutuo alterius onera portare, delicias, & divitias hujus mundi contemnendo tranſire, in omnibus factis ſuis ordinate procedere, auctoritatem, & poteſtatem prælationis, dum urgentur a detractoribus, dorſo patientiæ debent imponere; & ſic illæſi poterunt tranſilire, & ſerpentem, ideſt, Diabolum debent comedere, ideſt, in ſe, & ſubditis devorare, & annihilare, & potato fonte Sapientiæ, ideſt, Chriſti doctrina, viſum interiorem peccatorum caligine obſcuratum poterunt recuperare gratia Dei illuſtratum, &
C ſic vetuſtate culpæ depoſita, per novam gratiam juveneſcere: pilos, ideſt, ſuperflua debent deponere, & ſaltibus, ideſt, mentis elevatione debent biantia ſuperbiæ, & ſpinoſa avaritiæ, & lutoſa luxuriæ pertranſire.

Nuſquam etiam debent habere duritiam, niſi in cornibus, ideſt, in poteſtate dignitatis, & hoc pro loco, & tempore in ſubditorum exceſſibus corrigendis. Quare autem Sponſus adjuraverit adoleſcentulas per capreas cervoſque camporum, & non potius montium, admirantur aliqui. Sed ſciendum, quod capreæ, & cervi montium, ideſt, anachoretæ, Eremitæ, clauſtrales quidam, nunquam de montibus, ideſt, de alto contemplativæ ad plana activæ deſcendunt, capreæ vero, & cervi camporum, ideſt, Doctores, & Prælati Eccleſiaſtici, plus in planis activæ, quam in ſublimibus contemplativæ morati cognotur; & ideo plebes ſubditæ per iſtos potius adjurantur, ut quanto eos utiliores, & pro ſe vigilantiores eſſe cognoſcunt, tanto eis pareant facilius, & vacare permittant liberius contemplationi, donec ipſi velint, ideſt donec hauſerint contemplando quod refundant poſtea prædicando.

Quid enim aliud faciunt ſacri Doctores, & Prælati, cogitantes, meditantes, ſtudentes, contemplationi vacantes, quam eſcas ſubditis præparare, vaſa creaturarum implere, vaſa Muſicorum temperare ad canendum, & citharizandum, retia reficere ad piſcandum, jacula acuere ad venandum?

Igitur o pulli corvorum, ne prohibeatis parentes veſtros a paſtu; quia non paſcent vos, niſi prius paverint ſe.

O convivæ, ne prohibeatis vaſa craterarum impleri, ſi vultis inebriari bono vino.

O lugentes, nolite prohibere vaſa Muſicorum, ideſt, pſalterium, & citharam, & hujuſmodi vaſa temperari, ſi vultis cœleſtibus cantilenis demulceri.

O Reges, o Principes, ne prohibeatis acuere tela venatores veſtros, & piſcatores veſtros reficere retia, ſi vultis bonos piſces, & venationem optimam manducare. Quod eſt dictum: [Adjuro vos, filiæ Jeruſalem, per capreas cervoſque camporum] ideſt, per amorem, quem debetis Prælatis, & Prædicatoribus veſtris, vel Doctoribus; vel ſi vultis Doctores veſtros eſſe capreas perſpicacitate, ut vobis recte videant, & provideant: & Prælatos cervos virtuoſitate, ut cornibus virtutum protegant vos, & defendant.

[Ne ſuſcitetis] eos inquietudine aliqua a lumine contemplationis, a colloquio Sponſi.

[Neque evigilare faciatis] a ſomno contemplationis, ut quietem eorum irrumpere faciatis, [Donec ipſa velit] ideſt, donec tempus congruum advenerit, quod eorum arbitrio relinquitur judicandum.

Videant ergo Doctores, & Prælati, quando dormiendum, & quando vigilandum: quando laborandum, & quando quieſcendum ſit.

Aliter capræ, & cervi camporum, ideſt, ſapientes, & potentes ſæculi, per campos licentiæ vagantes, latitudinem vanitatis, & voluptatis ſequentes, quorum venatio, ideſt, converſio deſiderabilis eſt filiabus Jeruſalem, & ideo per illos adjurantur, quorum captionem eſuriunt, ne ſacros venatores a præparatione venationis prohibeant. Et hoc eſt [Adjuro vos, filiæ Jeruſalem per capreas cervoſque camporum,] ideſt, ſi vultis capreas, cervoſque camporum, & eis refici, & ſatiari.

[Ne ſuſcitetis neque evigilare faciatis Dilectam, donec ipſa velit.]

Secundum hoc capreæ, & cervi montium, ſunt Dæmones perſpicaces ſubtilitate naturæ, & fortitudine, & elatione velut cornibus elevati, per quos filiæ Jeruſalem non adjurantur, quod eorum captio deſperata ſit. De his ſacris piſcatoribus, & venatoribus dicit Dominus, *Jerem.* 16. Ecce ego mittam piſcatores multos, dicit Dominus, & piſcabuntur eos: & poſt hæc mittam eis venatores multos, & venabuntur eos de omni monte, & de omni colle, & de cavernis petrarum.

Et *Gen.* 27. dicit Iſaac Eſau filio: Sume arma tua, pharetram, & arcum, & egredere foras. Cumque venatu aliquid apprehenderis, fac mihi inde pulmentum, ſicut velle me noſti, & affer, ut comedam, & benedicat tibi anima mea, antequam moriar.

Quod unicuique Doctori, & Prædicatori dicit Dominus. Sequitur. *a* Vox dilecti mei] Audiens Sponſa adjurationem Sponſi, videnſque hanc determinationem appoſitam, donec ipſa velit: animadvertit ſe ſurrecturam. Sed primo oſtendit Sponſum talem eſſe, pro quo libenter ſurgendum ſit. Et hoc eſt; Filiæ Jeruſalem, vobis adjuratio facta eſt, ne me ſuſcitetis. Et iterum mihi ſubiro.

a Vox dilecti mei: *b* Ecce iſte venit ſaliens in montibus tranſiliens colles.

a Vox dilecti mei,] ideſt, Sponſi mei, quem diligo, facta eſt; hæc ſcilicet, quæ ſequitur: Surge, propera, amica mea, &c. Et poſſent quærere adoleſcentulæ: Ubi eſt dilectus tuus? quomodo vocem ejus audire potuiſti? *b* Ecce iſte venit ſaliens in montibus, tranſiliens colles] non dicit: Ecce ille, vel ipſe; ſed [iſte venit] duplici demonſtratione utens, Ecce & iſte. Per quod inſinuat Sponſa præſentiam incarnationis, & manifeſtationem ejus mundo, ſicut dicitur *Bar.* 3. In terris viſus eſt, & cum hominibus converſatus eſt. Cujus ſaltus in montibus ad litteram dici poſſunt alacres aſcenſus ejus in montes: vel doctrina, & mirabilia, quæ fecit in montibus, poſſunt dici ſaltus. Saltus enim mirabilis fuit ipſa transfiguratio, qua de ſtatu infirmitatis, ſecundum judicium Apoſtolorum, in ſtatum gloriæ ſaltavit. Item ſaltus erant ſubitæ apparitiones ipſius in montibus, ad litteram, & in Sanctis, myſtice. Subito enim apparet in eis, quibus ſubito revelat; & ab eiſdem ſubito exilit, a quibus mira velocitate diſparet.

Tranſilit autem colles, ideſt, minores Sanctos, in quibus non ita evidenter apparet.

Vel tranſilit colles, ideſt, ſuperbos, quorum vita tota proclivium eſt, nec altitudinem montium, ideſt, Sanctorum attingit, nec ad vallem humilium deſcendit, ſed in medio quaſi parata ad præcipitium pendet. Colles ergo tranſilit Sponſus; quia illis greſſuum ſuorum veſtigia, ideſt, affectuum, vel operum nulla imprimit.

In montibus ſalit; quia illis imitationis ſuæ veſtigia profundius infigit.

In vallibus vero humilium, & in planitie Juſtorum ſimpliciter ambulat; quia in eis minus expreſſa veſtigia ſua format.

Vel montes ſunt ſublimiores Angeli, in quibus Sponſus ſalit; quia per eos adventus ſuus in carne mundo innotuit.

Colles ſunt Dæmones ab altitudine Angelorum Sanctorum cadentes; nec tamen ad vallem humilitatis pervenientes: quos veniens Sponſus tranſiliit; quia nulla ſigna ſui adventus, quibus eum cognoſcerent, eis impreſſit. Vel montes ſunt ipſa juſtitia, ſicut dicitur in *Pſal.* 35. Juſtitia tua, ſicut montes Dei.

Pluraliter dicit, ſicut montes Dei; quia juſtitia non eſt unus mons, ſed plures montes. Alia eſt enim diſciplina Prælatorum, alia obedientia ſubditorum, alia æquitas proximorum, alia fides pactorum, alia veritas promiſſorum, alia ſimplicitas factorum, quod dicimus mendacium hypocritarum.

Hæ ſunt ſex partes, ſive ſpecies juſtitiæ, quaſi ſex montes æterni, a quibus mirabiliter illuminat Deus. In his montibus ſalit Sponſus, dum magnificis harum virtutum operibus cooperatur interius, dum merito illarum operatoribus jucundiſſimam ſui præſentiam exhibet. Sicut legitur *Sap.* 6. Clara eſt, & quæ nunquam marceſcit Sapientia: & facile videtur ab his, qui diligunt eam: & invenitur ab his qui quærunt illam; præoccupat, qui ſe concupiſcunt, ut illis ſe prior oſtendat; quoniam dignos ſeipſa circuit quærens, & in viis ſuis oſtendet ſe illis hilariter. Ecce ſaltus, & tripudium, quod facit Sponſus in magnificis operibus juſtitiæ. In minoribus vero operibus juſtitiæ ſimpliciter ambulat, quæ per colles intelliguntur. Vel in hoc, quod dicit, ſaliens, & tranſiliens, poteſt intelligi feſtinatio Sponſi, ad remunerationem Electorum, ſicut legitur *Eccli.* 11. Benedictio Dei in mercedem Juſti feſtinat, & in honore veloci proceſſus illius fructificat. Vel certe exultatio, & deſiderium Sponſi feſtinantis eſt in amplexus Sponſæ; quia deliciæ ejus ſunt eſſe cum filiis hominum, *Prov.* 8. Vel conculcatio ſuperborum in quibus quaſi ſaltans eos toto pondere iræ ſuæ calcat, ſicut legitur *Eccli.* 24. Superborum & humilium corda, ſemetipſos in præceps deſperationis dejicientium, propria virtute calcavi. Item montes ſunt viri contemplativi, in quibus ſalit Sponſus; quia eis quaſi

exul-

exultans; & de loco ad locum exiliens appropinquat. Verbi gratia: Nunc in ſublimitate intellectus coruſcat, nunc in puritate affectus jucundat, nunc in humilitatis profunditate magnificat. Vel ſalit in montibus, quia eos ſalire facit ſaltibus mirificis. Quorum primo tranſilitur caro, & ſalitur in ſpiritum, quia qui in carne ſunt, Deo placere non poſſunt, *Rom.* 8. Secundo, tranſilitur mundus, & ſalitur in cœlum, ut poſſimus dicere cum Apoſtolo: Noſtra converſatio in cœlis eſt, *Phil.* 3.

Similis *a* eſt dilectus meus capreæ, hinnuloque cervorum.

Tertio, tranſiliuntur Dæmonia, ideſt, ſpirituales nequitiæ, ut ſit in pace locus noſter, confractis potentiis, arcu, ſcuto, & gladio, & bello; Dracone infernali, & Angelis ejus, de cœlo noſtrarum mentium extractis, ne inveniatur in eo amplius locus eorum, ſicut legitur *Apoc.* 12.

Gal. 2. Quarto tranſilit homo ſeipſum, & ſalit in Deum, ut poſſit vere dicere cum Apoſtolo: Vivo jam non ego, vivit vero in me Chriſtus.

Iſto ſaltu mirifico homo ſe exuit rebus omnibus, propria voluntate, & ſenſu proprio, & induit Dominum Jeſum Chriſtum, cujus poſſeſſionem, cujus voluntatem, cujus ſenſum ſua facit, nec alia habere vult. Et de hac induitione dicitur *Rom.* 13. Induimini Dominum Jeſum Chriſtum. Et *Gal.* 3. Quicunque in Chriſto baptizati eſtis, Chriſtum induiſtis. De hoc ſaltu dicitur *Thren.* 3. Sedebit ſolitarius, & tacebit, ideſt, ſpoliatus, & nudus, prædicto modo, & levabit ſe ſuper ſe. Hos ſaltus ſex alii ſaltus ſequuntur, quibus aſcendendo in cogitationem ſaliunt contemplativi. Primo in cogitativam, ſecundo in meditativam, tertio in contemplativam, quarto in prophetativam, quinto in extaſim, ſive raptum, ſexto in viſionem manifeſtam. Sic igitur ſalit Sponſus in montibus. Et hos ſaltus facit potus aquæ Sapientiæ ſalutaris ſalientis in vitam æternam. Colles vero ſunt activi, circa exteriora negotia occupati, quos tranſilit Dominus, quia in eos non facit hos ſaltus, nec in eis tripudiat, ſicut facit in contemplativis. Dicit ergo Sponſa: Vox dilecti mei, quæ ſequitur: Surge, propera, amica mea, &c. Vel qua adjuravit vos, ne me ſuſcitetis, ideſt, ab ejus amplexibus abſtrahatis, neque evigilare faciatis a ſomno contemplationis quo cum ipſo dormio. Et ſi vultis, poteſtis eum invenire mecum. Inardeſcens enim accelerat in amplexus meos. Et ecce modo iſte laudabilis, mirabilis, amabilis. Laudabilis in creaturis, quas ſapienter gubernat. Mirabilis in Sanctis ſuis, quos potenter glorificat. Amabilis in ſeipſo, qui ſe mihi tam benigne revelat. Iſte inquam formoſus in ſtola ſua venit. Unde & quo? De cœlo in mundum, de ſinu Patris in uterum Virginis. Unde *Joan.* 16. Exivi a Patre, & veni in mundum. Et propter quid? Ovem quærere quæ perierat, drachmam requirere quam perdideram, *Luc.* 15. Et quomodo venit? Exultanter, feſtinanter, quia ſaliens in montibus, ideſt, de monte ſaliens in montem, & pertranſiens colles deſiderio veniendi ad me, de ſinu Patris venit in montem Seraphin, & de monte Seraphin ſalit in montem Cherubin, & de illo in montem Thronorum, deinde ſalit in montem Dominationum, & de illo in montem Principatuum, deinde in montem Poteſtatum, de illo in montem Virtutum, deinde in montem Archangelorum. Et tunc tranſilit colles, ideſt, montes Angelorum, & ſalit in montem, ideſt, in ventrem B. Virginis. Non enim Angelus, ſed Archangelus miſſus eſt ad B. Virginem nunciare adventum Sponſi, & præparare ei hoſpitium. Per quod patet, quod tunc tranſilit colles, ideſt, minores Angelos, quibus ſuam incarnationem non revelavit. Revertendo vero ad Patrem, non tranſilit colles, imo prima die hoſpitatus eſt apud eos. Quare ipſi primi occurrunt ei dicentes, & admirantes: Quis eſt iſte qui venit de Edom,

Iſa. 63. ideſt, de mundo? Secunda die manſit apud Archangelos, tertia apud Virtutes, quarta apud Poteſtates, quinta apud Principatus, ſexta apud Dominationes, ſeptima apud Thronos, octava apud Cherubin, nona apud Seraphin, decima fuit apud Patrem, & tunc miſit Apoſtolis Spiritum ſanctum ſicut promiſerat. Unde decem tantum dies ſunt ab Aſcenſione uſque ad Pentecoſten. Et hoc eſt quod dicitur *Iſa.* 38. Reverſus eſt Sol decem lineis per gradus quos deſcenderat. In ſignum hujus novies dicitur Kyrie eleiſon in Miſſa; & decimo loco dicitur: Gloria in excelſis Deo, quaſi jam ventum ſit ad Patrem. Vel ſalit in montibus, ideſt, de monte in montem, hoc eſt de Patriarcha in Patriarcham, de Propheta in Prophetam, de Rege in Regem, donec venit in Mariam. Et hos ſaltus manifeſtat *Matt.* 1. deſcendendo. Abraham genuit Iſaac, Iſaac autem genuit Jacob, &c. Et hos eoſdem ſaltus narrat *Luc.* 3. Sed aſcendendo. Item notandum eſt hic, quod dilectus increpat dilectam errantem, confortat pugnantem, laudat triumphantem. Et ideo triplex eſt vox dilecti. Vox increpans errantem, vox confortans pugnantem, vox laudans triumphantem. *Triplex vox Sponſi. Pſal.* 28. De prima dicitur: Vox Domini ſuper aquas, Deus Majeſtatis intonuit, increpando, ut errans convertatur. De ſecunda: Vox Domini in virtute, ut pugnans confortetur. De tertia: Vox Domini in magnificentia, ut triumphans coronetur, & laudetur.

Prima confringit cedros, ideſt, ſuperbos per pœnitentiam. Unde ſequitur quarta vox, quæ reſpondet primæ: Vox Domini confringentis cedros.

Secunda intercidit flammam ignis, ideſt, ſuperat vehementiam tentationis per victoriam. Unde ſequitur quinta vox, quæ reſpondet ſecundæ: Vox Domini intercidentis flammam ignis.

Tertia præparat cervos ſalientes in vitam, & condenſa revelat gloriæ. Unde ſequitur ſexta vox, quæ reſpondet tertiæ: Vox Domini præparantis cervos. De prima dicitur *Gen.* 3. Vocem tuam, Domine, audivi in Paradiſo, & timui, eo quod nudus eſſem. De ſecunda dicitur *Joan.* 10. Oves meæ vocem meam audiunt. De tertia dicitur *Joan.* 3. Amicus Sponſi, qui ſtat, & audit eum, gaudio gaudet propter vocem Sponſi. Sed hanc triplicem vocem Sponſi, ne audiatur, impedit triplex vox contraria. Nimis tumultuoſa, ſcilicet vox carnis, quæ clamat per deſideria voluptatum. Vox mundi, quæ clamat per appetentiam dignitatum. Vox diaboli, quæ clamat per invidentiam fratrum † factorum perfectorum. *al. † ſupernorum profectuum.* Item notandum, quod in hoc ſaltu Sponſi triplex ejus adventus includitur. Quorum primus eſt in carne, quo venit ad redimendum: Secundus in corde, quo venit ad ſanandum: Tertius in Majeſtate, quo venit ad ſalvandum. *De triplici adventu Sponſi.* Et in figura hujus triplicis adventus canitur hoc Reſponſorium: Aſpiciens a longe, triplici verſiculo terminatum; quorum primus ad primum adventum, ſecundus ad ſecundum, tertius ad tertium pertinet. Sequitur. *a* Similis eſt dilectus meus capreæ, hinnuloque cervorum.] quaſi adoleſcentulæ interrogaſſent Sponſam, quomodo dilectus eſt ſaliens in montibus, tranſiliens colles, reſpondet, quia *a* Similis eſt capreæ, hinnuloque cervorum,] quorum alterum acutiſſime videt, alterum velociſſime currit. Et utrumque fuit neceſſarium. Niſi enim acute videret, non poſſet in currendo diſcernere, in quibus ſalire, & quos tranſilire deberet. Per velocitatem enim, ſalvantis deſiderium, per viſum, eligentis judicium deſignatur. Comparatur igitur, ſive aſſimilatur Sponſus capreæ, quia acute videt. Omnia enim nuda & aperta ſunt oculis ejus. *Hebr.* 4. In altis montibus habitat, ideſt, ſanctis viris vita eminentiſſimis. Unde *Pſalm.* 112. Qui in altis habitat, & humilia reſpicit in cœlo, & in terra. Velociter ſaltat, quia contemplantibus ſubito ſe videndum intellectui, & deguſtandum affectui parumper exhibet, ſed ſtatim reſiliens jucunditatem aſpectus ſui, & ſuavitatem amplexus ſubtrahit, & diſparet vix viſus.

Item caprea venatores a longe conſpiciens, ad ardua montium ſurgit, & ſic Sponſus ubi venatores egregios, ideſt, contemplativos Sanctos viderit ſe ſequentes, fugit ad ardua. Unde *infr.* 6. Averte oculos tuos, quoniam ipſi me avolare fecerunt.

Item caprea ex laſcivia quadam aliquando ſe venatoribus, & canibus exhibet, & ſic provocat ad ſequendum ſe. Sic & Sponſus aliquando in oratione ſe exhibet, ut ardentius poſt ipſum curratur.

Item caprea de ſuo latibulo latratibus canum compellitur egredi; ſic & Sponſus planctibus, gemitibus, rugitibus, ſuſpiriis, ejulatibus, ululatibus contemplantium, & orantium compellitur exire de ſuo latibulo, ubi ſe clauſum per juſtitiam tenet, peccatis noſtris exigentibus. Siquidem peccata noſtra diviſerunt inter nos, & Deum noſtrum. *Iſa.* 59. Item retiaculis capitur, & Sponſus amore ſpecioſarum mentium velut quibuſdam funibus captus ligatur.

Item caprea in locis tam excelſis aliquando habitat, ut illuc canes, aut venatores irrepere nullatenus poſſint, & non viſa venatoribus videt eos; ſic & Sponſus lucem habitat inacceſſibilem, 1. *Timoth. ult.* & non viſus venatores ſuos de longe contemplatur quietus in loco ſuo. Unde *Iſa.* 18. Quieſcam, & conſiderabo in loco meo, ſicut meridiana lux clara eſt. Ex his cauſis capreæ ſimilis eſt dilectus, & hinnulo pene eiſdem, excepto quod in caprea intelligitur magis perſpicacitas intellectus, in hinnulo magis hilaritas affectus. In hoc etiam ſimilis eſt hinnulo, quia non oppugnat cornibus inſequentes, ut cervus, ſed potius fugiendo eos pertrahit,

ubi

ubi ulterius fugere non poteſt, ſed neceſſario capitur: Sic & ſponſus venatores ſuos vivaciter eum ſequentes ad ardua virtutum pertrahit, ibique ſe capiendum, & comedendum exponit, & inſtar hinnuli de ipſis dentibus comedentium vix deguſtatus effugit, & diſparet. Item hinnulus varietate pilorum diſtinctus eſt, ſic & Sponſus varietate virtutum, & miraculorum, & operum. *Gloſſ.* quædam volunt, quod Sponſus in hoc aſſimilatur capreæ, quia carnem habuit ſimilem peccatrici, ut dicitur *Rom.* 8. Et hinnulo cervorum in hoc, quod natus eſt de Patriarchis, qui per cervos ſignificantur. Et ſicut hinnulus velocior eſt cervis; ita Chriſtus Patriarchis, quia illi pondere peccatorum preſſi fuerunt ad minus venialium; iſte immunis fuit ab omni peccato, & cauſa peccati. His igitur, & multis aliis de cauſis dicit Sponſa: Similis eſt dilectus meus, quem ego diligo, & qui me diligit, capreæ, hinnuloque cervorum. In hinnulo etiam ſignificatur humilitas ejus, quia intantum ſe humiliavit, ut Deus exiſtens homo fieret, immenſus, parvus, Unde *Iſa.* 9. Parvulus natus eſt nobis, & filius datus eſt nobis. Sequitur.

a En *b* ipſe *c* ſtat *d* poſt parietem noſtrum, *e* reſpiciens *f* per feneſtras, *g* proſpiciens per *h* cancellos. En

a En ipſe ſtat, &c.] Adhuc eſt vox Sponſæ loquentis ad adoleſcentulas ſuas, quaſi dicat: dixi vobis, quod Sponſus venit ſaliens in montibus, & tranſiliens colles. Et verum dixi, quia

a En] ideſt, ecce videre poteſtis, ut fiat demonſtratio ad intellectum fidei.

b Ipſe] immutabilis Deus.

c Stat] paratus auxiliari.

d Poſt parietem noſtrum] ideſt, velatus carne noſtra quam aſſumpſit. Veruntamen triplex eſt paries, poſt quem ſtat Sponſus. Primus eſt ipſa humana natura, de quo in *Pſal.* 61. dicitur: Tanquam parieti inclinato, & maceriæ depulſæ. Et dicitur inclinatus iſte paries, quia per peccatum primorum parentum a ſua rectitudine, in qua erectus fuerat, declinavit. Poſt hunc parietem ſtantem Sponſum non potuit videre Synagoga; imo in ipſum parietem quaſi cæca impegit, ſicut legitur *Iſa.* 59. in perſona ejus ſuam cæcitatem recognoſcentis. Palpavimus ſicut cæci parietem, & quaſi abſque oculis attrectavimus, impegimus in meridie, quaſi in tenebris. Item *Iſa.* 25. Spiritus robuſtorum, ideſt, indignatio Judæorum, in ſua malitia pertinacium, quaſi turbo impellens parietem. Secundus paries eſt congeries peccatorum noſtrorum, quem nos ædificamus ex duris operibus, luti, & lateris, ut legitur *Exod.* 2. cum cemento carnalis amoris. De hoc pariete dicitur *Ezech.* 8. Fili hominis, fode parietem. Poſt hunc parietem ſtat Sponſus inviſus, & diviſus a nobis, ſicut dicitur *Iſa.* 59. Iniquitates veſtræ diviſerunt inter vos, & Deum veſtrum, & peccata veſtra abſconderunt faciem ejus a vobis. Sed effoſſo pariete, & diruto per pœnitentiam vocem Sponſi audire, & ipſum utique videre incipimus. Tertius paries eſt difficultas, & duritia, & ſollicitudo hujus vitæ, quæ ſola electos a præſentia Sponſi dividit. Et de hoc dicitur in *Pſal.* 17. In Deo meo tranſgrediar murum. Primus ergo paries, qui vult videre dilectum, penetrandus eſt acumine fidei. Secundus diripiendus eſt penitus inſtrumentis pœnitentiæ, quæ ſunt diſciplinæ, vigiliæ, abſtinentiæ, orationes, peregrinationes, eleemoſynæ, & hujuſmodi. Tertius paries tranſgrediendus eſt ducatu gratiæ, ſicut legitur *Mich.* 2. Aſcendet pandens iter ante eos. Stat igitur dilectus poſt hunc triplicem parietem paratus adjuvare volentes penetrare, vel diruere, vel tranſgredi parietes iſtos. Quod autem dicit, noſtrum, innuit hunc triplicem communem omnibus eſſe. Et ideo bene dicit.

Triplex paries.

a En ipſe ſtat] non inclinatus peccato, ut nos.

d Poſt parietem noſtrum] triplicem.

e Reſpiciens per feneſtras.] Feneſtræ in Eccleſia miniſtræ ſunt luminis abundanter, & ſignificant Apoſtolos, qui abundanter Eccleſiam lumine prædicationis illuminant. Cancelli ſunt parva foramina muri, per quos parvum lumen intrat in domum, & ſignificant Prophetas, qui parvam, & obſcuram de Chriſto cognitionem dederunt reſpectu Apoſtolorum, quibus dixit Dominus *Matth.* 5. Vos eſtis lux mundi. Per utroſque reſpicit Chriſtus Eccleſiam oculis miſericordiæ, dum per utroſque illam illuminat, licet diſpariter. Quæ diſparitas notatur per hoc quod dicit.

e Reſpiciens] ideſt, recte, & aperte aſpiciens.

f Per feneſtras] ideſt, prædicationem, & miracula Apoſtolorum. *g* Proſpiciens] ideſt, procul aſpiciens.

h Per cancellos] ideſt, per Prophetas. Vel feneſtræ ſunt magni Doctores Eccleſiæ, cancelli minores Prædicatores. Per utroſque Dominus reſpicit Sponſam, quia per utroſque illuminat Eccleſiam, ſed parum, quia terra, ideſt, amor terrenorum jam aſcendit uſque ad feneſtras, & obſcurat eas. Unde *Ezech.* 41. Terra autem erat uſque ad feneſtras, & feneſtræ clauſæ ſuper oſtia. In reſpectu, & proſpectu cancellorum notatur zelotypia Sponſi, quæ oculos ejus ab intuitu Sponſi avertere non ſinit, inſidians, & explorans, ne forte aliqua ſigna adulterii in Sponſa deprehendere queat, quæ ponire merito valeat. Unde *Exod.* 20. Ego ſum Dominus Deus tuus fortis zelotes. Et *Sap.* 1. Auris zeli audit omnia. *Jer.* 23. Si occultabitur vir in abſconditis, & ego non videbo eum, dicit Dominus. Sequitur.

i Dilectus meus loquitur mihi: *k* Surge, *l* propera, *m* amica mea: *n* columba mea, *o* formoſa mea, & *p* veni.

i En dilectus meus loquitur mihi.] Verba gratitudinis, & amatoriæ ſuavitatis ſunt iſta, quaſi dicat Sponſa, non ſolum ſtat Sponſus reſpiciens per feneſtras, & proſpiciens per cancellos, imo perſonaliter loquitur mihi per inſpirationem. Et quid loquatur, ſubjungit.

k Surge, propera, amica mea, columba mea, formoſa mea, & veni.] Quaſi ſufficienter dormierit Sponſa, ipſe Sponſus, qui prius adjuraverat filias Jeruſalem, ne ſuſcitarent eam, donec ipſa vellet, ſuſcitat eam. Quæ ſuſcitatio uno modo nihil aliud eſt, quam ad activæ laborem fructiferum inſtigatio: Et quod ſurgere libenter debeat Sponſa, more Rhetoris in ipſa ſerie exhortationis inſerit eleganter ſatis, dicens: *m* Amica mea] ideſt, quæ amas, & amaris a me. *n* Columba mea] ideſt, ſimplex, non invida, Spiritu Sancto illuſtrata.

o Formoſa mea] fide, & morum compoſitione.

k Surge] a lecto contemplationis, ubi uſque modo ſuaviter dormiviſti, ut ſtes in campo actionis.

l Propera] quia tempus breve eſt, & morbus invaleſcens: & ideo mora in periculo eſt, quia

Sero medicina paratur:
Cum mala per longas convaluere moras.

Ovid. de remedio amoris.

De hoc dicitur *Prov.* 6. Diſcurre, feſtina, ſuſcita amicum tuum, ne dederis ſomnum oculis tuis, quaſi dicat, pro ſalute aliorum debes irrumpere ſomnum tuum. Unde dicit *Gloſſ.* Pro quiete tua non debes dimittere prædicationem, quia Chriſtus, qui in magna quiete erat cum Patre, quietem ſuam quodammodo pro prædicatione intermiſit. *p* Et veni] ad impendendam curam ſalutis proximis per ſtudium ſedulæ prædicationis, ut cum magno comitatu ad nuptias recipi merearis, quaſi dicat Sponſus Sponſæ: Tu credis te venturum ad nuptias, ſi vacaveris contemplationi, ſed venies melius per laborem hujuſmodi. Hæc Gloſſa vult, quod melior ſit activa, quam contemplativa. Et verum eſt, ſed contemplativa felicior, vel ſecurior eſt. Unde Apoſtolus, non de quiete contemplationis gloriatur, ſed de labore prædicationis: Gratia Dei, inquit, ſum id, quod ſum, & gratia ejus in me vacua non fuit, ſed abundantius illis omnibus laboravi, 1. *Cor.* 15. Aliter ut ſit evocatio, & exercitatio ab amore terrenorum ad deſiderium æternorum, a ſomno culpæ ad vigilias pœnitentiæ, ſecundum quod dicitur *Epheſ.* 5. Surge, qui dormis, & exurge a mortuis, & illuminabit te Chriſtus. *m* O amica mea,] cui contuli charitatem qua me diligeres. *n* O columba mea,] cui contuli ſimplicitatem, qua me ſolum intenderes.

o O formoſa mea,] cui contuli formam meam, ideſt, imaginem, & ſimilitudinem meam, ut me imitari valeres, & velles.

k Surge] a mundo ad cœlum per voluntariam paupertatem, a peccato ad gratiam per pœnitentiam.

l Propera] ut jacturam præteriti temporis redimas velocitate boni operis. Vel ideo propera, quia via longa eſt, & tempus breve, & locus remotus quo ire debes; ne forte ſuperveniat nox, & oporteat te in via remanere. Unde *Jo.* 9. Me oportet operari opera ejus qui miſit me, donec dies eſt; veniet nox, quando nemo poteſt operari. Vel, propera, ut latrones viæ curſu velociori effugias, ut adverſarios tuos ad curiam prævenias, ut cum Sponſo tuo ſimul domum introeas: Ipſe enim exultavit ut gigas ad currendam viam. Vel, propera, quia ipſe locus, in quo es, i. mundus, fugere te compellit. *Unde Greg.* Cum tot mala mundus ingeminet, quid niſi ut fugiatur, clamat?

p Et veni] ad me, Sponſum tuum, Magiſtrum tuum, Dominum tuum, Sponſum concupiſcibilem, Magiſtrum rationabilem, Dominum iraſcibilem. Veni filia ad Patrem, Sponſa ad Sponſum, ancilla ad Dominum, ægra ad Medicū, ſitibunda ad fontem,

fontem, famelica ad panem, de via ad vitam, de labore ad requiem, exul ad patriam. Ecce quomodo Sponſus Sponſam alloquitur: Venite ad me omnes, qui laboratis, & onerati eſtis, & ego reficiam vos. *Matth.* 11. Item *infra* 25. Venite benedicti Patris mei, percipite regnum paratum vobis a conſtitutione mundi.

Ecce Sponſus venit, accelerat, appropinquat, aſtat, reſpicit, alloquitur. Venit in Angelis, accelerat in Patriarchis,

a Jam enim hyems *b* tranſiit, *c* imber abiit, & receſſit; *d* Flores *e*

appropinquat in Prophetis, aſtat in carne, reſpicit in miraculis; alloquitur in Apoſtolis, dicens: Surge, propera, amica mea, columba mea, formoſa mea, & veni. Commendatur Sponſa hic a tribus, prædicatione, oratione, contemplatione. Amica enim eſt, quia prædicando, conſulendo, miniſtrando lucra Sponſi quærit. Columba, quia gemebunda oratione divinam clementiam ſibi conciliat. Formoſa, quia cœleſti deſiderio fulgens, divinæ contemplationis induit decorem. Item dicitur amica affectionibus, quibus dilectum concupiſcit. Columba gemitibus, quibus peccata ingemiſcit. Formoſa virtutibus, quibus bene operando floreſcit. Amicæ dicitur,
Iſa. 44. ſurge: columbæ, propera, formoſæ, veni. Dicitur enim amica, quaſi animi cuſtos; columba, quaſi colens lumbos; formoſa, quaſi formam moribus ſocians. Ut igitur ſis amica, ſurge per prudentiam: ut ſis columba, propera per continentiam; ut ſis formoſa, veni per morum pulchritudinem, quia concupivit Rex ſpeciem tuam. Et quia poſſet Sponſa ſe excuſare, & dicere: Non poſſum venire, quia tempus malum eſt, frigidum, & pluvioſum, & via lutoſa. Non dicit Sponſus; imo tempus bonum eſt, & via bona. Quia: *a* Jam hyems,] ideſt, congelatio infidelitatis *b* Tranſiit,] & incipiunt regiones jam albeſcere ad meſſem. *c* Imber] perſecutionis infrigidans calorem charitatis, & lutum luxuriæ inducens [abiit, & receſſit.] Pro tempore Confeſſorum hyems graviſſima, & imber vehementiſſimus inundavit; ſed tempore Confeſſorum hæc abierant, & receſſerant. Et hujus ſignum fuit, quia: *d* Flores,] ideſt, Initia bonorum operum, vel fides cæteræque virtutes. *e* Apparuerunt] per ſuos uſus, & effectus. *f* In terra noſtra,] ideſt, in Eccleſia gentium, quam tu, & ego excolere debemus, tu prædicando, rigando, ego incrementum dando. Et ideo dicitur noſtra, quia communis habitatio Sponſi, & fidelis omnium eſt Eccleſia.

Triplex hyems. Eſt autem triplex hyems: Prima eſt pigritiæ. De qua *Job.* 37. Tonabit Deus in voce ſua mirabiliter, quia fecit magna, & inſcrutabilia, qui præcipit nivi, ut deſcendat ſuper terram, & hyemis pluviis, & imbribus fortitudinis ſuæ.

Secunda eſt hyems pœnitentiæ: de qua *Joan.* 10. Facta ſunt encœnia, ideſt, innovationes in Jeruſalem, & hyems erat.

b Tertia eſt hyems damnabilis ſententiæ, de qua *Matth.* 24. Orate, ut non fiat fuga veſtra in hyeme, vel Sabbato. Fugere enim vellent, ſi poſſent, illi, qui in judicio audient illam damnabilem ſententiam: Ite maledicti in ignem æternum, *Matth.* 25. Prima facit egeſtatem virtutum. Secunda ducit ad novitatem ſpirituum. Tertia detrudit in æternum ſupplicium. Similiter triplex eſt imber.

Triplex imber. Primus eſt imber pœnarum, qui mortificat eum qui diligit iniquitatem.

Secundus eſt imber Scripturarum, qui lætificat eum qui inquirit veritatem.

Tertius eſt imber lacrymarum, qui purificat eum, qui deſiderat mentis ſuavitatem. Primus imber punit peccatores. Unde *Pſal.* 10. Pluet ſuper peccatores laqueos, &c. Secundus inſtruit. Unde *Iſa.* 5. Mandabo nubibus meis ne pluant ſuper eam imbrem. Tertius dura emollit. Unde *Pſal.* 134. Fulgura in pluviam fecit. Et hæc pluvia voluntaria, *Pſal* 67. quam ſegregavit Deus hæreditati ſuæ. Hanc habuit Magdalena: Primus de mundo vadit in infernum, ſecundus de mundo in cœlum, tertius retrocedit in nihilum. Unde *Apoc.* 21. Abſterget Deus omnem lacrymam ab oculis Sanctorum, & mors ultra non erit, neque luctus, neque clamor, neque dolor, &c. Et hoc eſt quod dicitur hic: Hyems tranſiit, imber abiit & receſſit. Conſequens ergo eſt, ut flores appareant in terra noſtra. Et eſt triplex terra: Terra,
Triplex terra. ſcilicet inimica, terra aliena, terra noſtra.

Prima eſt in inferno, ſecunda in mundo, tertia in cœlo: De prima dicitur *Baruch.* 3. Quid eſt Iſrael, quod in terra inimicorum es? De ſecunda, ibidem: Inveteraſti in terra aliena. De tertia dicitur hic: Flores apparuerunt in terra noſtra. Prima eſt terra morientium. Unde *Job.* 10. Dimitte me, ut plangam paululum dolorem meum antequam vadam, & non revertar ad terram tenebroſam, & opertam mortis caligine. Secunda eſt terra languentium.

apparuerunt *f* in terra noſtra *g* tempus putationis advenit.

Unde *Iſa.* 33. Luxit humus, & elanguit terra. Tertia eſt viventium. Unde *Pſal.* 26. Credo videre bona Domini in terra viventium. De flore dictum eſt *ſupr.* Sequitur.

g Tempus putationis advenit] quo ſarmenta ſterilia a vitibus debent amputari, ut vitæ plus fructus afferant, ideſt, peccata, & vitia debent a mentibus ſeparari gladio prædicationis, & mali, & inutiles a Juſtis, & Electis dividi, charactere fidei, & ſanctæ converſationis, ut ſic Juſti amplius fructificent. Eſt hoc eſt quod dicit Dominus, *Joan.* 15. Ego ſum vitis vera, & pater meus agricola eſt, &c. utque fructum plus afferat.

Eſt autem tempus triplex.

Primum eſt tempus † deviationis, quod fuit ante legem, Diabolo regnante. *Triplex tempus. al. † tentationis.*

Secundum eſt tempus viſitationis, quod fuit ſub lege, Moyſe regnante.

Tertium eſt tempus putationis, quod eſt ſub gratia, regnante Chriſto. In primo regnavit diabolus quaſi Dominus. In ſecundo diminuta eſt ejus potentia per legis obſervantiam, & factus eſt diabolus quaſi prædo violentus. In tertio repreſſa eſt ejus potentia plurimum, & factus eſt quaſi latrunculus. De primo dicitur *Rom.* 5. Regnavit mors ab Adam uſque ad Moyſen. De ſecundo *Iſa.* 9. Omnis violenta prædatio cum tumultu, & veſtimentum miſtum ſanguine erit in combuſtionem, & cibus ignis. De tertio dicitur *Matth.* 24. Illud autem ſcitote, quoniam ſi ſciret paterfamilias qua hora fur veniret, vigilaret utique, & non ſineret perfodi domum ſuam.

In primo tempore tentatus fuit Adam, & victus ſine omni repugnantia, *Gen.* 3.

In ſecundo pugnavit Iſrael, & vicit, armatus legis obſervantia.

In tertio cavet ſibi Chriſtianus a dæmonum ſuggeſtione, & a tentatione illuſtratus a gratia.

Primum tempus fuit vacuum, in quo fuerunt ſervi, qui expectabant umbram refrigerationis. Unde *Job.* 7. Sicut cervus deſiderat umbram, & ſicut mercenarius præſtolatur finem operis ſui, ſic & ego habui menſes vacuos, & noctes laborioſas enumeravi mihi.

Secundum fuit medium, in quo fuerunt mercenarii, qui expectabant finem operis ſui. Unde *Sap.* 18. Dum quietum ſilentium tenerent omnia, & nox in ſuo curſu medium iter perageret, omnipotens ſermo tuus, Domine, a regalibus ſedibus de cœlo venit.

Tertium eſt tempus plenum, in quo ſunt filii qui expectant ſtolas animæ, & corporis. Unde *Gal.* 4. Ubi venit plenitudo temporis, miſit Deus filium ſuum, &c. Et hoc eſt tempus putationis, quo putanda eſt vinea, quam plantavit Noe, ideſt, Chriſtus, & vino ejus inebriatus, in tabernaculo ſuo denudatus eſt, *Gen.* 9. Pro hac vinea filius patriſfamilias a cultoribus, ideſt, a Scribis, & Phariſæis eſt occiſus, *Matth.* 24. Ideo pro hac vinea putanda monetur ſurgere Sponſa a contemplatione, & a mundi amore.

Et ſunt tria genera ſarmentorum, quæ putanda ſunt: *Tria genera ſarmentorum.* Quorum primum eſt putandum in principio, ſecundum in medio, tertium in fine.

Prima ſarmenta ſunt hæreticorum dogmata.

Secunda ſunt peccata noſtra.

Tertia ſunt corruptio humana.

Putatio primorum ſarmentorum pertinet ad Prælatos, quæ facienda eſt verborum argutione. Secunda miraculorum corruſcatione. Tertia gladii materialis animadverſione. Propter primum habet Epiſcopus Logion, i. Rationale in pectore. Propter ſecundum laminam auream quæ lucet in fronte. Propter tertium aculeum in ſummitate Sambucæ. Hoc ordine putavit Elias Sacerdotes Baal. Primo enim coram Achab ratiocinatus eſt cum eis. Secundo vicit eos miraculo ignis conſumentis ſacrificium. Tertio trucidavit eos gladio, 3. *Reg.* 18. Putatio ſecundorum ſarmentorum pertinet ad quemlibet Chriſtianum. Quæ facienda eſt triplici ſarculo. Primo, memoria mortis: ſecundo, verecundia confeſſionis, tertio, labore ſatisfactionis. Putatio tertiorum pertinet ad Chriſtum, quia per ipſum fiet reſurrectio mortuorum, quando corruptibile hoc induet incorruptionem, 1. *Cor.* 15. De qualibet putatione vere dicitur, [Tempus putationis advenit.] Sequitur.

a Vox

a Vox turturis b audita eſt in terra noſtra. c Ficus d protulit groſſos ſuos, e vineæ f florentes g dederunt odorem ſuum. h Surge, i propera k amica mea, & l ſpecioſa mea, & m veni n columba mea in o foraminibus petræ, in p caverna maceriæ. q Oſtende mihi r faciem tuam,

a Vox turturis, &c.] Turtur dicitur Spiritus Sanctus, quia gemit, ideſt, gemere nos facit, *Rom.* 8. Spiritus poſtulat pro nobis gemitibus inenarrabilibus. Hujus turturis vox audita eſt in terra noſtra, ideſt, in Eccleſia, quando Gabriel dixit ad Mariam: Spiritus ſanctus ſuperveniet in te, *Luc.* 1. Vel turtur, Chriſtus, qui ſingulari amore diligens comparem ſuum, ideſt Eccleſiam, ſingulariter luxit eam in cruce, & ramos Synagogæ virentes olim declinans, reſedit in aridis ramis Gentilitatis, vel virentes, & floridos flores mundanæ felicitatis declinans, in arida paupertatis & pœnitentiæ reſedit, ſicut legitur de David, 1. *Reg.* 22. Convenerunt ad eum omnes qui erant in anguſtia conſtituti, & oppreſſi ære alieno atque amaro animo, & factus eſt eorum Princeps. Hujus a turturis vox,] ideſt, prædicatio. b Audita eſt, &c.] ideſt, in illis qui prius erant mare, ideſt, inſtabiles; nunc autem terra, ideſt, ſtabiles, & fructificantes, quæ noſtra eſſe cœpit, quando verbum fidei ſuſcepit. Item turtur eſt cœtus Prædicatorum, & Doctorum, quorum tantus debet eſſe amor in commiſſas Eccleſias ſibi, ut omnia florida mundi declinent. Non ſolum ne cum aliis prædicaverint, ipſi reprobi efficiantur, 1. *Cor.* 9. ſed ut negotium ſalutis proſperetur in manibus eorum, & recta, ideſt, debita reverentia tractent verbum veritatis, ſicut legitur 2. *Tim.* 2. quod nullo modo facere poſſunt, qui ſæculari vanitate prophanant. Hujus turturis, &c. quia in omnem terram exivit ſonus eorum, &c. Item vox turturis, ideſt, totius Eccleſiæ, quæ abſentiam Sponſi inconſolabiliter lugens ait cum *Pſ.* 76. Renuit conſolari anima mea. [Audita eſt, &c.] quia ejus oratio exaudita eſt in cœlo. Vel vox ejus, i. doctrina & prædicatio. Audita eſt in terra noſtra, ideſt, in Gentilitate, quam ego inſpirando interius, & illa docendo exterius excolimus.

Moraliter.

Moraliter. a Vox turturis] gemitus eſt pœnitentis, de amiſſione ſui comparis, ideſt, Chriſti dolentis, hiemem vitiorum tranſiſſe, & ver ſpiritualis novitatis veniſſe nuntians. Hæc vox b Audita eſt, &c.] ideſt in corde ipſius pœnitentis, quod debet eſſe terra noſtra, ideſt, communis omnibus, Deo per devotionem, fratri per dilectionem, proximo per compaſſionem, ſibi ipſi per temperantiæ virtutem. Sequitur. c Ficus protulit groſſos ſuos:] Probat, quod vox turturis audita eſt in terra noſtra. Quia c Ficus] ideſt, Synagoga legalibus obſervantiis velut quibuſdam foliis opaca, ſonante voce turturis, ideſt, prædicantibus Apoſtolis d Protulit] vel projecit, alia littera [groſſos ſuos,] ideſt, cæremonias ſuas, & immaturam legalis obſervantiæ intelligentiam abjecit: Groſſi enim dicuntur primitivæ, & immaturatæ ficus, quæ non ſunt habiles eſui, quæ concuſſæ levi tactu cadunt; ita Synagoga pro parte levi tactu prædicationis projecit cæremonias legales. Vel per groſſos quos ficus habet pro floribus, ſignificantur Prophetæ, qui de prope tetigerunt Salvatoris adventum. Ficus vero conſequentes ſunt Apoſtoli, qui dulcem cibum ſanctæ prædicationis credentibus miniſtraverunt. Vel, Ficus protulit, &c. ideſt, Synagoga creavit Apoſtolos, quos totius orbis fides & ſalus, quaſi fructus dulciſſimus ſecutæ ſunt. Unde ſubditur. e Vineæ] ideſt, collectiones Judæorum, & gentium de primitiva Eccleſia, quæ erant Jeroſolymis propagatæ. f Florentes] ideſt, credere incipientes, & ſic facile poſſunt corrumpi. g Dederunt odorem ſuum] ideſt, formam, & famam ſanctæ converſationis, ſicut dicit Apoſtolus 1. *Theſſal.* 1. Imitatores noſtri facti eſtis, & Domini, excipientes verbum in tribulatione multa cum gaudio Spiritus Sancti, ita ut facti ſitis forma omnibus credentibus in Macedonia, & Achaja, a vobis enim diſſeminatus eſt ſermo Domini. Et quia tanta eſt opportunitas prædicandi, ideo h Surge] a peccato, ſi in aliquo es, ad juſtitiam, vel a quiete, ad laborem. i Propera] quia mora pericoloſa eſt. Flores enim cito corrumpuntur. k Amica mea] quæ me amas, ſi tamen paveris oves meas, ſicut dictum eſt Petro, *Joan. ult.* l Specioſa mea] non mundi, ut hypocritæ, vel diaboli, ut adulteræ, ſed mea, ideſt, quæ tuam ſpecioſitatem mihi ſervas. m Columba mea] quæ felle cares, & pullos mihi foves. n Et veni] greſſibus propriæ voluntatis. o In foraminibus petræ,] ideſt, in fide vulnerum, pedum, & manuum Chriſti. p In caverna maceriæ,] ideſt, in fide foſſi lateris Salvatoris, ubi eſt tutum refugium, ſicut dicitur in *Pſ.* 103. Montes excelſi cervis, petra refugium herinaciis, *Pſ.* 83. Ibi enim paſſer invenit ſibi domum, & turtur nidum ſibi, ubi reponat pullos ſuos, i. opera ſua in tutamen contra accipitrem, ideſt diabolum. Ibi enim non audet ipſe appropinquare. Unde *Iſa.* 2. Ingredere in petram, & abſcondere in foſſa humo a facie timoris Domini. Vel ſic: Veni in foraminibus petræ, in caverna maceriæ, i. in foraminoſa, & cavernoſa prædicatione Apoſtolorum, qui prædicaverunt in univerſo mundo paſſionem Domini. Quod eſt dicere: Veni prædicare paſſionem Domini, quamvis ſtultitia videatur incredulis, quam prædicaverunt univerſo mundo Apoſtoli, qui ſunt petra, & maceries, ideſt, firmamentum, & munimentum Eccleſiæ. Vel ſic: Veni in foraminibus petræ, ideſt, in fide Patriarcharum, & Prophetarum. Et in caverna maceriæ, ideſt, in fide Apoſtolorum, ut ſit baſis ſub columna. Major enim eſt caverna foramine, & fides Apoſtolorum amplior fide Patriarcharum, & Prophetarum. Vel, [Veni in foraminibus petræ, & in caverna maceriæ] ideſt, ſingulis juxta capacitatem eorum prædica. Majoribus majora, minoribus minora. Per foramen enim petræ capacitas minorum accipitur, per cavernam maceriæ capacitas majorum. Omnes iſtas expoſitiones faciunt *Gloſſ.* Poteſt etiam ſic exponi. m Veni in foraminibus petræ, in caverna maceriæ,] ideſt, in doctrina, ac prædicatione veteris, & novi Teſtamenti, ut de medio duorum montium exeat quadriga tuæ prædicationis. Sed quia minus Grammatice dicitur: Veni in foraminibus petræ, pro veni in foramina petræ. Ideo quidam ſic exponunt litteram, & conſtruunt: h Surge, propera, &c.] poſt me ad excolendas, & cuſtodiendas, & propagandas vineas, quia jam floruerunt. n Columba mea] habitans ſive nidificans.
o In foraminibus petræ,] ideſt, vulneribus pedum, & manuum Jeſu Chriſti. p In caverna maceriæ] ideſt, in foſſione lateris Chriſti, qui eſt maceria, ideſt, munimentum Eccleſiæ. In foraminibus pedum Chriſti nidificat, qui pie, & devote pro amore, & honore ejus pedes ſuos ſanctis greſſibus peregrinando, ſive aliter ambulando exercet. Vel qui greſſus ejus ad nos, i. utrumque adventum pia fide veneratur, credens per primum adventum remiſſionem peccatorum, & gratiam bene operandi ſe accepiſſe; & per ſecundum immunitatem pœnarum, & miſeriarum, & gloriam ſe recepturum. Item in foraminibus pedum Chriſti nidificat, vel habitat, qui largitatem affectuum ejus erga Eccleſiam recognoſcit a Deo, ut per viam elevatam, vel arctam eam inſequendo quæreret, & pedibus ſuis pro ſalute Eccleſiæ non parceret. Item in foraminibus pedum Chriſti nidificant, qui pedes veteris ſui hominis in cruce pœnitentiæ, vel diſciplinæ configunt clavo timoris, & clavo amoris. Similiter in foraminibus manuum Chriſti nidificant, qui opera manuum ejus tam creationis, quam recreationis pia fide, & congrua devotione recognoſcunt. Item qui manus ſuas propter ipſum largitate pia, larga pietate perforant, ut nihil de bonis ejus ſibi ultra neceſſarium victum, & veſtitum retineant, ſed pauperibus abundanter tribuant, ſicut boni diſpenſatores multiformis gratiæ Dei, 1. *Petr.* 4. Item quia ſimilia Chriſto & pati, & facere pro honore ejus, & pro ſalute fratrum parati ſunt, ſicut legitur 1. *Pet.* 2. Chriſtus paſſus eſt pro nobis, vobis relinquens exemplum, ut ſequamini veſtigia ejus. Similiter expone de caverna maceriæ. Sequitur. q Oſtende mihi faciem tuam] quaſi dicat: Tu qui ſecretum contemplationis, & otium amas, quæ in foraminibus petræ, & in caverna maceriæ habitas, ſurge, & egredere, & veni prædicare, ſed prius [Oſtende mihi faciem tuam] ideſt, opera tua digna conſpectu meo facias, me Sponſum tuum imitans, qui prius cœpi facere, & poſtea docere. *Act.* 1. Vel, Oſtende mihi faciem tuam, ideſt, intentionem tuam, ut non ob aliud, quam ob gloriam meam, & ſalutem proximi tui prædicare, vel docere præſumas. Vel ſic. q Oſtende mihi] ideſt, meis. r Faciem tuam,] ideſt, intuitum tuum.

Δ hoc eſt,

q Oſtende mihi faciem tuam. Myſtice. Facies Sponſæ eſt Myſtice.

Θ cœtus

q Oſtende mihi faciem tuam.] Moraliter autem dicitur hoc animæ peccatrici, quæ ſuam faciem, quã ei Dominus creando contulerat, & recreando formaverat, commutavit in faciem porci, vel urſi, vel hericii: vel leonis, quaſi dicat, depone faciẽ tuam alienam, & oſtende mihi tuam. Dicitur etiam hoc mulieribus pictis, & fucatis, q. d. aliena eſt facies iſta quam habes, & a pictoribus mutuata, ideo non cognoſco eam. Unde dicturus eſt Dominus illis in judicio: Neſcio vos, unde ſitis. *Matt.* 7. & 25. Vel. Oſtende mihi, ideſt, vicario meo Sacerdoti. r Faciem tuam] ideſt, conſcientiam tuam per confeſſio- Moraliter.

* nem

a hoc eſt, illud, quod intueris, & intelligis: aliis Electis meis prædica. Et ſic.

a Sonet vox tua,] ideſt, doctrina, laus & prædicatio tua. In auribus meis,] ideſt, meorum. Vel, In auribus meis, & non hominum, ut ſcilicet, non propter favorem populi, ſed propter honorem mei prædices. Vel, in auribus meis, ideſt, meorum non extraneorum, qui indigni ſunt, & velut canes mordeſent te, vel ut porci conculcarent verbum tuum. Juxta quod dicitur *Matth.* 7. Nolite ſanctum dare canibus: neque mittatis margaritas ante porcos, ne forte conculcent eas pedibus ſuis: & canes converſi diripiant vos.

a ſonet vox tua in b auribus meis. c Vox enim tua d dulcis, & e facies tua f decora. g Capite h nobis i vulpes k parvulas, l quæ m demoliuntur n vineas. Nam o vinea noſtra floruit. p Dilectus meus mihi, & q ego illi,

Myſtice. Θ cœtus Doctorum, & Prælatorum, quam ſibi Sponſus oſtendi vult: non quia ignoret qualis eſt, ſed quia vult eam omnibus eſſe manifeſtam. Vel per hoc ad inſtar ardentis amatoris in aſpectu faciei Sponſæ aliquid amatoriæ ſuavitatis deguſtare ſe inſinuat. Ideo autem faciem Sponſæ dicimus cœtum Doctorum: quia in eis totus decor Eccleſiæ conſiſtit. Hæc facies Sponſo oſtenditur, dum ei ſoli in regimine ſuo placere quærit.

Moraliter. * nem. Unde *Luc.* 17. Oſtendite vos Sacerdotibus. Et ſic a Sonet vox tua,] ideſt, confeſſionis tuæ [b in auribus meis.] Sunt autem in univerſo quinque voces, quas Dominus vult ſonare in auribus ſuis, ſcilicet vox doctrinæ, vox prædicationis, vox confeſſionis, vox laudis, & vox orationis. Et hæc ſunt quinque verba Apoſtoli, quæ vult loqui in Eccleſia Dei, potius quam decem millia in lingua, 1. *Cor.* 14. Sunt etiam quinque limpidiſſimi lapides, quibus David dimicaturus contra Goliam ſe armavit, 1. *Reg.* 17. Soni autem orationis, quibus ſonat in auribus Dei, ſunt quatuor. Unus forinſecus vocalis, qui fit lingua & labiis. Tres ſunt intrinſeci meliores iſto. Quorum primus eſt cogitatio, ſive intellectus eorum, quæ verba orationis ſignificant. Secundus & major iſto, eſt devotio cordis, quæ nihil eſt, quam liquefactio, ſive reſolutio cordis, quam lacrymarum fluxus indicat. Tertius & maxime eſt pia intentio. Sine iſto ſono omnino muta eſt oratio. Quare autem Sponſus ſibi oſtendi faciem Sponſæ, & vocem ejus in auribus ſuis ſonare juſſerit, oſtendit, cum ſubdit. c Vox enim tua] quinque partita ſuperius. d Dulcis,] quia laudem, & gloriam meam reſonat. e Et facies tua,] ideſt, intentio, vel conſcientia, vel vita, vel Rectorum cœtus. f Decora,] ideſt, voci conſona, moribus & virtutibus ornata, nullo peccati fuco denigrata. Quia vero non ſufficit Prælatis, & Doctoribus aliis bonam vitam oſtendere in exemplum, & bonam prædicationem facere, niſi etiam errantes corrigant, & malitioſos compeſcant, & incautos ab inſidiis eorum defendant: Ideo ſubdit, quod pertinet ad Prælatos, & Doctores. g Capite] retibus doctrinæ, & prædicationis venabulis, diſputationis placore, & † allocutione ſanctæ converſationis. h Nobis] non vobis, ideſt, ad honorem, & gloriam meam, & utilitatem veſtram. i Vulpes,] ideſt, callidos hæreticos, & aſtutos ſchiſmaticos. k Parvulas,] ideſt, dum parvulæ ſunt, & novæ in fraude ſua, ne majores effectæ plus noceant, & capi non poſſint. Vel parvulas, ideſt, humiles, non veritate, ſed ſimulatione. Secundum *Iſid.* vulpes dicitur, quaſi volipes, ſive a volando propter velocitatem, ſive a volvendo propter involutionem doloſitatis. Et ideo recte hæretici vulpes dicuntur, quia tortuoſe & involute ambulant diſputando, vel alias colloquendo. Unde *Job* 6. Involutæ ſunt ſemitæ greſſuum eorum, ambulabunt in vacuum, & peribunt. Habet etiam iſtam fraudulentiam vulpes, ut cum eſcam non habet, mortuam ſe ſimulat, & aves ad ipſam deſcendentes rapit, & devorat. Ita hæretici mundo mortuos ſe ſimulant, & incautos ad eos venientes rapiunt, & ſecum detrahunt ad infernum, ſicut dicitur *Prov.* 9. In profundis inferni convivæ ejus, qui enim applicabitur illi, deſcendit ad inferos. Has igitur vulpes capite nobis vel retibus, ut dictum eſt, vel vi & potentia brachii ſæcularis. l Quæ,] ideſt, quia illæ. m Demoliuntur,] ideſt, rodunt, & corrumpunt prava doctrina. n Vineas,] ideſt, Eccleſias. Hæ enim ſunt vulpes, quæ devaſtaverunt agros, & vineas Philiſthinorum. *Judic.* 16. Et bene poſſunt vulpes vineas demoliri; quia adhuc ſunt in flore. Quod patet. o Nam vinea noſtra floruit,] ideſt, germina virtutum, & bonorum operum protulit, odorem quoque ſanæ doctrinæ, & ſanctæ converſationis ubique ſparſit. Singulariter dicit hic: [Vinea noſtra floruit,] & ſupra dixit [demoliuntur,] quia omnes vineæ ſunt una, ideſt, omnes Eccleſiæ una Eccleſia.

Quinque voces.

Quatuor ſoni.

al. † allocutione.

Moraliter autem exponitur hoc de primis motibus alliſidendis ad petram, ne uſque ad conſenſum, vel opus procedant. Sequitur. Moraliter.

p Dilectus meus mihi, & ego illi.] Vox eſt Sponſæ Sponſi imperio ſe parituram promittentis, quaſi dicat: Dilectus meus mihi, ita præcepit, ut ſurgerem, & venirem: & faciem meam ei oſtenderem, & vocem meam in prædicationem laxarem: ac vulpes, quæ demoliuntur vineas, caperem, & ego integerrime, & devotiſſime ei obediam: quia diligit me, & ego illum. Et ideo prorſus una debet eſſe voluntas ſui præcipientis, & mei obedientis. *B. Bernardus* ſic ſupplet literam.

p Dilectus meus mihi] intendit, quia ſollicitus mihi. q Et ego illi] intendo ſollicita ſervire ſibi, quaſi dicat Sponſa, omnino miranda eſt Sponſi mei dignatio, qua intendit mihi; ſed non minus laudanda miſeratio, qua efficit, ut & ego intendam illi. Vel poteſt ſubaudiri juxta eumdem modum.

p Dilectus meus] cooperatur [mihi] dum me adjuvat. q Et ego illi] cooperor per arbitrii libertatem, ſecundum quod dicitur 1. *Cor.* 3. Dei adjutores ſumus.

Videtur autem iſte defectus aliquid ſublimius reſonare. Eſt enim conſuetudo locutionis non tam propria, quam crebra, & pene aſſidua defectione verba interrumpere, dum de ſe invicem loquuntur, crebro gemitu, & ſingultu quodam interrumpente loquelam. Intelligamus igitur primum ſubaudiri, congruit, vel concordat, ſub hoc ſenſu.

p Dilectus meus mihi,] congruit [& ego illi] quia ſi puritas, ſi ſpecioſitas, ſi generoſitas, ſi fidelitas, ſi, quod præcipuum eſt, Charitas mutua in alterutrum attendatur: omnino congruit mihi Sponſus, & ego illi. Hæc omnia habet ipſe per naturam, & ego per gratiam.

Vel ſic, Dilectus meus mihi, eſt omnium laborum, dolorum, fatigationum pretium, ſive præmium, ſecundum quod ipſe dixit Abrahæ, *Geneſ.* 15. Ego ſum merces tua magna nimis. Et ego illi ſimiliter ſum omnium laborum, & dolorum, & fatigationum ejus merces, & premium.

Omnia enim propter me habendam fecit, omnia ſuſtinuit, & omnes labores ſuos, imo ſeipſum propter me habendam dedit. Unde Apoſtolus 1. *Cor.* 6. Empti eſtis pretio magno.

Vel ſic, Dilectus meus mihi, totus vixit, & totus mihi mortuus eſt. Tota vita ejus, & tota mors mihi fuit, ideſt, propter me. Et ego illi, ſimiliter tota vivam, & tota moriar. Et hoc eſt, quod dicitur *Rom.* 14. Sive vivimus, Domino vivimus; ſive morimur, Domino morimur. Sive ergo vivimus, ſive morimur, Domini ſumus. Vel ſic, Dilectus meus mihi, Sponſus ſanguinum eſt: Et ego illi ſimiliter Sponſa ſanguinum ſum, quia per proprii ſanguinis effuſionem ad me venit, & ad amplexus meos, & me ſimiliter per paſſiones, & tribulationes ad amplexus ejus oportet pervenire, ſicut dicitur *Act.* 15. Et hoc eſt, quod dicit Sephora Moyſi *Exod.* 4. Tu mihi vir ſanguinum es.

Vel ſic, Dilectus meus mihi, ideſt, ad meam utilitatem bibit calicem paſſionis. Et ego illi, ideſt, ad gloriam, & honorem ejus bibam ſimiliter. Unde *Pſ.* 115. Quid retribuam Domino pro omnibus, quæ retribuit mihi? Calicem ſalutaris accipiam.

Vel ſic, Dilectus meus mihi, eſt quies laborum, & ſumma delitiarum. Unde *Pſal.* 131. Hæc requies mea in ſæculum ſæculi. Et ego illi, ſimiliter ſum quies laborum, & ſumma delitiarum ſuarum, ſecundum quod ipſe dicit *Prov.* 8. Delitiæ meæ eſſe cum filiis hominum. Et *Iſa.* 28. Hæc requies mea, reficite laſſum.

Vel ſic, Dilectus meus mihi, ſoli præbet ſe, vel reſervat deoſculandum, amplexandum, commiſcendum, ſuavitatis ineffabilis unione. Et ego illi, ſoli ſimiliter in idipſum me præbeo, & reſervo. Primus enim Adam ſoli Evæ, & Eva ſoli Adæ copulata eſt; ſic ſecundus Adam ſoli Eccleſiæ, & Eccleſia ſoli ei copulatur. Vel ſic, Dilectus meus mihi, eſt totum, quod amo, quod quæro, quod cupio. Et ego illi, ſimiliter ſum totum, quod amat: totum quod quærit; totum, quod cupit. Quid enim venit quærere in terris, niſi ovem, quæ perierat; & drachmam, quam perdiderat? *Luc.* 15. Et poſſet aliquis quærere a Sponſa, quare ita libenter obediat Sponſo, & ſtudeat ſe ei conformare per omnia. Et ipſa reſpondet.

a Qui,] ideſt, quia ille [paſcitur inter lilia,] ideſt, delectatur in puris & caſtis mentibus. Cibus enim & refectio, ac delectatio Sponſi, eſt ſalus credentium, & pura converſatio eorum. Maxime autem inter lilia virginalis ſanctimoniæ & puritatis, & innocentiæ ſatiatur, & delectatur Sponſus, & aſpectu pulchritudinis, & odore ſuavitatis, & tactu lenitatis. Alia littera habet: Qui paſcit inter lilia. In quibus verbis videtur Sponſus audiviſſe a Sponſa, quod *ſupra* t. quæſierat: Indica mihi ubi paſcas, ubi cubes in meridie.

> *a* qui paſcitur inter lilia, *b* donec aſpiret dies, & *c* inclinentur umbræ. *d* Revertere, *e* ſimilis eſto, dilecte mi, capreæ, hinnuloque cervorum ſuper *f* montes Bethel,

Moraliter. Lilia ſunt omnes virtutes, quæ & puritate candent, & novitate vernant, & ſuavitate fragrant, & vulneribus ſive uſtionibus peccatorum refrigerium præſtant, ſicut lilia uſtis corporibus. Inter hæc lilia paſcitur Sponſus, & paſcit. Ipſis virtutibus paſcit, quas infundit, paſcitur operibus earum. Nec eſt brevis, ſive horarius paſtus iſte, imo durabit uſque in finem ſæculi. Unde ſequitur. *b* Donec aſpiret dies,] ideſt, donec clareſcat dies æternitatis, qui veſperam non habebit, ſed tantum meridiem, ideſt, plenam lucem manifeſtæ viſionis, & perfectum ardorem plenæ dilectionis, quæ in die judicii aſpirabit electis, quaſi aura gratiſſimæ recreationis, & placidiſſimæ ſerenitatis. *c* Et inclinentur umbræ,] ideſt, tranſeat, & deficiat caligo ignorantiæ, & præſentis vitæ errores penitus evaneſcant. Item umbræ dicuntur omnes reprobi, frigidi ſine charitate, vani ſine veritate, obſcuri ſine puritate, qui modo ſtant erecti per ſuperbiam, ſed in die judicii inclinabuntur in infernum, ſub pondere ſuppliciorum non valentes levare faciem ſuam. Et de his umbris dicitur *Job* 40. Protegunt umbræ umbram ejus. Unde dicit *Greg.* Umbræ umbram ejus protegunt, cum mali quique majores, minores in ſua perverſitate defendunt. Sequitur. *d* Revertere, &c.] Vox eſt Sponſæ ad Sponſum videntis ſe inſufficientem ad ea quæ jubetur facere a Sponſo, & quærentis ejus auxilium, quaſi dicat ad eum: Tu hortaris me ad acquiſitionem aliorum per prædicationem, cum ſim omnino inſufficiens ex me, niſi adſis tu ipſe præſens. In vanum enim laborat ſermo Doctoris exterius, niſi adſit gratia tua, quę ſola docet interius. Ideo doce interius. Oportet enim, ut adſis mihi evangelizanti, dando verbum in virtute multa, & corda auditorum illuſtrando per gratiam, ut me audiant, & intelligant, & fructum afferant in patientia. *d* Revertere] ergo per gratiam, dilecte mihi, quem diligo. Et revertendo. *e* Similis eſto capreæ, hinnuloque cervorum,] ideſt, cito & velociter revertaris. Tu dico, exiſtens. *f* Super montes Bethel,] ideſt, in excelſis montibus perfectorum, per quos cum deſcendis, & appares aliquando minoribus, qui ſunt Bethel, ideſt, domus conſurgens, vel domus vigiliæ, vel domus Dei juxta triplicem interpretationem hujus nomen Bethel. Vel in hoc ſimilis eſto capreæ, hinnuloque cervorum, ut ſicut illi aliquando ſe oſtendunt ſuis venatoribus, ita & tu cum lateris, & abſconderis te mihi occupatæ in officio prædicationis quod præcipis, aliquando ſaltem te mihi oſtendas per gratiam contemplationis, quaſi dicat, licet mihi tu injungas officium prædicationis, non tamen omnino mihi ſubtrahas gratiam contemplationis. Tu dico, exiſtens ſuper montes Bethel, ideſt, excelſior montibus Eccleſiæ, ideſt, incomprehenſibilis etiam perfectis, & excelſis contemplativis.

Myſtice. Vox eſt totius Eccleſiæ, quæ illum abiiſſe corporaliter, & in cœlos aſcendiſſe pia fide tenens, & ad judicium reverſurum agnoſcens, hoc ipſum petit, quia tunc liberabitur ab omni ſervitute corruptionis, in libertatem gloriæ filiorum Dei, ut dicitur *Rom.* 8. Tunc etiam reliquiæ Iſrael ſalvæ fient, *Iſa.* 10. & *Rom.* 9. Dicit ergo. *d* Revertere] ad judicium [dilecte mi] ſiquidem abiiſti in regionem longinquam accipere tibi regnum, & reverti, ut dicitur *Luc.* 19. Et revertendo. *e* Similis eſto capreæ, hinnuloque cervorum,] ideſt, velociter ut caprea, & hinnulus revertaris. Tu dico, exiſtens. *f* Super montes Bethel,] ideſt, ſuper altitudines militiarum cœleſtium, in quibus eſt tibi jucunda & ſecura habitatio.

Moraliter. Videns Sponſa amore contemplationis multos dimittere, vel negligere officium prædicationis, ſecundum quod dicitur *Thren.* 4. Parvuli petierunt panem, & non erat qui frangeret eis, & oppreſſi ad judicium, & juſtitiam, & non eſt, qui faciat. *Iſ.* 1. Ideo dicit. *d* Revertere dilecte mi,] ideſt, præſentiam tuæ ſuavitatis mihi ſubtrahe, ne amplexuum tuorum ſuavitas, & aſpectus tui jucunditas me totam in te rapiat, & a ſollicitudine filiorum me omnino avocet, & avertat. Tamen omnino non te ſubtrahas, ſed *e* Similis eſto capreæ, hinnuloque cervorum] qui oſtendendo ſe, ſuos venatores ad ſe inſequendum pertrahunt. Revertere, inquam, *f* Super montes Bethel,] ideſt, ad alta cœlorum. Simile *infr. ult.* Fuge, dilecte mi, aſſimilare capreæ, hinnuloque cervorum ſuper montes aromatum.

CAP. III.

IN *g* lectulo meo per *h* noctes, *i* quæſivi *k* quem diligit anima mea. *l* Quæſivi illum,

EXPOSITIO CAP. III.

IN lectulo meo per noctes, &c.] Vox eſt Eccleſiæ de gentibus jam credentis, & jam converſæ ad Deum per prædicationem, & orationem primitivæ Eccleſiæ de Judæis. Quæ quantum deſiderium inveniendi Deum ante converſionem ſuam habuerit, oſtendens, ait. *g* In lectulo meo] jacens, ideſt, in carnis voluptate, quam quidam dicebant eſſe ſummum bonum. Vel in lectulo meo, ideſt, in amore mundi quieſcens. Vel, in lectulo meo, ideſt, in otio & quiete a ſtrepitu mundi poſita, quoad Philoſophos. *i* Quæſivi] ducatu rationis naturalis. *k* Quem diligit anima mea] tantum naturali dilectione prius, modo gratuita charitate, quod notatur per hoc quod dicit: quem diligit anima. Quæſivi, inquam

h Per noctes,] ideſt, per Philoſophicas rationes, quæ parum, aut nihil luminis habent reſpectu luminis fidei, per quod ſolum videtur Deus in præſenti. Vel per noctes, id eſt, per creaturas, ideſt, per conſiderationem creaturarum, quæ in ſe, & ex ſe tenebroſæ ſunt, & obſcuræ, & nihil luminis habent, ut nox. Vel, per noctes, ideſt, exiſtens in noctibus multis, ſcilicet, peccati, ignorantiæ, dubitationis, erroris, adverſitatis. *l* Quæſivi illum, &c.] multoties

A in ſcripturis

In lectulo, &c.] Aliter exponitur, ut ſit vox totius Eccleſiæ, quæ cœnaculum habet in latitudine plebium, conſiſtorium in rectitudine præſidentium, lectulum, ſive cubiculum in ſecreta quiete clauſtralium. Et in hoc lectulo Sponſa quærit ſæpe Sponſum ad quieſcendum, ad conſolendum, & non invenit, quia quærit viventem cum mortuis, ut dicitur *Luc. ult.* Invenit tamen ſudarium a linteaminibus ſepoſitum, ſed ſine corpore, ſicut legitur *Joan.* 20. In clauſtris enim, ubi ſepultura Domini ſpiritualiter eſt, non niſi ſudarium, & linteamina, ideſt, habitus exterior invenitur. Et ideo recte conqueritur Maria, *Joan.* 20. Tulerunt Dominum meum de hoc ſepulchro, & neſcio ubi poſuerunt eum. Et Eccleſia dicit.

g In lectulo meo,] ideſt, in clauſtris, ubi maxime videbatur poſſe inveniri.

i Quæſivi, quem diligit anima mea,] quia & ipſe dedit pro me dilectam animam ſuam, ut dicitur *Jer* 12 *l* Quæſivi

Θ illum]

g In lectulo meo.] Moraliter exponitur hoc de lectulo contemplationis. Et notatur in his verbis ſedulitas inquiſitionis Sponſæ, & miranda alternatio apparitionum, & diſparitionum Sponſi. Interdum enim non quæſitus, ſe ingerit: ſæpe etiam ſollicite ſubterfugit. Dicit ergo Sponſa, ſive fidelis anima.

g In lectulo meo,] ideſt, in quieto, ſed modico contemplationis otio. *h* Per noctes,] ad litteram, quando minus inſtant ſollicitudines exteriores, & tempus eſt aptius ad orandum, & contemplandum.

i Quęſivi] inveſtigatione intellectus ad videndum, & mirandum ejus pulchritudinem, & deſiderio affectus ad guſtandum, & ſaporandum ejus dulcedinem. *k* Quem diligit anima mea] cujus amore langueo. Vulnerata enim charitate ego ſum. *l* Quęſivi illum] gemitibus, & ſuſpiriis multiplicatis, & non inveni. Quare? quia per noctes etiam in lectulo. Melius enim quæritur operando, & citius invenitur, quam dormiendo. *Pſal* 110. Intellectus enim bonus facientibus eum. Et iterum *Pſal.* 118. A mandatis tuis intellexi. Et iterum *Pſ.* 18. Pręceptum Domini lucidum illuminans oculos. Et iterum *Prov* 8. Ego Sapientia in viis juſtitię ambulo, & in medio ſemitarum judicii, ut ditem diligentes me. Et iterum *Eccl.* 1. Fili, concupiſcens Sapientiam, ſerva juſtitiam: & Deus prębebit illam tibi. Contra deſides & pigros ad opus: dicit igitur Sponſa: In lectulo meo per noctes quæſivi, &c.

* Et non

▲ in ſcripturis, in creaturis. Et hoc notat repetitio verbi quærendi.

a Et non inveni.] Quare? Quia non quærebam; vel quia ubi non erat inveniendus, quærebam; vel quia mihi non Angelus, non Propheta, non quilibet Doctor lumen veritatis, & divinæ cognitionis revelavit, & ideo non inveni. Fides enim ex auditu, auditus autem per verbum Chriſti, *Rom.* 10. Quod ubi comperi, ſcilicet, quod non in lecto carnalium voluptatum, neque in ſpectatione Scripturarum Philoſophicarum, neque conſideratione creaturarum poſſem invenire Dilectum: propoſui in animo meo de lecto illo exurgere, & ad laborem ſalutiferæ inquiſitionis me accingere, & terra, & mari publice, & privatim univerſorum quos ſapientes audirem, magiſteria adire, donec inveniſſem Sponſum dilectum. Et hoc eſt.

& a non inveni. b Surgam, c & circuibo d civitatem: e per vicos, f & plateas g quæram, quem diligit anima mea. h Quæſivi illum, & i non inveni. k Invenerunt me l vigiles, qui m cuſtodiunt n civitatem. o Num p quem diligit anima mea q vidiſtis?

b Surgam,] a lecto mundi, a mollitie carnis, a torpore otii.

c Et circuibo,] ideſt, diligenter inveſtigabo.

d Civitatem,] ideſt, Eccleſiam, ubi eſt civium unitas. Juxta illud *Act.* 4. Multitudinis credentium erat cor unum, & anima una. Et circumeundo

e Per vicos,] ideſt, parce viventes, & majores ſpirituales.

f Et plateas,] ideſt, per laxiora præcepta tenentes, & licite mundo utentes.

g Quæram, quem diligit anima mea,] ideſt, inquiram diligenter, ſi quis in Eccleſia magnus, vel parvus, continens, vel conjugatus ſit ille, quem diligit anima mea, vel ſciret me docere qualiter, & ubi poſſem invenire illum.

h Quæſivi illum,] multo labore.

i Et non inveni,] quia mundo peragrato, ſapientum verbis diſcuſſis, creaturis diligenter inſpectis, nihil certum de via veritatis agnoſcere potui. Ecce Magdalena in ſepulchro quærens Dominum, non invenit; quia quærit viventem cum mortuis, ſicut legitur *Luc. ult.* Ecce Emorroiſſa, quæ totam ſubſtantiam ſuam expendit in Medicos, quærens ſanitatem, & invenit, *Marc.* 5. *Luc.* 8. Sed dum quærit, & non invenit, quæritur, & invenitur. Unde ſequitur.

k Invenerunt me,] errabundam, ſollicitam.

l Vigiles,] Prædicatores, Præcones, Paſtores cuſtodientes vigilias noctis ſuper gregem ſuum, *Luc.* 2. Qui ſunt animalia plena oculis ante & retro. *Ezech.* 1. & *Apoc.* 4. Philippus enim Eunuchum invenit, *Act.* 8. Et Petrus Cornelium *Act.* 10.

m Qui cuſtodiunt,] a furibus.

n Civitatem,] ideſt, Eccleſiam pia ſollicitudine, exemplo ſanctæ converſationis, verbo ſalutiferæ prædicationis in ejus cuſtodiam excubantes.

Quibus volentibus me docere, & oſtendere quem quærebam, nimio flagrans amore, quaſi impatiens ajo ad eos.

o Num,] ideſt, numquid.

p Quem diligit anima mea,] intimus affectus meus.

q Vidiſtis,] in Scripturis, in creaturis, vel potius fide, & inſpiratione? Modo ſubintelligendum eſt, quod ipſi docuerint eam, ubi Sponſus inveniri poſſet, ſcilicet, in ipſis, in quibus videbat formam ejus, quem quærebat. Sequitur.

▲ a Paululum

Aliter. Θ illum,] multoties:

a Et non inveni,] quia nec ſolatium, nec conſilium, nec quietem, nec vitæ integritatem, quæ Sponſi præſentiam oſtendunt, ibi vidi: tantummodo ſigna quædam religionis hic inveniri poſſunt, ſed vacua ſine veritate ſignati. Quod expreſſe dicitur 1. *Reg.* 19. Abiit David, ideſt, Chriſtus, & aufugit de clauſtris, & ſalvatus eſt: quia ibi quærebatur ad mortem. Michol, ideſt, collegium Monachorum. Interpretatur enim Michol, aqua omnis, vel aqua ex omnibus, ſumpſit ſtatuam, ideſt, Abbatem inutilem, & poſuit eam ſuper lectulum, ideſt, præfecit eum ſibi, & pellem piloſam caprarum, ideſt, frocum piloſum poſuit ad caput ejus, ut oſtenderet ibi eſſe David, & operuit eam veſtimentis monachalibus. Miſitque Saul nuncios, ut viderent David. Qui cum veniſſent, inventum eſt ſimulachrum ſuper lectum, & pelles caprarum ad caput ejus, David autem non erat ibi: Ideo dicit Sponſa. b Surgam,] de hujuſmodi lectulo, ubi Sponſus non invenitur.

c Et circuibo civitatem,] mundi, ſi enim alicubi poſſim invenire Sponſum.

e Per vicos, & plateas quæram quem diligit anima mea,] ideſt, per omnes conventus arctiores, & laxiores clauſtrales, & ſæculares. Quaſi enim unus vicus eſt ordo Carthuſienſium, alius vicus ordo Ciſtercienſium, alius vicus ordo Cluniacenſium, & ſic de aliis. Plateæ vero poſſunt dici conventus laxiores, vel conventus ſæculares. Et quaſi nondum invenerit Sponſum; ſubjungit.

h Quæſivi illum, & non inveni,] quia forte abſconderat ſe, ne inveniretur, aut dormiebat in conclavi, aut forte non erat ibi. Et cum ita quærerem, nec invenirem.

k Invenerunt me vigiles,] ideſt, Prædicatores.

m Qui cuſtodiunt civitatem,] ideſt, Eccleſiam. Quos interrogavi.

o Num quem diligit anima, &c.] ideſt, ſcitis, quo abierit, & ubi ſit?

Θ Paululum

Moraliter. * a Et non inveni.] In veſte enim Philoſophiæ ab inferiori elemento, ideſt, P. per quod ſignificatur practica, erat aſcenſus ad ſuperius elementum, ideſt, T. per quod theorica deſignatur.

Et Gregorius ſuper *Ezech.* 40. dicit: Altitudo, latitudoque ædificii uno calamo menſuratur, quia unaquæque fidelis anima quam lata fuit in dilectione proximi, tam alta erit in cognitione Dei. Unde bene dicit Jeremias, *Thren.* 3. Levemus corda noſtra cum manibus ad Dominum in cœlos. Et *Luc. ult.* legitur, quod Dominus elevatis manibus ferebatur in cœlum. Aperte oſtendens, quod elevatio manuum ad opera rectitudinis aſcenſum facit in cœlum contemplationis. Propter hoc etiam Dominus *Matt.* 7. & *Luc.* 11. dixit: Non ſolum petite, & *Pſal.* 131. quærite, ſed addidit: pulſate, quod manuum eſt proprium. In campis ergo certaminis, & in agro laboris quærendus eſt Sponſus, non in lectulo contemplationis; quia ecce audivimus eam in Ephrata, invenimus eam in campis ſylvæ. Errant ergo manifeſte, qui lectulum deſidiæ habitaculum putant Philoſophiæ, & ſuam ignaviam philoſophandi putant militiam, auribus, & oculis tantummodo oſtendentes, vel philoſophantes, ut dicit Apulejus. Ideo tanta eſt multitudo Pariſiis quærentium Sponſum, noctu, dieque pelles caprarum inſpicientium, & tamen non inveniunt. Quare: Quia nunquam in agrum exeunt ad laborandum. Ideo conſultiſſime ſubjungit Sponſa.

b Surgam,] de lectulo corporis, de lectulo otioſæ inveſtigationis. c Et circuibo civitatem,] ideſt, Eccleſiam ubique prædicando verbo, & exemplo.

e Per vicos & plateas,] ideſt, per villulas, & magnas civitates.

g Quæram, quem diligit anima mea,] ideſt Sponſum.

h Quæſivi illum,] per vicos & plateas prædicando.

i Et non inveni,] quia pauci obediunt Evangelio. Unde *Iſa.* 53. Quis credidit auditui noſtro, & brachium Domini cui revelatum eſt?

k Invenerunt me vigiles, qui cuſtodiunt civitatem,] ideſt, ſancti Angeli, quibus totus mundus cuſtodiendus deputatus eſt. Ad inveniendum Sponſum, ſiquidem adjuverunt me.

Omnes enim ſunt adminiſtratorii Spiritus miſſi in miniſterium propter eos, qui hæreditatem capiunt ſalutis, *Hebr.* 1. Hi recte dicuntur vigiles; quia nullo modo impediuntur a cuſtodia civitatis, nec a laude Sponſi. Unde *Iſa.* 62. Super muros tuos Jeruſalem conſtitui cuſtodes, tota die, & tota nocte perpetuo non tacebunt. Inventam autem a vigilibus ſe dicit Sponſa, non ſe eos inveniſſe, ſollicitudinem eorum erga ſibi commiſſos homines inſinuans.

o Num quem diligit anima mea, vidiſtis?] Teſtimonium de viſu vigilanter requirit Sponſa ab illis vigilibus, quia ipſi revelata facie vident illum. In hoc inſinuans Sponſa, quod Doctores, & Prælatus Eccleſiæ, non de auditu tantum Sponſi, ſed de viſu oportet teſtimonium perhibere. Omnis enim, qui peccat, non videt eum, non ſcit eum, 1. *Joan.* Et ipſe Sponſus *Joan.* 3. dicit: Amen, amen dico vobis, quia nos, quod ſcimus, loquimur, & quod vidimus, teſtamur. Non igitur quot annis Theologiam audierint Doctores, & Prælati, ſed an Dilectum viderint, requirendi ſunt. Audire enim commune eſt, & bonis, & malis. Unde *Job* 28. Perditio, & mors dixerunt, auribus noſtris audivimus famam ejus. Sequitur.

A *a* Paululum,] id eſt, paulo poſt. *b* Cum pertranſiſſem eos,] id eſt, cum cœtibus eorum me miſcuiſſem, & dicta, & facta diligenter percurriſſem.
c Inveni, &c.] quia quam cito aliquis Deum vero intuitu exquirit, ſtatim eum invenit, dicit *Gloſſ.* Vel ſic.

a Paululum cum *b* pertranſiſſem eos, *c* inveni quem diligit anima mea. *d* Tenui eum, *e* nec dimittam, *f* donec introducam illum in *g* domum matris meæ, & in cubiculum genitricis meæ. *h* Adju-

a Paululum,] id eſt, paulatim.
B *b* Cum pertranſiſſem eos, id eſt, cum acutiori mentis intuitu cognoviſſem, quod nullus eorum eſſet, [quem diligit anima mea,] ſublimius dirigens aciem mentis [inveni, quem diligit anima mea.] Sic Petrus pertranſiens vigiles civitatis, id eſt, Eliam, Jeremiam, unum ex Prophetis, Joannem Baptiſtam, invenit, quem dilexit, & diligit anima ſua. Unde dixit: Tu es Chriſtus filius Dei vivi, *Matth.* 16. *d* Tenui eum,] firmiter manu fidei. *e* Nec dimittam,] eum, id eſt, fidem ejus, vel imitationem pro aliqua tribulatione; quia quanto interius quæſivi eum, tanto ardentius inventum tenui. *f* Donec introducam illum,] prædicatione mea. *g* In domum matris meæ,] id eſt, collectionem Synagogæ, quæ me genuit in fide per Apoſtolos: ut eos inhabitet per fidem, quod erit in fine ſæculi, quando reliquiæ Iſrael ſalvæ fient, *Iſa.* 10. *Rom.* 9. Et convertentur corda patrum ad filios, *Malach. ult.* *g* Et in cubiculum, &c.] id eſt, Synagogæ, quæ me inſtruxit ad vivendum, ut in perſeverantia bonitatis eorum quieſcat.

Aliter. ⊖ *a* Paululum cum pertranſiſſem eos,] id eſt, tranſiſſem per eos, videns eorum converſationem, & audiens eorum prædicationem. *c* Inveni, quem diligit anima mea,] illis me ducentibus, &c. docentibus verbo & exemplo. *d* Tenui eum,] fide & imitatione. *e* Nec dimittam,] ceſſando a prædicatione, vel tepeſcendo a religionis fervore. *f* Donec introducam,] id eſt, donec reformavero priores religiones unde natæ ſunt novellæ, ut ibi Dilectus maneat, in pace comedat, & quieſcat.

* *a* Paululum cum pertranſiſſem eos,] ſublimius contemplando. *c* Inveni, quem diligit anima mea.] Nihil enim eſt dignius ſuper Angelos, niſi Sponſus. Omnis ergo creatura pertranſeunda eſt, quaſi via, qua venitur ad Sponſum. Etiam ipſe Sponſus inquantum homo pertranſeundus eſt, quaſi via: non eſt amplectendus, ut finis, ſicut dicit *Auguſt.* Propter quod ipſe vocat ſe viam, *Joan.* 14. Vocat & veritatem, & vitam, ſed inquantum Deus eſt. Ego ſum, inquit, via, veritas, & vita. *d* Tenui eum,] vinculis amoris, manibus operum. *e* Nec dimittam,] id eſt, non deſinam amare, non deſinam bene operari. *f* Donec introducam, &c.] i. donec notum dilectum fecero toti Eccleſiæ, quæ me genuit, & nutrivit. In quo datur exemplum, ut ſinguli inventum Sponſum teneant, nec dimittant, donec notum Dilectum fecerint toti Eccleſiæ, vel ad minus genti ſuæ, vel Eccleſiæ propriæ, ut qui audierit, dicat, veni, *Apoc. ult.* Nota triplex lectulus invenitur in hoc libro. Primus eſt tenebroſus, de quo dicitur hic: In lectulo meo, &c. Secundus eſt armatus, de quo *inf. eod.* En lectulum Salomonis ſexaginta fortes ambiunt ex fortiſſimis Iſrael, omnes tenentes gladios, & ad bella doctiſſimi. Tertius eſt floridus. De quo *ſupra* 1. Lectulus noſter floridus. In primo jacent vulnerati peccato, id eſt, pœnitentes. Unde *Pſalm* 6. Lavabo per ſingulas noctes lectum meum, lacrymis meis ſtratum meum rigabo. In ſecundo jacent fatigati in bello, id eſt, proficientes in tentationibus, de quo *Gen.* 49. Collegit Jacob pedes ſuos ſuper lectulum, & obiit, appoſituſque eſt ad populum ſuum. Pedes ſuos colligit Jacob per lectulum, quando aliquis in lectum tentationis poſitus, cogitationes, & affectiones malas in conſcientia deſiſtens occidit, & devotionis otia exquirit, & ſic obit feliciter peccato, & apponitur ad populum ſuum, id eſt, locatur collegio Sanctorum. In tertio jacent delicati, vacantes otio, id eſt, contemplantes in exceſſu mentis, de quo *Matt.* 24. Erunt duo in lecto uno, unus aſſumetur, & alter relinquetur. Duo enim ſunt genera Contemplativorum. Philoſophi, & Religioſi: illi relinquentur, & illi aſſumentur. In his tribus Lectulis jacet Dominus. In primo ut Medicus, quia non eſt opus bene valentibus Medicus, ſed male habentibus, *Matt.* 9. In ſecundo jacet ut Patronus. Unde *Pſal.* 90. Cum ipſo ſum in tribulatione. Et *Pſal.* 9. Factus eſt Dominus refugium pauperi, adjutor in opportunitatibus in tribulatione. In tertio jacet ut Dilectus. Unde *Prov.* 8. Deliciæ meæ eſſe cum filiis hominum. Hic ergo eſt rectus ordo quærendi Sponſum, ut primo quæratur, ut Medicus, per pœnitentiam: ſecundo ut Patronus, per patientiam: tertio ut Dilectus per quietam conſcientiam. Ideo Sponſa non invenit, quia adhuc jacens in primo lectulo quærebat Dilectum, quæ debebat quærere Medicum, poſtea Patronum, & tunc demum invenire Dilectum.

Quadruplex nox. Item notandum, quod eſt quadruplex nox. Prima eſt naturalis ignorantia, quæ de corruptione peccati originalis nobis innaſcitur. Secunda eſt peccatorum caligo, quæ male agendo a nobis acquiritur. Tertia eſt hæreticorum deceptio, qua lux fidei in nobis extinguitur. Quarta eſt mundana ſapientia, per quam pia veritatis inveſtigatio impeditur, dicit Dominus *Matt.* 11. & *Luc.* 10. Confitebor tibi, Pater Domine cœli, & terræ, quia abſcondiſti hæc a ſapientibus, & prudentibus, & revelaſti ea parvulis. Per iſtas noctes lumen veritatis abſconditur, & ideo Sponſum non invenit Sponſa, quia per noctes quæſivit.

Quatuor civitates. Item notandum, quod quatuor ſunt civitates, in quibus Deus magna operatus eſt. Bethlehem, domus panis, in qua natus eſt. Nazareth, flos ſanctificans, vel ſanctitas, in qua nutritus eſt. Bethania, domus obedientiæ, in qua Lazarus ab eo ſuſcitatus eſt. Jeruſalem, viſio pacis vel timor perfectus, in qua mortuus, & ſepultus. Prima eſt ſacra Scriptura, cujus pane, id eſt, eruditione Chriſtus in nobis naſcitur. Secunda eſt Eccleſia, in qua flore ſanctæ operationis Chriſtus in nobis nutritur. Tertia eſt pœnitentia, in qua Lazarus eſt, id eſt, ſpiritus per peccatum mortuus per obedientiam ſuſcitatur. Quarta eſt clauſtrum, in quo Chriſtus quaſi mundo mortuus in ſepulchro contemplationis ſepelitur.

De qualibet dicit Sponſa: Surgam & circuibo civitatem. Item notandus eſt ordo verborum. Primo quæritur Dilectus pia curioſitate, dum inſpiratur. Sic quærebat *Job* 23. cum diceret: Quis mihi hoc tribuat, ut cognoſcam eum, ut eſt, & inveniam illum, & veniam uſque ad ſolium ejus? Secundo ſic quæſitus invenitur ubique quærendi aſſiduitate: Sic Samuel non recedens a templo, non ſolum eum invenit, ſed vocem ejus audivit, dicentis: Samuel, Samuel. Et ait Samuel: Loquere, Domine, quia audit ſervus tuus, 1. *Reg.* 3. Tertio ſic inventus tenetur cum ſtabilitate: Sic tenuit Jacob Angelum, *Gen.* 32. dicens: Non dimittam te, niſi benedixeris mihi: Tenetur etiam inſtantia orationis. Sic tenuit eum Moyſes. Unde *Exod.* 32. dixit ei Dominus: Dimitte me, ut iraſcatur furor meus contra eos. Moyſes autem orabat Dominum Deum ſuum. Tenetur etiam obſequio muneris. Sic tenuerunt eum duo Diſcipuli euntes in Emaus. Unde *Luc. ult.* coegerunt illum, dicentes: Mane nobiſcum, Domine, quoniam adveſperaſcit, & inclinata eſt jam dies, & intravit cum illis. Tenetur etiam fervore fidei: Sic tenuit eum Chananæa. Unde *Matt.* 15. dicentes ei Diſcipuli: Dimitte eam, quia clamat poſt nos. Tenetur deſiderio amoris. Sic tenuerunt eum mulieres, *Luc. ult* Illæ autem acceſſerunt, & tenuerunt pedes ejus. Quarto ſic tentus in domum introducitur quadam importuna, & laudabili importunitate. Unde *Matth.* 11. Regnum Dei vim patitur, & violenti rapiunt illud. Iſta quatuor ſatis bene tanguntur *Matth.* 7. & *Luc.* 11. Petite, & accipietis: quærite, & invenietis: pulſate, & aperietur vobis. Quærite, ecce primum: invenietis, ecce ſecundum: petite, & accipietis, ecce tertium: pulſate, & aperietur vobis, ecce quartum. Sequitur.

h Adjuro vos, filiæ Jeruſalem, per capreas cervoſque camporum, ne ſuſcitetis, neque evigilare faciatis Dilectam, donec ipſa velit, &c.] Vox eſt Sponſi congratulantis Sponſæ ſuper hoc, quod dixit: Tenui eum, nec dimittam, donec introducam illum in domum matris meæ, &c. Quæ introductio, ut citius & liberius fieri poſſit, adjurat Sponſus filias Jeruſalem, ne Sponſæ parent impedimentum, dicens: Adjuro vos, filiæ Jeruſalem, per capreas cervoſque camporum, ne ſuſcitetis, &c. Nec eſt repetitio hujus verſiculi. Hic enim Dilectam Eccleſiam de Gentibus, quæ ſupra locuta eſt ab illo loco: In lectulo meo per noctes, &c. filias Jeruſalem vocat Judæos, qui hanc Dilectam præceſſerant in fide *ſup.* ubi idem verſiculus ponitur. E converſo Dilectam vocavit Eccleſiam de Judæis, filias Jeruſalem converſos de Gentibus, vel Judæos novos in fide. Notatur etiam in repetitione hujus verſiculi, quod Sponſus æqualem amorem habet ad utramque Eccleſiam, qui pro utriuſque pace æqualem ſollicitudinem gerere ſe oſtendit. Item notatur in hoc verſiculo tam hic; quam ſupra, *Sup. ad*

quod

Digitized by Google

a quod quando Sponſa ſpontaneam ſe offert laboribus propter Sponſum, tunc Sponſus propenſius indulget ei vacare amplexibus, & quieti. Et e converſo, quando Sponſa ſe ingerit amplexibus vacare cupiens, Sponſus propenſius invitat eam ad laborem activę. Et hoc eſt, ut cognoſcat Sponſa, ſi ſollicita fuerit laborare foris pro filiis acquirendis, & quærere, quæ ſunt Sponſi, & Sponſus erit ſollicitus quærere quæ ſunt Sponſæ, & eam reficere, & jucundare interius. Per quod patet, quod gaudia contemplationis non ſtudio inveſtigationis, ſed filiorum acquiſitione, & hoſtium trucidatione acquiruntur. Quod ſatis evidenter oſtenditur *Matth.* 25. & *Luc.* 19. Ubi ſervus cum lucro veniens feſtive recipitur; & tunc primo in gaudium Domini ſui jubetur intrare: Euge, inquit, ſerve bone, & fidelis, quia in pauca fuiſti fidelis, ſupra multa te conſtituam: intra in gaudium Domini tui. Similiter David percuſſo Philiſthæo receptus eſt in Jeruſalem cum gaudio magno puellarum choros ducentium, & cantantium in tympanis lætitiæ, & ſiſtris, 1. *Reg.* 18. Ideo dicit Eccleſia per *Pſal.* 5. Ego autem in multitudine miſericordiæ tuæ introibo in domum tuam. Quia ergo Eccleſia ſponte ſe obtulit ad laborem introducendi Sponſum in domum, & cubiculum ſuæ genitricis, ideſt, Synagogæ, huic bonæ voluntati Sponſæ congratulans Sponſus ſollicitudinum exteriorum moleſtiam amovens, & repellens, ait: *a* Adjuro vos filiæ, &c.] quæ præceſſiſtis in fide de Judæis Dilectam. *b* Per capreas, &c.] ideſt, amore quo tenemini Sanctis, vel ſi vultis aſſimilari Sanctis in virtutum altitudine, in operum ſtrenuitate, in cognitionis ſublimitate. *c* Ne ſuſcitetis,] culpa veſtra laborare eam facientes. *d* Neque evigilare,] ideſt, inquietudine quietem ejus interrumpentes.

Sup. 2. & inf. 5. & 8.

a [Adju]ro vos, filiæ Jeruſalem, per *b* capreas, cervoſque camporum, ne *c* ſuſcitetis, neque *d* evigilare faciatis *e* Dilectam, *f* donec ipſa velit.

g Quæ eſt iſta, *b* quæ aſcendit per *i* deſertum *k* ſicut virgula fumi ex *l* aromatibus myrrhæ, & thuris, & *m* univerſi pulveris pigmentarii.

e Dilectam,] in amore meo quieſcentem.

f Donec ipſa velit,] In quo notatur eam aliquando ſurrecturam ſpontanea voluntate. Sequitur.

g Quæ eſt iſta.] Vox eſt Eccleſiæ converſæ de Judęis, quæ videns Eccleſiam de Gentibus de deſerto idololatriæ, & infidelitatis ac voluptatis ſæculi ad alta virtutum, & ad complexus Sponſi conſcendere, de ſocietate ejus gaudens, & admirans, ait: Quæ eſt iſta, ideſt, quantum laude, & admiratione digna.

h Quæ aſcendit,] de vitiis ad virtutes: de vanitate ad veritatem: de virtute in virtutem, ideſt, de gradu in gradum: vel de opere in opus.

i Per deſertum,] ideſt, per medium Gentium deſertarum a gratia, a doctrina, a merito, quia neque Angelus, neque Propheta, nec Doctor aliquis eos in fide inſtruxerat. Vel, per deſertum, ideſt, per mundum, poſteriorum oblitus, ideſt, anteriora temporalia relinquens, & ſuppeditans ſibi, ut ad ſpiritualia, quæ ſurſum ſunt, ſapienda poſſit attingere.

k Sicut virgula fumi,] ideſt, ad inſtar virgulæ, & fumi, vel ad inſtar fumi aſcendentis in altum, gracilis, & recti habentis figuram virgulæ. Dico fumi editi.

l Ex aromatibus, &c.] accenſis.

m Et univerſi pulveris,] ideſt, contriti, & confecti a pigmentario. Virgæ comparatur Sponſa, quia recta per intentionem, gracilis per carnis attenuationem, & temporalium abjectionem, flexibilis per humilitatem, & manſuetudinem. In diminutione autem nota humilitatem, quę maxime facit aſcendere, juxta illud *Luc.* 14. Qui ſe humiliat, exaltabitur. Fumo iterum comparatur, quia agilis in opere, calida in amore, levis ſine peccatorum pondere, aſcendens in contemplatione. Item fumus quanto magis aſcendit, tanto magis attenuatur: ſic quanto magis aſcendit in cognitione Dei, tanto magis humiliatur in ſe. Item quanto magis aſcendit in cognitione Dei, tanto magis nihil efficitur in oculis ſuis. Sic Abraham, ut vidit Dominum, ſtatim dixit: Loquar ad Dominum meum cum ſim cinis, & pulvis. *Gen.* 18. Item fumus eodem tempore partim oritur, & partim moritur: deorſum oritur, & ſurſum moritur; Sic Eccleſia in quibuſdam membris ſuis ſemper gignitur nova, & in aliis, qui jam prius nati fuerant, colligitur ad cœleſtia. Aromata vero ſunt virtutes, quę in ſe redolent, & animam in qua ſunt, quaſi pixidem continentem faciunt redolentem a putredine.

al. † Pœnitentium.

† Pigmentum eſt pulvis, qui malos motus mortificat, & motus pœnitentium cuſtodit a peccati corruptione. Thus eſt orationis devotio. Univerſus pulvis, perfecta, & integra humilitas, vel virtutum univerſitas. Pigmentarius eſt homo, qui operam dat conſervandis virtutibus, vel exercendis, vel ipſe Deus, qui largitur virtutes. De quo *Eccli.* 38. Unguentarius pigmenta faciet ſuavitatis, & unctiones conficiet ſanitatis. Planum igitur eſt juxta myſterium.

g Quæ eſt iſta] quanta & qualis, & quam admirabilis.

h Quæ aſcendit,] proficiens de virtute in virtutem.

i Per deſertum,] mundi ipſum ſuppeditans.

k Sicut virgula fumi,] ideſt, recta per intentionem, gracilis per paupertatem, calida per amorem. Fumi, dico, editi. C

l Ex aromatibus myrrhæ & thuris,] intranſitive, hoc eſt, ex myrrha, & thure, quæ ſunt aromata, ideſt, ex carnis mortificatione, & orationis devotione. Et editi ex aromatibus. *m* Univerſi pulveris, &c.] perfectæ, & integrę humilitatis Chriſti, qui dicitur pigmentarius perfectæ humilitatis: quia docuit nos omnem gradum humilitatis, & exemplo, & verbo, ideſt, ſubdere ſe majori, & pari, & minori. Subditus enim fuit Deo Patri, qui major eſt eo, & æqualis: ſubditus fuit Joſeph, & Mariæ, qui longe inferiores eo erant, ſicut dicitur *Luc.* 2. Et ſubditus erat illis. Et hoc eſt, quod ipſe dicit *Matth.* 3. Sic decet nos implere omnem juſtitiam, ideſt, omnem gradum humilitatis in nobis exhibere. Ideo dicit *Matth.* 11. Diſcite a me, quia mitis ſum, & humilis corde. Vel, Ex aromatibus, &c. ideſt, ex omnibus virtutibus redactis in pulverem per humilitatem. Sicut enim pigmenta redacta in pulverem valent ad confectionem, & reddunt ſpiramentum boni odoris; ſic virtutes, cum animum non extollunt, ſed quaſi in pulverem rediguntur reputatione habentis, perducunt ad perfectionem, & reddunt famam bonæ operationis. *Inf.* 8.

Moraliter. Moraliter, hæc interrogatio eſt Prophetæ ipſius, vel Angelorum admirantium profectum animæ pœnitentis. Nec quærunt, qualis eſt iſta, vel quanta, ſed quę, quia de qualitate, & quantitate ipſius, quoad gloriam, ad quam aſcendit, & gratiam, per quam aſcendit, ipſe viſus, quo datum eſt ipſi, vel illis eam videre certos efficit. Sed quia creatura tam vilis, ut homo, quia Creatorem ſuum negaverat, & Diabolo ſe ſubdiderat, & abjectis ornamentis virtutum, ſordibus peccatorum ſe inquinaverat ad tantam gloriam aſſumitur, dicunt. *g* Quæ eſt iſta, &c.] ab imo vitiorum ad alta virtutum, vel de mundo ad cœlum.

i Per deſertum,] ideſt, per pœnitentiam. Sicut enim filii Iſrael de Ægypto per deſertum venerunt in Jeruſalem; ſic de mundo per pœnitentiam cœlum aſcenditur. Poſtea vero modum aſcendendi determinans, dicit. k Sicut virgula fumi,] ideſt, paupertate graciliſſima, intentione rectiſſima, levis ſine pondere peccatorum, erecto deſiderio æternorum procedens.

l Ex aromatibus myrrhæ, &c.] ideſt, ex carnis mortificatione, orationis devotione, humilitatis perfectione. Hæc tria habilem faciunt pęnitentem animam ad aſcendendum, & removent omne impedimentum. Nam per primum ſanantur peſtes corporis. Per ſecundum peſtes mentis, ut dicit *Hier.* Tertium, & alia duo conducunt ante Deum, ut dicitur *Eccl.* 35. Oratio humiliantis ſe nubes penetrabit, & donec propinquet, non conſolabitur: & non diſcedet, donec Altiſſimus inſpiciat. Notandum, quod quadruplex eſt deſertum. *Deſertum quadruplex.* Primum eſt infernus, ſecundum mundus, tertium pęnitentia, quartum cœleſtis patria. De primo dicit *Ezech.* 29. ad Pharaonem: Projiciam te in deſertum, & omnes piſces fluminis tui. De ſecundo dicit *Iſa.* 40. & *Mach.* 3. & *Matth.* 5 & *Luc.* 3. Vox clamantis in deſerto: parate viam Domini. *Joan.* 1. De tertio dicitur *Iſa* 35. Aperta erit lingua mutorum, quia ſciſſę ſunt aquæ in deſerto, aquæ ſcil. deliciarum in deſerto pęnitentię. Et de eodem deſerto dicitur hic. Quæ eſt iſta, quæ aſcendit per deſertum? De quarto dicitur *Luc.* 15. & *Matt.* 18. Quid vobis videtur, ſi fuerint alicui centum oves, & erraverit una ex eis: nonne relinquit nonagintanovem in deſerto, & vadit quęrere eam, quę erraverat? Primum eſt execrandum, quia plenum eſt horrore. Secundum fugiendum, quia plenum errore. Per tertium eſt aſcendendum, quod plenum eſt dolore. Ad quartum eſt perveniendum, quod plenum eſt amore. Primum eſt tormentis pęnoſum, & portentis monſtruoſum. Secundum eſt ſerpentibus venenoſum, & miſeria laborioſum. Tertium, ſpinis laceroſum, ſed floribus ſpecioſum. Quartum eſt gaudiis fructuoſum, & amore glorioſum. Audi tormenta primi, ignis, vermes, fames, ſitis, fętor, procella, horror, flagella, tenebrę, vincula, frigus. Ecce 11. onera. De igne dicitur *Iſ. ult.* Ignis eorum non extinguetur, & vermis eorum *Tormenta inferni.*

> *a* En lectulum *b* Salomonis *c* ſexaginta fortes *d* ambiunt ex *e* fortiſſimis Iſrael, omnes *f* tenentes gladios, & *g* ad bella doctiſſimi. *h* Uniuſcujuſque enſis ſuper femur ſuum, propter *i* timores nocturnos,

non morietur. De ſame & ſiti, *Iſa.* 65. Ecce ſervi mei comedent, & vos eſurietis: Ecce ſervi mei bibent, & vos ſitietis. De fœtore & procella dicitur *Pſalm.* 10. Ignis, ſulphur, & ſpiritus procellarum pars calicis eorum. De horrore dicitur *Job.* 10. Ubi nullus ordo, ſed ſempiternus horror inhabitat. Et *Sap.* 5. Videntes turbabuntur timore horribili. De flagellis dicitur *Matth.* 18. Iratus Dominus ejus tradidit eum tortoribus. De tenebris & vinculis dicitur *Matth.* 22. Ligatis manibus & pedibus projicite eum in tenebras exteriores. De frigore dicitur *Job.* 24. Ad nimium calorem tranſiet ab aquis nivium. Et *Matth.* 22. Ibi erit fletus & ſtridor dentium. Secundum diximus, ſerpentibus venenoſum, & miſeria laborioſum. De miſeria dictum eſt primo homini, *Gen.* 3. In ſudore vultus tui veſceris pane tuo. Serpentium autem tria ſunt genera, qui filios Iſrael in deſerto læſerunt, ſcilicet Aſpis, qui blanditur in facie, ſed cauda pungit: hæc eſt luxuria. Secundus eſt Dipſas, qui parvus eſt & latet in pulvere, & quos mordet, facit perire ſiti: hæc eſt avaritia. Tertius eſt Scorpius, qui emittit ignem: hæc eſt ſuperbia, ex qua ignis invidiæ & iracundiæ oritur. Secundum deſertum eſt venenoſum. Unde 1. *Joan.* 2. Omne quod eſt in mundo, aut eſt concupiſcentia carnis, aut concupiſcentia oculorum, aut ſuperbia vitæ. Sed contra omnes remedium fuit ſerpens erectus in palo, ideſt, Chriſtus ſuſpenſus in patibulo. *Num.* 21. Tertium deſertum diximus ſpinis laceroſum, ſed floribus ſpecioſum. Pœnitentia enim multas habet punctiones tentationum, ſuggeſtionum, anguſtiarum, tribulationum, ſed cum his ſpinis flores habet virtutum & ſpiritualem conſolationem. Unde *Iſa.* 35. Lætabitur deſerta & invia, & exultabit ſolitudo, & florebit quaſi lilium. Quartum deſertum diximus † fructu copioſum, & amore glorioſum. Ibi enim omnes omnem eſcam habebunt, & paſcentur duodecim fructibus, ideſt, duodecim gaudiis: de quibus *Apoc. ult.* In medio plateæ ejus ex utraque parte fluminis lignum vitæ afferens fructus duodecim. Et quia amor omnes uniet; ideo ibi glorioſa erit refectio. Dicamus ergo de primo: Quæ eſt iſta, quæ aſcendit de deſerto, deteſtando? De ſecundo: Quæ eſt iſta, quæ aſcendit de deſerto, fugiendo? De tertio: Quæ eſt iſta, quæ aſcendit de deſerto, pœnitendo? De quarto: Quæ eſt iſta, quæ aſcendit in deſertum, perſeverando? Hæc enim inter virtutes accipit bravium, ſicut dicitur 1. *Cor.* 9. Omnes quidem currunt, ſed unus accipit bravium. Item triplex virga legitur in Scriptura. Prima eſt Regum, ſecunda Paſtorum, tertia Pontificum. Prima rebelles ſubjugantur, ſecunda oves minantur, tertia filii reguntur. Prima enim valet ad vitiorum expulſionem, ſecunda ad morum compoſitionem, tertia ad virtutum ordinationem. Prima eſt virga Joſeph, qua ei Ægyptii ſubjiciuntur. Secunda eſt Moyſi, qua ſerpentes Pharaonis abſorbentur, *Exod.* 7. Et mare rubrum dividitur, *Exod.* 14. Tertia eſt virga Aaron, quæ floruit & frondivit, & fructum fecit, & qua Aaron dignus Sacerdotio oſtenditur, *Nu.* 17. Prima virga egreditur ex aromatibus myrrhæ, ſecunda ex aromate thuris, tertia ex aromatibus univerſi pulveris pigmentarii. Fumus, qui lacrymas excitat, eſt compunctio. Fumus autem aliquando ex terra, aliquando ex aqua, aliquando ex igne naſcitur. Terra eſt caro noſtra, de qua compunctio naſcitur, quando miſerias, quas in ea patimur, plangimus. De aqua compunctio oritur, quando fluxus vitæ præteritæ plangimus. De igne compunctio oritur, quando amore ſupernæ patriæ ſuſpiramus. Expoſitionem myſticam de Beata Virgine cauſa brevitatis lectori relinquimus. Sequitur. *a* En lectulum Salomonis ſexaginta fortes ambiunt ex fortiſſimis Iſrael, &c.] Priori amicæ, ideſt, Eccleſiæ de Judæis admiranti aſcenſum Eccleſiæ de Gentibus, quærens: Quæ eſt iſta, &c. reſpondet ipſa Gentilitas, determinans & oſtendens, quo aſcendat, ſcilicet ad lectulum Salomonis, & non ſolum ut ipſa lectulum cuſtodiat; ſed ut ipſa lectulus Salomonis fiat. Et oſtendit, per quid aſcendat, ſcilicet, per charitatem: quia media lectuli, ſive fercula ſunt charitate conſtrata. Probat etiam Gentilitas ſe in eamdem dilectionem veniſſe, in quam & illa: quia eumdem apparatum nuptialem dedit ei Sponſus, ideſt, eaſdem virtutes, quas & illi: & eoſdem cuſtodes, ideſt, inſtructores, quos Dominus ad eos non miſiſſet, niſi eam diligeret ſicut illam. Quaſi ergo diceret: O Soror, o Sponſa, tu miraris de aſcenſu meo, forte neſciens, quo aſcendam, vel aſcendi jam, ſcilicet, ad lectulum Salomonis, ideſt, jam ſum ei ſociata in lectulo meo vera, & integra fide; vel ſum effecta lectulus ejus: Habeo enim apparatum, & cuſtodes ſui lecti. Quod patet, quia *a* En lectulum,] ideſt, me effectam lectulum. *b* Salomonis,] ideſt, Chriſti veri pacifici, qui fecit pacem inter Deum & hominem, quaſi verus Mediator, & verus Arbiter & fidelis: Quem deſideravit *Job* 9. cum diceret: Non eſt, qui utrunque valeat conjungere, & ponere manum ſuam in ambobus.

Al. † fructu fructuoſum. — *Triplex virga.* — *Fumus naſcitur ex tribus.*

c Sexaginta fortes,] ideſt, univerſi Prædicatores fortes ad portandum onera totius Eccleſiæ, & expugnandum hoſtes ejus operum univerſitate, & legis cognitione perfecti: Quam duplicem perfectionem deſignat hic numerus, ſexaginta, qui conficitur ex ſenario ducto in denarium. Senarius enim ſignificat perfectionem operum: quia ſex diebus facta ſunt omnia. Denarius enim propter Decalogum ſignificat perfectionem cognitionis legis. *c* Sexaginta ergo fortes,] ideſt, univerſi Prædicatores perfectione operum Decalogum adimplentes, & per hoc denarium retributionis expectantes. *d* Ambiunt,] lectulum Salomonis, contra incurſus hoſtium muniendo, ut in eo quieſcere, & dormire pacifice poſſit Sponſus: Nec qualeſcumque fortes hunc lectulum ambiunt, ſed Electi: Nec nati carnaliter, ſed ſpiritualiter. *e* Ex fortiſſimis Iſrael,] ideſt, Patriarchis, & Prophetis, fide integra, & legis intelligentia, & contemplatione perſpicua, videntibus Deum. Hi etiam ſexaginta fortes, non nudi, vel molliter ornati ambiebant lectum, ut ſolent fieri in thalamis juxta lectos; ſed armati quaſi boni milites parati defendere dominum ſuum Regem, & hoſtem ejus trucidare. Unde ſequitur.

f Omnes tenentes gladios,] ſuos: De quibus dicitur *Luc.* 22. Ecce gladii duo hic: Quorum primus gladius eſt ſpiritualis doctrinæ. De quo dicitur *Epheſ.* 6. Et gladium Spiritus, quod eſt verbum Dei. Hunc gladium manibus tenet, qui, quod verbo docet, opere implet. Secundus gladius eſt gladius diſciplinæ, quo caro latrocinans ſemper trucidanda eſt: qui gladius doctoribus, & Prædicatoribus maxime competit, ut accepta, & efficax ſit eorum prædicatio: Sicut dicit Apoſtolus de ſeipſo 1. *Corinth.* 9. Caſtigo corpus meum, & in ſervitutem redigo, &c. Præter iſtos gladios eſt tertius, qui eſt Prælatorum, & Principum proprius, ſcilicet, gladius judiciariæ poteſtatis: quem gladium illi tenent, qui habent in promptu ulciſci omnem inobedientiam, ſicut legitur 2. *Corinth.* 10. Et quia multi prædictos gladios tenent, qui tamen neſciunt uti eis; ideo ſequitur. *Triplex gladius.*

g Et ad bella doctiſſimi,] Docti quidem ſcientia, doctiores ſapientia, doctiſſimi experientia. Ad bella dicit pluraliter, quia quatuor ſunt exercitus, ad quos debellandos expeditos oportet eſſe Prædicatores. Primus eſt dæmonum, ſecundus vitiorum, tertius hæreticorum, quartus tyrannorum. Nec ſolum doctiſſimi ad pugnandum, ſed etiam expediti. Unde ſequitur.

h Uniuſcujuſque enſis ſuper femur ſuum,] reſecans, quæ ex femore naſcuntur, ideſt, carnales motus ex ſe, & in ſubditis: & promptus evaginari ad expugnandum hoſtes. Quare autem ſuper femur ſuum unuſquiſque enſem habeat, ſubdit.

i Propter timores nocturnos,] ideſt, propter tentationes occultas, & latentia pericula. Vel, timores nocturnos vocat Dæmones, & ſatellites ejus, qui nocte hujus mundi, ſi quem poſſunt necare, conantur. Item timores nocturnos, vocat peccata ignorantiæ, quæ per doctrinam prædicationis manifeſtantur, & ſic reſecantur poſtea in confeſſione. *Quid timor nocturnus.*

Item, timores nocturnos dicit tentationes carnis, quæ in nocte maxime impugnant, & noctem in nobis faciunt, quia mentis pacem perturbant, & ſerenitatem obfuſcant.

Ligamus gladium. Ligamus gladium ſuper femur, in manus, in ore, in corde: Sic & Prædicator gladium debet portare ſuper femur, ad reſecandas carnales tentationes, & voluptates: In ore, ad reſecandos ſuperfluos ſermones: In manu, ad reſecandum operum diſſolutiones: In corde, ad reſecandum illicitas cogitationes.

His etiam modis portabit Dominus in judicium enſem ſuum ſuper femur, noſtram corruptionem tollendo: In ore, ſententiam proferendo: In manu, oves ab hœdis ſeparando: In corde, vulnus lateris oſtendendo. Sequitur.

a Ferculum

a Ferculum fecit ſibi Rex Salomon *b* de lignis Libani. *c* Columnas ejus fecit argenteas, *d* reclinatorium *e* aureum, *f* aſcenſum *g* purpureum, *h* media charitate *i* conſtravit *k* propter filias Jeruſalem.

a Ferculum fecit ſibi Rex Salomon de lignis Libani, &c.] Ferculum dicitur a fero, fers, & eſt idem, quod vehiculum: Non enim pro ferenlo eſcarum hic accipitur; ſed pro vehiculo, quod vulgo dicitur lectica, ſive currus, ſive thronus, ſive cathedra, in qua Doctor, aut Judex ſedet, & quieſcit, & judicat: & ſignificat Eccleſiam, quæ verum Salomonem, ideſt, Chriſtum fert ubique terrarum, & prædicando, & docendo fidem ejus. Eccleſia vero primo virgulæ fumi comparata eſt propter
D duo, ſcilicet, propter devotionem orantium: ſecundo, lectulo propter quietem contemplantium; Nunc tertio, comparatur ferculo propter diſcurſum prædicantium, in quo manifeſte patet aſcenſus Eccleſiæ Gentium. De quo admirans Eccleſia de Judæis, dixit ſupra: Quæ eſt iſta, quæ aſcendit, &c. Gaudens igitur Eccleſia de Gentibus, ſe jam hunc triplicem gradum aſcendiſſe dicit: Ferculum fecit ſibi, &c. quaſi dicat non eſt ex me, ſi aſcendo, quia Rex Salomon, ideſt Chriſtus omnia regens, & omnia pacificans, fecit me ſibi ferculum, ideſt, vehiculum, quo feratur, ubicunque voluerit, quaſi dicat: non ſolum lectum me fecit ſibi Salomon; ſed etiam vehiculum, quod plus eſt. Per quod patet, quod altior eſt, major, & dignior ſtatus prædicationis, quam contemplationis. Unde & Paulus dixit Corinthiis: Empti eſtis pretio magno: glorificate, & portate Deum in corpore veſtro, 1. *Cor.* 6. Et in laudibus Pauli dixit Dominus Ananiæ, *Act.* 9. Vas electionis mihi eſt iſte, ut portet nomen meum coram Gentibus, & Regibus, & filiis Iſrael. Non dicit, ut oret, vel legat, vel contempletur nomen meum; ſed ut portet aliis prædicando verbo & exemplo, quod plus eſt. Sed quia non eſt magna laus Artificis de bona materia bonum opus facere; ideo ſubjungit Eccleſia, de qua materia tam pretioſum ferculum fecerit Rex Salomon, ſcil. *b* De lignis Libani,] ideſt, de Gentibus aridis a gratia, infructuoſis, & ſuperbis in ſe, in Dei autem prædeſtinatione fortibus, & celſis, ideſt, ſpecioſis, & odoriferis, imputribilibus, & candidatis. Unde dicit *Gloſſ.* Fortibus patientia, celſis ſapientia, ſpecioſis temperantia, odoriferis fama, imputribilibus perſeverantia, candidatis innocentia. *c* Columnas ejus fecit argenteas,] ideſt, Prælatos, & Doctores altos, & rectos, alios ſuſtentantes, nitore ſacri eloquii fulgentes, probatos & examinatos, ut argentum. Tales fuerunt Apoſtoli, & imitatores eorum. Unde *Galat.* 2. dicit Paulus: Cum cognoviſſent gratiam Dei, quæ data eſt mihi, Jacobus, & Cephas, & Joannes, qui videbantur columnæ eſſe; dextras dederunt mihi, & Barnabæ ſocietatis. Et nota, quod non dicit: Columnas ejus fecit æneas: quales ſunt illi, qui medullam ſacræ Scripturæ ignorantes, quædam argumenta, & quaſdam auctoritates affirmatas habent, quibus exterius nitentes appareant, cum ſint interius vacui, & obſcuri, & etiam lutoſi, ſicut dicitur *Dan.* 14. de Bel: Ne erres Rex: Iſte enim eſt intrinſecus luteus, & forinſecus æreus. *d* Reclinatorium] fecit [aureum.] Juxta litteram: reclinatorium eſt ſuperior pars ferculi, ſive throni, quæ inclinatur, & in qua requieſcit caput, & ſignificat contemplativos, & clauſtrales, qui in Eccleſia locum ſuperiorem obtinent, in quibus caput Salomonis, ideſt, Divinitas per pacem requieſcit. Et dicitur aureum reclinatorium, quia in his maxime divina refulget Sapientia. *f* Aſcenſum purpureum,] ideſt, gradus ad aſcendendum fecit ibi purpurei coloris. Hi ſunt Martyres, quorum exemplis alii præparantur, ut aſcendant in Sancta ſanctorum, ſanguine proprio purpurati. Et hunc aſcenſum *i* Conſtravit Salomon,] ideſt, occidi permiſit, ſicut arietes. Media charitate,] ideſt, mediante charitate, propter quam nec gladium, nec mortem timuerunt. Fortis enim, ut mors, dilectio eſt, *inf.* 8. Et hoc totum factum eſt.
k Propter filias Jeruſalem,] ideſt, propter infirmos de Eccleſia confirmandos, & promovendos. Vel aſcenſus purpureus eſt ipſæ virtutes, quibus aſcenditur in Deum, fide paſſionis purpuratæ. Hunc aſcenſum conſtravit Salomon media charitate, ideſt, charitate, quæ media eſt, ideſt, communis omnibus virtutibus, ideſt, forma. Vel aſcenſus purpureus eſt ipſe Chriſtus, per quem aſcenditur in Eccleſiam, & in cœlum. Et hunc aſcenſum conſtravit ipſe Salomo *i* media charitate, ideſt, charitate communi, qua pro omnibus paſſus eſt, ut dicitur 1. *Joan.* 2. Ipſe eſt propitiatio noſtra pro peccatis noſtris: non pro noſtris autem tantum, ſed etiam pro totius mundi. Vel ſic. *f* Aſcenſum ejus,] ideſt, quo ferculum, ideſt, quo Eccleſia aſcendit in cœlum, fecit. *g* Purpureum,] martyrio. Sed quia non omnes poterant martyrium ſuſtinere; ideo. *h* Media,] accuſativi caſus, ideſt, communem viam. *i* Charitate,] qua pro nobis paſſus eſt, vel quam infundit nobis, ut ſe diligamus. *i* Conſtravit,] ideſt, paravit. k Propter filias Jeruſalem,] ideſt, propter infirmos, qui martyrium ſuſtinere non poſſunt. Unde *Greg.* Qui non poteſt pro Domino ſanguinem fundere, diligat proximum: qui enim diligit proximum, legem implevit, *Rom.* 13.

Aliter. *a* Ferculum fecit ſibi Rex Salomon,] Eccleſiam ſcilicet univerſalem. *b* De lignis Libani,] ideſt, de hominibus candidatis in Baptiſmo, non candidis natis: quia omnes naſcimur filii iræ, *Epheſ.* 2. *c* Columnas ejus fecit argenteas,] ideſt, Doctores, & Prælatos, qui totam Eccleſiam fabricant, & ſuſtinere debent doctrina, & prædicatione fidei ſonoros, & puritate vitæ claros. Hujus ferculi *f* Aſcenſum,] ideſt, quo aſcenditur in cœlum, ideſt, quo aſcenditur ad ferculum, ideſt, pœnitentiam, vel Baptiſmum, vel Crucem, fecit. *g* Purpureum,] ſanguine ſuo. Tam Baptiſmus enim, quam pœnitentia virtutem habent a ſanguine ſuo, ideſt, Chriſti. De Cruce vero qualiter fuerit purpurea facta de ſanguine ejus, omnibus fidelibus patet: Quodlibet iſtorum trium aſcenſus eſt in cœlum. Per pœnitentiam enim de imo vitiorum in alta virtutum, de ſervitute peccati in libertatem gratiæ aſcenditur. Baptiſmus ſimiliter aſcenſus eſt, quo de originali culpa, & filiatione diaboli, in adoptionem filiorum Dei aſcenditur. Crux ſimiliter aſcenſus eſt, ſive ſcala peccatorum, qua de lacu miſeriæ, & de luto fæcis, & de mundo aſcenditur in cœlum. *h* Media,] inter aſcenſum purpureum Martyrum, qui jam tranſierunt; & noviſſimorum, qui erunt tempore Antichriſti. *i* Charitate conſtravit,] ideſt, ornavit, & decoravit, ideſt, primos, & noviſſimos filios Eccleſiæ per ſanguinem martyrii aſcendere fecit in cœlum; medios vero per ſola officia charitatis. Et hoc eſt, quod cantat Eccleſia in laude Martyrum: Qui vincis in Martyribus, parcendo Confeſſoribus. k Propter filias Jeruſalem,] ideſt, ut per ea media filiæ Jeruſalem incederent, & aſcenderent. In quo ſignificatur, quod ſola charitas hæredes facit triumphantis Jeruſalem, & vere filias militantis, & fœcundas ad prolem bonorum operum, quod per ſexum femineum deſignatur. Unde dicit *Gloſſ.* Præter charitatem ceteræ virtutes nihil ſunt, omnibus aliis deſtructis ſola charitas nunquam excidit, 1. *Cor.* 13. Exponitur & hoc de B. Virgine Maria etiam: Quam.

De Beata Virgine.

a Ferculum fecit ſibi Rex Salomon,] ideſt, Chriſtus, quæ eum in utero ſuo novem menſibus portavit. *b* De lignis Libani,] ideſt, de membris omni charitate candidiſſimis, quoad corpus, & altis virtutibus, quoad animam. *c* Columnas ejus fecit argenteas,] quæ ſeptem ſunt, ſcilicet, ſeptem dona Spiritus ſancti, ſicut dicitur *Prov.* 9. Sapientia ædificavit ſibi domum, & excidit columnas ſeptem. Sed præter iſtas habeo quatuor formatas ab illis. Quarum prima eſt peccati immunitas, ſecunda perfecta humilitas, tertia privilegiata virginitas, quarta eſt virginalis fœcunditas. Prima eſt argentum igne examinatum: quia igne Spiritus Sancti factum eſt in ea peccati purgamentum. Secunda eſt argentum malleis concuſſum, quo ad cujuslibet vaſis formam ſuſcipiendam ſe applicat. Tertia eſt argentum candidum, quod eſt integræ virginitatis argumentum. Quarta eſt argentum redemptionis humani generis pretium.
d Reclinatorium] ideſt, Virginis uterum, in quo & habitavit, & ſe reclinavit Filius Dei. Fecit
e Aureum,] ideſt, pretioſum. Vel [aureum,] quia in eo aurum Sapientiæ ſe reclinavit, & in eo habitavit.
f Aſcenſum] fecit [purpureum,] quia ipſa expers martyrii non fuit, ſicut dixit Simeon, *Luc.* 2. Et tuam ipſius animam pertranſibit gladius.

Vel [Aſcenſum,] ejus fecit, [purpureum,] quia eam in Aſcenſione, ſive Aſſumptione ſua regali gloria ornavit, quæ ſignificata eſt in purpura.
h Media] ejus, ideſt, cor, quod eſt in medio pectoris, vel concupiſcibilem, quæ eſt media trium vitium. *i* Charitate conſtravit,] ideſt, decoravit, & ornavit, & implevit. k Propter filias Jeruſalem,] ideſt, propter debiliores, qui ſunt in Eccleſia, ut poſſint imitando charitatem Beatæ Virginis cum ea aſcendere, & videre Regem Salomonem in diademate ſuo, quo coronavit eum mater ſua, ideſt, in de-

core ſuo. Unde ſequitur. *a* Egredimini, & videte filiæ Sion, Regem Salomonem, &c.] Et eſt vox Eccleſiæ Gentium ad incredolos de Judæis invitantis eos ad fidem Nativitatis, & Paſſionis, & Reſurrectionis. Unde dicit.

c O filiæ Sion,] ideſt, o Judæi, qui eſtis filii Patriarcharum, & Prophetarum olim Deum ſpeculantium; vel qui eſtis in Judæa, ubi mons Sion eſt, ad litteram. Egredimini,] ab ignorantia infidelitatis, a carnali intelligentia legis, a tenebroſo carcere peccati.

b Et videte,] viſu fidei.

d Regem Salomonem,] ideſt, Chriſtum omnia regentem, & homines Deo pacificantem.

e In diademate,] ideſt, in carne pura & integra.

f Quo coronavit,] ideſt, circumdedit.

g Eum mater ſua,] ideſt, Beata Maria, ſicut dicitur

a Egredimini, & *b* videte, filiæ *c* Sion, *d* Regem Salomonem in *e* diademate, quo *f* coronavit eum *g* mater ſua, in *h* die deſponſationis illius, *i* & in die lætitiæ cordis ejus.

C A P. IV.

QUam *k* pulchra es, amica mea, quam *l* pulchra es! *m* Oculi tui *n* columbarum;

Jerem. 81. Novum creavit Dominus ſuper terram; femina circundabit virum. *h* In die deſponſationis illius,] ideſt, in die Incarnationis Domini, qua ſibi naturam humanam, quaſi Sponſam ſociavit. *i* Et in die lætitiæ cordis ejus,] ideſt, in die Nativitatis ejus, quæ fuit ineffabile gaudium illis, qui ejus adventum præſtolabantur. Unde Angelus ad Paſtores dixit: Ecce evangelizo vobis gaudium magnum, quod erit omni populo: quia natus eſt vobis Salvator, qui eſt Chriſtus Dominus in civitate David, *Luc.* 2. Vel ſic. a Egredimini, filiæ,] ideſt, o vos Judæi, egredimini de ergaſtulo infidelitatis, ut ſitis filiæ Sion. *b* Et videte,] fide Regem Salomonem in diademate, ideſt, in corona ſpinea. *f* Quo coronavit eum mater ſua,] ideſt, Synagoga, de qua natus eſt ſecundum carnem. *h* In die deſponſationis illius,] ideſt, in die paſſionis, quando ipſe factus eſt Eccleſiæ Sponſus ſanguinum, ſicut dicitur *Exod.* 4. Vel dies paſſionis dicitur dies deſponſationis: quia tunc facta eſt pacti conjugalis Chriſti & Eccleſiæ confirmatio: Si quidem teſtamentum in morte teſtatoris confirmatur, ſicut legitur *Heb.* 9.

i Et in die lætitiæ cordis ejus,] ideſt, in die Reſurrectionis in qua lætatus eſt ipſe de hoſte ſuperato, de homine liberato, de mandato Patris feliciter conſummato. Et eſt ſumma totius hujus clauſulæ: O vos Judæi, exemplum mei credite Chriſti Incarnationem, incarnati Nativitatem, nati Paſſionem, paſſi Reſurrectionem, ut ſitis filiæ Sion, ideſt hæredes æternæ beatitudinis, & fæcundæ in operibus bonis. Eſt autem triplex egreſſus hominis. *Triplex egreſſus hominis.* Primus bonus eſt egreſſus a carnali voluptate. Secundus eſt egreſſus a vana & ſuperflua cogitatione. Tertius eſt egreſſus a mundana converſatione. Et hunc triplicem egreſſum fecerunt filii Iſrael, euntes ad terram promiſſionis. Primo enim, egreſſi ſunt de Ægypto, ne ſervirent Pharaoni in luto, & latere carnis ſuæ, ſicut fecerant ante *Exod.* 1. Secundo, egreſſi ſunt de mari rubro, ne mergerentur fluctuante vana cogitatione. Tertio, egreſſi ſunt de deſerto, ne tabeſcerent mundana converſatione. Hic triplex egreſſus indicitur unicuique noſtrum in Abraham, cui dicitur *Gen.* 12. Egredere de terra tua, ideſt, de carnali voluptate, & de cognatione tua, ideſt, de ſuperflua cogitatione, & de domo patris tui, ideſt, de mundana converſatione, ut etiam nos ſic egredientes Dominus adjuvaret. Ipſe Chriſtus tertio egreſſus eſt. Primo de cœlo. Unde a ſummo cœlo egreſſio ejus. *De Chriſti egreſſione.* Secundo, de Virginis utero. Unde *Pſal.* 18. Procedens tanquam Sponſus de thalamo ſuo. Tertio, de ſepulchro. Unde Angelus ad Marias dicebat: Surrexit, non eſt hic, *Matt. ult.* Nos igitur, quia peccando tranſgredimur, primo egrediamur, ſecundo ingrediamur, tertio aggrediamur, quarto congrediamur, quinto progrediamur, ſexto regrediamur: & tunc primo poterimus Regem Salomonem videre. Egrediamur, ut dictum eſt, de carne, de cogitatione, de mundo. Ingrediamur in nos diligenti perſcrutatione. Aggrediamur hoſtem cum præparatione. Unde *Eccl.* 2. Fili, accedens ad ſervitutem Dei, &c. Congrediamur cum hoſte bonorum operum exhibitione, Progrediamur ad triumphum virtute perſeverantiæ. Sic enim Iſaac ibat progrediens, & ſuccreſcens, donec magnus effectus eſt, *Gen.* 26. Et tunc demum regrediamur ad patriam noſtram, & ibi videbimus Regem Salomonem in decore ſuo, *Iſa.* 33. Si tamen prius viderimus eum duplici corona coronatum. *Triplex corona Chriſti.* Tres enim in univerſo legimus coronas Chriſti. Prima eſt carnea, ſecunda ſpinea, tertia aurea. Prima coronavit eum mater, ut dicitur hic. Secunda noverca, ut dicitur *Joan.* 19. Tertia Pater. Unde *Pſal.* Gloria & honore coronaſti eum, Domine. Prima eſt miſeriæ, ſecunda contumeliæ, tertia gloriæ. In hac triplici corona neceſſe habemus eum videre. In prima, ut nos terreant ejus flagella. In ſecunda, ne erubeſcamus pro ipſo ſuſtinere ludibria. In tertia, ut nos alliciant præmia. Per primam enim contulit nobis conſolationem, per ſecundam nos ad paſſionem armavit, per tertiam nos invitat ad beatitudinem. Item triplex eſt deſponſatio Chriſti, & Eccleſiæ, ſicut dicitur *Oſee* 2. *Triplex deſponſatio Chriſti, & Eccleſiæ.* Deſponſabo te mihi in ſempiternum, & deſponſabo te mihi in juſtitia, & judicio, & miſericordia, & miſerationibus. deſponſabo te mihi in fide. A Prima facta eſt in circumciſione per Abraham, *Gen.* 17. Secunda facta eſt in legis datione per Moyſen, *Exod.* 22. Tertia facta eſt in Chriſti Incarnatione per Spiritum Sanctum, *Luc.* 1. B *Bern.* ſic exponit.

c Filiæ Sion,] ideſt, vos ſæculares, ideſt, delicatæ filiæ, & non filii, nihil fortitudinis habentes, nec virilitatis. a Egredimini,] de ſenſu carnis ad intellectum mentis. *b* Et videte,] Regem Salomonem, non dicit, Regem Eccleſiaſten, vel regem Ididam. His enim tribus nominibus appellatus eſt Rex, qui ſignificat Chriſtum Dominum, qui eſt Salomon, ideſt, pacificus in exilio, ſed Eccleſiaſtes, ideſt, Concionator erit in judicio. Idida, ideſt, dilectus Domini erit in Regno. Ubique Rex. In exilio quidem rector morum, in judicio diſcretor meritorum, in regno diſtributor præmiorum. In exilio manſuetus, in judicio terribilis, in regno amabilis. Egredimini igitur, ut videatis Regem Salomonem in exilio, ut ſecure videre poſſitis Eccleſiaſten in judicio, & tandem Ididam in regno. Videte autem eum. *e* In diademate, quo coronavit eum mater ſua,] ideſt, in corona miſericordiæ, qua coronavit eum Virgo Maria. Siquidem cum hac corona natus eſt ex ea. Unde *Job.* 31. Ab infantia mea crevit mecum miſeratio, & de utero matris meæ egreſſa eſt mecum. Hac coronatur in exilio, quia manſuetus; & ideo imitabilis: ſed in judicio coronabitur corona juſtitiæ; & ideo erit tunc terribilis, tandem coronabitur in regno corona gloriæ, & ideo amabilis. Vide ergo eum in corona miſericordiæ imitando, ut poſtea videas in corona juſtitiæ non timendo, & tandem videas in corona gloriæ cum eo perpetuo gloriando.

EXPOSITIO CAP. IV.

QUam pulchra es, amica mea, &c.] Vox eſt Sponſi Eccleſiam de Gentibus multipliciter commendantis, & ejus pulchritudinem admirantis, ideſt, admirabilem demonſtrantis. Unde ait: *k* Quam pulchra es, amica mea,] in opere. *l* Quam pulchra es,] in prædicatione. Et vere pulchra: quia *m* Oculi tui columbarum,] ideſt, proviſores tui ſcilicet Prælati, Prædicatores, & Doctores columbæ ſunt ſimplices, & ſpirituales, ideſt, donis Spiritus ſancti abundantes, ſluentis Scripturarum inſiſtentes, contemplationi cœleſtium vacantes, hoſtis inſidias attendentes, felle amaritudinis carentes,

▲ Abſque eo

Aliter. Vel ſic. *k* Quã pulchra es, amica mea,] interius voluntate: Quã pulchra es exterius compoſitione morum, ſive honeſta con-

ϴ verſatione.

Aliter. Vel ſic, *k* Quam pulchra es, amica mea,] mali declinatione: *l* Quam pulchra es] boni operis exercitatione. *m* Oculi tui,] i. fides & intentio tua. a Colombarum,] i. puri & ſimplices,

▲ ſine plica

Aliter. Vel ſic, *k* Quam pulchra es, &c.] in activis. *l* Quam pulchra es,] in contemplativis: quia *m* Oculi tui] ideſt, intellectus & affectus tui.

a Columbarum,] ideſt, ſimplices ſine plica. Ille in cognitione primæ veritatis, iſte in amore ſummæ bonitatis.

B Abſque

Moraliter. De duplici pulchritudine animæ. Moraliter, de anima. *k* Quam pulchra es, amica mea, quam pulchra es,] Duplex pulchritudo animæ hic tangitur. * Quarum prima eſt claritas, ſecunda eſt charitas.

Prima eſt contemplativa animæ, & pertinet ad ſpeculationem ſupernorum: de qua dicitur *Sap.* 4. O quam pulchra eſt caſta generatio cum claritate.

Secunda eſt activæ, pertinens ad ſollicitudinem exteriorum, quæ vertitur circa proximi ſalutem, circa ſuam humilitatem, circa Dei honorem. Et attenditur in tribus hæc pulchritudo, in ſermone, in opere, in moderamine diſciplinæ. Quatuor autem ſunt, quibus pulchra eſt ſermone, ſcilicet, in confeſſione, in oratione, in prædicatione, in Dei laude, de quibus *Pſal.* 104. Confitemini Domino, ecce primum: & invocate nomen ejus, ecce ſecundum: annunciate inter gentes gloriam ejus, ecce tertium: cantate ei, & pſallite ei, narrate omnia mirabilia ejus, ecce quartum. Item tria ſunt opera, in quibus pulchra eſt anima,

* in opere

▲ *a* Abſque eo, quod intrinſecus latet,] ideſt, abſque intentionis intrinſeca pulchritudine, per quam alia pulchra, & commendabilia ſunt. Quæ bene latere dicitur, quia ſoli Deo nota eſt. Homo enim videt ea, quæ parent: Dominus autem intuetus cor, 1. *Reg.* 16.

a Abſque eo, quod intrinſecus latet. *b* Capilli tui ſicut *c* greges caprarum quæ *d* aſcenderunt de monte Galaad. *e* Dentes tui *f* ſicut greges tonſarum, quæ aſcenderunt de lavacro.

Aliter. Θ verſatione. *a* Abſque eo, &c.] ideſt, abſque interna virtutum pulchritudine, quæ omnes homines latet, etiam ſeipſam: Nemo enim ſcit certitudine ſcientiæ, an amore dignus ſit, an odio, ſicut dicitur *Eccl.* 9. *Inf.* 5.

Aliter. ▲ Sine plica erroris, & duplicitatis, *a* Abſque eo, quod intrinſecus latet,] ideſt, præter illam viſionem, qua Sponſum tuum videbis facie ad faciem, vel revelata facie. Nunc enim vides per ſpeculum in ænigmate; tunc autem facie ad faciem, 1. *Corinth.* 13.

Aliter. B *a* Abſque eo quod, &c.] ideſt, abſque cognitione æternæ retributionis claritate, quæ modo non videtur. Juxta illud *Iſ.* 64. Oculus non vidit, Deus abſque te, quæ præparaſti expectantibus te. Et *Col.* 3. Vita veſtra abſcondita eſt cum Chriſto in Deo, cum autem Chriſtus apparuerit vita veſtra; tunc & vos apparebitis cum ipſo in gloria. Et 1. *Joan.* 3. Chariſſimi, nunc filii Dei ſumus, & nondum apparuit nobis, quid erimus: Scimus autem quoniam cum apparuerit, ſimiles ei erimus; quoniam videbimus eum, ſicuti eſt. Admirabilis eſt prima pulchritudo Sponſæ, ſed multo admirabilior eſt hæc ſecunda, quæ nunquam poteſt marceſcere, vel minui, vel deficere, vel turbari, quia ibi nulla tranſmutatio, vel viciſſitudinis obumbratio. *Jac.* 1.

b Capilli tui,] ideſt, fideles tui graciles humilitate: attenuati voluntaria paupertate: recti longanimitate patientiæ, molles manſuetudine, pexi diſcretione: Chriſto capiti adhærentes, fide, ſpe, & charitate.

c Sicut greges caprarum,] ideſt, ſunt ſimiles gregibus caprarum, in velocitate operis, in aſcenſu contemplationis, in deſcenſu compaſſionis, in electione paſtus melioris. Sicut enim capræ eligunt meliora folia, & etiam altiora: ſic iſti eligunt meliora præcepta, & ſupererogant altiora conſilia. Unde ſequitur.

d Quæ aſcenderunt de monte Galaad,] ideſt, ſacra Scriptura, quæ eſt mons Sion, quia inde ſpeculatur Deus. Unde *Iſa.* 40. Super montem excelſum aſcende tu, qui evangelizas Sion.

Mons autem Galaad dicitur; quia ibi eſt acervus teſtimoniorum de promiſſione æternorum facta bonis, & de comminatione æterni ſupplicii facta malis; quia fidelis ſermo, ſi commortui ſumus, & convivemus: ſi ſuſtinemus, & conregnabimus: ſi negaverimus illum, & ille negabit nos, 2. *Tim.* 2. Vel mons Galaad dicitur eminentia bonæ vitæ, cui atteſtatur acervus bonorum operum. Et de hoc monte aſcendunt fideles pœnitentes, pauperes ſpiritu, & culmen gloriæ proponentes. Vel quia Martyr interpretatur teſtis, & Galaad interpretatur acervus teſtimonii, recte mons Galaad dicitur Chriſtus Dominus, cui omnes Martyres pro eo patientes atteſtantur, quod filius Dei eſt: de quo dicitur *Iſa.* 2. Venite, aſcendamus ad montem Domini. De hoc monte, ideſt, de fide ejus, & virtute ejus aſcendunt peccatores: de imo vitiorum ad alta virtutum; & de virtute in virtutem ad exequendum beneplacitum Dei.

e Dentes tui,] ideſt, Prædicatores tui puritate candidiſſimi, fortitudine oſſei, charitate conjunctiſſimi, itaut nec modicum carnalis affectionis, vel terrenæ paſſionis, quæ eos dividere poſſit, patiantur: juſtitia ordinatiſſimi, conſtantia immobiliſſimi, qui peccata rodunt, Scripturas conterunt, alios in corpus Eccleſiæ prædicando trajiciunt. Hi dentes Sponſæ ſunt.

f Sicut greges tonſarum, &c.] ideſt, concordes, & unanimes, ſimplices, & innocentes, neceſſariis ſpoliati a Tyrannis, & ſuperflua voluntarie deponentes, loti aqua Baptiſmatis, inde aſcendentes ▲ quotidie & proficientes.

Moralit. * in opere pœnitentiæ, in opere pietatis, in opere miſericordiæ. De primo dicitur *Matth.* 3. Facite dignos fructus pœnitentiæ. De ſecundo dicitur 1. *Tim.* 4. Exerce te ad pietatem. De tertio dicitur *Luc.* 6. Eſtote miſericordes, ſicut & pater veſter miſericors eſt. Pulchritudo diſciplinæ in hoc conſiſtit, ut nec ſit lætitia diſſoluta, nec triſtitia dejecta; ſed utraque mediocriter temperata. Unde *Job.* 29. Si quando ridebam ad eos, non credebant, & lux vultus mei non cadebat in terram. Et hæc triplex pulchritudo eſt. *a* Abſque eo, quod intrinſecus latet,] quæ eſt gloriæ pulchritudo. De qua dicit *Iſa.* 32. Sedebit populus meus in pulchritudine pacis, & in tabernaculis fiduciæ, & in requie opulenta. Sequitur. *b* Capilli tui ſicut greges tonſarum, quæ aſcenderunt de monte Galaad.] Per capillos capitis ſignificantur cogitationes mentis, quæ de corde, quaſi capilli de capite oriuntur, ſicut dicitur *Matth.* 25. Hæ caprarum gregibus comparantur, propter tres capræ proprietates, in quibus tria genera cogitationum deſignantur. *Myſter.*

De tribus generibus cogitationum. Capra enim fœtet, in arduis paſcitur, acute videt: ſic ſunt tria genera cogitationum, ſcilicet, temporales, ſpirituales, & cœleſtes. Primæ per fœtorem capræ deſignantur, ſecundæ per arduum paſtum, tertiæ per acutum viſum. Tertiæ ſunt capilli Abſalon, quibus ſuſpenſus in quercu elationis periit, 2. *Reg.* 18. Perfoſſus tribus lanceis Joab, ideſt, diaboli, quarum prima eſt exaltatio ſui, ſecunda contemptus proximi: tertia oblivio Dei. Secundæ ſunt capilli Samſonis, quos amiſit per voluptatem. Nam dormienti in gremio Dalilæ, Philiſthiim, ideſt, Dæmones ſeptem crines, ideſt, univerſas ſpirituales cogitationes a mente ejus penitus abraſerunt, *Judic.* 16. Primæ ſunt capilli Joſeph: quos egrediens de carcere totondit, & ſic ad ſervitium Regis accedens, temporales cogitationes evacuavit, *Gen.* 41. Unde *Pſal.* 145. In illa die peribunt omnes cogitationes eorum. Bene autem ſequitur. *d* Quæ aſcenderunt de monte Galaad:] quia omnes bonæ cogitationes in nobis ab ipſo Chriſto ſunt, qui eſt mons domus Domini in vertice montium, ut dicitur *Iſaiæ* 1. & *Michææ* 4. 2. *Corinthiorum* 3. Non quod ſufficientes ſimus cogitare aliquid a nobis, quaſi a nobis, ſed ſufficientia noſtra ex Deo eſt. Chriſtus autem dicitur mons Galaad, quod interpretatur acervus teſtimonii; quia ipſe ad litteram tres montes aſcendit. Unde nobis triplex dedit teſtimonium.

Chriſtus tres montes aſcendit. Primum de contemptu temporalium, ſecundum de gloria reſurgentium, tertium de gloria Angelorum. Aſcendit enim in montem excelſum valde: ubi diabolus oſtendit ei omnia regna mundi. *Matth.* 4. Quæ ipſe contempſit, ut & tu facias ſimiliter.

Secundo aſcendit in montem Thabor: qui interpretatur veniens lumen: ubi coram diſcipulis ſuis ſe transfiguravit. *Matth.* 17. & *Luc.* 9. Oſtendens gloriam reſurgentium corporum, ut ſperes idem.

Tertio aſcendit in montem Oliveti, *Luc. ult.* Unde aſcendit in cœlum, oſtendens per miſericordiam aſcenſum in cœlum: Sequitur.

e Dentes tui ſicut greges tonſarum, quæ aſcenderunt de lavacro.] Sicut per capillos minores, & infirmi propter numeroſitatem ſignificantur, ita per dentes propter firmitatem Doctores Eccleſiæ deſignantur. Illi enim bonis operibus Eccleſiam ornant: iſti Eccleſiam pane doctrinæ reficiunt, iidem ſuperius dicti ſunt oculi; quia ſecreta cœli clarius vident ceteris. Dentes vero, quia panem doctrinæ ſpiritualis frangunt parvulis.

Hi gregibus tonſarum, quæ aſcenderunt de lavacro comparantur; quia aqua Baptiſmatis, aqua lacrymarum, aqua tribulationis loti, & omnium facultatum ſuarum abjectione nudati ſecuti ſunt Redemptorem. Unde Petrus in perſona omnium Doctorum, & Prædicatorum Eccleſiæ dicit, *Matth.* 19. Ecce nos reliquimus omnia, & ſecuti ſumus te, quid ergo erit nobis? Recte ergo gregibus comparantur dentes, ut & ipſi, qui paſtoralis officii dignitate præeſſe videntur, & paſci ab aliis, & Paſtorem ſupra ſe habere non dedignentur.

Non enim dicit dentes tui ſicut Paſtores gregis: ſed ſicut greges, reprimens ſuperbiam multorum, qui cum præſint, non ut homines, aut ſocii volunt videri, ſed ut Dominantes.

Contra quos dicitur 1. *Petr.* 5. Paſcite, qui in vobis eſt, non ſub vobis, gregem Dei: providentes non coacte, ſed ſpontanee ſecundum Deum: non turpis lucri cauſa, ſed voluntarie: neque ut dominantes in Cleris, ſed forma gregis facti ex animo. Et Dominus ipſe dicit, *Matth.* 20. Non veni miniſtrari, ſed miniſtrare. Notandum, quod ſunt dentes ſerpentium, & ſunt dentes ovium. Illi venenati, iſti ſunt blandi. Primorum autem ſunt tria genera. *Duplex genus dentium.*

Nam quidam ſunt morſorii, quidã canini, ſive inciſivi, quidam maxillares, ſive molares. Primi mordẽt, ſecundi lacerãt,

Θ tertii

Δ quotidie, & proficientes de virtute in virtutem. *a* Omnes,]ideſt, oculi, capilli, dentes, ideſt, majores, & minores, & mediocres ſunt. *b* Gemellis fœtibus,]ideſt, habent gemellos fœtus, ideſt, conſimiles: quia tales reddunt alios, quales ipſi ſunt. Vel habent gemellos fœtus, ideſt, opera conſimilia: quia vita majorum non debet diſcrepare a bona vita minorum, in humilitate & charitate, & pietate, & hujuſmodi. Unde *Eccli.* 32. Rectorem

a Omnes *b* gemellis fœtibus, & *c* ſterilis *d* non eſt † inter eas.

ab † in eis. te poſuerant: noli extolli: eſto in eis, quaſi unus ex illis. Et de Domino ipſo dicitur *Phil.* 2. In ſimilitudine hominum factus, & habitu inventus ut homo. Vel gemellos fœtus habent, ideſt, duplices, ſcilicet, opera geminæ charitatis, vel fidem, & opus, vel opera activæ, & contemplativæ, vel bonas cogitationes, & bonas affectiones, vel converſos de utroque populo, quos prædicando genuerunt. *c* Et ſterilis,]ideſt, aliquis infœcundus, infructuoſus, qui in ſe, vel in aliis bonum opus non generet. *d* Non eſt in eis,] vel, [inter eas,] ideſt, in ſocietate eorum.

Nec enim illi inter ſteriles deputandi ſunt, qui abluti Baptiſmo, ſtatim ex hac vita rapiuntur. Habuerant enim ſobolem fidei, quam vel ipſi pro ſe, ut adulti, vel alii pro ipſis, ſicut parvuli profeſſi ſunt. Habuerant etiam & ipſi votum bonæ operationis, quod inter oves Chriſti, ſi expectati fuiſſent, ſocialiter exercerent. Unde dicitur de quolibet tali: Conſummatus in brevi explevit tempora multa. *Sap.* 4.

Δ Sicut vitta coccinea

Myſtice. Θ tertii ruminant. Mordent verbo, lacerant facto, ruminant odio. Sive mordent dura increpatione, lacerant malitioſa detractione, ruminant nocendi machinatione. His dentibus uſi ſunt Judæi in Stephanum, ſicut dicitur *Act.* 7. Audientes autem hæc diſſecabantur in cordibus ſuis, & ſtridebant dentibus in eum. His etiam dentibus uſi ſunt in Chriſtum. Unde *Pſal.* 56. Filii hominum dentes eorum arma, & ſagittæ, & lingua eorum gladius acutus. Mordebant enim eum, quando dicebant: Dæmonium habes. *Joan.* 8. Lacerabant, cum dicebant: Non eſt hic homo a Deo, qui Sabbatum non cuſtodit. *Joan.* 9. Ruminabant, quando Pontifices, & Phariſæi collegerunt concilium adverſus Jeſum dicentes: Quid facimus, quia hic homo multa ſigna facit? *Joan.* 11. De primis dicitur *Gal.* 5. Si invicem mordetis, & comeditis; videte, ne ab invicem conſummamini. De ſecundis dicitur *Job.* 29.

Conterebam molas iniqui, & de dentibus illius auferebam prædam.

De tertiis dicitur in *Pſal.* 123. Benedictus Dominus, qui non dedit nos in captionem dentibus eorum. Hi ſunt tres ordines dentium beſtiæ, de qua dicitur *Dan.* 7. Ecce beſtia alia ſimilis urſo in parte ſtetit, & tres ordines dentium erant in ore ejus. Et *Apoc.* 16. De ore Draconis, & de ore beſtiæ, & de ore Pſeudoprophetæ vidi exire tres Spiritus immundos in modum ranarum. Dentes ovium ſunt Doctores, Prædicatores, corde ſimplices, & opere innocentes.

Et hi ſimiliter mordent, lacerant, & ruminant. Mordent enim increpatione vitiorum, lacerant comminatione ſuppliciorum, ruminant eruditione ſpiritualium gaudiorum. Et hi ſunt dentes mandibulæ aſini, in qua Samſon occidit Philiſtæos. *Jud.* 15. De his dentibus dicitur *Thren.* 3. Confregit ad numerum dentes meos, dicit Eccleſia. Sunt & tertii dentes ſpirituales, ſcilicet, ſenſus interiores, quibus ruminamus actus, & mores noſtros, diſtinguendo quid bonum, quid malum, quid commodum, quid incommodum, quid verum, & quid falſum. De quibus dicitur *Deut.* 34. Non caligavit oculus Moyſi, nec dentes ejus moti ſunt. His dentibus ruminamus, quando peccata noſtra in mente revolvimus, præterita, præſentia, & futura. Præterita, ut ſatisfaciamus; præſentia, ut dimittamus: futura, ut caveamus. Et in hac ruminatione debet præcedere circumſpectio, & ſequi ratio, & ſubſequi deliberatio. Circumſpectio enim deponit inutile negotium; ratio vero facit rationabile judicium, deliberatio apponit utile conſilium. Propter primum dicitur tibi *Iſa.* 40. Leva oculos tuos in circuitu, & vide. Propter ſecundum dicitur 1. *Cor.* 11. Si noſipſos dijudicaremus, non utique judicaremur. Propter tertium dicitur tibi, *Eccl.* 32. Fili, ſine conſilio nihil facias, & poſt factum non pœnitebit. De ſecundis, & tertiis dentibus dicitur hic: Dentes tui ſicut greges tonſarum, quia ſicut tonſæ vellera, ita illi veterem converſationem, ſubſtantiam temporalem, & cognationem carnalem deponunt. Converſationem priſtinam docet Apoſtolus deponere. *Eph.* 4. Deponite, inquit, vos ſecundum priſtinam converſationem veterem hominem. Hanc & ipſe depoſuit. Unde *Galat.* 1. Audiſtis converſationem meam aliquando in Judaiſmo, quoniam ſupramodum perſecutus ſum Eccleſiam Dei, & expugnabam illam, & proficiebam in Judaiſmo ſupra omnes coætaneos meos in genere meo, abundantius æmulator exiſtens paternarum mearum traditionum. Cum autem placuit ei, qui me ſegregavit ex utero matris meæ, & vocavit per gratiam ſuam, ut revelaret filium ſuum in me, ut Evangelizarem in Gentibus, ſtatim non acquievi carni, & ſanguini. Item depoſuit temporalem ſubſtantiam propter Chriſtum. Unde *Phil.* 3. Quæ mihi fuerunt lucra, hæc arbitratus ſum propter Chriſtum detrimenta; verumtamen exiſtimo omnia detrimentum eſſe propter eminentē ſcientiam Jeſu Chriſti Domini mei, propter quem omnia detrimentum feci, & arbitratus ſum, ut ſtercora, ut Chriſtum lucrifaciam. Dereliquit & cognationem carnalem. Unde *Act.* 13. Tunc conſtanter Paulus, & Barnabas dixerunt: Vobis oportebat primum loqui verbum Dei, ſed quoniam repulſitis illud, & indignos vos judicatis vitæ æternæ: ecce convertimur ad Gentes. Hæc tria deponere debet quicumque ſequi vult Chriſtum. Hæc enim ſunt tria ligamenta, quibus ligatus Lazarus non poterat a tumulo ſurgere. Erat enim ligatus inſtitis, & pedes, & manus: erat & ſudario involutus, erat & lapide coopertus. Inſtitæ ſunt amor bonorum temporalium, qui non permittit ea pauperibus erogare. Sudarium amor amicorum carnalium, qui non ſinit a mundo recedere. Lapis eſt indurata conſuetudo, quæ cogit in peccatu remanere.

Item notandum, quod dentes iſti, ideſt, Prædicatores, primo tondentur, ſecundo tunduntur, tertio tenduntur. Tondentur, ut diximus illorum trium dilectione, tunduntur mundi perſecutione, tenduntur ſpei longanimitate. Propter primum dixerunt Apoſtoli ad Jeſum: Ecce nos reliquimus omnia. Propter ſecundum. Et ſecuti ſumus te, per multas tribulationes tuſi.

Propter tertium. Quid ergo erit nobis? *Matth.* 19. Ac ſi dicerent: Tonſi ſumus propter te omnia relinquendo, tuſi ſumus te ſequendo, tenſi ſumus propter præmium expectando. Vere ergo, qui tales ſunt, tonſarum gregibus comparantur, quæ aſcenderunt de lavacro, quo peccata lavantur ſeptem modis, ſcilicet, Baptiſmo, Pœnitentia, Euchariſtia, Martyrio, eleemoſynarum largitione, impiorum converſione, injuriarum remiſſione.

Hæ ſunt ſeptem lotiones, de quibus dicit Eliſæus ad Naaman leproſum: Vade, & lavare ſepties in Jordane, & recipiet ſanitatem caro tua, & mundaberis. 4. *Reg.* 5. Quatuor lavacra.
e Sunt autem ſpecialiter quatuor lavacra, de quibus aſcendimus. Primum eſt Baptiſmatis, ſecundum eſt Dominici Sanguinis, tertium eſt confeſſionis, quartum eſt glorificationis. Primum lavat a peccato, ſecundum liberat ab inferno, tertium relevat a lapſu quotidiano, quartum liberat a miſeria, quam patimur in hoc exilio. Sumuntur autem hæc quatuor juxta quadruplicem etymologiam hujus nominis lavacrum. Dicitur enim lavacrum, quaſi lavans crimen: juxta hoc ſumitur primum. Vel dicitur lavacrum, quaſi lavans cruorem: juxta hoc ſumitur ſecundum. Item dicitur lavacrum, quaſi lavans crudum: juxta hoc ſumitur tertium. Item dicitur lavacrum, quaſi lavans cruciatus: juxta hoc ſumitur quartum. De primo dicitur *Zach.* 13.

Erit fons patens domui David, & habitantibus Jeruſalem in ablutionem peccatoris, & menſtruatæ. De ſecundo dicitur *Zach.* 9. Tu quoque in ſanguine teſtamenti tui emiſiſti vinctos tuos de lacu, in quo non erat aqua.

De tertio dicitur *Jer.* 9. Quis dabit capiti meo aquam, & oculis meis fontem lacrymarum, & plorabo die, ac nocte interfectos filiæ populi mei? Fontem lacrymarum vocat cordis devotionem, aquam oculorum vocat lacrymoſam confeſſionem, de qua dicitur *Eccl.* 34. Qui Baptizatur a mortuo, & iterum tangit mortuum, quid prodeſt lavatio ejus? De quarto dicitur *Infra eodem* Fons hortorum puteus aquarum viventium, quæ fluunt impetu de Libano. Et Sedulius: *Fonte ſuperno Lætificata ſeges, ſpinis mundatur ademptis.* De primo lavacro aſcendunt infantes, de ſecundo aſcendunt antiqui in limbo Salvatorem expectantes, de tertio pœnitentes, de quarto aſcendunt cum gloria reſurgentes.

Primum lavacrum quatuor principales habet affectus. Culpam relaxat, pœnam condonat, fomitem debilitat, gratiam donat. Et iſta quatuor ſignificata ſunt in his, quæ acciderunt filiis Iſrael aſcendentibus de Ægypto. In mari rubro ſubmerſi ſunt hoſtes; ecce peccata remiſſa. A labore luti & lateris ſunt liberati, ecce pœna dimiſſa. Amalech devicerunt, ecce fomitis debilitatio, ſive eliminatio. Manna de cœlo receperunt, ecce gloriæ promiſſio. *a* Omnes gemellis fœtibus, & ſterilis non eſt; &c.] De gemello fœtu ſa-

Θ tis dictum eſt.

Digitized by Google

Sicut *a* vitta coccinea labia tua, & *b* eloquium tuum dulce. Sicut *c* fragmen mali punici; ita genæ tuæ abſque *d* eo, quod intrinſecus latet.

a Sicut vitta coccinea labia tua, & eloquium tuum dulce.] Labia Sponſæ dicuntur Prædicatores, qui ſupra oculi, & capilli, & dentes dicti ſunt, & nunc labia dicuntur. Oculi, quia toti Eccleſiæ prævident. Capilli, quia rerum & ſpiritus paupertate attenuati. Dentes, quia terunt exponendo Sacram Scripturam. Labia eo quod attrita, aliis aperiant prædicando. Unde proprie oculi ſunt Prælati, dentes Expoſitores, labia Prædicatores, & hi ſunt ſicut vitta coccinea, quia ſicut vitta capillos capitis conſtringit capiti, ita Prædicatores doctrina ſua fluxas cogitationes in cordibus ſuis, & aliorum hominum natas reſtringunt, ne efduant in malos actus, & operiant cordis oculos, ut Deum videre, & quæ Dei ſunt, non poſſint. Coccinea autem dicitur; quia prædicatio eorum circa ruborem paſſionis verſatur, ſicut dicit Apoſtolus, 1. *Cor.* 1. Nos prædicamus Chriſtum crucifixum. Et *inf.* 2.

Non judicavi me aliquid ſcire inter vos, niſi Chriſtum Jeſum, & hunc crucifixum.

Vel ideo coccinea dicitur, quia ardore charitatis refulgent parati propter amorem Domini martyrium ſuſtinere. Coccus enim flos eſt rubei coloris. Sequitur. *b* Et eloquium tuum dulce,] ideſt, doctrina tuorum Prædicatorum dulcis eſt; quia de fonte dulci procedit; vel quia nihil niſi dulce reſonat. *c* Sicut fragmen mali punici; ita genæ tuæ,] ideſt, Prælati tui, qui ſunt facies tua, & eos pudet male agere, & alios in conſpectu eorum, ſimiles ſunt malo punico fracto, cujus pars quædam albet, quædam rubet; Sic & ipſi Prælati candorem habent per innocentiam, & ruborem per martyrii voluntatem, quia parati ſunt ſemper pro Domino mortem ſubire.

Vel ideo malo punico fracto comparantur Prælati, quia paſſionem Domini imitantur, & prædicant exemplo ejus armati, quanto amplius cæduntur, & flagellantur exterius, tanto amplius candorem innocentiæ, quæ latebat interius, oſtendunt, ſicut malum punicum, quando cortex frangitur, candorem granorum oſtendit. *d* Abſque eo, quod intrinſecus latet,] quaſi dicat: Pulchræ ſunt genæ tuæ, o tu Sponſa, in opere exteriori, abſque eo quod intrinſecus latet, ideſt, abſque dilectione pulchritudinis interioris, quæ ſoli Deo nota eſt.

Myſtice. Sterilitas ovis ex tribus eſt. [illegible] tis dictum eſt. Sed ſterilitas ovis triplex eſt, lactis, prolis, & velleris. Prima provenit ex defectu paſcuæ, ſecunda ex malitia vulvæ, tertia ex veprium frequentatione: Sic Prædicatoris triplex ſterilitas, Lactis, ideſt, ſimplicis doctrinæ: Prolis, ideſt, operationis bonæ: Velleris, ideſt, converſationis honeſtæ. Sequitur. *a* Sicut vitta coccinea labia tua,] ideſt, ſicut vitta crines, ne effluant, capiti & ſibi invicem conſtringendo adunat: ita Doctores, & Prædicatores, qui verbo, & exemplo fideles quoſque capiti ſuo, ideſt, Chriſto conſtringunt, ne per errores, aut vitia diſpergantur, & eos vinculo pacis, & mutuæ charitatis colligant.

Cocco vero, ſive coccino comparatur Sponſa, quia pretium ſanguinis, de quo colorata, & redempta fuit, prædicare non ceſſat, non ſolum verbo prædicando, ſed corde, & opere imitando, dicens cum Apoſtolo: Mihi autem abſit gloriari, niſi in Cruce Domini noſtri Jeſu Chriſti, per quem mihi mundus crucifixus eſt, & ego mundo. *Galat. ult.* Et *eodem infra*. Ego autem ſtigmata Domini Jeſu in corpore meo porto.

Item 2. *Corinthiorum cap.* 4. Dejicimur, ſed non perimus, ſemper mortificationem Jeſu Chriſti in corpore noſtro circumferentes, ut & vita Jeſu manifeſtetur in corporibus noſtris. Et *Pſalm.* 43.

Propter te mortificamur tota die, æſtimati ſumus ſicut oves occiſionis.

Vittam ſe eſſe monſtrabat [illegible] *Epheſ.* 4.

Cum diceret: Solliciti ſervare unitatem ſpiritus in vinculo pacis, 1. *Cor. cap.* 1. Obſecro autem vos, fratres, per nomen Domini noſtri Jeſu Chriſti, ut idipſum dicatis omnes, & non ſint in vobis ſchiſmata. Item labia Sponſæ, ideſt, cujuslibet fidelis animę ſunt intellectus, & affectus: Ex his enim procedit, & formatur omnis loquela interior, ideſt, & cogitatio, & deſiderium. Hæc labia vitta dicuntur: quia capillos animæ, ideſt, cogitationes, & deſideria vage fluere, vel diſpergi non ſinunt. Ergo ex officio reſtringendi hujuſmodi capillos, vita dicuntur: Ex officio formandi voces interiores dicuntur labia.

Coccinea vero dicuntur ex jugi memoria Dominicæ paſſionis, ex qua eſt ſumma capillorum animæ reſtrictio. Hanc vitam debet habere in capite omnis anima, maxime in oratione.

Unde 1. *Corinthiorum capit.* 11. Omnis autem mulier orans, aut prophetans non velato capite, deturpat caput ſuum; unum eſt enim, ac ſi decalvaretur. Et *infra*: Nam ſi non velatur, mulier tondeatur. Si vero turpe eſt mulieri tonderi, aut decalvari; velet caput ſuum. Sequitur.

b Et eloquium tuum dulce,] Sive enim eloqoium Sponſæ dicatur prædicatio, vel doctrina, vel oratio, vel laudatio, vel peccatorum confeſſio, dulce eſt; quia de fonte dulci, ideſt, de corde devoto procedit.

Ex abundantia enim cordis os loquitur. *Matth. cap.* 12.

Vel ideo dulce, quia ſolam Sponſi dulcedinem, & bonitatem reſonat.

Vel ideo dulce, quia ſonorum & conſolatorium. Nam cum vox, & vita non diſcrepant; dulcis eſt ſymphonia. Et propter hæc omnia dicitur *Prov cap* 16. Favus mellis compoſita verba, dulcedo animæ ſanitas oſſium.

Laudatur autem eloquium Sponſæ de dulcedine, ne ſæcularis eloquentia, vel hæreticorum verſutia, vel Philoſophorum vanitas veram dulcedinem in ſuis eloquiis præſumat jactare.

In his enim omnibus eſt falſa dulcedo, ſicut expreſſe dicitur *Proverbiorum* 5. Favus diſtillans labia meretricis, & nitidius oleo guttur ejus, noviſſima autem illius amara, quaſi abſynthium, & lingua ejus acuta; quaſi gladius biceps. Sequitur. *c* Sicut fragmen mali punici, ita genæ tuæ.] Genæ Sponſæ, ideſt, fidelis animæ, ſunt duplex ejus patientia. Prima in labore actionum, ſecunda in dolore paſſionum. Iſtæ duæ virtutes dicuntur genæ: quia in his maxime pubertas, ſive virilitas Sponſæ apparet. Iſtæ genæ ſunt ſicut fragmen mali punici continentis grana, ideſt, virtutum germina, & ſanctæ actionis propoſita puritate intentionis candida, & fervore charitatis rubea, per fracturam tribulationis patientia. Quid enim ſancti germinis, vel boni propoſiti cortex patientiæ intra ſe habeat, fractura tribulationum manifeſtat.

Job enim quid intus habebat, pacis tempore latuit: ſed quid vel quantum hoc eſſet, fractura adverſitatis, oſtendit, ſicut dicit *Gregorius*. Et ipſa fractura mali punici diſtillat vinum ſuave, quod ſalubre eſt guſtui. In fragmine mali punici, intelligitur vinum compaſſionis, & compunctionis, & devotionis, & hilaritatis, quod patientiæ ſanctæ animæ conjunctum eſt. Eſt igitur ſenſus, [Sicut fragmen mali punici; ita genæ tuæ,] ideſt, patientia tua candida, & rubea fractura tribulationis, vino quadruplici jam dicto diſtillans. *d* Abſque eo quod intrinſecus latet. Quod dicitur contra hypocritas, & multos alios tam clauſtrales, quam ſæculares, qui exteriora ſua miro ſtudio excolunt, & miro apparatu exornant; interiora vero ſua omnino inculta dimittunt, quaſi periculoſius non ſit Deo diſplicere, qui videt interius, quam hominibus, qui vident exterius, aut quaſi facilius ſit fallere Deum, quam homines: aut quaſi Deus exteriora noſtra magis curet, quam interiora. Tamen e converſo fit. Unde *Matth. cap.* 13. Væ vobis, Scribæ & Phariſæi hypocritæ, qui mundatis, quod deforis eſt calicis, & parapſidis; intus autem pleni eſtis rapina, & omni immunditia. Phariſæe cæce, munda prius, quod intus eſt calicis, & parapſidis, ut fiat & id, quod deforis eſt, mundum. Sequitur.

Sicut turris David collum tuum, quæ ædificata eſt cum propugnaculis, Sicut *ſupra* per labia Sponſæ Doctores, & Prædicatores Eccleſiæ deſignantur: ita & modo per collum. Propter varias enim virtutes, quas habent, vel habere debent Prædicatores & Doctores, diverſis rebus comparantur, & diverſis vocabulis appellantur. Oculi enim dicuntur, quia toti Eccleſiæ provident; Capilli, quia Chriſto capiti propinquius adhęrent: Genę, quia verecundi ſunt: Labia, quia Scripturam aliis exponunt, & apponunt: Dentes, quia peccata conterunt, & peccatores in corpus Eccleſiæ trajiciunt: Collum, quia cibus verbi Dei per illos ad membra Eccleſię nutrienda tranſmittitur, per illos etiam capiti membra uniuntur, per ipſos totum nutrimentum ſpirituale a capite ad corpus nutriendum deſcendit. Unde *Matth.* 12. Legitur, quod Dominus panes benedixit, & fregit, & dedit Diſcipulis ſuis; & ipſi dederunt turbæ, & manducaverunt omnes, & ſaturati ſunt. Hoc collum turri comparatur propter altitudinem vitæ, & ſcientiæ, quę debet

a Sicut turris David b collum tuum c quæ ædificata eſt cum d propugnaculis. e Mille clypei f pendent ex ea, omnis g armatura fortium. h Duo

bet eſſe in cœtu Doctorum, & Prædicatorum. Item propter rectitudinem, quæ nec ad dexteram proſperitatis per amorem, nec ad ſiniſtram adverſitatis per timorem declinare debet. Turris enim, quæ in alterutram partem pender, proxima eſt ruinæ: nec ruit unquam turris in ſolam ſui perniciem, ſed totius civitatis. Turre enim capta, vel diruta, de facili tota civitas expugnatur: ita cœtu Doctorum ruente in peccatis, tota civitas Eccleſiæ patet hoſtibus indefenſa. Item collum Eccleſiæ, ideſt, cœtus Doctorum turri comparatur propter conſtantiam, & fortitudinem, quam habent ad ædificia fidei defendenda. Si enim civitas Jeruſalem Eccleſia eſt, merito turris dicitur Doctorum conſtantia a David, ideſt, a Chriſto manu forti, & aſpectu deſiderabili constructa. Propugnacula, quibus hæc turris defenditur, ſunt Sacræ Scripturæ dogmata, & rationes ad expugnandos hæreticos idonea, vel Eccleſiæ Sacramenta, vel Chriſti, & Sanctorum miracula. Mille clypei ſunt perfecta inſtructio, & protectio ſubditorum, de turre, ideſt, de eminentia Doctorum dependens. Omnis armatura fortium eſt perfecta expugnatio hoſtium, quæ fit tam eruditione, quam exemplo, quam patrocinio. Et ſicut clypei protectionis ſubditorum dependent a turre; ita & armatura impugnationis hoſtium: Utrumque Doctoribus incumbit, & ſubditos protegere, & hoſtes impugnare. Dicit ergo.

a Sicut turris David,] ideſt, ædificata, vel poſſeſſa a David.

b Collum tuum,] ideſt, cœtus Doctorum, & Prædicatorum.

Et hoc eſt: Sicut turris David, ideſt, turris Sion ſupereminet civitati Jeruſalem, & defendit eam; ita cœtus Doctorum toti Eccleſiæ ſupereminet & defendit.

c Quæ ædificata eſt,] ab ipſo David, ideſt, a Chriſtu, qui dixit Prædicatoribus: Non vos me elegiſtis; ſed ego elegi vos, & poſui vos, ut eatis, & fructum afferatis, & fructus veſter maneat. *Joan.* 15.

d Cum propugnaculis,] ideſt, Scripturarum ſententiis, & Eccleſiæ Sacramentis, & Sanctorum miraculis, & ad tutelam fidei.

e Mille clypei,] ideſt, perfecta protectio, ſive defenſio.

f Pendet ex ea,] tripliciter, ideſt, documento, exemplo, & patrocinio.

Documento, quia docent minores vitare aſtutias, & impetus hoſtium: Exemplo, quia eorum certamina ſubditis in exemplu proponuntur.

Unde *Hebr.* 12. Mementote Præpoſitorum veſtrorum, qui vobis locuti ſunt verbum Dei: quorum intuentes exitum converſationis imitamini fidem. Patrocinii quoque auxilium, non ſolum ſpirituale, ſed etiam corporale debent Doctores Eccleſiæ ſubditis ſuis.

Unde *Pſal.* 120. In perſona Eccleſię ait: Levavi oculos meos in montes: unde veniet auxilium mihi. Propter hæc tria ter dictum eſt Petro: Paſces oves meas. *Jo.*81. Item pendet ex ea turre, ideſt, ex cœtu Doctorum.

g Omnis armatura fortium,] ideſt, omnis inſtructio Verbi, ideſt, Chriſti, per quam hoſtes fortiter expugnantur. Verbo enim & exemplo, & auxilio Doctorum, non ſolum evadimus hoſtium inſidias, ſed etiam ipſos ſuperamus, in quibus duobus omnis palma conſiſtit.

Muraliter. Muraliter. b Collum tuum,] Sponſæ charitas eſt, quæ corpus Electorum principaliter Chriſto capiti conjungit.

Quæ turris dicitur propter altitudinem ejus, qua ceteris virtutibus eminet.

e Mille clypei,] ſunt ſacra eloquia, omnes credentes perfecte protegentia.

Unde *Prov.* 30. Omnis ſermo Dei igneus clypeus eſt ſperantibus in ſe. Et hi.

f Clypei pendent,] a turre charitatis: quia ſola charitate tota Lex perficitur.

Unde *Matth.* 22. Ex his duobus mandatis tota Lex pendet, & Prophetæ. Et *Rom.* 13. Plenitudo legis eſt dilectio. Vel.

e Mille clypei,] ſunt univerſitas virtutum, quia quælibet virtus clypeus eſt in certamine ſuo adverſus omnia tela vitiorum, quæ ſibi ex diverſo adverſantur. Et conſtat, quod omnes virtutes ex charitate dependent, quaſi ex matre filiæ, & informante motus earum, ut patet 1 *Cor.* 13. Si linguis hominum loquar, & Angelorum; charitatem autem non habeam, factus ſum velut æs ſonans, aut cymbalum tinniens, &c. Et hæc eadem univerſitas virtutum eſt.

g Omnis armatura fortium,] ideſt, qua omnes Electi armantur contra hoſtes debellandos.

Unde *Eph.* 6. Induite vos armaturam Dei, ut poſſitis ſtare adverſus inſidias Diaboli. Et poſtea ſubdit. State ergo ſuccincti lumbos veſtros in veritate, & induite loricam juſtitiæ, & calceati pedes in præparationem Evangelii pacis, in omnibus ſumentes ſcutum fidei, in quo poſſitis omnia tela nequiſſimi ignea extinguere, & galeam ſalutis aſſumite, & gladium Spiritus, quod eſt verbum Dei.

Sciendum tamen, quod triplex eſt turris; Prima eſt virginitatis, ſecunda martyrii, tertia humilitatis. Omnes enim continentes ſimul ſunt quaſi una civitas, in qua quaſi turris altiſſima ſupereminet virginitas. Item omnes ſuſtinentes tribulationes, & omnes patientes pro Chriſto ſunt quaſi una civitas, in qua quaſi turris fortiſſima eminet martyrium. Item omnes virtutes ſimul quaſi una civitas valde nobilis: in qua quaſi turris celſiſſima ſupereminet humilitas. B

Triplex turris.

Prima eſt contra luxuriam. Secunda contra perfidiam. Tertia contra ſuperbiam.

De prima dicitur *Jer. cap.* 31. Ædificabitur civitas Domino a turre Ananeel uſque ad portam Angeli.

Ananeel interpretatur gratificatio regia, hæc eſt gratia virginitatis, quæ Regi grata eſt. Porta Angeli martyrium eſt: quæ valde ſtricta eſt. De ſecunda dicitur *Prov. cap.* 18. Turris fortiſſima nomen Domini, ideſt, fides nominis, qua triumphant Martyres. De hac eadem dicitur *Iſa.* 5. Plantavit Dominus vineam electam, & ædificavit turrim in medio ejus: De tertia dicitur *Michea.* 4. Et tu turris gregis nebuloſa filiæ Sion; uſque ad te veniet poteſtas prima. Turris nebuloſa eſt humilitas, quæ dicitur nebuloſa propter altitudinem, quæ nubes tangit, ad quam venit poteſtas prima, ideſt, Chriſtus, ut dicit *Gloſſ.* quia ipſe ſeipſum exinanivit formam ſervi accipiens, *Phil.* 2. Sequitur.

h Duo ubera tua ſicut duo hinnuli capreæ gemelli, &c.] Adhuc eſt in laude Sponſæ, & eoſdem, ſcilicet, Prædicatores, quos *ſupra eodem*, oculorum & dentium, & colli nomine deſignavit; nunc uberum vocabulo ſignificat: Oculi quidem dicti ſunt, quia occulta ſecretorum Dei perſpiciunt; Dentes vero, quia malos mordent, & maſticant corripiendo, & maſticatos trajiciunt in corpus Eccleſiæ. Sicut dictum eſt Petro. *Act.* 10.

Petre macta, & poſt manduca. Collum dicti ſunt, quia flatum vitalem miniſtrant Eccleſiæ, ſcilicet, æterna gaudia prædicando: Ubera vero nunc dicuntur, quia parvuli in Chriſtu lac ſalutaris doctrinæ infundunt. Duo autem ubera dicuntur, quia duplex lac propinant.

Unum de aſtructione fidei, & alterum de moribus componendis: Vel unum de malo declinando, & alterum de bono faciendo, vel propter geminam charitatem, quam habent, & prædicant, vel propter vitam, & ſcientiam, qua pollere debent, vel quia de utroque populo venerunt ad fidem.

Iſta verba aſſimilantur hinnulis capreę, in perſpicacitate viſus, quantum ad intellectum, in hilaritate, quantum ad affectum, in velocitate, quantum ad executionem operum arduorum, præruptorum, & excelſorum, in habitatione, quantum ad ſui cuſtodiam, & munimentum. Gemelli vero dicuntur, quia uno eodemque tempore, ideſt, tempore gratiæ ab uno eodemque Patre, ideſt, Chriſto, & ab una matre, ſcilicet, Eccleſia, vel Dei gratia ſunt generati in fide.

Hi paſcuntur in liliis, ideſt, in floridis Scripturarum ſententiis, donec aſpiret dies, ideſt, uſque ad finem ſæculi, quando aſpirabit illa dies, quæ non habet veſperam.

De qua dicitur in *Pſal.* 83. Melior eſt dies una in atriis tuis ſuper millia.

Tunc non erit amplius neceſſe docere, vel doceri; quia omnes erunt docibiles Dei, ut dicitur *Joan.* 6. & *Iſaiæ* 54. Et *Jerem.* 31.

Poſt dies illos dicit Dominus, dabo legem meam in viſceribus eorum, & in corde eorum ſcribam illam, & ego ero eis in Deum: & ipſi erunt mihi in populum, & non docebit ultra vir proximum ſuum, & vir fratrem ſuum dicens: cognoſce Dominum. Omnes enim cognoſcent me a minimo uſque ad maximum. Tunc inclinabuntur umbræ, ideſt, conſumentur. Nunc enim videmus per ſpeculum in ænigmate; tunc autem facie ad faciem. 1. *Cor.* 13.

Omnis etiam obſcuritas humani cordis deſtruitur, quia omnes Electi fulgebunt, ſicut Sol, in Regno Patris eorum, *Matth.* 13.

Nec erit claritas Solis quanta eſt modo, ſed lux Solis ſeptempliciter erit ſicut lux ſeptem dierum, *Iſa.* 30.

Et hoc eſt, quod dicit Sponſus ad commendationem Sponſæ.

a Duo

a ubera tua, ſicut b duo hinnuli capreæ c gemelli, qui d paſcuntur in liliis, e donec aſpiret dies, f & inclinentur umbræ. † g Vadam h ad montem myrrhæ, & ad i collem thuris.

al. † Ibo mihi.

a Duo ubera tua,] ideſt, Prædicatores tuì de utroque populo ad fidem converſi lac doctrinæ ſalutaris parvulis propinantes, ſunt.

b Sicut duo hinnuli capreæ,] ideſt, ſimiles hinnulis capreę, & acute vident, & inter agenda, & non agenda diſcernunt, pedibus amoris velociter currunt, & tranſeunt omnia obſtacula hujus mundi, & ſaltibus contemplationis ad ſumma conſcendunt. c Gemelli,] quia eodem tempore generati, ut dictum eſt, & eodem patre, & eadem matre, eademque ſacramenta prædicant, & tenent. d Qui paſcuntur in liliis,] ideſt, in ſacris Scripturis, & Sanctorum exemplis aſſiduæ reficiuntur. e Donec aſpiret dies,] ideſt, donec veniat dies judicii, quando erunt omnia manifeſta, quando Dominus illuminabit abſcondita tenebrarum, & manifeſtabit conſilia cordium, 1. *Cor.* 4. f Et inclinentur umbræ,] ideſt, ceſſet omnis obſcuritas, omnis ignorantia, omnis vanitas, omnis defectus, omnis figura. Vel. d Paſcuntur in liliis, ideſt, in his, qui ſunt lilia, ideſt, qui habent puritatem, & innocentiam vitæ, & odorem devotionis, & bonæ famæ refectionem, & dilectionem habent tandiu. e Donec aſpiret dies,] æternæ claritatis. f Et inclinentur umbræ,] humanæ mortalitatis. Sed cum uberum ſit paſcere, & non paſci; quare dicitur hic, [qui paſcuntur in liliis,] & non potius, qui paſcunt in liliis? Sed dicimus quod veri Prædicatores prius paſcuntur doctrina tua, & reficiuntur, quam alios reficere incipiant, & ideo dicitur, paſcuntur melius, quam paſcunt.

Moraliter. Moraliter, autem. a Duo ubera,] Sponſæ ſunt congratulatio, & compaſſio.

De quibus dicitur *Rom.* 12. Gaudete cum gaudentibus, & flete cum flentibus. Primum uber, ideſt, compaſſionem debemus porrigere proximo, ſcilicet, quatuor modis, ideſt, in paupertate rerum, in infirmitate corporum, in tentatione ſuggeſtionum, in afflictione perſecutionum. Primo debemus ſubſidium, ſecundo ſolatium, tertio conſilium, quarto auxilium.

De primo dicitur *Iſaiæ* 58. Frange eſurienti panem tuum. De ſecundo dicit Dominus. *Matth* 25. Infirmus fui, & viſitaſtis me. De tertio dicit *Job.* 29. Oculus fui cæco, & pes claudo. De quarto dicit *Job.* ſimiliter 29. Benedictio perituri veniebat ſuper me. Sciendum autem, quod quadruplex eſt paupertas.

De quadruplici paupertate. Prima eſt paupertas cenſus, ſecunda paupertas ſenſus, tertia multus, quarta ſpiritus. Prima eſt oneroſa, ſecunda probroſa, tertia crimínoſa, quarta glorioſa. Prima eſt ſuſtinenda per patientiam. Et de hac dicitur *Matt.* 26. Pauperes ſemper habebitis vobiſcum, me autem ſemper non habebitis. Secunda ſupplenda eſt per Sapientiam. Et de hac dicitur *Apoc.* 3. Tu dicis, quia dives ſum, & locupletatus, & nullius egeo, & neſcis, quia tu miſer es, & miſerabilis, & pauper, & cæcus, & nudus. Tertia fugienda eſt, quia ducit ad ignominiam. Et de hac dicitur *Prov.* 13. Et quaſi dives, cum nihil habeat. Quarta amplectenda eſt, quia ducit ad gloriam.

De triplici congratulatione. Et de hac *Matth.* 5. Beati pauperes ſpiritu, quoniam ipſorum eſt Regnum cœlorum. Hæc de ubere compaſſionis. De ubere vero congratulationis breviter dicimus, quod tria ſunt, in quibus debemus congratulari proximo. Primo de exitu a peccatis. Secundo de profectu religionis. Tertio de ſecuritate æternæ ſalutis. De primo dicit Dominus *Luc.* 15. Congratulamini mihi, quia inveni drachmam, quam perdideram.

Et *eodem infra* Epulari & gaudere oportebat, quia hic frater tuus mortuus fuerat, & revixit: perierat, & inventus eſt. De ſecundo dicitur *Rom.* 1. Gratias ago Deo meo per Jeſum Chriſtum, quia fides veſtra annunciatur in univerſo mundo. De tertio dicitur *Pſalm.* 121. Lætatus ſum in his, quæ dicta ſunt mihi, in domum Domini ibimus. Ibimus, inquit, non ibo; quia congratulabatur de ſalute proximi, ſicut de ſua. Hæc ubera ſignanter comparantur hinnuli propter velocitatem, & hilaritatem, quæ debent eſſe in operoſa compaſſione, & propter perſpicacitatem viſus, quæ debet eſſe in diſcreta, & affectuoſa congratulatione.

Recte etiam dicuntur hæc ubera paſci in liliis propter odorem bonæ famæ, qui eſt in opere compaſſionis, & propter jucunditatem aſpectus, qui eſt in exhibitione congratulationis. e Donec aſpiret dies,] æternæ claritatis, quæ his promittitur. f Et inclinentur umbræ,] æternæ caliginis, quæ per hæc vitabuntur. Sequitur.

g Vadam ad montem myrrhæ, & ad collem thuris.] Poſt Sponſæ commendationem, apponit auctor ejus conſolationem, promittens ſe iturum ad ipſam, & viſitaturum, & illos, qui amaritudinem pœnitentiæ perferunt, & illos, qui orationem devotionis offerunt. Et hoc eſt. Vadam, quaſi dicat: quia talis es, ut dixi, [vadam ad montem myrrhæ,] ideſt, his qui carnem ſuam mortificant, & amaritudinem pœnitentiæ perferunt, gratiam & conſolationem impendam. i Et ad collem thuris,] ideſt, his, qui orationis devotionem offerunt, majorem gratiam, ac devotionem conferam. Et nota, quod amaritudinem pœnitentiæ vocat montem, devotionem orationis vocat collem, quia quantum mons colle ſuperior, tantum pœnitentialis amaritudo orationis devotione eſt ſuperior, vel ſublimior. Non enim ſine cauſa dixit Sapientia. *Eccleſ.* 24.

Quaſi myrrha electa dedi ſuavitatem odoris.

Quæ non ſolum Eccleſiam, ſed etiam totum balſamat Paradiſum. Unde *Luc.* 15. Gaudium eſt in cœlo ſuper uno peccatore pœnitentiam agente, quam ſuper nonaginta novem Juſtis, qui non indigent pœnitentia. Sciendum autem, quod eſt vallis myrrhæ, eſt & campus, & collis, & mons myrrhæ. Vallis myrrhæ eſt pœnitentię amaritudo pro peccatis, quæ ſunt vallis profunda. Unde *Pſalm.* 129. De profundis clamavi ad te, Domine. Campus myrrhæ eſt tolerantia amaritudinis pro patriæ defenſione, & zelo juſtitiæ, quæ comparatur campo, propter æqualitatis planitiem. Collis myrrhæ eſt tolerantia amaritudinis pro cuſtodia propriæ innocentiæ. Mons myrrhæ eſt tolerantia amaritudinis pro deſiderio cœleſtis patriæ. Vel vallis myrrhæ eſt, ſuſtinentia inopiæ. Campus myrrhæ eſt ſuſtinentia moleſtiæ. Collis myrrhæ eſt ſuſtinentia ignominiæ. Mons myrrhæ eſt ſuſtinentia injuriæ.

h Ad hos omnes ſe iturum promittit Sponſus, cum dicit. Vadam ad montem myrrhæ.] Non enim venitur ad montem, niſi per vallem, & campum, & collem. Similiter eſt vallis thuris, eſt & campus, & collis, & mons thuris.

Vallis thuris eſt oratio pro dimiſſione culpæ, ut eſt illa: Dimitte nobis debita noſtra. *Matt.* 6. Campus thuris eſt oratio per collationem gratiæ, ut eſt illa: Panem noſtrum quotidianum da nobis hodie. *Matt.* 6. Collis thuris eſt oratio pro obtinenda virtute perſeverantię, ut eſt illa: Et ne nos inducas in tentationem, ideſt, induci permittas in tentationem. *Matth.* 6. Mons autem thuris eſt oratio pro collatione gloriæ, ut eſt illa: Adveniat Regnum tuum. *Matth* 6.

Signanter autem dicit. [Vadam ad collem thuris,] non ad montem thuris, quia prima tria dat Dominus in præſenti veniendo ad nos; quartum vero dabit in futuro venientibus ad ſe. Unde dicturus eſt: Venite benedicti Patris mei, & percipite Regnum. *Matth.* 25. Aliter exponit alia *Gloſſ.* ut ſit promiſſio de generali vocatione tam Gentium, quam Judæorum, quos Dominus per Apoſtolos, & alios Prædicatores in Eccleſia congregavit, & quotidie congregat, & congregabit. Et eſt ſenſus talis. g Vadam,] in Prædicatoribus meis. Ergo debent ire. h Ad montem myrrhæ,] ideſt, ad Gentes amaras, nullo ſale doctrinæ ſalitas. i Et ad collem thuris,] ideſt, ad Judæos legem thurificandi habentes. Vel ſic. g Vadam ad montem myrrhæ,] ideſt, ad Martyres, qui mortis amaritudinem patiuntur. i Et ad collem thuris,] ideſt, Confeſſores, qui devotam offerunt orationem, etſi non ſanguinis effuſionem; quaſi dicat: utroſque viſitabo, illis conferendo patientiam, illis perſeverantiam.

Alia translatio habet. [Ibo mihi ad montem myrrhæ, & ad colles Libani, & loquar Sponſæ meæ.] Myrrha amara eſt, & ſignificat mortificationem carnis. Libanus interpretatur candidatio, & ſignificat munditiam cordis, vel innocentiam operis.

Et hęc eſt duplex via, per quam venit Sponſus ad Sponſam, & Sponſa ad Sponſum, ſcilicet, pœnitentia & innocentia.

Eſt igitur ſenſus. Ibo mihi ad montem myrrhæ, & ad colles Libani, ideſt, viſitabo immobiliter pœnitentes, & innocentiam ſtabiliter conſervantes.

Et loquar interna inſpiratione, Sponſæ meæ, eruditionem, conſolationem, promiſſionem. Ibo mihi dicit, quia hoc vult fieri ad gloriam ejus.

Unde *Iſa.* 42. Gloriam meam alteri non dabo. Vel quia ſibi ſoli nota eſt iſta viſitatio, etiam anima, quę viſitatur, aliquando neſcit. Unde *Job.* 9.

Si venerit ad me, non videbo eum, & ſi abierit, non intelligam.

Digitized by Google

ligam. Bene autem dicit, montem myrrhæ, & colles Libani; quia in afflictione pœnitentiæ debemus eſſe conſtantes; in candore virtutis vel innocentiæ debemus eſſe humiles. Ad montem myrrhæ venit Sponſus, dando fortitudinem contra carnis concupiſcentiam. Ad colles Libani venit conferendo mentis illuminationem contra ignorantiam. In colloquio Sponſæ dat charitatem contra malevolentiam. Hæc tria dat tota Trinitas, ſed Potentia refertur ad Patrem, Sapientia ad Filium, Charitas ad Spiritum ſanctum. Et quod

> Tota *a* pulchra es, amica mea, & *b* macula *c* non eſt in te. Veni *d* de Libano *e* Sponſa mea, *f* veni de Libano, *g* veni

dicit Sponſus ſingulariter: ibo mihi, dicit pluraliter *Joan.* 14. Ad eum veniemus. &c. Venit enim Pater potentiam conferendo, contra carnis concupiſcentiam. Venit Filius Sapientiam dando, contra ignorantiam. Venit Spiritus Sanctus amorem largiendo, contra malevolentiam. Loquitur autem Sponſus dupliciter Sponſæ ſuæ. Nam aliter loquitur pulchræ, aliter fœdæ.

Pulchræ loquitur laudando, & bona, quæ contulit ei, ad memoriam revocando, ut ad amorem accendat. Fœdæ loquitur increpando, & ſuas maculas oſtendendo ei, ut timorem incutiat. Utrumque neceſſarium eſt. Unde *Pſal.* 17. Quoniam tu illuminas lucernam meam, Domine: Deus meus, illumina tenebras meas, ideſt, qui oſtendis mihi bona tua, oſtende mihi & mala mea. Item tria dicit. Montem myrrhæ, collem thuris, colloquium Sponſæ. Ad primum venit Sponſus, pœnam, & miſeriam ſuſtinendo. Ad ſecundum, Patrem pro nobis interpellando. Ad tertium, prædicationis ſuæ gratiam conferendo. In primo per exemplum ſui nos invitat ad tolerantiam paſſionis. In ſecundo proponit nobis fructum orationis. In tertio docet nos viam ſalvationis. De primo dicitur *Iſa.* 53. Vere languores noſtros ipſe tulit. De ſecundo dicitur 1. *Joan.* 2. Advocatum habemus apud Patrem Jeſum Chriſtum juſtum. De tertia dicitur *Matth.* 5. Aperiens Jeſus os ſuum docebat eos; dicens: Beati pauperes ſpiritu, &c.

Item notandum, quod vallis myrrhæ, Mariæ humilitas eſt. Collis myrrhæ, vitæ ſanctitas eſt. Mons myrrhæ eſt, martyrii ſublimitas. Ad primum venit Sponſus per Incarnationem. Ad ſecundum per ſanctam converſationem. Ad tertium per Crucis paſſionem. De primo venit ad ſecundum, de ſecundo ad tertium. Quod expreſſe ſignificatum eſt, *Gen.* 37. Ubi dicitur: Miſſus Joſeph de valle Hebron venit in Sichem, & deinde venit in Dothaim.

Hebron interpretatur tranſgreſſio mea, unde vallis Hebron eſt humilitas Incarnationis. Sichem interpretatur humerus, hic eſt labor ſuæ converſationis. Dothaim interpretatur ſufficiens defectio, hæc eſt ejus paſſio, quæ fuit ſufficiens pretium pro totius humani generis redemptione.

Quid eſt ergo, venit Joſeph de valle Hebron in Sichem, & de Sichem in Dothaim, niſi quod Chriſtus de Virgine pro nobis natus eſt, pro nobis ſancte converſatus eſt, pro nobis in Cruce mortuus eſt? Item notandum, quod etſi dicat Sponſus. Ibo mihi ad montem myrrhæ; venit tamen ad montem myrrhæ, & homini, & Angelo, & ſibi. Homini ad neceſſitatem, ut liberaretur: Angelo ad jucunditatem, ut ruina Angelica repararetur: Sibi ad ſublimitatem, ut exaltaretur.

De primo dicit *Pſal.* Veni ad liberandum nos, Domine Deus virtutum, De ſecundo dicit *Pſal.* 50. Benigne fac, Domine, in bona voluntate tua Sion, ut ædificentur muri Jeruſalem.

Et ideo in nativitate Sponſi cantaverunt Angeli: Gloria in altiſſimis Deo. *Luc.* 2.

De tertio dicit idem *Pſal.* 29. Exaltabo te, Domine, quoniam ſuſcepiſti me. Item notandum, quod triplex myrrha invenitur in Biblia, ſcilicet, myrrha prima, myrrha electa, myrrha probatiſſima. Myrrha prima eſt pœnitentia peccatorum, myrrha electa eſt pœnitentia Juſtorum, myrrha probatiſſima eſt pœnitentia perfectorum.

De prima, & tertia myrrha dicitur *Infra* 5. Manus meæ diſtillaverunt myrrham primam, & digiti mei pleni myrrha probatiſſima. De ſecunda dicitur *Eccl.* 24. Quaſi myrrha electa dedi ſuavitatem odoris. Item notandum, quod triplex eſt collis, ſcilicet, collis Diaboli, collis ſæculi, collis Libani. Colles Diaboli dicuntur ſuperbi. De quibus dicit *Iſa.* 40. Omnis mons, & collis humiliabitur.

Colles ſæculi dicuntur ambitioſi: De quibus dicit *Abacuc.* 3. Incurvati ſunt colles mundi ab itineribus æternitatis ejus. Colles Libani ſunt viri juſti: De quibus dicitur in *Pſ.* 71. Suſcipiant montes pacem populo, & colles juſtitiam. Sequitur. *a* Tota pulchra es, amica mea, &c.] Supra ſigillatim per membrorum pulchritudinem laudavit Sponſus Sponſam ſuam, nunc univerſalem laudem totius pulchritudinis ejus concludens ait. [Tota pulchra es, amica mea, &c.] Et bene ſequitur hoc.

Non enim ſufficit ad perfectam Sponſæ pulchritudinem membrorum propria pulchritudo, niſi & adinvicem decentem habeant juncturam. In quo notatur uniformitas vitæ, & unitas ſententiæ. De qua dicitur *Act.* 4.

Multitudinis credentium erat cor unum, & anima una. Quaſi ergo diceret Sponſus; Pulchra es, amica mea, in oculis, in capillis, in genis, in dentibus, in collo, in uberibus. Nec tantum in his membris pulchra es, ſed etiam, [tota pulchra es amica mea, &c.] hoc eſt, in omnibus membris per ſe, & adinvicem copulatis.

b Et macula,] culpæ mortalis.

c Non eſt in te,] In quo enim macula eſt, non eſt membrum Eccleſiæ. Sequitur.

d Veni de Libano Sponſa mea, veni de Libano, veni, coronaberis,] Supra commendabat Sponſæ pulchritudinem, cujus Rex ſpeciem concupiſcens; nunc eam ad veniendum ad ſe invitat, dicens: [Veni de Libano,] primo per ſtatum pœnitentiæ.

e Sponſa mea,] tam præclara, ut dictum eſt *Pſal.* 44. Et concupivit Rex decorem tuum.

f Veni ſecundo, de Libano,] per ſtatum juſtitiæ.

g Veni,] tertio, ad ſtatum gloriæ. Propter quod etiam tertio non repetitur, de Libano. De his tribus *Luc. cap.* 13.

Ecce Dæmonia ejicio, per ſtatum pœnitentiæ, quæ peccati nigredinem tollit, & ſtatum innocentiæ reddit, ut per ipſam de Libano, ideſt, de candidatione veniatur. Et ſanitates perficio, per ſtatum juſtitiæ, quæ ſanat vulnera ſauciati.

Hodie & cras, ideſt, quantum ad incipientes, & proficientes.

Et tertia die conſummor in gloria, ſcilicet. Similiter & in *Pſal.* 105. De his tribus habetur. Dedit eos in miſericordias, quoad primum. Salvos fac nos, Domine Deus noſter, quoad ſecundum: Et gloriemur in laude tua, quoad tertium.

Vel ter dicendo. [*Veni*,] triplicem notat Sponſæ puritatem, cogitationis, locutionis, & operis. Et duobus primis addit, [de Libano,] tertio autem non: quia puritatem locutionis, & cogitationis facile eſt ſervare, ſed operis difficile. Vel ita dicit: [Veni,] ſecundum tres ſtatus hominis, ut ſit ſenſus.

d Veni de Libano,] in hac vita præſenti per incrementa virtutum.

f Veni de Libano,] ſoluto corpore ad requiem. *g* Veni,] tertio, recepto corpore ad gloriæ plenitudinem. Et tunc

A coronaberis, de

Aliter. Vel ſic. *d* Veni de Libano,] ideſt, de candidatione per opera miſericordiæ, quæ hominem candidum reddunt, & mundum: Juxta illud: Date eleemoſynam, & ecce omnia munda ſunt vobis.

Et viam faciunt ad veniendum ad Sponſum: Unde *Matt.* 25. Poſtquam dicit: Eſurivi, & dediſtis mihi manducare, &c. Subjungit: Venite, Benedicti Patris mei, &c. *f* Veni,] ſecundo, de obſervantia regularis diſciplinæ, quæ candidat, & mundat ad modum lixivii, quod pannos fœtidos, & lutoſos candidos facit, & mundos. Et viam ſimiliter facit veniendi ad Deum. *Luc.* 11.

Unde *Matth.* 11. Venite ad me omnes, qui laboratis, & onerati eſtis, & ego reficiam vos.

g Veni,] tertio qui non ſolum propriæ candidationi intendis; ſed etiam aliorum ſaluti, & exhortationi, ut peccatores reconcilies Eccleſiæ matri tuæ. Et ideo

Θ coronaberis de capite

Moralit. Moraliter, etiam poteſt hoc de anima fideli, quam aliter invitat Dominus ad veniendum, tanquam frater ſororem: aliter tanquam Sponſus Sponſam, aliter tanquam Dilectus amicam. Primo ergo dicit.

d Veni de Libano,] ſoror ad fratrem cum eo habitura hæreditatem.

f Veni de Libano,] Sponſa ad Sponſum, nuptialis gaudii celebratura ſolemnitatem.

g Veni,] amica ad Dilectum immarceſcibili fructu dilectionis fruitura.

Vel, [Veni,] per mundi contemptum, quod ſignificatur per Enoch, qui translatus eſt in Paradiſum, *Gen.* 5.

[Veni,] per ardorem dilectionis, quod figuratum eſt, 4. *Reg.* 2. Per Eliam, qui in curru igneo eſt raptus.

[Veni,] ad promiſſam felicitatem, ut Chriſtus aſſumptus eſt in nube. *Act.* 1. Et tunc.

* Coronaberis

Digitized by Google

B *a* Coronaberis, de capite Amana, de vertice Sanir, & Hermon, de cubilibus Leonum, de montibus Pardorum.] Hoc poteſt referri ad hoc, quod dictum eſt. Veni, vel ad hoc, quod dicitur. Coronaberis. Per Amana, quod interpretatur turbulentus, vel inquietus, ſignificantur avari. *Iſa* 57. Cor impii quaſi mare fervens, quod

C quieſcere non poteſt. Per Sanir, quod interpretatur fœtor, vel avis nocturna, ſignificantur luxurioſi ſe in cœno luxuriæ involventes. Unde 2. *Pet.* 2. Sus lota in volutabro luti. Et lucem, ideſt, operum ſuorum manifeſtationem odio habentes.

a Coronaberis, de *b* capite Amana, de vertice Sanir & Hermon; de cubilibus Leonum, de montibus Pardorum. *c* Vulnerasti cor meum, Soror mea Sponſa, vulneraſti cor meum in *d* uno oculorum tuorum, *e* & in uno crine colli tui. Quam

Juxta illud *Joan.* 3. Qui male agit, odit lucem. Et *Zach.* 5. Ædificetur eis domus in terra Senaar. Ita *Greg.* Sicut bonus odor ex virtute; ita fœtor ex vitio. Per Hermon, qui interpretatur anathema, ideſt, diviſum, ſignantur detractores, invidi & diſcordes, qui unitatem rumpunt, & ſchiſma faciunt: nam ſola charitas eſt, quæ Deo conjungit. Unde 1. *Cor. ult.* Si quis non amat Dominum Jeſum Chriſtum, ſit Anathema Maran Atha: Per cubilia Leonum ſignantur illi, in quibus jacet ſuperbia, de quibus multi per Dei gratiam coronantur. *Iſaiæ* 35. In cubilibus, in quibus prius Dracones habitabant, orietur viror calami, & junci. Per montes Pardorum ſignificantur hypocritę ſe ſuper alios exaltãtes, amantes in foro vocari Rabbi, & primas cathedras. *Matth.* 23 De quibus *Jer.* 13. Numquid poteſt Æthiops mutare pellem ſuam: aut Pardus varietatem ſuam? De omnibus his locis vocat Dominus ad Eccleſię unitatem per ſtatus prędictos, diceas. Veni, &c. Vel ut loca iſta referantur ad id, quod dicitur: Coronaberis, ſpecialiter dirigit ſermonem ad Sponſam, ideſt, ad Prælatos ſibi ſpirituales filios generantes: quos ad veniendum invitat, ut coronam de ſpinis, ideſt, de peccatoribus ſpinoſis, quos ad vitæ veritatem, & normam reduxerint, eorum capiti ſuperponant. Secundum quod dicit Apoſtolus, 2. *Cor.* 1. Gloria veſtra ſumus, ſicut & vos noſtra in die Domini noſtri Jeſu Chriſti, 1. *Th.* 2. Quæ eſt enim noſtra ſpes, aut gaudium, aut corona gloriæ, &c. Et *Eccl.* 30. Qui docet filium, laudabitur in illo. Et in *Pſal.* 127. habetur. Filii tui ſicut novellæ olivarum in circuitu menſæ tuæ. E contra autem de malis. *Job.* 12. Ducit Sacerdotes eorum inglorios, &c. Sponſa ergo ex prædictis omnibus coronatur.

Aliter. ⊖ *a* Coronaberis de capite, &c.] Per caput & verticem duplicem coronam intelligas. Per caput, auream; per verticem, quę eſt ſuprema pars capitis, aureolam. De quibus dicitur *Exod.* 25. Quod erant ſuper menſam, in ſignum, quod illi, qui alios ſpirituali pane reficiunt, eis deberent ornari. Per Amana, Sanir & Hermon, tria genera intellige peccatorum, facinoroſos, flagitioſos, & ſacrilegos. Quod triplex genus peccati fuit in David invenire, 2. *Reg.* 12. De quo poſtea fuit Eccleſia glorioſiſſime coronata. Per cubilia Leonum, & montes Pardorum, notabis ſuperbiam, hypocriſim, & vanam gloriam. De capite, dicit, & non in capite, ad notandum, quod corona aliquando de alicujus capite amovetur, ut alii imponatur. Unde 2. *Reg.* 12. Habetur, quod tulit David coronam de capite Regis Rabbath, & impoſita eſt capiti ſuo. Coronatur enim Prælatus de illis, quos Diabolo auſert, vaſa ejus diripiendo. Juxta illud *Luc.* 11. Cum fortis armatus, &c. Et *Job* 40. habetur. Nunquid armilla perforabis maxillam ejus? Et 20. etiam habetur. Divitias, quas devoravit, evomet, & de ventre ejus extrahet eas Deus. Deus enim eſt, qui facit hoc, non homo. Non enim manus noſtra excelſa, imo Dominus facit hæc omnia.

Moraliter. * Coronaberis, & ante non; quia non coronabitur, niſi qui legitime certaverit, 2. *Tim.* 2.

b De capite Amana, &c.] ideſt, de hoc, quod avaritiam, luxuriam, diſcordiam ſuperaſti. Amana, coanguſtans, avaritia eſt, quæ terminos occupat alienos, unde & anguſtat; ſicut e contra charitas dilatat. Ideo dicitur *Eccl.* 10. Nihil iniquius, quam amare pecuniam, &c. Sanir, fœtor, luxuria *Eccl.* 5. Mulier fornicaria quaſi ſtercus conculcabitur in via. Et in *Pſalm* 81. Diſperierunt in Endor: facti ſunt, ut ſtercora terræ. *Iſa.* 14. Sicut cadaver putridum, &c. Hermon, ſeparatio, diſcordia, quæ ſæparat a Deo, ſicut & concordia Deo conjungit. Unde *Matth.* 18. Ubi duo, vel tres congregati fuerint, &c. Per caput autem, & verticem ſignificantur radix, & origo vitiorum, quæ deſtruere oportet, ut eis deſtructis veniatur ad Deum. Non enim ſufficit ſuppeditare vitia, niſi radix, & origo eorum primarie extirpentur, & penitus evellantur. Hoc enim eſt caput ſerpentis conterere, *Gen.* 3.

Unde *Iſaiæ* 14. Perdam Babylonis nomen, &c. Per cubilia Leonum, occulta ſævitiæ, & malignitatis: Per montes Pardorum vanæ gloriæ extollentia, quæ ſe variat multis modis.

Myſtice. *c* Vulneraſti cor meum, &c.] Sic continua. Invitavi te ad veniendum, quia valde te diligo, quia. [Vulneraſti, &c.] Magnitudinem amoris exprimit vulnus cordis, ut videatur Sponſus dicere: *Vulneror, & clauſum porto ſub pectore telum.* *Pamphilus.* Et exponitur ſecundum hunc ſenſum eodem modo de Eccleſia, & anima fideli, quæ ſoror dicitur ſecundum communionem connubii ſpiritualis. Bis autem dicit, vulneraſti, propter duplicem hujus vulneris effectum, ſcilicet, ad remunerandum, & ad puniendum hoc vulnere, unde vellet Dominus vulnerari a nobis, quod ſignificatum eſt 3. *Reg.* 20. Ubi dixit unus de filiis Prophetarum ad ſocium ſuum: percute, eo autem percutere nolente audivit ab eo, Quia noluſti audire vocem Domini, ecce recedes a me, & percutiet te Leo. Vel primum vulneraſti, aliter poteſt legi de vulneribus Chriſti, quæ amore ejus in Cruce ſuſtinuit.

Unde *Iſa.* 53. Ipſe vulneratus eſt propter iniquitates noſtras. Quæ vulnera propter doloris immenſitatem in corde facta dicuntur; quia cor eſt membrum, quod ſentit levius læſionem. De immenſitate autem doloris habetur, *Thr.* 1. O vos omnes, qui tranſitis per viam, &c. Secundo autem repetit, vulneraſti, quia quotidie vulnerare eum addimus per peccata; nihilominus tamen ipſe præ dilectione non ceſſat clamare: *Veni*, &c. De his vulneribus in *Pſal.* 68. Quoniam quem tu percuſſiſti, perſecuti ſunt, & ſuper dolorem vulnerum eorum addiderunt. Et *Job.* 16. Concidit me vulnere ſuper vulnus compaſſionis. De vocatione, *Jerem.* 3. Fornicata es cum amatoribus multis, & tamen revertere ad me, dicit Dominus. Et in multis aliis locis habetur de iſta revocatione. Vel ſororem ſpecialiter vocat hic Eccleſiam de Judæis, de cujus Patribus ipſe ſecundum lineam generationis deſcendit, & eamdem dicit Sponſam, quam multiplici promiſſione dotavit: ſecundum quod dicitur *Hebr.* 1. Multifarie multiſque modis, &c.

Quam Sororem vocans, & Sponſam teneritudinem exprimit dilectionis: quam, ut ad fidem veniret ſuperius invitavit, & ut magis eam provocet, exprobrat ei mala, quæ ab ipſa pertulit, q. d. rogo te, ut venias ad finem, & accipias coronam, quod libentes facere deberes, quia [vulneraſti, &c.] & tamen nihilominus te invito. Bis autem dicit, vulneraſti, propter vulnera, quia vivus per pedes, & manus in Cruce ſuſtinuit clavorum fixuras, & propter vulnus, quod mortuo lancea eſt illatum.

Vel ideo repetit, ut magis eos de ſui ſceleris immanitate confundat. Item ut ipſius magnitudinem admiremur amoris, & manſuetudinem impatientes, & efferati erubeſcamus. Hoc eſt, in quo oſtenditur maxima benignitas Salvatoris, qui perſecutores ſuos ad pacem, & ad Regnum vocare non ceſſat. Sed vere poteſt dicere illud *Prov.* 1. Invocavi, & renuiſtis, &c. Sequitur. *d* In uno oculorum tuorum, & in uno crine colli tui,] ideſt, in unanimi voluntate Sacerdotum, Phariſæorum, & Scribarum, qui per oculos deſignantur, & etiam unanimi conſenſu totius populi Judaici, qui per crines. Hoc quantum ad expoſitionem de Eccleſia Judæorum. Vel oculi Eccleſiæ ſunt Petrus & Paulus, quorum traditione & doctrina tota illuminata eſt Eccleſia. *Aliter.* In vanitate ergo iſtorum oculorum vulneravit Eccleſia Chriſtum; per eorum prædicationem unanimem & concordem, fideles de utroque populo converſi ſunt ad fidem. Per crines autem ceteri Eccleſiæ Prædicatores, quorum una voluntas in Deo multos ad fidem adduxit, quia idem docent, idem amant, & idem quærunt. Vel oculi Eccleſiæ ſunt Prælati generaliter; crines vero proprie minores, qui quando ſunt unanimes, cor Chriſti vulnerant charitate. *Aliter.* Unde *Ezec.* 1. dicitur de animalibus. Una ſimilitudo ipſorum quatuor. Et Joſeph fratribus ſuis, quos de Ægypto mittebat, dixit proficiſcentibus: Ne iraſcamini in via. *Gen.* 45. Per contrarium autem dicitur *Ezec.* 34. Diſperſæ ſunt oves meæ, eo quod non eſſet Paſtor, &c. Vel ſecundum quod exponitur de anima fideli, quę ſoror eſt Chriſti per fidem. Sponſa autem erit per ſpeciem. Oculi ſunt intellectus & affectus. In uno ego iſtorum oculorum cor Dei vulnerat, cum per intellectum uſque ad Divinitatis arcana penetrat, vel ut ipſius cor Sponſæ ſuum dicat Dominus quia totum in ipſum intendens vulneratur. *Aliter.* *e* In uno, &c.] cum unanimiter affectus & intellectus cor elevat in Deum. *e* Et in uno ſeum, ſcil. ipſum cor timore configit. Sunt enim ſeptem crines, ſeptem dona Spiritus Sancti, quorum unus eſt timor qui cum nullo aliorum eſt combinatus. Quę etiam ſeptem dona

na ſeptem oculi poſſunt dici, qui *Zach.* 3. ſuper lapidem unum eſſe dicuntur. Vel unus oculus eſt cœtus contemplantium, qui unum petunt a Domino, cum unum ſit neceſſarium. *Luc.* 10. Alter vero oculus, ſcilicet, ſiniſter cœtus activorum, vel temporalia procurantium. Vel unus oculus dici poteſt intentio Sponſæ, quæ ſolam gloriam Sponſi quærit, unus crinis audientium, quorum cor unum & anima una, *Act.*4. Sequitur. *ab † mea.*

a pulchræ ſunt mammæ tuæ, Soror mea Sponſa. † *b* Pulchriora ſunt ubera tua vino; & *c* odor unguentorum tuorum *d* ſuper omnia aromata. *e* Favus diſtillans labia tua, Sponſa: *f* mel, & lac ſub lingua tua.

a Quam pulchræ ſunt, &c.] Ut levius Sponſam ad veniendum invitet, ejus commendationi inſiſtit. Per mammas autem Eccleſiæ, ipſi Plebani Sacerdotes intelliguntur, qui parvulos, ideſt, idiotas, & ſimplices debent lacte ſimplicis doctrinæ lactare. Unde *Iſa.*60. Suges lac Gentium, & mammilla Regum, ideſt, bene ſe regentium, lactaberis. *Et* 49. Erunt Reges nutritii tui, & Reginæ nutrices tuæ. Pulchræ ergo ſunt mammæ tuæ, extra honeſtate converſationis, ſed intra aſſiduitate ſtudii ſpiritualis, ut ſcilicet, non habeant rugam avaritiæ, nec maculam carnalis concupiſcentiæ; ut ſecure poſſit dicere Sponſa illud *Eccl* 24. Ego mater pulchræ dilectionis, &c. Tanto ergo magis eis neceſſaria eſt hujuſmodi pulchritudo, quanto magis populum inſtruunt exemplo, quam verbo. Nam ſi ſint ignorantia cæci, ſi ſuperbia tumidi, ſi avaritia curvi, ſi puſillanimitate pallidi, ſi invidia lividi, ſi luxuria ſcabioſi, jam non eſt dicere: Quam pulchræ ſunt mammæ tuæ, &c. ſed plangendum eſt potius, & dicendum. Ablatus eſt omnis decor a filia Sion, &c. *Thren.*1. Etiam ne credas Sponſo diſplicere mammas propter groſſitiem, quæ indecens eſſe videtur in mammis. Sequitur. *b* Pulchriora ſunt, &c.] Idem ſunt ubera, & mammæ, quæ debent excedere omnis temporalis jucunditatis pulchritudinem, quæ per vinum, quod in præſentia Domini defecit, figuratur. Vel per vinum, ſæcularis ſapientia, vel Philoſophia, ſecundum quod dicitur *Iſa.*28. Hi præ vino neſcierunt, &c. Vel [ubera] ſunt operibus miſericordiæ inſiſtentes, quorum pulchritudo in hilaritate conſiſtit, quę colorat beneficia univerſa. Pulchra ergo ſunt beneficia, ſive ubera, cum hilariter conferuntur, & placet Deo hæc pulchritudo. Nam hilarem datorem diligit Deus. Sed pulchriora ſunt, cum ſolo Dei intuitu conferuntur. Et hoc vino, ideſt, pulchritudine carnalis voluptatis, quaſi melior eſt ſubſtantia propter Dominum erogata, quam luxurioſe conſumpta. Unde *Pſal.* 111.
2. Cor. 9. Diſperſit, dedit pauperibus, & ideo juſtitia ejus manet in ſæculum ſæculi. Vel [Pulchriora ſunt ubera,] ideſt, lac, quod fluit ab uberibus, [vino,] ideſt, ſimplex doctrina, & manſuetudo magis competit parvulis, quam vinum ſubtilitatis, & auſteritatis, quod parvulos enecat. Et attende, quod eodem modo commendantur ubera Sponſi *ſupra* 1. Sicut hic ubera Sponſæ. Ut enim dicit Apoſtolus 1 *Cor.*6. Duo ſunt in carne una. Et eadem doctrina eſt Chriſti, quia dat, & Eccleſiæ, quia miniſtrat. Ibi tamen dicitur, meliora, & hic pulchriora, quia non ſolum ſanitas in uberibus, ſed & pulchritudo laudatur. *c* Et odor unguentorum tuorum ſuper omnia aromata.) Unguenta iſta ſunt opera miſericordię ſuaviter fragrantia, quorum odor eſt fiducia. Unde *Job.*4. Fiducia magna erit coram ſummo Deo eleemoſyna omnibus
Unguentorum ſeptem genera. facientibus eam. Unguentorum diverſa ſunt genera ad modum unguentorum in medicina. Nam quædam ſunt ruptoria, quæ male ſanas hominum mentes vulnerant ad ſalutem. Quædam mitigatoria, quæ leniunt, & conferunt conſolationem. Quædam purgativa, quæ confeſſionis remedium perſuadent. Quædam ſolidativa, quæ reintegrant. Quædam repreſſiva, quæ inflicto vulnere cicatricem obducunt, dum ad ordinem vitæ eminentioris adducunt. Quædam, quę fovent, cum perſeverantiam dant. Quædam, quæ delectant, ſpiritualem jucunditatem generantia. Hæc ſeptem unguenta faciunt ſeptem dona Spiritus ſancti. Primum facit timor. Unde in *Pſal.* 118. Confige timore tuo carnes meas, &c. Et *Iſaiæ* 59. Ova aſpidum ruperunt, &c. Omnia enim vincula rumpit amor patriæ, & timor gehennæ. Secundum facit pietas. Unde *Matt.*6. Dimittite, & dimittetur vobis. Et 5. Beati miſericordes, quoniam ipſi, &c. *Eccl.* 35. Specioſa eſt miſericordia in tempore tribulationis. Tertium facit donum ſcientiæ, quod periculum, in quo manet, oſtendit. Unde *Eccl.*1. Qui addit ſcientiam, addit & dolorem. Quartum facit donum fortitudinis, quod conſolidat, & contra adverſa confirmat. Quintum facit donum conſilii, quo aggredimur vitæ propoſitum melioris. Sextum facit donum intellectus, quo in bono perſeveramus. Unde non ceſſant clamare animalia plena oculis ante, & retro. Sanctus, &c. *Apoc.*4. Septimum facit donum Sapientiæ, quæ generat delectationem in corde. Sapientia enim vincit malitiam. *Sap.* 4. Hæc unguenta ſi ſunt charitate confecta, ſunt ſuper omnia aromata, ideſt, ſuper omnes virtutes politicas, & acquiſitas. Eſt etiam quoddam unguentum Eccleſiæ, de quo *Exod.*30. Facies unctionis oleum ſanctum, unguentum compoſitum opere unguentarii, &c. Quo inunguntur, quotquot ſervant Eccleſiæ unitatem. Et fit hoc unguentum ex quatuor, myrrha, cinnamomo, calamo, & caſia, & conficitur ex oleo. *Unguentum Eccleſiæ.* Per myrrham, quæ vermes arcet, & corruptionem non patitur, tantumque conſumit, quantum diſſolvit, ſignificatur temperantia. Per cinnamomum, fortitudo, quæ in tribulatione ſuavem gratiarum emittit odorem. Per calamum, juſtitia, quæ uniuſcujuſque acta menſurat. Per caſiam, quæ in aqua creſcit, prudentia, quæ creſcit in aquis Scripturæ. Oleum vero, quo conficitur hoc unguentum, charitas eſt. De quo *Matth.* 25. Prudentes virgines acceperunt oleum in vaſis ſuis. De hoc unguento habetur in *Pſal.* 132. Sicut unguentum in capite, quod deſcendit in barbam, barbam Aaron. Hujus unguenti odor ſunt bona fama, & opinio. Odor ergo unguentorum hujuſmodi eſt ſuper omnia aromata, ideſt, ſuper omnes gratias: De quibus diviſiones gratiarum ſunt, &c. Nam ſine illis ſalus; ſine iſtis non. Vel. *c* Odor unguentorum] devotio, & gratiarum actio, quam ſemper exolvit Eccleſia pro unguentis, quibus uncta eſt. Qui odor eit redolens. *d* Super omnia aromata,] ideſt, ſuper omnem terrenam delectationem, vel ſuper omnes legales inſtitutiones. Proprie unguenta Sponſæ dici poſſunt compaſſio, qua ungit ægros ad ſanitatem, & benevolentia, qua ungit ſanos ad decorem.

e Favus diſtillans labia tua Sponſa.] Commendata Sponſa ab uberibus, commendat eam a labiis, & lingua. Labia autem ipſius ſunt Prædicatores, & Doctores, & ceteri Eccleſiæ prolocutores, qui debent eſſe favus ſubditis amoris dulcedine, & diſtillans affabilitate. Labia Moyſi favus non erant; nam plus amaritudinis habebant, quam dulcedinis. Habebat enim Moyſes vocem exilem, ut *Exod.*4. habetur. Item amaritudinem habebat lex Moyſi, quæ oculum pro oculo, dentem pro dente jubebat reddi. *Exod. 21.* Item etſi favus eſſent labia Moyſi; non tamen diſtillans: ſed aridus, & ſaxeus, & abſconditus, ſcilicet, in tabulis lapideis, ubi revera abſconditum erat divinæ legis arcanum. Unde in *Cant. Deut.* Ut ſugeret mel de petra, &c. *Deut. 32.* Sed modo labia Eccleſię ſunt favus diſtillans, ut impletum videatur aperte illud *Joel ult.* In die illa ſtillabunt montes dulcedinem, &c. Favus eſt mel in cera, hoc eſt Divinitas in humanitate. Vel per favum intelligimus divinæ Sapientiæ ſecretum, quod a labiis Eccleſiæ derivatur. Unde ſequitur. *f* Mel & lac ſub lingua tua.] Lingua Sponſæ, idem ſunt quæ & labia. Per mel perfectorum inſtructio; per lac vero ſimplicium eruditio ſignificatur. Mel habebat Apoſtolus ſub lingua, cum dicebat: Sapientiam loquimur inter perfectos. 1. *Cor.* 2. Lac vero cum dixit: Tanquam parvulis in Chriſto lac vobis potum dedi, non eſcam. 1. *Cor.* 3. Et attende, quod dicit [Favus diſtillans] non diffuſus: Nam pro capacitate auditorum ſtillare debet ſermo Doctorum, aut Prædicatorum; non totum ſimul effundi. Unde *Prov.* 25. Mel inveniſti: comede, quod ſufficit tibi, &c. Sicut enim, qui mel comedit multum, non eſt ei bonum; ſic perſcrutator Majeſtatis opprimetur a gloria, *Prov.* 25. Et in lege ſeminiſlui immundi reputabantur, *Levit.* 15. Unde *Act.* 17. Dicebant de Paulo Judæi, qui eum pati non poterant: Quid vult ſeminiverbius hic dicere? *Eccl.* 20. Qui multis utitur ſermonibus, lædit animam ſuam. Et *Num.* 19. Vas, quod non habuerit circumligaturam, & operculum deſuper, immundum erit. Favus ergo deberent eſſe labia Prædicatoris maxime, ideſt, verba plena dulcedine proferre: nec tamen immoderata. Propter quod dicit, diſtillans, ut ſic ſit mel, & lac ſub ejus lingua, non venenum intoxicans, ut ſub lingua hæreticorum. Unde *Pſ.* 13. Venenum aſpidum ſub labiis eorum, quorum fel Draconum, &c. *Deut.* 32. Sed verę Eccleſiæ Prælati de ſacra Scriptura debent verba extrahere, quæ ſaporem mellis guſtantibus proferant, & ipſis tanquam pueris lactis præbeant nutrimentum. Unde *Eccl.*24.

Hæreditas mea, ideſt, Sacra Scriptura, ſuper mel, & favum, *Proverb.* 24. habetur. Fili, comede mel, quoniam bonum eſt, &c. Loquens autem Chriſtus Eccleſiæ de doctrina ſacra tantum, vocat eam Sponſam, & non Sororem: quoniam Sponſa eſt verbi, a quo eſt Sapientia, & doctrina. Unde, Omnis Sapientia a Domino Deo eſt, &c. *Eccli.* 1.

Eccl. 1. Soror autem verbi non eſt pure, ſed verbi incarnati, in quantum eſt ejuſdem naturæ, ſcilicet cum Chriſto, Mel autem & lac ſub lingua ejus dicit eſſe, & non lingua, ut habent adulatores garruli, propter quos dicitur *Prov.* 24. Non lactes quemquam labiis tuis. Revera talium verba lactis, & mellis prætendunt dulcedinem, ſed ibi latet fellis amaritudo, prout favus diſtillans labia meretricis. Et ſubdit: Noviſſima autem illius amara quaſi abſynthium. Et Petrus dixit Simoni, *Act.* 8. In felle amaritudinis video te eſſe.

Prov. 5.

& *a* odor veſtimentorum tuorum, ſicut odor thuris. *b* Hortus concluſus ſoror mea Sponſa, hortus concluſus, *c* fons ſignatus.

Triplex uſus veſtimentorum.

a Et odor, &c.] Veſtimentorum triplex eſt uſus, ad tegendum, fovendum, honeſtandum. Per veſtimentum, exterior converſatio & operum viſibilium exercitatio deſignatur, quæ utilis eſt ad tegendum peccata, ut quæ coram Deo commiſimus, ei per bona opera abſcondamus.

Item ad fovendum, quia per bona opera bonum propoſitum & voluntas, ac Dei gratia conſervantur in nobis. Item ad honeſtandum, ut exemplo bonorum operum, & converſationis honeſtæ proximum ad ſimile invitemus. Tegimen valet ad pœnitentiæ fructum; univerſa enim delicta operit charitas. *Prov.* 10. Et 1. *Petr.* 4. Charitas operit multitudinem peccatorum. Unde *Pſal.* 31. Beati quorum remiſſæ ſunt iniquitates, &c. Fomenta pertinent ad interni fervoris augmentum. Unde *Lev.* 6. Ignis in altari meo ſemper ardebit. Ligna quæ ſunt ſubjicienda huic igni, ſunt bona opera. Honeſtas pertinet ad bonum exemplum proximo oſtendendum. Unde *Pſal.* 131. Sacerdotes tui induant juſtitiam, & Sancti tui exultent. Se non tegit, ut oportet, qui dignos pœnitentiæ fructus non exhibet. Item fruſtra veſtibus ſe induit, qui eorum intus calorem non ſentit. Item honeſte non veſtitur, qui ſine offenſione non graditur. De primo *Apoc.* 16. Beatus qui cuſtodit veſtimenta ſua, ne nudus ambulet. De ſecundo 3. *Reg.* 1. Cumque operiretur David veſtibus, non calefiebat. De his duobus ſimul, *Iſa.* 59. Telæ eorum non erunt eis in veſtimentum, neque operientur, &c. De tertio, *Lev.* 21, Veſtimenta ſua non ſcindet, dicitur de Sacerdote propter inhoneſtatem, ſcilicet. Et de Aaron, *Eccl.* 45. Stola gloriæ induit eum. De his ergo veſtimentis dicit: [Odor veſtimentorum tuorum, &c.] Odor thuris fluxum reumatis reſtringit; & odor bonæ converſationis in aliis fluxum peccati. Unde *Pſal.* 44. Myrrha & gutta & caſia a veſtimentis tuis, &c. Et *Gen.* 27. Statimque ut ſenſit veſtimentorum ejus fragrantiam, dixit: Ecce odor filii mei, &c. *b* Hortus concluſus, &c.] Adhuc commendationi Sponſæ Sponſus inſiſtens, eam ſub metaphora horti commendat. Sicut etiam in horto plantantur diverſa genera herbarum & arborum: ſic in horto Eccleſiæ diverſa genera hominum velut quædam arbores ſunt plantata. Singulariter autem dicitur hortus, propter totius Eccleſiæ unitatem, & pluraliter horti quandoque propter plures Eccleſias particulares in univerſo orbe diffuſas. De hoc horto, vel hortis dicit Salomon, *Eccl.* 2. Feci hortos, & pomeria, & conſevi ea cuncti generis arboribus. *Amos ult.* Facient hortos & comedent fructus eorum. *Eſth.* 1. Diebus ſeptem juſſit Aſſuerus convivium præparari in veſtibulo horti & nemoris, &c.

Hoc convivium eſt doctrina Evangelica, ſeptem diebus, ideſt, uſque in finem ſæculi duratura, *Dan.* 13. Cum autem populus revertiſſet, ideſt, turba cogitationum receſſiſſet, per meridiem deambolabat Suſanna in pomerio viri ſui, &c. ideſt, fidelis anima in conſideratione univerſarum perſonarum Eccleſiæ Dei. *Iſa.* 58. dicit Sponſus ad Sponſam: Eris quaſi hortus irriguus, cujus non deficient aquæ, &c. Et 60. Gloria Libani ad te veniet, & abies, & buxus, & pinus ſimul ad ornandum locum ſanctificationis meæ, &c. Et 41. Dabo in ſolitudinem cedrum, & ſpinam, & myrtum, & lignum olivæ, ponam in deſertum abietem, ulmum & buxum ſimul, &c.

Ibi enumerat ſeptem arbores, per quas ſeptem ordines eorum qui ſunt in Eccleſia deſignantur. Per cedrum altam, & imputribilem Angeli propria natura creaturas alias excellentes, & imputribiles per gratiæ confirmationem. Per ſpinam Patriarchæ, de quibus per generationem B. Virgo ſpecioſa velut roſa proceſſit. Unde de ea cantatur. Sicut ſpina roſam, &c. Et *Eccl.* 24. de ipſa habetur: Et quaſi plantatio roſæ in Jericho. Per myrtum, ex cujus oleo ungebantur mulieres, cum ad Regum amplexus debebant accedere, ut habetur *Eſth.* 2. ſignificantur Prophetæ, Sponſam Eccleſiam præparantes ad Sponſi amplexus. Per lignum olivæ, Apoſtoli Eccleſiæ fomentum luminis fidei & doctrinæ miniſtrantes. Per abietem, Martyres per amaritudines & pœnas maris, ideſt, hujus ſæculi ad portum accelerantes, ſicut naves ex abietibus fiunt, quibus per mare navigatur ad portum, *Eccl.* 43. Qui navigant per mare enarrant pericula ejus. Per ulmum umbroſam, Confeſſores gratam umbram ſuo exemplo ceteris tribuentes. Per buxum, virginalis integritas, in qua cœleſtium imago ſculpta relucet & reſplendet. Eſt igitur Eccleſia hortus his ſeptem generibus arborum conſitus.

Commendat autem hunc hortum a quatuor. Primo a clauſione, dicens: [Concluſus] quod geminat, ad oſtendendum Eccleſiam duplici muro munitam, ſcilicet inviſibili muro Angelorum contra hoſtes inviſibiles, ideſt, Dæmones: & muro viſibili Prælatorum contra hoſtes viſibiles, ut ſunt hæretici, & falſi fratres, & Tyranni perſecutores. De his muris orat *Pſal.* 50. Ut ædificentur muri Jeruſalem. De his etiam dicit Dominus *Iſa.* 49. Muri tui coram oculis meis ſemper; ſed multi ſunt qui inter iſtos duos muros fodiunt lacum peccati.

24. q. 1. c. omnibus.

Unde *Iſa.* 22. Lacum feciſti inter duos muros, &c. Vel primo dicit: Concluſus, contra carnis laſciviam, ſecundo contra mundi cupiditatem. Sororem dicit & Sponſam, ea ratione qua *ſup.* Secundo commendat hunc ortum a fontis ubertate. Unde ſubdit.

c Fons ſignatus] Baptiſmi ſcilicet, de quo *Zach.* 13. Erit fons patens, &c.

Et *Joel. ult.* Fons egredietur de domo Domini, & irrigabit torrentem ſpinarum. Et *Ezech.* 47. Vivent omnia, ad quæ veniet torrens iſte. Unde *Pſal.* 45. Fluminis impetus lætificat civitatem Dei. Signatus eſt fons iſte certæ formæ ſignaculo, quæ habetur *Matt. ult.* Baptizantes eos in nomine Patris, & Filii, & Spiritus ſancti.

Hoc ſignaculum nullus poteſt ſolvere, aut etiam profanare. Item dicitur ſignatus propter occultos Baptiſmi effectus. Tertio, commendatur hortus iſte a fructuum

Δ ubertate.

Aliter de B. Virgine.

b Hortus concluſus, &c.] Exponitur etiam hoc de B. Virgine, quæ eſt hortus voluptatis, & deliciarum amœniſſimus, omnigena arborum plantatione conſitus. De quo *Gen.* 2. Plantaverat Dominus Deus hortum voluptatis a principio, &c. Et hoc tribus modis, eam ſcilicet, ab æterno prædeſtinando, eam multipliciter præfigurando Beatam, Patriarcharum & Regum progenie, quibus ipſa naſceretur ſuo ordine producendo. Et ſicut in primo horto poſitus eſt primus Adam ſola Dei manu de limo terræ formatus, ſic & in iſto horto ſecundo poſitus eſt ſecundus Adam noſter, ſola Spiritus Sancti operatione de B. Virgine procreatus. Poſitus eſt autem ibi, ut operaretur.

Unde *Luc.* 1. Quia fecit mihi magna qui potens eſt: & cuſtodiet illud. Unde & ad Mariam dixit Angelus *in eod.* Et virtus Altiſſimi obumbrabit tibi. Item ut operaretur, ideſt, fœcundam eam faceret, & cuſtodiret, ideſt, integram conſervaret. Hortum iſtum bis dicit concluſum, quia in ea & ante partum & poſt, illibata ſervata eſt integritas virginalis. Fons autem ſignatus dicitur, quia in partu quo filium Dei edidit, pudoris ſignaculum non amiſit. Propter hæc tria cantatur de ipſa: Virgo concepit, virgo peperit, virgo poſt partum, &c. In nobis etiam hæc tria ſpiritualiter inveniri debent, ut in conceptione boni propoſiti per cogitationem, in parturitione per operationem, & poſtea etiam in ipſius recordatione integritas ſervaretur, ut nec in intentione, nec in operatione, nec in revelatione ad Deum poſt factum poſſet corruptio inveniri, ut ſic eſſet anima hortus concluſus in conceptione boni propoſiti, ut ſcilicet, quicquid conciperet, pure propter Deum conciperet. Item hortus concluſus in partu, ut quicquid

Ω agendum inciperet.

Aliter de Religione.

b Hortus concluſus, &c. De religione etiam hoc ſpecialiter poteſt exponi, quæ hortus voluptatis eſt, ſi vero eam apprehendimus.

Unde, væ illis, qui eam magis carcerem reputant & infernum: qui de loco illo voluptatis, in quo operari deberent, & cuſtodire illum, ita libenter egrediuntur ad ſpinas & tribulos mundanæ vanitatis, & curioſitatis.

Concluſus eſt hortus iſte. Primo contra laſciviam, per votum continentiæ. Contra cupiditatem, ſive mundi concupiſcentiam, per votum paupertatis. Contra ſpirituales nequitias, per votum obedientiæ fons ſignatus.

Quod ſequitur. Emiſſiones tuæ, &c ut prius.

Item fidelis anima hortus eſt. De qua *Joel.* 2.

De anima fideli.

Quaſi hortus voluptatis terra coram eo. Concluſus eſſe debet, ideſt, ea omni parte clauſus, ne ſubintret adverſarius, qui ſicut leo rugiens circuit 1. *Pet.* 5. Bis etiam debet eſſe concluſus. Primo, ne ex proſperis ſurrepat vana ſecuritas. Secundo, ne ex adverſis irruat triſtis puſillanimitas. Fons etiam ſignatus debet eſſe, ne ab ipſa defluat lubrica va-

à ubertate. Unde ſequitur. *a* Emiſſiones tuæ, Paradiſus malorum punicorum cum pomorum fructibus.] Hic eſt fructus, de quo in *Pſal.* 84. Terra noſtra dabit fructum ſuum. Et *Joel.* 2. Lignum attulit fructum ſuum. *Deut.* 33. De benedictione Domini terra ejus, de pomis, & rore cœli abſque abyſſo ſubjacente.

a Emiſſiones tuæ Paradiſus malorum punicorum cum *b* pomorum fructibus. *c* Cypri cum nardo

Loquitur ibi de Eccleſia ſub metaphora terræ Joſeph. Per mala punica opera charitate informata ſignificantur.

Sic enim multa bona
D opera conveniunt in una radice charitatis, quæ bene etiam per mala punica deſignantur, præcipue opera juſtitiæ, quæ aliquid habent aſperitatis, ſicut vinum malorum punicorum,
Matth. 25. & aliquid acetoſitatis. Per fructus autem pomorum, quæ ſunt dulcia, & redolentia, opera miſericordiæ deſignantur, ex quibus tanquam præ ceteris dulcibus bonos in judicio remunerabit, cum dicet: Eſurivi, & dediſtis mihi manducare, &c. Venite benedicti, &c. Quarto, commendat hortum illum ab aromatum, & ſpecierum copioſitate. Unde dicit. *b* Cypri cum nardo, nardus, & crocus, fiſtula, &c.] Per iſtas aromaticas ſpecies, diverſi ordines Sanctorum in Eccleſia deſignantur. Per Cyprum, de quo fit unguentum regium, Angeli, de quibus, ideſt, caſu eorum, factum eſt unguentum Regibus, ideſt, fidelibus, qui ſe regere debent, ut eorum caſu humilientur.

Juxta illud *Prov* 19. Peſtilente flagellato, ſtultus, vel parvulus ſapientior erit. Unde Diſcipulis de ſubjectione Dæmoniorum ſe jactantibus, dixit Dominus ad humilitatem eos provocans: Videbam Sathanam ſicut fulgur de cœlo cadentem, *Luc.* 10. Nardus redolens, & ardens ſanctos Patres ſignificat. De quibus *Eccl* 44. Nomen eorum vivet in generationem, & generationem. Repetit nardus propter Prophetas. Per crocum, qui purpurei coloris eſt, Apoſtoli.

·4! Sed heu! qui nutriti ſunt in croceis, ideſt, in Apoſtolorum doctrina, & exemplo, amplexati ſunt ſtercora. Fiſtula, Martyres, qui cum exterius affliguntur, interius ſpirituali dulcedine reficiuntur. *Greg.* Mirabili diſpenſatione de hoc agitur, ut dum exterius affligit, interius reficiat. Per cinnamomum, Confeſſores, quorum dulciſſima eſt exterior converſatio, ſicut in cinnamomi cortice eſt dulcedo. Per univerſa ligna Libani, Virginum candidatus exercitus: poſtea per myrrham, & aloem, quæ in ſepulturis deſerviunt, operibus pœnitentiæ, & carnis mortificationi generaliter intendentes. Per omnia prima unguenta, operibus miſericordiæ ſpecialiter inſiſtentes. His ſpeciebus aromaticis hortus iſte invenitur ornatus.

Θ agendum inciperet, ſecundum Deum perficeret. Tertio fons ſignatus poſt partum, ut quicquid egiſſet,
De Beata Virgine. Matt. 12. Deo attribueret. Soror autem dicitur B. Virgo adoptionis, & hoc ex prærogativa quadam ſpeciali. Nam ſi quis fecerit voluntatem Patris mei qui in cœlis eſt, hic Chriſti frater & ſoror eſt, multo magis & Beata Virgo, quæ Dei Patris voluntati per omnia obedivit.

Unde ſicut Chriſtus primogenitus in multis fratribus dicitur *Rom.* 8. Sic & ipſa in multis ſororibus primogenita poteſt dici. Sponſa vero Chriſti dicitur, ab ipſo omni virtutum genere prædotata. Unde gratia plena dicit eam Angelus, *Luc.* 1. Fons etiam eſt ipſa de loco voluptatis egrediens. *Gen* 2. A quo exit fluvius irrigans totum mundum, & a quo cuncta bona procedunt.

Licet enim ipſa ſit hortus concluſus, & fons ſignatus, tamen uberes fructus emittit, ſcilicet plures religiones emittit, ut Paradiſus, ideſt, amœnitas malorum punicorum, ideſt, religionum diverſarum per eam ſignificatarum dicitur. *b* Cum pomorum fructibus,] ideſt, aliarum Eccleſiarum minus auſteritatis, & aſperitatis habentium, imo aliquid dulcedinis in exteriori converſatione prætendentium, quæ omnes in humilitate fundantur, quæ plene fuit in Maria. Unde *Luc.* 1 Reſpexit Deus humilitatem ancillæ ſuæ. Sed ab ea in Chriſto pleniſſime emanavit, qui dicit *Matt.* 11. Diſcite a me quia mitis ſum, & humilis corde. Ideo dicit: Emiſſiones tuæ, &c. Vel fructus iſte Dominus eſt Jeſus Chriſtus ab utero Virginis, licet concluſo, & ſignato ſine ſignaculi ruptura emiſſus; de quo *Luc.* 1. Benedictus fructus ventris tui. Et pluraliter dicit [fructibus] propter plures ipſius fructus utilitates. Unde ipſa Beata Virgo eſt hortus Dei Patris, qui fructus uberes attulit Dei filium pariendo. Ipſe etiam eſt granum frumenti, quod in terra mortuum fructum attulit copioſum. *Joan.* 2.

c Cypri cum nardo, &c.] Per Cyprum, quo fit regium unguentum, charitas quæ ceteras virtutes informat; ſignificatur. Per nardum, humilitas. Per fiſtulam, eleemoſyna facta in abſconſito: Per crocum, conſcientiæ puritas: Per cinnamomum, exemplum bonorum operum: Per univerſa ligna Libani, candor innocentiæ. Per myrrham, & aloem, opera pœnitentiæ, per prima unguenta, ſecunda ſunt intelligenda. Primis, quæ juvent, & condiunt, ſunt Eccleſiæ Sacramenta: ſecunda, quæ poſt lapſum vulnerata ſanant, & ulcerata conſolidant, ſunt pœnitentiæ opera. Prima integritatem vitæ ſpiritualis cuſtodiunt: ſecunda, remedium pœnitentiæ apponunt. Primis luctamur, ſecundis peccata abſcondimus, & ſepelimur.

Alias. Δ nitas. Vel hortus dicitur quoad ipſam, concluſus quoad activam, fons quoad contemplativam. Per Cyprum, ſpiritualis paupertas, cui regnum promittitur, *Matt.* 5. Per nardum, qua unctus eſt Dominus ante paſſionem. *Jo.* 12. Humilitas. Per crocum auro ſimilem, fidei probatio: Per fiſtulam, mortis memoria: Per cinnamomum, miſericordiæ opera: Per ligna Libani, caſtimonia: Per myrrham, & aloem, pœnitentiæ opera. Per prima unguenta, ſpiritualis dulcedinis in via prægustatio, ut reſpectu eorum, ſecunda dicantur in patria cœleſtis jucunditatis plena refectio. Vel ſic continua: Unde mihi odor thuris? Reſpondet Sponſus: [hortus concluſus, &c.] Parum eſt Sponſo amante Sponſam per partes ſingulas commendare; unde eam totam comparat rebus pluribus pariter, ac pretioſis. Primo igitur eam horto comparat, qui a fonte, & loci amœnitate, arboribus, fructibus, aromatibuſque commendatur.

Hic eſt hortus quem plantaverat Dominus ab initio, *Gen.* 2. Singulæ plantæ, ſive arbores hujus horti ſinguli Sancti ſunt, quibus omnibus veſci jubemur. Lignum vitæ, Chriſtus: lignum ſcientiæ boni, & mali Doctores, qui habent ſcientiam boni, & mali. Et attende, quod in horto ſunt palmæ victores: cedri, ſublimati humiles: olivæ; viri miſericordiæ, amygdali, hi qui in flore, ideſt, in propoſito teneri, in fructu ſolidi eſſe ſolent: nucis arbores, hi qui exterius, nec florem, nec dulcedinem habere videntur, intus tamen nucleum pinguiſſimum ſub amaritudine conſervantes, arbores ceraſorum, & prunorum, hi qui exterius teneros, & eſibiles, ac dulces ſe exhibent; intus tamen fortes, qui rapinam bonorum cum gaudio ſuſcipiunt.

Aves etiam ſunt in hoc horto, ipſum diverſorum cantuum melodia replentes; ibi ſunt alaudæ in Dei laudibus aſſe conſonantes: philomenæ amore languentes, quæ dicuntur a philos, quod eſt amor, & mene quod eſt defectus: cycni diſſolvi cupientes: Corvi futura præſtolantes. Bis autem dicitur hortus, propter duos populos, ſcilicet propter activos, & contemplativos, vel propter geminum ſanctificandi modum, in actione ſcilicet, & paſſione. Item bis dicitur concluſus, propter uniuſcujuſque propriam, & Prælati ſui cuſtodiam, vel propter Prælati, & Angelicæ naturæ cuſtodiam, vel propter utriuſque poteſtatis murum. Fons autem dicitur Eccleſia, quia continet ſcaturiginem omnium aquarum viventium, doctrinarum ſcilicet, gratiarum, & lacrymarum. Eſt autem Eccleſia fons, ideſt, locus continens, & ambiens illam ebullitionem aquarum: Nam proprie fons, ideſt, origo, & ſcaturigo aquarum eſt Spiritus Sanctus. Fons iſte ſignatus dicitur, ideſt, clauſus, quia & ſi quantum in ſe eſt omnibus patens ut fons, pauci tamen inde hauriunt. Vel ſignatus, ideſt, ab aliis diſcretus, qui non fontes, ſed ciſternæ, vel lacunæ dici debent. Vel ſignatus, quia in eo omnes ſignantur. Vel quia ibi nemo introducitur, niſi per eum qui habet clavem David. [Emiſſiones] hujus fontis ſunt rivuli multi aquarum multarum, ideſt, populorum, quos ſub diverſis metaphoris proſequitur. Per mala punica Martyres, per pomorum communium fructus, ceteros fideles intelligens, qui omnes ipſum Sponſum ſicut Paradiſus delectant. Eſt ergo ſenſus.

a Emiſſiones tuæ, &c.] ideſt, in emittendo Martyres, ceteroſque fideles aſſimilaris horto pleno malis punicis ceteriſque communibus pomis. Vel ſecundum quod de religione exponitur; mala punica ſunt cœtus clauſtralium, qui ſub vilitate, auſteritate, & amaritudine unius exterioris corticis, ideſt, habitus, grana plurima puritate candida, rubentia miro decore continent. Per poma vero communia abſque hujuſmodi cortice, aeri communi, & omnium aſpectibus expoſita, boni ſæculares ſignificantur. Unde ut dictum eſt: Væ illis, qui clauſtrum carcerem reputant; quem Dominus Paradiſum vocat. Sunt etiam emiſſiones Eccleſiæ.

c Cypri cum nardo.] Cyprus arbor eſt aromatica, cujus ſemen candidum, cui adhibetur oleum ad conficiendum unguentum regale. Et quid eſt, niſi illi, de quibus *Sap.* 4. Quam pulchra eſt caſta generatio cum claritate. Sed quia ex pudicitia plerumque oritur tumor ſuperbiæ; ideo nardus recte cypro jungitur, quæ ſpicam habet, & alium fructum non habet, & ſignificat humiles, qui cum omnia benefece-

Digitized by Google

fecerunt, dicunt, ſervi inutiles ſumus. *a* Nardus, & crocus,] Crocus, quia crines producit aureos, ſignificat illos, qui divina Sapientia ſunt imbuti. Vel per Crocum, ſanctimonia, per nardum, charitate fervidi.

a nardus & crocus, b fiſtula & c cinnamomum d cum univerſis lignis Libani, e myrrha, & aloe cum omnibus primis unguentis. f Fons hortorum, puteus g aquarum h viventium, i quæ fluunt k impetu de l Libano. m Surge Aquilo, & n veni Auſter:

Item per nardum, ſpiritu ferventes, per crocum miſericordes. Crocus enim nihil præter radicem habet molle: Primo enim habet crines gramineos, graciles & longos, deinde florem aureum: tertio crines aureos qui ſunt ei quaſi flos ſecundus: quod bene pietati congruit, quæ promiſſionem habet vitæ, quæ nunc eſt futuræ: quia crocus & ſurſum fructificat & in radice. Sequitur. *b* Fiſtula.] Hæc eſt arbor parva, robuſti corticis, cujus tota virtus eſt medulla, & eos ſignificat, qui cultum ſæcularem negligunt, ut Anachoretæ, qui omnino videntur eſſe inutiles, ſed ubi adverſitatis tempore medulla fractione exprimatur, & viſcera emollit, cum infunditur, & ſuaviter purgat, quod bene humilitati convenit. *c* Cinnamomum,] quod e contrario totam virtutem habet in cortice, ſignificat eos, qui exemplo exterioris converſationis aliis proſunt: quia quanto plus teruntur, & maſticantur, tanto magis ſuavitas odoris, ac ſaporis eorum ſentitur. Sequitur. *d* Cum univerſis, &c.] ideſt, cum univerſis ſanctimoniæ candore, & ſcientia, & vita eminentibus. Sequitur. *e* Myrrha, &c.] Myrrha putredini forinſecæ reſiſtit. Aloe etiam interiora purgat, & ſignificat eos, qui diſciplinæ exterioris, & confeſſionis purgationi intendunt. Unguenta autem prima dicuntur, vel ordine vel dignitate. Ordine, ut chariſmata, quibus in Baptiſmo ungimur ad uitorem, & regiam dignitatem.

1. Tim. 4.

Secunda, ut illa, quibus in pœnitentia ungimur ad ſanitatem.

Prima autem unguenta dignitate dicamus, charitatem, miſericordiam, benignitatem. Vel prima unguenta ſunt conſolationes ſpirituales, ſecunda temporales. Vel dic primis, vel præcipuis.

In primis ergo emiſſiones Eccleſiæ fuerunt Paradiſus malorum punicorum, ideſt, primitiva Eccleſia tota fructibus plena. Deinde Cypri cum nardo, ideſt, viri Baptiſma candidi, ferventes ſpiritu, humiles, & miſericordes. Deinde Anachoretæ, qui per fiſtulam: Deinde viri fama & exemplo perſpicui, qui per Cinnamomum: Deinde viri candore ſæculi eminentes, qui per lignum Libani: Deinde cœtus clauſtralium interno luctu & exteriori ſeſe mortificantium diſciplina, qui per myrrham & aloe cum omnibus etiam primis unguentis, ideſt, præcipuis virtutibus ſignificatur. Vel unguenta prima erunt fideles noviſſimi, qui primorum Martyrum virtutibus præcipuis dediti erunt. Et ſequitur. *f* Fons hortorum, &c.] Ad majorem confirmationem commendationis Sponſę concludendo hoc addit, quaſi dicat, quid plura de te dicerem, tu es [Fons hortorum] ideſt, origo, unde emanaverunt omnes horti, ut eſt ordo Ciſtercienſium, Cluniacenſium, Carthuſienſium, & ceteri. Vel [Fons] ideſt, irrigatio hortorum. Utroque modo bene competit Eccleſiæ primitivæ, quæ & omnium hortorum origo extitit: & ex qua proceſſit fons gratiarum, doctrinarum, lacrymarum, quibus omnes horti ſpirituales irrigati fructificant.

Gen. 24.

Hoc fonte potantur cameli Abrahæ, ideſt, fideles obedientes & ſimplices. Super hunc fontem ſedet Dominus, *Jo.* 4. Et *Judic.* 15. habetur: Appellatumque eſt nomen loci illius fons invocantis de maxilla. De maxillis Eccleſiæ exit fons doctrinæ. Fons hortorum, etiam poteſt dici anima cujuslibet fidelis, & præcipue Prædicatoris alicujus ſacra eruditione hortos Dominicos irrigantis, ſecundum quod dicitur *Prov.* 16. Fons vitæ eruditio poſſidentis. De his fontibus dicitur. *Iſa.* 12. Haurietis aquas in gaudio de fontibus ſalvatoris. Hi ſunt duodecim fontes in Helim, *Exod.* 17. Fons eſt Prædicator, dum proximos rigat; puteus vero, dum profundiora ſibi reſervat. *Prov.* 5. Bibe aquam de ciſterna tua, &c. Sed quidam ſunt fontes tantum & non putei, nihil ſibi penitus reſervantes. De quibus *Rom.* 2. Qui alium doces, teipſum non doces. Vel fons dicitur docendo facilia; puteus eructando profunda, *Job.* 28. Sapientia trahitur de occultis, & volucres cœli latet. Vel dicitur fons Sacra Scriptura, in quantum miniſtrat doctrinæ ſufficientiam; puteus autem propter ſui profunditatem, & myſteriorum occultationem.

g Aquarum viventium] ideſt, vivere ſpiritualiter facientium, *Joan.* 7. & *Ezech.* 47. *i* Quæ fluunt] large. *k* Impetu] omnia, ſcilicet, obſtacula ſubvertendo. *l* De Libano] ideſt, de altitudine & puritate ipſius ſacræ Scripturæ. Eſt ergo Sacra Scriptura, vel anima fidelis, vel ipſa Eccleſia [fons hortorum.] Fons in quantum gratis labitur; puteus in quantum cum labore foditur.

Item fons quantum ad gratiam induſtriæ; puteus quantum ad induſtriam gratiæ: quæ duo bene junguntur, nec ſeparantur: quia ſe invicem juvant. [Hortorum] autem pluraliter, propter plures Scriptorum expoſitores & expoſitiones. Quantum ad Eccleſiam vero, quia quot genera fidelium, tot horti. In quibuſdam enim rubent roſæ martyrii, in aliis candet lilium caſtitatis, in aliis liveſcit viola humilitatis, & ſic de aliis. Unde *Num.* 24. Quam pulchra ſunt tabernacula tua, Jacob, &c. Quantum ad animam dicitur etiam pluraliter hortorum, propter pluralitatem virtutum, ex quibus varii fructus bonorum operum emanant. Hujus horti hortulanus eſt Dominus, in quo Mariæ Magdalenæ ploranti, ideſt, animæ amaritudine peccatorum contritæ apparet. Ab hoc evellenda ſunt olera herbarum, quæ cito decidunt: Juxta illud *Rom.* 14. Qui infirmus eſt, olus manducet. Nec ſolum fons hortorum, ſed puteus aquarum viventium eſt Sacra Scriptura, ut dictum eſt: Nam indeficientem habet ſcientiam, quam ſpiritus veritatis ſuggerit, & educit: & viva eſt doctrina, quæ ſe movet per bona opera, *Joan* 7. De ventre ejus fluent aquæ vivæ, &c. In his aquis præcipitur leproſus ſe mundare, *Lev.* 14. Eccleſia enim, vel fidelis anima puteus eſt aquarum viventium, ſecundum diverſos ſtatus diverſis puteis adaptata, ſecundum quod *Gen.* 26. legitur, quod Iſaac primum puteum, quem fodit, vocavit calumniam, ſecundum inimicitias, tertium vero puteum latitudinis, & quartum abundantiæ, & ſatietatis. Primum impediebant fodere Allophyli, quia volentem terrenitatem a ſe abjicere, impediunt Dæmones, & eorum miniſtri, homines, ſcilicet, mundani, quibus cum viriliter reſiſtitur, foditur: poſtea puteus inimicitiarum: nam proficiendo in bono, firmantur inimicitiæ inter ipſum & Dæmones, & tunc fodit puteum latitudinis, & tandem abundantiæ & ſatietatis. Et eſt puteus iſte. *g* Aquarum viventium.] *Ezech.* 27. Omnia, ad quæ venerit torrens iſte, vivent. *i* Quæ fluunt impetu] ideſt, per gratiam Spiritus ſancti ſubito, & quaſi impetuoſe venientem: Juxta illud *Amb.* Neſcit tarda molimina Spiritus Sancti gratia.

Hoc impetu ductus Paulus, continuo ut Synagogam ingreſſus eſt, prædicavit Jeſum, *Act.* 9. *Ezech.* 1 habetur, ubi erat impetus ſpiritus, illuc gradiebantur, &c. Tanta eſt ejus impetus vehementia, quod ei nihil reſiſtere poteſt, nec fames, nec ſitis; *Rom.* 8. *l* De Libano] ideſt de ſummo vertice, & origine gratiarum Chriſto *Jac.* 1. Omne datum optimum, &c. Vel [de Libano] ideſt, de munditia conſcientiæ, quæ locus eſt lætitiæ redundantis, & aquas pleniſſime effundentis. De Beata Virgine poteſt etiam hoc exponi, quæ fons eſt miſericordiæ: De qua *Joel. ult.* Fons de domo Domini egredietur, &c. Eadem etiam eſt puteus, per humilitatis profunditatem: De quo *Num.* 21. Aſcendat puteus, quem foderunt Principes, &c. Dicitur ergo. *f* Fons hortorum] ideſt, Religioſorum: Et, *g* Puteus aquarum] ideſt, populorum ſæcularium. *h* Viventium] cum vita gratiæ Item primæ: nam de facili impetrant ab ea aquas gratiarum Religioſi; ceteri autem ſæculares non ita de facili, ſed cum quodam labore, ut aqua de puteo extrahitur, aquæ, ſcilicet, gratiarum. *i* Quæ fluunt impetu de Libano] ideſt, de ipſa per Libanum deſignata: quia candida, munda, & caſta, & vitæ altitudine eminente, ac meritorum prærogativa ſuper choros Angelorum exaltata. *m* Surge Aquilo, &c.] Horto conſito, irrigato, concluſo, neceſſe eſt, ut perfletur ad hoc, ut uberius fructificet. Et quia non minus in adverſitate, quam in proſperitate proficit Eccleſia: ideo tam Aquilo; quam Auſter perflare jubetur. Vel per Aquilonem Diabolus, cui tanquam victo & proſtrato dicitur: [Surge.] Per auſtrum Spiritus ſanctus, cui dicitur: [Veni] quia libere & de ſurſum venit. Vel idem, ſcilicet, Diabolus poteſt dici Aquilo, dum tentat per adverſitatem: Auſter vero dum tentat per proſperitatem. Et utroque modo Sponſa ſecura jam de Sponſi conſortio, ut proficiat magis ac magis, gaudet ſe ab eo utroque modo tentari. Unde ex confidentia, quam habet de Sponſo dicit [Surge, &c.] Vel ipſe Spiritus Sanctus ſimiliter poteſt dici Aquilo, cum immittit timorem, Auſter vero, cum accendit amorem. Vel ſic. *m* Surge Aquilo,] ideſt, recede, adverſitas, & tribulatio.

De Beata Virgine.

n Et veni Auſter] ideſt, proſperitas. Vel poteſt eſſe vox

Digitized by Google

vel Sponſi, vel Sponſæ optantis. Dominus etiam quandoque permittit occulto ſuo judicio Sponſam tentationum tribulationibus concuti, eam inde liberans, quando ſibi placet. De aquilone, ſecundum quod adverſitatem ſignificat. *Eccl.* 43. Frigidus ventus Aquilo flavit, & gelavit cryſtallus ab aquis, ſecundum quod dicitur de Diabolo *Jer.* 1. Ab Aquilone pandetur omne malum. Surge, ergo primo, ideſt, recede, ne horti mei pulchritudinem, & flores amittant. Et veni Auſter, ideſt, proſperitas, vel gratia Spiritus Sancti.
A *a* Perfla hortum &c.] ut flores emittens, & pulchra redolens in Sponſi conſpectu appaream. De Auſtro, *Job.* 37. Expandens alas ſuas ad Auſtrum, &c. Item, Surge, ſecundo, non ut abeas, ſed ut venias. *a* Perfla hortum] ut te non impediente appareant horti flores, & pulchritudo illæſa. Quod ſit, cum lætantet tribulatio, vel tentatio ſuſtinetur. Juxta illud *Hebr.* 10. Rapinam bonorum veſtrorum cum gaudio ſuſcepiſtis. Et *Act.* 5. Ibant Apoſtoli gaudentes,

a perfla hortum meum, & *b* fluent aromata illius.

C A P. V.

c VEniat Dilectus meus in hortum ſuum, ut *d* comedat fructum pomorum ſuorum. *e* Veni in hortum meum Soror mea Sponſa, *f* meſſui myrrham meam cum aromatibus meis. *g* Comedi *h* favum cum *i* melle meo, *k* bibi *l* vinum meum cum *m* lacte meo.

n Comedite, amici, & bibite, & *o* inebriamini, chariſſimi.

&c. Unde ſequitur. *b* Et fluent aromata illius] ſcilicet dona, virtutes, doctrina, conſolationes, & gratiarum actiones. Quando ſic venit Aquilo, quod cum eo venit Auſter, ideſt, Spiritus Sancti conſolatio *Abac.* 3. Deus ab Auſtro veniet, &c] ad horti perflationem tunc fluunt illius aromata prædicta. *Eccl.* 24. Rigabo hortum plantationum, & inebriabo partus mei fructus. Horum aromatum odore delectatur Dominus, unde & eorum fructus optatur, ut poſſit Sponſa dicere illud *Eccl.* 24. Sicut Cinnamomum, & Balſamum aromatizans, &c.

E X P O S I T I O C A P. V.

VEniat Dilectus meus, &c.] Supra immediate comparaverat Sponſus Sponſã horto irriguo, ſecundo & clauſo. Ipſa ergo videns eum magis agriculturæ fructus in ipſa diligere, quam amplexus: non jam ad lectum, ſed ad hortum eum invitat. Hoc autem facit, quia non vult ingrata exiſtere. Et quia ſine ipſo conſpicit nihil poſſe, quia ut dicit *Greg.* cito *Pſalm.* 24. bonum perditur, quod a largitore non cuſtoditur. *c* Veniat ergo Dilectus, &c.] cujus viæ miſericordia & veritas, ex cujus ore procedit gladius ex utraque parte acutus. *Apoc.* 1. In hoc quod dicitur, veniat, ipſius deſiderium exprimitur.

Veniat ergo duabus viis prædictis timorem incutiendo, & ad amorem alliciendo. Veniat per timorem & ſpem miniſtrando, & miſericordia conſolando. Et ſic ſpem erigendo veniat per flatum Auſtri excitando affectum, veniat per flatum Aquilonis, qui timeri debeat oſtendendo. *Matth.* 10. illum timere qui poteſt, &c. Veniat & perveniat & manſionem faciat. *Jo.* 14. Ad eum veniemus & manſionem apud eum faciemus. *Bern.* Fœlix anima, quæ Dominum Jeſum digna eſt invitare, ut veniat ad fructum maturum, nihil acerbitatis habentem. Et hoc eſt, quod ſequitur, Ut comedat, &c. *c* Veniat ergo in hortum ſuum] in me ſcilicet quam dixit hortum. Et petitur adventus ejus ſpiritualis, in mentem, vel in judicio, vel in morte, in quam veniat ad diligendum, & cuſtodiendum. Ad quid? *d* Ut comedat, &c.] non meorum. Domini etiam ſunt non Sponſæ, omnia bona, quæ habet, ſive temporalia, ſive ſpiritualia, propter quod & ipſi reddenda. Fructum ergo pomorum ſuorum comedit Dominus, cum ei in membris ſuis beneficia temporalia exhibemus: Juxta illud *Matt.* 25. Quod uni ex minimis meis &c. Et B. Martinus comedere dedit fructum pomorum ſuorum Sponſo, cum pauperem dimidia ſui pallii veſtivit parte. Et credo, quod integrum dediſſet, ſi cui dabat, plenius attendiſſet. Qui bene, quod Domini ſunt poma & fructus, attenderet, ipſo eſuriente, ea porcis aut canibus, ideſt, meretricibus & hiſtrionibus nõ conferret. Poma etiam ſunt bona opera, quæ mandibulis promiſſionum comedit & maſticat. *e* Veni in hortum] poteſt eſſe vox Sponſi ſe oſtendentis jam Sponſę precibus annuiſſe, ut ſit, veni, præteriti temporis, quaſi quod petis, jam feci. Veni, ſcilicet errantes corrigendo, infirmos ſublevando, bonos confirmando, perfectos & maturos mecum in requie collocando.

Veni, autem dicit in præterito, non venio in præſenti, ad innuendum, quod non expectat, donec vocetur venire. *Iſa.* 63. Antequam clament, ego exaudiam, &c. Veni ergo in hortum meum, &c.] ideſt, in cor humanum, ipſum in veniendo faciens hortum meum, extirpando in adventu meo ſpinas, & tribulos vitiorum ſanctarumque cogitationũ ſemina immittendo, & gratiarum fœcundo rore rigando. Vel poteſt eſſe, veni, imperativi modi, ut ſit vox Sponſi Sponſam quæ ipſum ad veniendum in hortum invitaverat, pulchra viciſſitudine reinvitantis. Nihil etiam admirabilius commercio Sponſi & Sponſæ, ut poſſit dici: O admirabile commercium, ſcilicet quod filius Dei Patris unigenitus, ac ſuper omnia dilectus, *Jer.* 25.
gloria Angelorum ad hortulos noſtros ſic invitari permittit, & nos ad ſuos hortos amplos, fructiferos & fœcundos reinvitare permittit. Veni ergo tu Sponſa, quæ me ad tuum hortum invitaveras, in hortum meum virtutum, ſcilicet omnium Paradiſum, vel in meipſum, qui ſum hortus, habens omne delectamentum, omnem amœnitatem: vel in Paradiſum cœleſtem, beatitudinem, ſcilicet æternam, ut mecum ibi conregnes, *Matt.* 25. Venite, Benedicti Patris mei, &c. *f* Meſſui myrrham meam] ideſt, immortalitatem & incorruptionem poſt mortem ſuſcepi. Et ideo bene debes venire, ut tu ſimiliter accipias. Meam autem, dicit, quia ipſe primus eam ſuſcepit, & ſolus eam impetrat. Vel ſecundum quod de præterito dictum eſt [Veni,] Quaſi bene dico, veni in hortum meum, quia jam, ibi, meſſui myrrham meam cum aromatibus meis] ideſt Martyres, & Confeſſores, cum omnibus, qui fama bonorum ſunt inſignes, in horrea cœleſtia tranſportavi. Vel per myrrham cum aromatibus, abſtinentia a malis, cum affectibus bonis & temperantia a licitis, cum tolerantia in adverſis. Vel ut hoc dicat Sponſus ad modernæ Eccleſiæ erubeſcentiam, quæ ſolum ad pomorum fructum Sponſum invitat, cum in primitiva Eccleſia tanquam maturiores fructus myrrham & aromata meſſuerit, ſcilicet, Apoſtolos & Martyres ſanctos. Vel quod prius dixit: Veniat Dilectus, &c. Vox eſt Synagogæ *Aliter.*
cum diu expectantis, Chriſti ſaltem tempore Enoch & Eliæ præſtolantis adventum. Cui reſpondet Chriſtus ſe veniſſe in alium hortum, ſcilicet Eccleſiæ Gentium, & in eo myrrham, & aloe meſſuiſſe. *g* Comedi] ideſt, ſpirituali amore mihi univi, vel in corpus meum myſticum jam tranſtuli. *h* Favum] cœtum ſcilicet, Confeſſorum, pabulum luminis, vaſa dulcedinis. *i* Cum melle meo] ideſt, cum ipſa dulcedine ſpirituali, qua eos implevi, vel cum eis divini verbi epulas guſtavi dulciter, ac libenter *Pſal.* 118. Quam dulcia faucibus meis, &c. Vel favus, Verbum caro factum, quod comedit eo ſatiando Eccleſiam, & fide reficiendo, cum melle ſpiritualis jucunditatis & dulcedinis ex illo favo liquante, vel ceteros ad veniendum & comedendum per fidem invitat. *k* Bibi] ideſt, credentes in me bibere feci. Vinum] novitatis. De quo *Matth.* 26. *Marc.* 14. Non bibam de hoc genimine vitis, uſque dum illud bibam novum in Regno Patris mei. Vetera etiam tranſierunt, & ecce nova facta ſunt omnia, poſt reſurrectionem, ſcilicet. Jam enim non flet Chriſtus pro Lazaro, non triſtatur ad mortem, non potatur aceto. Bibi ergo vinum meum, quantum ad eos, qui jam ſunt mecum in æterna beatitudine. *m* Cum lacte meo] quantum ad illos, qui adhuc manentes in via, nutrimento indigent & ſuſtentatione. Vel. *k* Bibi] ideſt, mihi incorporavi.

l Vinum,] ideſt, facile intrantes, ſpiritu ferventes, lacrymis fluentes, cordis lætitiam habentes, alios inebriantes. *m* Cum lacte meo, ideſt, cum infirmis adhuc auditoribus, cum ſimplicibus & minoribus lacte adhuc paſci indigentibus, & quia in prima refectione ſatiato Domino, juſtum eſt, ut in ſecunda menſa comedant ſervientes: Sequitur. *n* Comedite, amici, &c.] ideſt, congaudete mihi in ſpirituali convivio in præſenti. *o* Et inebriamini, &c.] ſuper excellenti lætitia in futuro. Amici ſunt, qui vel ab eo audiunt, vel pro eo faciunt; ſed erunt chariſſimi in futuro, ubi plena erit inebriatio vini meri & puriſſimi. Hic autem bibitur vinum miſtum. *Proverb.* 9. Venite, comedite panem meum, & bibite vinum meum, quod miſcui vobis. *Iſa.* 55. Emite abſque argento, & abſque ulla commutatione vinum & lac. Vel ſic: Non credatis me totum comediſſe & bibiſſe, ſed venite & vos, & comedite favum, ideſt, difficiliora præcepta implete, & bibite vinum cum lacte, ideſt, faciliora obſervate. Hæc enim oportet facere, & illa non omittere. *Matth.* 23. Vos inquam, amici eſtis, ſi feceritis ea, quæ ego præcipio vobis. *Jo.* 15. Bibite autem ita, quod inebriamini. Mali etiam bibunt ſed non inebriantur. Unde *Aggæi* 1. Bibiſtis, & non eſtis inebriati. Vel [Comedite] hic [amici] præceptorum & tribulationum duritias cum ſapore, & ſapore maſticando, ut in futuro bibatis vinũ omnium conſolationum, vel accepta prima ſtola chariſſimi, & inebriamini ab utraque: Vel amicos vocat, quia & amantes ſunt & amati,

Iſa 24. *1. Cor.* 5.

Chariſſi-

Digitized by Google

Chariſſimos vero; quia care empti: Juxta illud Apoſt. 1. *Cor.* 6. Empti enim eſtis pretio magno, &c.

a Ego dormio, &c.] Vox eſt Sponſæ ſupra a Sponſo ad inebriationem invitatæ, quæ jam a ſe inebriatam uſque ad ſomnum reſpondet. Mos enim eſt ebrii, quod libenter dormit. Dicit ergo dormio, ideſt, exterius contemplationi vaco ab impetu perſecutionum, a ſtrepitu actionum, a corporali ſollicitudine quieſco. *b* Et cor meum vigilat]ut plus bibat deſiderans, ideſt, rationis & intentionis oculus, ne tempore quietis fallatur, laborat. Sopor iſte eſt mentis exceſſus, & alienatio a carnis illecebris, a mundi ſpectaculis; quo ſopita anima fidelis amplius vigil efficitur in ſpirituali amore; bonus ſomnus & dulcis, in quo dormiendo anima vigilanti corde Deum contemplatur, unde dulcis ſomnus, & vigiliæ felices. Feliciter obdormivit Joſeph, cui in ſomnis revelatum eſt conceptum Mariæ de Spiritu Sancto eſſe, *Matth.* 1. Felices fuerunt Paſtorum vigiliæ, quibus vigilias noctis cuſtodientibus, Salvator mundi natus annunciatur, *Luc.* 2. Somnus e contra malorum malus eſt, & vigiliæ infelices, 1. *Theſſ.* 5. Qui dormiunt, nocte dormiunt, &c. Ideo dicitur *Joel.* 1. Expergiſcimini ebrii, & flete, &c. Et nota, quod eſt ſopor obedientiæ, de quo *Gen.* 2. Immiſit Dominus ſoporem in Adam,

a Ego dormio, & *b* cor meum vigilat.
c Vox *d* Dilecti mei *e* pulſantis. *f* Aperi mihi, *g* Soror mea, *h* amica mea, *i* columba mea, *k* immaculata mea: *l* quia caput meum *m* plenum eſt rore, *n* & cincinni mei *o* guttis noctium.

Multiplex ſopor. & tulit unam de coſtis ejus, & ædificavit eam in mulierem. Una de coſta dormientis tollitur, cum cor ad Dei mandata per obedientiam aperitur. Et hæc in mulierem ædificatur, cum in ædificatione bonorum ipſa mulier, ideſt, anima per filiorum generationem ſalvatur. Item eſt ſopor præſcientię, de quo *Gen.* 15. Sopor irruit ſuper Abraham, &c. Cui in ſomno iſto dictum eſt: Scito prænoſcens, quod peregrinum futurum eſt ſemen tuum, &c. Hic ſopor a Deo immittitur, cum gratia ad præſcientiam datur. Item devotionis, de quo *Gen.* 28. Dormiens Jacob vidit in ſomnis ſcalam ſtantem ſuper terram, & cacumen illius tangens cœlum, Angelos quoque Dei aſcendentes, & deſcendentes per eam. Item contemplationis, quando ſcilicet homo cum Apoſtolo uſque ad tertium cœlum rapitur, 2. *Cor.* 12. Hic ſopor ſignificatus eſt ubi, Diſcipulis in navigando laborantibus, Dominus dormiebat in mari, *Matt.* 8. In hoc quadruplici ſomno eſt invenire animalium quietem & virtutem. In primo ſenſualitas, ne prævaleat rationi, in ſervitutem redigitur: in ſecundo ne recaleſcat, caſtigatur: in tertio dejicitur, ſed in quarto procul abjicitur. Item eſt ſopor providentiæ in quo Pharao vidit ſomnium ſpicarum, & vaccarum, *Gen.* 42.
Gen. 37. Item felicis expectationis, ut fuit ſomnus Joſeph, cum vidit in ſomnio manipulos fratrum ſuorum adorare manipulum ſuum. Item Solem, & Lunam & undecim ſtellas adorare ipſum. Item revelationis, ut fuit ſopor Nabuchodonoſor, quando dixit ei, *Dan.* 2. Deus revelavit Regi, &c. Item cautelæ, ut ille, in quo vidit Nabuchodonoſor arborem & audivit: Succidite arborem, & præſcidite ramos ejus, *Dan.* 4. Item ſpeculationis, ut ſopor Danielis, quando vidit quatuor beſtias, per quas quatuor mundi regna ſignificabantur, in quibus ipſius mundi vanitatem & mutabilitatem attendit. Item ſopor ſtudii, 3. *Reg.* 3. habetur, quod Salomon dormiendo ſapientiam accepit, *Pſ.* 66. Si dormiatis inter medios cleros, &c. De omnibus ſomnis dicit Sponſa: Ego dormio, &c. Ut autem oſtendat, quod de tali ſomno loquitur, qui cordis vigilias non tollit, addit. *b* Et cor meum vigilat.] Sunt enim quidam ſomni, qui & ipſum cor faciunt obdormire, ut ſopor tædii, quo obdormivit Elias, fugiens Jezabel ſub umbra juniperi. Fugienti enim luxuriam & carnis petulantiam per mortificationem carnis, ſępe tædii ſomnus occurrit, & tunc neceſſarius eſt Angelus Dei gratia a ſomno iſto excitans, & panem ſubcinericium, & vas aquæ oſtendens, 3. *Reg.* 19. Item ſopor deſperationis, de quo *Matt.* 26. Invenit eos dormientes: Erant enim oculi eorum, intellectuales, ſcilicet, gravati, ſopore deſperationis & diffidentiæ. Item eſt ſopor negligentiæ, quo depreſſus erat Jonas in interiori navis parte, & tunc navis periclitabatur conteri. Periclitatur navis Eccleſię ſopore negligentiæ torpente Prælato. Item ſopor improvidentiæ quo tenebantur milites, qui reſurgentem Dominum perdiderunt, *Matt. ult.* Tales ſomni cor ipſum faciunt obdormire, quos admonet, cum dicit: Et cor meum vigilat. Et attende ordinem, quia prius inebriatio, poſt ſomnus, poſt quem iterum vigiliæ. De his vigiliis habetur in *Pſ.* 76. Anticipaverunt vigilias oculi mei, &c. *Pſ.* 101, Vigilavi, & factus ſum, &c. Et de muliere forti, *Prov. ult.* De nocte ſurrexit, &c. Sed multi ſunt, qui credunt quod cor ipſorum vigilet, quod tamen eſt ſopore depreſſum. Ideo dicitur 1. *Cor.* 10. Qui exiſtimat ſe ſtare, videat ne cadat. Vel poteſt hoc exponi de ſomno corporis, ſecundum quod Diſcipulis dixit Dominus, *Matt.* 26. Vigilate, & orate, ut non intretis in tentationem: Spiritus quidem promptus eſt, caro autem infirma: Et quod ita dormiam, quod cor meum vigilet, patet, quia ecce. *c* Vox dilecti mei pulſantis.] Mos eſt ſolliciti cum dormit, quod ſtatim audit vocantem, vel pulſantem. *c* Vox]ergo, ideſt, inſpiratio. *d* Dilecti mei,] qua me ad laborem invitat, facta eſt ad cor meum quod vigilat, vel ad dormientem, ne me nimis aſſecurem in ſomno, quod torpere ſic incipiam. Hæc eſt illa vox de qua dictum eſt *Ezech.* 3. Fili hominis egredere in campum, &c. Dilecti dicit, ut innuat, quod ex dilectione eam evigilet, non ex ira, vel indignatione, q.d. licet me in ſomno contemplationis inquietet, tamen me ex dilectione evigilat. Quod autem ad vocem dilecti non ſtatim evigilat anima amans quietem contemplationis, & otium, addit. *e* Pulſantis] utraque, ſcilicet manu, ideſt, tam beneficiis, quam flagellis, *Act.* 12. Percuſſoque latere Petri excitavit eum, dicens, ſurge velociter, &c. Ad oſtium noſtrum pulſat Dominus, cum nos ad profectum virtutum excitat, cum promiſſis gaudiis admonet de regni acquiſitione, *Apoc.* 3. Ego ſto ad oſtium, &c. Pulſat ergo dicens. *f* Aperi mihi. &c.] Duobus modis pulſanti Domino aperimus, cum illi cor noſtrum ad ſuſcipiendum incrementum ejus, quæ cum habemus pandimus, vel cum per prædicationem ad ſuſcipiendum timorem Dei, vel amorem cor proximi aperimus. Aperi ergo mihi de virtute in virtutem in cordis dilectione eundo, *Iſa.* 45. Aperiatur terra, &c. Item, aperi mihi per prædicationem corda auditorum, ut intrem, & cum eis cœnem, & ipſi mecum, *Apoc.* 3. Hæc apertio fit ſurgendo ab otio, & prædicationi inſtando, 2. *Cor.* 2. Cum veniſſem autem Trojadem propter Evangelium Chriſti, & oſtium mihi apertum eſſet, &c. Et quod aperire debeat multas enumerat cauſas. *g* Soror mea,] quaſi coheres mihi in regno, & libera, vel ſi meam fecerit voluntatem. Juxta illud *Matt.* 12. Qui fecerit voluntatem Patris mei qui in cœlis eſt, hic mihi pater, & mater, & frater, & ſoror eſt. *h* Amica mea,] jugum ſcilicet ſervitutis egreſſa, & arcanorum meorum conſcia facta ſecundum quod dicitur amicus, quaſi animi cuſtos, *Joan.* 15. Jam non dicam vos ſervos, &c. vos autem dixi amicus, &c. Vel amica, ſi velis quod volo, ſecundum quod dicit Philoſophus; quod vera amicitia eſt idem velle, idem nolle. *i* Columba mea] ſimplex, ſcilicet carens felle invidiæ, & dono mei Spiritus illuſtrata, ne periclitari timeas, ſi mihi aperias. Nā quanto plures ſocios habueris, tanto magis cauta eris, & umbram accipitris levius percipies. *k* Immaculata mea,] quia ſanguinis mei flumine lota. Vel, ſoror mea in incarnatione, amica in paſſione, columba in Spiritus Sancti perceptione, immaculata in Baptiſmi lotione. Merito autem ſibi aperiri poſtulat, quia prius, & ipſe aperit & non pulſanti. De aperiendo pulſanti dicit *Luc.* 11. Pulſate, & aperietur vobis. Sed etiam de non pulſantibus habet *Luc. ult.* quod aperuit illis ſenſum ut intelligerent Scripturas, *Pſ.* 80. Aperi os tuum, & implebo illud *Ezech.* 3. Aperui os meum, & cibavit me volumine, &c. Quamdiu autem, quamque infatigabiliter pulſaverit, inſinuat ſubdens. *l* Quia caput meum plenum eſt rore, &c.] quaſi tamdiu ſteti extra pulſans ad intrandum nocturno rori, & pluviæ expoſitus, quod caput, &c. Vel per caput Sponſi fidem, per rorem terrenam fęlicitatem. Caput ergo meum plenum eſt rore, quia fides refrigunt terrenorum amore. *n* Et cincinni,] ſcilicet capilli criſpi, ideſt fidei amore invicem colligati Chriſto capiti adhætentes pleni ſunt. *o* Guttis noctium,] ideſt, patiuntur frigora perſecutionum & tentationum Dæmonum, vel impiorum hominum. Vel. *l* Caput,] ideſt, Prælati. *m* Plenum eſt rore,] ideſt, abundat divitiis, & deliciis hujus ſæculi, quę ſunt quaſi quidam ros cito areſactus, *Oſeæ* 6. Miſericordia veſtra quaſi nubes matutina, & quaſi ros mane pertranſiens. *n* Et ideo] cincinni, ideſt, ſubditi pleni ſunt. *o* Guttis noctium,] ideſt, tentationum, & peccatorum, & deliciis, ut *ſup.* Vel cincinni, ideſt, Clauſtrales, & Religioſi. Guttis noctium, ideſt, curis temporalium, & litigiis, propter quod ſtat foris Rex a propria civitate proſcriptus, Pontifex a ſua Eccleſia excommunicatus, Dominus a domo ſua ejectus, Sponſus a ſuo thalamo excluſus. Ideo Sponſæ clamat, pulſans, & dicens: Aperi, &c. Vel ideo aperi, ut te irrigem, & fecundem. *l* Quia caput meum, &c.] ideſt, Divinitas. *m* Plenum eſt rore,] ideſt, gratia omnimoda, a qua ros gratiæ fluit ad membra. *Joan.* 1. De plenitudine ejus omnes accepimus, &c. Etenim datus eſt ſpiritus, non ad menſuram. *Joan.* 3. Etiam ſecundum humanitatem. Unde ſubdit. *n* Cincinni mei,] ideſt, humanitas, pleni ſunt. *o* Guttis

noctium] ideſt, ſtillis gratiarum de nocte cadentium, ideſt, tenebroſa corda illuminantium & præparantium ad rorem gratiæ gratum facientem ſuſcipiendum.

a Expoliavi me, &c.] Reſponſio eſt Sponſæ non inobedientis, ſed metuentis, ad modum ovis timidæ inter lupos exire volentis, cum ſuam cognoſcat infirmitatem, ideo dicit: [Quomodo] quaſi parata ſum, ſed timeo tamen.

a Expoliavi me *b* tunica mea, *c* quomodo induar illa?

d Lavi pedes meos, *e* quomodo inquinabo illos?

f Dilectus meus miſit manum ſuam per *g* foramen, & *h* venter meus † *i* intremuit ad tactum ejus.

k Surrexi, ut aperirem Dilecto meo.

l Manus meæ † & *m* diſtillaverunt *n* myrrham, *o* & digiti mei pleni ſunt myrrha probatiſſima,

al. † contremuit.

al. † ſtillaverunt.

b Tunica mea] tunica iſta veteris hominis culpa eſt, quam dicit ſe exuiſſe, juxta Apoſtoli conſilium, *Coloſſ.* 3. Exuite vos veterem hominem, &c. Et ideo eam habeas odio, timet ad eam redire. *Canon. Judæ in fine.* Odientes eam, quæ carnalis eſt, maculatam &c. Vel [tunica] iſta eſt temporalium cura, de qua *Matt.* 24. Qui in agro eſt, non revertatur tollere tunicam ſuam. Nemo enim militans Deo, implicat ſe negotiis ſæcularibus, 2. *Tim.* 2.

B

[Vel tunica] eſt ipſa vita activa, ſive converſatio communis, quam oportet in multis habere exeuntem ad opera activæ, ut morem eis gerat, inter quos converſatur. Hæc eſt tunica polymita Joſeph, quam fratres ejus hædi ſanguine maculaverunt, *Gen.* 37. *c* Quomodo induar illa?] Ex quo his omnibus renunciavi, quomodo iterum ad ea revertar, ut iterum veterem hominem induam, vel temporalibus curis me exponam, ut mundi ſordibus me polluam? *d* Lavi pedes meos] lacrymis compunctionis, ſcilicet omne lutum peccati, omnem pulverem affectus terreni, quem excuſſi, vel aſperitate pœnitentiæ, aut auſteritate clauſtralis diſciplinæ: Lavi etiam totos affectus in Deum pia, & devota affectione. *e* Quomodo inquinabo illos?] Quaſi dicat ſi exeam, timeo, ne coinquinentur, nam vix poteſt exiri ad opera activæ ſine peccati admixtione.

Unde Tobiam juniorem, qui exierat ad flumen Tigris, etiam ut pedes lavaret, voluit piſcis immanis devorare, *Tob.* 6. Ideo *Job.* 29. in perſona animæ fidelis a ſeque contemplationis ad activam egreſſæ, dicit: Quis mihi tribuat, ut ſim juxta menſes priſtinos ſecundum dies quibus Deus cuſtodiebat me, quando lavabo pedes meos butyro? Pedes ergo iſti ſunt affectus & cogitationes, quibus totaliter debemus in Deum efferri, *Iſa.* 23. Ducent eam longe pedes ſui ad peregrinandum. Hos pedes tam in nobis, quam etiam in aliis debemus lavare, ideſt, affectiones noſtras ab omni terrena intentione, & mundana excutere, & alios verbo & exemplo hoc docere. Unde *Jo.* 13. Si ego lavi pedes veſtros Dominus & magiſter, & vos debetis alter alterius lavare pedes.

Ideo dixit Abraham, *Gen.* 19. Angelis, qui in perſona trium virorum ei apparuerant: Afferam pauxillum aquæ, & laventur pedes veſtri, &c. Multis modis contingit pedes iſtos lavari, quæ ſolent notari ſuper illud *Pſal.* 6. Lavabo per ſingulas noctes, &c. Unde & *Joan.* 2. habetur, quod ſex hydriæ erant poſitæ ſecundum purificationem Judæorum. *f* Dilectus meus miſit manum ſuam per foramen, & venter meus intremuit ad tactum ejus.] Magna Dei clementia hic oſtenditur, qui cum ei non aperitur licet pulſanti, manum per foramen intromittit. Oſtium quo ad Sponſam intrat Sponſus, cum ei aperitur, amor eſt; ſed foramen per quod manum mittit, eſt timor.

Hoc eſt foramen acus, per quod facilius eſt camelum intrare, &c. *Matth.* 19. Dicit ergo Sponſa: Et ſi pericula egrediendi timeam, tamen in Dilecti auxilio confidenter agam: Quia. *f* Dilectus meus miſit manum ſuam] ideſt, quæ pro me operatus eſt, mihi manifeſtavit. *g* Per foramen] & timore ſcilicet me concutiens, & deſidiam, quia quietem amabam, a me excutiens, meque conſiderantem eum tot & tanta pro me ſuſtinuiſſe, ſic otioſam manentem exercens. *h* Et venter meus] ideſt, teneriores, & ad correctionem faciliores, vel infirmitas mea ex qua tepida fiebam.

i Intremuit ad tactum ejus] ideſt, timore compuncti ſunt, vel me terruit, quia quietem elegeram.

De primo ventre, *Apoc.* 10. Cum devoraſſem librum, amaricatus eſt venter meus, &c.

De ſecundo, *Jer.* 4. Ventrem meum, ventrem meum doleo, &c. Sed multi ſunt quibus Dominus manum iſtam oſtendit, qui nec etiam reſpicere eam volunt.

Unde *Prov.* 1. Extendi manum meam, & non fuit qui aſpiceret. *Iſa* 5. Opus Domini non reſpicitis. Et ideo talibus neceſſarius eſt tactus, vel per occultam inſpirationem, vel per flagella. *Pſal.* 143. Tange montes, & fumigabunt. *Jerem.* 1. Miſit manum ſuam, & tetigit os meum, &c. Tangi non expectabat, qui dixit *Habac.* 3. Conſideravi opera tua, & expavi. &c. Vel manus dilecti, filius eſt Dei Patris: De qua *Pſ.* 143. Emitte manum tuam de alto, &c. Hanc manum miſit, cum per incarnationem eum viſibilem fecit. Sed per foramen cum eum per anguſtiam paſſionis tranſire voluit. Hoc eſt foramen, in quo columba invitatur, ut veniat, *ſupr.* 2. Hanc adhuc quotidie per foramen mittit, cum per ſubtilem intellectum, & internam inſpirationem Chriſtum, & ejus paſſionem ad memoriam reducit. *h* Et venter meus] ideſt, cor meum, & conſcientia. *i* Intremuit ad tactum ejus] ideſt, timui me ab eo debere, vel poſſe redargui, ſi pro ipſius amore quietem meam non negligerem, qui pro amore meo de ſinu Patris ad tot & tantas miſerias deſcendere non neglexit. Et ideo. k Surrexi, ut aperirem, &c.] a contemplationis ſcilicet, dormitione, vel quiete ad laborem activæ: Ab otio enim ſurgendum eſt ad opera, *Prov. ult.* De nocte ſurrexit, &c. *Ezech* 2. Sta ſuper pedes tuos, &c. Sed multi ſunt etiam quibus licet pulſet Deus ad oſtium, & manum per foramen mittat, & etiam manum flagellantem adhibeat; tamen aperire nolunt, ſed dicunt illud *Iſa.* 28. Expecta, reexpecta, &c. [Surrexi] ergo [ut aperirem dilecto meo] Et nota, quod ſicut Sponſus tria de ſe expreſſerat, ſcilicet in capite, naturam in Chriſto, ſcilicet eſſentiam, quod ſolius Sponſi eſt; in cincinno figuravit ſigna, ſcilicet, quod eſt eruditorum, & perfectorum in via; in guttis noctium, facturam, ſcilicet, quæ ſunt ſimplicium: Ita Sponſa hæc tria eis reſpondentia facit; nam tremit cœleſtem Sponſi inſpirationem ſentiens, ſurgit voluntati divinæ conſentiens, aperit orationi ſe totam indulgens.

Et hæc tria tanguntur in *Pſal.* 76 Memor fui Dei, & delectatus ſum, & exercitatus ſum; nam licet Dei memoria tremorem incutiat; tamen tremor ille delectat, exercitatus ſum in aſſurgendo, & defecit ſpiritus meus, me totam divinis obſequiis mancipando, ac totaliter exponendo. [Surrexi, ut aperirem dilecto meo] prædicando, docendo, prius tamen faciendo. Unde ſubdit. *l* Manus meæ] ideſt, opera. *m* Diſtillaverunt,] ideſt, circumquaque aliis ſuderunt.

n Myrrham] ideſt, exemplum pro Chriſto ſuſtinendi amara; tunc manus myrrham diſtillant, quando cuncta opera pœnitentiam prædicant. Utraque manus myrrham diſtillare debet per dexteram opera miſericordiæ, ideſt, eleemoſynarum largitio, per ſiniſtram moleſtiarum perpeſſio debet ſtillare.

De his manibus dicitur *Matth.* 6. Neſciat ſiniſtra tua, quid faciat dextera tua. Tunc ſcit ſiniſtra, quid faciat dextera; quando ex operibus miſericordiæ confidentes, ardua, ac aſpera pœnitentiæ opera aggredi prætermittunt.

Vel manus Sponſæ ſunt miniſtri Eccleſiæ & Prælati, per quos ipſa operatur. Hæ manus myrrham ſtillant, cum Prælati in operibus pœnitentiæ ſic abundant, ut ſe totos etiam ſubditos idem perfundant.

Per myrrham enim carnis mortificatio, ſcilicet vigiliæ, labor, fames, groſſus panis, dura veſtis, & hujuſmodi: Quorum fit diſtillatio, cum hæc invicem ſibi ſuccedunt.

Manus Regis Ninive hanc myrrham diſtillaverunt, cum de ſolio ſuo ſurrexit, & abjecto veſtimento Regio indutus eſt ſacco, & ſedit in cinere, &c. *Jonæ* 3. Et *Prov. ult.* Manum ſuam miſit ad fortia, & digiti ejus apprehenderunt ſuſum. De quibus digitis ſubdit.

o Et digiti mei pleni ſunt myrrha probatiſſima.] Per digitos, qui diſcreti ſunt ab invicem, operum diſcretio deſignatur, ſine qua parum, aut nihil proſunt opera. Unde *Rom.* 12. Rationabile ſit obſequium veſtrum. Tunc digiti ſunt pleni myrrha probatiſſima, quando ex ſalubri mentis amaritudine, & moleſtia, ac deteſtabili peccati recordatione, diſcretio operum procedit. Magna eſt myrrhæ probatio, humilitas confeſſionis, major impenſa ſatisfactionis, ſed maxima immutatio priſtinæ converſationis, quia tunc eſt myrrha probatiſſima. Vel digiti Sponſæ ſunt illi, qui ſpiritualibus, ſpiritualia, & ſubtiliora prædicant: Qui pleni ſunt myrrha probata, cum abundant in aſperitate & amaritudine diſciplinæ, probatiori, cum increpatione doctrinæ, probatiſſima in diſcreta executione ſententiæ.

Vel

Digitized by Google

Vel myrrha prima, ſive probata, penitentia peccatorum: myrrha electa, ſive probatior, penitentia Juſtorum: myrrha vero probatiſſima, pœnitentia perfectorum. Poſtquam ſurrexit Sponſa, non reſtat, niſi ut oſtium aperiat. Unde ſubdit.

a Peſſulum oſtii mei apperui Dilecto meo, at *b* ille declinaverat, atque tranſierat. *c* Anima mea liquefacta eſt, ut † Dilectus locutus eſt. *d* Quæſivi & non inveni illum: *e* vocavi *f* & non reſpondit mihi. *g* Invenerunt me cuſtodes, *h* qui circuierunt civitatem: *i* percuſſerunt me, & *k* vulneraverunt me, *l* tulerunt pallium meum *m* cuſtodes murorum. *n* Adjuro vos, filiæ Jeruſalem, ſi inveneritis Dilectum meum, ut nuncietis ei: quia amore langueo.

al. † non habet Dilectus.

a Peſſulum oſtii mei, &c.] quaſi dicat, aperui cor meum ad Sponſum, pleneque perfecte recipiendum amovendo obſtaculum puſillanimitatis, & cauſam peccati. *Pſal* 23. Attollite portas, Principes, veſtras, &c. Et *Judith.* 13.

Aperite portas, quoniam nobiſcum eſt Deus, &c. Vel. [Peſſulum oſtii mei aperui] ideſt, liberi arbitrii diſſenſum, & omne, quod gratiæ reſiſtere poteſt a meo, & ſubditorum cordibus mea prædicatione amovi.

b At ille declinaverat, &c.] ideſt, in corda illorum, antequam plene aperuiſſem, jam lapſus erat, qui uſque dum ex toto apertum ſit oſtium, non expectat. Unde *Pſalm.* 9. Præparationem cordis eorum audivit auris tua. Propter quod & Angelus dixit Mariæ: Dominus tecum. *Luc.* 2. Vel ſic, ut dicatur Dilectus manum per foramen mittere, quando in præſenti ad modicum ſuæ præſentiæ lumen exhibet, & tunc mens tacta tremit, ut patet *Dan.* 10. Domine mi, in viſione tua diſſolutæ ſunt compages meæ, &c. Et tunc tacta, totum oſtium cordis nititur aperire, ut plene ſubintret Sponſus, omnem alienum amorem deteſtatur.

Et hoc eſt peſſulum aperire, quo clauſum prius Sponſo cordis oſtium tenebatur. At ille declinaverat, quia illa ſuavitas ſtatim rapitur, ut vix hora dimidia in cœlo, ideſt, in anima ſancta ſit ſilentium, donec in futuro ſe totum, & ſemper manifeſtiſſime exhibeat ad fruendum; hic autem corpus, quod corrumpitur, aggravat animam. *Sap.* 9. Vel dicitur declinaſſe in ea Sponſus, quia ſe plene non exhibet ad videndum: quia Deum nemo vidit unquam. *Joan.* 1. Et *Exod.* 33.

Non videbit me homo, & vivet. Vel declinat, dum præſentia ſubtollit gaudia: tranſit, cum provocat ad æterna.

Sed hoc declinare non eſt in ira. Unde *Pſalm.* 26. Ne declines in ira a ſervo tuo. Declinaverat ergo non in ira cognitionem ſui in parte ſubtrahendo; ſed ut ardentius quæreretur.

Et quod hic minus dat, in æterna retributione in fœnore multo compenſat. Et ideo ex hoc non habet conqueri anima, quaſi deſiderio defraudata; ſed lætari, quaſi amplius deſiderio amoris accenſa. Unde ſubdit.

c Anima mea liquefacta, &c.] De promiſſione æternorum. *Pſal.* 121. Lætatus ſum in his, &c. Liquefit anima ad ignem amoris, & devotionis in imbrem lacrymarum, ſicut glacies ad Solem in torrentem aquarum; & ſicut cera ad ignem ad omnem modulum divinæ voluntatis aptatur. Unde *Pſal.* 21. Factum eſt cor meum tanquam cera liqueſcens, &c. Et *Job* 28. Lapis calore ſolutus in æs convertitur. Et hoc, ut Dilectus locutus eſt, cujus ſermo corda incendit amore. Sermo enim Moyſi congelabat ea timore. *Pſalm.* 118. Ignitum eloquium tuum vehementer. Et *Jerem.* 23. Nonne verba mea quaſi ignis, &c. Quando ergo Dilectus locutus eſt nobis in filio, liquefacta eſt anima mea. *Oſ.* 74. Liquefacta eſt terra, ideſt, Eccleſia, & omnes, qui habitant in ea. Vel ita potes continuare. Declinaverat, & tranſierat ſuæ inſpirationis dulcedinem ſubtrahendo; ſed tamen non ita, quin prius ſuam inſinuaret animæ voluntatem, loquens ei incipientibus, ſcilicet, per compunctionem, proficientibus per devotionem, perfectis vero per † defectionem.

al. † refectionem.

Et hoc eſt. Anima mea, &c. Nec dicit, quod locutus eſt ad innuendum quod multa. Sicut Moyſi dixit *Exod.* 33. Ego oſtendam tibi omne bonum. Locutus enim eſt de requie æterna, in qua eſt omne bonum in viſione Dei. Item locutus eſt Samaritanæ. *Joan.* 4. cui dixit: Quinque viros habuiſti, &c. ſic loquitur peccata ad memoriam reducendo. Item ſicut Zachæo, cui dixit *Luc.* 19. Hodie ſalus huic domui, &c. ſalutem conferendo. Hoc orat *Pſal.* 34. dicens: Dic animæ meæ: Salus tua ego ſum. Item ſicut Centurioni, cui dixit *Matt.* 8. Ego veniam, & curabo eum, internam conſolationem retribuendo. Item ut Petro, cui dixit *Luc.* 5. Ex hoc jam eris homines capiens, gratiam prædicationis, & convertendi alios conferendo. Et prælibatio gaudii excitat deſiderium quærendi, ſubdit. *d* Quæſivi, & non inveni illum] Quæſivi, ſcilicet ut abundantius fruerer, & ut plenius cognoſcerem. *Exod.* 33. Si inveni gratiam in conſpectu tuo, oſtende mihi faciem tuam. Et in *Pſ.* 26. Faciem tuam, Domine, requiram, & 2. *Reg.* 14. dixit Abſalon ad Joab: Obſecro, ut videam faciem Regis. Et licet diligenter quæſierim; non tamen inveni illum ad plene fruendum, vel cognoſcendum; quia hæc duo in patria reſervantur. Unde *Exod.* 33. Non poteris videre faciem meam. Non enim videbit me homo, & vivet. Et *Joan.* 1. Deum nemo vidit unquam. *e* Vocavi] deſiderio, opere, & oratione. *f* Et tamen, [non reſpondit mihi] ſe mihi plene indicando. De hoc conqueritur *Abac.* 1. Uſquequo, Domine, clamabo, & non exaudies, &c. Licet autem Sponſum non invenerit; non tamen eam omnino dereliquit. Unde ſubdit. *g* Invenerunt me cuſtodes, &c.] anxiam, ſcilicet, & Sponſum invenire curioſam.

Sap. 2. & 3. & inf. 8.

Vigiles iſti, vel cuſtodes ſunt Prælati, Doctores, Prædicatores, qui animam inveniunt anxiam conſolando, curioſam reprehendendo. De his vigilibus habetur in *Pſalm.* 129. Ecce non dormitabit, neque dormiet, qui cuſtodit Iſrael. Vel. Invenerunt, ideſt, meipſam, quæ mihi perdita eram, me ſuis exhortationibus invenire fecerunt, ſecundum quod dicit David 2. *Reg.* 7. Invenit ſervus cor ſuum, &c. Signanter autem dicit [Invenerunt] quia ita loquitur de multis, ac ſi omnia eorum geſta intus in eorum cordibus aſpiceret. Invenerunt ergo vigiles. *h* Qui circuierunt civitatem] ut *Neemiæ* 7. Et etiam exemplo Domini, de quo *Matth.* 9. Circuibat Jeſus omnes civitates, & caſtella, &c. *Pſ.* 58. Famem patientur ut canes, & circuibunt civitatem. *i* Percuſſerunt me] duris increpationibus & objurgationibus, ad quod tenentur. Unde & ille, qui noluit percutere Prophetam, a leone devoratus eſt; quia voci Domini non obedivit. k Et vulneraverunt me] ideſt, gladio Spiritus, quod eſt verbum Dei, dolorem pœnitudinis intulerunt. *Iſa.* 49. Poſuit os meum quaſi gladium acutum.

3. Reg. 20.

Vel [vulneraverunt] ideſt, magis ſauciam & vulneratam fecerunt. *l* Tulerunt, &c. ideſt, ut nuda nudum ſequerer, me omnia relinquere fecerunt, vel peccatum, ſi quod latebat, detexerunt.

Vel per pallium, quo diverſimode utimur, curioſitas & pompa ſæculi ſignificatur, qua aliis volumus conformari, licet dicat Apoſtolus *Rom* 12. Nolite conformari huic ſæculo nequam. Hoc pallium reliquit Joſeph in manibus Dominæ ſuæ, & aufugit. *Gen.* 38. Hoc eſt pallium, quod furatus eſt Achor. *Joſue* 7. Et de eodem dicit *Iſa.* 28. Pallium breve eſt, utrumque operire non poteſt, ideſt, non poteſt aliquis eſſe curialis mundo & Deo. *m* Cuſtodes murorum] iidem ſunt, & vigiles, niſi quod per vigiles majores, per cuſtodes minores poſſumus intelligere, *ſup.* 1.

Poſuerunt me cuſtodem in vineis. Vel [cuſtodes murorum] ſunt Spiritus Angelici. De quibus *Iſa.* 52.

Super muros tuos, Jeruſalem, conſtitui cuſtodes. Et ut dicit *B. Bern.* O quam benignus es, Domine, qui noſtrorum non es contentus fragilitate murorum; ſed ipſis Angelorum cuſtodiam ſuper ponis. Hi Sponſam inveniunt, cum fidelem animam ad ſui cognitionem venire faciunt: pallium auferunt, cum velamen ignorantiæ tollunt. Vel per pallium, mundana iſta converſatio intelligitur, quam multis auferunt, ſicut Prædicatores; nudos tamen non relinquunt, ſed pallium, ideſt religionis habitum tribuunt. Hoc eſt pallium, quod reliquit Elias Eliſæo, 4. *Reg.* 2. Et *Exod.* habetur, quod filii Iſrael ligaverunt farinam in palliis ſuis. *n* Adjuro vos, filiæ Jeruſalem, ſi inveneritis, &c.] Sponſa iſta ſic inventa, percuſſa, vulnerata & ſpoliata, magis langueſcere incipit, cui omnia temporalia jam inſipida facta ſunt, & filias Jeruſalem, minores, quæ ſecum quærunt, adjurat, ut avidius quærant: quia quo a pluribus quæritur, citius invenitur, quia etiam quandoque revelatur minoribus, quod latet majores, 1. *Cor.* 14.

Vel filias Jeruſalem, Angelos ipſos vocat quos prius dixerat cuſtodes; aut etiam animas ſanctas, quæ jam cum Deo in Jeruſalem cœleſti regnant: quos, vel quas adjurat, ut quia jam Dilectum invenerunt, ſuis votis, & precibus languorem ſuum ei nuncient, quaſi ſecura ſit, quod ipſe, qui tantum diligit, ſi languorem Sponſæ audiat, diu ſuſtinere non poſſit. Languet enim amore ſpirituali tota tendens in Deum, & terrena jam

Digitized by Google

omnino deſpiciens. Anima enim ſatiata calcabit favum, *Prov.* 27. Gregor. Facile terrena deſpicit, qui ad cœleſtia aſpicienda ſe erigit. Simile *Joan.* 11. dixit Martha ad Jeſum: Veni, & vide. Non dixit: Reſuſcita Lazarum. Et *Joan.* 2. Vinum non habent, dixit mater Jeſu. Similiter non dicit: Dicatis ei, ut veniat ad me viſitandum, & ſanandum, ſed quia amore langueo. Sic autem adjuratæ ſodales languorem Sponſæ attendentes, reſpondent. *a* Qualis eſt Dilectus tuus ex dilecto, o pulcherrima mulierum?

al † ex Dilecto.

a Qualis eſt Dilectus tuus ex *b* dilecto, o *c* pulcherrima mulierum? *d* Qualis eſt Dilectus tuus, † quia ſic adjuraſti nos? *e* Dilectus meus candidus, & rubicundus, *f* electus *g* ex millibus. *h* Caput ejus *i* aurum optimum. *k* Comæ ejus ſicut *l* elatæ palmarum, nigræ *m* quaſi corvus. *n* Oculi ejus ſicut columbæ

Qualis eſt dilectus tuus, &c.] quaſi ex quo ita langues præ nimietate amoris, & ita non adjuraſti, ut languorem tuum dilecto nunciemus: Indica ergo nobis qualis eſt, ut eum cognoſcamus, & tecum pariter langueamus. Vel non ignorantes interrogant, ſed ut ex dilecti deſcriptione tam in ſe, quam in Sponſa dilectionis provocent incrementum. *c* O pulcherrima mulierum] quaſi valde pulcher credendus eſt, ex quo tu, quæ pulcherrima es in muneribus gratiarum, & virtutum, ita amore ipſius langues. *a* Qualis ergo eſt dilectus] Dei filius, qui eſt. *b* Ex dilecto] Deo Patre, ideſt, ad differentiam dilecti, qui non eſt ex dilecto, ideſt, in quantum eſt ex dilecto, ideſt, ſecundum divinam naturam lucem habitans inacceſſibilem Deus ſuper omnia, ſedens ad dexteram Dei Patris, ei æqualis exiſtens. Et repetit, *d* Qualis eſt dilectus tuus] nec addit ex dilecto, ut innuat ſe quærere qualis ſit ſecundum humanam naturam, ſecundum quam non eſt ex dilecto, ſed potius ex dilecta, ſcilicet Virgine Maria, quaſi quam amabilis, quam incomprehenſibilis, quam ſanctus, & quam impollutus, quam ſpecioſus forma præ filiis hominum, quam plenus gratia & veritate, quam excellens omnimoda bonitate.

Vel etiam non repetit ex dilecto, ut ſit neutri generis, quaſi magis diligendus ſit, ac etiam admirandus ſecundum divinam naturam. Vel ſic: Dicis te amore languere, & revera multum tibi ſolebat eſſe dilectus Sponſus tuus, ſed nunc ut comperiamur, ſi vere langueas, aut ſimules te languere, dic nobis qualis ex dilecto eſt tibi dilectus? nunquid odioſus, aut non dilectus, aut oblivioni datus, aut ignotus, aut neglectus, aut contemptus? Odit deſperatio, obliviſcitur Ingratitudo, ignorat infidelitas, negligit diſſimulatio, deſpicit obſtinatio. Sed econtra amor odium tollit, devotio fugat oblivionem, ut memoriam abundantiæ ſuavitatis eructet, fides pellit ignorantiam, deſiderium negligentiam rejicit, confidentia removet contemptum. Et reſpondet Sponſa amore dilecti accenſa.

e Dilectus meus candidus, & rubicundus.] Candidus ſecundum divinam naturam, quia eſt candor lucis æternæ, *Sap.* 7. Rubicundus ſecundum humanam naturam, quia matris ſanguine coagulatus, *Sap.* 7.

Vel utrumque ſecundum divinam gratiam: Candidus ſcilicet, quia lucem habitat inacceſſibilem, & tenebræ in eo non ſunt ullæ; rubicundus vero, quia ignis conſumens, & Sol oriens.

Vel utrumque ſecundum humanam naturam, candidus, ſcilicet, candore innocentiæ in Nativitate, rubicundus vero in Paſſione proprio ſanguine.

Vel candidus in domo Herodis, rubicundus in prætorio Pilati, hoc quoad veſtimenta.

Vel candidus in effectu, rubicundus vero in ſe. Unde *Apoc.* 7. Dealbaverunt ſtolas ſuas in ſanguine Agni. Vel in eo candet veritas, & ardet charitas.

f Electus] unus, ſcilicet & ſolus.

g Ex millibus] hominum, & Angelorum ad humani generis redemptionem. *Hebr.* 1. Portans omnia verbo virtutis ſuæ purgationem peccatorum faciens, ſedet ad dexteram Majeſtatis ejus, &c. *Eccl.* 7. Virum de mille unum reperi, &c. *Pſalm.* 13. & 52. Non eſt qui faciat bonum, ſcilicet humani generis redemptionem, non eſt uſque ad unum, ideſt, niſi unus.

Unde *Job* 33. Inveni in quo ei propitiar. Vel, [Electus ex millibus] ideſt, ab omnibus communiter, & pro omnibus in Pontificatum electus. *Hebr.* 7. Talis enim decebat, ut nobis eſſet Pontifex, ſanctus, innocens, impollutus, ſegregatus a peccatoribus, & excelſior cœlis factus.

Vel ut iſta referamus ad membra: Candidus, in Virginum, & Confeſſorum innocentia, rubicundus in ſanguine Martyrum, ſed electus ex millibus, in cetera multitudine vocatorum, in qua electi reſpectu reproborum ſunt quaſi unus reſpectu mille. Multi enim ſunt vocati, pauci vero electi. Matt. 20.

Et nota quod multa hic in commendationem Sponſi enumerat, quorum quodlibet trahit in Sponſæ, ideſt, fidelis animæ effectum, & in fine concludit. [Et totus deſiderabilis.] Et attendenda eſt Sponſæ hic inſtructio, filiorum doctrina, devotio, & diligentia; quia Sponſi laudes prompte eloquitur, ornate figurat pariter, & diſtincte enumerat, ſummatim ſtringit, affectuoſe concludit, cum dicit: [Talis eſt dilectus meus, & ipſe eſt amicus meus. Redeamus ergo ad ſingulorum expoſitionem.

h Caput ejus aurum optimum.] Per caput, Chriſti Divinitas, vel ipſe Chriſtus, ut ſit intranſitiva conſtructio, qui eſt divina Sapientia plenus; bonum aurum angelica melius, ſed divina optimum. *Proverb* 8. Pretioſior eſt cunctis opibus, &c. Bonum eſt aurum, quod tribulationis igne purificatur.

16. dist. c. qua Eccl.

Talis fuit Lazarus, qui in vita ſua mala recepit, ut mereretur in ſinu Abrahæ collocari. *Luc.* 16. Melius eſt aurum, cujus puritas tentationis igne probatur; tale aurum fuit Job afflictus fruſtra. Sed optimum eſt aurum Chriſti ipſa perſona, quod probatione ſua ceteros purgat, & mundat. Vel ſpiritualia Chriſti membra, ideſt, gratiarum dona hic deſcribuntur. *h* Caput ergo] ideſt, divina Sapientia, eſt quaſi. *i* Aurum optimum,] ideſt, omni alii Sapientiæ incomparabile. *Prov.* 8. Omne deſiderabile ei non valet comparari. *k* Comæ ejus] ideſt, cogitationes ejus. *l* Sicut elatæ palmæ,] ideſt, rectæ, ſanctæ, victorioſæ, ſublimes, & ſurſum tendentes, alios Spiritus ſancti plenitudine fœcundantes, ſicut dicitur, quod ventus per folia palmæ maſculinæ ad folia feminæ tranſiens, eam fœcundet. Et de plenitudine Chriſti nos omnes accepimus. *Joan.* 1. Folia palmarum elatæ dicuntur, ab effectu efferes media producta, quia recta ſunt & erecta.

Vel quia alia translatio habet: [Crines ejus abietis.] Abies Græce, elates dicitur media correpta, & videtur a Græco ſumptum. Et *Greg.* Eſt quædam ſpecies abietis palmæ ſimilis in hoc, quod in directum protenditur, & folia longa habet, & recta.

Vel comæ capitis ejus ſunt infantia, panniculi, infirmitas, & cetera huiuſmodi, quæ caput Divinitatis obumbrant, & velant.

m Nigræ quaſi corvus] ideſt, humiles, mundo deſpicabiles de cadaveribus, ideſt, peccatoribus. Vel comæ capitis ejus, corpus & anima Chriſti Divinitati, quæ caput eſt per unionem hærentes & eam tegentes, quæ elatis palmarum comparantur, quæ ſolent coronare victores, quia per eam Diabolum in cruce devicit.

Quæ comæ in paſſione nigræ fuerunt, quaſi corvus, quia non erat ei ſpecies, neque decor, cum carnes ejus eſſent in clibano crucis exuſtæ igne paſſionis & tribulationis. Et quod legitur *Apoc.* 1. quod caput, & capilli ejus erant candidi quaſi lana, & alba quaſi nix, referas albedinem nivis ad pudicitiam. Nix enim, quæ de cœlo deſcendit, cœlibatum deſignat. Albedinem vero lanæ, quæ de carne oritur, ad manſuetudinem. Juxta illud *Galat. ult.* Conſiderans te ipſum, ne & tu tenteris. *n* Oculi ejus ſicut columbæ, &c.] Illi oculi ſunt dona Spiritus Sancti, quæ ſunt ſicut columbæ, quæ in petris habitant, cito volant, alienos nutriunt pullos. De his dicitur *Zach.* 3. Super lapidem unum ſeptem oculi ſunt, &c. His oculis reſpicit Dominus terrenos, ſcilicet oculo timoris. *Pſalm.* 103. Qui reſpicit terram, & facit eam tremere. Oculo pietatis reſpexit Petrum. *Luc.* 22. Oculo ſcientiæ reſpexit ad Abel, & ad munera ejus. *Gen.* 4. Oculo fortitudinis reſpexit ſuper caſtra Ægyptiorum. *Exod.* 14. Oculo conſilii reſpexit eum, cui interroganti: Quis eſt meus proximus? Reſpondens dixit: Homo quidam deſcendebat ab Jeruſalem in Jericho, &c. *Luc.* 10 Oculo intellectus, cum elevatis oculis in Diſcipulos ſuos dixit: Beati pauperes, quia veſtrum eſt regnum Dei, *Luc.* 6 Oculo Sapientiæ reſpexit humilitatem ancillæ ſuæ. *Luc.* 2. Hi oculi ſunt ſicut columbæ dona Spiritus Sancti felle amaritudinis & livore carentia.

Et recte ſicut columbæ eſſe dicuntur, & columbæ aptantur. Nam & Spiritus Sanctus deſcendit in ſpecie columbæ, *Luc.* 3.

a Super

a Super rivulos aquarum,] ideſt, ſuper humiles leviter ad modum rivulorum fluentes, non ſuper torrentes impetu ſuperbiæ præcipites. *b* Quæ lacte, &c.] quia dona Spiritus ſancti tam in ſe, quam in ſuis effectibus ſunt puriſſima. *c* Et reſident, &c.] ideſt in illis, qui divinis eloquiis jugiter irrigantur. Vel [oculi] Domini ſunt prædeſtinatio & reprobatio. Juxta illud, quod dicitur 2. *Tim.* 2. Novit Dominus, qui ſunt ejus. Hi oculi ſicut columbę ſunt, quia ſine felle iraſcitur, qui cum tranquillitate omnia judicat. Sunt etiam. *a* Super rivulos, &c.] quia omnes gentes ſunt ſicut ſtilla ſitulæ, &c. *Iſa.* 40
b Quæ lacte, &c.] quia tam ejus prædeſtinatio, quam reprobatio ſunt lacte clementiæ delibutæ.

a ſuper rivulos aquarum, *b* quæ lacte ſunt lotæ, *c* & reſident juxta fluenta pleniſſima. *d* Genæ illius ſicut *e* areolæ aromatum *f* conſitæ a pigmentariis. *g* Labia ejus lilia diſtillantia myrrham primam. *h* Manus illius tornatiles, aureæ, *i* plenæ hyacinthis. k Venter ejus eburneus, di-

c Et reſident juxta, &c.] ideſt, in illis, quia abundantia beatitudinis redundant, ad quorum gloriam eſt tam prædeſtinatio, quam reprobatio, *Pſal.* 33. Oculi Domini ſuper Juſtos, &c. Vel Sponſi & Sponſæ iidem ſunt oculi & membra cetera, ſive partes capitis & corporis. Oculi ergo ſunt Prælati, & ceteri proviſores Eccleſiæ, qui & columbæ dicuntur, ut *ſup.* 4 *a* Super rivulos, &c.] ideſt, ſuper humiles ad modum ſcilicet rivulorum inferiora loca petentes. Qui & lacte lavantur, quia lactei apparent per ſermonis dulcedinem, & vitæ innocentiam. Vel lacte lavari dicuntur, quia in dulcedinis manſuetudine corripiunt ſubjectos, Juxta illud Apoſtoli *Gal* 6. Si præoccupatus fuerit homo in aliquo delicto, vos qui ſpirituales eſtis, hujuſmodi inſtruite in ſpiritu lenitatis. *e* Et reſident, &c.] Sacræ Scripturæ, quæ pro veteri Teſtamento rivuli poſſunt dici, & fluenta pleniſſima pro novo. Plena ſcilicet, ex prophetica, plenior ex Evangelica, ſed pleniſſima ex Apoſtolica doctrina. Vel rivuli aquarum boni ſæculares; fluenta autem pleniſſima, clauſtrales dicuntur. Sed heu hodie cæci ſunt iſti, & ideo totum corpus Eccleſiæ tenebroſum. *d* Genæ illius areolæ aromatum,] quaſi dicat, ipſe habet barbam novellam de novo pungentem, ſicut in areolis huc & illuc, & per illos novello incipit herba creſcere. *d* Genæ,) Sponſæ ſunt contemplatio Divinitatis, & humanitatis Chriſti, quæ ſunt. *e* Sicut areolæ, &c.] ideſt, in quibus creſcunt aromaticæ ſpecies. Nam ex his genis reſultant nobis mira ſuavitas, atque fragrantia. Quæ tamen.

f Conſitæ]debent eſſe a pigmentariis, ut in his adhæreamus ſtudiis Sanctorum, non propriis adinventionibus. Vel per genas, quibus homo cognoſcitur, & valde apparentes ſunt, ſignificatur innocentia Chriſti & patientia ipſius, quę fuerunt ſicut areolæ aromatum. Nam ex ipſis pretioſa aromata ſtillaverunt. Innocentia enim ejus ſpiravit bonis operibus, & patientia ſanctis virtutibus emanavit. De his genis dicitur *Matth.* 5. Si quis percuſſerit te in unam maxillam, præbe ei & alteram, quaſi dicat, ſi quis innocentiam tuam maledicendo tibi & detrahendo tetigerit, in patientia ſuſtine, quod eſt alteram maxillam præbere. Hæ genæ conſitæ ſunt a pigmentariis in Chriſto, ſcilicet, a tota Trinitate plantatæ & ordinatæ. Vel genæ illæ ſunt religiones diverſæ per obſervantias varias ab invicem diſtinctæ, quæ ſicut areolæ debent eſſe per duplicem humilitatem. Sed aromatum odore, ſcilicet bonæ famæ, non herbarum viridium. Debet enim eſſe religio velut quædam apotheca Spiritus Sancti, in qua inveniantur varia electuaria virtutum & gratiarum. Conſitæ ſunt a pigmentariis genæ iſtæ, ideſt, a diverſis Sanctis inventoribus earum, ut Auguſtino, Benedicto, & ceteris. Vel.

f Conſitæ a pigmentariis,] ideſt, circundatæ & ornatæ a Prælatis bonæ famæ & opinionis ſanctæ, ut notetur in hoc peritia, experientia, diligentia, cautela, & ſedulitas Prælatorum. Vel quia in genis notatur erubeſcentia, per genas poſſumus accipere pœnitentes, qui tam de ſuis propriis, quam etiam aliorum iniquitatibus erubeſcunt. Juxta illud *Ezech.* 9. Signa Tau ſuper frontes dolentium. Tau interpretatur erubui. Hæ debent eſſe ſicut areolæ aromatum a pigmentariis conſitæ, quia in eorum cordibus omnes virtutes, & bona quæ docuerunt Sancti, debent creſcere & oriri.

Act. 1. 1. *g* Labia ejus, &c.] Hæc labia ſunt Chriſti verba diſtillantia myrrham primam, ideſt, perfectam pœnitentiam, vel voluntariam paupertatem, quæ ſponte fluit a ſimili myrrhæ primæ. Non dicit tantum reſonantia, ſed diſtillantia, quia cœpit Jeſus facere & docere. Vel diſtingue triplicem mirrham, contra triplicem corruptionem; quæ eſt voluntatis, operis, & conſuetudinis. Hæc eſt enim triplex corruptio, ſive mors.

Prima in domo, *Matth.* 9.
Secunda in porta, *Luc.* 7.
Tertia in ſepulchro, *Joan.* 11.

E contra eſt triplex myrrha, quæ non ſolum a putredine defendit, ſed etiam putrida, ſive mortua corpora reſolidat. Una quæ corruptionem cohibet voluntatis. Hæc eſt prima & ultima, de qua *Matth.* 5. dictum eſt antiquis: Non occides, &c. Moyſes enim cohibet tantum manum: ſed Chriſtus animum, cujus præcepta amore ſervantur. Unde & ſponte fluunt a ſimili myrrhæ primæ. Secunda cohibet corruptionem operis. Et tertia conſuetudinis. Vel labia exterius nitida, & intus rubea, duo ſignificant teſtamenta, exterius nitore eloquentiæ ſplendentia, ſed intus rubentia auro Sapientiæ. Hæc labia myrrham primam, ideſt, primo diſtillant, dum increpant; ſed poſtea manna omne habens delectamentum ſuavitatis. Prius enim proponit Sponſus hæc labia, quaſi lactucas agreſtes ad animi medelam: poſtea quaſi panes azymos ad ſuſtentationem; ſed poſtremo quaſi carnes ad delectationem. Vel labia iſta communia ſunt Sponſi & Sponſæ, Prædicatores & Prælati, qui myrrham debent diſtillare, ideſt, pœnitentiæ dolorem prædicationibus, & ſanctis admonitionibus in alios derivare, ita tamen ut plus ipſi pęnes ſe retineant, quam ſtilletur ab ipſis. Verbum enim diſtillandi copiam deſignat, & abundantiam in eo, a quo ſtillatur. Sed myrrham primam. Eſt enim triplex myrrha. D

Prima amaritudo doloris in vita præſenti; ſecunda in purgatorio; tertia in gehenna. Prima amara, ſed brevis. Secunda amarior & prolixior, finem tamen habens. Sed tertia amariſſima & æterna. Prima ſtillatur, ſecunda funditur, tertia inundatur. Primam ſtillant Prælati, ſecundam infundunt Angeli, tertiam vero infundunt infernales miniſtri. Sap. 15.

h Manus illius tornatiles, aureæ, plenæ hyacinthis.] Manus Chriſti, virtutes ejus operativæ, quæ fuerant tornatiles, in nullo reprehenſibiles, ad omne opus bonum volubiles, circulos undique, ideſt, perfectionis opera exprimentes, *Joan.* 8 Quis ex vobis arguet me de peccato? Ecce quod irreprehenſibiles areolæ ex Sapientia, & mera claritate procedentes: & quæ nec tribulationis, nec laudis fornace uri in aliquo potuerunt.

i Plenæ hyacinthis,] ideſt, operibus virtuoſis, ſolidis, pretioſis, cęle[illegible]a oſtendentibus, *Jo:* 5. Ipſa opera, quæ ego facio, teſtimonium perhibent de me. Vel, aureæ, in doctrina, plenę hyacinthis, ideſt, miraculis. Vel ſpecialiter manus dextra Chriſti largitas, qua dat omnibus affluenter, *Jacob* 1. De qua in *Pſal.* 44. Aperies manum tuam, &c. Siniſtra vero fortitudo, quæ omnes protegit potenter. De qua *Iſ.* 49. In umbra manus ſuæ protegit me. Hæ manus ſunt tornatiles, ſine ſcrupulo, ſcilicet, aliquo & errore. Nam ita largus eſt, quod non prodigus: ita fortis, quod non pertinax. (Tornatiles,) etiam quia quaſi torno quodam artificioſe dona largitur, & defendit a malis quaſi gravitate conſilii.

Unde ſubdit. [Aureæ,] per Sapientiam ſcilicet plenæ hyacinthis, ideſt, ſpiritualibus donis. Sed *Proverb.* 1. dicit de utraque manu: Extendi manum meam, nec fuit, qui aſpiceret. Vel manus communes Sponſi, & Sponſæ ſunt ſancti viri, pietatis, & miſericordię operibus abundantes, per quos, & in quibus Dominus operatur. Tornatiles contra tenacitatem. Quod enim tornatile, & rotundum eſt, nihil curvi de levi retinet. Tornatiles ergo ſunt, in cito & hilariter tribuendo. Nam qui cito dat, bis dat. Et hilarem datorem diligit Deus, 2. *Corinth* 9. Et *Job* 31. Si expectare feci viduam, &c. Aureæ per diſcretionem. Juxta illud *Eccl.* 12. Scito, cui beneféceris. Sed plenæ hyacinthis per rectam intentionem, *Matth.* 25. habetur, quod fatuæ virgines lampades habuerunt, quia etſi virginitatem ſervaverant, non tamen recta intentione, ſcilicet, propter Deum.

k Venter ejus eburneus, &c.] Venter Chriſti ſecundum Divinitatem eſt mens ejus, quam Greci, νοῦν, noys, vocant. De qua ipſe producit univerſum. Et de qua dicit Boetius. Pulchrum pulcherrimus ipſe mundum gerens. In hoc ventre concipit ipſe omnia, & parturit. Unde *Joan.* 1.

Quod factum eſt in ipſo vita erat, &c. Et *Iſa.* 46. Audite me, domus Jacob, & omne reſiduum domus Iſrael, qui portamini a meo utero, & geſtamini a mea vulva. Hic venter eſt eburneus, quia divina diſpoſitio eſt irrefragabilis & æterna.

a Diſtinctus

a Diſtinctus Saphiris,] quia a reprobis diſcernit, & diſtinguit quos ad cœleſtia eligit, & erigit. Vel, Venter, ſecundum humanitatem eſt ipſius ex parte carnis infirmitas. Et ebucneus, quia fortis in patientia. Unde 1. *Cor.* 1. Quod infirmum eſt Dei, fortius eſt hominibus. Et candidus, ac nitens caſtitatis decore, ac totius innocentiæ puritate. Unde *Matth.* 27. Hic autem quid mali fecit? Diſtinctus Saphiris, ideſt, cœleſtibus ſignis & miraculis, mundo manifeſtatus, *Jo.* 17. Nunc cognoverunt, quia omnia quæ dediſti mihi abs te ſunt. Et ſubdit. Et cognoverunt vere, quia a te exivi. Vel ventec ejus eſt noſtrę ſalutis aviditas, vel ejus compaſſio, ſive pietas, quæ omnia corporis membra reficit. Vel, Ventet
Apoc. 10. communis Sponſi & Sponſæ ſunt plebeæ multitudines in Eccleſia, ſcilicet infirmiores. De quo ventre habetur *Jerem.* 4. Ventrem meum, ventrem meum doleo. Et *Ezech.* 3. Erit in ore tuo ſicut mel, & amaricare faciet ventrem tuum. (Hic venter) debet eſſet eburneus ſaltem conjugalis caſtitatis decore. Et (diſtinctus Saphiris,) ideſt, operibus bonis, tanquam ſtellæ in firmamento lucentibus. Juxta illud *Matth.* 5. Sic luceant opera veſtra bona, &c. Vel, [Ventec] Prælati, alios exemplo vitæ & verbo doctrine generantes. Juxta illud Apoſtoli 1.*Cor.*4. Pec Evangelium in Chriſto ego vos genui. Sed heu poteſt hodie dici illud *Iſa.* 37. Filii venerunt uſque ad partum, & non eſt virtus pariendi, quia tot mala reperiuntuc in Prælatis, & in aliis Clericis, quod etiam bene viventibus, & docentibus non creditur. Vel, [Venter] iſte eſt religio, in quo juſti viri ſanctificantur, Unde *Jer.* 1. Antequam exires de ventre ſanctificavi te. Qui exit de hoc ventre, tam cito fletum debet emittere, ut puer cum exiit de ventre matris. Nam ei, qui in hoc ventre conceptus eſt per voti emiſſionem non eſt ſalus extra. [Eburneus] autem debet eſſe fortis, ſcilicet per aſperitatem, & regularis obſervantiæ tolerantiam, & candidus per vitæ ſanctitatem.

> ſtinctus *a* Saphiris. *b* Crura illius *c* columnæ marmoreæ, *d* quæ fundatæ ſunt ſuper baſes aureas. *e* Species ejus ut Libani, *f* electus ut cedri. *g* Guttur illius ſuaviſſimum, & *h* totus deſiderabilis. *i* Talis eſt Dilectus meus, & *k* ipſe eſt amicus meus, filiæ Jeruſalem.

a Diſtinctus Saphiris, [ideſt, excellentium operum, & conſiliorum impletione, a vita ſæcularium ſegregatus.

b Crura illius columnæ marmoreæ, quæ fundatæ ſunt ſuper baſes aureas.] Duo crura Chriſti ſecundum Divinitatem, ſunt ſolida veritas, & omnimoda immutabilitas, quibus ſtat veraciter, & immutabiliter in ſeipſo. Baſes autem ſuper quas firmiter ſtat, æterna eſt ſimplicitas; nam firmiter non ſtat, qui fine non caret. Compoſita ſimiliter ex partibus, varia qualitate partium ſuarum recipiunt variationem. Vel:

b Crura ipſius,] ſecundum humanitatem ſunt duo adventus ipſius. Primus ad redemptionem, ſecundus ad ſalvationem. Hæ ſunt

c Columnæ marmoreæ] ædificium Eccleſiæ ſuſtentantes.

d Quæ fundatæ ſunt ſuper baſes aureas,] ideſt, electos & prædeſtinatos mirifice delectantes. Vel crura communia Sponſi & Sponſæ ſunt Apoſtoli & alii fortes de Eccleſia, totam Eccleſiæ machinam ſuſtentantes. Specialiter autem Petrus & Paulus qui ſunt columnæ marmoreę per rectitudinem intentionis & firmitatem operis, ſignificati per dictas columnas in porticu templi conſtitutas, 3. *Reg.* 7. Baſes ſupec quas fundatæ ſunt iſtæ columnæ ſunt ſapientia & virtus: nam Judæi ſigna quærunt, & Græci ſapientiam. Vel baſes aureæ ſunt Prophetę, ſuper quos fundamentum prædicationis ſuæ fecerunt Apoſtoli. Vel duo crura ſunt Principes Eccleſiaſtici & ſæculares,
Hbr. 1. quibus quaſi duobus cruribus tota Eccleſia ſuſtentatur. Hi debent eſſe columnæ marmoreæ, fortes ſcilicet in operatione, ſubtiles in intelligentia veritatis, recti in intentione, candidi in vita, politi in virtutum ornatu. Sed heu hodie loco columnarum ponuntur feſtucæ! Baſes autem ſunt inſtituta Patrum, & exempla Sanctorum. Græce Rex, Βασιλεὺς, Baſileus dicitur, quaſi populi baſis, quia debet populum portare, & auro ſapientiæ fulgere. *e* Species ejus ut Libani, electus ut Cedri.] Candor filii a Patris ſplendore procedit. Unde *Sap.* 7. Candor lucis æternæ. Vel candor, ut dicit Hilarius, æternitas in Patre, ſpecies in imagine, uſus in munere.

Et attende, quod commendato Sponſo a pulchritudine membrorum ſigillatim, totum ipſum in pulchritudine commendat, dicens: [Species ejus ut Libani,] Accipitur autem quandoque Libanus pro candore. Sic eſt ſpecies ejus ut Libani, quia ipſe eſt candor lucis æternę, ut dictum eſt: quandoque pro ipſo monte ſic dicto. Chriſtus enim eſt mons in vertice montium, &c. *Iſa.* 2. In quo ſcilicet, omnes Sancti quaſi arbores altiſſimæ radicatæ ſunt. Quandoque pro arbore thuris. Ipſe autem Chriſtus totus odoriferus & medicinalis eſt.

f Electus ut Cedri, imo præ Cedris electus, & præ cedris altus. Nam odore, pulchritudine, altitudine, fortitudine Angelos omnes antecellit. *Rom.* 1. Prædeſtinatus eſt filius Dei in virtute. Vel dicitur eſſe.

e Species ejus ut Libani.] quia ipſe eſt omnium noſtrum candidatio. *Pſal.* 50. Lavabis me, & ſuper nivem dealbabor, &c. Et eſt.

f Electus ut Cedri,] quia ſicut odor Cedri fugat ſerpentes, ita cum eligitur, ejus electio fugat Dæmones. Facit etiam nos fortes & imputribiles in peccato. Vel ſecundum humanam naturam.

e Species ejus,] eſt, [ut Libani,] per vitæ innocentiam.

f Electus ut Cedri.] altus per virtutum eminentiam, fortis pec tolerantiam paſſionis, imputribilis per glorificationem in reſurrectione: Item altus per aſcenſionem, ſed odoriferus per Spiritus ſancti emiſſionem. Ita in membris ſimiliter eſt illa reperire, licet in paucis.

g Guttur illius ſuaviſſimum.] Guttur ejus ſecundum Divinitatem eſt verbi generatio. De qua *Iſa.* 53. Generationem ejus quis enarrabit? Nam etſi humana plene enarrari non poteſt, ut habetur *Matth.* 1. *in Gloſſ.* æterna qualiter poſſet enarrari? Non igitur enarrare tentemus, ſed credamus, admiremur, & odoremus. [Guttur ejus ſuaviſſimum. Unde *Pſalm.* 76. Memor fui Dei, & delectatus ſum. *Ambr.* Quomodo Patec genuit filium neſcio, non requiro, conſolabor tamen. Suave eſt guttur ei qui delectatuc in credendo; ſuavius eſt qui excitatur inquirendo, ſed ſuaviſſimum eſt ei, qui deficit incomprehenſibilitatem ejus comprehendendo. Hoc ſignificatum eſt, *Num.* 4. ubi alii involvebant vaſa Domini, alii involuta geſtabant, alii autem revoluta tractabant. Quidam enim colunt Deum præter rationem. De quibus *Job.* 1. Boves arabant, & aſinæ paſcebantur juxta eos. Quidam per rationem, qui ſcil. parati ſunt reddere rationem omni poſcenti ſe, &c. 1. *Pet.* 3. Alii autem ſupra rationem, ad quos pertinet arcana audire, quæ non licet homini loqui, 2.*Cor.* 12. Secundum humanitatem etiam eſt guttur ejus ſuaviſſimum, quia omnis exterior ejus converſatio, omnis doctrina, omnis ſapientia omni in ſuavitate fuit impermiſta. Vel guttur ejus ſecretum ipſius conſilium, quod ſuave eſt, in quantum imponit jugum in pia actione obtemperantibus; ſuavius in quantum indulget oſculum in ſancta devotione orantibus, ſed ſuaviſſimum beatam ſpem, & adventum gloriæ expectantibus, quibus *Matth.* 5. Gaudete, & exultate, &c. Sed qualiter poteſt eſſe guttur ſuaviſſimum, cum labia, ut dictum eſt, diſtillant myrrham primam? Reſponſio. Quia ſub acerbitate verborum latet mira ſuavitas. Nam ſuave eſt guttur, dum promittit centuplum etiam in hoc tempore: Suavius, dum promittit ſomnum placidæ quietis poſt mortem: Suaviſſimum, dum regnum promittit, dicens: Venite benedicti Patris mei, &c. *Matth.* 25. Vel in membris guttur, ad litteram, a quo verbum Domini ad os venit, hoc ſuave eſt verbum audienti, ſuavius ipſi loquenti, ſed ſuaviſſimum in ipſo gutture meditanti. Nam ita proferri non poteſt, ut cogitatur. Quod ſignificatum eſt, ubi Moyſes poſtquam Dominus eſt cum eo locutus, impeditionis linguæ factus eſt, *Exod.* 4. Sequitur.

h Et totus deſiderabilis,] ſecundum Divinitatem ſcilicet: Nam ipſe eſt, in quem deſiderant Angeli proſpicere, 1. *Pet.* 1. Et ſecundum humanitatem, in quantum eſt arguens, & flagellans. Nam ut pius pater filium corrigit quem diligit, *Hebr.* 12. Unde in nullo eſt intolerabilis, ideo dicit *Pſalm.* 41. Quemadmodum deſiderat cervus ad fontes aquarum, &c.

Omnes ergo ſitientes venite ad aquas, & qui non habetis argentum, &c. *Iſa.* 55. Hoc eſt enim pretium ſitientis, ut plus ſitiens, plus bibat. Vel, [totus deſiderabilis,] in ſe ſcilicet, & in membris ſuavis & decorus, & quæri, ac deſiderari dignus.

i Talis eſt Dilectus meus,] & ideo præ omnibus diligendus.

k Et ipſe eſt amicus meus] Dilectus, ſcilicet, quem diligo, & amicus, qui me amat, & propter utrumque ſuper omnia diligendus, ſecundum quod in fine Joan. quærit Auguſtinus, de Petro, & Joanne loquens. Quid melius, quid delectabilius diligere, an diligi?

amare

amare, an amari? *a* Quo abiit, &c.] Supra adjurat Sponſa adoleſcentulas, vel Angelos, ut ſi invenirent dilectum, nuntiarent ei, quia ipſa languebat amore. Ipſæ autem fervorem dilectionis Sponſæ intuentes quæſierant, qualis eſſet Sponſus? Ad quod reſpondens Sponſa, eum multipliciter ſupra commendavit. Modo ergo iterum adoleſcentulæ ex hac Sponſi commendatione amplius inflammatæ quærunt a Sponſa: Quo abiit Dilectus tuus, o pulcherrima mulierum, &c. Abiit, cum deſiderata non concedit: declinat, cum conſolationis ſuæ præſentiam ſubtrahit; nihilominus tamen præſens; ſed declinare dicitur, quia ubi ſolebat inveniri, non invenitur. Vel abiit in Aſcenſione; declinavit in Incarnatione; abiit Divinitate: declinavit ſecundum humanitatem. Vel abiit a Synagoga, & declinavit ad Gentes, quæ quaſi extra viam erant. Pulcherrima autem dicitur Sponſa, idest, Eccleſia. Nam cum pulchra ſit quælibet fidelis anima; Eccleſia, quæ ex omnibus eſt una, recte dicitur pulcherrima: Vel pulchra fuit ante legem, pulchrior ſub lege, ſed pulcherrima tempore gratiæ: Vel pulchra eſt etiam in incipientibus, pulchrior in proficientibus, ſed pulcherrima in perfectis.

a Quo abiit Dilectus tuus o pulcherrima mulierum: quo declinavit Dilectus tuus? Et quæremus eum tecum.

CAP. VI.

b Dilectus meus deſcendit in hortum ſuum ad *c* areolam aromatum, *d* ut ibi paſcatur in hortis, & *e* lilia colligat. *f* Ego Dilecto meo, & *g* Dilectus meus mihi, *h* qui paſcitur inter lilia. *i* Pulchra es, *k* amica mea, *l* ſuavis & *m* decora, ſicut Jeruſalem, *n* terribilis ut *o* caſtrorum acies ordinata, *p* Averte oculos tuos a me; quia ipſi me avolare fecerunt.

EXPOSITIO CAP. VI.

b Dilectus meus deſcendit in hortum ſuum, &c.] Hoc eſt ſextum capitulum, in quo filiabus quærentibus, quo abiit Sponſus? reſpondet Sponſum ipſum in ſeipſam deſcendiſſe, ut ipſæ eam imitentur, ſi Sponſum veliat invenire. Nam ipſa eſt hortus, ut *ſup.* 4. dictum: Potuiſſet hoc reſponderi Magis, natum Regem quærentibus, qui non in Jeruſalem naſci voluit, ſed in Bethlehem, quæ quaſi hortus eſt reſpectu Jeruſalem. Vel ſpecialiter hortus dicitur Virginis uterus, qui eſt hortus concluſus, fons ſignatus. Deſcendit etiam: *c* Ad areolam, &c.] idest, ad fidelem animam, diverſis ſpeciebus virtutum aromaticis redolentem. Vel areolam aromatum, vocat cœtum infirmorum, & pauperum, ac debilium variis aromatibus indigentium; quos crebrius viſitat Dominus, ut crebrius inter eos cum humilitate quæratur, & labore activæ potius quam inveſtigando curioſe, vel otiando. Vel tam hortus quam areola cœtus eſt clauſtralium, qui hortus concluſus eſt per diſciplinæ regularis obſervantiam. Areola vero aromatum per virtutum ex bonis operibus aggregationem. In hunc hortum deſcendit Dominus, ut novum Adam inſtituat, qualiter Paradiſum deliciarum, in quo poſitus eſt cautius, quam vetus cuſtodiat, ac operetur in eo. Hunc hortum areolam facit humilitas cordium. Areola enim diminutivum eſt, ad quam libenter deſcendit Dominus. Unde *Luc.* 1. Reſpexit humilitatem ancillæ ſuæ. Sed aromatum eam facit multiplicatio virtutum, *d* Ut ibi paſcatur, &c.] in quibus multiplici refectione reficitur, ut *ſup.* 2. *e* Et lilia, &c.] idest, Sanctos munditia mentis & corporis fulgentes ad ſe de præſcati vita aſſumat, in quorum vita, ſcilicet innocentiæ candor, Sapientiæ aureus fulgor, famæ bonus odor emanat, ac tumorem ſuperbiæ reprimens patientiæ & humilitatis medicina. Vel lilia colligit Sponſus, dum ſemine verbi ſui in auditoribus innocentiam metit. Vel dum conventus ex virginibus, & continentibus ſimul eos in unum congregando facit, ut in eis inveniatur ſanctæ converſationis honeſtas, morum gravitas, operum fulgor, famæ bonæ bonus odor, medicinalis rigor, diſtrictio diſciplinæ, *Oſee ult.* Iſrael germinabit quaſi lilium, &c. Videns autem Sponſa quantum Sponſus in hujuſmodi delectetur, ut adoleſcentulas ad ſe præparandas magis invitet, ſubdit. *f* Ego Dilecto meo,] ſupple in me, & in alio locum præparo. *g* Et Dilectus meus mihi,] locum præparat receptionis in ſeipſo. Vel *f* Ego Dilecto meo,] morem gero ad nutum ejus progrediens. *g* Et dilectus meus mihi,] votis meis, ſcil. pro loco & tempore annuens. *h* Qui paſcitur inter lilia,] dum ſibi in his complaceo, in quibus nitet pudicitia. Vel de B. Virgine ſic. *f* Ego Dilecto meo,] filia, mater inter mulieres ceteras ſum electa. *g* Et Dilectus meus mihi,] tantum ſupple ſecundum humanitatem eſt filius, ſine virilis ſeminis admiſtione, quod in eo ſolo eſt reperire. Vel *f* Ego Dilecto meo,] conſentiens, reſpondeo: Ecce ancilla Domini, *Luc.* 2. *g* Et Dilectus meus mihi,] favens & annuens merita dando, data conſervando, conſervata remunerando. *h* Qui paſcitur inter lilia,] dum mea ubera ſugit. *i* Pulchra es, *k* amica mea, &c.] Hic Sponſus Sponſæ, quæ ſupra eum multum commendaverat, vicem reddit, pulchram eam dicens, amicam ſuavem, & decoram ſicut Jeruſalem. Pulchra eſt in ſe amica. *l* Suavis] Deo tam diligens, quam dilecta. *m* Decora,] aliis ſicut Jeruſalem illa cœleſtis, de qua *Exod.* 25. Fac omnia ſecundum exemplar quod tibi in monte monſtratum eſt. *n* Terribilis] etiam eſt hæreticis impiis, & ſpiritibus immundis Eccleſia, & hoc ex numero & fortitudine bellatorum, ex longo uſu armorum, ex fidelitate, & zelo, ac unanimitate pugnantium, ex præſidio Angelorum, 4. *Reg.* 7. Adhuc etiam ex potentiſſimi Regis præſentia, qui promptus eſt ad protectionem ſuorū ſubditorum, *Joſue* 6. *o* Ut caſtrorum acies ordinata.] Nam in prima acie eſt ipſe Rex cum ducibus ſuis Apoſtolis, in ſecunda exercitus Martyrum, in tertia cœtus Confeſſorum, poſtremo etiam in ultima acie tempore Antichriſti erunt robuſtiſſimi ex omnibus generibus electorum. Moraliter autem anima fidelis amica eſt Chriſti in contritione. Unde *Pſ.* 85. Confeſſio, & pulchritudo in conſpectu ejus. *l* Suavis,] in operibus miſericordiæ. *m* Decora,] in contemplatione. *n* Terribilis,] in veri diſcretione, *Gen.* 82. Terribilis eſt locus iſte, &c. *o* Ut caſtrorum acies ordinata,] in variis virtutum operibus tanquam fortiſſimis & fideliſſimis bellatoribus præmunita. Nam militia eſt vita hominis ſuper terram, *Job* 7. Vel de B. Virgine, quæ amica eſt, idest, animi cuſtos, ſive cordis. Unde *Luc.* 2. Maria autem conſervabat omnia verba hæc conferens in corde ſuo. *i* Pulchra autem per humilitatem, in qua ſibi in ipſa complacuit filius Dei. Unde *Luc.* 1. Reſpexit humilitatem ancillæ ſuæ. *l* Suavis,] miſericordiæ ubertate. Unde & Regina miſericordiæ dicitur. *m* Decora,] plenitudine gratiarum. Unde *ibid. eod.* Ave gratia plena. *n* Terribilis ut caſtrorum acies ordinata] Ad cujus memoriam Dæmones contremiſcunt, & eam omnino ſuſtinere non poſſent. Exemplum de Theophilo. Alio etiam modo Eccleſia. *i* Pulchra,] eſt in his, qui morum gravitatem in vitæ honeſtate prætendunt. *k* Amica,] in his, quibus per ſacra ſtudia ipſius ſecreta panduntur. *l* Suavis,] in his, qui per opera miſericordiæ in conſpectu Dei, & hominum flagrare noſcuntur. *m* Decora,] in ſolitariis contemplationi deſervientibus, & quieti. *n* Terribilis ut *o* caſtrorum acies ordinata] in cœnobitarum Collegio, qui ſub regula militant & Abbate. In primis excellit temperantia, in ſecundis ſapientia, in tertiis juſtitia, in quartis prudentia, in quintis fortitudo. *p* Averte oculos tuos a me; quia ipſi me avolare fecerunt:] Hæc ſunt verba Sponſi Sponſam quodammodo comprimentis ne nimium de ſua pulchritudine præſumat, nimiamque curioſitatem in eum quærendo, ac inveſtigando apponat. Nam quanto plus inveſtigatur, tanto minus intelligitur: quia magis incomprehenſibilis invenitur. Oculi ergo, quibus Deum videre & contemplari cupimus, ipſum a conſpectu noſtro faciunt avolare. *Eccl.* 6. Dixi ſapiens efficiar, & ipſa longius receſſit a me. Et *Prov.* 23. Ne erigas oculos tuos ad opes, quas habere non poteris, quia facient ſibi pennas quaſi aquilæ, & volabunt in cœlum. Quieſcant ergo oculi, donec locus ſit videndi, ut de ipſo hic in via ſufficiat nobis audire & credere quod audivimus, & auditis delectari: Juxta illud *Pſal.* 50. Auditui meo dabis gaudium, &c. Vel [Averte a me,] ut curæ, ſcil. ſubditorum intendas: nam ſic melius me videbis. Unde & ſupra, cum in ſubditorum curam ſe promptam exhibuit, ei ſe ſtatim oſtendit. Unde ſupra. [Ego Dilecto meo, &c.] Modo autem avolat, cum ipſa in eum oculos dirigit, avolat autem, ut avidius requiratur, gratius recipiatur, cautius cuſtodiatur, ut curioſius comperiatur, & ſubditis impendatur, & ut ad plenam in futuro fruitionem, ac decentius accendatur. Vel ſunt verba Chriſti ad Synagogam, cujus oculi, Scribæ & Phariſæi, qui Dominum ab ipſa avolare fecerunt. *Jerem.* 12. Reliqui domum meam dimiſi hæreditatem meam: dedi dilectam animam meam in manibus inimicorum ejus. Quod & hodie timendum eſt, quod litterati, & majores de Eccleſia ipſum ab ea faciant avolare. *Daniel. cap.* 13. Egreſſa eſt iniquitas a ſenioribus, qui videbantur, &c. Ne tamen graviter ferat Sponſus, quod ita a plena Sponſi cognitione, & viſione ſuſpenditur, oſtendit ei Sponſus, quod ſanctæ cogitationes ei remanent, quibus poteſt ſatis in ipſum intendere, ac delectari. Unde ſubjicit;

De B. Virgine.

Moraliter. De anima fideli.

De B. Virgine.

Aliter.

a Capilli tui ſicut † greges caprarum, quæ *b* apparuerunt de Galaad. *c* Dentes tui ſicut grex ovium, quæ *d* aſcenderunt de lavacro. *e* Omnes gemellis fœtibus, & *f* ſterilis non eſt in eis. *g* Sicut cortex mali punici: ſic genæ tuæ, *h* abſque occultis tuis. *i* Sexaginta ſunt Reginæ, & octoginta concubinæ, & adoleſcentularum non eſt numerus. *k* Una eſt columba mea perfecta mea, *l* una eſt matris ſuæ electa genetricis ſuæ. *m* Viderunt eam filiæ Sion, & *n* beatiſſimam prædicaverunt:

a Capilli tui ſicut greges caprarum, quæ apparuerunt de Galaad] Per capillos multifaria ſanctarum cogitationum ſubtilitas deſignatur. Et ſicut capilli de cerebro imperceptibiliter oriuntur; ſic cogitationes de mente, quæ caput eſt animæ, cui ſemper adhærere debent, ut non ſemper ſeparentur ab ea, 1. *Reg.* 1. dicitur quod in capite Samuelis novacula non aſcendit. Sic ergo capilli iſti ſunt ſicut greges caprarum, cum cogitationes, & meditationes totæ diriguntur in Deum, nec in lutoſis ſæculi ſe involvunt: ſicut capræ in altis paſcuntur & arduis, & lutoſa, atque infima loca devitant. *b* Quæ apparuerunt de Galaad.] Galaad interpretatur acervus teſtimonii, & fuit mons ille, ad literam, in quo Laban cum Jacob fœdus iniit, ut de cetero ultra non tranſgrederetur ad ei nocendum; nec Jacob ipſi ſimiliter: In cujus teſtimonium ibi magnum acervum lapidum poſuerunt. Laban ergo in acervo lapides ponit, cum de mundi vanitatibus & perturbationibus vir juſtus virtutum occaſiones ſumit. Apparent ergo capilli, ſive cogitationes de Galaad, cum eis bonorum operum & fortium immenſa copia atteſtatur. Vel per capillos, qui vicinius capiti adhærent, poſſumus etiam intelligere Religioſos, in quibus forma Eccleſiæ plus vigere videtur: & ita videntur capiti propius adhærere, & ipſam ut capilli caput ornare, eamque totam ſua pulchritudine honeſtare, gratiamque toti Eccleſiæ acquirere. Unde & hi capilli ab Eccleſia ſunt fovendi, licet enim 2. *Reg.* 14. habeatur, quod Abſalonem gravabat cæſaries. Hi debent eſſe graciles ſcil. & ſubtiles, non impinguati deliciis, non dilatati terrenis, inſenſibiliter creſcentes, ut benefacientes ſe benefacere, non attendentes, quod ſint flexibiles, dando locum iræ, & vertibiles ad nutum Prælati, qui abſciſſi, id eſt, de loco ad locum deſtinati, non ſentiant læſionem; avelli autem ſine magno dolore a capite Chriſto non poſſunt. Tales debent eſſe ut greges, gregatim ſcil. in caulis, id eſt, in cœnobiis converſantes caprarum, ut ſe ſponte hoſtiam offerant pro aliorum peccatis, abruptaque & ardua, ac ſicca loca, non humida, vel lutoſa ambulare, ut arduitatem vitæ appetere ſe oſtendant. Et de talibus poteſt dici Sponſæ ſanctæ Eccleſiæ. *a* Capilli tui ſicut greges caprarum, quæ apparuerunt de Galaad,] id eſt, quæ de acervo bonorum operum oſtenderunt culmen virtutum, vel de acervo bonorum operum apparuerunt in gloria felicitatis æternæ. *c* Dentes tui ſicut grex ovium, quæ aſcenderunt de lavacro] Per dentes firma ſermonum ſtabilitas, qui ſunt ſicut grex ovium, cum fidem ſimpliciter profitentur, a qua profeſſione nullus quacumque ratione debet avelli. Unde *Deut. ult.* legitur, quod oculus Moyſi, qui centum & viginti annorum erat, quando mortuus eſt, non caligavit, nec dentes illius moti ſunt. Omnis ſermo malus de ore veſtro non procedat. Dentes ſunt luporum, vel canum, & non ovium, cum detractioni vel adulationi attendunt. *d* Quæ aſcenderunt de lavacro,] de fonte ſcil. ſcientiæ & dilectionis, non de volutabro peccati. *Matth.* 12. Ex abundantia cordis os loquitur. *e* Omnes gemellis,] ſcil. quantum ad dilectionem proximi, & quantum ad promiſſionem vitæ, quæ nunc eſt, & futuræ. *f* Et ſterilis non eſt in eis,] id eſt, nihil inutile, vel vanum, quod teneat locum ſuum, *g* Sicut cortex mali punici, ſic genæ tuæ.] Faciei pulchritudo in genarum albedine, ac rubore conſiſtit. Item genis dentes adhærent. Per genas ergo Sponſæ, id eſt Eccleſiæ ſignificantur Prædicatores, qui per ruborem charitatis, & albedinem caſtitatis pulchritudinem Eccleſiæ repræſentant, qui debent eſſe ſicut cortex mali punici in fortitudine, quoad patientiam adverſorum: & continere in ſe varios ordines gratiarum & virtutum. *h* Abſque occultis tuis,] quæ ſanctæ ſunt meditationes & affectiones, quaſi dicat, præter illa, quæ interius latent, in manifeſtis tuis, ſcil. in operibus exterioribus eſt iſta invenire. Vel occulta dicit hic peccata per ignorantiam facta. De quibus in *Pſal.* 18. Ab occultis meis munda me, Domine. Et tunc abſque ponitur pro fine. De his omnibus plenius habitum eſt *ſup.* 4. *i* Sexaginta ſunt Reginæ, &c.] Superius commendavit Sponſam a virtutum ſpecioſitate; nunc commendat eam a fidelium ordinata & congrua diſtinctione. Et diſtinguit hic tria genera hominum in Eccleſia Dei exiſtentium, ſcil. Reginas, concubinas & adoleſcentulas. Reginæ ſunt, qui Regem Chriſtum caſto amore diligunt, & filios generant, quibus honor & cultus Regius, & regnum regnique diadema debetur. Tales ſunt qui non quærunt, quæ ſua ſunt; ſed quæ Jeſu Chriſti, *Philip.* 2. Tales ſunt, qui pura intentione, & recta Chriſtum prædicant. Et ſunt ſexaginta, ſex operibus miſericordiæ inſiſtentes, *Matth.* 25. Decalogum perfecte implentes: Nam ſenarius numerus perfectionis eſt primus, & ſexies decem faciunt ſexaginta. Item quinque corporis ſenſus, juxta duodecim Apoſtolorum doctrinam modificantes & temperantes. Concubinæ ſunt, quæ licet ad thorum Sponſi accedant, & filios generent, tamen regni honorem, vel diadema non habent: qui ſcil. temporalium amore Chriſtum annuntiant, & quantum in ipſis eſt verbum Dei adulterant. De talibus non erat Apoſtolus, qui dicit 2. *Cor.* 4. Non ambulantes in aſtutia, neque adulterantes verbum Dei. De his dicit etiam 2. *Cor.* 2. Non ſumus ſicut plurimi adulterantes verbum Dei. De his dicit Scriptura: Adulterinæ cogitationis puer reus eſt, qui in oculis Sponſæ placere appetit, per quem Sponſus verba tranſmittit. Tales utiles ſunt Eccleſiæ. Unde *Phil.* 1. Quid enim? dum omni modo, ſive per occaſionem, ſive per veritatem annuntietur Chriſtus. Unde & tales Chriſtus in præſenti remunerat, licet eis regnum non reſervet. *Geneſ.* 25. Filiis concubinarum largitus eſt munera. Hi ſunt octoginta: quia Decalogi doctrinam ad terrenam curam invertunt, quæ quatuor temporibus, & quatuor mundi climatibus noſcitur agitari: & quia valde ſubjacent diviſioni, ſicut & iſte numerus. Unde *Oſee* 10. Diviſum eſt cor eorum, nunc interibunt. Sunt autem plures, quam Reginæ, ad innuendum, quod major eſt numerus eorum, qui non recte prædicant, quam qui recte, vel etiam vivant. De his dicitur 2. *Reg.* 16. quod reliquit David fugiens a facie Abſalon mulieres concubinas ad cuſtodiendam domum. Adoleſcentulæ ſunt plures ſubditæ, vel incipientes in Eccleſia, quarum non eſt numerus apud nos, etſi apud Deum, qui ſtellas numerat, &c. Vel ideo dicit earum non eſſe numerum; quia cum ad perfectam nondum pervenerint ætatem, non debent numerari, cum non ſint tales, quod poſſint ſecure ad bella procedere. Sic ergo tres partes habemus in Eccleſia, ſcil. bonos perfectos, qui per Reginas: malos licet utiles, qui per concubinas, & bonos incipientes, qui per adoleſcentulas. Ne tamen ex hoc plures eſſe credantur Eccleſiæ, & non una Sponſa, ſubdit. *k* Una eſt columba mea, &c.] Una ſcil. licet plures perſonæ, [Una,] ante legem, ſub lege, ſub gratia, [Una,] quia una fides, unum Baptiſma, unus Deus, & unum corpus. Hæc eſt enim Domini tunica, quæ ſciſſa non fuit. *Joan.* 19. [Una] ad unum ſolum creata. De qua *Luc.* 10. Unum eſt neceſſarium. Unde *Pſal.* 36. Unam petii a Domino, &c. [Columba,] propter ſimplicitatem, manſuetudinem, fœcunditatem, & amoris inſeparabilitatem. Perfecta,] per charitatem, quæ plenitudo eſt legis. Conſummata, vel perfecta, numero membrorum, & plenitudine donorum, vel perfecta capiti Chriſto unita. *l* Una eſt matris ſuæ, &c.] Hæc mater gratia eſt Dei, quæ filios, vel filias facit unius patris. Et bis dicit, [Una,] unitate fidei contra hæreticos. Vel per matrem ſuperna Jeruſalem accipitur: quia eam generat, nutrit, amat, & cuſtodit? quia omne donum deſurſum, quæ eſt mater noſtra, *Gal.* 4. cum qua una eſt militans Eccleſia unitate amoris & gratiæ. Genitrix vero dicitur primitiva Eccleſia de Judæis, cujus electa dicitur moderna Eccleſia inter multas ſpurias, quas ſimul cum ipſa produxit. Et vere una: quia non plures veræ imitationis filias genitrix genuit, vel mater peperit. Electa autem eſt, quia laus eſt matris & genitricis. Adulterina enim filia teſtimonium dat adulterii contra matrem. *m* Viderunt eam filiæ Sion, &c.] ſcil. Angeli, *Prov. ult.* Surrexerunt filii ejus, &c. Solæ filiæ veræ vident quæ regnum expectant; quia omnis gloria filiæ Regis ab intus: Oculi autem ſtultorum in finibus terræ, *Prov.* 17. ut ſcil. interiora non videant, ſed tantum viliſſima, & exteriora attendant. Item ipſa luminoſitate Eccleſiæ eos excæcat: quia oculos noctuæ habent: & ſic veri Solis claritatem ſuſtinere non poſſunt. [Viderunt ergo eam filiæ Sion,] id eſt, Eccleſiæ triumphantis. *n* Et beatiſſimam prædicaverunt] Beatam ſcil. propter ſpirituales divitias, beatiorem propter populi numeroſitatem, ſed beatiſſimam propter ipſius Sponſi nuptias, & amplexus. Et licet ſolæ filiæ videant, tamen &

o Reginæ

B

al. † grex.

Gen. 31.

Epheſ. 4.

1. *Reg.* 16.

C

21. *qu.* 1. *loquitur &* 3. *omnibus* 1. *& c. Pudenda. De conſec. diſt.* 4. *aliud eſt.*

Epheſ. 4.

Rom. 13.

Jac. 1.

Pſal. 44.

Digitized by Google

> *a* Reginæ, & concubinæ laudaverunt eam. *b* Quæ eſt iſta, quæ progreditur, *c* quaſi Aurora conſurgens, *d* pulchra ut Luna, *e* electa ut Sol, *f* terribilis ut caſtrorum acies ordinata? *g* Deſcendi in hortum nucum,

a Reginæ, & concubinæ laudaverunt eam.] Laudant enim tam bonæ, quam malæ. Bonæ, ut veri teſtes, malæ, ut hiſtriones. Omnia enim, quæ ſive boni, ſive mali dicunt, vel faciunt, in laudem Eccleſiæ refunduntur. Et ne credatur, quod ſolum laudetur ab his, qui de Eccleſia ſunt, introducit hic Synagogam ad commendationem ipſius, maxime pro fine mundi, ubi recognoſcens errorem convertetur: unde ſubdit. *Inf. 8.* *b* Quæ eſt iſta, quæ progreditur quaſi Aurora, &c.] Aurora fuit in Patriarchis, Luna in Prophetis, Sol in Apoſtolis. Vel *c* Quaſi Aurora conſurgens,] temporibus primitivis, ſcil. Apoſtolorum. *d* Pulchra, ut Luna,] temporibus Martyrum, & Confeſſorum. *e* Electa, ut Sol,] autem erit in ultimis temporibus, ubi ſcil. magis vigebit perſecutio, & ideo Eccleſia amplius tunc ſplendeſcet. Tunc etiam erit. *f* Terribilis, ut caſtrorum acies ordinata,] contra Antichriſtum, & ſuos: quia tunc erit conflictus acerrimus, & Eccleſia prævalebit. Auroræ etiam comparatur in pœnitentibus. Lunæ in activis, qui curis, & ſollicitudinibus quaſi quibuſdam nebulis ſpinarum obfuſcantur, *Moralit. De anima.* Soli in contemplativis. Vel de anima fideli, quæ eſt Aurora in luminis cogitatione. Luna in ſplendore gratiæ. Sol in adoptione gloriæ. Vel Aurora in oratione. Luna in operatione. Sol in contemplatione. Vel Aurora in morte. Luna in purgatorio. Sol in gloria. *b* Quæ eſt,] ergo, [iſta, quæ progreditur,] de virtute in virtutem. *c* Quaſi Aurora conſurgens,] per augmentum gratiæ, & virtutum. Juxta illud: Neſcit virtus ſtare loco. *Prov.* 4. Semita Juſtorum quaſi lux ſplendens, &c. *d* Pulchra ut Luna,] in ſtatu perfectionis, in quo exemplo ſuo ceteros velut pulchritudine quadam incendit. *e* Electa ut Sol,] ea tranſlata ad patriam. Juxta illud: Fulgebunt Juſti ſicut Sol, &c. *Sap. 3. Matt. 13.* *f* Terribilis, ut caſtrorum acies ordinata.] Dæmonibus, & malis ſpiritibus, quos orationibus devotis, & precibus, quas fundit pro peccatoribus, eos arcet, vulnerat, dejicit, & confundit. *Aliter. De B. Virgine.* Vel de B. Virgine poteſt illud exponi, ut introducatur Synagoga pro tempore ipſius, ejus pulchritudinem, & venuſtatem admirans. Licet enim ipſa B. Virgo fuiſſet prænuntiata in lege & Prophetis; Judæa tamen quaſi incredula quærit. *b* Quæ eſt iſta, quæ progreditur] ad totius Eccleſiæ irrigationem, & fecundationem. *Eccl.* 34. Quaſi aquæductus irriguus exivi de Paradiſo, &c. Hujus progreſſus dilationem lamentabatur *Iſaias* 63. cum dixit: Multitudo viſcerum tuorum, & miſerationum tuarum continuerunt ſe ſuper me. *Et* 41. Egeni, & pauperes quærunt aquas, & non ſunt. Unde temporibus ante ipſius progreſſum ponebantur omnes cum *Jer.* 38. in lacum, in quo non erat aqua. Sed cum venit in hortum Eccleſię iſta aqua, quam vidit *Ezec.* 47. egredientem de templo, tunc fecundari cœpit Eccleſia, & omnes, ad quos pervenit aqua iſta, ſalvi facti ſunt, ut ibi habetur. Non poterat aqua iſta exire, donec ductum haberet; ſed cum fluxit pleniſſime progreditur. Ergo ex genere regali, & ſacerdotali ſummum Regem, & Sacerdotem Dominum paritura, & hoc velut Aurora conſurgens, cujus ortus & Luciferi ſimiliter, & Solis ortum præcedit. Primo enim oritur Aurora, poſtea Lucifer, & tandem Sol. De hac dicitur *Job* 3. Expectet lucem, & non videat: nec ortum ſurgentis Auroræ. Imprecatio eſt malorum. *Et* 38. Numquid oſtendiſti Auroræ locum ſuum? illum oſtendit ei Dominus in aſſumptione ſua, quando eam Deus ad dexteram ſui benedicti filii collocavit. Hæc Aurora eſt media inter noctem humani generis, & lucem claritatis æternæ. In ortu hujus Auroræ vincitur Angelus a Jacob, *Gen.* 32. ideſt, adventus filii Dei in carnem, ideſt, ab Angelo magni conſilii Deo Patre, ſcil. ſanctorum Patrum precibus impetratur. Conſurgens eſt hæc Aurora, non in ortu ſuo cadens in peccatum, ut ceteri: ipſa enim in utero ſanctificata in ortu ſuo ſurrexit, non cecidit, quia nullius peccati obnoxia fuit, ut nos miſeri, qui filii iræ naſcimur, *Epheſ. 2.* in quorum perſona dicit *Pſ.* 114. Circumdederunt me gemitus mortis, &c. *b* Quæ eſt] ergo [iſta, quæ progreditur] in ſui nativitate. *c* Quaſi Aurora conſurgens] per gratiam. *d* Pulchra] in conceptione Salvatoris, in qua ipſe fomes peccati eam aliquantulum reddens obſcuram, omnino fuit extinctus, quando ejus ſpeciem Rex Regum Dei filius concupivit; ſed tamen [ut Luna] ejus claritas a mole carnis aliquantulum retardabatur, in quantum ſcil. ut cum Sol juſtitiæ per adventum ipſius in ejus uterum eam totam redderet luminoſam; nihilominus tamen terræ, ideſt, molis carnis impoſitio eam fecit pati eclypſim; ita quod Joſeph voluit occulte dimittere eam, ut legitur *Matth.* 1. Ortus hujus Auroræ, vel Lunæ, ortum veri Solis, ut dictum eſt, præceſſit, & quaſi annuntiavit. Unde *Eccl.* 43. A Luna ſignum diei feſti: luminare, quod minuitur in conſummatione. Eſt ergo *d* Pulchra ut Luna,] in Chriſti Nativitate *e* Electa ut Sol,] in ſua aſſumptione, in qua omnes Angeli ejus pulchritudinem admirati ſunt. *Eccl.* 43. Sol in aſpectu, &c. Ibi electa eſt, illic præelecta, & ad ejus dexteram collocata, cum & ei dixit: Veni electa mea, & ponam in te thronum meum, &c. Ibi ſcil. ad dexteram filii eſt ipſa. *f* Terribilis,] poteſtatibus aereis, [ut caſtrorum acies ordinata.] Nam bene ſciunt, quod quicquid pro peccatoribus petierit, impetrabit. Unde 3. *Reg.* 2. dixit Salomon matri ſuæ: Pete, mater mea: neque enim fas eſt, ut avertam faciem tuam. Hæc eſt arca fœderis, in qua reſponſa accipimus. De qua dixerunt Acharonitæ 1. *Reg.* 5. Adduxerunt ad nos arcam Dei Iſrael &c. Hæc arca manna continet, & reſervat, quo paſcamur in deſerto hujus ſæculi vagantes, uſque dum veniamus ad terram promiſſionis. Hæc eſt ergo, [terribilis,] inimicis, [ut caſtrorum acies ordinata.] Unde *Eccl.* 43. Vas caſtrorum in excelſis in firmamento cœli reſplendens. Ordinata tripliciter contra tres acies inimicorum, Paganos ſcil. Hæreticos, & Judæos. De quibus *Eccl.* 50. Duas gentes odivit anima mea: & tertia non eſt gens quam oderim, &c. Contra Paganos ordinata eſt, latriam exhibens Deo vero, cum dixit: Magnificat anima mea Dominum, &c. Hic enim deſtruxit idololatriam, qua creaturæ exhibetur honor ſoli *Luc. 1.* Deo debitus Creatori. Contra hæreticos, cum dixit: Et exultavit ſpiritus meus, &c. Contra Judæos, cum dixit: Suſcepit Iſrael puerum ſuum, &c. De hac ergo quærit incredula Synagoga, vel præ admiratione, & gaudio fidelium Eccleſia, vel ipſe ſupernarum virtutum chorus. [Quæ eſt iſta, &c.] Sed ad hanc quæſtionem reſpondit Joachim ſummus Sacerdos, *Judic.* 15. ubi in perſona Judit dicit ad eam: Tu gloria Jeruſalem, tu lætitia Iſrael, tu honorificentia populi noſtri, &c. Taliter eam per circum locutionem deſcribit: tantum enim uno nomine venerat comprehendi: Ipſa gloria Jeruſalem, ideſt, clauſtralium, dans eis formam, & regulam obedientiæ, cum dixit *Luc.* 1. Fiat mihi ſecundum verbum tuum, lætitia Iſrael, ideſt, Scholarium, & Clericorum. Scholarium dans eis formam ſtudendi, & legendi, ut attenti ſint & ſolliciti intelligere, & opere complere, quæ legunt *Luc.* 1. Maria conſervabat omnia verba hæc, &c. Unde & Philippus dixit Eunucho legenti Iſaiam Prophetam: Putaſne, intelligis, quæ legis? Ac honorificentia populi, ideſt, laicorum, in hoc, quod ſtatim credidit majus, ſcil. ſe Dei filium parituram, ubi ſummus Sacerdos, ſcil. Zacharias de multo minori dubitavit, ſcil. Eliſabeth jam ſenem, *Act. 8.* prolem de ipſo habituram *Luc.* 1. Gloria eſt in ſe, lætitia in nobis, honorificentia, ideſt, ab aliis ornata. Quod triplici ejus bene congruit interpretationi: Interpretatur enim illuminata, illuminatrix, & Domina, quia illuminata gloria, quia illuminatrix, vel lætificans, quia Domina honorata. *g* Deſcendi in hortum nucum.] Et hoc Synagogæ ignoranti præ ignorantia ſupra quærenti: [Quæ eſt iſta, &c.] quaſi indirecte reſpondendo, Sponſæ laudibus ſuperaddit Sponſus, quod Sponſa non ſolum talis eſt, ut Synagoga prædixerat, ſed etiam hortus nucum, & poma convallium, & florens vinea, ac mala punica, juxta illud *Prov.* 23. Quando ſederis, ut comedas cum Principe, &c. Attendamus hæc, quæ nobis in menſa ſacræ Scripturæ apponuntur ut & nos talia præparemus. Hortum ergo nucum dicit Sponſam pro Clauſtralibus, & Martyribus, quibus cortex amarior, ideſt, mundus: Cujus omne gaudium amaritudinibus plenum eſt. Juxta illud: Omne gaudium meum amaritudinibus reſperſiſti, ut quærens te ſine offenſione lętari, *Iſa.* 38. Et ecce mundi, ſcil. amaritudo mea amariſſima. Teſta durior, ideſt tolerantia adverſorum, *Job* 2. habetur, quod ipſe ſedens in ſterquilinio, ecce putredo, & amaritudo corticis, ſive fœtor, teſta, ideſt aſperiore vita, vel paſſionum tolerantia, ſaniem, radebat, mundi, ideſt inquinamenta a ſe ſeparabat. Sed nucleus intus dulcior, & ad plures uſus aptior. Hic nucleus ſapidus, & dulcis redditur intima conſolatione, quaſi oleo inde profluente. Poma convallium dicit eam, quantum ad plebem odore bonorum operum redolentem, provenieute ex interiori, & exteriori humilitate, *Pſal.* 103. Qui emittis fontes in convallibus, aquis ſcil. profluis, rivulis ſanctæ opinionis, & famæ. Per vineam quantum ad Clerum, floribus ſcientiæ voti, ac deſiderii ſancti pollentem. De hac vinea in *Pſal.* 79. Vineam de Ægypto ignorantiæ, ſcil. tranſtuliſti, &c. *Eccl.* 39. Florete flores, &c. *ſup.* 2. Vineæ florentes, &c. Mala punica, quoad Prælatos duros exterius in

tole-

tolerantia adverſorum, ſed intus plenos variis gratiis virtutum quę partim albent per vitæ innocentiam, partim rubent per compaſſionem ad proximos, *Luc.* 8. Fructum afferunt im patientia. Dicit ergo; Vos quæritis: quæ eſt iſta, & unde hunc habeat apparatum, & ego deſcendi, & ideo ſcilicet, ipſa aſcendit, quia deſcendit, in hortum nucum, ut ipſum cuſtodirem. Unde & ipſa in quibuſdam eſt Aurora, in aliis Luna, & in aliis Sol. Hic eſt hortus in quo intravit Suſanna in pomarium, ut ibi lavaretur, *Dan.* 13. In hunc hortum deſcendit Dominus per gratiam, ut videat poma convallium, ideſt, bona opera humilium redolentia, in quibus plurimum delectatur, ut dictum eſt, & ſic de aliis. Vel de B. Virgine
A poteſt exponi, in quam deſcendit filius Dei, ut reſpondeat ipſe filius Dei Angelis prius cum admiratione quærentibus. Quæ eſt iſta, &c. Et oſtenditur hic magnum pietatis divinæ myſterium, & admirabile filii Dei Sacramentum, qui ut nos faceret in cęlum aſcendere, deſcendit in terram, ſecundum quod *Pſal.* 143. oraverat: Domine, inclina cœlos tuos, & deſcende: Cœlos inclinavit, quando Angelos hominum ſervitio, & miniſterio deputavit. Sed ipſe ſe non ſolum inclinavit, ſed paulo minoratus ab Angelis uſque ad humanam naturam deſcendit, ut filius Reguli ſanaretur, *Jo:* 4. Ubi & deſcendit in hortum nucum, ideſt, B. Virginis uterum, quæ eſt hortus concluſus. De quo *ſup.* 4. Et de quo *Gen.* 2. Plantaverat autem Dominus Paradiſum voluptatis ab initio, &c. Et nucum eſt hortus iſte, ſecundum tria, quæ in nuce eſt invenire, quæ & in B. Virgine inveniuntur, ſcilicet, corticis amaritudo: Maria enim interpretatur amarum mare, per contrarium ſic vocata, quæ nihil penitus amaritudinis habebat. Teſtæ duritia in ſancti propoſiti firmitate. Unde Angelo reſpondit *Luc.* 1. Quomodo fiet iſtud, quoniam virum non cognoſco? Nuclei dulcedo in fructus pretioſitate. Unde *in eodem*. Et benedictus fructus ventris tui.

Pſal. 8. De B. Virgine.

ut *a* viderem poma convallium, & *b* inſpicerem, ſi floruiſſet vinea, & *c* germinaſſent mala punica. *d* Neſcivi: *e* Anima mea conturbavit me propter quadrigas Aminadab. *f* Revertere, revertere, Sunamitis, *g* revertere, revertere, ut intueamur te.

CAP. VII.

QUid *b* videbis in Sunamite, niſi choros

a Ut viderem poma convallium,] ideſt, multiplices fructus humilitatis ipſius, tam interioris, quam exterioris manifeſtarem, & alios videre facerem, ac per approbationem etiam me videre ſignificarem, ſecundum quod ipſa dixit *Luc.* 1. Quia reſpexit Dominus humilitatem ancillæ ſuæ, &c. Quorum unus eſt Sapientia, *Prov.* 11. Ubi humilitas, & ibi ſapientia. Alius exaltatio, *Luc.* 14 Qui ſe humiliat, exaltabitur. Tertius bonorum operum multiplicatio, *Pſal.* 64 Valles abundabunt frumento. Quartus fluviorum doctrinæ, abundantia, & profluvium. *Pſ.* 103. Inter medium montium pertranſibunt aquæ. Quintus a procellis, & ventis abſconſio, *Iſa.* 32. Erit quaſi, qui abſconditur a vento, &c. *b* Et inſpicerem, &c.] ideſt, Virgo Beata, de qua vitis vera proceſſit. Floruit hæc vinea in Filii Dei conceptione. *c* Et germinaſſent mala punica] per quæ deſignantur charitatis B. Virginis, quam erga nos habet, multiplices effectus, qui licet in omnes defluant, & emanent tamen plena remanet, & redundat, cui dictum eſt: Ave gratia plena. Nec mirum, cum ab ipſa ortum habuerit fons
Luc. 1. indeficiens chariſmatum, & gratiarum. Sequitur. *d* Neſcivi, &c.] Reſponſio eſt Synagogæ ſe ignorantiæ hæc dicentis, & cauſam ſuæ cæcitatis exprimentis, cum ſubjungit. *e* Anima mea, &c.] ideſt, animalis ratio Synagogæ conturbata eſt, & excæcata propter hypocriſim Phariſæorum, traditiones Scribarum, avaritiam Sacerdotum, ambitionem Principum. Unde ne locum perderent, & gentem, ſuaſerunt populis, ut Barrabbam peterent. Hi dicuntur quadrigæ Aminadab, ideſt, Judaici populi, qui dixit *Exod.* 19. Omnia quæcumque dixerit nobis Dominus, audiemus, & faciemus. Interpretatur autem Aminadab populus ſpontaneus. Vel aliter. Hoc dicitur, ut recognoſcat Synagoga ſuum errorem, quæ deſpexit Eccleſiam, & ſcandalizata fuit, videns doctrinam quatuor Evangeliſtarum præferri doctrinæ legis, & Prophetarum, quæ Evangelica dicitur: quadrigæ Aminadab, ideſt, Chriſti, qui ut Aminadab de tribu Juda fuit, & mortem ſponte ſuſcepit. *Pſal.* 92. Elevaverunt flumina, Domine, &c. Ecce conturbatio, *Iſa.* 53. Oblatus eſt, quia ipſe voluit. Vel prima quadriga Chriſti fuit ex Apoſtolis, ſecunda ex Martyribus, tertia ex Confeſſoribus, quarta erit ex viris fortiſſimis tempore Antichriſti. De his quadrigis, *Zach.* 6. Levavi oculos meos, & vidi, & ecce quatuor quadrigæ, &c. His quadrigis adducti ſunt parvuli ad fidem Eccleſiæ, *Iſa. ult.* Adducent omnes fratres veſtros de cunctis gentibus donum Domino in equis, & in quadrigis &c. Et dicit Synagoga. *d* Neſcivi,] ideſt, non approbavi. Eodem modo ſumitur *Matth.* 7. Neſcio vos, ſecundum quod etiam dicitur in *Pſ.* 1. Novit Dominus viam Juſtorum. Vel quatuor quadrigæ, ſive rotæ volubiles, ſunt quatuor affectiones humanæ, quibus humanus animus tota die volvitur, & rotatur, gaudium ſcilicet, triſtitia, timor, & deſiderium. De quibus *Prov.* 30. Tria ſunt mihi difficilia, & quartum penitus ignoro, via Aquilæ, &c. Per viam Aquilæ in cælo inane gaudium naſcens de proſperitate, & terrena felicitate *Ezech.* 17. Grandis Aquila magnarum alarum, *Matth.* 8.
&c. Sed Abdiæ habetur: Si exaltatus fueris, ut aquila, &c. per viam colubri ſuper petram, triſtitia de adverſitate quaſi repit, & conſternatur, contra quam neceſſarius eſt aſpectus ſerpentis, & utilis in palo. Per viam navis in mari, timor nocivi. In navi enim maris eſt magnum periculum. *Sap.* 14. Exiguo ligno, &c. In hac navi fluctuant, quos vanus metus exagitat, & ventus rapidus humanæ cogitationis conturbat. Talibus expediret dicere: Domine, ſalva nos, perimus. Per viam viri in adoleſcentia, qui ſibi ſemper vitam repromittit longiorem, ſpes ſive deſiderium humanum, quo ſæpiſſime humanus animus quadrigatur. *Pſal.* 51. Speravit in multitudine divitiarum ſuarum, &c. Contra quod bonum eſſet, quod ſequitur. Ego autem, ſicut oliva, &c. Hæ ſunt quadrigæ Aminadab, ideſt, ſpontanei, ſponte ſcilicet eis ſe committentis. *f* Revertere, revertere, Sunamitis, &c. Prius dixit Synagoga ſe neſciſſe, & conturbatam fuiſſe. Videns ergo Sponſus, vel ipſa Eccleſia, quod ſuum jam recognoſcit errorem, hortatur eamdem, ut ad veritatem fidei revertatur, ad pacem germinantis, ad agnitionem Redemptoris, ad operum perfectionem, propter quod & quater dicit [Revertere Sunamitis,] ideſt, captiva quadruplici ſervitute, ſcilicet, Principum, mandatorum, legis & peccati. [Revertere] etiam per culpæ agnitionem, idololatriæ abjurationem, pœnæ approbationem, & religionis amorem. Vel vox eſt Sponſi hortantis Eccleſiam, quæ in membris ſuis multipliciter per peccata ab eo diſceſſit, cui quater dicit [Revertere] a quatuor ſcilicet partibus mundi. Vel ſpecialiter dicit ad animam captivatam per peccatum, ut revertatur per boni concupiſcentiam, & per illa tria quæ ſunt in pœnitentia, Vel ut revertatur a quatuor naturalibus affectionibus ipſam in hac miſera vita rotantibus, ſcilicet, gaudio, triſtitia, timore, & ſpe, quæ per quadrigas, ut dictum eſt ſignificantur, *Iſa.* 30. Erunt aures tuæ audientes poſt tergum monentis. *g* Revertere] inquam [revertere, ut] ego & mei [intueamur te,] ideſt, ſpeciem tuam, quam prius habueras: & adhuc, ſi reverſa fueris, recuperabis. Vel [ut intueamur.] Ego quidem per approbationem; tu vero teipſam per reprobationem, & erroris recognitionem. Quamdiu enim averſa es, nec ego te intueor, nec tu teipſam vides.

EXPOSITIO CAP. VII.

b QUid videbis in Sunamite, niſi choros caſtrorum,] Vox eſt Sponſi ad Sponſam, quaſi ita invitans Synagogam ad revertendum, ſed quid vis, vel credis te in ea intueri debere? Vel eodem modo vox eſt ſodalium ad Sponſum, qui Sponſam Eccleſiam, vel fidelem animam hortatus fuerat, ut rediret. Sunt autem inter cetera duo, quæ libenter aſpiciuntur. Magnanimi enim libenter aſpiciunt tyrocinia, & bella; puſillanimes vero ludos, & choros. Hæc ergo duo conjunctim dicit hic in Sunamite videnda, ut tam hi, quam illi in ipſius aſpectu inveniant, quod videre delectet. Unde dicit: Quid videbis in Sunamite, &c.] Quaſi non videbis in ea modo aliquid infidelitatis, vel peccati, ſed eam videbis ad laudes Dei hilarem, & cetera opera Deo jocundam, & ad bella ſpiritualia promptam, ac expeditam, fortiſſime ordinatam, & contra hoſtes viriliter dimicantem. Item cum timore exultantem, & tribulationes cum gaudio ſuſtinentem. Choris comparatur Eccleſia, quoad mentis jucunditatem de patriæ cœleſtis expectatione. Caſtris autem quoad acierum ſtatum, & ordinationem in mundi hujus certamine. Una acies eſt conjugatorum, alia continentium, alia Prælatorum. Sed attende, quod hic conjungit choros cum caſtris. In choris laudes Deo cantamus; in caſtris ipſi Domino militamus. Sunt ergo Chori caſtrorum, qui Dei laudibus inſiſtunt, ita quod bella ejus fideliter peragunt, *Iſa.* 30. In citharis, & tympanis, & bellis præcipuis expugnabit eos. Item chori caſtrorum ſunt, qui intus in corde pacem, & humilitatem cuſtodiunt, extra ſe vero tam in ſe, quam in proximis modis omnibus

Digitized by Google

nibus debellare non ceſſant. Tales libenter reſpicit Domi-
nus. Unde *Luc.* 1. Reſpexit Deus humilitatem ancillæ ſuæ.
Et *Gen.* 4. Reſpexit Dominus ad Abel, & ad munera ejus.
Ideo dicit Dominus *Marc.* 9. Habere in vobis ſal, & pacem
habere inter vos. E contra autem *Iſaias* 57. Non eſt pax im-
piis, dicit Dominus. Chori
autem ſunt quidam; ſed non
caſtrorum, qui ſibi invicem
quadam familiari unanimita-
te conſentiunt; ſed vitiis in
aliquo non contradicunt.
Caſtra vero, & non chori,
qui adverſus concupiſcentiam
ſtrenue militant; ſed non
ſunt unius moris in domo,
imo magis ſibi improba con-
tentione diſcordant. Sed
cum eſt unanimis concentus
Pſ. 67. virtutum, vitia expugnan-
tium, tunc ſunt chori caſtrorum. Et hæc videntur in
Sunamite, ideſt, anima fideli redemptæ a captivitate pec-
cati. Hi ſunt, quos ducebant filiæ Iſrael ſubmerſis Ægy-
ptiis, *Exod.* 15. & quos cantavit Judith Holoferne pro-
ſtrato, *Judith ult.* Sequitur.

caſtrorum? *a* Quam pul-
chri ſunt greſſus tui in
b calceamentis *c* filia
Principis. *d* Junctura
feminum tuorum, *e* ſi-
cut monilia, quæ *f* fa-
bricata ſunt manu Arti-
ficis: *g* umbilicus tuus
crater tornatilis, *h* nun-
quam indigens poculis.

a Quam pulchri ſunt, &c.] Hic Sponſus ut invitet ad Ec-
cleſiam Synagogam in fine ſæculi convertendam, pulchritu-
dinem ejus, quo eam amplius videre deſideret, ei deſcribit.
Vel ſi vis, eſt commendatio Eccleſiæ noviſſimorum tempo-
rum ex Judæis, & Gentibus in unam collectæ. Et attende,
Sap. 5. quod Sponſa ſuperius in Sponſi deſcriptione incepit a capite,
infra ad membra cetera deſcendendo, ut per hoc notaretur
ejus humilitas, & benignitas, qua dignatus eſt in carnem de-
ſcendere, ut Sponſam aſcendere faceret, & ſecum colloca-
ret in cœlis; ipſe vero Sponſus hic incipit pedibus aſcenden-
do, in quo profectus Eccleſiæ declaratur. Dicit ergo
[Quam pulchri ſunt greſſus tui,] ideſt, progreſſus in agen-
do, & patiendo ſpecioſi, & converſatio irreprehenſibilis.
Luc. 1. Hoc plane verum erat in tempore primitivæ Eccleſiæ. Ad.
3. & 4. manifeſte apparet. De Zacharia & Eliſabeth habetur,
quod incedebant in mandatis Domini ſine querela. Hi pro-
greſſus in duobus præcipue attenduntur, in dilatatione, &
multitudine populorum, & exaltatione, ex converſione
Principum, & Magnorum. Sic erit uſque in finem ſæculi.
Et licet in *Pſ.* 44. dicatur: Omnis gloria ejus, ideſt, per-
fecta, filiæ Regis ab intus, non tamen propter hoc re-
movet, quin ſit, & exterior pulchritudo.
b In calceamentis,] ideſt, mortis, & paſſionis Chriſti, præ-
cedentiumque Sanctorum exemplis, ſcilicet Apoſtolorum,
& aliorum patrum affectus noſtros munientibus, & a læſione
occulti peccati defendentibus. Unde & agnum comedenti-
bus præceptum eſt, ut calceamenta haberent in pedibus,
Exod. 12. *Joan.* 1. Qui dicit ſe in Chriſto manere, debet,
ut ille ambulavit, & ipſe ambulare: vel greſſus Eccleſiæ ſunt
pulchri, quia pedes pulchri, Doctores, ſcilicet & Prælati,
quorum pulchritudo attenditur, ut ſint recti, directi etiam
in ante, non in retro, & ampli, immobiles, & mundi,
Ezech. 1. habetur de animalibus, quod pedes eorum erant
pedes recti. Vel greſſus animæ fidelis ſunt caſtus timor Do-
mini, & ſpiritualis deſiderii flagrantia, quæ duo ſicut quæ-
dam calceamenta animam a ſpirituali læſione defendunt.
Nam timor Dei mortificat carnis voluptatem, *Ezech.* 16.
Calceavi te hyacintho, &c. Spirituale vero deſiderium pro-
priam voluntatem. Unde *Judith. ult.* habetur; Sandalia ejus
rapuerunt oculi ejus. *c* Filia Principis] illius, ſcilicet, qui
Iſa. 9. dicitur, Princeps pacis, cujus principatus ſuper hume-
rum ejus: qui non ſolum princeps eſt, ſed principium. Unde
Jo. 8. Ego principium qui & loquor vobis. Cujus eſt Eccleſia,
vel anima fidelis, filia per ſpiritum adoptionis ab ipſo genita.
Sed eſt attendendum, quod eſt filia Principis, & ancilla prin-
cipis, & filia matris, & ancilla matris. Filia Principis eſt,
quando Prælato ei aliquid durum injungenti, ex zelo juſti-
tiæ paret, & eſt obediens ex amore. Sed ancilla ejus eſt, cum
ei aliquid præcipienti paret timore potius, quam amore, cum
tamen ut Dominum venerando. Filia autem eſt matris, quan-
do a Prælato teneriori affectu compaſſionis, ut a matre dili-
gitur, & fovetur, & ipſa ei æqua devotione reſpondet. Sed
ancilla, cum ipſam eam hoc modo foventem, ac diligentem,
ipſa magis timore veneratur, quam amore.
d Junctura feminum tuorum ſicut monilia, &c.] I i vi-
tis femora, in feminabus femina feminum debet dici.
Junctura ergo feminum Eccleſiæ eſt concordia duorum
populorum in una fide, & dilectione. Quæ eſt. *e* ſicut
monilia] indiviſibilis, & colligata vinculo charitatis Ec-
cleſiam muniens, atque ornans.

f Quæ fabricata ſunt manu Artificis] illius, qui fabricatus
eſt Auroram, & Solem: qui ſolus quærere hanc juncturam
uſque ad finem mundi diſtulit. Vel *d* Junctura feminum] Pſ. 72.
federa amicitiæ, viciſſitudines, & ſubminiſtrationes Præ-
latorum. Quæ eſt. *e* Sicut monilia] ſibi invicem charitatis
vinculo firma connexione colligata. *Jo.* 13. In hoc cogno-
ſcent omnes, quia mei Diſcipuli eſtis, &c. De hac jun-
ctura habetur *Gal.* 2. quod Petrus, & Joannes dederunt
Paulo, & Barnabæ dextras ſocietatis. Hæc femina ful-
gere debent exemplis virtutum, rutilare auro charitatis,
ceteros unire, & conjungere in vinculo pacis, & ſic eſſe
monilia, in ornatum Eccleſiæ Sponſæ, vel animæ fide-
lis. Femina ſunt ſpes, & timor, in quorum medio eſt
fons generationis, ſcilicet charitas, Vel
d Junctura feminum] poteſt dici vinculum profeſſionis,
quod religioſos viros ligat ad præſepium Salvatoris, ut a
mandatis ejus, vel conſiliis non devient, aut declinent:
De quo *Apoc.* 19 habetur, quod habebat in veſtimento,
& in femore ſuo ſcriptum: Rex Regum, & Dominus Do-
minantium. Unde & *Gen.* 4. habetur, quod Eliezer po-
ſuit manum ſuam ſub femore Abrahæ. Hæc [junctura fe-
minum eſt. *e* Sicut monilia] ad ornatum, & munimen Ec-
cleſiæ præparata. Unde *Pſ.* 132. Ecce quam bonum, &
quam jucundum, &c. Unde dicitur munimen jucundum or-
natum. Hæc ſunt monilia, quæ dedit Eliezer Rebeccæ,
Gen. 24. *f* Quæ fabricata ſunt manu Artificis] Religio-
nis, ſcilicet, vel ordinis inſtitutoris, quia in ipſa fabrica-
vit ſalubria inſtituta. Vel ipſius Domini, qui ceſſante Po-
tentum tyrannide, ex ſua ſecreta Sapientia homini conſilium
ordinavit, ut idem tortor, & qui torquetur: martyrium
inferens, & Martyr. De quo *Iſa.* 44. Ego ſum Dominus
faciens omnia. *g* Umbilicus tuus crater tornatilis, &c.]
Umbilicus iſte Prælati ſunt Eccleſiæ, a quibus ad parvulos
Eccleſiæ, tanquam fetus teneros debet prodire nutrimentum.
Sed oportet tales, ſi bene volunt nutrire pueros, ut ſuos
umbilicos præciſos habeant, ne per luxuriam lac corrumpens
effluat. Nam *Job* 40. habetur, quod virtus ejus in umbili-
co ventris illius. Et *Ezech* 16. dicitur: In die ortus tui
non eſt præciſus umbilicus tuus. Iſte umbilicus debet eſſe, ut
crater tornatilis. Crater, magnus ſcyphus dici ſolebat, ad
litteram, qui torno fiebat, & cum anſis erat. Crater ergo
debet eſſe Prælatus Eccleſiæ, Sapientiæ, & doctrinæ, qua
tota inebrietur Eccleſia. Unde & in candelabro erant ſcyphi,
lilia, & ſpherulæ, *Exod.* 25. Prælati ſcilicet, in Eccle-
ſia, qui ſcyphi ſunt in propinatione ſalutaris doctrinæ, lilia
in caſtitate vitæ, ſpherulæ in operum ſtrenuitate. De his
ſcyphis, *Eccl.* 2. Feci mihi ſcyphos, &c Debet etiam cra-
ter eſſe tornatilis, ut a Deo incipiat, & ad Deum totum,
quod facit, referens in ipſo terminetur. Item planus ſine
aliquo ſcrupulo erroris, aut fraudis, nihilque habens ſu-
perfluum, & in omnibus præceptis divinis obtemperans.
h Nunquam indigens poculis] ſcientiæ, aut doctrinæ.
Nam in ipſo tanquam in fonte, vel puteo debent omnes alii
haurire, ut poſſit dicere id, *ſupra* 5. Comedite, amici:
& bibite, & inebriamini, chariſſimi. Ab ipſis enim tem-
per debet fons boni exempli, & ſapientiæ ſcaturire. Vel
animæ umbilicus poteſt dici zelus, aut pietas. Poteſt
Eccleſiæ univerſalis umbilicus dici Romana Eccleſia, quæ
ad modum umbilici in univerſali Eccleſia medium tenet
locum, ſeque mediam, & communem debet omnibus ex-
hibere. Hæc debet eſſe, ut crater immenſus, toti, ſci-
licet, clero, & populo copioſus, ſed tornatilis, ut cir-
cumquaque omnibus reſpondeat æqualiter, & caveat ab
omni ſcrupulo acceptionis perſonæ, cui, ſcilicet acceptio-
ni perſonæ multi ſcrupuli attribuuntur.
h Nunquam indigens poculis,] ut ab ea procul abſiſtat ſitis
avaritiæ; quæ nunquam ſit inops conſilii, ignara judicii,
nunquam etiam doctrina indiga ſalutari. De hoc umbili-
co debet emi abſque argento, & abſque ulla commutatione
vinum, & lac, *Iſa.* 55. Et de eo debent fluere aquæ vivæ.
Jo. 7. ut ibi inveniat dubius conſilium, oppreſſus auxi-
lium, æger remedium, ſolatium puſillanimis, doctrinam ne-
ſcius, correctionem inquietus, increpationem iniquus, ino-
bediens ultionem. Hic crater duabus anſis munitur, ſacer-
dotalibus ſcil. & regia dignitate. Hanc contra hæreticorum
pravitatem, illam contra Tyrannorum crudelitatem firmiter
ſe defendendo. Unde & in ſignum hujus duplicis poteſtatis
defert ſummus Pontifex in media Quadrageſima in proceſ-
ſione infulam, & coronam. Hic eſt calix, de quo in *Pſ.* 74.
Calix in manu Domini vini meri plenus mixto. Merum vi-
num hujus calicis eſt poteſtas ſolvendi, & peccata remitten-
di. Sed fæces, quæ in fundo reſident, ſunt poteſtas excom-
municandi, & anathematizandi, quas ad pedes arborum
infructuoſarum, quandoque oportet apponere, ſi forte
ſic

Digitized by Google

ſic fructum ferant. *a* Venter tuus, &c.] Venter iſte poſſunt dici iſti Prælati Eccleſiæ, ſicut etiam umbilicus; debent enim geſtare parvulos de Eccleſia, & nutrire. Sed hodie perpluribus poteſt dici iſtud *Pſ.* 43. Conglutinatus eſt in
B terra venter noſter. Vel per ventrem, qui eſt infirmior pars hominis, infirmiores in Eccleſia accipi poſſunt. Hic venter eſt. *b* Sicut acervus tritici,] in area, ſcilicet antequam ventiletur, ubi ſimul grana cum paleis, unde & paleis, quamdiu ſunt in acervo, parcitur propter grana, donec area ventiletur. *c* Vallatus liliis,]clauſtralium ſcilicet, conventibus, quibus circundatur hic venter, & proteguntur. Vel venter animæ poteſt dici memoria, quæ continere debet acervum tritici, cogitationes ſcilicet multas, & bonas, & vallari liliis, ideſt,

a Venter tuus, *b* ſicut acervus tritici *c* vallatus Liliis. *d* Duo ubera tua, ſicut duo hinnuli gemelli capræ. *e* Collum tuum ſicut turris eburnea. *f* Oculi tui *g* ſicut piſcinæ in Eſebon, quæ ſunt in *h* porta filiæ *i* multitudinis. *k* Naſus tuus, *l* ſicut turris Libani, *m* quæ reſpicit contra Damaſcum. *n* Caput tuum, ut carme-

bonis operibus, vel virtutibus angelicis. Vel venter Eccleſiæ cœtus Religioſorum, qui concipit, quos ſuſcipit per confeſſionem, eos parturiens, quos ad Deum in morte tranſmittit. In hoc ventre excutiuntur grana a paleis per flagella, & tribulationes, ut grana in horrea æternæ beatitudinis recondantur, paleæ vero in igne inextinguibili comburantur: In acervo granorum numerus præ multitudine neſcitur;
Matth. 3. ſic in clauſtris reſpectu ſæcularium boni numerum non recipiunt. Unde *ſup.* 6. Adoleſcentularum non eſt numerus. Et *Apoc.* 7. Poſt hæc vidi turbam magnam, quam dinumerare nemo poterat, &c. Et ideo eſt venter iſte, ſicut acervus tritici, & vallatus liliis, ideſt, abundantia virtutum, ac honeſtate vitæ, & ſanctæ converſationis.

d Duo ubera tua, &c.] Per hæc duo ubera poſſunt deſignari Doctores neophitorum, de utroque populo converſorum, vel Prædicatores, duorum Teſtamentorum auctoritatibus, quod prædicant, confirmantes, vel qui vacant duobus ſtudiis, pietatis ſcilicet, verbi ſimplicis doctrinæ, & operibus miſericordiæ. De primo 1. *Cor.* 3. Lac potum dedi vobis non eſcam. De ſecundo 1. *Cor.* 9. Quis paſcit gregem, & de lacte ejus non manducat? Verba doctrinæ debent de ſui ſcientia propinare, & opera miſericordiæ de ſuo proprio miniſtrare, 1. *Pet.* 4. Si quis loquitur quaſi ſermones Dei. Et *Judith* 4. habetur, quod Siſara inebriatus eſt lacte ſumpto de utre, & interfectus. De ubero debet lac ſugi, non de utre, ideſt, non debet prædicare, qui ſcientiam non habet prædicandi, niſi quam accipit in quaterni. Nam talis ſæpe dicit, quæ magis ſunt ad nocumentum, quam ad profectum. Hæc duo ubera debent eſſe, ſicut duo hinnuli caprarum, qui rotundi ſunt, ut ſcilicet hilariter effundant aliis, quod ſuxerunt: gemelli etiam duplici ſuſtentatione, carnali, & ſpirituali, & hac duplici exempli ſcilicet & doctrinæ, ut tribus modis paſcant, ſecundum quod ter dictum eſt Petro: Paſce oves meas, *Jo.* 21. De Religioſis etiam poteſt exponi, ut duo Religionis ubera dicantur illi, qui fratribus infirmis, & qui hoſpitibus neceſſaria adminiſtrant. Hæc ubera debent abundare lacte manſuetudinis, humanitatis, & benignitatis. Et debent eſſe, ſicut hinnuli caprarum, quæ acute vident, ut intuitu perſpicaci fidei foveatur in eis humilitas, alacritas, & celeritas hinnulorum. Item ubera fidelis animæ ſunt congratulatio, & compaſſio. Juxta illud *Rom.* 12. Gaudete cum gaudentibus, flete cum flentibus.

e Collum tuum ſicut turris eburnea.] Collum, quo caput membris, ſive corpori conjungitur, B. Virgo eſt, qua etiam mediante vota noſtra Domino pandimus, & dona gratiarum recipimus, ac ſpiritualia alimenta. Hæc etiam eſt, ſicut turris contra diabolum, cujus caput contrivit, *ſup.* 4. Sicut turris David collum tuum. Eburnea autem dicitur propter candorem, planitiem, ac in propoſito firmitatem. Unde ipſa dixit *Luc.* 1. Quomodo fiet iſtud, quoniam virum non cognoſco? Vel per collum intelligitur Prælatus, cui amplior eſt ceteris neceſſaria fortitudo, ut non cedat laceſſitus injuriis, minis, & terroribus provocatum. Hoc collum debet eſſe, ſicut turris, ſolidum ſcilicet, & non ſpongioſum, aut cavernoſum, ſed ſicut turris eburnea, ideſt, elephantina. Nam de Elephante eſt ebur. Elephas inter cetera animalia præcellit in magnitudine, in caſtitate, in annoſitate: nam trecentis annis vivere dicitur; ita præ ceteris debet Prælatus præcellere in magnitudine operum, in caſtitate munditiæ, in annoſitate perſeverantiæ diſciplinalis. Etiam dicitur Elephas modicam linguam habere, & magnarum virium, & ad bella animal aptiſſimum: Quæ omnia neceſſaria ſunt ſpiritualiter Prælatis, qui etiam nitidi debent eſſe per hilaritatem, plani per vitæ munditiam, & quanto in prælatione ſeneſcunt, tanto fervore fidei debent eſſe rubicundiores. Vel ſecundum quod dicunt, ebur dicitur ab oro, quod proprie eſt dens elephantis, cui debet aſſimilari Prælatus, ut mordeat vitia, fortis ſit, candidus, pretioſus, carne carens, & cute. Vel collum, fides, qua Deo conjungimur, quæ ſicut turris eſt, ut ea defendamur ab inimico. Juxta illud 1. *Pet.* 5. Cui reſiſtite fortes in fide. Et eburnea, munda, ſcilicet per opera. Nam fides ſine operibus mortua eſt, *Jac.* 2. Conſtans ut non deficiat: caſta, & non falſa lucra ſectetur.

f Oculi tui ſicut piſcinæ in Eſebon.] Oculi Eccleſiæ ſunt Prælati, qui præ ceteris clari eſſe debent, & toti corpori 40. diſt. c. hunc ætern.
Eccleſiæ providere. *Matth.* 6. Si oculus tuus ſimplex fuerit, totum corpus tuum lucidum erit. Eſebon interpretatur cogitatio, vel cingulum mœroris. Oculi ergo iſti debent eſſe, ſicut piſcinæ in Eſebon, ideſt, in abundantia bonarum cogitationum, & affluentia lacrymarum, ut non ſolum pro ſuis, ſed pro omnium orent, & defleant peccatis. *Iſa.* 33. Angeli pacis amare flebant. Et debent eſſe hi oculi. *h* In portis filiæ multitudinis,]Chriſtianorum, per ſanctam converſationem, & honeſtam prædicationem, ut reſiſtant *Prov.* 30.
hoſtibus ingredi volentibus hujus filiæ domum, ideſt, fidelis animæ conſcientiam, & intus non ingrediantur peccata, vel facta hominum nimium perſcrutantes: nam qui nimis emungit, elicit ſanguinem. Vel oculi Sponſæ ſunt prudentia in utraque vita, in contemplativa, ſcilicet & in activa, quæ & abundare debent aquis gratiarum, & eſſe. *h* In porta,] ut bona, ſcil. & mala diſcutiat. Et antequam terrent. *i* Filiæ multitudinis,] ideſt, animæ fidelis, quæ ſcilicet, ſe ſingularitate non extollit, nec de paucitate eminentium ſe reputat, ſed de multitudine Electorum eſſe humiliter ſperat. Vel oculi animæ fidelis, amor Dei, & amor proximi. Juxta illud: Ubi amor, ibi oculus. Vel oculi Religioſi ſunt duo, ſcilicet: Prior & Cellerarius. Hic dexter, qui providet, & prævidet, quæ circa religionem ſunt attendenda. Ille ſiniſter, qui circa ipſa adminiſtranda debet in p cere, & eſſe ſollicitus. Iſti debent eſſe. *g* Sicut piſcinæ in Eſebon:] affluere ſcilicet, aqua Sapientiæ ſalutaris in prudenti diſpenſatione. Ille ſpiritualium, iſte temporalium. Et hoc. *h* In porta filiæ,] ideſt, in medio filiæ, multitudinis, ut nec iſtis deſerant, nec illos gravent; ſed omnibus ſe communes exhibeant.

k Naſus tuus ſicut turris Libani,] Ad litteram, fecit David quamdam turrim in munitionem contra Damaſcum. Per naſum ergo angelici Spiritus, qui futura & incognita præſentiunt, ut naribus occulta conjiciuntur. Naſus ille eſt. *l* Sicut turris Libani] propter fortem protectionem, & cumulum puritatis. *m* Qui reſpicit contra Damaſcum,] ideſt, contra invidiam Dæmonum, & malitiam, qui ſanguine humano ſatiari non valent. Vel per naſum cœtus virorum ſpiritualium, diſcretionem ſpirituum habentium, gnari conſilii exiſtentium, & ſic ſpiritum vitæ corpori Eccleſiæ miniſtrantium, peccatorum fœtores repellentium, odoreſque virtutum diſtribuentium prudenter deſignatur, *Job* 29. Procul odoratur bellum, hi ſunt. *l* Sicut turris Libani,] ceteris ſcilicet, eminentiores, infirmis ſcilicet, refugium, fortes virtute, plenique virtutum operibus, quaſi pleni diverſis arboribus, vita candidi, in Libano, ideſt, in Chriſto fundati, & thus devotæ orationis miniſtrantes abunde,

m Quæ reſpicit contra Damaſcum,]multitudinem, ſcilicet, vitiorum, Dæmonum, ac hominum impiorum, ut eos ſubſannent, ut adventum hoſtium denuncient, ut eis reſiſtant, ut culpam, antequam venerit, comprehendant. Vel naſus animæ fidelis, ſpes & fides, quæ ſunt de non viſis, & quæ peccatis, & vitiis adverſantur. Vel ipſa iraſcibilis ſive ſancta ſuperbia animæ, naſus eſt, quæ contra Damaſcum reſpicit peccatum abominando, præſentiendo, & fugiendo. *n* Caput tuum, &c.]Carmelus, ad litteram, mons eſt altiſſimus, & pulcherrimus, pinguis, herbis odoriferis conſitus, & interpretatur ſcientia circumciſionis. Caput ergo Eccleſiæ Chriſtus, qui eſt mons coagulatus, mons pinguis, & mons in vertice montium, in quo Elias orans pluviam impetravit. 3. *Reg.* 18. Extra quem oratio pinguedinem devotionis habere non poteſt: qui tunc innotuit, cum ab eo circumciſa mortalitas fuit. Vel Senatus Apoſtolicus, ſeu quicumque Prælatus, qui debet eſſe altus vita, fecundus operibus, fructuum ſpiritualium fertilitate pinguis, odoriferus fama, & non tantum carnis, ſed etiam cordis tam in ſe, quam in aliis veræ circumciſionis habere ſcientiam, diligentiamque cautelæ. Vel caput animæ intellectus, vel mens,

quæ

Digitized by Google

quæ debet eſſe, ut carmelus, ungues ſuos, ideſt, concupiſcentias, quæ ex carne naſcuntur, & capillos, ideſt, cogitationes, & veſtes ipſas, ideſt, virtutes, ab omni deformitate, & ſuperfluitate ſciens circumcidere, ut nihil incongruum, nihil in ea inveniatur indignum, ut non elevetur in ſuperbiam, non præcipitetur in carnis concupiſcentiam, præſumptionem caveat, non retroſpiciat, non in luti volutabrum demergatur, non ad dexteram declinet indiſcreto rigore juſtitiæ, neque

C ad ſiniſtram ex puſillanimitate, *Deut.* 10. Circumcidite præputium cordis veſtri. *a* Et comæ capitis tui, &c.] Hæ comæ ex capite naſcentes, & ipſum caput ornantes, ſunt Clerici, qui Prælatis aſ-

al. † non habet, & odor, ſiſtunt. Hi debent eſſe ſicut purpura Regis, patientiam ſcilicet, charitatem Chriſti, atque fervorem imitantes, ipſiuſque quaſi indumentum regale. Plerique tamen potius ſunt ei ſaccus cilicinus, undique pungentes ac vilem, quantum in ipſis eſt, oſtendentes. Juncti etiam debent eſſe canalibus, ideſt, Doctoribus, & Prælatis ipſis vitæ conformitate, obedientiæ promptitudine, adjutorii efficacitate. Vel comæ iſtæ ſunt religioſi, qui ſunt ſicut purpura, quia regni gloria. Et juncti canalibus, ideſt, obſervantiis regularibus, in quibus tincturæ pretioſitatem recipiunt, ut purpura in canalibus lapideis, in quibus ſanguine muricis aſpergitur, quo redditur pretioſa. Vel comæ capitis ſunt affectiones, & cogitationes mentis, quæ jungi debent canalibus humilitatis, ut tincturam recipiant ſanctitatis, ſanguine muricis, ideſt, Chriſti, ut ſiant ſicut purpura Regis, in qua ſcilicet, Chriſto Regi illuſum eſt, quæ *Matth.* 28. dicitur coccinea, in quo fervor attenditur. In *Joan.* 19. Dicitur purpureum veſtimentum, in quo patientia, quæ etiam ſicut purpura Regem, ita ipſam mentem, vel animam operire, munire, & ornare debent, *Pſalm* 44. Aſtitit Regina, &c. *b* Quam pulchra es,] Hucuſque Sponſam Sponſus per membra commendans, ad labores varios invitavit; nunc autem per conjunctionem duorum populorum poſt laborem certaminum vacantem cœleſtibus deliciis recommendat, [Quam pulchra es,] fide. *c* Et quam decora,] opere. *d* Chariſſima in deliciis,] in contemplationis quiete, ubi quaſi delicata vilia quæque, atque terrena deſpicis. Et attende, quod poſt membrorum ſingulorum enumerationem, hoc totum ſicut, & *ſup.* 4. Quaſi uno verbo concludit. *b* Quam pulchra,] etiam in colore. *c* Et quam decora] in competenti membrorum formatione, & ordinatione. *d* Deliciis,] aſſiſtens in exteriori ornatu. Vel. *b* Pulchra,] in Græcis. *c* Decora,] in Latinis. *d* Chariſſima in deliciis,] ideſt, in converſis de Judæis in fine mundi, quando reliquiæ Iſrael ſalvæ fient, *Rom.* 9. Vel, [pulchra] in Prælatis cum imperant, ſine auſteritate, [decora,] in ſubditis, cum parent ſine murmuratione. Pulchra enim eſt prælatio, ſine elatione; decora ſubjectio, ſine dejectione, ſed chariſſima in deliciis, ideſt, in viris religioſis, *Prov.* 8. Deliciæ meæ cum filiis hominum. *e* Statura tua aſſimilata eſt palmæ,] Palmæ comparatur Eccleſiæ ſtatura, vel animæ, quæ de Paradiſi deliciis prægustavit, quia tota in cœlum erigitur. Palma in imis deſpecta eſt, & rugoſa, tenuis, & debilis, in alto, latior, fortior, & corpulentior: in alto folia ſervat, & multiplicat, & fructum facit dulcem, & rubeum, tenerum extra, ſed durum intra. Tales ſunt illi, in quibus ſtat Eccleſia, ſcilicet religioſi, ac viri perfecti, qui in imo viles, & deſpecti habentur. Unde *Pſal.* 30. Qui videbant me foras fugerunt a me, &c. Et *Sap.* 5. Hi ſunt, quos aliquando habuimus in deriſum, &c. Tales ad modum palmæ deformes ſunt in ſtipite, vel radice per peccatum originale, aſperi in cortice per pœnitentiæ rigorem, firmi in robore per mentis conſtantiam, decori in culmine per ſpem, delectabiles in flore per vitæ eminentiam, *Pſal.* 91. Juſtus ut palma florebit, &c. Dulces, & ſuaves in fructu, & ſapidi per gloriæ adoptionem. Hæc etiam per excellentiam B. Virgini poſſunt aptari, de

lus, & *a* comæ capitis tui, ſicut purpura Regis juncta canalibus. *b* Quam pulchra es, *c* & quam decora, *d* chariſſima in deliciis. *e* Statura tua aſſimilata eſt palmæ, & *f* ubera tua botris. *g* Dixi: Aſcendam in palmam, & apprehendam fructus ejus; Et *h* erunt ubera tua, ſicut botri vineæ: & *i* odor oris tui, *k* ſicut † odor malorum. *l* Guttur tuum, ſicut vinum optimum. *m* Dignum Dilecto meo ad potandum, *n* labiiſque, & dentibus illius ad ruminandum.

qua & ſubditur. *f* Et ubera tua botris, &c.] Sed de Eccleſia exponamus, cujus ubera ſunt Prælati, ſed botris plena, vel ſimilia, ut in quantum ubera, lac ſimplicis doctrinæ parvulis, inquantum botris comparata, vinum profundioris, & ſubtilioris ſcientiæ, provectioribus propinent, vel ubera fidelis animæ, ſunt gratia docendi, & gratia conſolandi, quæ lac alienum, vel vinum continere non debent in ſeipſis genitum, vel formatum, 2. *Cor.* 1. Benedictus Deus, & Pater Domini Jeſu Chriſti, pater miſericordiarum, & Deus totius conſolationis, qui conſolatur nos in omni tribulatione noſtra, &c. *Job* 6. Nunquid poteſt aliquis guſtare, quod guſtatum affert mortem, &c. *g* Dixi: Aſcendam in palmam, &c.] Ideo gaudere debes, ſi ſtatura tua palmæ aſſimiletur; quia ab æterno diſpoſui me in ea aſcenſurum. In palma ergo, ideſt, in Eccleſia Chriſtus aſcendit, dum per amorem, per gratiam, per naturæ unionem ſe caput ejus fecit. Vel. Aſcendam in palmam,] ideſt, in Crucem, ut & te aſcendere faciam. Et dicitur Crux palma, cujus & lignum tranſverſale ad litteram fuit de palma, in quo affixæ ſunt manus Chriſti, extra hiſpida, & rugoſa, atque amara videtur, nec ſtatim de ipſa fructus habetur. Unde *Prov.* 13. Subſtantia feſtinata minuetur. Et 20. Hæreditas, ad quam feſtinatur in principio, &c. Sed poſt longum tempus fert fructum ſuavem, dulcem, uberem, guſtui delectabilem, & ſolidum nutrimento, qui dactylus appellatur, quod interpretatur digitus, quia ex Dei digitis, prius ligno Crucis affixis, nobis provenit fructus palmæ, ideſt, crucis & pœnitentiæ. Et nota quadruplex lignum. Primum ſcientiæ boni & mali, quod eſt voluptas, quæ per bonum ducit ad malum. Secundum ſcientiæ mali & boni, quod eſt pœnitentia, quæ per malum ducit ad bonum, *Prov.* 20. Malum eſt, malum eſt, dicit omnis emptor. Tertium mali, & mali, quod eſt impatientia & malignitas qua itur per malum ad pejus. Quartum ſcientiæ boni, & boni, quod eſt charitas, qua per bonum venitur ad melius. Primum Adam pater noſter aſcendit, & corruit: nam fructum ejus apprehendens mortem meruit: Sed ſecundum illi primo oppoſitum, ſecundus Adam aſcendens, & fructum ejus apprehendens inde immortalitatis gloriam, non ſolum ſibi, ſed & Adæ filiis, qui corruerant, acquiſivit. Unde fructus palmæ, quam Chriſtus aſcendit, poſſunt dici corporis propria glorificatio, noſtra redemptio, Diaboli ligatio, & omnium Electorum plena ſalvatio, quos ita fortiter per ſuam gratiam apprehendit, ut nullo modo decidere poſſint. Unde de ipſis ſubditur. *h* Et erunt ubera tua, ſicut botri vineę,] dulces, quę prius erant botri, de hedera amarę, ſcilicet, Synagogę, quę vero Jona æſtu paſſionis æſtuante aruit. *i* Et odor oris tui,] ideſt, fama eorum, per quos loquitur Eccleſia, orando, laudando, prędicando. *k* Sicut odor malorum,] ut alliciat, & ad guſtum invitet, vel ut ex fructus ſuavitate, non ex foliorum, ideſt, verborum numeroſitate laudentur. Vel odor oris eſt gratia docendi, ſive devotio in officio prędicationis, quę & guſtum, & odorem in guſtu affert audientibus: & medicinale eſt vinum malorum. *l* Guttur tuum, ſicut vinum optimum: Dignum Dilecto meo ad potandum,] De gutture meretricis habetur *Prov.* 5. Nitidius oleo guttur ejus. Et in *Pſal.* 40. Molliti ſunt ſermones ejus ſuper oleum. Per guttur ergo Sponſę, verba prędicationis intelliguntur, *Oſeæ* 8. In gutture tuo ſit tuba. Guttur ergo illud, ſicut vinum optimum, odore, colore, ſapore, virtute cæteras vires pręcellens, quod quanto vetuſtius, tanto ſuavius & pretioſius. Ideo dicitur *Eccli.* 9. Non derelinquas amicum antiquum, &c. Non debent ergo ſancti Prędicatores novis inſiſtere, ſed vetera ſanctorum Patrum dicta rimari. Juxta illud *Levit.* 26. Vetuſtiſſima veterum comedetis. Nam qui prędicant nova, muſta bibunt, *Joan* 2. habetur: Tu ſervaſti bonum vinum uſque adhuc. Audiens autem Sponſa verbum prędicationis ſic commendari a Sponſo, ut vino optimo comparetur, rapiens verbum ex ipſius ore, ſubjungit prædictis verbis Sponſi continuans. *m* Dignum Dilecto meo ad potandum,] Ipſe Chriſtus, inquantum homo, hoc vinum docente Divinitate, & faciliter & cito potavit, & Sapientiæ profectione profecit, libenterque calicem paſſionis bibit, aliiſque ad potandum porrexit, qui non iſta eodem modo bibunt, ſed cum ſtudio, & labore, *Apoc.* 5. Dignus eſt Agnus, qui occiſus eſt, &c. Pro aliis autem ſequitur. *n* Labiiſque & dentibus illius ad ruminandum,] Per labia ſimpliciores, per dentes ſubtiliores ſacræ Scripturæ inveſtigatores intellige, qui in carnis non ſiſtunt ſuperficie, ſed uſque ad oſſa ruminant interiora. Eſt enim, ut dicit *Hier.* ſacra Scriptura aqua, in qua Agnus peditat, elephas notat,

Oſee 7. Super frumentum, & vinum ruminabunt. Vel, per vinum intelligitur Sacræ Scripturæ myſterium, quod calefacit, inebriat, & jucundat, *Jerem.*20 Factus eſt in corde meo quaſi ignis æſtuans, *Pſal.*22. Calix meus inebrians, &c. Et *Pſal.*103. Vinum lætificat cor hominis. Hoc eſt vinum germinans Virgines,

D *Zach.*9. Bonum eſt hoc vinum credentibus, melius conſentientibus, *Jer.* 15. Inventi ſunt ſermones tui, & comedi eos, & factum eſt mihi verbum tuum in gaudium, & in lætitiam cordis mei. Hoc vinum ruminatur, cum de divinis myſteriis exterior ſermo habetur, quod bonum eſt prædicantibus ipſum, ſcilicet, per prædicationem effundentibus; melius autem per auditum ipſum colligentibus, vel recipientibus, ſed optimum iſtud operis completione bibentibus, & ſe eo inebriantibus. Ideo dictum eſt *ſupr.* 5. Comedite, & bibite amici. &c.

a Ego *b* Dilecto meo, & *c* ad me converſio ejus. *d* Veni Dilecte mi, egrediamur in agrum, *e* commoremur in villis. *f* Mane ſurgamus ad vineas: *g* videamus, ſi *h* floruit vinea, ſi *i* flores fructus parturiunt, ſi *k* floruerunt mala punica. *l* Ibi dabo tibi ubera mea. *m* Mandragoræ *n* dederunt odorem ſuum in portis noſtris.

a Ego Dilecto, &c.] ſupple, meipſam devote offero qui me tantum commendat, non boves, aut oves, *Pſal.*50 Sacrificium Deo ſpiritus contribulatus, cor contritum, & humiliatum, Deus non deſpicies. *c* Et ad me converſio ejus,] ut in ſuam imaginem recognoſcat. Vel [Ego Dilecto meo] adhæreo, me convertendo ad ipſum, non ad opes terrenas, delicias, carnales concupiſcentias, ad frivolas dignitates, ad lites, & contentiones, ad impudicitias, ad ſæculi vanitates, & inſanias falſas, nihil quærens contra eum, nihil ante eum, nihil præter eum, nihil breviter, quam ipſum. Sed *Pſal.* 26. unam petii a Domino, hanc requiram, ut dicam cum *B. Aug* Si vis, ut dimittam te, da mihi alium te, ut a te tranſeam ad te, alioquin non recedam a te. *Pſal.* 72. Quid enim mihi eſt in cœlo, & a te quid volui ſuper terram? Et quia ſic [Ego Dilecto meo,] ideo [ad me converſio ejus,] ſecundum quod dicitur *Zach.*1. Convertimini ad me, & ego convertar ad vos, vel poteſt eſſe vox Sponſæ ad adoleſcentulas, aut Eccleſiæ ad Synagogam, quaſi mihi adhortanti credite, ut vos convertatis ad ipſum, qui ſemper eſt paratus recipere vos. Nam *a* Ego] nuda, pauper, vilis, & exul. *b* Dilecto meo] vera cordis dilectione me converti. *c* Et] ſtatim [ad me converſio ejus] carnem ſumendo, me a miſeriis multiplicibus relevando, multiplicando, conſolando, recreando, æterna gaudia promittendo. *d* Veni, dilecte mi. &c.] Videns Sponſa ſe in Gentium vocatione, & converſione ad Deum per ſe non poſſe proficere, vocat Sponſum in auxilium, dicens: [Veni.] Venit autem Dominus multis modis, ut Judex, dum commiſſa arguit, & condemnat: ut Dominus, dum pœnas irrogat, & minas intentat, ut miſericors, dum delicta condonat, & gratiam dat, ut Magiſter, dum ſcientia informat, ut pater, dum gratiam adoptionis, & deſiderium tribuit hæreditatis, ut Dilectus, dum magis, ac magis ad amorem inflammat. Ut Judex, perſequitur injuſtitiam, ut Dominus donat temperantiam, ut miſericors, dat veniam, & poſcendi fiduciam: ut Magiſter removet imprudentiam, ut Pater, expellit puſillanimitatem, ut Dilectus, infundit omnium bonorum abundantiam. Vox eſt Judicis, *Pſal.*49. Exiſtimaſti inique, quod ero tui ſimilis, &c. Vox Domini: Oſtendam vobis, quem timere debeatis, *Luc.* 12. Vox miſericordis: Nec ego te condemnabo: jam amplius noli peccare, *Joan* 8. Vox Magiſtri: Diſcite a me, quia mitis ſum, & humilis corde, *Matth.*11. Vox Patris: Nolite timere puſillus grex. &c. *Luc.*12. Vox Dilecti: Sicut dilexit me Pater, &c. *Joan.* 15. [Veni] ergo [Dilecte mi, egrediamur in agrum] quaſi tu mecum es in lecto, in quo jam ſum a te per conjunctionem mutuam imprægnata; ſed nunc volo egredi ut partum, quod tamen aggredi non audeo, niſi & tu mecum egrediaris, Neque enim, qui plantat, eſt aliquid, neque qui rigat, &c. 1.*Cor.*3. Per agrum generaliter Eccleſia accipitur, ad quam inſtruendam debet egredi, qui divina Sapientia eſt imbutus, *Ezech.* 3. Surgens egredere in campum. Eccleſiam autem poſtea per partes ſubdividit, dicens: *e* Commoremur in villis.] Per villas neophyti, & ſimplices, ac rudes intelliguntur, qui minus habent compoſitionis, urbanitatis, munitionis, & circumſpectionis, quam caſtra, vel civitates,

Dominus venit multis modis.

circa quos eſt amplius commorandum, donec veniant ad majorem perfectionem. Commorandum autem eſt in eis eos inſtruendo, morem eis gerendo, ſe eis affabiles exhibendo, ad ſocialem dilectionem oſtendendo. Vel [in villis,] ad litteram in ſæcularibus parochiis, ubi ſunt pupilli abſque muro, & defenſione alicujus certæ regulæ, qua claudantur. *f* Mane ſurgamus, &c.] Per vineas, cetus clauſtralium intelliguntur, qui aſſidue; aut fodiuntur, aut putantur, aut plantantur, aut propagantur, aut ligantur: quorum tota vita eſt quoddam martyrium, quo magis vino devotionis abundant. Quia ergo vineæ illæ ſunt multipliciter excolendæ, & ideo dicit: [Mane ſurgamus.] Vel Eccleſia poteſt dici ager propter ſæculares, & ſubditos: villa propter Prælatos. Unde villam emi, &c *Luc.*14. Vineæ propter religioſos. *g* Videamus, ſi floruit vinea,] Videamus dicit, quia nec hoc ſine ipſo videre dicit, & quia alio cultu indiget, antequam floreat, alio dum floret, alio poſtquam floruit. *g* Videamus,] per odorem ſcilicet, & decorem dijudicemus. *h* Si floruit vinea,] ideſt, ſi aliqua bona fidei, & confeſſionis indicia. & proficiendi ſigna emittant novitii, ut flores ſint ſancta vota, & interna deſideria, cujus aliqua ſigna exterius appareant. *i* Si flores fructus, &c.] ideſt, ſi bonum propoſitum ſequatur opus bonum, ut fructus ſint virtutum ſoliditas, & ſpiritualium chariſmatum ubertas, quæ operibus exterioribus ſe oſtendunt. Sed heu! *Prov.* 24. habetur: Per vineam pigri hominis tranſivi, & ecce totum repleverant urticæ, &c. *k* Si floruerunt mala punica] ideſt, ſi Prælati, vel Religioſi, qui ſe debent pro Chriſto paſſioni exponere, habeant deſiderium pro Eccleſia patiendi. Nam quid faceret inter verbera, qui verba non ſuſtinet? qui morſum pulicis metuit, quid faceret, ſi aggredi deberet urſos, & leones? quomodo ſuſtineret ſartaginem, qui non poteſt ſuſtinere Solis ardorem? quomodo ſibi curem detrahi pateretur, qui cum multa habeat ſuperflua, pauperum non miſeretur? *l* Ibi dabo tibi, &c.] Ut jam non ſint mea, ſed tua, quaſi totum tibi attribuam, nihil mihi, *Joan.*7. Mea doctrina non eſt mea, &c. Item dabo tibi ubera, non ſolum parvulis ad ſugendum, ſed etiam pro te, ſi neceſſe fuerit, diſcerpendum. Et quod ſit tempus egrediendi, probat per ſpem fructus. Unde ſubdit: *m* Mandragoræ dederunt odorem ſuum in portis noſtris,] Mandragora, quæ profunde radicatur in terra, & parum ſupereminet, Judæos ſignificat, vel quoſcumque in terrenis profunde immerſos, qui jam aliquam ſpem introeundi in Eccleſiam dant fide, & converſatione, propter quod jam ſpe de fructu agri concepta egrediendum eſt, & hoc eſt, quod dicit. *n* Dederunt odorem ſuum,] & hoc [in portis noſtris,] ideſt, doctrinis, & Sacramentis noſtris. Vel moraliter, per portas & Prædicatores, vel Doctores Eccleſiæ ſignificantur, per quos ceteris de Eccleſia patet introitus ad regnum. De his portis, *Apoc.*21. Ab oriente portæ tres, &c. Sunt autem portæ ab oriente illis, qui a primæva ætate converſi per ipſos erudiuntur, & inſtruuntur, ac informantur in fide. Ab Aquilone illis, quos a principatu illius eripiunt, qui dixit: Ponam ſedem meam ad Aquilonem, &c. *Iſa.*14. Reducentes eos ad viam veritatis. Ab auſtro, vel meridie illis, qui jam fortiori, & ferventiori ætate manente per eos magis ac magis ad ſanctæ converſationis tyrocinia animantur. Ab occidente vero illis, qui jam in exitu, & quaſi in occidente vitæ manentes, quos de fructibus Diaboli ſua prædicatione, & doctrina eripiunt, & in civitatem Jeruſalem introducunt. Vel portæ ab oriente ſunt Prædicatores Eccleſiæ primitivæ, portæ ab Aquilone Martyres, ab Occidente Confeſſores, qui fuerunt tempore hæreſum, quo occidebat fides. Sed a meridie ſunt moderni, quos æſtus cupiditatum, & carnalium voluptatum in mollitiem, ac puſillanimitatem diſſolvit. Tres autem portæ a qualibet porta Eccleſiæ dicuntur, propter triplex eorum circa intrantes officium. Quoſdam enim ædificant exemplis, alios vero inſtruunt doctrinis, alios vero ſuſtentant patrociniis. Per mandragoras autem juſtos, & fideles intelligo. Eſt enim mandragora herba aromatica, ſomnum provocans, membra ſtupida, & inſenſibilia reddens, ut quaſi ſine ſenſu doloris poſſent abſcindi, quæ poſt longum tempus formam recipit humanam, capite excepto; habens pomula rubea, & odorifera. Sic ſancti viri per humilitatem herbæ comparantur, *Iſa.*44. Germinabunt inter herbas, &c. ideſt, in cœleſtium contemplatione ſopientur, *Jer.* 31. Somnus meus dulcis mihi injurias ſibi illatas non ſentiunt, *Ezec.*3. Ut adamantem, & ſilicem dedi faciem tuam. Proceſſu temporis formam Dei, & imaginem in ſe habet, *Gal.*4. Filioli mei, quos iterum parturio, donec formetur Chriſtus in vobis. Nemo enim repente fit ſummus. Unde, *Eccli.*10. Si retuſum fuerit ferrum,

Digitized by Google

rum, multo labore acuetur, *Ezech.* 1. Similitudo hominis erat in eis: Tamen capiti ſe comparare non audent, quantæcumque ſint perfectionis, ut ei aſſimilentur. De quo 1. *Cor.* 11. Caput vero Chriſti Deus. Pomula ex ſe producunt virtutum opera faciendo rubentia charitate, & redolentia odore bonæ famæ, *Eccli.* 39. Quaſi Libanus odorem ſuavitatis habete. Hæ ergo mandragoræ dederunt odorem ſuum in portis, ideſt, ipſis Prælatis per ſua bona opera odoriferis, ut jam quaſi odore ſuo alios attrahant. Unde
A non reſtat, niſi egredi. Vel ipſæ mandragoræ ſunt ipſæ Prælatorum virtutes, & Doctorum, quorum poma ſunt opera, & eſt idem ſenſus, ut prius. His mandragoris ſomnus, & quies a mundi curis, & vigiliis excitatur, & nauſea verbi Dei excluditur. Hæ dant odorem ſuum in ſanctis Confeſſoribus; ſed rubea pomula in Martyribus emittunt. Vel, ut per portas modernos accipiamus Prælatos, per mandragoras, quæ fuerunt Liæ merces, cum *Gen. 30.* Jacob introiret ad eam, ideſt, Prælatus ad Eccleſiam, temporalia accipiens, quæ bene dant hodie odorem provocantium in portis Judicibus, ſcilicet, Sacerdotibus, & *Iſa. 1.* Prælatis, & Doctoribus. Omnes enim diligunt munera, ſequuntur retributiones. *a* Omnia poma nova, & vetera, Dilecte mi, ſervavi tibi,] quaſi dicat, ideo debes egredi, quia omnia exempla, ac teſtimonia Patrum novi, ac veteris Teſtamenti reſervavi tibi in converſione Judæorum, & ceterorum infidelium exponenda. Vel quia converſionem omnium tam in veteri, quam in novo Teſtamento ſervavi tibi, ut tu ipſe facias, qui dixiſti *Joan.* 15. Sine me nihil poteſtis facere. Vel, [ſervavi tibi,] ideſt, per te incarnatum juſtificatos agnovi, *Act.* 4. Non eſt in aliquo alio ſalus, &c. Vel: *b* Servavi,] ideſt, peperi, nutrivi, ſolidavi. Tibi,] ideſt, ad honorem tuum, ut qui præibant, & qui ſequebantur, Oſanna clamarent, *Matth.* 21. Vel poma vetera, Patres antiqui; nova vero Chriſtiani moderni, ſcilicet, a tempore Chriſti, quos Chriſto ſervavit Eccleſia, hędis rejectis. Juxta illud *Levit.* 26. Vetuſtiſſima veterum comedetis, & novis ſupervenientibus vetera projicieris. Primis enim parentibus gratiam contulit; ſed filiis eorum tanquam veteribus, & innovari nolentibus ad populum Gentium ſe convertit. *Act.* 13. Quia repuliſtis verbum Dei, &c. Et ſicut ſolet dici vulgariter, quod inter vetus, & novum major eſt cariſtia; ſic inter vetus & novum, paſſionem Chriſti, ſcilicet, magna fuit gratiæ cariſtia. Vel poma vetera, & nova ſunt utriuſque Teſtamenti Sacramenta, vetera Chriſti adventum figurabant; ſed nova veniſſe manifeſtant. Quem enim Moyſes figurative prædixit, Joannes digito demonſtravit. Vel moraliter, poma vetera, opera timoris; poma nova, amoris, quæ Domino ſervat, qui in cęlo theſaurizat. Hæc autem dicit ſe ſervare Eccleſia, quia extra eam nulla opera poſſunt eſſe meritoria. Et attende, quod quidam nec habent poma, nec folia, ideſt, nec opera, nec verba, *Jer.* 8. Folium defluxit, &c. Quidam folia tantum *Abac.* 3. Ficus enim non florebit, &c. Hæc eſt ficus, quæ fuit a Domino maledicta, *Matt.* 21. Talium etiam quidam ſunt, quorum folia decidunt, quando verba inutilia, vel nociva proferunt, *Iſa.* 1. Eritis ſicut quercus defluentibus foliis. Quidam poma, ſed non folia, ſed inter iſtos quidam vetera tantum, quidam nova tantum, quidam utraque etiam, & folia, & poma, *Pſal.* 1. Et folium ejus non deſluet.

a Omnia poma nova, & vetera, Dilecte mi, *b* ſervavi tibi.

CAP. VIII.

c Quis mihi *d* det *e* te fratrem meum *f* ſugentem ubera matris meæ, ut *g* inveniam te ſolum *h* foris, & *i* deoſculer te, & *k* jam nemo me deſpiciat? *l* Apprehendam te, *m* & ducam in domum matris meæ,

EXPOSITIO CAP. VIII.

c Quis mihi det te fratrem meum, &c.] Quia ſupra Sponſum ad egrediendum invitaverat, volens oſtendere, quod parati ſint, qui verbum Dei recipiant, introducit hic Synagogam præſtolantem Chriſti adventum in carnem, dicentem: *d* Quis mihi det, &c.] Dicit, quia non poſſet obtineri, vel impetrari, ſola enim charitate datus eſt filius, *Iſa.* 9. Parvulus natus eſt nobis, & filius datus eſt nobis. *e* Te fratrem meum,] ideſt, ut ſis frater meus ſecundum carnem, in quo duplicem Chriſti naturam oſtendit. Dicendo, te, oſtendit ante fuiſſe, quam fratrem, & ſic ante fuiſſe, quam hominem fuiſſe, & ita Deum fratrem dicit, qui ametur, & gratiam præbeat, & miſericordiam; non Dominum, qui timeatur, & pœnam inferat, ut ante in lege fecerat. Frater enim noſter eſt factus in noſtræ ſuſceptione naturæ. Unde *Pſal.* 21. Narrabo nomen tuum fratribus meis, &c. & *Joan.* 20. Vade ad fratres meos, & dic eis, &c. *f* Sugentem ubera matris meæ,] ideſt, legis Doctores audientem, *Luc.* 2 Vel eodem modo, & ſenſu poteſt eſſe vox Eccleſiæ de gentibus Chriſti petentis incarnationem, ut ſit frater ejus communione naturæ, [Sugentem ubera matris,] Beatæ ſcilicet Virginis, quæ maternæ pietatis viſceribus totam fovet Eccleſiam, protegit, & ſupportat, *Luc.* 6. Beatus venter, qui te portavit, &c. Vel mater ipſius Eccleſiæ, & Chriſti Synagoga, cujus ubera Chriſtus ſugere dicitur, eo tropo, quo dicitur: Mulier peperit maſculum, ideſt, Eccleſia, quando B. Virgo peperit Chriſtum. *Apoc.* 2. *g* Ut inveniam te ſolum foris,] non abſconditum in ſinu Patris, non clauſum in littera legis, non incluſum in Judæa matris anguſtiis. Intus Synagoga Chriſtum habuerat, ſed ſub velo Sacramentorum. Iſaac caligantibus oculis filium benedixerat, non videns cui benedicebat, & ſciſſo velo apparuerunt Sancta Sanctorum, *Iſa.* 6. Propter Sion non tacebo, *Matth. 5.* & propter Jeruſalem non quieſcam, donec egrediatur, ut ſplendor Juſtus ejus, &c. Ante Chriſti incarnationem erat abſcondita lucerna ſub modio, quę in incarnatione ſuper candelabrum poſita eſt, ut luceat omnibus, &c. Unde & in Chriſti Nativitate cantamus *Pſal.* 97. Notum fecit Dominus ſalutare ſuum, &c.] Per hoc autem, quod dicit ſolum, Patrem, & Spiritum Sanctum a terrenę infirmitatis ſuſceptione excludit. *i* Et] ad quid veniam, ſcilicet, ut deoſculer te, &c.] Hoc eſt inter cetera maximum, & familiare ſignum amoris. Unde mater tota die filium, quem teneriter diligit, nunc in fronte, nunc in oculis, nunc in facie, nunc in ore, nunc & alibi oſculari non ceſſat, *Luc.* 7. dicit Dominus Phariſæo: Oſculum mihi non dediſti, hæc autem, ex quo intravi, non ceſſavit oſculari pedes meos. Et ſubditur: Dimiſſa ſunt ei peccata multa, quoniam dilexit multum. Oſculum Chriſto dedit Andreas, cum dixit *Joan.* 1. Quem ſcripſit Moyſes in lege, & Prophetæ, invenimus Meſſiam. Et Samaritana, *Joan.* 4. Numquid hic eſt Chriſtus? Et breviter tot ei oſcula præbuerunt, quot veritati teſtimonia perhibuerunt. Deoſculatur etiam, qui verba operibus, & opera pro modulo ſuo conſona reddit.

k Et jam nemo me deſpiciat,] ſcilicet, cum apparuerit me eſſe ſororem Reginam, & Sponſam. Olim deſpectum erat genus humanum, & maxime Gentiles ad fidem converſi, cum mundus abhorrebat Divinitatem in homine, & vitam in mortuo floruiſſe, ſed per Incarnationem, & unionem noſtræ carnis ad Deum, incepit humana natura nobilitari, & fide Chriſtiana increbreſcente Synagoga deprimi, & Eccleſia Gentium exaltari. Vel ut dicat Synagoga. *i* Et deoſculer te,] ideſt fide incipiam conjungi, ut demum plene conjungar tempore nuptiarum. *k* Et jam nemo me deſpiciat,] ideſt ſerviliter affligat, vel me Gentilitas excæcatam, & reprobatam amplius dicat. *l* Ap- *Rom. 9.* prehendam te.] Hoc dicit Eccleſia de Gentibus, ideſt, ſi velis effugere. *m* Et ducam in domum matris meæ,] ideſt, Synagogæ in fine ſæculi, quando reliquiæ Iſrael ſalvæ fient.

▲ *a* Et in cubiculum; *Aliter.*

Vel etiam vox Synagogæ. *l* Apprehendam te, [per gratiam, & cognitionem. Hæc apprehenſio in parte fuit, quando una die converſi ſunt ad prædicationem Petri circiter tria millia. *Act.* 2. Sed apprehendam plenius in fine ſæculorum. *m* Et ducam, &c.] i. in Ægyptum, ne ab Herode interficiaris. Et matris ſuæ domum dicit Ægyptum, maxime quoad populum Judæorum, qui ibi nutritus, & multiplicatus fuit valde.

Θ *Pſal.* 104. Et auxit populum.

Moraliter. Etiam poſſunt eſſe verba fidelis animæ, vel totius Eccleſiæ ad Chriſtum.

d Quis mihi det, &c.] fratrem optat Chriſtum invenire, ut cum eo ſit regni cohæres, *Rom.* 8. *Moralit.*

f Sugentem ubera, &c.] ideſt, de ſacra Scriptura lacteam dulcedinem extrahentem, & etiam mihi manifeſtantem. *g* Ut] ſic [inveniam te ſolum,] non alium, *Pſal.* 72. Deus cordis mei, & pars mea, &c. Et *Pſal.* 26. Unam petii a Domino, &c. Et hoc *h* Foris,] ideſt, in aperto ubere contemplationis, vel futuræ viſionis. Vel [foris,] a mundi curis, & a proprii ſenſus vinculis, & propriæ voluntatis, a turba phantaſmatum, & inutilium cogitationum. Vel [foris] a carcere hujus mortis. *g* Inveniam,] intellectu. *i* Et deoſculer,] affectu. *k* Et jam nemo me deſpiciat,] quæ quamdiu hic multiplici deſpectu ſubjaceo, *Iſa.* 54 Non confunderis, neque erubeſces, &c. Sed interim. *l* Apprehendam te,] per gratiam. *m* Et ducam in domum matris meæ,] i. in intima cordis mei, ubi fuit domus concupiſcentiæ meæ. Quod tamen modo eſt

& in *a* cubiculum genitricis meæ. Ibi *b* me docebis, & *c* dabo tibi poculum ex vino condito, & muſtum malorum granatorum meorum, *d* Læva ejus ſub capite meo, & *e* dextera illius *f* amplexabitur me. *g* Adjuro vos, filiæ Jeruſalem, ne ſuſcitetis, neque evigilare faciatis Dilectam, donec ipſa velit, *h* Quæ eſt iſta, quæ aſcendit de deſerto, *i* deliciis affluens, *k* innixa ſuper Dilectum ſuum?

A *a* Et in cubiculum genitricis meæ,] Repetitio eſt. *b* Ibi me docebis,] pati pro te, nam tunc plurimi martyrium ſuſtinebunt. Et hoc eſt, quod ſequitur. *c* Et dabo tibi poculum ex vino, &c.] quod rubicundum eſt, & oblatio Martyrum erit condita diverſis virtutum ſpeciebus, & eorum ſanguine rubricata. Vel domum matris, & cubiculum genitricis appellat cœleſtem Jeruſalem, ubi omnes erunt docibiles Dei, & ubi Eccleſia ſponſo ſuo poculum laudis, diverſis ſpeciebus diſcrete conditum propinabit, charitate rutilantibus quod eſt cum muſto, &c.

Job 6. Sup. 1.

B *Aliter.*

Θ *Pſal.* 104 Et auxit populum ſuum vehementer.

a Et in cubiculum genitricis meæ, &c.] ideſt, Chriſtus prius exemplo docuit, quam verbo, & tamen verbo poſtea docuit, *Matth.* 10. Si vos perſecuti fuerint in una civitate, &c. Vel domum matris appellat Bethlehem, in qua venit B. Virgo jam gravida, ut ibi profiteretur. Et cubiculum genitricis illud diverſorium, in quo reclinavit, ut pareret. Ibi nos docuit Dominus omnem paupertatem, & humilitatem, & augebit gratiam. *c* Et] ego [dabo tibi poculum, &c.] in auditoribus ſcilicet, quibus magnitudinis tuæ potentiam prædicabo, propinans eis vinum germinans Virgines, conditum diverſis virtutibus, & bonorum operum pigmentis, totum rutilans charitatis affectu, poculum ex muſto malorum granatorum. Sed ſine vino condito eſt zelus ſine diſcretione, quorum vinum cum altero debet eſſe. Vel poculum iſtud datum fuit Chriſto infanti in morte Innocentium. Vel dic, quod vinum auſterum fuit in veteri Teſtamento; ſed vinum conditum datur in novo, & hoc cum muſto malorum granatorum, ideſt, cum revelatione Sacramentorum.

Aliter. * *a* cubiculum genitricis meæ,] ideſt, quo ſcilicet modo cubat gratia tua, qua me in alterum genuit virum, *ſup* 3. Tenui eum, nec dimittam, &c. *b* Ibi me docebis,] 1. *Joan.* 2. Unctio docet vos de omnibus.

c Et] etiam, interim, [dabo tibi poculum ex vino condito, &c.] Vinum conditum vocat ipſam Sapientiam, qua illuminata eſt ab ipſo, vel devotionem ſuam ſive affectionem. Muſtum vero malorum granatorum vocat fervorem charitatis incipientium, vel penitentium, aut ſub quibuſcumque preſſuris laborantium. *d* Læva ejus ſub capite meo, &c.] Dicit Eccleſia, vel etiam Synagoga, ideſt, humanitas ejus inter has preſſuras ſuſtentabit me. *f* Amplexabitur,] totum circumdando. Vel totum de futuro. Nam tunc apparebit & Deus & homo. Vel per lævam temporalia, quæ quaſi pulvinar ſub capite debent in via poni ad ſuſtentationem, propter quod & pulvinar ſub Evangelio ponitur in Eccleſia, per dexteram autem ſpiritualia, quæ virum ſpiritualem undique complectuntur. Hoc ſatis expoſitum eſt *ſup.* 2. *g* Adjuro vos, filiæ Jeruſalem, &c.] Hoc jam bis ſupra expoſitum eſt, ſcilicet *ſupra* 2. & *ſupra* 3. Et hic tertio repetitur, ut viciſſitudo ſancti exercitii, & ſanctæ vocationis alternatim ſibi ſuccedentium commendetur, *Gen.* 1. Factum eſt veſpere, & mane dies unus. Debet enim anima contemplativa quiete perfrui cum ſollicitudine tamen redeundi pro loco, & tempore ad activam, & e converſo. Juxta illud *Job* 7. Si dormiero, dicam: quando conſurgam, & rurſum expectabo veſperam. Ter autem ponitur verbum iſtud, propter triplicem ſomnum. Primus eſt in devotione charitatis, quem inducit beneficiorum recordatio, & gratiarum actio. Unde 2. poſtquam dicit Sponſa: Sub umbra illius, quem deſideraveram ſedi, &c. de ipſa quaſi in hujuſmodi conſopita, ſubjungit Sponſus: [Adjuro vos, &c.] Secundus eſt in contemplatione veritatis, quem inducit inquiſitio ſtudioſa, & vexatio fructuoſa, Juxta illud *Iſa.* 28 Sola vexatio dabit intellectum auditui. Unde *ſup.* 3. poſtquam dicit Sponſa; In lectulo meo per noctes, &c. quaſi de ſomno conſurgens, ſubjunxit: Tenui eum, nec dimittam, &c. dicit Sponſus: [Adjuro vos, &c.] Tertius eſt in prælibatione æternæ felicitatis, de quo hic habetur, quem inducit vehemens patriæ deſiderium, & oblivio terrenorum. Unde poſtquam dixit hic: Quis mihi det te fratrem meum, &c. ei quaſi jam eſſet in beatitudine conſopita, dicit Sponſus: [Adjuro vos, &c.] Prima adjuratione reprimit inquietos, ne ſacra otia devotæ matris ſua improbitate deturbent, ſed ſuſtineant, donec redeat de cella vinaria in plenitudine benedictionis ad eos. Secunda, rudes, qui ſublimia capere non valent, admonet, ut eos qui ad hoc valent attingere, non impediant. Hæc autem tertia adjuratio fit ad virtutes Angelicas, quibus quaſi in tertio cœlo conjuncti ſunt, qui æternam prælibant beatitudinem, qui tunc fidelem animam ſuſcitare, ſeu evigilare dicuntur, cum eam ad humanitatis neceſſaria faciunt condeſcendere. Per hoc autem, quod dicit, [donec ipſa velit,] innuit, quod aliquando velle debeat ſuſcitari, nam & ſomnus operationem provocat, & operatio ſomnum. Notandum autem, quod in duabus præmiſſis adjurationibus, dictum, per capreas, cervoſque camporum, per quas ſignificantur virtutes angelicæ, per quas adjurabantur, ponitur; in hac autem non ponitur, quia ipſi Angeli adjurantur, qui per ſeipſos adjurari non debent. Nam ut habetur *Hebr.* 8. quod minus eſt, a meliore benedicitur; ſimiliter & per majorem minor adjuratur. Sequitur. *h* Quæ eſt iſta, quæ aſcendit, &c.] Et poteſt eſſe vox Synagogæ converſionem Gentium in tanta abundantia, & fervore fidei admirantis: vel ipſorum Angelorum prius adjuratorum, quæ de deſerto gentilitatis, in quo non erant ſacrificia, aut aliquis cultus divinus, ad fidem, vel unius Dei cultum tota niſu aſcendit. *i* Deliciis affluens,] ſpiritualibus ſcilicet, Sacrificiis, non legalibus obſervantiis, ut Synagoga. *k* Innixa ſuper Dilectum ſuum,] ſcilicet, Chriſtum. Synagoga antiquis Patribus innitabatur, & per ipſos Deum interpellavit, ipſum ſolum deſiderat, & expectat. Vel poteſt eſſe vox Eccleſiæ converſionem Synagogæ in fine ſæculi admirantis, de deſerto ſcilicet, ideſt, de excæcatione, in qua tamdiu jacuerat, aſcendentis ad fidem, & ſpiritualibus deliciis affluentis, ac ſuper Dilectum ſuum Chriſtum innixæ, cui innititur, in alio ſpem non ponens, cui tanta conjungetur familiaritate, & a quo fulcietur mirabiliter in tribulatione, ut Eccleſia hoc prævidens mirari cogatur. Vel de B. Virgine poteſt exponi, cujus aſcenſionem, ſive aſſumptionem in cœlum de deſerto mundi hujus, Angeli mirabantur in tantum, ut quærerent. [Quæ eſt iſta, &c.] Nec eſt ignorantis interrogatio, ſed devote admirantis, miræ devotionis, jucundæ gratulationis, & gratiſſimæ exultationis; eo modo, quo filii Iſrael de manna prædulcedinis admiratione, quam invenerant in ipſo; dixerunt, manhu, ideſt, quid eſt hoc? Et Beatæ matris Dei dulcedo inæſtimabilis eſt. Unde & Ambroſius: Virgo velut celitus veniens cunctis Eccleſiarum populis cibum dulciorem melle defluxit. Hæc tantum affluit deliciis, ut inde aliis abundanter effundat, ut non jam mulieris Evæ filii amplius cibo arido ſuſtententur, humore ſcilicet gratiæ carente, cumque plena eſt gratia, eam in ceteros derivare non ceſſet, a filio gratiarum datore obtinens, quicquid petit; cui etiam eſt ex prærogativa dilectionis innixa, non ſuper unam de ancillis, ut Eſther, a qua etiam creditur in cęlum cauſa honorificentię deportata. B. Joannes ſupra pectus Domini legitur recubuiſſe in cœna; hæc autem ſuper Dilectum nunciatur innixa non cauſa infirmitatis, ſed oſtenſione ſummæ familiaritatis: cui ipſe Chriſtus eſt Pater, Sponſus, filius, & Dilectus. Vel poteſt etiam de fideli anima exponi. Et nota, quod ter ponitur hæc interrogatio. [Quæ eſt iſta, &c.] in hoc libro, ad deſignandum triplicem fidelis animæ aſcenſum. Primus eſt in compunctione, in qua ſicut virgula fumi aſcendit, ut *ſup.* 3. dictum eſt, quando ſcilicet, anima igne doloris inflammata, annos ſuos recogitat in amaritudine, *Iſa.* 38. Quæ virgula aſcendens, licet ſit ex aromatibus myrrhæ, & thuris, ut ibi habetur, tamen ſequitur, univerſi pulveris pigmentarii, quia omnia bona opera, quæ agit quaſi pulverem reputat ea humilitate: Juxta illud *Luc.* 17. Cum omnia bene feceritis, quæ præcepta ſunt vobis, dicite: Servi inutiles ſumus, &c. Secundus eſt in ſancta converſatione, in qua eſt anima, velut Aurora conſurgens, per virtutem ſcilicet, prudentiæ diſcedens ab iniquitate, *Rom.* 13. Nox præceſſit; dies autem appropinquavit. Pulchra ut Luna, per temperantiam ſcilicet, ſciens abundare, & penuriam pati. Electa ut Sol per juſtitiam, *Matth* 5. Sic luceat lux veſtra coram hominibus, ut videant opera veſtra bona, & glorificent Patrem veſtrum, qui in cęlis eſt. Terribilis ut caſtrorum acies ordinata per fortitudinem, ſcilicet, reſiſtens Dæmonibus, & aliis inimicis. Et de hoc aſcenſu habitum eſt

Supra 2. 7. & 5. Supra 3. & 6.

De B. Virgine.

Exod. 16.

Phil. 4.

eſt *ſupra* 3. Hic autem eſt tertius aſcenſus in affectus devotione, & veritatis contemplatione, quo aſcendit de deſerto cordis affluens virtutum deliciis innixa ſuper Dilectum ſuum. Juxta *Aug.* conſilium: Projice te in eum; non enim tam crudelis eſt, ut ſe ſubtrahat, & te cadere permittat. Qui ſuper aliud innititur poteſt timere de caſu, *Iſa.*30. Omnes confuſi ſunt ſuper populo, qui eis prodeſſe non potuit. Et *Prov.* 10. Qui innititur mendaciis, hic paſcit ventos.

Sub *a* arbore malo ſuſcitavi te. *b* Ibi corrupta eſt mater tua. Ibi *c* violata eſt genitrix tua. *d* Pone me ut ſignaculum ſuper cor tuum, ut *e* ſignaculum ſuper brachium tuum. *f* Quia fortis eſt, ut mors, dilectio: *g* Dura ſicut infernus æmulatio *h* Lampades ejus *i* lampades ignis atque flam-

a Sub arbore malo ſuſcitavi te.] Eccleſiæ de Gentibus, quæ ſupra præ admiratione quæſitant. Quæ eſt iſta, &c. de Synagoga in fine convertenda reſpondet hic Sponſus, ut ſcilicet non admiretur amplius, ſed magis gaudeat beneficiorum ſibi impenſorum reminiſcens, ut ſit hæc arbor malus ipſe Chriſtus, cui ipſa ſubjecta obtinuit vitam. Vel ipſa Crux Chriſti, cui velut ſceptro regio ſe inclinans mortem perdidit, & vitam invenit. Vel etiam ſub eodem ſenſu convertit Sponſus ſermonem ſuum ad ipſam Synagogam in fine ſeculi convertendam quæ ſub hac arbore ſuſcitabitur, & adumbrabitur ad vitam, umbram terrenorum pro ligno vitæ, vel ipſius etiam verba relinquens, ſecundum quod *Thren.*4. dicitur: Sub umbra illius vivemus inter Gentes. Ipſi enim fide paſſionis Chriſti, & Crucis vitam gratiæ recuperabunt, umbram temporalium relinquentes, ſecundum quod ipſe dicit *Joan.* 12. Ego ſi exaltatus fuero a terra, omnia traham ad me ipſum. *b* Ibi corrupta eſt mater tua,] ideſt, Synagoga, quæ tam Eccleſiæ Gentium, quam ipſius Synagogæ pro fine temporum mater eſt. [Corrupta eſt] corruptione, ſcilicet, triplici. Mortis, ut non regeneraretur ad vitam. Thori, ut vero Sponſo relicto, ſpiritualem Barrabbam, ideſt, Diabolum adulterum peteret ſibi dari. Unde *Hier.*3. Sub omni ligno frondoſo proſternebatis meretrix. Quod de ligno Crucis poteſt exponi, de quo cantamus

Nulla ſilva talem profert:
Fronde, flore, germine.

Oſeæ 2. Judicare matrem veſtram, &c. Tertia eſt corruptio, ſcilicet, invidiæ, de qua *Prov.*14. Putredo oſſium invidia. *c* Ibi violata eſt genitrix tua,] lex ſcilicet, vel ipſa Synagoga, exteriori violatione per Titum, & Veſpaſianum facta. Vel ſicut quidam libri apocryphi dicunt, quod lignum vetitum fuit iſta malus, ſuper qua arbore corrupta eſt mater totius Eccleſiæ, ſcilicet, humana natura, & violata genitrix, ſcilicet Eva. Ut ſit ſenſus: Sub arbore Crucis vitam ſuſcepit Eccleſia, & ſub eadem arbore, ut ſit ſimplex relatio, ideſt, ſub arbore ligni vetiti corrupta eſt mater ejus, & violata genitrix, ſcilicet tam Eva, quam humana natura. Arboris hujus vel ligni vivificantis, ſcilicet Crucis quadruplex eſt dimenſio, longitudo, latitudo, ſublimitas, & profundum. Longitudo eſt ipſius Crucis uſque in finem ſæculi prædicatio. Latitudo vero ejuſdem, prædicatio uſque ad terminos orbis terrarum. Sublimitas gratia cœleſtis virtute Crucis deſuper infuſa credentibus. Profundum vero ipſum Crucis myſterium, ſive arcanum, quo deceptus fuit hoſtis antiquus. Sub hoc ſigno ſuſcitatum eſt genus humanum, quod ſub eodem in ſpecie, vel genere corruptionem mortis in muliere ſuſceperat, quando ad lignum vetitum extenderat manum. Unde cantat *Eccleſia.*

Ipſe lignum tunc notavit,
Damna ligni, ut ſolveret.

Vel arbor iſte poteſt dici pœnitentia, ſeu bona vita, ſub qua qui eam corde non ficto amplectitur, a Domino ſuſcitatur. Cujus longitudo eſt perſeverantia uſque in finem. Juxta illud: Qui perſeveraverit uſque in finem, &c. *Matth.* 10. Unde & Dominus donec fuit mortuus, non fuit de Cruce depoſitus. Latitudo recogitatio circumquaque omnium peccatorum. Juxta illud *Iſa.*38. Recogitabo tibi omnes annos, &c. Sublimitas eſt ſpes gloriæ, profunditas vero ſpes veniæ vel miſericordiæ. Fructus hujus arboris mali, ſunt exercitia pietatis. Radix vero electio prædeſtinationis, a qua tam vita arboris, quam ſuccus, & folia, & fructus, & robur originem habent, vel trahunt. Vita hujus arboris eſt fides, *Abac.* 3. Juſtus ex fide vivit. Succus, devotio. Folia, verba, ſive oratio. Fructus, operatio. Robur, tolerantia. Sub hac tamen arbore corrumpuntur hypocritæ, & violantur, qui bonam vitam eligunt, non recta intentione, qui *in Canonica Judæ*, dicuntur arbores autumnales bis mortuæ. Quæ igitur te ita ſuſcitavi, te tantum exaltavi. *d* Pone me ut ſignaculum] ideſt memoriale, vel ſignum, quo ſecreta clauduntur, in quo Regis imago reſultat, ſeu character diſtinctionis, vel vexillum, quod triumphale ſignum eſt, *Pſal.*73. Poſuerunt ſigna ſua, &c. *Exod.* 13. Erit quaſi ſignum in manu tua. Et loquitur de occiſione Agni Paſcalis, in quo memoria paſſionis exprimitur. Ponam te quaſi ſignaculum. *Aggei* 2. Vel ſignum ponitur ad notitiam, ad cuſtodiam, ad confirmationem, ad gratiam, & decorem, quod ſcilicet certificet proximos, arceat adverſarios, roboret infirmos, lætificet Sponſum, & ejus amicos. Monile pectoris ſignaculum cordis, quod firmari debet, ne intentio naturalia egrediatur, ne affectio indigna ſurrepat, ne malus aliena tangat, *Pſal.* 4. Signatum eſt ſuper nos lumen vultus tui, Domine. Armilla brachii ſignaculum eſt fortitudinis in exteriori operatione, ut ſcilicet ſtigmata Domini noſtri Jeſu Chriſti in corpore noſtro circumferamus. *Galat. ult.* Dicit ergo. *d* Pone me ut ſignaculum ſuper cor tuum,] ideſt, ſuper omnem amorem, intentionem, cogitationem cordis. *e* Ut ſignaculum ſuper brachium tuum,] ideſt, ſuper omnia tua, ut ſcilicet, mei in omnibus memoriam habeas: ut per te nihil nocivum intret, aut exeat, aut pulchritudinis meæ in te ſimilitudo reſultet, ut mei character amoris te ab omni alieno diſcernat; ut in caſtro tuo meum ſemper vexillum appareat; ut ſcilicet me & corde diligas, & in opere exteriori dilectionem oſtendas. 1. *Joan.* 2. Qui dicit ſe in Chriſto manere, debet, ſicut ille ambulavit, ambulare. *De pœnit. diſt.* 1. *cap. valida.* Vel per cor intelliguntur arcana Dei intima charitate ſervantes. Per brachium ſublimia pro fortitudine operantes. Vel pone me ſuper cor tuum, & ſuper brachium tuum, ideſt, nomen meum & occulte, & manifeſte portes. Quod bonum facere debes. *f* Quia fortis, ut mors, dilectio,] quam ſcilicet, ad te habeo, & habui, qui pro te animam poſui, quæ a me tolli non poſſet. In morte fortior, quia & ipſam mortem, & ipſum vitæ auctorem quodammodo ſeparavit, non tamen una hora ſicut mors homines ſeparat; ſed ſibi triginta tribus annis ſubjugavit. Unde ſubdit. *g* Dura ſicut infernus æmulatio,] ideſt, amoris executio ſive zelotypia, quæ nullis potuit cruciatibus mitigari. Vel ut ſint verba Dei Patris. *d* Pone me, &c.] quia [fortis eſt, ut mors, dilectio,] qua etiam filium proprium tibi in mortem communicare volui, ut mors ſe omnibus communicat, *Eccleſ.*9. Communione mortis ſcito, *Rom.*8. Proprio filio ſuo non pepercit Deus. *g* Dura ſicut infernus æmulatio.] Ut ſicut nemini parcitur in inferno; ita nec ei parcerem præ nimio tui amore, velut per primum provocet ad amorem, & per ſecundum timorem incutiat, ut ſi diligat amantem, timeat & zelantem, quia zelus, & furor viri, &c. *Prov.*6. Ut ſit ſenſus: Sicut dilexit te, ita eum diligas, ut peccato, mundo, & tibi ipſi mortuus ex integro ei vivas, & ſicut te zelatus eſt; ita zelus domus ejus te ſemper urat, & comedat, ut omne peccatum, & ſemper, & ubi perſequaris nulli parcendo, &c. Sequitur. *h* Lampades ejus lampades ignis, atque flammarum] Lampades dilectionis, motus ſunt charitatis. Igneſcit enim anima in meditatione, & conſideratione; ſed flammam emittit, & illuminatur cognitione. Cognitio in mente quaſi fumus in igne; ſed meditatio, ſive deliberatio, quaſi ignis ardens cum fumo tamen. Dilectio vero quaſi flamma ignis, ſine fumo. Charitas ignis eſt in deſiderio, flamma in gaudio: ignis in quærendo, flamma in ſapiendo. His duobus ornatur lampas, ut cum Sponſa fiat ingreſſus ad nuptias, ſecundum quod de prudentibus virginibus dicitur *Matt.*25. Quod ornaverunt lampades ſuas: ſunt enim quatuor affectiones, ſcilicet deſiderium, gaudium, timor, & triſtitia. Hæ quatuor in anima quaſi in rota fortunæ in hac vita volvuntur. Nam anima ipſa per timorem aſcendit: jacet deorſum per triſtitiam, ſurgit per deſiderium, ſtat per gaudium. Sed tantum duæ iſtarum erunt in patria, ſcilicet deſiderium, & lætitia, ſive gaudium, aliis exſufflatis. Perfecta enim charitas foras mittit timorem, 1. *Jo.* 4. ſic & perfecta lætitia triſtitiam omnem excludit. Erit quidem ibi lætitia, ut nulla ſit anxietas in quærendo, erit & deſiderium, ut nullum ſit faſtidium in fruendo. Unde fruuntur, nec faſtidiunt, quo frui magis ſitiunt. Iſtarum lampadum hæc virtus, & claritas non apparet impedientibus timore, & triſtitia ſimul mixtis, vel potius illas tegentibus. Unde *Job* 12. Deridetur Juſti ſimplicitas, lampas contempta, &c. Sed in fine confractis laguncula apparebit, ut *Jud.*7. Tangitur de Gedeone, & ſociis. Vel. *h* Lampades] ſunt corda Juſtorum, quæ ſunt vaſa amoris & zeli, quæ ſunt. *i* Lampades ignis] atque flammarum, quia intus ardent oleo pietatis, abundant, & nitent, quicquid eſt intus fœni ſtipulæ, vel ligni conſumunt. Foris etiam

per ſancta deſideria, & per bona opera flammas emittunt. Ipſe autem Chriſtus non lampas, ſed quaſi magnus fluvius igneus, eſt, a quo hauriunt omnes alii quicquid de hoc igne participant. *a* Aquæ multæ non potuerunt, &c.] In aquis multis immanitas, & profunditas, in fluminibus diuturnitas, & continuitat deſignatur. En ergo ſenſus:

marum. *a* Aquæ multæ non † *b* potuerunt extinguere charitatem, nec *c* flumina *d* obruent illam. Si *e* dederit homo omnem ſubſtantiam domus ſuæ pro dilectione, quaſi nihil deſpiciet eam. *f* Soror † noſtra *g* parvula, & *h* ubera non habet. Quid *i* faciemus ſorori noſtræ in die, quando *k* alloquenda eſt? Si *l* murus eſt, *m* ædificemus ſuper eum propugnacula argentea. Si *n* oſtium eſt, *o* compingamus illud tabulis cedrinis. Ego *p* murus, & *q* ubera mea ſicut *r* turris, ex quo *ſ* facta ſum coram eo, quaſi pacem reperiens.

al. † potuerunt.

al. † mea.

C

a Aquæ multæ,] ideſt, tentationes profundæ, & magnæ. *b* Non potuerunt extinguere charitatem,] imo magis accendent eamdem; ſicut aqua in magno igne projecta ipſum facit ferventiorem. *c* Nec flumina,] etiamſi diu durent, & continue, tamen non. *d* Obruent illam,] hoc eſt, quod dicitur *Iſa.* 44. Cum tranſiero per aquas tecum ero, & flumina non operient te. Bene conjungit aquas & flumina. Nam quidam cadunt repentina tentatione, cum gravis ſit. Quidam autem tentationis diuturnitate, etiamſi levis ſit. Sed tales perfectam charitatem non habent, de qua loquitur hic *Matth.* 17. Venerunt flumina, & flaverunt venti, &c. *Job* 14. Lapides excavant aquæ. *Jud.* 16. Habetur, qualiter Dalila longa inquietatione ſuperavit Samſonem. Hoc timens *Pſal.* 68. ait: Salvum me fac Deus, quoniam intraverunt aquæ uſque ad animam meam. Non eſt autem mirandum, ſi ignis charitatis, cum perfecta eſt maxime, non poſſit aquis tentationis extingui, cum & quidam ignis materialis ſit, qui Græcus nominatur, qui non poteſt aquis naturalibus extingui, ſed aceto extinguitur. Sic & charitatem propria cordis malitia poteſt extinguere, quæ acetum eſt, quod noluit Dominus in Cruce bibere. *Matth.* 27. Quia ergo dilectio talis eſt, ideo ſubdit. *e* Si dederit homo, &c.] Hæc enim eſt illa pretioſa margarita, qua inventa vadit homo, & vendit omnia quæ habet, & emit eam, *Matt.* 13. *Gen.* 39. habetur, quod Jacob videbantur dies pauci præ amoris magnitudine, quibus ſerviebat pro Rachel. Et attende, quod quidam ſunt, qui dant ſua pro peccatorum ſuorum redemptione, *Dan.* 4. Peccata tua eleemoſynis redime. Quidam pro præſenti juſtificatione, *Iſa.* 58. Frange eſurienti panem tuum, &c. Quidam pro habenda remuneratione, de qua *Matt.* 25. Eſurivi, & dediſtis mihi manducare, &c. ut ſcilicet audiant, quod ibi præcedit: Venite benedicti, &c. Sed omnibus his multo perfectius eſt pro dilectione dare, ut nihil inde ſperet homo. Quid enim prodeſt Deo, ſi juſtus fueris, &c. *Job* 22. *f* Soror noſtra parvula, &c.] Vox eſt Sponſi ad Synagogam de Eccleſia Gentium pro ſtatu primitivo, in quo parvula fuit paucitate converſorum, & infirmitate. Soror autem Chriſti dicitur Eccleſia, tam gratia, quam natura. *h* Et ubera non habet] Doctores ſcilicet, & conſolatores, a quibus lac doctrinæ accipiat, ſecundum quod habetur 1. *Cor.* 3. Tanquam parvulis in Chriſto lac potum dedi vobis, non eſcam. Et ex quo ſic eſt. *i* Quid faciemus ſorori noſtræ in die,] ſcilicet, tempore vitæ hujus. *k* Quando alloquenda eſt,] ideſt, ſpiritualibus documentis imbuenda, vel ad nutrimentum provehenda? Vel] in die, quando alloquenda eſt,] ideſt, a Principibus & Tyrannis de fide interroganda. Quid autem ei facere debeat, ſubdit. *l* Si murus eſt,] ideſt, ſi eſt in ea aliquis zelus fortitudinis ſapientia aptus ad hoſtes arcendos. *m* Ædificemus ſuper eum propugnacula argentea;] ideſt, invincibiles ſententias, divino eloquio fulgentes. Super murum enim fundatum ex lapidibus pretioſis, *Apoc.* 11. non decet ædificare propugnacula terrea, vel ignea, ideſt, munimenta de terreno ſenſu, aut philoſophico, ſed de argento ſacrorum eloquiorum probato a terra, & ſeptuplum, ideſt, perfecte purgato. *n* Si oſtium eſt,] ad intromittendos, & rapiendos intrare volentes prompti, & parati, licet non ita imbuti. *o* Compingamus illud tabulis cedrinis,] ideſt, ornemus, & veſtiamus Sanctorum exemplis imputribilibus & odoriferis, & ſerpentes fugantibus bonæ famæ, ac ſanctæ converſationis odore. Propter hoc dicit Dominus diſcipulis ſuis, *Marc.* 13. Dum ſteteritis ante Reges, & Præſides, &c. Et ideo ex hac confidentia reſpondet Eccleſia. *p* Ego murus,] ſuper te lapidem pretioſum fundata, & ex vivis lapidibus compacta glutino charitatis. *q* Et ubera mea,] ſcilicet, Apoſtoli, Prælati, Prædicatores, & Doctores. Sicut turris,] ad reſiſtendam fidei fortitudine inimicis. Hoc autem a me non habeo, ſed: *ſ* Ex quo facta ſum coram eo quaſi pacem reperiens,] reconciliationis ſcilicet, ad Deum per ipſum, qui eſt pax noſtra. Juxta illud *Iſa.* 65. Invenerunt, qui non quæſierunt me, &c. Vel poteſt hoc legi de univerſali Eccleſia, quæ parvula fuit ſub Moyſe, & ubera non habebat ad lactandum, ſed flagella ad terrendum, & quæ non habebat lapides, niſi in fundamentis, Sanctos ſcilicet veteris Teſtamenti, qui parum ſuper terram apparent, unde & eorum feſta non celebrat Eccleſia. Temporibus Chriſti facta eſt murus altus, quando in angulari lapide duo parietes invenerunt, & ubera ejus turris, quia tunc venit ad pubertatem, & grandis effecta eſt, & ubera ejus intumuerunt, ut *Ezech.* 16. habetur. Sed [ex quo facta eſt coram eo quaſi pacem reperiens,] quod factum eſt in Chriſti incarnatione: juxta illud *Job* 33. Inveni, in quo ei propitier. Vel de Synagoga pro fine temporum poteſt legi, quando reliquiæ Iſrael convertentur, ut ſit vox Eccleſiæ converſioni ejus congaudentis, & applaudentis, & præ gaudio quærentis, quid ei factura ſit in die, quando alloquenda eſt ab Henoch, & Elia, aliiſque Prædicatoribus ſanctis. Judæi ad litteram volunt hoc intelligere de Synagoga ſub metaphora mulieris nondum primo in ætate nubili exiſtentis, ſed demum ad ea pervenientis, & dicunt. *l* Si murus eſt,] ut reſiſtat immunditiis, & fornicatores a ſe repellat. *m* Ædificemus ſuper eum propugnacula argentea,] ideſt, ei magnas divitias argenti, & auri donemus cum Sponſo. *n* Si,] autem, [oſtium,] ſe perviam præbens adulteris, & fornicatoribus. Tunc *o* Compingamus,] eam [tabulis cedrinis,] ideſt, includamus eam, ut ſui non habeat poteſtatem. Poſſunt etiam hæc de B. Virgine exponi, ut ſint verba Chriſti ad Angelos. *f* Soror noſtra,] cæleſti ſcilicet generatione, & cœlibatus integritate. *g* Parvula, &c.] Hoc referri poteſt ad tempus nativitatis, in qua ad litteram, parvula fuit, nec habuit ubera: vel etiam ad ipſum tempus annunciationis, in quo parvula erat humilitate, & ubera non habuit: habitura tamen ubera de cælo plena, ſubdit. *i* Quid faciemus, &c.] Hoc quærit non dubitans, ſed quod facturus eſt exaggerans, quaſi dicat magna faciemus ei: ſecundum quod ipſamet dicit *Luc.* 1. Quia fecit mihi magna, &c. *k* In die, quando alloquenda eſt,] a Gabriele ſcilicet, qui ingreſſus ad eam dixit: Ave gratia plena, &c. *Eodem*, *l* Si murus eſt, &c.] B. Virgo murus eſt ſtabilis, & firmus nobis ad defenſionem, & munitionem datus, ſuper quem ædificavit Dominus propugnacula argentea, ideſt, divina eloquia. Unde *Luc.* 2. Maria autem conſervabat omnia verba hæc conferens in corde ſuo. Murus iſte viſus eſt aliquantulum conteri ad dictum Angeli, quando turbata eſt in ejus ſermone. Sed poſtea audito: Inveniſti gratiam apud Dominum, &c. ſolidata in tantum, ut diceret: Ecce ancilla Domini, &c. Propugnacula hujus muri ſunt oracula Prophetarum, & teſtimonia Scripturarum, ut eſt illud *Iſa* 11. Egredietur virga de radice Jeſſe, &c. Et illud: Ecce virgo concipiet, &c. 7. *Ejuſd.* His propugnaculis reſiſtitur Judæis, & ceteris inimicis, & proteguntur fideles. Oſtium etiam eſt, per quod ingreſſus eſt ad nos filius Dei. Hæc eſt porta orientalis, de quo *Ezec.* 40. Hoc oſtium compactum eſt tabulis cedrinis geminæ charitatis, qua ſcil. Deo nos conjungit B. Virgo. In cujus perſona ſubditur. *p* Ego murus,] per exemplum, ſcil. pudicitiæ, & converſationis ſanctæ. Murus eſt devote eam venerantibus, pie recolentibus, ſtrenue imitantibus, obnixe deprecantibus. [Et ubera,] ſua, & fecunditatem ejus in memoria ſancta habentibus ſecundum quod habebat illa, quæ dixit *Luc.* 11. Beatus venter, qui te portavit, & ubera, quæ ſuxiſti. Hoc autem factum eſt, [coram eo quaſi pacem reperiens,] quam perdiderant primi parentes. Unde & ei dictum eſt ab Angelo: Inveniſti gratiam apud Dominum, *Luc.* 1. Ipſa reperit pacem inimici, ſalutem perditis, indulgentiam reis, miſericordiam deſperatis. Vel de anima fideli poteſt hoc intelligi, quam ſororem ſuam vocat Dominus, *Matt.* 12. Quicumque fecerit voluntatem patris mei, &c. Soror enim eſt Chriſti, quia filia gratiæ, ut eſt Chriſtus in quantum homo. Hæc parvula eſt in ſua ad Chriſtum converſione, quantum ſc. ad ſcientiam & virtutes. Et ubera non habet, ſpirituales ſc. meditationes. Alloquitur autem a diabolo in tentatione. Unde ſi murus eſt, facienda ſunt ſuper eam propugnacula argentea, ideſt, defenſiones ex ſacra Scriptura, ut ipſius Chriſti exemplo docemur, qui

Aliter.

Aliter.

Aliter. De Beata Virgine.

Aliter.

Dia-

Diabolo ter tentanti reſpondit, ſcriptum eſt: Non in ſolo pane, &c. *Matth.*4. Si autem oſtium, ideſt pervia tentationibus, tunc compingenda tabulis cedrinis, ideſt Sanctorum exemplis, & ipſius Chriſti, 3. *Reg.*6. Ædificavit Salomon tabulata cedrina a pavimento uſque ad ſuperiora. Tunc ipſa poterit dicere :[Ego murus] fortiter, ſcilicet, tentationibus reſiſtens, ut Joſeph Dominæ ſuæ, cum dicit ei: Dormi mecum, *Gen.* 39.[Et ubera mea ſicut turris,] ideſt, opera mea fœcunda, & firma, turris ſcilicet, in ſe per fortitudinem, & conſtantiam, quæ ſunt aliis ubera per exempla, a quibus ſugunt parvuli lac imitationis, quo nutriantur, & creſcant. Sed hoc non a me, ſed [ex quo facta ſum coram eo quaſi pacem reperiens] qui dixit *Joan.* 16. In me pacem, in mundo preſſuram habebitis.

a Vinea fuit *b* pacifico in ea, *c* quæ *d* habet populos, *e* Tradidit eam cuſtodibus, *f* vir *g* affert pro fructu ejus mille argenteos. *h* Vinea mea coram me eſt. *i* Mille tui pacifici, *k* & ducenti his, qui cuſtodiunt fructus ejus.

a Vinea fuit pacifico in ea.] Hic ponit rationem, quare ſe murum dixerit, & ubera ſua turrem, ſcilicet, ad vineam Chriſti circumcingendam, & protegendam. Unde dicit, quod in ea, ſcilicet in univerſali Eccleſia, de bonis & malis collecta fuit vinea, ſcilicet Electi & prædeſtinati, cujus vineæ vitis eſt Chriſtus, fideles palmites, *Joan.*15. Fructus autem bona opera, vel beatitudo æterna. *b* Pacifico,] ideſt, Chriſto, qui eſt Rex pacificus, mediator ſcilicet Dei & hominum, 1. *Tim.* 2. Qui manum poſuit in ambobus, *Job* 9. Vel [pacifico in ea] Eccleſia, ideſt, cum qua pacem habet, vel in qua pacem facit, in quo ſolo pax invenitur. Juxta illud *Joan.* 19. In me pacem, &c. *c* Quæ] Eccleſia, vel etiam Chriſtus. *d* Habet populos] multos undecumque collectos; & ipſe Chriſtus Sponſus, & vineæ Dominus. *e* Tradidit eam cuſtodibus] Prophetis ſcilicet & Apoſtolis, & ceteris Prælatis, & Prædicatoribus ſanctis, qui & ipſemet cuſtodit, & adhuc cum ipſis cuſtodit eamdem. Unde *Joan.* 17. Cum eſſem cum eis, ego ſervabam eos. Et in *Pſal.* 126. Niſi Dominus cuſtodierit civitatem, &c. De traditione *Joan.ult.* Paſce oves meas. Et *Matth.* 20. Miſit eos in vineam ſuam, *Joan.*39. habetur: Loquitur de Rhinocerote, per quem figuratur Paulus. Utinam & adhuc hodie traderet eam Chriſtus Sponſus, & vineæ Dominus, bonis cuſtodibus, & non vaſtando negligentibus, diſſipantibus, fugientibus, & eam deſertam relinquentibus. *Prov.*24. Per vineam hominis pigri tranſivi, &c. *Matth.*21. de patrefamilias, qui locavit vineam ſuam agricolis, &c. Et *Iſa.*3. Vos depaſti eſtis vineam meam. Si tales ſunt, quibus committit vineæ ſuæ cuſtodiam Dominus, quid de illis, qui ſe ingerunt? *Jer.*23. Ipſi currebant, & ego non mittebam eos, *Oſee* 8. Ipſi regnaverunt, & non ex me. Vineam illis non tradit Dominus pacificus cuſtodiendam, quos litigioſa contentio, aut hypocriſi velata ambitio introducit. Multis hodie Judas, qui ipſum Dominum tradidit, cuſtodiam vineæ Domini tradit. Nam tales, nec ſe exhibent cultores per exercitium in operatione; nec cuſtodes, ut præſint in ſollicitudine, ſed magis diſſipatores per rapinam, & negligentiam deſertores. Vinea ergo iſta fuit pacifico tempore, ſcil. Eccleſiæ primitivæ, & tempore Martyrum, & etiam Confeſſorum, licet multos tunc haberet qui videbantur extirpatores, ſed ipſi magis erant propagatores. Juxta illud *Exod.* 1. Quanto magis opprimebantur filii Iſrael, tanto magis multiplicabantur. Sed jam fere modo poteſt dici, quod non eſt, falſis fratribus eam diſſipantibus; propter quod ſignanter dicit [fuit] ut tunc dictum, ad hæc tempora referamus. Nam modo vere poteſt dici, quod tunc fuit vinea pacifico. De ipſa habetur in *Pſal.*79. Vineam de Ægypto tranſtuliſti; &c. *Iſa.*5. Vinea Domini Sabaoth, &c. Hæc vinea radicatur in fide, dilatatur in charitate, qua proximis velut quibuſdam nexibus inhæret, & ſic excolitur in ſpe. Nam ut dicit *Greg.* Amor Dei in nobis generat amorem proximi; ſed amor proximi amorem Dei in nobis coaleſcere facit. Diſcalciatur hæc vinea terrenarum ſollicitudinum abjectione, putatur ſuperfluorum reſecatione, ligatur nexibus diſciplinæ, foditur confeſſione, paxillatur ſuffragiorum impetratione, germinat viſcera meditatione, botros profert in bona operatione, floret in virtutum, & famæ odore, ſed fructum facit in aliorum ad Deum converſione. De quo ſubdit: [Vir affert, &c.] fere eodem modo poteſt legi de Synagoga, in qua vinea fuit pacifico, ſcilicet, Chriſto ipſi Patriarchæ, & Prophetæ, & Apoſtoli, at alii de ipſa Electi, quæ multos habet populos, & multas vineas, quæ non fuerunt pacifico, ut vinea Soreth, vinea Sodomorum. De quo in Cantico *Deut.*32. De vinea Sodomorum vinea eorum, &c. Ipſe tamen pacificus eam tradidit cuſtodibus majoribus, ſcilicet, Apoſtolis excolendam, & multiplicandam, quæ tamen converſa eſt ei in parvum, *Jer.*2. Nam cum ipſemet etiam perſonaliter excoleret eam ſepiendo, lapides colligendo, murum ædificando, torcular extruendo; uvas tamen non fecit, ſed labruſcas, *Iſa.*5. Unde & cuſtodes ne ex toto deficerent, neceſſe habuerunt aliunde quærere plantam ad hanc vineam reſtaurandam. Et hoc eſt, quod dicitur *Actor.* 13. Quoniam repuliſtis, fecit uvas, & uſque ad maturitatem perduxit. Unde ſubdit. *f* Vir affert pro fructu ejus mille argenteos, &c.] ut in littera. Vir, ſcilicet, cui tradita eſt hujus vineæ cuſtodia: non parvulus: non mulier; ſed vir, quem ſcandalum non frangit, illecebra non amollit. [Vir] inquam, virtuoſus, virore fidei plenus.

g Affert,] non dicit cui, ſed intelligendum eſt tradenti, [mille argenteos,] ideſt, homines perfectos, per viros claros, & elimatos, [pro fructu ejus.] Hic enim eſt fructus, quem Dominus de vinea iſta requirit, ſcilicet, argentum igne examinatum, probatum, &c. Hoc eſt, ad quod hortatur cuſtodes Dominus per *Pſal.* 11. Affer- *Pſal.* 28.
te Domino filii, &c.

Sed quidam ſunt de cuſtodibus, qui nullos ferre volunt: ſed omnibus præferri; qui tamen tales ſunt, quod nec ferri poſſunt; & ideo nec Deo afferuntur, nec afferunt. Nec ipſi ſunt argentum in via, & argentum in ſcoriam vertunt; ut eis poſſit dici illud *Iſa.* 1. Argentum tuum verſum eſt in ſcoriam. Propter quod & ipſi a Domino reprobantur. Unde *Jerem.*6. Argentum reprobum vocate eos. Non ſicut Dominus, qui dicit *Iſa.* 46. Ego feci, & ego feram. In quo omnes Prælati debent patientiæ exemplum accipere: in qua non ſolum ſuas, ſed etiam ſubditorum animas poſſident, & eas tanquam purum argentum, ſonorum per confeſſionem ſibi ad ſalutem in millenario numero, ideſt, numeroſa multitudine Deo afferent. Sed vile facit argentum rubigo avaritiæ, ſordidum immunditia luxuriæ, quaſſatum, & non ſonorum fractura impatientiæ. Et quia zelatur Dominus hanc vineam magno zelo, & cuſtodes videt in pluimis negligentes, & ideo eam omnino eorum cuſtodiæ non relinquit. *h* Vinea mea coram me eſt,] ut ſcilicet, conſiderem, an plantetur per inſtructionem in fide, rigetur per exhortationem doctrinæ, ſodiatur per correctionem diſciplinæ, ac ceteris cultibus eidem neceſſariis excolatur. Ut etiam conſiderem, an germinet per boni propoſiti conceptionem, botros proferat per incepti actus productionem, floreat per virtutum fragrantiam, fructum ferat per bonum exemplum. Vel fructus hujus vineæ generaliter, ultimus, ac finalis eſt æterna beatitudo: Pro quo habendo.

f Vir,] ideſt, quilibet virtuoſus.

g Affert pro fructu mille argenteos,] ideſt, dat omnium temporalium ſuorum univerſitatem. Hos dedit Abimelech Saræ in oculorum ſuorum velamen. *Gen.* 20. Vel mille argentei opera perfectionis, quæ pro fructu beatitudinis habendo afferuntur, ideſt, fiunt a viro, ſcilicet, in operibus virtuoſo, propter quod tantum placet hæc vinea pacifico, ut eam tanquam rem charam, & valde dilectam ſemper præ oculis habeat. Unde dicit, [Vinea mea coram me eſt,] Deinde ad eam favorabili converſus alloquio dicit.

i Mille tui pacifici,] ut ſit genitivi caſus, [pacifici,] ideſt, mille tui, ideſt, illi, qui millenarii habent perfectionem vitæ numero, & merito exiſtentes, & ideo tui ſunt pacifici, ideſt, qui & mille ſunt, ideſt, multi.

k Et] etiam [his, qui cuſtodiunt fructus ejus.] Mutat perſonam, ſunt, [ducenti,] qui ſimiliter ſunt pacifici, quaſi de cuſtodibus habeo multos: ſed de Electis multo plures. Vel poteſt eſſe nominativi caſus. Sic

i Tui mille,] o Sponſa, ideſt, illi, qui Decalogum perfecte impleverunt, ſunt [pacifici,] ideſt, præmium pacificorum habebunt. De quo *Matth.* 5. Beati pacifici, quoniam filii Dei vocabuntur. Vel [Tui pacifici,] ideſt, illi, qui in vinea pacifici ſunt, & ipſum in patientia imitantur, ſunt, [mille,] ideſt, millenarii perfectionem, ſcilicet, æternam beatitudinem habebunt.

k Et ducenti his, qui, &c.] Per centenarium, & millenarium idem ſignificatur. Vult ergo dicere, quod omnes Electi veri pacifici imitatores, auream habebunt. Sed cuſtodes Prælati, ſcilicet, qui ſe tuentur, & alios Deo lucrantur, duplicem habebunt perfectionem, ideſt, auream, & aureolam, juxta illud *Tim.* 5. Qui bene præſunt Presbyteri, duplici honore digni habeantur. Sunt enim tria genera electorum,

qui ſupra auream ſunt aureolam habituri, ſcilicet, Prædicatores, ſive Prælati, Martyres & Virgines. In cujus ſignum in aſſumptione B. Virginis, quæ Regina Virginum eſt, & in feſto B. Pauli, qui Doctor Gentium dicitur, veritatis Prædicator, & inter Prædicatores obtinet principatum, & in feſto B. Laurentii, qui martyrii ſaltem ja manifeſtatione quamdam obtinet prærogativam; quia in conſpectu Principis, & præſentia paſſuseſt, verſiculi antiphonis præponuntur, ad deſignandum, quod hæc tria genera aureolam cum aurea obtinebunt. E contra autem violatores ſanctarum Virginum, ſanctorum Martyrum occiſores, ac Chriſti fidei perverſores, duplicem tribulationis coronam. Unde *Iſa.* 22. Coronans coronabit te tribulatione. Et in *Pſalm.* 108. Operiantur ſicut diploide confuſione ſua. Et duplici contritione contere eos, Domine Deus noſter. Vel poteſt eſſe vox Sponſæ, vel vineæ ad Sponſum, ſeu pacificum, ut dicat: mille pacifici, ſive argentei, ut idem ſit pacifici hic; quod & ſupra dixit, argenteos, ideſt, ipſa univerſitas tua operum, ac meritorum, quaſi in te homine eſt invenire perfectionem operum, ac cumulum meritorum, qui plenitudinem habuiſti gratiarum, & gloriæ. De cujus plenitudine nos omnes accepimus, *Joan.* 1. Si his, qui cuſtodiunt fructus vineæ omnibus, ſcilicet, aliis bene operantibus, & ad fructum beatitudinis tendentibus, & pertinentibus, ducenti, ideſt, merces gemina, ſive gloria animæ ſcilicet & corporis: quæ licet magna ſit in ſe, tamen modica reſpectu tui, ſicut centenarius reſpectu mille. *a* Quæ habitant in hortis, amici auſcultant te.] Per totum librum iſtum uſque huc inſtruxit Sponſus Sponſam in dilectione, qualiter eum ſcilicet diligere debeat. Nunc autem eam hortatur, ut quæ docentur, mente teneat, opereque adimpleat. Dicit ergo: O tu Sponſa Eccleſia. [Quæ habitas in hortis ſacræ Scripturæ, quæ ſunt quatuor, ſcilicet, ipſius modi exponendi. Primus hiſtoricus, qui eſt hortus olerum, *Pſal.* 36. Quemadmodum olera herbarum cito decident. In hoc eſt habitandum conſiderando in libris ſacræ Scripturæ hiſtoriæ mutabilitatem. Secundus moralis, hic hortus pomorum, quorum quædam ſunt punica, ſcilicet, duritia exterioris corticis grana tegunt; alia autem morderi, & edi poſſunt; ſicut eſt quædam Scriptura, quæ ſub tegmine figuræ prætendit moralitatem; quædam quæ ſine tropo moralitatis eſt. Tertius eſt allegoricus, qui dici poteſt hortus nucum, qui amaritudine corticis, & teſtea duritie nuclei dulcedinem celat. Quartus anagogicus, hic eſt hortus aromatum, quo quædam traditur prægustatio æternorum. In his ergo hortis habitat Eccleſia audiendo, meditando, contemplando. *a* Quæ] ergo [habitas in hortis, amici auſcultant te,] ut eos inſtruas per tuos Doctores, & per exempla. Et bene dicit, amici, quaſi non æmuli, non derogare parati, *Joan.* 14. Si quis diligit me, ſermonem meum ſervabit. [Amici,] autem dicit ſimpliciter; nec dicit, mei, vel tui, quaſi amicabiles, & benigni, *Sap.* 1. Auris zeli audit omnia. Fac ergo me audire vocem tuam, aliis prædicando, ſimplices inſtruendo, comminando, confitendo, orando, laudando, *ſup.* 2. Sonet vox tua in auribus meis. Item ſpecialiter poteſt ſermo dirigi ad religionem, quæ & hortus eſt, & ſecundum quatuor ſtatus exiſtentium in ea poteſt dici habitare in hortis quatuor. In horto olerum quoad miniſtrales, & officiales ipſius, qui curam infirmorum gerunt, & negotiorum temporalium Abbatiæ. Et hic eſt hortus olerum, juxta illud *Rom.* 14. Qui autem infirmus eſt, olus manducet. In hoc horto ſic habitandum eſt, ut non nimium dilatetur. Non extirpandæ ſunt vineæ pro horto hujuſmodi augmentando, ut fecit *Achab* 3. *Reg.* 21. Quod facit, qui officium actionis, quod habet, extendit ad carnales obſervantias, & ordinis remiſſionem. In horto nucum habitandum eſt, quantum ad regularis diſciplinæ obſervantiam, quæ in præſenti quidem non eſt gaudii, ſed mœroris, *Hebr.* 12. In horto pomorum quantum ad promptam obedientiam, ut ſcilicet ſit hilaris in obediendo, qui obedientiam bonæ famæ odore reſpergat. In horto etiam aromatum quantum ad contemplativos, qui apothecæ electuaria ſæpe prægustant, & reficiunt unguentis. In horto olerum neceſſaria eſt temperantia, ne medela modum excedat; & ne indiſcretio diſpenſationis fiat occaſio diſſolutionis. In horto nucum fortitudo, ut non frangatur duritia obſervantiæ regularis. In horto pomorum juſtitia, ut Superioribus ſuis, quod ſuum eſt, reddat libenter obediendo. In horto aromatum prudentia, ut non extollatur in altum vitæ ſanctitate. Te ergo o religio. *a* Quæ habitas in hortis,] iſtis quadruplicibus, quæ tamen eſt & unus hortus.

Jerem. 17.

Quæ *a* habitas in hortis, *b* amici auſcultant te: fac *c* me audire vocem tuam, *d* Fuge dilecte mi, & *e* aſſimilare capreę, hinnuloque cervorum *f* ſuper montes aromatum.

Expliciunt Cantica Canticorum.

De religione.

b Amici auſcultant,] ideſt, Spiritus angelici, & animæ Juſtorum jam cum Deo regnantes, magis attendentes cordis affectum, quam vocis modulum. Et ideo.
c Fac me audire vocem tuam,] in membris meis, ut te audientes, cantus tui dulcedine attrahantur, ut de ſirenis dicitur. De B. Virgine etiam hoc poteſt ſpecialiter legi, ut ſit vox univerſalis Eccleſiæ ad ipſam poſt Angeli ſalutationem. *Luc.* 1. *a* Quæ habitas in hortis,] ſcilicet, duobus, quorum unus eſt propoſitum virginale, alius fœdus conjugale: quorum uterque hortus concluſus, & non expoſitus. Te, quæ ſic habitas. *b* Amici auſcultant,] Patriarchæ deſiderant, Prophetæ annunciant, Angeli expectant, [Amici auſcultant,] ſcilicet, tam Angeli, quam fideles, Angeli ſuam expectantes reſtaurationem, fideles ſuam præſtolantes redemptionem.
c Fac,] ergo, [me audire vocem tuam,] illam ſcilicet, Ecce ancilla Domini. Hæc fuit vox plena gratiæ, & medicinæ, charitatis, & conſolationis, prudentiæ, & juſtitiæ, & dulcedinis, & veritatis. De hac dicit *B. Bern.* Quid agis Maria, quod trepidas? Reſponde verbum, & ſuſcipe verbum: profer tuum, & concipe divinum, &c. Hæc vox toti mundo attulit medicinam, & ideo bene deſiderari debebat. Vel poteſt Sponſus loqui ad animam fidelem, quam dicit habitare in hortis, ſtudiis, ſcilicet virtutum, & cujus etiam converſatio in cœlis eſt. Cujus vocem libenter audit Dominus, gemitus ſcilicet, ſuſpiria, lacrymas, & orationes, quæ tam in auribus Dei, quam in auribus amicorum dulcem faciunt melodiam. Sequitur. *d* Fuge Dilecte mi,] Hic conſummationem contemplationis viæ oſtendit. Non enim dicit tanquam præſentiæ Sponſi tædio affecta; ſed quia ex tam familiari Sponſi affectu, & præſentia, quaſi facta eſt in extaſi tanquam ipſius celſitudinem ſuſtinere non valens. Quod ſignificatum eſt in Ezechiele, qui cecidit ſuper faciem ſuam, gloriam Domini ferre non valens. Fugere autem dicitur, quando ab actu contemplationis recedit, vel quando, quod volumus tenere, non poſſumus. Vel. Ideo etiam dicit, [fuge,] ne ipſum credatur ab aliquibus poſſe retineri, eum velint. Fugit autem aſpectum noſtrum, quia lux eſt inacceſſibilis, & pax, quæ exuperat omnem ſenſum. Initium fugit, & finem, quia æternitas. Compoſitionem, quia ſumma ſimplicitas. Circumſcriptionem, quia numeroſitas. Comparationem etiam. & exiſtimationem, cujus pretium neſcit homo, *Job* 28. Fugit angelicam, & humanam cognitionem, ſed non dilectionem. Unde ſubdit. *e* Et aſſimilare capreæ, hinnuloque cervorum] Caprea græce dorcas dicitur a dorin, quod eſt videre, quia acutiſſime videt. Vult ergo ipſum capreæ aſſimilari, ut ſic quantumcumque fugiat; ipſam tamen interdum reſpiciat laborantem. Unde & *ſup.* 2. dixit: Revertere, ſimilis eſto, Dilecte mi, capreæ, hinnuloque cervorum, in ſaltus velocitate, & alacritate, quaſi non ſic fugias, quin frequenter ſaltando ad me redeas. *f* Super montes aromatum,] i. mentes virorum ſpiritualium, qui ſunt pleni virtutum devotionis, & gratiæ. Vel fuge, [ſuper montes aromatum,] ideſt, Angelorum, & Sanctorum, ut non ſine labore inveniaris, & ad te perveniatur laborioſo aſcenſu in via etiam ſuper montes, ſcilicet, religioſos, & contemplativos. Vult ipſum fugere, ut alii ad eum quærendum in ſtatu illo provocentur: Nam in talibus ſalit, tranſilit, paſcitur, & diſcurrit, *Sap.* 4. Gratia Dei, & miſericordia in Sanctis ejus, & reſpectus in Electos illius. Vel ſic. *d* Fuge, Dilecte mi,] ut ſit vox Eccleſiæ, vel ipſius Chriſti ad quemlibet fidelem, [Fuge,] inquam, voluptatem, vanitatem, & avaritiam, 1. *Cor.* 6. Fugite fornicationem. *e* Aſſimilare capreę,] ut cibum diſcernas, venatorem etiam Diabolum de longe prævideas. *f* Hinnuloque cervorum,] ut ad matris hinnitum latebras petas, a campo, vel plano mundi fugiens ad cavernam religionis.

De B. Virgine.

De anima fideli.

Ezech. 3. & 44.

Philip. 4.

Ad hoc. *f* Super montes aromatum,] ut per hoc ad ſocietatem pervenias Angelorum. Sed multi ſunt, qui ſæpius vulnerati, tamen fugere nolunt. Multi etiam fugiunt, ſed non ſuper montes aromatum, imo potius de peccato in peccatum. Hæc fuga finem non habet, qua nunquam pervenitur ad montes aromatum: Ad quos nos perducere dignetur, qui vivit, & regnat in æternum.

Poſtilla D. Hugon. Card. ſup. Cantica Canticorum explicit.

Digitized by Google

Reverendiſſ. in Chriſto Patris, & D.

DOMINI HUGONIS
DE SANCTO CHARO,
Cardinalis, &c.

Poſtilla ſuper librum Sapientiæ.

PROLOGUS.

FIli, concupiſcens Sapientiam conſerva juſtitiam, & Deus præbebit illam tibi. *Eccl.* 1. Juſtitia ſiquidem præparat locum Sapientiæ; ſibi quod ſuum eſt, ideſt, ſuſtentationem, correctionem, † operationem reddendo, & Deo quod ſuum eſt, ideſt timorem, amorem, & honorem; & proximo quod ſuum eſt, ideſt, majori obedientiam, pari concordiam, minori diſciplinam, & ſic pacem habet cum omnibus.

al. † operam.

Pax autem eſt locus Sapientiæ: Unde *Pſal.* 75. In pace factus eſt locus ejus. Quod attendens Philo tractare volens de Sapientia, primo exhortatur ad amorem † Sapientiæ, dicens: [Diligite juſtitiam, &c.] Fuit autem iſte Philo Judæus quidam Hebræorum doctiſſimus, lingua Græca diſertiſſimus, qui tempore Apoſtolorum floruit, & Imperatoris Caji, cognomento Caligula, ut dicit *Hieron.* qui librum iſtum compoſuit, qui Sapientia Salomonis inſcribitur, & Pſeudographus appellatur, ideſt, falſo inſcriptus, quia non a Salomone, ſed a Philone ſcriptus eſt.

al. † juſtitiæ.

Dicunt tamen quidam, quod ipſe Salomon compoſuit, & ſcripſit librum iſtum, propter hoc quod *infr.* 9. dicitur: Tu autem elegiſti me Regem populo tuo, & Judicem filiorum, & filiarum tuarum, & dixiſti me ædificare templum in monte ſancto tuo. Sed *Aug.* dicit hoc errore ſe diu deceptum. Et *Hieron.* expreſſe dicit hunc librum non eſſe Salomonis, ſed Philonis, nec haberi apud Hebræos, nec recipi in Canone Sacræ Scripturæ, ſed inter apocrypha computari, non quia de veritate ejus dubitetur, ſed quia auctor ejus non eſt certus. Recipitur tamen ab Eccleſia, ſicut Tobias, & Judith, non ad dogmatum Eccleſiaſticorum aſſertionem, ſed ad morum inſtructionem. Verumtamen nec omnino falſa eſt hujus libri inſcriptio, quia ſententiæ ejus a Salomone ſunt editæ, ſive dictæ, ſed a Philone in unum librum coadunatæ. Et ideo poteſt dici, quod & Salomonis eſt liber iſte, & Philonis, ſicut liber Proſperi ſententias continet Auguſtini a Proſpero collectas in unum. Unde ſicut ſæpe dicitur: Hoc dicit Auguſtinus in libro ſententiarum Proſperi, ita dicitur: Hoc dicit Salomon in libro Sapientiæ; ideo patet auctor hujus libri: Nunc videndum eſt quæ ſit libri materia, quæ Auctoris intentio, quis finis, quis modus agendi. Materia libri eſt ipſa Sapientia, a qua & nomen accepit, liber Sapientiæ dictus, quia in eo Chriſti adventus, & Chriſti paſſio, qui eſt Sapientia Patris, liquidiſſime exprimitur.

De adventu quidem dicitur *inf.* 18. Dum quietum ſilentium continerent omnia, & nox in ſuo curſu medium iter perageret, omnipotens ſermo tuus Domine, exiliens de cœlo a regalibus ſedibus venit.

De paſſione vero dicitur *inf.* 2. Circumveniamus Juſtum, quoniam inutilis eſt nobis, &c. Intentio Auctoris eſt nos ad amorem Sapientiæ provocare. Finis autem eſt cognitio veritatis. Modus agendi talis eſt: Paucus & facilis eſt in ſermone, ſed multus, & profundus in myſteriorum ſubtilitate, Fidem enim roborat, ſpem erigit, charitatem informat.

Dividitur autem liber iſte in quinque partes: Primo, commendatur juſtitia, per quam venitur ad Sapientiam. Secundo, partes bonorum, & malorum exequitur Philo, aſſignans quæ bona bonis, & quæ mala malis parantur a Deo. Tertio, introducit Sapientiam multis modis commendabilem. Quarto, aſſignat beneficia, quæ Deus populo contulit Iſraelitico. Quinto, & ultimo oſtendit, qualiter Dominus in hoſtes Iſraelitici populi vindicaverit, terminans opus ſuum in populi Iſraelitici magnificatione, dicens: In omnibus enim magnificaſti populum tuum Domine, & honoraſti, & non deſpexiſti in omni tempore, & in omni loco aſſiſtens ei. Libri hujus expoſitionem Bellator Presbyter octo voluminibus comprehendit, qui hujus libri principalis expoſitor fuit. Titulus hujus libri eſt: Incipit liber Sapientiæ. In quo autem eloquio editus, & expoſitus fuerit liber iſte, non legitur, niſi quod dicit *Hieron.* quia Græcam redolet eloquentiam. Volens ergo Philo nos ad amorem, & ſtudium Sapientiæ inflammare, dirigens ſermonem primo ad eos qui præſunt, quorum officium eſt judicare, dicit: Diligite, &c.

Explicit Prologus Auctoris.

Ejuſdem Reverendiſſ. Patris

DOMINI HUGONIS
DE SANCTO CHARO, &c.

Poſtilla ſuper Librum Sapientiæ.

EXPOSITIO CAPUT I.

a DIligite juſtitiam] non ſolum facite. *b* Qui judicatis terram] ideſt, quibus data eſt, vel commiſſa poteſtas judicandi terram, ideſt, terrenos, terrena nimis diligentes, non cœleſtes, in quibus nihil damnationis invenitur, & ideo non ſunt judicandi; ubi enim non delinquimus, pares ſumus, dicit *Greg.* 1, *Cor.* 2. Spiritualis homo judicat omnia, & ipſe a nemine judicatur. Ideo dictum eſt primis parentibus noſtris: dominamini piſcibus maris, & volatilibus cœli, & univerſis animantibus quæ moventur ſuper terram. *Gen.* 1. idem dictum eſt Noe, & filiis ejus, qui figuram Prælatorum gerunt. Creſcite, inquit & multiplicamini, & replete terram. Terror, ac tremor veſter ſit ſuper omnia animantia terræ, non ſuper homines. Eſt igitur ſenſus. *a* Diligite juſtitiam, qui judicatis terram] ideſt, juſte judicate terrenos, qui habetis officium judicandi; & hoc amore juſtitiæ, non libidine vindictæ. Vel ſic. *a* Diligite juſtitiam] in vobis primo. *b* Qui judicatis terram,] ideſt, qui habetis officium, & poteſtatem judicandi Eccleſiam. Unde *Pſal.* 2. Et nunc Reges intelligite, id eſt, intus in conſcientia legite, erudimini in vobiſipſis prius, qui judicatis terram. Qui enim non diſcet juſtitiam, non

Greg. l. 21. Mor. c. 32.

al. † ſtilus. Gen. 9. a.

A

PROLOGUS
in Librum Sapientiæ.

LIber Sapientiæ apud Hebræos nuſquam eſt. Unde & ipſe † ſtilus Græcam magis eloquentiam redolet.

Hunc Judæi Philonis eſſe affirmant: Qui proinde Sapientiæ nominatur, quia in eo Chriſti adventus, qui eſt Sapientia Patris, & paſſio ejus evidenter exprimitur.

Explicit Prologus.

LIBER SAPIENTIÆ.

CAP. I.

a DIligite juſtitiam, *b* qui judicatis terrã.

faciet veritatem, *Iſa.* 26. ſecundum aliam editionem. Item ibidem: Cum feceris judicia tua in terra, juſtitiam diſcent omnes habitatores orbis; vel ſic. *a* Diligite juſtitiam, qui judicatis terram,] ideſt, qui carnem veſtro ſubditis judicio, ut obediat ſpiritui, diſcrete, & cum amore hoc facite, & quod juſtum eſt, jumento reddite, ſcilicet, onus, virgam, & pabulum, *Eccl.* 33. Unde Apoſtolus *Rom.* 12. Rationabile obſequium veſtrum, nemo enim unquam carnem ſuam odio habuit, ſed fovet, & nutrit eam, *Epheſ.* 5. vel ſic. *a* Diligite juſtitiam] ſobrie quoad vos, juſte quoad proximum, pie quoad Deum vivendo. *b* Qui judicatis terram,] ideſt, homines, qui in terra habitant. Metonymia eſt. Tribus modis pervertitur juſtum judicium. Ex ignorantia. Unde *Pſal.* 2. Erudimini, qui judicatis terram, & *Exod.* 23. In judicio plurimorum non acquieſcas ſententiæ, ut a veritate devies. Item ex negligentia, de quo dicitur *Jer.* 48. ſecundum aliam editionem, maledictus qui facit opus Dei negligenter: opus Dei judicium eſt, unde dicitur *Deut.* 1. non accipietis perſonam cujuſquam, quia judicium Dei eſt, 2. *Paral.* 19 dicit Joſaphat Rex Judæ Judicibus, quos conſtituerat ſuper populum: videte, quid faciatis, non enim hominis exercetis judicium; ſed Domini: & quodcumque judicaveritis, in vos redundabit. Item ex avaritia, unde *Exod.* 23. Ne accipias munera, quæ excæcant prudentes, & ſubvertunt verba juſtorum. Et *Eccl.* 20. Xenia, & dona excæcant oculos Judicum, & quaſi mutus in ore avertit correctiones eorum. Contra hæc tria dicit Dominus *Joan.* 8. Qui ſine peccato eſt veſtrum primus in illam lapidem mittat. Et *Deut.* 16. juſte, quod juſtum eſt, exequaris; quia vero amor juſtitiæ ex ſtudio Scripturarum acquiritur, ideo poſt monitionem de dilectione juſtitiæ, hortatur Philo vacare Scripturis, dicens. [Sentire de Domino in bonitate,] id eſt, Sacram Scripturam, per quam cognoſcitur Dominus, pie legite & perfecte intelligite: pie legit, qui cum devotione legit, quod intelligit: & quod non intelligit, non reprehendit, ſed ſtudioſe inquirit. Secreta enim Dei difficile comprehendi poſſunt.

Juſtum judicium tribus modis pervertitur.

a Sentite de Domino in bonitate, *b* & in ſimplicitate cordis *c* quærite illum, *d* quoniam invenitur ab his, qui non tentant illum, *e* apparet autem eis, qui fidem habent in illum. *f* Perverſæ enim *g* cogitationes *h* ſeparant a Deo; *i* probata autem virtus *k* corripit inſipientes. *l* Quoniam in malevolam animam non introibit Sapientia, *m* nec habitabit in corpore ſubdito peccatis. *n* Spiritus enim ſanctus diſciplinæ effugiet fictum: *o* & auferet ſe a cogitationibus, quæ ſunt ſine intellectu: *p* & corripietur *q* a ſuperveniente iniquitate,

ſunt. Unde Apoſtolus *Rom.* 11. O altitudo divitiarum Sapientiæ,& ſcientiæ Dei! quam incomprehenſibilia ſunt judicia ejus, & inveſtigabiles viæ ejus. *b* Et in ſimplicitate cordis quærite illum,] ideſt in humilitate. Humilibus enim ſe revelat Sapientia. Unde *Luc.* 10. Confiteor tibi Pater, Domine cœli, & terræ, quia abſcondiſti hæc a ſapientibus & prudentibus, & revelaſti ea parvulis: & hæc ſimplicitas, ſive humilitas in hoc conſiſtit, ut voluntati Dei per omnia nos ſubjiciamus, & quod ſuper intellectum noſtrum eſt, temere non diſcutiemus. Unde *Eccl.* 3. altiora te ne quæſieris, vel ſic. *a* Sentire de Domino in bonitate,] ideſt, quod non intelligitis de Deo, nec probari poteſt, pie credite. Niſi enim credideritis, non intelligetis. *Iſa.* 7. ſecundum aliam editionem. *b* Et in ſimplicitate cordis,] ideſt, ſimplici corde, non duplici. *c* Quærite illum.] Simplicitas cordis in hoc eſt, ut quod intellectus intelligit, hoc affectus diligit, vel odit, ideſt, quod ore promittit, opere oſtendit. Duplicitas autem cordis in hoc eſt; quod intellectus, & affectus ad diverſa feruntur, & quod bonum, quod dicitur, vel docetur, opere non impletur. De tali corde dicit auctoritas. Cor diviſum non impetrat. Et *Eccl.* 2. Væ duplici corde. Et *Oſeæ* 10. Diviſum eſt cor meum, nunc interibunt. Benedico. [In ſimplicitate cordis quærite illum,] alioquin non invenietis. Sic autem invenietis. *d* Quoniam invenitur ab his, qui non tentant illum,] ideſt, qui non præſumunt de ingenio ſuo, vel qui non dubitant de ejus potentia, vel qui ſine duplicitate, & dolo quærunt eum, idem habentes in corde, & in ore, & in opere. Nam ut dicit *Gloſſ.* ſuper *Pſal.* 77. Tentare eſt, cum in verbis eſt ſimplicitas, & in corde eſt malitia. Hæc tentatio prohibetur *Deut.* 6. Et *Matth.* 4. Non tentabis Dominum Deum tuum. *e* Apparet autem eis, qui fidem habent in illum,] ideſt Juſtis; quia Juſtus ex fide ſua vivit, *Abac* 2. Fidem autem habet ad Deum, qui credit eum remuneratorem eſſe bonorum, & punitorem malorum. Unde *Hebr.* 11. Credere oportet accedentem ad Deum, quia eſt, & inquirentibus ſe remunerator ſit. Notandum autem, quod Dominus tripliciter debet quæri, ſive Sapientia, veraciter, ferventer, perſeveranter. Veraciter, ideſt, vera fide. Unde *Jac.* 1. Qui indiget Sapientia, poſtulet a Deo, qui dat omnibus affluenter, & non improperat: & dabitur ei. Poſtulet autem in fide nihil hæſitans. Ferventer, ideſt fervent i animo. Unde *infr.* 6. Clara eſt, & quæ nunquam marceſcit Sapientia, & facile videtur ab his, qui diligunt eam, & invenitur ab his, qui quærunt illam. Perſeveranter, ideſt, firma ſpe. Unde *Pſalm.* 104. Quærite Dominum, & confirmamini, quærite faciem ejus ſemper. De his tribus dicitur *Matth.* 7. Petite, & dabitur vobis. Propter hæc tria dicitur *Soph.* 2. Quærite Dominum omnes manſueti terræ, quærite Juſtum, quærite manſuetum. Fides quærit Dominum, ſpes Juſtum, Charitas manſuetum. *f* Perverſæ enim cogitationes,] quaſi dicat, apparet Dominus his, qui fidem habent in illum. *g* Enim,] pro ſed. *f* Perverſæ,] ideſt, penitus averſæ. *h* Cogitationes ſeparant a Deo,] quaſi dicat, non ſolum impediunt ad habendum, ſed auferunt habitum. Nam quæ ſocietas lucis ad tenebras? aut quæ conventio Chriſti ad Belial? 2. *Cor.* 6. Perverſæ enim cogitationes dicuntur cogitationes infidelium, hæſitantium, ſimulantium, contentioſorum, ſuperborum, invidorum, avarorum, luxurioſorum. De perverſis cogitationibus infidelium, & hæſitantium circa fidem, dicit B. *Ber. in* 5. *lib. de conſid.* In his autem, quæ fidei ſunt, omnino cavenda eſt confuſio, ne aut incertum opinionis fides figat, aut quod firmum fixumque fidei eſt, opinio revocet in quæſtionem. Fides ſi habet hæſitationem, infirma eſt: opinio ſi habet aſſertionem, temeraria eſt. De aliis perverſis cogitationibus, quæ a Deo ſeparant, dicitur *Iſa.* 59. Iniquitates veſtræ diviſerunt inter vos, & Deum veſtrum: & peccata veſtra abſconderunt faciem ejus a vobis. *i* Probata autem virtus,] ideſt, vera fides operans per dilectionem. *k* Corripit inſipientes,] ideſt expellit omnem inſipientiam. Fide enim purgatur, ſive purificatur cor, ut dicitur *Act.* 15. Cor autem vere purificatum ſapit res ſecundum ſaporem proprium, & veram habet Sapientiam, & nullam inſipientiam. Et ideo *Greg. in mor.* primo dicit, quod fides eſt Sapientia. [*l* Quoniam in malevolam animam non introibit Sapientia,] q. d. vere perverſæ cogitationes ſeparant a Deo: Quoniam in malevolam animam non introibit Sapientia a ſapore dicta, quæ eſt virtus, de qua dicitur *Jac.* 3. Sapientia quæ deſurſum eſt, primum quidem pudica eſt, deinde pacifica, & modeſta, ſuadibilis bonis, conſentiens, plena miſericordia, & fructibus bonis, judicans ſine ſimulatione. Non a ſapore, quæ eſt ſcientia. Malevola anima dicitur anima contradicens vero, quæ ſemper parata eſt contradicere veritati, cui dicitur *Eccl.* 4. Non contradicas verbo veritatis ullo modo, & de mendacio ineruditionis tuæ confundere. Vel anima malevola dicitur anima invida, quam refugit Sapientia, & omne bonum. Unde *infra* 6. Ponam in lucem ſcientiam tuam, & non præteribo veritatem, neque cum invidia tabeſcente iter habebo, quoniam talis homo non erit particeps Sapientiæ. Et *Jac.* 3. Ubi zelus, & contentio, ibi inconſtantia, & omne opus pravum. Et de Pallade legitur, quando venit ad domum invidiæ:

Conſtitit ante fores, nec enim ſuccedere tectis
Fas habet.

m Nec habitabit in corpore ſubdito peccatis, ideſt, in homine, qui ſubjacet peccatis carnalibus, qui corpus dicitur, non ſpiritus, ut dicit *Gloſſ.* Unde 1. *Cor.* 2. Animalis homo non percipit ea quæ Spiritus Dei ſunt, ideſt, non perfecte capit, quia nec effectu tenet, nec opere implet. Unde ſequitur ibi. Stultitia enim eſt illi, & non poteſt intelligere, quia ſpiritualiter examinatur. Sciendum autem, quod non ſolum anima dicitur tabernaculum Spiritus ſancti ſive Dei, ſed etiam corpus. Unde 1. *Cor.* 6. An neſcitis, quoniam membra veſtra templum ſunt Spiritus Sancti qui in vobis eſt? Primo dixit: [In malevolam animam non introibit Sapientia.] Poſt addidit: [Nec habitabit in corpore ſubdito peccatis,] ſuggillans duo genera peccatorum, ſcilicet ſpiritualia, & corporalia. Corporalia duo, ſcilicet gulam, & luxuriam. Spiritualia quinque: Inanem gloriam, invidiam, iram, acidiam, avaritiam. Hæc duo genera peccatorum, tam Sapientiam creatam virtutem, quam Sapientiam increatam, ideſt, Chriſtum, qui habitat in nobis per gratiam, non ſinunt habitare in nobis. Etiam Sapientiam, & ſcientiam expellunt a nobis & ſi non omnino, quia ut dicit *Rab.* Soli mundi corde Sapientiam Dei poſſunt accipere. Et vere in malevolam animam non introibit Sapientia. *n* Spiritus enim ſanctus diſciplinæ effugiet fictum.] Quod duobus modis exponi poteſt. Primo ſic. *n* Spiritus ſanctus] dator [diſciplinæ effugiet fictum] hominem, ideſt, illum, qui aliud dicit, & aliud facit. Vel ſic. *n* Spiritus Sanctus effugiet fictum,] ideſt, illum, qui fingit ſe habere diſciplinam, cum non habeat. Diſciplina autem eſt ordinata morum correctio, quæ fit duobus modis, verbis, & verberibus. *o* Et auferet ſe] Spiritus ſanctus [a cogitationibus quæ ſunt ſine intellectu,] ideſt, a cordibus, quæ voluntarie mala cogitant, quæ ſunt ſine intellectu, quia intus non legunt, vel ſuperficialiter mala quæ cogitant, conſiderant. Si enim attenderent qualia intus ſunt, non ea cogitarent. De his cogitationibus dicit *Pſal.* 93. Dominus ſcit cogitationes hominum, quoniam vanæ ſunt. Et *Iſa.* 55. Sicut exaltantur cœli a terra, ſic exaltatæ ſunt viæ meæ a viis veſtris, & cogitationes meæ a cogitationibus veſtris, dicit Dominus. Non ſolum fictos effugiet Spiritus ſanctus, ſed etiam illos hæſitantes in fide, illorum etenim cogitationes ſunt ſine intellectu. Etenim fides nihil habet dubium, ſicut nec intellectus; habet tamen aliquid in voluntate, quod non habet intellectus, ut dicit *B. Bern. in lib. de conſider.* 5. ubi ſic deſcribit: Fides eſt voluntaria quædam, & certa prælibatio nondum propalatæ veritatis: Intellectus vero eſt rei cujuſlibet inviſibilis certa, & manifeſta notitia. Sequitur. *p* Et corripietur] homo fictus [a ſuperveniente iniquitate] ideſt, cum dies retributionis venerit, a ſuperno Judice punietur propter iniquitatem ſuam. Vel. [Corripietur,] ideſt, arguetur a Domino dicente: Eſurivi, & non dediſtis mihi manducare, &c. *Matt.* 25. Et a propria conſcientia. Unde *inf.* 4. Venient in cogitatione peccatorum ſuorum timidi, & traducent illos ex adverſo iniquitates ipſorum. Vel ſic. *p* Et corripietur] Spiritus Sanctus, ſcilicet expelletur.

q A ſuperveniente iniquitate,] ideſt, ſuper ipſum veniente. Nunquam enim recedit ab anima fideli Spiritus ſanctus,

Jerem. 4.

Tripliciter Dominus debet quæri.

B

1. q. 1. c. per Iſa. & q. 3. c. Salv. 14. q. 3. c. de illo. de pen. diſt. 1. inter hæc bitrum 2. de conſ. diſ. 4. cap. offenditur, &c. quando.

Digitized by Google

ctus niſi expulſus. *a* Benignus eſt enim, &c.] & ideo non recedit ab anima, niſi expulſus. Et licet benignus ſit, tamen *b* Non liberabit, &c.] ideſt maledicentem, detractorem, vel adulatorem: *d* A labiis ſuis,] ideſt, a pœna labiorum ſuorum, ideſt, quam meruit labiis ſuis. Vel ſic continua: Vere in animam malevolam non introibit Sapientia. *a* Benignus eſt enim, &c.] & ut dicit *B. Bern.* benignis non eſt pars cum malignis, quibus dicetur: Ite maledicti in ignem æternum, *Mat.* 25. Et 2. *Cor.* 6. Quæ ſocietas lucis ad tenebras, &c. *Eccl.* 27. Volatilia aa ſibi ſimilia congregantur, & veritas ad eos qui operantur illam, revertetur, & quia benignus eſt, ideo *b* Non liberabit] in die judicii. *c* Maledictum,] ideſt, detrahentem proximo ſuo, & murmurantem contra Deum. *d* A labiis ſuis,] ideſt a pœna pro peccatis labiorum ſuorum. Unde *Pſal.* 139. Labor labiorum ipſorum operiet eos. Et *Matt.* 12. Ea verbis tuis condemnaberis, *Prov.* 18. Os ſtulti coatritiu ejus, & labia ipſius ruina animæ ejus. Vel ſic. *a* Spiritus Sapientiæ, &c.] & tamen, *b* Non liberabit, &c.] ideſt propter labia ſua. Licet enim bene prædicet, & pſallat, & doceat, & pulchre loquatur homo; non ideo liberabitur, ſi eſt iniquitas in manu, vel in corde ejus.

a Benignus eſt enim Spiritus Sapientiæ, *b* & non liberabit *c* maledictum a *d* labiis ſuis: *e* quoniam renum illius *f* teſtis eſt Deus, & *g* cordis illius ſcrutator eſt verus, *h* & linguæ ejus auditor. *i* Quoniam Spiritus Domini *k* replevit *l* orbem terrarum, *m* & hoc quod continet omnia *n* ſcientiam habet vocis. *o* Propter hoc, qui *p* loquitur iniqua, *q* non poteſt latere, *r* nec præteriet illum *ſ* corripiens judicium. In *t* cogitationibus enim impii interrogatio erit; *u* ſermonum autem illius auditio ad Deum veniet, & ad correptionem iniquitatum illius: *x* Quoniam auria zeli *y* audit omnia, *z* & tumultus murmurationum *a* non abſcondetur.

De quibus dicitur *Iſa.* 29. Populus hic labiis me honorat, cor autem eorum longe eſt a me, ſecundum LXX. Noſtra littera habet: Populus iſte ore ſuo, & labiis ſuis glorificat me, cor autem ejus longe eſt a me. Et poſſet quis dicere, quomodo punietur homo pro iniquitate cordis quæ nulli apparet? Reſpondit *Philo*. Juſte quidem. *e* Quoniam renum illius,] ideſt, occultarum cogitationum, & affectionum. *f* Teſtis eſt Deus:] homo enim videt ea quæ parent, Deus autem intuetur cor, 1. *Reg.* 16. Et *Malac.* 3. Accedam ad vos in judicio, & ero teſtis velox maleficis, & adulteris, & perjuris. *Jer.* 29. Ego ſum Judex, & teſtis, dicit Dominus. *g* Et cordis illius ſcrutator eſt verus.] *Pſal.* 7. Scrutans corda, & renes Deus, *Jer.* 17. Ego Dominus ſcrutans corda, & probans renes, qui do unicuique juxta viam ſuam, & juxta fructum adinventionum ſuarum. Nec ſolum cordis, & renum ſcrutator eſt Deus, imo. *h* Et linguæ ejus auditor] eſt. Unde *Pſal.* 93. Qui plantavit aurem, non audiet, &c. Ecce tria ponit *Philo*. Renes, cor, & linguam. In renibus affectio, in corde cogitatio, in lingua locutio intelligitur, quæ omnia licet occulta ſint hominibus, manifeſta ſunt Deo. Item *Hebr.* 4. Omnia nuda, & aperta ſunt oculis ejus, ad quem nobis eſt ſermo. *Eccl.* 23. Quis ſuperponit in cogitatu meo flagella & in corde meo doctrinam Sapientiæ? q. d. ſolus Deus. *Orig.* Advocatus tuus veritas eſt pro te, mentiri non poteſt. In hoc prodeſt tibi adverſarius tuus, ut nullius adverſarii calumniis immolaris. Item poſſet aliquis dubitare, quomodo Deus teſtis eſt renum, & ſcrutator cordium, & auditor linguarum, & reſpondit: Bene eſt hoc. *i* Quoniam Spiritus Domini,] ideſt, Spiritus, qui eſt Dominus ut ſit intranſitiva conſtructio. Vel tranſitiva, ideſt, Spiritus Domini, ideſt Spiritus ſanctus qui eſt a Domino, ideſt, a Patre, & Filio: De quo dicitur *Gen.* 1. Spiritus Domini ferebatur ſuper aquas. Et *Iſa.* 61. Spiritus Do-
alm. 81. mini ſuper me. *k* Replevit] Majeſtate ſua. *l* Orbem terrarum,] ideſt omnem creaturam in toto orbe terrarum diffuſam. *Jer.* 23. Cœlum, & terram ego impleo, dicit Dominus. *Aug.* Ubique eſt Deus, intra omnia non incluſus, extra omnia non excluſus; ſuper omnia non elatus, infra omnia non depreſſus. Vel *l* Orbem terrarum] vocat Eccleſiam in toto orbe terrarum diffuſam, & dilatatam, quia in omnem terram exivit ſonus eorum, & in fines orbis terræ verba eorum. Hanc replevit Spiritus Sanctus die Pentecoſte chariſmatibus gratiarum. *Act.* 2. Factus eſt repente de cœlo ſonus tanquam advenientis Spiritus vehementis, & replevit totam domum, ubi erant ſedentes. Eſt autem triplex plenitudo. Apta, æqua, cumulata. Apta plenitudo eſt, ſecundum quod dicitur domus plena hominibus, quando area ejus plena eſt. Talis fuit plenitudo Sanctorum, de qua dicitur *Act.* 2. Repleti ſunt omnes Spiritu Sancto. Et iterum 6. Stephanus plenus gratia & fortitudine, &c. Æqua plenitudo eſt, ſecundum quod dicitur vas plenum aqua. Et talis plenitudo fuit in Maria Virgine glorioſa, de qua dicitur *Luc.* 2. Ave gratia plena. Cumulata plenitudo eſt ſuperfluens plenitudo. Et talis eſt in Chriſto Domino, de quo dicitur *Joan.* 1. Plenum gratiæ, & veritatis. Et iterum ibidem, De plenitudine ejus nos omnes accepimus. *m* Et hoc quod continet omnia,] ideſt, Spiritus ſanctus qui gubernat, & ſervat omnia, qui attingit a fine uſque ad finem fortiter, *inf.* 8. *n* Scientiam habet vocis,] ideſt, intelligentiam Scripturarum facit habere homines. Vel. [Scientiam habet vocis,] ideſt intelligit quicquid loquimur, ipſe enim ſcit omnia. Et iterum, ſcire dicitur quia facit nos ſcire, ſic filius dicitur neſcire de fine mundi. *Matt.* 24. Et *Rom.* 8. Spiritus poſtulat pro nobis, ideſt, facit nos poſtulare. Vel ſic. *n* Scientiam habet vocis,] ideſt Verbi, ideſt filii, qui eſt vox & Verbum Patris: q. d. Spiritus Sanctus ejuſdem ſcientiæ eſt cum Chriſto. Vel ſic. *m* Hoc quod continet omnia,] ideſt, homo qui habet, vel continet omnia in ſe per convenientiam omnium, unde & omnis creatura dicitur, *Marc. ult.* *n* Scientiam habet vocis,] ideſt intelligentiam diverſarum linguarum, vel Sacræ Scripturæ, vel ipſius Verbi Patris. *o* Propter hoc,] ideſt, quia Spiritus Sanctus ſcientiam habet vocis. *p* Qui loquitur iniqua,] corde, vel ore. *q* Non poteſt latere] Deum, qui omnia videt. *Prov.* 16. Omnes viæ hominum patent oculis ejus, ad quem nobis ſermo. *r* Nec præteriet illum,] ideſt Spiritum Sanctum. *ſ* Corripiens judicium,] ideſt correctio judicii, q. d. etſi is qui loquitur iniqua, non corripiatur hic judicio Dei, vel hominum; tamen in futuro corripietur in diſtricto judicio, quia nullum malum impunitum, aut enim homo punit, aut Deus puniet, dicit *Aug.* Vel ſic. *r* Nec præteriet illum,] ideſt Spiritum Sanctum. *ſ* Corripiens judicium,] ideſt magnus Judex corrumpens, & pervertens judicium. Vel ſic. *r* ad Heb. 4.
Nec præteriet illum] qui loquitur iniqua. *ſ* Corripiens judicium,] ideſt, ſententiam Judicis punientis, qua dicet malis, Ite maledicti in ignem æternum. *Matt.* 25. Vel. *ſ* Corripiens judicium,] ideſt, conſcientiam remordens, quæ mirabiliter cruciabit in fine, & ſine fine. De quo dicitur *Iſa. ult.* Vermis eorum non morietur, & vere, qui loquitur iniqua, punietur a Domino. Nec ſolum qui loquitur, ſed etiam qui cogitat. *t* In cogitationibus enim impii erit interrogatio,] ideſt, Dominus interrogabit, ideſt, examinabit cogitationes impiorum, & etiam juſtorum. *Pſalm.* 10. Dominus interrogat impium & juſtum. Et *Pſal.* 65. Cogitatio hominis confitebitur tibi, ideſt, non latebit te. *Rom.* 2. Teſtimonium illius reddente conſcientia ipſorum, & inter ſe invicem cogitationum accuſantium, & defendentium in die, cum judicabit Dominus occulta hominum. *Job.* 31. Quid faciam, cum ſurrexerit ad judicandum Deus, & cum quæſierit, quid reſpondebo illi? Vel. *t* In cogitationibus impii interrogatio erit] ipſius, quia ipſimet interrogabunt ſeipſos, dicentes: Quid profuit nobis ſuperbia, aut divitiarum jactantia quid contulit nobis? *infra* 5. *u* Sermonum autem illius auditio ad Deum veniet, & ad correptionem iniquitatum illius,] quaſi dicat, ſermones impii audiet, & puniet Dominus, qui & alias puniet iniquitates cordis, & operis. Clamorem Sodomorum, & Gomorrhæorum audivit Dominus, & juſta ultione punivit, ut legitur *Gen.* 18. Murmurationes quoque filiorum Iſrael juſto judicio percuſſit. *Num.* 21. Et vere ſermonum illius auditio ad Deum veniet. *x* Quoniam auris zeli,] ideſt, Dei zelantis animas ex nimio amore quem habet ad ipſas, ut dicit *Exod.* 20. Ego ſum Dominus Deus tuus fortis zelotes. *y* Audit omnia verba] cordis, oris, & operis. Zelus enim aures Sponſi exacuit ad audiendum, & oculos ad videndum, ſi adulter Sponſæ loquatur. Unde *Cant.* 2. En ipſe ſtat poſt parietem noſtrum reſpiciens per feneſtras, proſpiciens per cancellos. Ideo dicit *Boet.* Magna nobis indicta eſt bene agendi neceſſitas, cum omnia agamus ante oculos Boet. de conſol. l. 5. proſa 6.
Judicis cuncta cernentis. *z* Et tumultus murmurationum] ſive cordis, ſive oris. *a* Non abſcondetur] Deo, ſive ſit murmur contra flagella Dei, ſive contra præcepta, ſive contra flagella Prælati: Omne enim murmur valde diſplicet Deo. Unde dicit *Aug.* Qui murmurat, & inchoatum perdit, & ſe ab inobedientia non abſolvit. Et *Rab.* Pernitioſe ſunt detractiones, & murmurationes, ſuſurrones enim, & detractores Deo ſunt odibiles. *Rom.* 1. Unde *Prov.* 13. Qui detrahit alicui rei, in futurum ſe obligat, *Eccl.* 5.

C

Suſur-

Suſurratori odium, & inimicitia, & contumelia. Legitur etiam *Num.* 12. qualiter Maria punita fuerit, quia contra Moyſen murmuravit. Item 16. Dathan, & Abiron vivos abſorbuit terra, quia contra Moyſen, & Aaron murmuraverunt. Item 21. Filii Iſrael a ſerpentibus percuſſi ſunt, quia murmuraverunt. Unde dicit Apoſtol. 1. *Cor.* 10. Neque murmuraveritis, ut quidam murmuraverunt, & perierunt ab Exterminatore. Cum igitur ita puniatur murmuratio. *a* Cuſtodite ergo vos a murmuratione,] imo multum obeſt, ut patet per exempla præpoſita. *b* Et a detractione parcite linguæ,] quia injuria, & violentia fit ei, cum verba detractionis cogitet formare. Facta eſt enim ad laudandum Deum, & proximum conſolandum. Unde *Jac.* 3. In lingua benedicemus Deum Patrem, & in ipſa maledicemus homines, qui ad ſimilitudinem Dei facti ſunt, ex ipſo ore procedit benedictio, & maledictio; non oportet fratres mei hæc ita fieri, numquid fons de eodem foramine emanat & dulcem & amaram aquam? q. d. non; ita non lingua quæ facta eſt ad benedicendum Deum, debet unquam detrahere proximo. Et imo bene dicit Philo: [A detractione parcite linguę] vel [parcite] vobis [a detractione linguæ] quia puniemini propter detractionem linguæ.

1. 2. q. 2. c. nec artificioſe, & c. 3. quis ad te confugerit, c. 95. e juramento.

a Cuſtodite ergo vos a murmuratione quæ nihil prodeſt, *b* & a detractione parcite linguæ, *c* quoniam ſermo obſcurus in *d* vacuum non ibit. *e* Os autem quod mentitur, occidit animam. *f* Nolite zelare mortem in *g* errore vitæ veſtræ, *h* neque acquiratis perditionem in *i* operibus manuum veſtrarum. *k* Quoniam Deus mortem nec fecit, *l* nec lætatur in perditione vivorum. *m* Creavit enim ut eſſent omnia: *n* & ſanabiles *o* fecit *p* nationes orbis terrarum: non *q* eſt in illis *r* medicamentum exterminii, *ſ* nec inferorum regnum in terra. *t* Juſtitia perpetua eſt, & immortalis: *u* injuſtitia autem mortis eſt acquiſitio. *x* Impii autem *y* manibus & verbis accerſerunt illam: &

Unde *Jac.* 3. Lingua conſtituitur in membris noſtris quæ maculat totum corpus, & inflammat rotam nativitatis noſtræ inflammata gehenna. Et debemus parcere. *c* Quoniam ſermo obſcurus,] ideſt, palliatus, qui in ſuperficie videtur bonus, ſed aliter intelligitur, & mala intentione prolatus mordet proximum. Vel [ſermo obſcurus,] ideſt dubius, vel æquivocus, quo ſæpe utuntur detractores. *d* In vacuum non ibit.] ideſt non erit ſine digna ultione. Qui ſophiſtice loquitur, odibilis eſt. *Eccl.* 37. Et de hujuſmodi dicitur *Eccl.* 27. Qui in altum mittit lapidem, ſuper caput ejus cadet. Et *Eccl.* 10. Si mordeat ſerpens in ſilentio, nihil eo minus habet, qui occulte detrahit. *Iſid* dicit, quod detractor uno ictu tres interficit. Se primo, & illum apud quem detrahit, & illum de quo detrahit, cum ad ejus notitiam venerit. Et ideo lingua detractoris vocatur lingua tertia. *Eccl.* 28. Lingua tertia multos commovit. *c* Sermo obſcurus,] etiam dicitur ſermo otioſus. Et ipſe. *d* In vacuum non ibit,] quia de omni verbo otioſo quod locuti fuerint homines, reddent de eo rationem in die judicii, *Matt.* 12. Otioſum autem verbum eſt, ut dicit *Greg.* quod aut caret intentione pię utilitatis, aut ratione juſtæ neceſſitatis. Et *Gloſſ. ſuper Matt.* dicit, otioſum autem verbum eſt, quod ſine utilitate loquentis, aut audientis dicitur. Et iterum ſuper *Levit.* dicit alia *Gloſſ.* Quicquid non eſt ad ædificationem audientium, verbum eſt otioſum, ſupple ſi ſine cauſa dicatur. *e* Os autem quod mentitur, occidit animam] mentientis mucrone peccati, dicit *Gloſſ.* Et loquitur Philo de mendacio mortali. *Aug. in lib. de mendac.* diſtinguit octo genera mendaciorum, quæ non omnia mortalia ſunt, ſed quædam venialia, nullum tamen ſine peccato eſt, ut ipſe dicit. Et *Rab.* dicit: Eſt mendacium levioris culpæ, cum quis mentitur præſtans beneficium, ſupple, & nulli nocet. Quod autem ſcriptum eſt *Exod.* 1. Deum benefeciſſe obſtetricibus Hebræorum, & Raab meretrici. *Joſue* 6. Non ideo factum eſt quod mentitæ ſunt; ſed quia miſericordes fuerunt, nec remunerata eſt fallacia, ſed benevolentia. Sicut enim abſurdum non eſſet, ſi Deus alio tempore commiſſa mala propter poſteriora bona vellet ignoſcere, ita conveniens eſt, quod Deus unum, idemque factum propter bonum, malum condonet, & ipſum bonum remuneret. Et hoc videtur velle *Rab.* Quod eadem actio ſit bona, & mala. Sed dicimus, quod unum factum dicit totalem illam actionem, qua benignitate motæ ſunt ad parcendum parvulis, & qua mentitæ ſunt Pharaoni timore mortis. Unde exponendum eſt unum idemque factum, ideſt, unius ejuſdemque hominis factum. *f* Nolite zelare mortem, &c.] Supra enumeravit *Philo*, quę ſunt homini noxia, ſc. murmurationes, detractiones, & mendacium; nunc autem aliis verbis eadem replicat, ut dicit *Gloſſ.* Verumtamen, ut patet in ſerie litterę, ſupra egit de peccato cogitationis, & locutionis, nunc vero agit de peccato operis. Omne enim peccatum docet fugere. Unde dicit *f* Nolite zelare mortem,] ideſt, C
nolite diligere cauſam mortis, ideſt, peccatum, *g* In errore vitæ veſtræ,] ideſt, ne erretis a vita veſtra, quæ eſt Deus, *Prov.* 21. Perverſa via viri aliena eſt a Deo. Sed *h* Neque acquiratis perditionem,] ideſt æternam damnationem. *i* In operibus manuum veſtrarum,] q. d. non faciatis peccata. Unde eſt perditio, *Rom* 6 Stipendia peccati mors, *Eccl.* 20. Potior eſt fur, quam aſſiduitas viri mendacis, perditionem ambo hæreditabunt. Et bene dicit [In operibus manuum veſtrarum,] q. d. ex vobis eſt perditio veſtra, non ex Deo, unde *Oſeæ* 13. Perditio tua Iſrael, ſupple, ex te eſt, tantummodo auxilium tuum in me. Verum eſt, quod Deus pœnam, ideſt, ignem gehennæ, ubi puniantur peccatores, fecit ut legitur *Iſa* 30. Præparata eſt ab heri Tophet, a Rege præparata eſt: ſed quod homines ibi puniantur, hoc eſt ex eis; quia ſi vellent abſtinere a peccato, non punirentur ibi *k* Quoniam Deus mortem non fecit.] Contra *Eccl.* 11. Bona & mala, vita & mors, paupertas & honeſtas a Deo ſunt. *Sol.* Mors quandoque dicitur privatio vitę; ſic mors a nullo eſt. Quandoque dicitur mors ſeparatio animę a corpore, vel anguſtia ſeparationis; ſic eſt pœna & a Deo: ſic accipitur *Eccl.* 11. Quandoque dicitur mors cauſa mortis, ideſt peccati: ſic accipitur hic. Unde ſenſus eſt. *k* Deus mortem non fecit,] ideſt, cauſam mortis, ſcilicet peccatum. *l* Nec lætatur in perditione vivorum,] ideſt in damnationem hominum, qui vivunt vita naturę ſaltem. Unde *Ezech.* 33. Vivo ego, dicit Dominus Deus, nolo mortem peccatoris, ſed ut revertatur impius a via ſua, & vivat. Item protelat Dominus peccatoribus vitam, ut pœniteant. *Iſa* 30 Propterea expectat Dominus, ut miſereatur veſtri, quia Deus judicii Dominus. Contra. Lętabitur Juſtus, cum viderit vindictam, &c. Juſtus autem non lætatur de aliquo, niſi de quo Deus lætatur. *Sol.* Lætatur juſtus, lætatur & Deus de pœna malorum, inquantum effectus eſt juſtitiæ, non inquantum eſt a ſe. Unde ſignanter dicit *Pſal.* 57. Lætabitur juſtus cum viderit vindictam: non dicit, cum viderit pœnam. Vere Deus non fecit mortem. *m* Creavit,] enim Deus, [ut eſſent omnia,] non ut perirent. Vel [Creavit] Deus, [ut eſſent omnia,] ideſt, hominem, propter quem omnia fecit, & qui communicat cum omnibus. Hunc creavit, ut eſſet, ideſt verum eſſe participaret; in præſenti eſſe gratiæ, & poſtea eſſe gloriæ: ſed utrumque eſſe amiſit homo per peccatum. *n* Et ſanabiles, [ideſt ſanos ſine morbo corporali, vel ſpirituali. *o* Fecit] vel [eſſe voluit,] alia littera. *p* Nationes orbis terrarum] vel generationes orbis terrarum, ideſt primos parentes, ex quibus naſcituri erant, quotquot futuri erant in orbe terrarum. Vel ſic *n* ſanabiles fecit nationes orbis terrarum,] ideſt, omnes homines, qui ſunt in orbe terrarum, aptos fecit ad recuperandum ſanitatem amiſſam: quales non fecit Angelos, qui peccaverunt. Vel [Sanabiles] non ægrotantes, hoc eſt, omnes homines fecit ad participandum ſanitatem vitæ ęternæ; non ad participandum ęgritudinem culpæ. Et quod Deus ſanabiles fecerit nationes, probat. *q* Non] enim [eſt in illis,] i. in natura eorum. *r* Medicamentum exterminii,] i. peccatum, quod exterminat vitam gratiæ, quod dicitur medicamentum per antiphraſim, quia minime medetur. Vel ideo dicitur peccatum medicamentũ; quia medicamento indiget, vel quia propoſitum fuit in medicamentum primis parétibus, cum dictum eſt eis: Nequaquam morte moriemini, ſcit enim Deus, quia in quocumque die comederitis ex eo, aperiẽtur oculi veſtri, & eritis ſicut Dii, *Gen.* 3. Sed hoc medicamentum fuit eis medicamentum exterminii, quia propter illud exterminati ſunt a Paradiſo, vel a gratia, quod majus eſt. Vel ſic. *q* Non eſt in illis,] i. in natura illorum. *r* Medicamentum exterminii,] i. gratia, quæ eſt medicamentum peccati exterminantis. *ſ* Nec inferorum regnum in terra,] i. peccatum, per quod in nobis regnant inferi, i. Dęmones, in natura hominis de terra facti, q. d. *Philo.* In natura hominis non eſt gratia, nec peccatum: ſed gratia a Deo eſt, peccatum a libero arbitrio. Unde *Rab.* Deus eſt auctor bonorum, non malorum, & ideo juſtus Judex: non enim neceſſitate peccamus, ſed perverſa voluntate, quę ex liberi arbitrii qualitate procedit. Nihil enim homini nocuiſſet Diabolus, niſi homo acquieviſſet. *t* Juſtitia perpetua eſt, & immortalis] i. perpetuos & immortales facit participes ſui, & a morte perpetua liberat. *u* Injuſtitia autem mortis eſt acquiſitio,] i. morte punitur æterna, *Prov.* 11. Juſtitia ſimplicis diriget viam ejus, & in impietate ſua corruet impius, *Rom.* 6. Stipendia peccati mors gratia autem Dei, vita ęterna. Dico, quod injuſtitia eſt acquiſitio mortis, i. per injuſtitiam homines acquirunt mortem, qui facti erant immortales, ideſt, potentes non mori. Sed unde fuit injuſtitia? numquid a Deo? Non. *x* Impii autem,] i. primi parentes Deo inobedientes. *y* Manibus, & verbis accer-

ſierunt

ſierunt illam]injuſtitiam, vel illam mortem, quia ibi fuit primum colloquium inter homines, & Diabolum, & poſt extenſio manuum ad pomum vetitum. *a* Et æſtimantes illam] injuſtitiam. *b* Amicam]ideſt non puniendam, vel [amicam] ideſt utilem, ſicut Diabolus promittebat. *c* Defluxerunt] in mortem æternam, vel in neceſſitatem moriendi, vel primo in culpam, poſtea in pœnam temporalem, tandem in pœnam æternam. Primo, fluit homo in culpam, ſecundo, effluit in pœnam temporalem; tertio, perefluit in gehennam. Unde Apoſtol. *Heb.* 2. Oportet obſervare nos ea quæ audivimus, ne

Infr. 15. A

forte pereffluamus. *d* Et ſponſiones poſuerunt ad illam]mortem ne ſeparentur ab ea, ideſt, inſeparabiliter, & ſe & totam poſteritatem ſuam obligaverunt morti. Unde dicit *Iſa.* 28. Percuſſimus fœdus cum morte & cum inferno fecimus pactum, hujus autem contra-

al. † fl. al. † afflatus.

ctus obſes eſt caro, & fomes teſtis. Unde *Gal.* 5. Caro concupiſcit adverſus ſpiritum, volens complere ſponſionem Adam. Vel *d* Sponſionem poſuerunt,] primi parentes. *e* Ad illam]ideſt ad injuſtitiam, ſcilicet fomitem, vel primos motus qui movent ad injuſtitiam. *f* Quoniam morte digni ſunt]qui de mortalibus naſcuntur. Vel [digni ſunt morte] æterna. *g* Qui ſunt ex parte illius]injuſtitiæ, ideſt, qui faciunt, & fovent injuſtitiam.

a æſtimante illam *b* amicam, *c* defluxerunt, *d* & ſponſiones poſuerunt *e* ad illam, *f* quoniam morte digni ſunt, *g* qui ſunt ex partę illius.

CAP. II.

Dixerunt *h* enim impii *i* cogitantes apud ſe non recte: k Exiguum, & cum tædio eſt tempus vitæ noſtræ, & *l* non eſt refrigerium in fine hominis, *m* & non eſt qui agnitus ſit reverſus ab inferis. n Quia ex nihilo nati ſumus, & *o* poſt hæc *p* erimus, tanquam † non fuerimus. *q* Quoniam fumus, † & flatus eſt in naribus noſtris, & *r* ſermo ſcintillæ *ſ* ad commovendum cor noſtrum. *t* Quia extinctus cinis erit corpus noſtrum, *u* & ſpiritus *x* diffundetur tanquam mollis aer. *y* Et tranſiet vita noſtra, *z* tanquam veſtigium nubis, *a* & ſicut nebula diſſolvetur quæ fugata eſt a radiis ſolis, & a calore illius aggravata. Et *b* nomen noſtrum oblivionem accipiet per tempus, & nemo memoriam habebit operum noſtrorum. *c* Umbræ enim tranſitus eſt tempus noſtrum, *d* & non eſt reverſio finis noſtri, *e* quoniam conſignata eſt, & *f* nemo revertitur. *g* Venite ergo, & *h* fruamur bonis

EXPOSITIO
CAP. II.

Dixerunt enim impii, &c.] *Sup.* egit Philo de peccato in Deum ſecundum omnem ſpeciem ejus, i. cogitationem, locutionem, operationem, nunc agit de peccato hominis in ſe, & in proximum. In ſe enim peccat homo per delicias, in proximum per injurias. Et primo agit de peccato hominis in ſe, dicens. *b* Dixerunt impii, &c.] Et eſt vox perditorum, qui quaſi bruta animalia amant præſentia, & deſpiciunt futura, nec poſt hanc vitam ęternam ſperant requiem. De quibus dicit *Pſal.* 48. Homo cum in honore eſſet non intellexit, comparatus eſt jumentis inſipientibus, & ſimilis factus eſt illis. Et *Amos* 6. Væ qui dormitis in lectis eburneis, & laſcivitis in ſtratis veſtris, & comeditis agnū de grege. Iſtos vocat Philo impios, i. peccatores. Dicit ergo: Dixerunt enim impii]Enim, ſuperfluit. *i* Cogitantes apud ſe non recte] quia aperte non audent dicere cogitatum, hoc, ſc. *k* Exiguum, & cum tædio eſt tempus vitæ noſtræ,] i. vitæ præſentis. Illud verum eſt. Unde Jacob dixit Pharaoni. Dies peregrinationis meæ pauci, & mali. *Gen.* 47. & *Job.* 14. Homo natus de muliere brevi vivens tempore repletur multis miſeriis. Nota quod eſt tædium infirmitatis, quod eſt commune bonis, & malis: De quo dicitur 2. *Cor.* 1. Gravati ſumus ſupra virtutem, ita ut tæderet nos vivere. Item eſt tædium acediæ, quod eſt proprium malorum. De quo dicitur in *Pſal.* Dormitabit anima mea præ tædio. Item eſt tædium gratiæ, quo mundus vertitur in tædium, & contemptum, quod eſt proprium bonorum, de quo *Job.* 10. Tædet animam meam vitæ meæ. Et item dixerunt apud ſe. *l* Non eſt refrigerium in fine hominis, ideſt, quies poſt mortem. In hoc mentiuntur, quia dicitur *Jerem.* 6. Interrogate de ſemitis antiquis quæ ſit via bona, & ambulate in ea, & invenietis refrigerium animabus veſtris. Item *Dan.* 12. Multi de his qui dormiunt in pulvere terræ, evigilabunt, alii in vitam æternam, alii in opprobrium ſempiternum. Et iterum ad confirmationem ſui erroris dixerunt impii ad ſe. *m* Et non eſt qui agnitus ſit reverſus ab inferis]poſt mortem. Et in hoc etiam mentiuntur, quia Chriſtus, & Lazarus poſt mortem reverſi ab inferis viſi fuerunt a multis. De Chriſto habetur *Joan.* 20. De Lazaro 11. Quia autem nullus poſt mortem poſſit reverti ab inferis probant. *n* Quia ex nihilo nati ſumus] quoad animam, quæ non eſt ex traduce per generationem ſed ex traduce per creationem, vel ex nihilo quoad corpus, i. ex viliſſima materia, quæ non eſt digna reverti a morte. Et ideo, *o* Poſt hæc,] i. poſt hanc vitam. *p* Erimus tanquam non fuerimus,]ideſt, nihil erimus, ſicut ante nihil fuimus. Naturale eſt enim ei, quod ex nihilo eſt, in nihilum poſſe reverti, dicit *Aug.* Verū eſt, ſed iſtam potentia voluntate artificis ſuperatur, & animæ, & ſpiritus quæ natura ſunt corruptibiles, ex voluntate artificis, ſive creatoris ſunt ſtabiles in æternum, ut dicit *Plato*, & *Aug.* & *Dionyſ.* Et vere erimus nihil. *q* Quoniam fumus, & flatus eſt in naribus noſtris,]q. d. non eſt mirum ſi in nihilum ſumus redigendi, quia vita noſtra non eſt, niſi parum fumi, & venti, ſicut dicit *Jac.* 4. Quæ eſt vita noſtra? vapor ad modicum parens, & deinceps exterminabitur. Et *Job.* 7. Memento quia ventus eſt vita mea, & non revertetur oculus meus, ut videat bona. Ergo iſti verum dicunt. Bene poteſt eſſe; ſed non vere, quia nec intendunt dicere illud, nec intelligunt. Ipſi enim intendunt dicere quod anima noſtra nihil aliud eſt, quam illud quod de aere reſpiramus, & expiramus, quod deficit cum corpore: Jacobus vero, & Job loquuntur de vita corporali quæ cito deficit, ut dicit *Pſal.* 101. Dies mei, ſicut umbra declinaverunt. Et alibi. Defecerunt, ſicut fumus dies mei. Et *Eccl.* 18. Numerus dierum hominum, ut multum centum anni, quaſi guttæ aquæ maris deputati ſunt. *r* Et ſermo ſcintillæ]eſt in naribus noſtris, ideſt, in corpore noſtro, pars pro toto. *De ſtatu. diſ. 5. c. in ſantum.* *ſ* Ad commovendum cor noſtrum,] quaſi dicat, anima quæ vegetat corpus, & facit fumum exire, eſt quaſi ſcintilla fragilis, & cito deficiens, quam dicunt tantum eſſe ad timorem, ſicut dicitur in *Itinerario Petri*: Solus in orbe Deos fecit timor. Et quia de illa loqui poſſunt, ſed non intelligere, ideo dixerunt, non ſcintilla, ſed ſermo ſcintillæ, ac ſi dicerent, ſermo tantum eſt quicquid de anima fatur. Et vere patet, quod anima poſt mortem nihil aliud eſt quam ſermo. *t* Quia extinctus cinis, &c.]quod prius erat vivum, antequam ſcintilla, ideſt, anima defeciſſet, quaſi dicat, ſicut ſcintilla lignum aliquod inflammat, & cum lignum in cinerem vertit, & reſolvit, ſcintilla ſimul deficit, nec ultra cinis ille accenditur a ſcintilla, ſic cum corpus noſtrum incineratur in morte, deficit anima, nec ulterius ab ea vivificatur. *u* Et ſpiritus,] ideſt, anima. *x* Diffundetur tanquam, &c.] facile in † imum reſolvetur, ut aer. *y* Et tranſiet al. † unum. vita noſtra,] tota, ideſt corpus, & anima. *z* Tanquam veſtigium nubis,] non dicit, tanquam nubes, cujus veſtigium remanet poſt tranſitum ejus, ſed quaſi veſtigium nubis, cujus nullum veſtigium remanet. Ita ipſi ſentiebant de anima. *a* Et ſicut, &c.] ideſt, nebula calore Solis deorſum cadit in terram, & omnino annihilatur, ſic ſpiritus hominis penitus perit. Et videtur *Job.* 7. conſonare iſtis. Sicut inquit conſumitur nubes, & pertranſit, ſic qui deſcendit ad inferos, non aſcendet, nec revertetur ultra in domum ſuam, nec cognoſcet eum amplius locus ejus. Sed Job loquitur de reditu ad ſtatum vitæ præſentis, ad quem ſine dubio non revertentur animæ poſt mortem, niſi forte aliquis per miraculum. Sed miracula non faciunt legem. Similiter loquitur *Pſal.* 38. ubi dicit: Remitte mihi, ut refrigerer prius quam abeam ab hac vita, & amplius non ero, in hoc ſtatu. *b* Et nomen, &c. per tempus,] ideſt, cito. Callide accedunt ad propoſitum ſuum. Supra enim oſtenderunt, quod timore pœnæ, vel amore præmii non eſt abſtinendum a voluptatibus, quia anima nihil eſt poſt mortem, & ideo nec bonum, nec malum habet quicquid fecerit hic: Modo oſtendere volunt, quod nec etiam timore infamiæ ceſſandum eſt a voluptate, quia cito periit memoria noſtra ab hominibus poſt mortem. Et hoc eſt. *b* Et nomen noſtrum oblivionem accipiet, &c.] qualiacumque fuerint. *c* Umbræ enim tranſitus eſt tempus noſtrum,] ideſt, ſicut umbra cito tranſit, ita tempus noſtrum. *d* Et non eſt reverſio finis noſtri,] ideſt, poſt finem hujus vitæ nemo revertitur ad vitam. Et revera non eſt reverſio. *e* Quoniam conſignata eſt,] reverſio, ideſt, impedita per ſepulchri conſignationem, in quo conſignatur quicquid poſt mortem remanet de homine, ſecundum eos. Ac ſi aperte dicerent illud *Pſalm.* 48. Sepulchra eorum domus illorum in æternum. Et ideo. *f* Nemo revertitur] poſt mortem. Vel vita hominis cujuſque conſignata eſt, ideſt ſub certo termino ſignata, quantum durat, & non plus ſcilicet uſque ad mortem. *g* Venite ergo] quaſi ex quo nullum bonum, vel malum eſt homini poſt mortem, & tempus hominis breve eſt. [Venite ergo] cito, dicit Philo in perſona eorum ſe adinvicem invitantium. *h* Et fruamur bonis, quæ ſunt,] ideſt, bonis temporalibus quæ vera non ſunt, ſed

ipſi

quæ ſunt, *a* & utamur creatura *b* tanquam in juventute *c* celeriter. *d* Vino pretioſo, & *e* unguentis *f* nos impleamus, *g* & non prætereat nos flos temporis. *h* Coronemus nos roſis antequam marceſcant: *i* Nullum pratum ſit quod non pertranſeat luxuria noſtra. *k* Nemo † veſtrum exors ſit luxuriæ noſtræ. *l* Ubique relinquamus ſigna lætitiæ, *m* quoniam hæc eſt pars noſtra, & hæc eſt ſors. *n* Opprimamus pauperem juſtum, *o* & non parcamus viduæ, *p* nec † veterano, *q* nec revereamur canos multi temporis. Sit *r* autem fortitudo noſtra lex † juſtitiæ. *ſ* Quod enim infirmum eſt, *t* inutile invenitur. *u* Circumveniamus ergo juſtum, *x* quoniam inutilis eſt nobis, *y* & contrarius eſt operibus noſtris, *z* & improperat nobis *a* peccata legis, & *b* diffamat in nobis

ipſi non credunt alia bona eſſe, & ideo dicunt, fruamur, ibi finem ſuæ dilectionis ponentes. *a* Et utamur creatura, ideſt bonis temporalibus ad hoc tantum creatis. *b* Tanquam in juventute celeriter,] ideſt tanquam juvenes, qui in talibus maxime delectantur, malitia enim vel nequitia non ſinit eſſe

Iſa. 56. ſenem. Vel. *b* Tanquam in juventute,] ideſt ſicut juventus exigit. *c* Celeriter] quia tempus breve eſt, & nos, vel illa tranſeamus. *Iſa.* 22. Comedamus & bibamus, cras enim moriemur, ideſt, cito. *d* Vino pretioſo,] ideſt, vino bono magno pretio comparato. *e* Et unguentis,] ideſt electuariis ad melius bibendum: vel [Unguentis] ad corpus ungendum propter calorem, ſe-

al. † noſtrum. cundum conſuetudinem Palæſtinorum *f* Nos impleamus,] ideſt abundanter ſumamus, ut vinum interius calorem faciat ad luxuriam, & unguentum exterius calorem extenuet ad refrigerium. *g* Et non prætereat nos flos temporis,] ideſt,

al. † veteranos revereâmur. juventus in qua floret homo, vel florem temporis, dicunt communem voluptatem co-

D

al. † injuſtitiæ. juslibet temporis. Verbi gratia. In hyeme focos, & ignes, in vere flores, in æſtate prata virentia, in autumno fructuum varietates. Vel ad litteram de ipſis floribus colligendis in ſuo tempore intelligitur, ſub hoc ſenſu. *g* Et non prætereat nos flos temporis:] anni, ſcilicet colligamus ipſum in tempore ſuo ad delectandum: Habent enim violæ tempus ſuum, habent & lilia, habent & roſæ, & de aliis ſimiliter. Et hanc expoſitionem videtur innuere littera quam ſequitur: *h* Coronemus nos roſis antequam marceſcant,] ut rubor earum ſplendorem faciei conferat, & odor olfactum demulceat, & fœtorem alienum expellat. *i* Nullum pratum ſit, quod non pertranſeat luxuria noſtra,] ideſt, per quod non tranſeat luxuria noſtra: q.d. nullus locus amœnus ſit ubi non luxuriemur, ipſa locorum diverſitas amœnitatem juvat, & voluptatem augmentat. *k* Nemo veſtrum exors ſit luxuriæ noſtræ,] ideſt, luxuria noſtra communis ſit omnibus, nemo excludatur in quo libertas peccandi denegetur, quæ nonnihil facit ad augmentum voluptatis. *l* Ubique relinquamus ſigna lætitiæ noſtræ,] ſcilicet coronas roſeas, prata calcata, & vineas diſſipatas, oſtia fracta, arbores deramatas, & hujuſmodi. *m* Quoniam hæc eſt pars noſtra, & hæc eſt ſors,] q.d. non plus habebimus de hac vita. Ecce illi monent ad voluptates, & delicias, ſacerdotes Baal, prædicatores Diaboli. E contrario Dominus, & prædicatores ejus monent ad luctum, & pœnitentiam. *Matth.* 3. Agite pœnitentiam. *Iſa.* 22. Vocavit Dominus Deus exercituum in die illa ad fletum, & ad planctum, & calvitium & ad cingulum ſacci, quod valde aſperum eſt contra concupiſcentiam carnis. Item *Johel.* 2. Nunc ergo dicit Dominus, convertimini ad me in toto corde veſtro, in jejunio, & fletu, & planctu. *Prov.* 23. Noli eſſe in conviviis potatorum, nec in comeſſationibus eorum, qui carnes conferunt ad veſcendum, quia vacantes potibus, & dantes ſymbola conſumentur. *Eccleſ.* 7. Melius eſt ire ad domum luctus, quam ad domum convivii. *Iſa.* 24. Ceſſavit gaudium tympanorum, quievit ſonitus lætantium, conticuit dulcedo citharæ cum canticis, non bibent vinum, amara erit potio bibentibus illam. *Amos* 6. Væ qui opulenti eſtis in Sion. Et *infra*. Væ qui dormitis in lectis eburneis, & laſcivitis in ſtratis veſtris, qui comeditis agnum de grege, & vitulum de medio armenti, qui canitis ad vocem pſalterii, bibentes in phialis vinum, & optimo unguento delibuti & nihil patiebantur ſuper contritione Joſeph. Sequitur. *n* Opprimamus pauperem juſtum.] Vox eſt perditorum, ſicut & prius. Et pertinet generaliter ad eos qui Deum contemnentes, nulli ſexui, vel ætati parcunt, ſed injuſte omnes opprimunt. Specialiter autem pertinet ad hæreticos, qui pauperem populum Eccleſiæ modis omnibus perſequuntur, & viduam etiam, ideſt Eccleſiam de qua dicitur in *Pſal.* 131. Viduam ejus benedicens benedicam, pauperes ejus ſaturabo panibus. Veteranos, ideſt prophetas, & Apoſtolos reprehendunt. Nec ipſi Epiſcopo, ideſt Chriſto parcunt, ſed blaſphemant, & arguunt, non divinæ legis decreta, ſed ſui erroris devia ſectantes. Dicunt ergo facto ipſo, vel animo. *n* Opprimamus pauperem] ſpiritu, vel ad litteram juſtum nulli injuriantem, de ſeipſo juſtitiam facientem. *o* Et non parcamus viduæ] ad litteram, cui parcendum eſt eo ipſo quod vidua eſt, vel [Viduæ,] ideſt Eccleſiæ, quæ ſponſi ſui caret præſentia corporali, de qua dicit *Job.* 24. Aſinum pupillorum abegerunt, & abſtulerunt pro pignore bovem viduæ. *p* Nec veterano] parcamus, cui pro reverentia ætatis parcendum eſſet: vel [veterano,] ideſt Prophetis, & Apoſtolis, quibus non parcunt hæretici, eorum dicta vel penitus reſpuentes, vel male exponentes. *q* Nec revereamur canos multi temporis] ad litteram, vel ad ſapientiam ſenum. Cani enim ſunt ſenſus hominis, *inf.* 4. Et *Job.* 12. In antiquis eſt ſapientia, & in multo tempore prudentia. Et talibus, tum propter ſapientiam, tum propter ætatem debetur reverentia, ſecundum legem *Lev.* 19. Coram cano capite conſurge, & honora perſonam ſenis. Hos quos Dominus ſibi ſpecialiter ſegregavit, quaſi non habentes alium defenſorem perſequuntur iſti, ſcilicet pauperes, & pupillos, & viduas, & ſenes. Unde *Iſa.* 1. Subvenite oppreſſo, judicate pupillo, defendite viduam. Et *Eccl.* 35. Non deſpiciet preces pupilli, nec viduam ſi effundat loquelam gemitus: Nonne lacrymæ viduæ ad maxillam deſcendunt, & exclamatio ejus ſuper deducentem eas eſt? A maxilla enim deſcendunt uſque ad cœlum, & Dominus exauditor non delectabitur in illis. Sic non revereamur quemquam. *r* Sit autem fortitudo noſtra lex juſtitiæ,] q.d. fortitudinem pro lege juſtitiæ habeamus. Alia littera habet: [Sit fortitudo noſtra lex injuſtitiæ,] ideſt quicquid poſſumus quaſi licite faciamus, licet injuſtum ſit. *ſ* Quod enim infirmum eſt, inutile invenitur.] Hæc clauſula in quibuſdam codicibus eſt interlinearis, in quibuſdam textus, quod magis placet. Et eſt ſenſus: [Ideo fortitudo noſtra ſit lex juſtitiæ,] quia [quod infirmum eſt,] ut pauper, pupillus, vidua, ſenex. *t* Inutile invenitur] quoad nos, & ideo opprimamus eos. Non ita *Job.* 31. Si levavi manum meam ſuper pupillum, etiam cum viderem me in porta ſuperiorem, humerus meus a junctura ſua cadat. *u* Circumveniamus ergo ju- 1. Petr. 2

ſtum,] vox eſt malorum generaliter, ut ſupra, vel ſpecialiter Judæorum contra Chriſtum dicentium; Circumveniamus juſtum, ideſt Chriſtum, qui peccatum non fecit, nec inventus eſt dolus in ore ejus. *Iſa.* 53. *Joan.* 11. hoc impletum: Collegerunt Pontifices, & Phariſæi conſilium adverſus Jeſum. Et *Matt.* 22. Abeuntes Phariſæi conſilium inierunt, ut caperent Jeſum in ſermone. [Circumveniamus,] inquam. *x* Quoniam inutilis eſt nobis.] Et quid mirum? Ipſi eum ſibi inutilem fecerunt, ſicut infirmus inobediens medico, reddit ſibi medicinam inutilem, quantum autem ad ſe perutilis erat, ſicut patet *Joan.* 8. Ego ſum lux mundi, qui ſequitur me, non ambulat in tenebris, ſed habet lumen vitæ. Et *Act.* 10. dixit Petrus: Vos ſcitis quo modo unxit eum Deus Spiritu ſancto, & virtute, qui pertranſiit benefaciendo, & ſanando omnes oppreſſos a Diabolo. *y* Et contrarius eſt operibus noſtris.] Verum eſt hoc ſimpliciter. Nam opera ejus ſimpliciter erant bona, eorum vero opera mala: Sic dicitur *Iſa.* 55. Non ſunt cogitationes meæ cogitationes veſtræ, neque viæ meæ, viæ veſtræ, dicit Dominus, quia ſicut exaltantur cœli a terra, ſic exaltatæ ſunt viæ meæ a viis veſtris, & cogitationes meæ a cogitationibus veſtris, *z* Et improperat nobis,] ideſt, tranſgreſſionibus. *a* Peccata legis,] ideſt peccata prohibita in lege. Unde *Joan.* 7. Nonne Moyſes dedit vobis legem, & nemo ex vobis facit legem, quid me quæritis interficere? Et *Matt.* 15. Irritum feciſtis mandatum Dei, propter traditionem veſtram: Hypocritæ, bene prophetavit de vobis propheta dicens: populus hic labiis me honorat, cor autem eorum longe eſt a me. *Iſa.* 29. ſecundum *Septuaginta*. Et hoc eſt quod ſequitur hic *b* Et diffamat in nobis peccata diſciplinæ noſtræ,] ideſt, traditionis noſtræ, ſive conſtitutionis. Conſtituerant enim de conſilio ſacerdotum, ut omnia ſua devoverent Deo, & poſtea quando parentes eorum indigentes quærerent aliquid ab eis, reſponderent. Munus quodcumque ex me eſt, tibi proderit. Et hoc improperavit ei Dominus. *Matt.* 15. & *Marc.* 7. dicens: Bene irritum feciſtis præceptum Dei propter traditiones veſtras, ut traditionem veſtram ſervetis: Moyſes enim dixit: Honora patrem tuum, & matrem tuam, *Exod.* 20. Et qui maledixerit patri, vel matri, morte moriatur. *Lev.* 20. Vos autem dicitis: Si dixerit homo patri, vel matri corban, quod eſt, donum quodcumque ex me eſt tibi proderit & ultra dimittitis eum quicquam facere patri

ſuo,

ſuo, vel matri, reſcindentes verbum Dei propter traditionem veſtram. *a* Promittit ſe ſcientiam Dei habere,] ideſt, dicit ſe Deum ſcire. *Joan.* 7. A meipſo non veni, ſed eſt verus qui miſit me, quem vos neſcitis, ego autem ſcio eum, quia ab ipſo ſum. Vel [Promittit ſe ſcientiam Dei habere,] ideſt dicit ſe omnia ſcire, ſicut Deus.

b Et filium Dei ſe nominat,] & conteraum ei. *Joan.* 5. Propterea magis quærebant eum interficere Judæi, quia non ſolum ſolvebat ſabbatum, ſed etiam Patrem ſuum dicebat Deum æqualem ſe faciens Deo. *c* Factus eſt nobis in traductionem cogitationum noſtrarum,] ideſt, noſtras cogitationes traducit in lucem & revelat eis. *Matt.* 9. Cum vidiſſet Jeſus cogitationes eorum, dixit *Matth.* 17. Ut quid cogitatis mala in cordibus veſtris? Traducere ergo accipitur hic pro manifeſtare. Similiter accipitur *Matt.* 1. Joſeph vir ejus cum eſſet vir juſtus, & nolet eam traducere, ideſt manifeſtare, voluit eam occulte dimittere. *d* Gravis eſt nobis etiam ad videndum,] ex invidia. De qua dicit Poeta.

al. † immutatæ.

Ovid. 1. Metamor.

Nuſquam recta acies, livent rubigine dentes:
Pectora felle virent, lingua eſt ſuffuſa veneno.

peccata diſciplinæ noſtræ. *a* Promittit ſcientiam ſe Dei habere, *b* & filium Dei ſe nominat. *c* Factus eſt nobis in traductionem cogitationum noſtrarum. *d* Gravis eſt nobis etiam ad videndum, *e* quoniam diſſimilis eſt aliis vita illius, & † in *f* veritate ſunt viæ ejus. *g* Tanquam nugaces *h* æſtimati ſumus ab illo, & *i* abſtinet ſe a viis noſtris, *k* tanquam ab immunditiis, & *l* præfert noviſſima juſtorum, & *m* gloriatur Deum ſe patrem habere. *n* Videamus ergo, ſi ſermones illius veri ſint, & *o* tentemus quæ ventura ſunt illi, & ſciemus quæ erunt noviſſima illius. Si *p* enim eſt verus filius Dei, *q* ſuſcipiet illum, & *r* liberabit illum de manibus contrariorum. *ſ* Contumelia, & tormento interrogemus eum, ut *t* ſciamus reverentiam ejus, & *u* probemus patientiam illius. *x* Morte turpiſſima condemnemus eum. Erit *y* enim † reſpectus ex *z* ſermonibus illius. Hæc *a* cogitaverunt, & *b* erraverunt, *c* excæcavit enim illos malitia eorum. Et *d* neſcierunt ſacramenta Dei: *e* neque mercedem ſperaverunt juſtitiæ, nec *f* judicaverunt *g* honorem animarum ſanctarum. *h* Quoniam Deus creavit hominem *i* inexterminabilem, & *k* ad imaginem ſimilitudinis ſuæ fecit illum.

e Quoniam diſſimilis eſt aliis vita illius.] Nam ſine libidine natus eſt, & ſine peccato converſatus, quod in nullo alio potuit inveniri. *f* In veritate ſunt viæ ejus,] ideſt, opera ejus vera ſunt, non vana, aut falſa, ſicut hypocritarum. Et quid mirum? Ipſe eſt via, & veritas. *Joan.* 14. Ego ſum via, veritas, & vita. *g* Tanquam nugaces,] ideſt, inania facientes, & docentes. *h* Æſtimati ſumus ab illo] quia cognoſcebat illos intus, & extra. *i* Et abſtinet ſe a viis noſtris,] ideſt, a traditionibus, & operibus noſtris. *k* Tanquam ab immunditiis,] quia in veritate immunda erant. *l* Et præfert noviſſima juſtorum,] ideſt, ea quæ juſti poſt mortem ſunt habituri, præfert voluptatibus noſtris. Vel noviſſimos juſtos præfert nobis. *Matth.* 20. Erunt noviſſimi primi, & primi noviſſimi. Vel: *l* Præfert noviſſima juſtorum,] ideſt, finem juſtorum laudat, & magnificat, & præfert vitæ noſtræ. Sic & Balaam, *Num.* 23. Moriatur anima mea morte juſtorum, & fiant noviſſima mea horum ſimilia. *m* Et gloriatur Deum ſe patrem habere,] *Joan.* 8. Pater meus qui glorificat me, quem vos dicitis, quod Deus veſter eſt, & non cognoviſtis eum, ego autem novi eum. *n* Videamus ergo ſi ſermones illius veri ſint] quibus ſe dicit filium Dei. *o* Et tentemus quæ ventura ſunt illi, & ſciemus quæ erunt noviſſima illius] quaſi dicat, tentemus interficiendo ipſum ſi ſunt vera, quæ dicit, ſcilicet quod juſtis poſt mortem bona retribuentur, & quod filius Dei eſt. *p* Si enim eſt verus filius Dei] per naturam ei æqualem. *q* Suſcipiet illum] in gloriam.

r Et liberabit illum de manibus contrariorum,] ideſt, Judæorum, vel crucifixorum. Simile *Matth.* 27. Si rex Iſrael eſt, deſcendat nunc de cruce, & credimus ei. Confidit in Deo, liberet eum nunc ſi vult: dicit enim, quoniam filius Dei ſum.

ſ Contumelia, & tormento interrogemus eum:] ideſt, contumelias verborum, & tormenta verberum irrogemus ei.

t Ut ſciamus reverentiam ejus,] ideſt, humilitatem, & patientiam. De qua *Hebr.* 5. Exauditus eſt pro ſua reverentia.

u Et probemus patientiam illius.] Ipſe vero quaſi ſapiens diſputator, reſpondit ad primam objectionem, ideſt, ad contumelias, humilitatem. Ad ſecundam objectionem, ideſt, ad tormenta, reſpondit patientiam, & ita concluſit eis. Unde *B. Bern.* Ad vulnera patiens fuit, ad opprobria humilis.

x Morte turpiſſima condemnemus eum,] Ideſt, morte crucis, quæ uſque ad Paſſionem Chriſti pœna mortis fuit, nunc trophæum eſt victoriæ, & Eccleſiæ gloria. Unde dicit *Aug.* Crux finita eſt in pœna, nunc manet in gloria. De loco enim ſuppliciorum tranſiit ad frontes Imperatorum. Ecce in contumeliis, & tormentis vitam finivit Dominus, alteram per humilitatem, alteram ſuperans per patientiam, dans nobis exemplum, ut ſimiliter faciamus, ſi volumus ire poſt ipſum. Hæc ſunt duo latera ſcalæ, per quam aſcenditur in cœlum, ceteræ virtutes ſunt gradus. *y* Erit enim reſpectus ex ſermonibus illius,] ideſt, per hoc ſciemus veritatem ſermonum illius, quibus dixit *Joan.* 2. Solvite templum hoc, & in tribus diebus excitabo illud, quaſi dicat per hoc videbimus ſi poſſit ſuſcitare carnem ſuam poſt mortem, ſicut dixit. Vel aliter. *x* Morte turpiſſima,] & duriſſima [condemnemus,] affigentes cruci cum latronibus, nec poterimus argui ſuper hoc. *y* Erit enim reſpectus] noſter, ideſt defenſio, & excuſatio noſtra. *z* Ex ſermonibus illius.] Si enim quæretur, quare interfecerimus eum, dicemus quia filium Dei ſe faciebat. *a* Hæc cogitaverunt] impii. *b* Et erraverunt] cogitationes implendo. Ecce ſupra poſuit *Philo* cogitationes, & maledictiones impiorum in mortem juſti generaliter, & ſpecialiter in mortem Chriſti, nunc oſtendit ipſos ex ſua cogitatione factos deteriores, & in voluptates, & injuſtitiam delapſos. *c* Excæcavit enim illos malitia eorum,] qua cogitaverunt interficere Chriſtum, qui tot beneficia eis præſtitit. *d* Et neſcierunt ſacramenta Dei,] ideſt, ſacramentum ſanctæ incarnationis, & paſſionis Chriſti, vel ſecreta conſilia Dei, quoniam in malevolam animam non introibit ſapientia, ſupra I. *e* Neque mercedem ſperaverunt juſtitiæ,] ideſt, non putaverunt mortem Chriſti eſſe mercedem juſtitiæ, ideſt, juſtificationis noſtræ. Vel non crediderunt ſibi reddi mercedem, ideſt, remunerationem de malis ſuis, quod eſt juſtitiæ. Vel non putaverunt mercedem laborum ſuorum eſſe reddendam juſtis.

al. † ei.

Gen. 1. & 5. Eccl. 17.

Unde infra 5. Nos inſenſati vitam illorum æſtimabamus inſaniam, & finem illorum ſine honore. Vel ſic. *e* Neque mercedem ſperaverunt juſtitiæ,] ideſt, non ſperaverunt vitam æternam, quæ debetur operibus juſtitiæ. *f* Nec judicaverunt honorem ſanctarum animarum,] ideſt, non diſcreverunt, ſive cognoverunt Chriſtum, qui eſt honor ſanctorum. Vel non judicaverunt ſanctis animabus honorem eſſe reddendum, quem hic propter Chriſtum deſpexerunt. De quo dicitur *Joan.* 12. Si quis mihi miniſtraverit, honorificabit eum Pater meus. Et *Eſther.* 6. Hoc honore dignus eſt quemcumque rex voluerit honorare. Vel ſic. *f* Nec judicaverunt honorem animarum ſanctarum,] ideſt non intellexerunt mortem Chriſti honorem eſſe ſanctis animabus. Vel. *f* Non judicaverunt] ideſt, non cognoverunt. *g* Honorem ſanctarum animarum,] quo honoravit eas Deus in creatione, & recreatione. *h* Quoniam Deus creavit hominem] quantum ad animam. *i* Inexterminabilem,] ideſt, immortalem, ideſt, potentem non mori, ſi vellet. *k* Et ad imaginem ſimilitudinis ſuæ fecit illum,] ideſt, creavit ad imaginem & ſimilitudinem ſuam. Ad imaginem quoad naturalia, & ad ſimilitudinem quoad gratuita. Vel ad imaginem, quantum ad innocentiam, & ad ſimilitudinem, quantum ad juſtitiam. Vel ad imaginem, quoad potentiam diligendi, & ad ſimilitudinem, quoad potentiam cognoſcendi. Vel. *k* Ad imaginem ſimilitudinis ſuæ,] ideſt ad imaginem filii ſui, qui eſt figura ſubſtantiæ ejus, *Hebr.* 1. Poſſet aliquis quærere,

ſi homo

ſi homo factus eſt inexterminabilis, unde ergo mors in hominem venit? Et reſpondet Philo. *b* Autem.] ideſt, quia. *a* Invidia Diaboli] qui invidet homini beatitudinem quam perdidit. *c* Mors introivit in orbem terrarum] in omnes homines diffuſos per omnes partes orbis terrarum. Nec ſola invidia Diaboli introduxit mortem, ſed coadjuvit conſenſus hominis, quia niſi homo voluntatie conſenſiſſet ſuggeſtioni Diaboli, non haberet mors poteſtatem in
A eo. Unde Apoſtolus *Rom.* 5. non dicit per Diabolum intraſſe peccatum, ſed per hominem, dicens. Sicut per unum hominem peccatum in hunc mundum intravit, & per peccatum mors, ita & in omnes homines mors pertranſiit. *d* Imitantur autem illum] ideſt Diabolum. *e* Qui ſunt ex parte illius] ideſt, filii perditionis. De quibus *Joan.* 8. Vos ex patre Diabolo eſtis, & deſideria patris veſtri vultis facere.

a Invidia *b* autem Diaboli *c* mors introivit in orbem terrarum: *d* Imitantur autem illum, qui *e* ſunt ex parte illius.

CAP. III.

f JUſtorum *g* autem *h* animæ in manu Dei ſunt, *i* & non tanget illum tormentum mortis. Viſi *k* ſunt oculis inſipientium mori, & *l* æſtimata eſt afflictio exitus illorum. Et *m* ab itinere juſto *n* abierunt in *o* exterminium, *p* & quod a nobis eſt iter exterminii, illi *q* autem ſunt in pace. *r* Et ſi coram hominibus tormenta paſſi ſunt, *ſ* ſpes illorum immortalitate plena eſt. In *t* paucis *u* vexati, *x* in multis *y* bene diſponentur, *z* quoniam Deus tentavit eos, *a* & invenit illos

EXPOSITIO
CAP. III.

JUſtorum autem animæ in manu Dei ſunt.] Sicut dicit *Raban. in priori capitulo*, expreſſa eſt ſententia iniquorum, quam contra Chriſtum protulerunt, nunc condemnantur de ſtultitia, quia ſanctos penitus interire putant, quos ipſi pro confeſſione Chriſti trucidant. Quaſi ergo diceret auctor, ita intravit mors in orbem terrarum, tamen timendum eſt malis qui Diabolum imitantur, juſtis autem non eſt timendum, licet corporaliter interficiantur. *g* Autem] pro quia. *f* Juſtorum,] ideſt, Martyrum pro juſtitia fidei morientium. *h* Animæ in manu Dei ſunt,] ideſt, in protectione, quamvis corpora eorum in manu impiorum ſint. Unde *Job.* 9. Terra data eſt in

Triplex tormentum.

manus impii. *i* Et non tanget illos tormentum mortis,] æternæ, vel tormentum conſecutivum mortis, ideſt, pœna æterna. Vel ſic. *f* Juſtorum animæ in manu Dei ſunt,] ſicut oblatio in manu ſacerdotis: nunc enim juſti in manibus ſuis portant animas ſuas, quaſi offerendas Deo. Unde *Job.* 13. Quare lacero carnem meam dentibus meis, & animam meam porto in manibus meis? In morte vero accipit eos Dominus ſicut oblationes in manu ſua. *i* Et] ideo [non tanget illos tormentum mortis,] quod eſt triplex, ut dicit *B. Bern.* Dolor in exitu, horror in tranſitu, pudor in conſpectu gloriæ Domini. Mors omnes tangit, ſed hoc triplex tormentum malos tantum. *k* Viſi ſunt oculis inſipientium mori,] qui palmam Martyrii tantum, afflictionem putant & eos mori, in corpore ſimul, & anima. Quod falſum eſt: nam obitum juſtorum non eſt mors proprie ſed dormitio. Unde *Iſa.* 14. Omnes reges gentium, univerſi dormierunt in gloria ſua cœleſti, dicit *Gloſſ.* Et *Joan.* 11. Lazarus amicus noſter dormit. *l* Et æſtimata eſt afflictio exitus illorum,] ideſt, diſſolutio corporis, & animæ quam dicunt afflictionem, [æſtimata eſt] ab inſipientibus, [exitus,] ideſt, finis juſtorum, quia ipſi putabant ſanctos finem omnino habere in afflictione, id eſt, omnino finiri. Vel ſic. *l* Æſtimata eſt afflictio exitus illorum,] ideſt, exitus illorum a corpore æſtimatus eſt afflictio tantum, ideſt, mali putabant, quod ſancti non haberent in exitu niſi afflictionem. Sed hoc eſt falſum quia habebant conſolationem multo majorem afflictione. Unde *Zacha.* 1. Ecce vir aſcendens ſuper equum ruſum, & ipſe ſtabat inter myrteta, quæ erant in profundo. Myrtus arbor eſt aromatica, membra feſſa conſolidans, & ſignificat conſolationem quam Chriſtus facit juſtis poſitis in preſſuris. Et recte dixit, in profundo, quia conſolatio illa eſt in abſcondito, ſicut dicit *B. Bern.* Multi vident cruces noſtras, qui non vident noſtras unctiones. *m* Et ab itinere juſto,] ideſt, a via juſtitiæ. *n* Abierunt] ipſi juſti. *o* In exterminium] mortis æternæ, ſecundum opinionem malorum. Vel [in exterminium,] ideſt, nihilum, quia ipſi dicunt animam ſimul perire cum corpore. *p* Et quod a nobis eſt iter exterminii,] Conſtrue ſic. *n* Et abierunt iter exterminii, quod a nobis] inflictum eſt eis, non a Deo. Vel. *p* Quod eſt a nobis,] ideſt, a noſtris primis parentibus. Nam per hominem mors intravit in mundum. *Rom.* 5. Vel ſic. *n* Et abierunt iter exterminii, quod eſt a nobis,] ideſt quod redditur a nobis, ideſt a vita præſenti, quaſi diceret Philo, juſti ſecundum malorum opinionem in morte ſua omnino exterminati ſunt. *q* Illi autem ſunt in pace] quietis æternæ, vel in ipſo martyrio ſunt in pace pectoris, & in pace æternitatis ſpe, & tandem re, *Iſa.* 41. Tranſibit in pace, & ſemita in pedibus ejus non apparebit. *r* Et ſi coram hominibus tormenta paſſi ſunt] qui tantum vident ea quæ patent exterius. *ſ* Spes illorum immortalitate] vera [plena eſt.] Immortalitatis veræ dico, ad differentiam immortalitatis innocentiæ, in qua creatus eſt homo, quæ non fuit vera, quia potuit deficere, ſed hæc vera, quia non poterit deficere. Et de hac ſpe dicitur *Rom.* 5. Tribulatio patientiam operatur, patientia probationem, probatio ſpem, ſpes autem non confundit. E contrario ſpes malorum mortalitate plena eſt, & eſt in temporalibus, quæ deficiunt. Unde *Job.* 11. Oculi impiorum deficient, & refugium peribit ab eis, & ſpes illorum abominatio animæ. *t* In paucis] tribulationibus. *u* Vexati] corporaliter. *x* In multis bene diſponentur,] ideſt, in ſeptem dotibus, quatuor corporis, & tribus animæ. Sed videtur, quod in multis vexati ſunt Sancti, ut patet in B. Laurentio, & in B. Vincentio, & aliis Sanctis.

Unde Paulus *Hebr.* 11. Alii ludibria, & verbera experti ſunt, inſuper, & vincula, & carceres, lapidati ſunt, ſecti ſunt, tentati ſunt, in occiſione gladii mortui ſunt. Sol. In paucis ſunt vexati ſua reputatione. Parum enim reputabant Sancti quicquid pro Chriſto patiebantur præ amoris magnitudine: Sic legitur de Jacob, *Gen.* 29. quod dies laboris ſui videbantur pauci præ amoris magnitudine. Vel in paucis comparatione præmii.

Unde *Rom.* 8. Æſtimo, quod non ſint condignæ paſſiones hujus temporis ad futuram gloriam, quæ revelabitur in nobis. 2 *Cor.* 4. Id enim quod in præſenti eſt momentaneum, & leve tribulationis noſtræ, ſupra modum in ſublimitate æternum gloriæ pondus operatur in nobis. Vel in paucis dicit, quia tribulationes, quas Sancti pro Chriſto patiuntur, temporales ſunt, omnia autem temporalia pauca ſunt, & parva reſpectu æternorum.

Unde *Matth.* 25. Euge ſerve bone, & fidelis, quia ſuper pauca fuiſti fidelis, ſupra multa te conſtituam. Vel, in paucis vexati ſunt Sancti, reſpectu dolorum Chriſti.

Unde *Thren.* 1. O vos omnes qui tranſitis per viam, attendite, & videte ſi eſt dolor, ſicut dolor meus. Et *Pſal.* 140. Abſorpti ſunt juncti petræ judices eorum, ideſt, paſſiones Sanctorum, qui mundum judicabunt, comparatæ paſſionibus Chriſti nullæ ſunt. Bene ergo dicit. *t* In paucis vexati] brevibus, & levibus tribulationibus. *x* In multis,] ideſt, in multitudine gaudiorum, quæ nec oculus vidit, nec auris audivit, nec in cor hominis aſcendit, quæ præparavit Deus diligentibus ſe, *Iſa.* 64. *y* Bene diſponen- 1. *Cor.* 2.
tur,] ideſt juxta qualitatem ſui meriti in gloria ponentur. In domo enim patris mei manſiones multæ ſunt, dicit Dominus, *Jo.* 14. Merito enim bene diſponendi ſunt ſancti in futuro, quia in præſenti viliter diſpoſiti fuerunt a tyrannis: Laurentius enim non multum delicate diſpoſitus fuit ſupra craticulam, neque Vincentius ſub cultro, ſed modo ſuaviter diſponentur ab ipſo Domino, ſicut dicitur *Luc.* 22. Vos eſtis qui permanſiſtis mecum in tentationibus meis, & ego diſpono vobis, ſicut diſpoſuit mihi Pater meus regnum, ut edatis, & bibatis ſupra menſam meam in regno meo. Econtrario mali, qui modo ſuaviter diſponuntur, & delicate, in futuro duriter diſponentur, ſicut dixit Abraham diviti. *Luc.* 16. Fili recordare, quia recepiſti bona in vita tua, & Lazarus ſimiliter mala, nunc autem hic conſolatur, tu vero cruciaris. Vel ideo Sancti bene diſponentur in futuro in domo Domini, quia in præſenti diſpoſuerunt domum, ideſt, conſcientiæ ſuæ cogentes carnem ſervire ſpiritui, mali vero, quia male & inordinate diſponunt hic domum ſuam, carnem ſpiritui præponentes male, & inordinate diſponentur. Ponentur enim in locum ubi nullus ordo, ſed ſempiternus horror inhabitat, *Job.* 10. Ideo Iſaias dicit Ezechiæ cum ægrotaret: Diſpone domui tuæ, morieris enim tu, & non vives, *Iſaiæ* 38. quaſi dicat, ſi vis in futuro bene diſponi, diſpone hic bene domum tuam. Et merito bene diſponentur ſancti. *z* Quoniam Deus tentavit illos, ideſt, tribulationibus probavit. *a* Et invenit illos]

a dignos ſe. *b* Tanquam aurum in fornace *c* probavit illos, *d* & quaſi † holocauſti hoſtiam accepit illos, *e* & in tempore *f* erit reſpectus eorum. *g* Fulgebunt juſti, & *h* tanquam ſcintillæ in arundineto diſcurrent, *i* Judicabunt nationes, & *k* dominabuntur populis, & *l* regnabit Dominus illorum in perpetuum. *m* Qui confidunt in † illum, intelligent veritatem, & *n* fideles in dilectione *o* acquieſcent illi, *p* quoniam donum, & *q* pax eſt *r* electis ejus. Impii *ſ* autem ſecundum *t* quæ cogitaverunt correptionem habebunt, *u* qui neglexerunt juſtum, & *x* a Domino receſſerunt. *y* Sapientiam enim & diſciplinam qui abjicit infelix eſt,

illos] ſic probatos. *a* Dignos ſe] ideſt ſocietate, ac dilectione, ac viſione ſua, ſive participatione beatitudinis ſuæ. Sed quia multi ſunt modi probationis. Aliter enim probatur equus dextrarius, aliter equus veredarius, aliter gladius, aliter aurum, quod tripliciter probatur, per tactum lapidis, per repoſitionem in luto,
B per fornacem. Illum modum probationis quo Dominus probavit ſanctos ſuos
al. † holocauſta hoſtiæ. ſubdit auctor dicens. *b* Tanquam aurum in fornace]
Matth. 13. quod non uritur, ſed puratur. *c* Probavit illos] in fornace tribulationis. *Eccl.* 2. In igne probatur argentum, & aurum; homines vero receptibiles in camino humiliationis. *Prov.* 27. Quomodo probatur in conflatorio argentum, & in fornace aurum, ſic probatur
al. † illo. homo in ore laudantium. *Eccl.* 27. Vaſa figuli probat fornax, & homines juſtos tentatio tribulationis. Notandum vero, quod tentat Deus, tentat homo, tentat mundus, & caro, tentat Diabolus, ſed aliter, & aliter. Tentat Deus, ut probet, & promoveat. Unde *Gen.* 22. Tentavit Deus Abraham. Et *Pſ.* 25. Proba me Deus, & tenta me. Tentat homo, ut ſciat, 3. *Reg.* 10. Regina Saba audita fama Salomonis in nomine Domini venit tentare eum in ænigmatibus. Tentat mundus, ut alliciat. *Exod.* 17. Vocavit Moyſes nomen loci illius, tentatio propter jurgium filiorum Iſrael, quia ibi tentaverunt Dominum. Et de hac tentatione dicitur *Eccl.* 2. Fili accedens ad ſervitutem Dei, ſta in juſtitia, & timore & præpara animam tuam ad tentationem. Tentat caro, ut illiciat. *Jac.* 1. Unuſquiſque tentatur a propria concupiſcentia, abſtractus, & illectus. Tentat Diabolus, ut decipiat. *Matth.* 4. Ductus eſt Jeſus in deſertum, ut tentaretur a Diabolo. De qualibet iſtarum tentationum dicit *Jac.* 5. Beatus vir qui ſuffert tentationem, quoniam cum probatus fuerit, accipiet coronam vitæ, quam repromiſit Deus diligentibus ſe. Hæ quinque tentationes ſunt quinque talenta, quæ Dominus dat ſervis ſuis ad negotiandum in eis. *Matth.* 25. Duo vero talenta ſunt duo genera tentationum, quibus mundus tentat, & malos dejicit, ſcilicet proſperitas, & adverſitas, quæ valde ſunt graves tentationes. Unde Salomon timens rogat. Divitias, & paupertatem ne dederis mihi, tribue mihi tantum neceſſaria. *Prov.* 30. Cauſam autem quare Salomon has tentationes timuit, ſubdit ibidem. Ne forte ſatiatus divitiis, illiciar ad negandum Deum, & dicam quis eſt Dominus, vel egeſtate compulſus furer, & perjurem nomen Dei mei. Unum vero talentum omnium tentationum graviſſima, ut dicit Aug. ſcilicet non tentari. Hæc enim graviſſima eſt tentatio, quia quinque vulnera facit graviſſima. Primum eſt ſtulta ſecuritas, ſecundum eſt torpor animi, tertium eſt contemptus fratrum, quartum eſt elatio mentis, quintum negligentia ſui: propter hoc dicit *Eccl.* 34. Qui non eſt tentatus quid ſcit? quaſi diceret, vel etiam ſeipſum non cognoſcit. Unde Dominus poſtquam tentavit Abraham dixit: Nunc cognovi, quod timeas Dominum. *Gen.* 22. ideſt cognoſcere te feci. *d* Et qui quaſi &c.] ideſt, ſicut holocauſtum, quod totum Deo incenditur, Deo acceptum eſt, ita paſſio Martyrum igne tribulationum exterius combuſtorum, & igne charitatis, & fidei interius accenſa, accepta eſt & in
Pſal. 115. conſpectu Domini pretioſa. Unde pretioſa eſt in conſpectu Domini mors ſanctorum ejus. *e* Et in tempore, &c.] id eſt, in die judicii reſpicientur a Domino, qui modo deſpiciuntur a mundo, quaſi diceret, non eſt perpetua mors ſanctorum, ſed in die judicii copioſa remuneratio. Unde & de Martyribus cantat Eccleſia in feſto omnium ſanctorum,
• Conſtantia Martyrum laudabilis, o charitas inextinguibilis, o patientia invincibilis, quæ licet inter preſſuras perſequentium viſa eſt execrabilis, invenietur in laudem, & gloriam, & honorem in tempore retributionis. Vel ſic. *e* Et in tempore] ideſt, quando opportunum erit tempus. *f* Erit reſpectus eorum,] ideſt, liberatio. *Iſa.* 54. Ad punctum in modico dereliqui te, & in miſerationibus magnis congregabo te. *g* Fulgebunt juſti, &c.] Hoc totum dicitur ad ſanctorum commendationem. Et exponitur dupliciter, de præſenti, ſcilicet & de futuro. De præſenti ſic. *g* Fulgebunt juſti] in præſenti, vita & doctrina. Unde dictum eſt eis. Vos eſtis lux mundi. *Matth.* 5. *h* Et tanquam, &c.] ideſt ſicut ſcintilla comburendo arundinetum a fine uſque ad finem diſcurrit, ita ſancti increpando vitia in congregatione malorum diſcurrunt. Unde *Habac.* 3. Viam feciſti in mari equis tuis in luto aquarum multarum. Per ſcintillam ſignificantur ſancti propter quinque. Scintillæ enim ſubtiles ſunt, modicæ ſunt, leves ſunt, de igne magno procedunt, & magna incendunt, ut dicitur *Eccl.* 11. A ſcintilla una augetur ignis. Sic ſancti ſubtiles ſunt in Dei agnitione. Modici ſui & mundi reputatione. Unde Apoſtolus 1. *Cor.* 4. Tanquam purgamenta hujus mundi facti ſumus omnium peripſema. Leves ſine peccatorum ac temporalium onere. De igne magno procedunt, id eſt, ex Deo per creationem, & recreationem orti ſunt, qui eſt magnus ignis omnia peccata conſumens *Deut.* 4. Deus noſter ignis omnia peccata conſumens eſt. Magna ſuccendunt, quia potentes ſæculi graviter reprehendunt. Per arundinetum ſignificatur malorum congregatio. Arundo enim in luto creſcit, omni vento cedit, vacua eſt, & ſonora. Sic mali in luto vitiorum ſunt fixi. Unde *Joel* 1. Computruerunt jumenta in ſtercore ſuo. Omni tentationi cedunt. *Luc.* 8. Ad tempus credunt, & in tempore tentationis recedunt. Vacui ſunt a gratia Dei. *Jer.* 4. Aſpexi terram, & ecce vacua erat. Sonori ſunt, contra bonos murmurantes. Propter hoc dicitur de Behemoth *Job* 40. ſub umbra dormit in ſecreto calami in locis humentibus. De futuro exponitur ſic. *g* Fulgebunt juſti] in judicio, utraque ſtola induti. *h* Tanquam ſcintillæ in arundineto diſcurrent,] ideſt, malos judicando æterno incendio tradent ſine omni contradictione. Sequitur. *i* Judicabunt nationes] ut aſſeſſores, *Matt.* 19. Vos qui ſecuti eſtis me in regeneratione cum ſederit filius hominis in ſede majeſtatis ſuæ, ſedebitis & vos ſuper ſedes duodecim, judicantes duodecim tribus Iſrael. *Prov. ult.* Nobilis in portis vir ejus, quando ſederit cum ſenatoribus terræ *Eccl.* 43. In verbis ſancti ſtabunt ad judicium, & non deficient in vigiliis ſuis. *k* Et dominabuntur populis] quia nullus reſiſtet eis. Et tyranni qui crudeliter hic ſubjecerunt eos ſibi, ibi erunt ſubjecti pedibus eorum. Unde *Malac. ult.* Salietis ſicut vituli de armento, & calcabitis impios cum fuerint cinis ſub planta pedum veſtrorum, *l* Et regnabit Dominus illorum in perpetuum.] Nec per hoc excluditur regnum a membris Chriſti, quæ cum eo regnabunt in æternum. Unde *Dan.* 7. Regnum, & poteſtas, & magnitudo regni, quæ eſt ſubter omne cœlum dabitur populo ſanctorum Altiſſimi. *m* Qui confidunt, &c.] quia ſecundum veram confidentiam datur intellectus veritatis, dicit *Gl.* Unde *Iſa.* 7. ſecundum aliam editionem. Niſi credideritis non intelligetis. *n* Et fideles in dilectione,] ideſt, qui habent fidem operantem per dilectionem. *o* Acquieſcent illi,] ideſt, voluntati ejus ſe penitus conformabunt. Vel. *n* Fideles in dilectione] ſunt qui nec proſperis nec adverſis ab ejus amore retrahuntur. Et tales. *o* Acquieſcent illi,] ideſt, per omnia acquieſcentes conſentient. *p* Quoniam donum,] ideſt, gratia quæ gratis datur, vel, vita æterna, quæ ſimiliter gratis datur. Vel. [Donum] æternæ ſocietatis. *q* Et pax] Æternitatis. *r* Eſt electis ejus] ideſt, ſanctis, quos elegit de mundo. Sicut dicitur *Joan.* 15. Non vos me elegiſtis, ſed ego elegi vos. *ſ* Impii autem,] id eſt, omnes mali generaliter, vel Judæi ſpecialiter, qui in Deum peccaverunt ipſum crucifigentes. *t* Secundum quæ cogitaverunt correptionem,] ideſt, pœnam [habebunt.] *u* Qui neglexerunt juſtum,] ideſt, juſtitiam, vel ipſum Chriſtum. *Amos* 5. Odio habuerunt in porta corripientem, & loquentem perfecte abominati ſunt. *x* Et a Domino receſſerunt] ſapientiam, & diſciplinam Domini abjicientes a ſe. *y* Sapientiam enim & diſciplinam qui abjicit] male operando, vel murmurando, infelix eſt.] Sapientiam ſecundum quoſdam dicitur hic cognitio Dei, diſciplina cognitio ſui. Utraque neceſſaria eſt. Nam prima deſperationem eliminat, ſecunda præſumptionem.

Unde Auguſtini brevis, & utilis oratio: Noverim me, noverim te, utraque ultio ſe offert, & qui abjicit illam, infelix eſt, & abjectus a Deo. Unde *Oſeæ* 4. Quia tu ſcientiam repuliſti, repellam te & ego, ne ſacerdotio fungaris mihi. Aliter, & melius. Sapientia dicitur ſapida ſcientia, qua omnia ſecundum ſuum valorem cognoſcuntur, & ſecundum ſaporem proprium ſaporantur: ſic accipitur: *Prov.* 3. Beatus homo qui invenit ſapientiam. Diſciplina vero duplex eſt. Verborum quæ dicitur doctrina, & verberum, quæ dicitur Græce *pædia*. De utraque dicitur *Prov.* 3. Diſciplina Domini fili mi, ne abjicias, neque

deficias cum ab eo argueris. *Heb.* 12. Fili mi, noli negligere diſciplinam Domini, neque fatigeris cum ab eo arguetis, quem enim diligit Dominus, caſtigat. Et *inf.* Si extra diſciplinam eſtis, cujus participes facti ſunt omnes: ergo adulteri, & non filii eſtis. Sequitur. *a* Et vacua eſt ſpes illorum] ideſt, malorum. De quibus actum eſt *ſup.* qui putant temporalia fore æterna, & peccata imponita, & abjiciunt ſapientiam, & diſciplinam & replent ſe temporalibus, quæ nihil replere
Iſa. 54. *Luc.* 21. *Gal.* 4.
poſſunt, quia vacua ſunt & inania, *Gen.* 1. Terra erat inanis, & vacua. *b* Et labores] eorum quibus laborant ſub ſole, ſunt. *c* Sine fructu] æternæ mercedis, qui eſt fructus permanens, de quo *Jo.* 15. Elegi vos, ut eatis, & fructum afferatis, & fructus veſter maneat. *d* Et inhabitabilia opera eorum,] ideſt, non facientia habitare in cœlis. Sic legitur [inhabitabilia] active. Et paſſive. [Inhabitabilia opera eorum] ideſt, indigna habitari. Domus enim illorum, quas ædi-
al † Domini.
ficaverunt, corruent, &c. opera eorum deſtruentur, *Iſ.* 1. Terra veſtra deſerta eſt, civitates veſtræ ſuccenſæ ſunt igni.
D
e Mulieres eorum inſenſatæ, & nequiſſimi filii illorum.] Ad litteram, quia qualis rector civitatis, tales inhabitantes in ea, *Eccl.* 10. Et ideo quales viri, tales mulieres, & Filii.

& *a* vacua eſt ſpes illorum, & *b* labores *c* ſine fructu, & *d* inhabitabilia opera eorum. *e* Mulieres eorum inſenſatæ ſunt, & nequiſſimi filii illorum. *f* Maledicta *g* creatura eorum, *h* quoniam felix eſt ſterilis, & *i* incoinquinata, quæ k neſcivit *l* thorum in delicto. *m* Habebit *n* fructum in *o* reſpectione animarum ſanctarum. Et *p* ſpado qui non operatus eſt per manus ſuas iniquitatem, *q* nec cogitavit adverſus Deum nequiſſima. *r* Dabitur enim illi fidei donum electum, & *ſ* ſors in templo † Dei acceptiſſima. *t* Bonorum enim laborum glorioſus eſt fructus, & *u* quæ non concidat radix ſapientiæ. Filii *x* autem adulterorum in *y* conſummatione erunt, & *z* ab iniquo thoro *a* ſemen *b* exterminabitur.

Myſtice. Myſtice. Mulieres ſunt carnis voluptates, quæ vigorem animæ emolliunt, & enervant. Iſtæ ſunt inſenſatæ no effectu, quia inſenſatos faciunt acquieſcentes eis. Et de tali muliere dicit *Eccl.* 9. Non des mulieri poteſtatem animæ tuæ, ne ingrediatur in virtute tua, & confundaris. Filii eorum ſunt mala opera. Et hi filii ſunt nequiſſimi, quia tria mala faciunt. Gratiam auferunt, pœnæ æternæ obligant, animam maculant. Propter primum ſunt nequam, propter ſecundum nequiores, propter tertium nequiſſimi. Vel mulieres pravæ interpretationes ſacræ Scripturæ, quæ totum vigorem emolliunt. Et dicuntur inſenſatæ, quia a vero ſenſu avertunt. Filii nequiſſimi ſunt prava dogmata hæreticorum. Quæ dicuntur nequiſſima propter tria damna, quæ faciunt. Primo, ſeipſos damnant, ſecundo, alios decipiunt: tertio, Deum per impietatem offendunt, quia ejus Scripturam corrumpunt. Propter primum nequam, propter ſecundum nequiora, propter tertium nequiſſima. *f* Maledicta,] ideſt, maledictione digna. *g* Creatura eorum,] ideſt, factura ſive operatio eorum. *h* Quoniam felix eſt ſterilis] caſta mente, & corpore. *i* Et incoinquinata] quæ nec hæreſi, nec idololatria polluta eſt.

k Quæ neſcivit] per experientiam.

l Thorum in delicto] adulterii corporalis, vel ſpiritualis, quod dico, quia conjugata cum viro proprio poteſt committere adulterii crimen per vehementiam voluptatis: vehemens enim amator uxoris adulter eſt, dicit *Auguſt.* Talis anima.

m Habebit fructum] æternæ beatitudinis centeſimum ſive trigeſimum.

o In reſpectione animarum ſanctarum,] ideſt, in die Judicii, & deinceps quando Dominus reſpicit animas ſanctas liberando a miſeria, & remunerando in gloria, & ſeipſum eis viſibilem oſtendet, non jam fide, ſed ſpecie. Poteſt
Alter de a Virgine.
etiam exponi de beata Virgine. *h* Felix eſt ſterilis,] ideſt, Virgo beata, quæ nunquam conſenſum malum, aut opus malum peperit. De qua dicitur *Iſa.* 54. Lauda ſterilis, quæ non paris, decanta laudem, & hymnum, quæ non pariebas. *i* Et incoinquinata] mente, & corpore. Quod dicitur *Cant.* 4. Tota pulchra es, amica mea, & macula non eſt in te. k Quæ neſcivit thorum in delicto,] ideſt, matrimonium ſuum cuſtodivit impollutum, & ſanctum.

m Habebit, ideſt, habuit.

n Fructum] uteri, Dei filium.

o in reſpectione animarum ſanctarum,] ideſt, ad reſpectionem. In hoc enim miſericorditer reſpexit Dominus animas ſanctas, quia dignatus eſt fieri filius Virginis.

p Et] iterum, felix eſt [ſpado qui non operatus eſt per manus ſuas iniquitatem,] ideſt, qui opere peccatum incontinentiæ non perpetravit.

q Nec cogitavit adverſus Deum, nequiſſima,] ideſt, nec conſenſu, nec cogitatione ſuam pudicitiam violavit. Hoc eſt: Felix eſt ille, qui & mentis & corporis pudicitiam cuſtodivit. Spado hic accipitur improprie pro Eunucho, qui ſe caſtrat propter regnum cœlorum. De quo dicitur *Iſa.* 56. Non dicat Eunuchus: ecce ego lignum aridum, quia hæc dicit Dominus Eunuchis, qui cuſtodierint Sabbata mea, & elegerint, quæ ego volui, & tenuerint fœdus meum, dabo eis in domo mea, & in muris meis locum, & nomen melius a filiis, & filiabus. Et hoc eſt, quod ſequitur. *r* Dabitur enim, &c.] ideſt, gaudium æternum, quod ſolis fidelibus, quos elegit Dominus, eſt promiſſum.

ſ Et ſors, &c.] ideſt, gloria Sanctorum. Sors naturalium accepta eſt, ſors gratuitorum acceptior, ſors æternorum acceptiſſima. Et hæc dabitur in futuro, duæ primæ in præſenti. Et de hac triplici ſorte dicitur *Jer.* 5. Metuamus Dominum Deum noſtrum, qui dat nobis pluviam temporaneam, & ſerotinam, & plenitudinem annuæ meſſis. *Iſa.* 58.

t Bonorum enim, &c.] ſcilicet gaudium æternum, quod oritur ex ſemine bonorum laborum. Unde *Pſal.* 125. Qui ſeminat in lacrymis, in exultatione metet. Et *Oſeæ* 10. Seminate vobis in veritate juſtitiam, & metite in ore miſericordiæ. Hic fructus communis eſt omnium bonorum laborum. Sed præter hunc, in præſenti habet quilibet bonus labor fructus ſuos ſpeciales, v. gr. Labor vigiliarum fructus habet valde bonos, & multos, quorum unus eſt caſtigatio carnalis laſciviæ. Unde *Eccli.* 31. Vigiliæ honeſtatis tabefacient carnes. Habet & labor orationis fructus multiplices, & glorioſos, Similiter & labor peregrinationis; & ſic de aliis, quæ cauſa brevitatis tranſimus. *16. diſp. c. ſm. 12. q. 4. c. dicat.*

u Et quæ non concidat, &c.] quaſi dicat, & laborum bonorum radix eſt ſapientia, quæ non concidat, ſed ſemper fructificat, quaſi dicat, ille fructus glorioſus bonorum laborum procedit ex radice ſapientiæ, quæ permanet in æternum, hoc eſt, ex timore filiali. De quo *Pſ.* 18. Timor Domini ſanctus permanens in ſæculum ſæculi. Hic eſt initium ſapientiæ. Sive radix dicitur in quantum eſt initialis, ſicut dicitur *Eccl.* 1. Radix ſapientiæ eſt timor Domini, & rami ejus longævi.

x Filii autem adulterorum,] ideſt, diſcipuli hæreticorum, qui verbum Dei adulterant, falſo interpretando.

y In conſummatione erunt,] ideſt, in conſumptione æterna, in qua ſine defectu deficient, ut dicit *Greg.* Secundum hanc expoſitionem, uxor dicitur ſacræ Scripturæ verus ſenſus, falſus, adulter. Aliter de malis operibus exponitur generaliter, quæ naſcuntur de adulterio: nam anima quælibet, ſponſa eſt, & Chriſtus ſponſus verus, Diabolus adulter, caro ancilla, per quam Diabolus animam ſollicitat, ut ei conſentiat, quæ quando conſentit, tunc dormit cum adultera, & inde generantur mala, quæ dicuntur filii adulterorum. ideſt, Diaboli, & animæ peccatricis. Unde conqueritur Dominus *Iſa.* 57. Juxta me diſcooperuiſti, & ſuſcepiſti adulterum, & dilataſti cubile tuum, & pepigiſti cum eo fœdus. Et bene dicit, dilataſti cubile tuum: ipſum enim ita anguſtum eſt, ut duos capere non poſſit, ſponſum, ſcilicet & adulterum. Unde *Iſa.* 28. Coangustatum eſt ſtratum, ita ut alter decidat, & pallium breve utrumque operire non poteſt. Eſt ergo ſenſus.

x Filii adulterorum,] ideſt, mala opera de adulterino conſenſu nata.

y In conſummatione erunt,] ideſt, in conſummatione parentum ſive auctorum ſuorum, cum quibus ſine fine comburentur in gehenna. Unde *Eccl.* 27. Conteretur cum delinquente delictum. Et *inf.* 14. Similiter odio ſunt Deo impius, & impietas ejus, etenim quod factum eſt, cum illo, qui fecit, tormenta patietur. Vel.

x Filii adulterorum,] ideſt, quilibet imitatores malorum.

y In conſummatione erunt] ideſt, in conſumptione æterna. *z* Et ab iniquo thoro] pollutæ conſcientiæ.

a Semen,] ideſt, opus vel cogitatio. *b* Exterminabitur] in futuro, *Pſ.* 145. In illa die peribunt omnes cogitationes eorum. Vel. *z* Ab iniquo thoro ſemen exterminabitur,] ideſt, extra terminos ſanctorum ponetur: ſancti enim quaſi grana recondentur in horreum Domini, & mali quaſi paleæ tradentur æterno igni. Unde *Matth.* 3. Ipſe baptizabit vos in Spiritu Sancto, & igni, cujus ventilabrum in manu ſua, & permundabit aream ſuam, & congregabit triticum in horreum ſuum, paleas autem comburet igni inextinguibili,

guibili. *a* Et ſi quidem, &c.] ab eo apud quem mille anni ſunt quaſi dies heſterna, quæ præterit, quaſi dicat quandiu vivant in hoc ſæculo, ut futuro pro nihilo computabitur vita eorum, qu a memoria eorum in æternum benedictione carebit. *b* Et ſine honore, &c.] quia in morte non venient eis obviam ſancti Angeli, ſicut faciunt bonis hominibus. Unde *Jo:* 12. Si quis mihi miniſtraverit, honorificabit eum pater meus qui in cœlis eſt mittendo ei obviam Angelos, propter quod & tranſitus juſtorum dicitur obitus. *c* Et ſi celerius, &c.] ideſt, ſi morte præoccupati fuerint. *d* Non habebunt ſpem] ſalutis. Vel [non habebunt ſpem,] ideſt, nec ſperabunt. *e* Nec in die agnitionis] ideſt, in die judicii, quando Dominus cognoſcet ſuos & ſui cognoſcent eum, ſicut & cogniti ſunt, habebunt. *f* Allocutionem,] excuſationis, vel defenſionis, vel appellationis, vel conſolationis, quam habebunt ſancti quibus dicetur: Venite benedicti Patris mei, poſſidete præparatum vobis regnum a conſtitutione mundi. Eſurivi enim & dediſtis mihi manducare, &c. *Matth.* 25. Quod autem nomine allocutionis intelligatur conſolatio, habetur *Oſeæ* 2. ubi dicitur: Ducam eam in ſolitudinem, & loquar ad cor ejus. *Gl. Hieron.* Verba mollia, & conſolatoria ad cor quidem loquitur, qui cordi contriſtato ex annunciato gaudio ſatisfacit. Et *Iſa.* 40. Loquimini ad cor Jeruſalem. *Gl.* blande conſolando. Dies judicii dicitur dies agnitionis triplici de cauſa; quia ſcilicet tunc agnoſcentur abſcondita cordium apertis libris conſcientiarum. *Dan.* 7. Judicium ſedit & libri aperti ſunt. Et quia tunc agnoſcemus ſicut & cogniti ſumus, 1. *Cor.* 23. Et quia tunc Dominus cognoſcet ſuos quos modo videtur ignorare. *Gen.* 45. Non ſe ultra poterat cohibere Joſeph, multis coram aſtantibus, unde præcepit, ut cuncti egrederentur foras, & nullus intereſſet alienus agnitioni mutuæ. *g* Nationes enim &c.] ideſt, condemnationis. Malos omnes vocat nationes iniquas, quia ſicut nati ſunt filii iræ, ita vivunt & moriuntur filii iræ iniquitate actuali ſupradicta.

al. † Nationis. al. † conſummationes.

E *a* ſi quidem longæ vitæ erunt, in nihilum computabuntur, *b* & ſine honore erit noviſſima ſenectus illorum. *c* Et ſi celerius defuncti fuerint, non *d* habebunt ſpem, *e* nec in die agnitionis *f* allocutionem. † *g* Nationes enim iniquæ diræ ſunt † conſummationis.

CAP. IV.

O Quam *h* pulchra eſt caſta generatio cum claritate. *i* Immortalis eſt enim memoria illius, *k* quoniam apud Deum *l* nota eſt, & *m* apud homines. *n* Cum præſens eſt, *o* imitantur illam, & *p* deſiderant eam *q* cum ſe eduxerit, *r* & in perpetuum coronata *ſ* triumphat, incoinquinatorum certaminum *t* præmium vincens. *u* Multigena autem impiorum multitudo non *x* erit utilis.

EXPOSITIO CAP. IV.

h O Quam pulchra eſt caſta, &c.] Sicut diximus in introitu libri, Philo intercalariter agit de bonis & malis. Supra actum eſt de generatione mala ab illo loco. [Impii autem ſecundum quę cogitaverunt corruptionem habebunt.] Hic agit de bona generatione. Mala generatio animæ eſt ex adulterio cum diabolo. Unde dictum eſt. Filii adulterorum in conſummatione erunt. Bona generatio eſt ex aqua & Spiritu Sancto: De qua dicit. *h* O quam pulchra, &c.] in duobus commendat pulchritudinem ejus, in caſtitate & claritate. Per caſtitatem accipit innocentiam, per claritatem bonam operationem, quæ duo tangit *Luc.* 12. Sint lumbi veſtri præcincti, & lucernæ ardentes in manibus veſtris. Propter hæc duo datur puero in baptiſmo camiſia alba, per quam deſignatur munditia ſive innocentia, & candela accenſa, per quam intelligitur lux boni operis, ſecundum quod dicitur *Matt.* 5. Luceant opera veſtra, &c: Vel caſtitas refertur ad nitorem conſcientiæ quoad Deum, & claritas ad odorem bonæ famæ, quoad proximum. Quæ duo ſimiliter neceſſaria ſunt cuilibet Chriſtiano. Unde parvulus in Baptiſmo chriſmate ungitur quod conficitur ex oleo & balſamo. Oleum nitorem conſcientiæ ſignificat, balſamum odorem bonæ famæ. In his duobus commendat ſponſus ſponſam ſuam. *Cant.* 1. Ecce tu pulchra es amica mea, ecce tu pulchra. Et quod pulchra ſit caſta generatio, probat, *i* Immortalis eſt enim memoria illius apud Deum] quod non eſſet niſi eſſet pulchra valde: amicus enim non libenter memoratur amicæ ſuæ, niſi valde pulchra fuerit in oculis ejus. Memoria malorum mortalis eſt, quia cito finitur poſt mortem. Unde *Job* 13. Memoria veſtra comparabitur cineri, & redigentur in lutum cervices veſtræ. Memoria vero bonorum æterna eſt. Unde in memoria æterna erunt juſti. *Prov.* 10. Memoria juſti cum laudibus, & nomen impiorum putreſcet. Et vere memoria illius eſt immortalis. *k* Quoniam, & apud Deum] qui eſt immortalis & nihil obliviſcitur. *l* Nota eſt,] notitia approbationis. De qua dicit *Pſal.* Novit Dominus viam juſtorum, & *Prov.* 4. Vias quæ a dextris ſunt novit Dominus. *m* Et apud homines] ſimiliter nota eſt memoria illius pulchræ generationis ſanctorum. *n* Cum præſens eſt,] ideſt in præſenti vita. *o* Imitantur illam] homines provocati ejus exemplo. *p* Et deſiderant eam] ſequi in gloria. *q* Cum ſe eduxerit] de ergaſtulo corporis, vel de carcere hujus mundi. Et cum Deus educat eam, dicit tamen, cum ſe eduxerit, ad notandum quod tales diſſolvi cupiunt, & eſſe cum Chriſto & quod voluntarie ſe offerunt mori Chriſto habentes animas ſuas in manibus ſuis, ſicut dicit *Pſ.* 118. Anima mea in manibus meis. *r* Et in perpetuum &c.] Sic conſtrue. Et ipſa generatio caſta in perpetuum coronata eſt corona gloriæ, vincens omnes hoſtes ſuos, mundum, carnem, diabolum. *ſ* Triumphat,] ideſt, triumphando acquirit. *t* Præmium incoinquinatorum certaminum,] ideſt, præmium quod datur certaminibus incoinquinatis, qualia ſunt certamina ſanctorum Martyrum, & etiam Confeſſorum, ſcilicet vigiliæ, diſciplinæ, abſtinentiæ, &c. hujuſmodi, quæ nihil aliud ſunt quam martyrium prolongatum, ut dicit *Hier.*

u Multigena autem, &c.] Ecce qualiter alternatim agit Philo de bonis, & de malis, ut hos laudabiles, & illos vituperabiles oſtendat. Exponitur hoc ſpecialiter de hæreticis, generaliter vero de omnibus malis. Hæreticorum multigena multitudo dicitur, quia multiplici errore generata eſt. Alii enim generati ſunt ab Ario, alii a Sabellio, alii a Donato, alii ab aliis, ſcilicet quæ diverſitas in hoc conſiſtit, quod Eccleſiam perſequentur, quod ſignificant vulpes Samſonis, quæ facies diverſas habent, ſed caudas colligatas ſimul *Judic.* 15. De hæreticis igitur ſic exponitur. Talis eſt caſta generatio, ut dixi. Sed *u* Multigena impiorum multitudo,] ideſt multiplex hæreticorum doctrina, vel congregatio. *x* Non erit utilis,] ſed nociva. Minus dicit & plus ſignificat. Subtilius tamen dicit [Non erit utilis] quam ſi dixiſſet, erit nociva, quia non ſemper nocet, ſed nunquam eſt utilis.

Item generaliter de malis convenientius exponitur, quorum infirmitas exponitur per hoc, quod dicitur multitudo. Unde *Eccl.* 1. Stultorum infinitus eſt numerus. Et varietas vitiorum, per hoc quod dicitur, multigena, alii enim generantur in avaritia, alii in luxuria, alii in ſuperbia, & ſic de aliis. Dicit ergo, Talis eſt caſta generatio. *u* Multigena autem impiorum,] ideſt malorum [multitudo non erit utilis] in futuro, niſi forte ad ignem æternum nutriendum. Unde *Ezech.* 15. Fili hominis quid fiet de ligno vitis? Nunquid erit utile ad opus? Et cum eſſet integrum non erat aptum ad opus, quanto magis cum ignis illud devoraverit, vel combuſſerit, nihil ex eo operis fiet. Modo vero utilis eſt, quia bonos exercet, & cuſtodit a latronibus ſpiritualibus ſicut ſpinæ cuſtodiunt vineam a latronibus materialibus. Nota quod eſt multiplex generatio ſive nativitas, ſcilicet generatio culpæ, generatio naturæ, generatio doctrinæ, generatio gratiæ, generatio gloriæ. Prima eſt in utero, ſecunda eſt ex utero, tertia in Evangelio, quarta in Baptiſmo, quinta erit in judicio. De prima dicitur *Eph.* 2. Omnes naſcimur filii iræ. Et *Matt.* 3. Genimina viperarum quis demonſtravit vobis fugere a ventura ira? De ſecunda dicitur in *Pſ.* 77. Qui naſcentur enarrabunt filiis ſuis, ut cognoſcat generatio altera, a prima ſcilicet. Tertia dicitur in *Pſ.* 99. Generatio & generatio laudabunt opera tua. Et iterum. In generatione & generationem veritas ejus. De quarta dicitur *Job* 3. Niſi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu Sancto non poteſt intrare in regnum Dei. De quinta dicitur *Matt.* 19. Amen dico vobis, quod vos, qui ſecuti eſtis me, in regeneratione, cum ſederit filius hominis in ſede majeſtatis ſuæ, ſedebitis & vos, &c. In prima naſcimur peccato, in ſecunda naſcimur mundo, in tertia naſcimur Evangelio, in quarta naſcimur Deo, in quinta naſcimur cœlo. In prima eſt homo ſperma putridum, in ſecunda vas ſtercorum, in tertia vas doctrinæ, & potius diſciplinæ, in quarta vas gratiæ, in quinta vas gloriæ. Prima eſt tantum malorum, ſecunda & tertia bonorum pariter, & malorum, quarta tantum bonorum, quinta beatorum. Quamlibet iſtarum generationum tranſcendit generatio Chriſti. De qua dicitur *Iſa.* 53. Generationem ejus quis enarrabit? Primam tranſcendit, quia ſine peccato conceptus. Unde *Pſ.* 14. Qui ingreditur ſine macu-

Multiplex generatio ſive nativitas.

la & operatur juſtitiam. Secundam tranſcendit, quia clauſo matris utero exivit. Unde *Ezech.* 44. Porta hæc clauſa erit principi, & non aperietur. Tertiam tranſcendit, quia Evangelium non ſolum ore docuit, ſed opere adimplevit & legem ſimul cum Evangelio obſervavit. Unde *Matth.* 5. Non veni legem ſolvere, ſed adimplere. Unde & baptizatus fuit ſimul, & circumciſus.

& † *a* adulterinę plantationes non *b* dabunt radices altas, nec *c* ſtabile firmamentum collocabunt. *d* Et ſi in ramis in tempore germinaverint, infirmiter † *e* poſitæ *f* a vento *g* commovebuntur, & *h* a nimietate ventorum *i* eradicabuntur. k Confringentur enim rami inconſummati, & *l* fructus illorum *m* inutiles, & acerbi *n* ad manducandum, & *o* ad nihilum apti. Ex *p* iniquis enim omnes filii, qui naſcentur, *q* teſtes ſunt nequitiæ adverſus parentes in *r* interrogatione ſua. *ſ* Juſtus autem ſi *t* morte præoccupatus fuerit, in *u* refrigerio erit. *x* Senectus enim venerabilis eſt, non *y* diuturna, neque numero annorum computata. *z* Cani ſunt autem ſenſus hominis, & *a* ætas ſenectutis vita immaculata. *b* Placens Deo factus dilectus, *c* & vivens inter *d* peccatores *e* tranſlatus eſt. *f* Raptus eſt, ne *g* malitia mutaret intellectum ejus, *h* aut ne fictio *i* deciperet animam illius.

al. † ſpuria vitulamina.

Quartam tranſcendit, quia non tantum Baptiſmum accepit, ſed etiam Baptiſmo efficaciam contulit. Unde Joannes Baptiſta dixit ei: Ego a te debeo baptizari, & tu venis ad me? *Matth.* 3. Quintam tranſcendit, quia non expectavit generalem reſurrectionem, ſed poſt diē tertium reſurrexit cum gloria. Unde 1. *Cor.* 15. Nunc autem Chriſtus reſurrexit a mortuis primitiæ dormientium. *a* Et adulterinæ plantationes,] ideſt, adulteri qui malo exemplo plantant alios in peccato, vel filii, ideſt, imitatores eorum, qui plantantur ab illis.

al. † poſita.

C

D

b Non dabunt, &c.] ideſt non figent cogitationes ſuas ad deſideria ſurſum in cœlo ſed deorſum in terra, ſicut faciunt boni, de quibus dicitur *Jer.* 17. Erit quaſi lignum, quod tranſplantatum eſt ſuper aquas, quod ad humorem mittit radices ſuas. *c* Nec ſtabile, &c.] quia in Chriſto qui ſtat immobilis in æternum, non ſunt fundati per fidem, ſpem, & charitatem, ſed in mundo qui tranſit, & concupiſcentia ejus, 1. *Joan.* 2 Vel ſic: *a* Adulterinę plantationes,] ideſt, hæreticorum diſcipuli, in errore plantati. *b* Non dabunt radices altas,] ideſt firmas, ſed facile eradicabiles. Unde exponendo ſubdit. *c* Nec ſtabile, &c.] quia facile vento unius perſecutionis decident, vel examine extremi judicii cito deficient. Et hoc eſt quod dicitur *Matth.* 15. Omnis plantatio, quam non plantavit Pater meus, eradicabitur. *d* Et ſi in ramis, &c.] ipſi hæretici, vel eorum Diſcipuli, quas per plantationes accipimus, ideſt, ſi ad horam in ſuis doctrinis, vel operibus florere & fructificare viſi fuerint, aut a divitiis, vel honoribus, *e* Infirmiter poſitæ] ſine firmitate fidei, ſpei, & charitatis. *f* A vento] ſuperbiæ. *g* Commovebuntur] ad ſui oſtentationem, & bonorum conculcationem. *h* Et a nimietate ventorum,] ideſt, multiplici incurſu ſive impetu tentationum, vel perſecutionum, *i* Eradicabuntur, ideſt, penitus a ſuo ſtatu evellentur. *Iſa.* 64. in perſona iſtorum. Cecidimus quaſi folium univerſi, iniquitates noſtræ quaſi ventus abſtulerunt nos. *k* Confringentur enim, &c.] ideſt, doctrina eorum in perfecta charitate, vel operibus bonis non conſummata, cito deſtruetur. Unde *Iſa.* 18. Immatura perfectio germinavit, præcidentur ramuſculi ejus falcibus, & quæ derelicta fuerint, abſcindentur. *l* Et fructus illorum,] ideſt, expoſitiones ſive ſenſus hæreticorum, *m* Inutiles] erunt [& acerbi] ideſt, pravi & venenoſi. *n* Ad manducandum, ideſt, ad credendum, vel intelligendum. *Ezech.* 18. Patres comederunt uvam acerbam, & dentes filiorum obſtupeſcunt, *Deut.* 32. Uva eorum uva fellis, & botrus amariſſimus. *o* Et ad nihil apti] niſi ad ſubverſionem audientium. Vel ſic *l* Fructus eorum, &c.] ideſt opera malorum inutilia ſunt, & amara ad imitandum, imo mortifera. Unde *Iſa.* 59. Ova aſpidum ruperunt, & tela araneæ texuerunt, qui comederit de ovis eorum morietur. Aliqui codices habent [Adulterina &c.] Sed male habent. decepti enim fuerunt, qui ſic tranſtulerunt per æquivocationem. Moſchos enim Græcum æquivocum eſt ad plantam, & ad vitulum, ut dicit *Aug. in lib. de doct. Chriſt.* & ideo pro moſcheumata, quod interpretatur plantationes, ipſi tranſtulerunt vitulamina, qui error multos codices præoccupavit, ut dicit *Aug.* Sequitur. *p* Ex iniquis, &c.] ideſt, hæreticorum diſcipuli, ab eis in errore generati. *q* Teſtes ſunt, &c.] ideſt, ſunt probatio, vel argumentum, quod illi hæretici, qui deceperunt eos, merito ſunt damnandi, *r* In interrogatione ſua,] ideſt, ſi interroges eos, vel in die judicii, quando judex interrogabit & examinabit dicta, & facta ſingulorum. De hoc videtur dicere *Eccl.* 41. De Patre iniquo conqueruntur filii, quoniam propter illum ſunt in opprobrio. Vel ſic intelligitur de omnibus malis. *p* Ex iniquis omnes filii qui naſcentur, &c.] ideſt, opera iniquorum teſtificabuntur contra auctores ſuos in die judicii ipſa evidentia facti: quilibet enim portabit opera ſua ſecum ad judicium, ut ſecundum ea judicetur, non in ſacco, ſed in libro conſcientiæ ſuæ ſcripta, ſicut dicitur, *Apoc.* 20. Libri aperti ſunt, & alius liber apertus eſt, qui eſt liber vitæ, & judicati ſunt mortui ex his, quæ ſcripta erant in libris ſecundum opera eorum. De iſtis filiis dicitur *Eccl.* 41. Filiorum peccatorum peribit hæreditas, & cum ſemine illorum aſſiduitas opprobrii. Ita eſt de malis. *ſ* Juſtus autem,] ideſt, qui de ſeipſo juſtitiam facit Deo, ſibi, & proximo. *t* Si morte præoccupatus fuerit, ideſt antequam ætas exigatur, moriatur, vel ſi antequam perfecerit, quod bene inceperit. *u* In refrigerio erit,] ideſt in quiete. Unde *Apoc.* 7. Hi ſunt, qui venerunt ex magna tribulatione, & laverunt ſtolas ſuas in ſanguine agni, & dealbaverunt eas, ideo ſunt ante Thronum Dei, & ſerviunt ei die ac nocte in templo ejus, & qui ſedet ſuper Thronum, habitat ſuper illos, non eſurient neque ſitient amplius, neque cadet ſuper illos Sol, neque ullus æſtus. Et hoc eſt quod dicit *Pſal.* 65. Tranſivimus per ignem & aquam, & eduxiſti nos in refrigerium. Si quid autem perficiendum eſt in eis, perficietur ab inhabitatore ſuo Spiritu Sancto, dicit Auguſt. Sed poſſet quis quærere, quomodo erit juſtus in refrigerio, ſi non compleverit dies ſuos? Reſpondet auctor, quod non ætas temporis, ſed maturitas mentis laudabilis eſt apud Deum: ſicut enim mentis † juſtitia, temporis ſupplet defectum, ita maturitas morum redimit annoſitatem temporum. Non eſt igitur mirandum ſi juſtus in refrigerio erit, quandocumque moriatur, ſive cito, ſive ſero. *x* Senectus enim venerabilis eſt] apud Deum, & Angelos ejus, & quæ.

15. diſt. c. porro.

Hebr. 11. a. De pen. d. 4. c. Sen bono & c. ſeq.

al. † malitia.

y Non diuturna, &c.] quaſi diceret, ſenectus juſti venerabilis eſt non quia diuturna, ſed quia moribus comprobata. Unde Seneca dicit: Vita hominis ſe habet ut fabula, quia nunquam longa, ſed qualis ſit attenditur. Et eſt mirabilis antitheſis, De malis enim, *ſup* 3. dictum eſt, quod ſi longæ vitæ fuerint in nihilum computabuntur, & ſine honore erit noviſſima ſenectus illorum, & ſi celerius defuncti fuerint, non habebunt ſpem, & ita in neutro ſtatu bene continget eis ſive diu vivant, ſive cito moriantur. Hic totum contrarium dicit juſto, quia ſi præoccupatus fuerit morte, in refrigerio erit, ſi diu vixerit, venerabilis eſt ſenectus ejus, non tamen quia diuturna, ſed quia virtutibus plena. *z* Cani ſunt &c.] ideſt, loco canorum ſunt ei: ille enim bene canus eſt, qui bene ſenſatus eſt. Senſus ergo ſunt cani hominis interioris, quia ſicut cani corporis naſcuntur calore naturali frigeſcente, ita cani ſpirituales, qui ornant caput hominis interioris, ideſt, mentem, oriuntur incentivo vitiorum ceſſante. *a* Et ætas, &c.] ideſt ſine macula peccati alicujus quaſi diceret ille bene eſt ſenex qui eſt mundus, & ſimplex. Senectus ergo iſta venerabilis in duobus conſiſtit, in ſenſu ſapientiæ, & munditia vitæ. Unde *Eccl.* 25. Quam ſpecioſa veteranis ſapientia, & glorioſus intellectus, & conſilium, corona ſenum peritia multa, & gloria illorum timor Domini. *b* Placens Deo] eſt [factus dilectus,] ideſt, amicus, quaſi diceret, ille placet Deo, qui factus eſt amicus ejus. Et bene dicit, factus dilectus, quia a ſe non habet homo, ut ſit amicus vel dilectus Deo, ſed a gratia, *c* Et vivens] vita gratiæ. *d* Inter peccatores,] ideſt, in medio pravæ, & perverſæ nationis.

e Tranſlatus eſt] ad vitam gloriæ, quaſi diceret, quia bene vixit inter peccatores, tranſlatus eſt inter cives cœleſtes, ſpe, vel re, ſicut dicitur 1. *Joan.* 3. Nos ſcimus quia tranſlati ſumus de morte ad vitam, quoniam diligimus fratres: *f* Raptus eſt, de mundo ad cœlum *g* Ne malitia mutaret intellectum ejus,] Mala enim affectio nimis inclinat ad ſe intellectum, & ab eo quod ſcit bonum, declinare eum facit ad id, quod malum eſt.

h Aut ne fictio] diſciplinæ. De qua dictum eſt *ſup.* 1. Spiritus Sancti diſciplina effugiet fictum. Vel [Fictio,] ideſt, hæreticorum ſive hypocritarum ſimulatio, *i* Deciperet animam illius.] De qua dicit Dominus *Matth.* 7. Attendite a falſis prophetis, qui veniunt ad vos in veſtimentis ovium, intrinſecus autem ſunt lupi rapaces. Sed nunquid poſſet Dominus juſtum illæſum conſervare inter peccatores, qui Loth ſervavit in Sodomis ſalvum? *Gen.* 19. Et

Suſannam

Suſanniam inter nequam presbyteros *Dan.*13. Et diſcipulos ſuos miſit quaſi oves in medio luporum. *Matth.*10. Pro quibus etiam rogavit Patrem, non ut tolleret eos de mundo, ſed ut ſervaret eos a malo. *Joan.*17. Non eſt ergo ſufficiens cauſa quæ hic dicitur. Raptus eſt ne malitia mutaret intellectum ejus. Sol. Hæc dictio [ne] non ponitur cauſaliter, ſed conſecutive. Et eſt ſenſus. Raptus eſt juſtus de hac vita, & hoc conſecutum eſt, quod malitia non mutavit intellectum ejus. Vel poteſt teneri cauſaliter. Et eſt ſenſus. Raptus eſt ne malitia mutaret intellectum ejus, ideſt, mutare poſſet.

a Faſcinatio enim nugacitatis *b* obſcurat bona, *c* & inconſtantia concupiſcentiæ *d* tranſvertit ſenſum ſine malitia. *e* Conſummatus in brevi *f* explevit tempora multa. *g* Placita enim erat Deo anima ejus, propter *h* hoc properavit educere illum de *i* medio iniquitatum. *k* Populi autem *l* videntes, & non *m* intelligentes, *n* nec ponentes in præcordiis *o* talia, *p* quoniam *q* gratia Dei, *r* & miſericordia in *ſ* ſanctos ejus, & *t* reſpectus in *u* electos illius. *x* Condemnat autem *y* juſtus mortuus vivos impios, & *z* juventus celerius conſummata longam vitam injuſti. *a* Videbunt enim *b* finem *c* ſapientis, *d* & non intelligent quid *e* cogitaverit de illo Deus, & *f* quare munierit illum Dominus. *g* Videbunt enim & *h* contemnent illum, *i* illos autem Dominus irridebit.

D Unde 2. *Petr.* 2. Novit Deus pios de tentatione eripere, iniquos autem in die judicii cruciandos reſervare. Triplici autem cauſa tolluntur juſti de hoc mundo. Propter ſuam dignitatem, quia meruerunt. Unde *Apoc.*3. Ambulabunt mecum in albis quoniam digni ſunt. Item propter mundi indignitatem, quia mundus non eſt dignus talibus habitatoribus propter ſuam malitiam. *Iſ.*57. Colliguntur viri miſericordiæ, quia non eſt qui intelligat: a facie enim malitiæ collectus eſt juſtus. Et *Hebr.* 11. Quibus dignus non erat mundus. Item propter ſecuritatem. Unde hic. Raptus eſt ne malitia mutaret intellectum ejus. Et poſſet aliquis quærere, quomodo malitia poſſet mutare intellectum juſti, aut fictio decipere animam ejus? Et ipſe reſpondet. *a* Faſcinatio, &c.] ideſt, ſectantium nugas, ideſt, qui non ſolum nugaces, ſed nugacitates emphatice. *b* Obſcurat bona] naturalia & gratuita in ſimplicibus, quos adulando, vel decipiendo corrumpit. 1. *Cor.*15. Corrumpunt bonos mores colloquia prava. Faſcinatio dicitur quodlibet præſtigium, quo perſtringuntur oculi videntium, ut nihil videant vel talem non videant, qualis eſt res. Cantor Pariſienſis bonæ memoriæ dicebat; quod faſcinatio eſt proprie quædam uſtio radii viſibilis procedentis ex corde invidentis, in faciem quem reſpicit ad nauſeam cogentis, ut cibum retinere non poſſit. Unde dicit *Gloſſ.* quod invidus Græce dicitur faſcinator. Faſcinare igitur eſt invidendo corrumpere. Et ſic accipitur *Gal.*3. ubi dicitur: O inſenſati Galatæ, qui vos faſcinavit non obedire veritati? Et *Eccls.*18. datus indiſciplinati tabeſcere facit oculos. *Raban.* dicit, quod hac ſententia notatur generalis laſcivia reproborum, ſed manifeſtius aſtutia hæreticorum, qui pravis doctrinis, & cupiditate nociva avertunt ſenſum hominis a tramite veritatis: faſcinat enim & gravat qui adulando impedit, vel laudando decipit. *c* Et inconſtantia concupiſcentiæ] ideſt, inconſtans concupiſcentia. *d* Tranſvertit, &c] ideſt, qui eſt ſine malitia, & ſine plica, quod fit quando invaleſcente concupiſcentia caro ſpiritui dominatur. Juxta illud *Pſ.*40. Univerſum ſtratum ejus verſaſti in infirmitate ejus. Signanter autem dicit, inconſtantia concupiſcentiæ, quia hujuſmodi homines dum in temporalibus † venantur felicitatem, quam non inveniunt in uno, quærunt in alio. Unde dicuntur naves Tharſis, ideſt, gaudii temporalis, quia modo huc, modo illuc explorando diſcurrunt, quod eſt † peccatum peccati. *Thren.* 1. Peccatum peccavit Jeruſalem, propterea inſtabilis facta eſt. *e* Conſummatus in brevi, &c.] Hoc reſpicit quod *ſupr.* dixerat de juſto. Juſtus autem ſi morte præoccupatus fuerit, in refrigerio erit, quia [conſummatus] charitate [brevi tempore explevit multa tempora] quia maturitas morum ſupplevit diuturnitatem temporum. Vel. *f* Explevit tempora multa,] ideſt, tantum meruit illo brevi tempore quo vixit, quantum alius multis temporibus vivens. Unde Apoſtolus monet *Eph.*5. Videte fratres quomodo caute ambuletis, non quaſi inſipientes, ſed ut ſapientes, redimentes tempus, quoniam dies mali ſunt. Vel ſicut dicit Rabanus in priore comate perfidiam hæreticorum expreſſit, hic vero exprimit gloriam Martyrum, qui in brevi tormento laudabilem expenderunt vitam, ſed ipſa mors fuit eis ætas annoſa, quæ eis pepetit vitam æternam. Et eſt ſenſus ſecundum eum. *e* Conſummatus in brevi] tormento. *f* Explevit multa tempora] quoad perfectionem, & meritum præmii. Sicut de Chriſto legitur *Heb* 5. Et quidem cum eſſet filius Dei, didicit ex his, quæ paſſus eſt, obedientiam, & conſummatus facta eſt omnibus obtemperantibus ſibi cauſa ſalutis æternæ. Sed quare hoc? *g* Placita enim erat Deo anima ejus,] ideſt, Martyris vel cujuslibet juſti. De quo ſupra actum eſt. *h* Propter hoc properavit] Deus [educere illum] juſtum. *i* De medio iniquitatum] ideſt, de medio pravæ, & perverſæ nationis hujus, quod omnes ſancti deſiderant. Unde *Pſal.*145. Educ de carcere animam meam *Rom.*7. Infęlix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis hujus? *ſupr.* dixit Philo de viro juſto quomodo ſe eduxerit, modo dicit quod Dominus eum educit. Utrumque verum eſt, quod Dominus educit, interfici permittendo, gratiam merendi conferendo, a miſeriis liberando, & ipſemet educit ſe voluntatie conſentiendo, & gratiæ cooperando educit deſiderando. Unde *Cant.* 4. dicit ſponſus. Veni de Libano, ideſt, de mundo, ſponſa mea, veni de Libano, veni coronaberis. Et *Jer.*1. Recedite de medio Babylonis, & de terra Chaldæorum egredimini.

k Populi autem,] ideſt, perſecutores, qui ſunt de civitate Diaboli. *l* Videntes] pęnam juſtorum hic. *m* Et intelligentes futuram gloriam eorum, quæ pro illa pęna præparata eſt eis a Domino. *n* Nec ponentes in præcordiis] ideſt, in corde ſuo. *o* Talia ſcilicet. *p* Quoniam,] ideſt, quod *q* Gratia Dei] ſubveniens, peccata dimittens. *r* Et miſericordia,] ideſt, gratia concomitans ſive ſubſequens a pęnis, & miſeriis eripiens eſt. *ſ* In ſanctos ejus] in præſenti. *t* Et reſpectus] æternæ retributionis, erit in futuro. *u* In electos illius] quando conſumet illos in gloria. *x* Condemnat autem juſtus, &c.] Dupliciter legitur hoc, de præſenti & de futuro. De præſenti ſic. *y* Juſtus mortuus,] ideſt, quilibet Martyr interfectus, qui antonomaſtice dicitur juſtus, quia totum impendit ſe Deo. *x* Condemnat impios vivos] Et eſt occaſio materialis damnationis eorum: nam propter quod occiderunt eum, hic condemnabuntur. Vel de futuro. *x* Condemnat autem,] ideſt, judicabit. Unde *Apoc.*18. Reddite illi ſicut & ipſa reddidit, & duplicate duplicia ſecundum opera ejus. Vel. *x* Condemnat juſtus mortuus vivos impios] ſola recordatione, qua recogitant, quod illum injuſte occiderunt. Unde *Iſa.* 19. Erit terra Juda Ægypto in pavorem. *z* Et juventus celerius conſummata longam vitam injuſti] condemnat ſupple. Inde enim cumulatur pęna injuſtorum, ex eo, quod diutius vivunt, nec tamen convertuntur ad exempla juſtorum. Unde *Greg.* Longe melius eſſet, ut flagitiis quibus terminum voluntas non ponit, vel neceſſitas finem ponat: vident enim exempla ſanctorum, nec convertuntur, ideoque gravius punientur. *a* Videbunt enim] ipſi perſecutores. *b* Finem,] ſcilicet, mortem. *c* Sapientis] ideſt, Martyris ſive juſti cujuslibet. *d* Et non intelligent] propria malitia excæcati, vel fęlicitate terrena. *e* Quid cogitaverit de illo Deus,] ſcilicet quod ei daturus ſit vitam æternam, quem ita cruciari permiſit. *f* Et quare munierit illum Dominus] armis virtutum. De qua munitione dicit Apoſtulus *Epheſ.* 6. State ſuccincti lumbos veſtros in veritate, induti lorica juſtitiæ, & calceati pedes in præparationem Evangelii pacis in omnibus ſumentes ſcutum fidei, in quo poſſitis omnia tela nequiſſimi ignea extinguere, & galeam ſalutis aſſumite, & gladium ſpiritus, quod eſt verbum Dei. *g* Videbunt] perſecutores juſtum mori. *h* Et contemnent illum] quaſi cadaver mortuum. *i* Illos autem Dominus irridebit,] ideſt, dignos irriſione monſtrabit in judicio, quando quod ſibi ſperabant prodeſſe, invenient nocuiſſe. Unde *Pſal.*36. Qui habitat in cęlis, irridebit eos. Et alibi. Dominus autem irridebit eum, quoniam proſpicit, quod venit dies ejus. Et *Prov.* 1. Vocavi & renuiſtis, extendi manum meam, & non fuit qui aſpiceret, deſpexiſtis omne conſilium meum, & increpationes meas neglexiſtis, ego quoque in interitu veſtro ridebo, & ſubſannabo, cum vobis id, quod timebatis advenerit. De hoc dicitur *Iſa.*33. Væ qui prædaris, nonne & ipſe prædaberis, & qui ſpernis, nonne & ipſe ſperneris? cum conſummaveris deprædationem, deprædaberis, cum fatigatus deſieris contemnere, contemnetis. Unde & hic ſequitur.

Triplex cauſa qua re juſti tolluntur de hoc mundo.

al. † venerantur.

al. † pœna.

Et *a* erunt poſt hæc *b* decidentes ſine honore, *c* & in contumelia *d* inter mortuos in *e* perpetuum. *f* Quoniam diſrumpet illos *g* inflatos *h* ſine voce, & *i* commovebit illos a fundamentis, k & uſque ad ſupremum deſolabuntur. Et *l* erunt gementes, & *m* memoria eorum † periet. *n* Venient in cogitatione peccatorum ſuorum timidi, & *o* traducent illos *p* ex adverſo iniquitates ipſorum.

C A P. V.

q TUnc *r* ſtabunt juſti in magna conſtantia *ſ* adverſus eos qui ſe anguſtiaverunt, & qui *t* abſtulerunt labores illorum. *u* Videntes *x* turbabuntur timore horribili, & *y* mirabuntur in ſubitatione inſperatæ ſalutis *z* gementes præ anguſtia ſpiritus † *a* dicent † intra ſe, *b* pœnitentiam agentes, *c* & præ anguſtia ſpiritus gementes: Hi *d* ſunt quos habuimus aliquando † in *e* deriſum, & in *f* ſimilitudinem improperii. *g* Nos inſenſati *h* vitam eorum *i* æſtimabamus inſaniam, & *k* finem illorum ſine honore. † Ecce *l* quomodo computati ſunt inter filios Dei, & *m* inter ſanctos ſors illorum eſt.

a Et erunt poſt hæc,] ideſt, poſtquam alios contempſerint, vel poſt hanc vitam. *b* Decidentes ſine honore,] ideſt, ſine obſequio Angelorum, quod habent juſti, imo ſicut olera herbarum cito decident. *c* Et in contumelia,] ideſt, in confuſione erunt. *d* Inter mortuos,] ideſt, damnatos. *e* In perpetuum] ideſt ſine fine.

Pſalm. 36. Quod eſt contra Origenem, qui promittit poſt mille annos propitiationem damnatis. Sed quomodo fiet iſtud, ut tam potentes, ita decidant, bene dicit *Philo*, *f* Quoniam] Dominus [diſrumpet illos,] ideſt, a vita iſta evellet. *g* Inflatos] vento ſuperbiæ. *h* Sine voce] excuſationis, aut defenſionis, quia non erit tunc locus excuſationi vel defendendi ſe. *Matth.* 22. Amice quomodo huc intraſti non habens veſtem nuptialem? At ille obmutuit. *i* Et commovebit illos a fundamentis,] ideſt, a terrenis divitiis, in quibus fundati erant, & quas ſtabiles putabant. Unde *Job.* 22. Sublati ſunt ante tempus ſuum, & fluvius ſubvertit fundamentum eorum, qui dicebant, recede a nobis. Vel, *i* Commovebit illos a fundamentis,] ideſt, a cogitationibus. k Et uſque ad ſupremum] operum [deſolabuntur,] ideſt, a minimo peccato quod commiſſum eſt in cogitatione, uſque ad ultimum, quod commiſſum eſt in opere examinabuntur, & punientur. Sicut enim a planta pedis uſque ad verticem non fuit in eis ſanitas, ut dicit *Iſa.* 1. ita a minimo peccato uſque ad maximum, nullum relinquetur impunitum. Unde *Ezech.* 26. Diſſipabunt muros Tyri, & deſtruentur turres ejus, eadam pulverem ex ea, ideſt minima peccata etiam cogitationum puniam. Adhuc tolerabile eſſet hoc, ſi haberent aliquam conſolationem aliquando, ſed nullam habebunt. Unde ſubdit. *l* Et erunt gementes] in pœnis, quia nulla conſolatione relevabuntur. *m* Et memoria eorum peribit] vel [periet] in æternum apud Deum quoad miſerendum, & apud homines quoad compatiendum, vel pro eis intercedendum, quia nec Deus de cetero miſerebitur eorum, nec ſancti compatientur, aut orabunt pro eis. *n* Venient, &c.] ideſt, agnoſcent quid fecerint, vel quid facere noluerint conſcientia ſua accuſante eos. Sicut pueri vocari a magiſtro ad emendationem incipiunt cogitare de verſibus ſuis, quos non fecerunt, vel quos male fecerunt, ita impii qui modo diſſimulant peccata ſua, & nolunt cogitare de eis ad dolendum, ad confitendum, ad ſatisfaciendum, tunc velint nolint memores erunt omnium ad eorum confuſionem. Tunc dicetur eis: Quem fructum habuiſtis tunc in illis in quibus nunc erubeſcitis? *Rom.* 6. *o* Et traducent, &c.] ideſt, propter iniquitates ſuas traducent in ignem æternum. Vel [traducent, &c.] ſtantes quaſi adverſarii ex adverſo accuſantes eos. Opera enim illorum ſequuntur illos. *Apoc.* 14. Vel traducent, &c.] ideſt propalabunt ſicut *ſup.* 2. dictum eſt. Factus eſt nobis in traductionem cogitationum noſtrarum, ideſt, manifeſtationem. Et hoc merito quia non traduxerunt hic eas per confeſſionem. *p* Ex adverſo,] id eſt, contra ſe, ſed potius glorianteſ de ipſis. De quibus *Pſ.* 51. Quid gloriaris in malitia, qui potens es in iniquitate?

al. † peribit.

E X P O S I T I O C A P. V.

TUnc ſtabant juſti, &c.] Sicut diximus, intercalariter agit Philo, nunc de malis, nunc de bonis. Et hoc facit ut dicit *Rab.* ut per horum laudabilem ſapientiam, illorum vituperabilem demonſtret inſipientiam. In fine præcedentis dixit quomodo ſe habebunt impii in die judicii, nunc oſtendit qualiter ſe habebunt juſti, dicens. *q* Tunc,] ideſt in illa die terribili, quando ita triſtabuntur, & tractabuntur iniqui, ut dictum eſt. *r* Stabunt juſti in magna conſtantia] qui modo viles, & abjecti jacent in magna miſeria. *ſ* Adverſus,] &c. [contumeliis, injuriis, flagellis variis, mortibus diverſis, ſicut dicitur, *Heb.* 11. Et qui abſtulerunt, &c.] ideſt ſtultos & vanos judicaverunt. Unde dicit Apoſt. 1. *Cor.* 1. Verbum crucis pereuntibus ſtultitiam eſt. Et iterum. Prædicamus Chriſtum crucifixum, Judæis quidem ſcandalum, Gentibus autem ſtultitiam. Et de Chriſto etiam legitur *Marc.* 3. Cum audiſſent ſui, exierunt tenere eum: dicebant enim quoniam in furorem verſus eſt. Vel *t* qui abſtulerunt labores illorum,] ideſt, auferre voluerunt, cogentes eos Idolis immolare. Vel [Abſtulerunt labores illorum,] ideſt, per mortem martyrii quam intulerunt eis, eos a pœnis, & univerſis miſeriis liberaverunt licet non intenderent. Et ipſi quid faciunt? Ecce. *u* Videntes] ſe de gloria mundi ad pœnam Inferni deductos, & e contrario ſanctos de pœna temporali ad coronam perpetuam ſublimatos.

al. † dicentes.
al. † intes.

x Turbabuntur timore horribili] Horrendum enim eſt incidere in manus Dei viventis *Heb.* 10. *y* Et mirabuntur, &c.] ideſt, quod tam ſubito ſit ſalus inſperata ſanctis. Dies enim Domini ſicut fur in nocte, ita veniet, 1. *Theſſ.*

al. † deriſu & in ſimilitudine.

z Gementes, &c.] quia noluerunt hic anguſtiam aliquam pro Chriſto pati, tunc maximam patientur propter præſentiam omnis mali, & abſentiam omnis boni. Unde *Iſa.* 65. Ecce ſervi mei comedent & vos eſurietis, ecce ſervi mei bibent, & vos ſitietis, ecce ſervi mei lætabuntur, & vos confundemini, ecce ſervi mei laudabunt præ exultatione cordis, & vos clamabitis præ dolore cordis, & præ contritione ſpiritus ululabitis. *a* Dicent] illud quod ſequitur. [Hi ſunt quos aliquando, &c.]

al. † Quomodo computati.

b Intra ſe pœnitentiam agentes,] ideſt, pœnam tenacem habentes: ibi enim poterit pœnitentiam haberi, ſed non agi, dicit B. Bernardus: Sera nimis erit illa pœnitentia. Erunt enim illi quaſi arbores autumnales, quæ florere incipiunt quando fructus aliarum arborum comeduntur. De quibus dicit *Judas in canonica ſua.* *d* Hi ſunt arbores autumnales infructuoſæ, bis mortuæ, ideſt, in corpore & anima eradicatæ.

c Et præ anguſtia ſpiritus gementes.] Hoc repetit quia de duobus erit anguſtia ſpiritus, & omiſſione bonorum & commiſſione malorum. Et hoc eſt quod dicent.

d Hi ſunt quos aliquando habuimus] in tempore tranſitorio.

e In deriſum] ſecundum illud *Job.* 12. Deridetur juſti ſimplicitas, lampas contempta apud cogitationes divitum parata ad tempus ſtatutum.

f Et in ſimilitudinem improperii,] ideſt, improperium ſimilitudinarium, & non verum. Improperabant enim eis, quod credebant hominem pauperem, & abjectum crucifixum, quod revera non erat improperium, ſed laus, & gloria magna. Unde 2. *Cor.* 6. Per infamiam, & bonam famam, ut ſeductores, & veraces, &c. Vel [In ſimilitudinem improperii,] ideſt, in exemplum maledictionis, ut ſi diceretur vulgariter, ſic contingat tibi ſicut contingit Bartholomæo excoriato, vel Laurentio craticulato, vel Stephano lapidato. Quod prævidens *Pſ.* 43. in perſona Martyrum ait; Poſuiſti nos opprobrium vicinis noſtris, ſubſannationem, & deriſum his, qui in circuitu noſtro ſunt. Et Chriſtus de ſeipſo dicit: Factus ſum illis in parabolam. *Pſ.* 68. *g* Nos inſenſati,] ideſt, ſtulti ſine ſenſu ſapientiæ.

h Vitam eorum,] ideſt, converſionem.

i Æſtimabamus inſaniam] quia divitias, & delicias mundi quaſi ſtercora reputabant, & contumelias, & moleſtias, & paupertatem, & hujuſmodi, quaſi theſaurum pretioſum amplectebantur. De his gaudium ipſorum erat. *Act.* 5. Ibant Apoſtoli gaudentes, &c.

k Et finem illorum ſine honore] æſtimabamus. Putabant enim impii ſanctos poſt mortem corporis, vel omnino non eſſe, vel ita viles, & abjectos eſſe ſicut fuerunt in præſenti.

l Quomodo ergo computati ſunt inter filios Dei, &c.] quaſi diceret: Cum ita viles, & abjecti fuerint in mundo] quomodo ergo, &c.] Tamen in originali non habetur ergo, ſed ecce, pro ſubita admiratione de glorificatione ſanctorum, quos tales fore nullo modo crederetur.

m Et inter ſanctos ſors illorum eſt, &c.] i. hæreditas æterna, in qua non attenditur perſonarum acceptio, ſicut nec in ſorte.

a Ergo

a Ergo erravimus] nos qui ad mortem venimus. *b* A via veritatis] quæ ducit ad vitam. *c* Et juſtitiæ lumen,] ideſt, fides ſive notitia Chriſti.

d Non luxit nobis] quia vos clauſiſtis oculos. Sicut dicitur *Jo:* 12. Propterea non poterant quicquam credere, quia dixit *Iſa.* 6. Excæcavit Dominus oculos eorum, & induravit cor eorum, ut non videant oculis, nec intelligant corde.
B

e Et Sol, &c.] Quare? Quia non timuiſtis Deum. Solum enim timentibus Deum oritur Sol juſtitiæ. Unde *Malac. ult.* Orietur vobis timentibus nomen meum Sol juſtitiæ, & ſanitas in pennis ejus. Et recte dicit: Sol orietur. Ortus enim ſolis notat initium vitæ ſpiritualis, & initium ſapientiæ eſt timor Domini, *Eccl.* 1. Dicitur autem Chriſtus Sol, quia ſicut Sol iſte materialis fons eſt totius caloris, & luminis materialis, ita Chriſtus fons eſt totius caloris, & luminis ſpiritualis.

Unde *Jac.* 1. Omne datum optimum, & omne donum perfectum de ſurſum eſt deſcendens a patre luminum.

Item Sol radios ſuos omnibus communicat bonis & malis, & Chriſtus omnibus ſua beneficia largitur.

Unde *Pſ.* 18. Nec eſt qui ſe abſcondat a calore ejus *Matt.* 5. Sitis filii Patris veſtri, qui in cœlis eſt, qui ſolem ſuum facit oriri ſuper bonos, & malos, & pluit ſuper juſtos, & injuſtos. Dicitur autem Chriſtus Sol juſtitiæ & Sol intelligentiæ. Sol juſtitiæ, quia juſtificat, virtutes conferendo ad bene operandum. Sol intelligentiæ, quia illuminat ſcientias, & notitiam fidei largiendo ad recte credendum, & omnia cognoſcendum. In quo tangitur utraque perfectio animæ, affectus, quæ fit per virtutes, & intellectus, quæ fit per ſcientias, & fidem.

f Laſſati ſumus, &c.] ideſt, in via iniqua, quæ ducit ad perditionem. Via iniqua ſive perditionis dicitur quodlibet peccatum. De quo *Matt.* 7. Lata porta & ſpatioſa eſt via, quæ ducit ad perditionem, & multi ſunt, qui intrant per eam.

g Et ambulavimus vias difficiles,] ideſt, vias peccatorum, quæ ducunt ad infernum.

h Viam autem Domini] ideſt, viam mandatorum ſive
Matth. 7. charitatis. De qua dicitur 1. *Cor.* 12. Adhuc excellentiorem viam vobis demonſtro, vel pœnitentiæ.

i Ignoravimus,] ideſt reprobavimus. Unde *Pſal.* 13. Et viam pacis non cognoverunt.

Et ideo Dominus non cognoſcet eos in die judicii, dicens: Nunquam novi vos, diſcedite a me, qui operamini iniquitatem. Sed quomodo dicuntur hic viæ peccatorum difficiles, cum dicat Poeta:

Virg. 6. Æneid. *Facilis deſcenſus averni.*

Et Dominus *Matt.* 7. Lata porta & ſpatioſa eſt via, quæ ducit ad perditionem. Solut. Via inferni facilis eſt in ſuperficie, quia floribus divitiarum eſt cooperta, & hoc tantum in principio, ſed poſtea ulterius procedentibus eſt magis difficilis, in fine difficillima, & amariſſima, quia tunc deficiunt flores quibus tecta erat in principio. Quod ſatis evidenter oſtendit mulier vaga. *Prov.* 7. dicens juveni vecordi: Intexui funibus lectulum meum, ſtravi tapetibus pictis ex Ægypto, aſperſi cubile meum myrrha & aloe, & cinnamomo. Dicitur etiam via inferni difficilis, quia tenebroſa.

Unde *Prov.* 4. Via impiorum tenebroſa, neſciunt ubi corruant.

Item lapidoſa eſt. Unde *Eccli.* 21. Via peccantium complantata lapidibus, & in fine illorum inferi, & tenebræ, & pœnæ.

Item lubrica eſt. Unde *Pſal.* 34. Fiant viæ illorum tenebræ, & lubricum, & Angelus Domini coarctans eos.

Item difficilis eſt ab effectu propter difficilem pœnam, quæ eſt in fine viæ, ſicut dictum eſt *Eccl.* 21. Via peccantium complantata eſt lapidibus, & in fine illorum inferi, & tenebræ, & pœnæ. Et propter hoc dicit *Pſal.* 13. Contritio, & infelicitas in viis eorum. Et *Eccl.* 10. Labor ſtultorum affligit eos, qui neſciunt in urbem pergere. Et *Jerem.* 9.

a Ergo erravimus *b* a via veritatis, & *c* juſtitiæ lumen *d* non luxit nobis, *e* & Sol intelligentiæ non eſt ortus nobis. *f* Laſſati ſumus in via iniquitatis, & perditionis, & *g* ambulavimus vias difficiles, *h* viam autem domini *i* ignoravimus. *k* Quid nobis profuit ſuperbia, *l* aut divitiarum jactantia quid contulit nobis? *m* Tranſierunt omnia illa *n* tanquam umbra, *o* & tanquam nuncius præcurrens. *p* Et tanquam navis quę pertranſit fluctuantem aquam, cujus cum præterierit, non eſt veſtigium invenire, neque ſemitam carinæ illius in fluctibus. *q* Aut avis, quæ *r* tranſvolat in aere & nullum invenitur argumentum itineris illius, *ſ* ſed tantum ſonitus alarum verberans levem ventum, *t* & ſcindens per vim *u* itineris † aera, *x* commotis alis tranſvolavit, & poſt hoc nullum ſignum invenitur itineris illius. *y* Aut tanquam ſagitta emiſſa in locum deſtinatum, *z* diviſus aer continuo in ſe recluſus eſt, ut ignoretur tranſitus illius, ſic *a* & nos nati continuo deſinimus eſſe, & *b* virtutis quidem nullum ſignum valuimus oſtendere,

Ut inique agerent, laboraverunt. E contrario via Chriſti ſplendida eſt, contra primum. Unde *Prov.* 4. Semita juſtorum quaſi lux ſplendens procedit, & creſcit uſque ad perfectum diem. Item plana eſt, contra ſecundum. Unde *Prov.* 15. Via juſtorum abſque offendiculo. Item pulchra eſt, contra tertium. Unde *Prov.* 3. Viæ ejus pulchræ, & omnes ſemitæ ejus pacificæ.

Vere dicunt impii in inferno. *f* Laſſati ſumus, &c.] Pertinent autem hæc ad quatuor genera hominum, ideſt Judæos, hæreticos, Philoſophos, & malos al. † aerem
Chriſtianos. Judæi laſſati ſunt ſub onere legalium obſervantiarum. Unde Petrus C
Act. 15. Hoc eſt onus, quod neque nos neque Patres noſtri portare potuimus. Hæretici laſſati ſunt ambulantes per devia errorum. Unde *Pſ.* 106. Orta eſt contentio ſuper Principes eorum, erraverunt in invio, & non in via. Philoſophi laſſati ſunt ſub inutilium curioſitate inveſtigationum, qui, ut dicit *Rab* ratiocinando, mundi machinam divino honore ſublevantes, creaturæ potius quam creatori ſervierunt, ideo in exquiſitione ſua defecerunt, non ſalutem, ſed perditionem invenientes. Mali Chriſtiani laſſati ſunt in via triplici ambulantes. Alii quidem viam montuoſam vadunt, ut ſuperbi, & ambitioſi. Alii viam lapidoſam, ut avari & contentioſi. Alii viam lutoſam, ut guloſi, luxurioſi. Sequitur adhuc de querimonia impiorum.

k Quid nobis profuit ſuperbia,] ideſt, honores mundi, quos comitatur ſuperbia, quaſi dicat, nihil profuit, & modo nocet. *l* Aut divitiarum jactantia quid contulit nobis?] Nihil niſi pœnam. Laborem in acquirendo, timorem in poſſidendo, dolorem in deſerendo. Unde *Eccl.* 5. Quid prodeſt poſſeſſori niſi quod cernit divitias oculis ſuis? Quod autem nihil profuerint etiam in præſenti divitiæ, vel honores hujus mundi, oſtendit quinque ſimilitudinibus quibus oſtenditur liquide brevitas, & vanitas illorum. Prima ſumitur ab umbra, ſecunda a nuncio, tertia a navi, quarta ab ave, quinta a ſagitta. Iſta quinque ita cito tranſeunt, quod etiam poſt nullum veſtigium relinquunt. Dicunt ergo.

m Tranſierunt omnia illa] divitiæ, ſcilicet, atque honores & voluptates.

n Tanquam umbra] quæ nullam habet ſtabilitatem, & lucem ſolis abſcondit, ſic temporalia.

o Et tanquam nuncius præcurrens,] ideſt qui præmittitur ad parandum hoſpitium, & ideo non patitur moram.

p Et tanquam navis, quæ pertranſit fluctuantem aquam, cujus cum præterierit, non eſt veſtigium invenire, neque ſemitam carinæ illius in fluctibus.] Carina eſt media pars navis, quæ latior eſt, & ideo melius deberet ejus veſtigium inveniri, quam proræ vel puppis.

q Aut avis,] ideſt aut tanquam avis. *r* Quæ tranſvolat in aere, & nullum invenitur argumentum itineris illius,] id eſt, ſignum.

ſ Sed tantum ſonitus alarum verberans levem ventum,] id eſt aera levi alarum agitatione commotum. *t* Et ſcindens per vim,] ideſt per violentiam. *u* Itineris aera,] ideſt aerem per quem volat. *x* Commotis alis tranſvolavit, & poſt hoc nullum ſignum invenitur itineris illius,] ideſt, avis volantis. *y* Aut tanquam ſagitta emiſſa in locum deſtinatum] ideſt, determinatum, ſupple quæ nullum reliquit ſui veſtigium. Quia.

z Diviſus aer continuo in ſe recluſus eſt] ita [ut ignoretur tranſitus illius] ideſt, ſagittæ.

a Sic & nos nati continuo deſinimus eſſe] quia tendimus ſtatim ad non eſſe. Unde 2. *Cor.* 4. Quotidie morimur.

b Et virtutis quidem nullum ſignum valuimus oſtendere.] Hoc eſt expoſitio ſuperiorum. In perſona juſtorum dicit *Job* 1. Nudus egreſſus ſum de utero matris meæ, ideſt, indumento virtutum, & nudus revertar illuc, & ideo expelleris a nuptiis non habens veſtem nuptialem. *Matth.* 22.

a In malignitate autem noſtra,] non aliena. *b* Conſumpti ſumus,] non ipſis in nobis, quod melius eſſet. Breviter ergo, ſicut dicit *Rab* per umbram, oblivio mentis, vel mors carnis deſignatur, quibus humana vita obnoxia eſt. De qua dicitur *Job* 34. Non ſunt tenebræ, & non eſt umbra mortis, ut abſcondantur ibi iniqui. Per nuncium præcurrentem, ſignificantur paſſiones animæ, & corporis, quæ præcedunt mortem. Tales nuncios oportet hilariter, vel ad minus patienter recipere & hoſpitium præparare, ut quando mors venerit, inveniat hoſpitium præparatum, alioquin male erit nobis. Et Dominus nos admonet *Matth.* 24. Ideo & vos eſtote parati, quia neſcitis qua hora filius hominis venturus eſt. Illos nuncios mittit Dominus ad humiliandum ſuperbos, ſicut dicitur *Judic.* 7. Miſit Gedeon, id eſt, Chriſtus, nuncios in omnem montem Ephraim, dicens: Deſcendite per humilitatem, in occurſum Madian, id eſt,
al. † ſpei. Diabolo, & occupate aquas
al. † Dei. deliciarum, & divitiarum, uſque Bethbera atque Jordanem. Et de hoc nuncio dicitur *Prov.* 25. Aqua frigida animæ ſitienti, nun-
al. † ſancto. cius bonus de terra longinqua. Per navem ſignificatur humanæ mentis levitas, que per aquas, id eſt, hujus mundi curas flatibus Dæmonum
al. † Gad. agitatur. De hac dicitur *Jud.* 5. † Galaad interpretatur acervus teſtimonii, & ſignificat illos qui contemplationi & orationi, vel lectioni, dimiſſa mundi cura, intendunt. Dan interpretatur judicium, & ſignificat illos, qui alios judicant. Unde Galaad quieſcente in contemplatione, Dan vagatur mente alios judicando. Per avem ſignificatur ſuperbia. Duæ alæ ejus, ſcientiæ ſæculares, & divitiæ temporales; ſcientia enim inflat, ut dicitur 1. *Cor.* 8. Et divitiæ ſimiliter, 1. *Tim.* 6. Præcipe divitibus non alta ſapere. Ubi dicit *Auguſt.* Vermis divitum ſuperbia eſt. De hac ave dicitur *Prov.* 27.

in *a* malignitate autem noſtra *b* conſumpti ſumus. *c* Talia dixerunt in inferno, hi *d* qui peccaverunt, *e* quoniam ſpes impii tanquam lanugo eſt, *f* quæ a vento tollitur, & *g* tanquam ſpuma gracilis, quæ a procella diſpergitur, *h* & tanquam fumus qui a vento diffuſus eſt, *i* & tanquam memoria hoſpitis unius diei prætereuntis. *k* Juſti autem in perpetuum vivent, & *l* apud Dominum *m* eſt merces eorum, & *n* cogitatio eorum apud Altiſſimum: *o* Ideo accipient *p* regnum decoris, *q* & diadema † ſpeciei de *r* manu † Domini, *ſ* quoniam dextera ſua *t* teget eos, *u* & in brachio † ſuo *x* defendet

Sicut avis tranſmigrans de nido ſuo, ſic vir qui relinquit locum ſuum. Per ſagittam ſignificatur doloſitas iniquorum, quæ de longe veniens vulnerat neſcientem. Et de hac ſagitta dicitur *Jer.* 6. Ecce populus venit de terra Aquilonis & gens magna conſurget a finibus terræ, ſagittam & ſcutum arripiet, crudelis eſt, & non miſerebitur. Hæc quinque in mundo verſantur, ut dicit *Rab.* ſed tandem poſſeſſoribus ſuis infructuoſam relinquunt pœnitentiam. Sequitur. *c* Talia dixerunt, &c.] Adhuc quatuor ſimilitudines introducit, quibus ſtultam ſpem iniquorum demonſtrat, qua bona præſentia manſura putant, vel ſe impunitos evadere. Prima ſimilitudo eſt de lanugine, quæ cito vento tollitur. Secunda eſt de ſpuma, quæ ſtatim a procella diſpergitur. Tertia eſt de fumo, qui ſubito in ventum diffunditur, & annihilatur. Quarta eſt de hoſpite unius diei, qui ſtatim oblivioni traditur, ſic omnia temporalia cito evaneſcunt. Dicit ergo. *c* Talia dixerunt, &c.] Qualia præmiſſa ſunt. *d* Hi qui peccarunt] abutendo divitiis & honoribus, aut male acquirendo, aut male retinendo, aut expendendo. Et revera peccaverunt.
e Quoniam ſpes, &c.] id eſt, flos cardui.
f Quæ vento tollitur,] id eſt, modico flatu.
g Et tanquam ſpuma, &c.] & annihilatur.
h Et tanquam fumus, &c.] qui quanto magis diffunditur, tanto citius annihilatur.
i Et tanquam, &c.] non moram facientis.
Moraliter. *c* Talia dixerunt, &c.] Quatuor hic notantur circa quæ vertitur hominum ſpes, & deſiderium. Primum eſt carnalis voluptas, quæ ſignificatur per lanuginem. Nam ſicut lanugo modo eſt, & ſtatim modico venti flatu tollitur, ſic carnis voluptas, quæ ſignificatur per lanuginem, modica ægritudine vel moleſtia tollitur, & tabeſcit. *Iſa.* 40. Omnis caro fœnum, & omnis gloria ejus quaſi flos agri vel fœni. Exſiccatum eſt fœnum, & cecidit flos, id eſt, infirmatur caro, & ceſſat voluptas. De hoc vento dicitur *Job* 13. Contra folium quod vento rapitur, oſtendis potentiam tuam. Secundum eſt appetitus favoris, vel gloriæ temporalis, quæ per ſpumam gracilem deſignatur: nam ſicut ſpuma ex colliſione aquarum generatur, ita favor, vel gloria temporalis ex concurſu diverſarum gratiarum; v. g. Si aliquis bene cantat, vel bene prædicat, vel ſi pulcher eſt, aut fortis, aut dives, aut ſapiens gloriatur, & laudem appetit. Contra quod *Hier.* 9. Non glorietur ſapiens in ſapientia ſua, & non glorietur fortis in fortitudine ſua, & non glorietur dives in divitiis ſuis, ſed in hoc glorietur, qui gloriatur ſcire & noſſe me, quia ego ſum Dominus, qui facio miſericordiam, & judicium, & juſtitiam in terra. Sicut ſpuma tempeſtate diſpergitur, & gloria temporalis tentatione, vel diſcuſſione judicii diſſolvitur, vel diſpergitur, id eſt, quam brevis ſit probatur. De hac ſpuma dicitur *Oſeæ* 10. Tranſire fecit Samaria regem ſuum quaſi ſpumam ſuper faciem aquæ. Tertium eſt ambitio dignitatum, quæ per fumum deſignatur. Nam ſicut fumus ipſo aſcenſu deficit, ita ambitio ſub ipſo aſcenſu dignitatis cadit, & deficit in ſpiritualibus. Unde *Pſ.* 72. Dejeciſti eos dum allevarentur. Et *Pſ.* 36. Deficientes quemadmodum fumus deficient. Quartum eſt proſperitas temporalis, quæ per hoſpitem unius diei deſignatur: nam ſicut hoſpes hodie venit, & cras recedit, ita proſperitas temporalis modo venit, & modo recedit: nam rota fortunæ continue volvitur, & qui in ea ſunt cum ea tranſeunt.

Unde *Auguſt.* Væ his qui hæſerunt tranſeuntibus, quoniam ſimul cum illis tranſeunt. Hic hoſpes receptores ſuos ſemper fallit.

Unde de ſeipſo dicit *Eccl.* 29. Vita nequam hoſpitandi de domo in domum, & ubi hoſpitatur, non fiducialiter aget.
k Juſti autem in perpetuum vivent] quaſi dicat, taliter impii in inferno ſero pœnitentes conqueruntur, quarum gloria tam ſubito, & inutiliter tranſit, ſicut oſtenſum eſt.
k Juſti autem in perpetuum vivent] vita gloriæ, quę nunquam deficiet, quia nec juſtitia eorum in vita eorum defecit.
l Et apud Dominum] in quem ſolum ſperaverunt, & cui ſervierunt,
m Et merces eorum] imo ipſe Dominus eſt præmium laboris eorum. *Gen.* 15. Ego ſum merces tua magna nimis, dixit Dominus ad Abraham. Et *Pſ.* 126. Filii merces fructus ventris. *Num.* 18. Ego pars, & hæreditas tua in medio filiorum Iſrael.
n Et cogitatio eorum apud altiſſimum,] quia ubi eſt theſaurus tuus, ibi eſt & cor tuum. *Matth* 6. Et ideo dicit *Pſ.* 54. Jacta cogitatum tuum in Domino, & ipſe te enutriet. Et 1. *Pet. ult.* Omnem ſollicitudinem veſtram projicientes in Deum, quoniam ipſi cura eſt de vobis. *o* Ideo accipient] juſti, qui ponunt omnes cogitationes in Domino.
p Regnum decoris,] id eſt, regnum decorum, quaſi dicat ſoli decori poſſidebunt, qui decorem innocentiæ ſervaverunt, vel maculas contractas aqua lacrymarum, vel proprio ſanguine laverunt ut Martyres.
q Et] non ſolum regnum accipient juſti, ſed Diadema ſpeciei] vel [ſpei] alia littera, id eſt, inſigne regni, quod ſolum victoribus datur, id eſt, juſtis, qui per fidem vicerunt regna mundi, carnis, & Diaboli. Ideo ter dicitur *Cant.* 4. Veni de Libano ſponſa mea, veni de Libano, veni coronaberis, propter victoriam triplicis regni. Iſtud inſigne dicitur diadema, quaſi duo demens, ſcilicet labores, & miſerias corporis, & ſollicitudines, & paſſiones mentis. Sed a quo accipient juſti Diadema? Nunquid a mundo, vel ſaltem ab aliquo Angelorum? Non. Sed.
r De manu Domini,] id eſt a Chriſto, qui manus Domini, & brachium dicitur, quia Pater per illum operatur. De qua dicitur *Deut.* 32. Levabo ad cœlum manum meam. Et vere de manu Domini accipient diadema.
ſ Quoniam dextera ſua,] id eſt, gratia ſua, vel Chriſtus qui manus & dextera eſt Dei Patris.
t Teget eos] Unde *Pſal.* 120 Dominus protectio tua ſuper manum dexteram tuam. Et *Iſa.* 49. In umbra manus ſuæ protexit me.
u Et] non ſolum teget nos dextera ſua, ſed [in brachio ſuo,] id eſt Chriſto.
x Defendet illos] hic, & in futuro [Teget] dicit, contra iram Patris ſeipſum opponens, ne ictus veniret ad nos. Unde *Iſa.* 53. Ipſe vulneratus eſt propter iniquitates noſtras, attritus eſt propter ſcelera noſtra, diſciplina pacis noſtræ ſuper eum, & livore ejus ſanati ſumus.

[Defendet] vero dicit contra Dæmones, qui ſunt in aere ſuper nos, ut dicitur *Eph.* 2. Et contra malos homines qui ſunt juxta nos, & contra noſtram carnem, quæ eſt circa

nos, & prope nos. Et ſignanter, & breviter tangit tria beneficia Domini.

Primum eſt tam ſpiritualium, quam æternorum bonorum collatio, quod notatur cum dicit [Accipient diadema de manu Domini.] Unde *Pſal.* 144. Aperis tu manum tuam, & imples omne animal bene-
Pſal. 103. dictione. Et alibi: Aperiente te manum tuam, omnia implebuntur bonitate.

Secundum eſt a pœna, & a culpa liberatio, quod notatur ibi: Et dextera ſua reget, extenſa in cruce contra furorem patris ejus, ictus ejus in ſe recipiens. Unde
D *Zach.* 13. Framea ſuſcitare
Al. † rectum. ſuper paſtorem, & ſuper virum cohærentem mihi, dicit Dominus exercituum, percute paſtorem, & diſpergentur oves. Et hoc eſt, quod rogat *Pſal* 143. Emitte manum tuam de alto, eripe me, & libera me. Eripe me a pœna, & libera me a culpa.

illos. Et *a* accipiet *b* armaturam *c* zelus illius, *d* & armabit *e* creaturam *f* ad ultionem inimicorum. *g* Induet *h* pro thorace *i* juſtitiam, & *k* accipiet pro *l* galea *m* judicium † certum. *n* Sumet *o* ſcutum inexpugnabile æquitatem, *p* acuet autem diram iram in lanceam, & *q* pugnabit cum illo *r* orbis terrarum *ſ* contra inſenſatos.

Tertium eſt contra hoſtes defenſio, quod notatur, ibi: Et in brachio ſuo defendet illos. De qua etiam defenſione ſubdit:

a Et accipiet,] ideſt, accipi faciet.

b Armaturam] virtutum & bonorum operum, & ſanctæ prædicationis.

c Zelus illius] ideſt, Deus zelans creaturam ſuam. *d* Et armabit] illis armis. *e* Creaturam] ideſt, hominem, qui antonomaſtice dicitur creatura. *f* Ad ultionem inimicorum,] ideſt, ad ſumendum ultionem de inimicis: & poſtea ſpecificat magis de armatura, innuens duo genera armorum, quæ neceſſaria ſunt omni bellatori, ideſt, arma impugnationis, ut eſt lancea, ſagitta, gladius; & arma protectionis, ut eſt lorica, galea, ſcutum. Et quia magis conſonat Chriſtianæ religioni uti armis protectionis, quam impugnationis, ideo primo agit de illis, dicens: *g* Induet] ideſt, induere nos faciet zelus Domini. *h* Pro thorace,] ideſt, pro lorica. *i* Juſtitiam] quæ totam animam ornat, & protegit ſecundum omnes vires ejus, ſicut lorica totum corpus. Unde & juſtitia veſtimento comparatur, *Job* 29. Juſtitia indutus ſum, & veſtivi me, ſicut veſtimento. Et *Iſa* 59. Indutus eſt juſtitia, ut lorica & galea ſalutis in capite ejus. Sequitur. *k* Et accipiet,] ideſt, accipere nos faciet. *l* Pro galea] qua caput tegitur. *m* Judicium certum] vel rectum, quo recte judicet, primo ſe, deinde alios: Non de dubiis, quia illud judicium non eſſet certum, vel rectum, ſed temerarium; & ideo non dicit ſimpliciter: Accipiet pro galea judicium, ſed addit certum, vel rectum. Et iterum. *n* Sumet] vel accipiet, ideſt, accipi faciet. *o* Scutum inexpugnabile æquitatem,] nota quod dicit galeam, & ſcutum. Galea caput tegit, ſcutum pendet a latere. Et circa hæc duo membra ſunt duæ plagæ lethales in nobis. Una in capite, altera circa latus, ſive in corde. Galea tuetur contra primum, ſcutum contra ſecundum. Spiritualiter in capite vulnus habet, qui male ſentit de fide. In corde vero vulnus habet, qui male ſe habet in voluntate. Plaga igitur capitis eſt læſio intellectus, contra quam neceſſaria eſt galea recti, ſive certi judicii, quod fide, & ſpe informatur. Rectitudinem enim habet a fide, certitudinem a ſpe. Plaga igitur cordis eſt læſio affectus, contra quam neceſſarium eſt ſcutum inexpugnabile æquitatis. Unde *Prov.* 4. Ducam te per ſemitas æquitatis, quas, cum ingreſſus fueris, non arctabuntur greſſus tui, hoc eſt, de armis protectionis, & poſtea ſubdit de armis impugnationis.

p Acuet autem] quaſi dicat, non ſolum hæc arma accipiet, ſed acuet diram iram in lanceam, ideſt, pro lancea dabit militibus ſuis acutum gladium ſpiritus, quod eſt verbum Dei, iræ Dei comminatum, quod dicitur acutum, quia penetrat uſque ad intima cordis, comminando pœnas æternas. Unde *Hebr.* 4. Vivus eſt ſermo Dei, & efficax, & penetrabilior omni gladio ancipiti, pertingens uſque ad diviſionem animæ, ac ſpiritus, compagum quoque, ac medullarum, & diſcretor cogitationum, & intentionum cordis. *q* Pugnabit cum illo] ideſt, cum Domino. *r* Orbis terrarum] ideſt, Eccleſia.

ſ Contra inſenſatos] ideſt, contra errores iniquorum, prædicando, vel diſputando. Vel. *r* Orbis terrarum,] ideſt, univerſitas creaturarum, pugnat. *ſ* Contra inſenſatos.] Convincendo eos, vel de malitia, vel de ignorantia: omnis enim creatura ſine errore, & ceſſatione officium ſuum explendo, ſervit Deo creatori ſuo, præterquam homo inſenſatus. Propter quod dicit Dominus *Job* 12. Interroga jumenta, & docebunt te: Volatilia cœli, & indicabunt tibi: loquere terræ, & reſpondebit tibi. Sic exponitur de præſenti. De futuro autem exponitur ſic, ſecundum quod innuunt Gloſſæ. *a* Et accipiet armaturam zelus illius] ideſt, ipſe Dominus zelans accipiet armaturam veniens ad judicium. In primo autem venit ipſe ſine hac armatura, & ideo vulneratus eſt propter iniquitates noſtras, & attritus eſt propter ſcelera noſtra, *Iſa.* 53. unde admirantes Angeli dixerunt ei, quæ ſunt iſtæ plagæ in medio manuum tuarum? & dixit: His plagatus ſum in medio eorum, qui diligebant me, *Zach.* 13. Et *Iſa.* 63. Quare rubrum eſt indumentum tuum, & veſtimentum tuum ſicut calcantium in torculari? Ille reſpondit: Torcular calcavi ſolus, & de gentibus non eſt vir mecum. Et non ſolum ipſe erit armatus, ſed etiam — Aliter.

d Armabit creaturam] ideſt, omnia elementa.

f Ad ultionem inimicorum] Dæmonum & malorum hominum: quæ enim fuerunt in oblectamentum, vertentur eis in tormentum; unde *Ezech.* 13. Erumpere faciam ſpiritum tempeſtatum in indignatione mea, & imber inundans in furore meo erit, & lapides grandes in conſumptionem. Vel.

d Armabit creaturam] ideſt, Angelos, quos mittet.

f Ad ultionem inimicorum] ſicut dicitur *Matt.* 13. Mittet filius hominis Angelos ſuos, & colligent de regno ejus omnia ſcandala, & eos, qui faciunt iniquitatem, & mittet eos in caminum ignis. Et *Iſa.* 18. Ita Angeli veloces ad gentem convulſam & dilaceratam, ad populum terribilem, poſt quem non eſt alius, ad gentem expectantem, & conculcatam. Sequitur. *g* Induet] Dominus ſcilicet. *h* Pro thorace juſtitiam] quia reddet unicuique ſecundum opera ſua, ſine perſonarum acceptione. Unde *inf.* 6. Non ſubtrahet perſonam in judicio Dominus, qui eſt Dominator omnium, nec verebitur magnitudinem cujuſquam. Et *Pſal.* 96. Juſtitia ante ipſum præcedet, & inflammabit in circuitu inimicos ejus. *k* Et accipiet pro galea judicium certum] quia ſine errore judicabit. Sicut legitur *Prov.* 16. Divinatio in labiis Regis, in judicio non errabit. Vel rectam, quia juſte, & recte judicabit. Et iterum. *n* Sumet,] accipiet ſcutum inexpugnabile æquitatem, quia non eſt juſtitia in dulcore miſericordiæ temperata. Ipſe enim juſte judicabit, & mi- Pſal. 14.
ſericorditer, quia univerſæ viæ Domini miſericordia, & veritas, quæ ſimul miſta faciunt æquitatem, ſecundum quam judicabit. Unde *Iſa.* 11. Non ſecundum viſionem oculorum judicabit, neque ſecundum auditum aurium arguet, ſed judicabit in juſtitia pauperes, & arguet in æquitate pro manſuetis terræ.

p Acuet autem diram iram in lanceam] ideſt, vindictam pungentem, ideſt, in ſententiam damnationis, vel incendium ignis infernalis, quam quotidie acuit contra malos ad pœnitentiam expectando, ſed tunc acuit exercendo ad vindictam. Quæ dicitur dira, ad differentiam iræ præſentis, qua ſuaviter iraſcitur. Unde *Pſal.* 59. Iratus es, & miſertus es nobis. *Abac.* 3. Cum iratus fueris, miſericordiæ recordaberis. Sed ira judicii dira erit ſine miſericordia liberante. Unde *Pſal* 6. & 37. Domine, ne in furore tuo arguas me, neque in ira tua corripias me. Et de hoc gladio dicit Dominus, *Ezech.* 21. Egrediatur gladius de vagina ſua, ideſt, de miſericordia, ad omnem carnem ab Auſtro uſque ad Aquilonem, ut ſciat omnis caro, quia ego Dominus eduxi gladium meum de vagina ſua irrevocabilem. Et poſtea ſequitur parum *inf.* Gladius exacutus eſt, & limatus; ut cædat victimas, exacutus eſt; ut ſplendeat, limatus eſt.

q Et pugnabit cum illo orbis terrarum, contra inſenſatos,] ideſt, omnis creatura conqueritur de ipſis, qui abuſi ſunt ea. Piſces aquæ lætanter comederunt & aves aeris, & beſtias terræ. Similiter de igne nihil acceperunt; & ideo ignis eos ſuſcipiet, cum dicetur eis: Ite in ignem æternum, *Matth.* 25. Terra enim excutiet eos a ſe, movens ſe undique, aqua infra alveum ſuum ſe colliget, itaut nec guttam habere poſſint ad refrigerium ardoris ſui. Sol & luna, & ſtellæ retrahent radios ſuos, ne luceant. Aer, fulgura, & grandines, & tonitrua mittet contra eos. Et ſic omnis creatura pugnabit contra malos. Unde *infr* 16. Creatura tua tibi factori deſerviens excandeſcit in tormentum adverſus injuſtos. Item *Jud.* 5. De cœlo dimicatum eſt contra eos, ſtellæ manentes in ordine, & curſu ſuo, adverſus Siſaram pugnaverunt. Qui igitur non pugnat

contra

contra malos pro Domino, vel potius cum Domino, non eſt de orbe terrarum. Unde *Luc.* 11. Qui non eſt mecum contra me eſt, qui non colligit mecum, diſpergit. Similiter & qui non pugnat mecum, impugnat me. Unde & Jehu Propheta de hoc reprehendit Joſaphat Regem Juda, 2 *Paral.* 19. ubi dicitur: Impio præbes auxilium, & his qui oderunt Dominum amicitia conjungeris, idcirco iram quidem Domini merebaris. De hac pugna orbis terrarum contra inſenſatos in die judicii, dicit *Greg. in moral.* Quomodo anguſtæ viæ erunt reprobis undique: ſuperius erit Judex iratus, ſubtus horrendus Chaos, a dextris peccata accuſantia, a ſiniſtris infinita dæmonia ad ſupplicium trahentia, intus urens conſcientia, foris mundus ardens, miser peccator ſic deprehenſus quo effugiet? Latere impoſſibile, apparere intolerabile. Si quæris, quis te accuſet? Dico quod totus mundus, quia offenſo Creatore, omnis creatura habet odio perditum. De hoc dictum eſt plenius *Prov.* 4. ſuper illud: Omni cuſtodia cuſtodi cor tuum. Sequitur.

al. † habenæ. — al. † habenæ. — al. † aſcendet. — al. † iniquitatis. — A — al. † magis.

a Ibunt directe emiſſiones fulgurum] iſtud ſimiliter exponit *Gloſſ.* de præſenti & de futuro. De præſenti ſic.

tos. *a* Ibunt directe *b* emiſſiones fulgurum, *c* & tanquam † a bene *d* curvato arcu nubium *e* exterminabuntur, *f* & ad certum locum inſilient. Et *g* a petroſa ira *h* plenæ mittentur grandines, & † *i* candeſcet in illos aqua maris, & *k* flumina concurrent duriter. *l* Contra illos ſtabit ſpiritus virtutis, & *m* tanquam turbo venti dividet eos, *n* & ad Eremum *o* perducet omnem terram † *p* iniquitas illorum, & *q* malignitas evertet ſedes potentium.

C A P. VI.

r MElior eſt ſapientia *ſ* quam vires, *t* & vir prudens † quam fortis.

a Ibunt directe] pro voto ductoris, vel auctoris, ad utilitatem electorum, vel ad damnationem reproborum. *b* Emiſſiones fulgurum,] ideſt, tonitrua prædicationum, vel coruſcationes miraculorum prædicantium, qui nubes dicuntur, quia coruſcant miraculis, tonant minis, & pluunt doctrinis. Et de his fulgoribus directe euntibus dicitur *Job* 38. Nunquid mittes fulgura, & ibunt, & revertentia dicent tibi, adſumus? *c* Et tanquam a bene curvato arcu nubium exterminabuntur] Metaphorice hic loquitur Philo, reſpiciens ad naturam arcus materialis, qui quanto plus curvatur, tanto violentius emittit ſagittam, & efficacius percutit: ſic arcus ſpiritualis, ideſt, Sacra Scriptura, quanto amplius curvatur manu poſita ad medium arcus, ideſt, ad moralia faciendum, tanto violentius, & efficacius percutit peccatores, & vulnerat ad ſalutem. Quidam dicunt habenæ, & exponunt pro dativo ſingulari, vel nominativo plurali. Alii dicunt, quod non debet eſſe habenæ, ſed habena, ablativi caſus, ſed quaſi omnes libri habent habenæ numeri pluralis. Et legitur ſic. *c* Ibunt emiſſiones fulgurum directe, & tanquam habenæ] ideſt, ac ſi regerentur habenis, & eſt ibi punctum. Et poſtea ſequitur. *d* Curvato arcu nubium,] ideſt, Sacra Scriptura, ad jaculandum fulgura prædicationis. *e* Exterminabuntur] adverſarii. *f* Et ad certum locum inſilient] adverſarii, ideſt, ad infernum. Vel ad certum locum inſilient emiſſiones fulgurum] quia certum eſt, quod prædicant ſancti, & ita eveniet, ut dicunt. Non enim poteſt eſſe confuſum, quod divina ſapientia eſt ordinatum. *g* Et a petroſa ira plenæ mittentur grandines,] ideſt, plenæ increpationes mittentur contra malos, hoc eſt ab ira Sanctorum, quæ eſt per zelum non per vitium; quæ petroſa dicitur. Quia ſicut petræ ſunt diverſarum qualitatum, & quantitatum, ita Sancti pro qualitate, & quantitate meritorum, dum malis prædicant. *i* Et candeſcet in illos aqua maris,] ideſt, doctrina, vel prædicatio ſumpta de amaritudine ſuppliciorum inferni, quæ comminatur, vel peccatorum quæ reprehendit. *k* Et flumina] ſcripturarum. [Concurrent] ideſt, ſimul venient in comminatione malorum, quia de novo, & veteri Teſtamento adducunt Prædicatores comminationes.

l Contra illos ſtabit, &c.] ideſt, fortis vindicta ultimi Judicii, quæ ſtare dicitur, quia nunquam deficiet.

m Et tanquam turbo venti, &c.] a juſtis, ſicut paleæ, ſeparantur a granis turbine venti. De hoc turbine dicitur *Nau.* 1. Dominus in tempeſtate, & turbine viæ ejus. Et *Iſa. ult.* Ecce Dominus in tempeſtate, & turbine veniet, & quaſi turbo quadriga ejus.

n Et ad eremum] æternæ deſolationis, ideſt, ad infernum.

o Perducet omnem terram,] ideſt, omnes terrenos, qui dicuntur terra propter unionem affectus ad ipſam.

p Iniquitas illorum] ideſt, merito iniquitatum ſuarum perducentur ad inferos omnes terreni.

q Et malignitas evertet, &c.] ideſt, erit cauſa everſionis eorum. Item de futuro exponitur ſic. *a* Ibunt directe emiſſiones fulgurum,] vel fulgurorum, Domino ad Judicium veniente. Juxta illud *Pſal* Ignis ante ipſum præcedet, & inflammabit in circuitu inimicos ejus. Bonos autem purgabit, ſi quid purgandum eſt in eis. Et hoc eſt, quod dicit *Interl.* Ibunt directe, ad utilitatem electorum, & damnationem reproborum. *c* Et tanquam habenæ curvato arcu nubium exterminabuntur] impii. Metaphorice loquitur hic auctor. Arcum nubium vocat hic iridem, quæ fit ex repercuſſione radiorum Solis & nubium. Habenas vocat illas lineas diverſorum colorum, quæ ſunt in iri ſive iride, quæ Sole irradiante facile diſſolvuntur, ita mali Domino apparente in judicio facile exterminabuntur, ideſt, extra terminos Sanctorum expellentur. Et hoc eſt ita [directe ibunt emiſſiones fulgurum] vel fulgurorum. Et tunc impii. *c* Tanquam habenæ,] ideſt, tanquam lineæ iridis. *e* Exterminabuntur] cum arcus nubium curvatur, ideſt, cum iris deprimitur Sole ſuperveniente. *f* Et ad certum locum inſilient] impii, ideſt, in inferno, qui paratus eſt diabolo, & angelis ejus, *Matth.* 25. *i* Et candeſcet in illos aqua maris] ideſt, armata tribulatio inferni. Et loquitur per ſimilitudinem ferri calidi, quod quando projicitur in aquam, facit ipſam candeſcere, & ſtridere, ita infernalis aqua ſtridebit, & candeſcet, quando impii projicientur in ſtagnum ſulphuris ardentis. Unde *Iſa.* 14. Infernus ſubter te conturbatus eſt in occurſum adventus tui, ideſt, Regis Babylonis, & exercitus ſui. *k* Et flumina] anguſtiarum. Concurrent duriter] contra malos. Tres afflictiones concurrent in quemlibet, dolor, pudor, & timor. Dolor de bonis omiſſis, pudor de malis commiſſis, timor de ſupplicio imminenti.

l Contra illos ſtabit ſpiritus virtutis,] ideſt ſententia Judicis. De quo ſpiritu dicitur *Iſa.* 11. Spiritu oris ejus interficiet impium.

m Et tanquam turbo venti dividet eos,] ideſt, impios a bonis. De qua diviſione magis dolebunt impii, quam de ipſa ſuſtinentia ſupplicii gehennalis, ut dicit *Auguſt.* De hac diviſione horrenda dicitur *Oſeæ* 13. Conſolatio abſcondita eſt oculis meis, quia ipſe inter fratres dividet: Et *Matth.* 25. Separabit eos ab invicem, ſicut paſtor ſegregat oves ab hædis, & ſtatuet eos quidem a dextris, hædos autem a ſiniſtris.

n Ad Eremum perducet omnem terram,] ideſt, omnes terrenos.

p Iniquitas illorum] non aliena. Unde *Iſa.* 50. Ambulate in lumine ignis veſtri, & in flammis, quas ſuccendiſtis, de manu mea factum eſt hoc vobis, ideſt, ipſa pœna, in doloribus dormietis. *q* Et malignitas evertet ſedes potentium,] ideſt, potentes de ſedibus dignitatum, quibus abuſi ſunt, ut ſunt doctores in docendo, Judices in judicando, reges in regendo. Et de omnibus iſtis dicit *Eccl.* 10. Sedes ſuperborum Ducum deſtruxit Dominus, & ſedere fecit mites pro eis.

Aux.

E X P O S I T I O   C A P. VI.

r MElior eſt, &c.] ſicut dicit *Rab.* in hoc capitulo monet Philo rectores Eccleſiæ, ut juſtitiam, & veritatem ſervent, & diſcrete intelligere ſeſtinent, quia accepta poteſtate a Deo, judices, & magiſtri facti ſunt fratrum ſuorum, ut judicent eos ſecundum æquitatem, & doceant regulam veræ fidei cum operibus bonis. Juxta illud 1. *Pet.* 3. Parati ſimiliter ad ſatiſfactionem omni poſcenti vos rationem de ea, quæ in vobis eſt, ſpe, & ipſi quoque judicium Dei expectant, qui nec fallit, nec fallitur, quia non ſolum opera, ſed etiam cogitationes & voluntates judicabit. Et quia ſapientia informatur judicium Rectorum ſive Prælatorum Eccleſiarum, ideo in principio laudat ſapientiam, dicens: *r* Melior eſt ſapientia] quæ ſic regit animam, & qua ſapiunt res prout ſunt. *ſ* Quam vires] corporis, quæ ſæpe præcipitant in peccatum.

t Et vir prudens] animo, eſt melior, quam fortis corpore, quaſi dicat, melior eſt ſapientia, & prudentia mentis, quam

Digitized by Google

quam fortitudo corporis, *Eccl. 9.* Melior eſt ſapientia, quam arma bellica. Et cum ita ſit.
a Audire ergo reges,] ideſt, rectores Eccleſiarum.
b Et intelligite] audita, quia audiens ſapiens ſapientior erit, & intelligens gubernacula poſſidebit, *Prov. 1.*

a Audite ergo Reges, *b* & intelligite, *c* diſcite judices finium terræ. *d* Præbete aures *e* vos qui continetis multitudines, & *f* placetis vobis in *g* turbis nationum, *h* quoniam data eſt a Domino poteſtas vobis, & *i* virtus ab *k* Altiſſimo, *l* qui interrogabit *m* opera veſtra, & *n* cogitationes ſcrutabitur, *o* quoniam cum eſſetis miniſtri Regni illius, *p* non recte judicaſtis, *q* neque cuſtodiſtis legem juſtitiæ, *r* neque ſecundum voluntatem Dei ambulaſtis. *ſ* Horrende & cito apparebit vobis, *t* quoniam judicium duriſſimum in his, qui præſunt, *u* fiet: *x* Exiguo *y* enim

c Diſcite Judices finium terræ,] ideſt, malorum, qui ſunt fines terræ ſanctæ, ideſt, Eccleſiæ, non intra ſumpti, ſed extra. Unde *Pſal.* In omnem terram exivit ſonus eorum, ideſt, in bonos, qui ſunt intra Eccleſiam, quæ eſt terra ſancta, & in fines orbis terræ verba eorum, ideſt, in malos, qui ſunt extra. Similiter accipitur *Proverb. 17.* Oculi ſtultorum in finibus terræ.
d Præbete aures] cordis,
Rom. 13. & corporis. Aures corporis ad audiendum, aures cordis ad intelligendum, & alteram ad obediendum. *Apoc. 2.* Qui habet aures audiendi, audiat quid ſpiritus dicat Eccleſiis. Et nota quod dicit præbere aures, non aurem. Item præbete, non vendite, in quo notatur perfecta attentio cum perfecta obedientia.
e Vos qui continetis multitudines] ſubditorum, accepta poteſtate a Deo. Nec dicit, qui regitis, vel cuſtoditis, vel docetis multitudines, ſed: [qui continetis] poteſtate dominantes, non charitate ſervientes. Unde ſequitur. *ſ* Et placetis vobis] non Deo, quia qui ſibi placet, Deo diſplicet, ut dicit *Aug.* *g* In turbis nationum,] ideſt, in multitudine ſubditorum, vel diſcipulorum, non in bonitate, vel ſanctitate eorum, *Eccl. 16.* Non jucundetis in filiis impiis ſi multiplicentur, nec oblecteris ſuper ipſos, ſi non eſt timor Dei in illis. De his dicit Dominus *Matth. 23.* Omnia opera ſua faciunt, ut videantur ab hominibus, dilatant enim phylacteria ſua, & magnificant fimbrias, amant autem primos recubitus in cœnis, & primas cathedras in ſynagogis, & ſalutationes in foro, & vocati ab hominibus Rabbi. Audire, inquam. *h* Quoniam data eſt a Domino poteſtas vobis] Judicandi in terra. *i* Et virtus] puniendi malitioſos reos, vel coercendi eos. *k* Ab Altiſſimo,] ideſt, a Deo, a quo omnis poteſtas, ſicut dicitur *Rom. 13.* Non eſt poteſtas niſi a Deo. Sed contra *2. Cor. 10.* Nam etſi amplius gloriatus fuero poteſtate noſtra, quam dedit nobis Dominus in ædificationem non in deſtructionem veſtram, non erubeſcam. Ibi dicit *Gloſſ.* Qui aliter agunt, non habent poteſtatem a Domino. Solutio, ideſt, uſum poteſtatis, qui malus eſt, nec eſt a Deo, ſed boni & poteſtatem, & uſum poteſtatis habent a Deo dante. Sed mali habent poteſtatem a Deo dante, ſicut dixit Dominus Pilato, *Joan. 19.* Non haberes poteſtatem adverſum me ullam, niſi tibi datum eſſet deſuper. Uſum vero a Deo habent permittente. Unde *Job 1.* ait Satan ad Deum: Extende manum tuam paululum, ideſt, relaxa me, & permitte uſum poteſtatis. *l* Qui interrogabit] In judicio vero, ubi nihil negari, vel abſcondi poterit. *m* Opera veſtra] quæ ferent teſtimonia contra vos: Opera enim illorum ſequuntur illos, *Apoc. 14.* *n* Et cogitationes ſcrutabitur] quod terribilius eſt, *Soph. 1.* Scrutabor Jeruſalem in lucernis, & viſitabo ſuper viros defixos in fæcibus ſuis. *o* Quoniam cum eſſetis miniſtri regni illius] ideſt, Eccleſiæ, non Domini, ut dicitur *1. Pet. 5.* Non ut dominantes in Cleris, filius enim hominis non venit miniſtrari, ſed miniſtrare, *Matth. 20.* *p* Non recte judicaſtis,] ideſt, non recto ordine: quia primo debuiſtis vos ipſos judicare, quam alios homines. Unde *Pſal. 6. & 57.* Si vere utique juſtitiam loquimini, recte judicate, filii hominum, ideſt, homines vos eſſe attendite, non Deos, vel Dominos. Unde *Auguſt.* ait: Apoſtolus loquens carnalibus, nonne homines eſtis, Deos facere volebat, quibus quod erant homines exprobrabat? *Prov. 18.* Juſtus prior accuſator eſt ſui. Et *Origenes*: Oportet unumquemque de ſua conſcientia judicare prius, & poſtea quam judicaverit † gratia condeſcendere. Si ita facerent Prælati, boni eſſent ſubditi, ſicut *al. † recte diſcernere.*
dicitur *Iſa. 16.* Cum feceris judicia tua in terra, juſtitiam diſcent omnes habitatores orbis. Item non recte judicaſtis, ideſt, non recta intentione, ſed curva, ideſt, ex avaritia. A minori quippe uſque ad maximum, & a Propheta uſque ad Sacerdotem omnes avaritiæ ſtudent, cuncti faciunt dolum. *Jer. 6.* Et quod hoc ſit verum patet, quia pauperes, & viduas nolunt judicare, quia pauper eſt cauſa eorum. Unde *Jer. 5.* Cauſam viduæ non judicaverunt, cauſam pupilli non direxerunt, & judicium pauperum non judicaverunt. *q* Neque cuſtodiſtis legem juſtitiæ] quæ in duobus conſiſtit, in non faciendo aliis, quod ſibi non vult fieri; & in faciendo aliis, quod ſibi ab aliis vellet fieri. De primo dicitur *Tob. 4.* Quod ab alio oderis tibi fieri, vide, ne tu aliquando alteri facias. De ſecundo dicitur *Matth. 7.* Omnia quæcumque vultis, ut vobis faciant homines, eadem & vos facite illis. Et quia Prælati non cuſtodiunt legem juſtitiæ, ideo nec ſubditi, ideo perit juſtitia. Unde conqueritur Dominus *Iſa. 59.* Converſum eſt retrorſum judicium, & juſtitia longe ſtetit, quia corruit in platea veritas, & æquitas non potuit ingredi, *Oſeæ 4.* Non eſt veritas, non eſt miſericordia, non eſt ſcientia Dei in terra. *r* Neque ſecundum voluntatem Dei ambulaſtis] de virtute in virtutem, vel de dignitate in dignitatem, ſed ſecundum propriam cupiditatem, *Oſeæ 8.* Ipſi regnaverunt, & non ex me, principes extiterunt, & non cognovi. Ideo dicit *Eccl. 5.* Non ſequaris in fortitudine tua concupiſcentiam cordis tui. Et ideo. *ſ* Horrende, & cito apparebit vobis] Dominus. Unde *Apoc. 2.* Age pœnitentiam, ſi quo minus veniam tibi cito. Et *Jac. 5.* Ecce Judex ante januam aſſiſtit. *Soph. 1.* Juxta eſt dies Domini magnus, juxta & velox nimis. Verum eſt malis. Sed bonis, qui habent mortem in deſiderio, & vitam in patientia, tardat nimis [Horrende] dicit, quia terribilis eſt malis, & apparebit Dominus intantum, ut ſolo viſu ejus terreantur incomparabiliter: ſicut legitur *Apoc. 6.* Dicent montibus, & petris, cadite ſuper nos, & abſcondite nos a facie ſedentis ſuper thronum. *Malach. 3.* Ecce venit Deus Dominus exercituum, & quis poterit cogitare diem adventus ejus, aut quis ſtabit ad videndum eum? Ideo dicit Apoſtolus *Hebr. 10.* Terribilis quidem eſt expectatio judicii, & ignis æmulatio, quæ conſumptura eſt adverſarios. Et poſtea ſubdit: Horrendum eſt incidere in manus Dei viventis. Et quare? *t* Quoniam judicium duriſſimum in his, qui præſunt,] & non proſunt. *u* Fiet] a domino. Potentes enim magis, & gravius punientur, ſi mali fuerint, quia cui plus committitur, plus ab eo exigitur, *Luc. 7.* Item *in eod. 12.* Servus qui cognovit voluntatem domini ſui, & non fecerit voluntatem ejus, vapulabit multis. Ideo valde timendum eſt, & horrendum prælationem accipere, ſed deteſtabiliſſimum eſt ambire. Unde cum ait *Jac. 3.* Nolite plures magiſtri fieri fratres mei, ſcientes quod majus judicium ſumitis, ſubdit: In multis enim offendimus omnes, *Eccl. 7.* Noli quærere fieri Judex: Quia pro omnibus peccatis ſubditorum reſpondebit Prælatus. Unde *Num. 25.* legitur: Initiatus eſt Iſrael Beelphegor, & iratus eſt Dominus ad Moyſen, & dixit: Tolle cunctos Principes populi, & ſuſpende illos contra Solem in patibulis. Ubi dicit *Greg.* Hæc ſi homines attenderent, prælationes non ambirent: Superlativo utitur Philo, dicens: Duriſſimum judicium fiet in his, qui præſunt, quia malis Prælatis fiet judicium durum, durius, duriſſimum, quia male rexerunt. Unde de illis fiet quæſtio in die Judicii, quomodo intraſti? quomodo rexiſti? quomodo vixiſti? De prima dicitur *Matth. 22.* Quomodo huc intraſti non habens veſtem nuptialem? De ſecunda dicit *Iſa. 22.* Quid tu hic facis, dicit *Gloſſ.* aut quaſi quis hic, quia excidiſti tibi hic ſepulchrum. De tertia dicitur *Jer. 13.* Ubi eſt grex, qui datus eſt tibi, pecus inclytum tuum? Et ne crederet aliquis, quod Dominus quæreret de grege ovium, vel caprarum, vel hujuſmodi, dicit *Ezech. 34.* Vos autem greges mei, greges paſcuæ meæ homines eſtis, & ego Dominus veſter. Has quæſtiones ſimul habemus *Judic. 18.* Ubi dixerunt filii Dan ſacerdoti Michæ: Quis te huc adduxit? Quid hic facis? quam ob cauſam huc venire voluiſti? *x* Exiguo enim, &c.] quaſi dicat: Ita fiet judicium duriſſimum in his, qui præſunt. *y* Enim] pro ſed. *x* Exiguo] ideſt, humili. Vel. Exiguo, ideſt, ei, qui per ignorantiam, aut fragilitatem, aut neceſſitatem peccavit, & humili pœnitentia poſtea delevit.

a Con-

a conceditur miſericordia: *b* potentes autem *c* potenter tormenta patientur. *d* Non enim ſubtrahet *e* perſonam cujuſquam Dominus, † qui eſt omnium dominator, *f* nec verebitur magnitudinem cujuſquam, *g* quoniam puſillum, & magnum ipſe fecit, & *h* æqualiter cura eſt illi de omnibus.

i Fortioribus autem fortior inſtat cruciatio. Ad *k* vos ergo reges *l* ſunt hi ſermones mei, ut *m* diſcatis ſapientiam, & non *n* excidatis.

o Qui enim cuſtodierint juſtitiam, *p* juſte judicabuntur, *q* & qui didicerint iſta, *r* invenient, quid reſpondeant.

ſ Concupiſcite ergo ſermones meos, *t* & diligite illos, & *u* habebitis diſciplinam.

x Clara eſt, & quæ nunquam marceſcet ſapientia, & *y* facile videtur ab his, qui diligunt eam, & *z* invenitur ab his, qui quærunt illam.

a Præoccupat qui ſe concupiſcunt, ut illis ſe prior oſtendat.

b Qui de luce vigilaverit ad illam, *c* non laborabit.

al. † non habet: qui eſt omnium dominator.

a Conceditur miſericordia,] ideſt, remiſſio peccatorum, quæ dicitur miſericordia ſpecioſa.

Secunda miſericordia eſt collatio donorum ſpiritualium, quæ dicitur miſericordia ſpecioſa.

B Tertia eſt collatio cœleſtium bonorum, quæ dicitur miſericordia precioſa. *b* Potentes autem] in malo. *c* Potentes tormenta patientur] Quanto enim quis potentior fuit in iniquitate, tanto fortiora tormenta patietur gehennæ. Unde *Apoc.* 18. Quantum glorificavit ſe, & in deliciis fuit, tantum date ei tormentum, & luctum. Ideo dicit *Iſa.* 5. Væ qui potentes eſtis ad bibendum vinum, & viri fortes ad miſcendam ebrietatem. Et vere potenter, ideſt, graviter punientur. *d* Non enim ſubtrahet] a tormento quantumcumque fuerit magnus; vel a miſericordia, quantumcumque deſpectus fuerit. *e* Perſonam cujuſquam Dominus, qui eſt omnium Dominator,] non enim acceptor eſt perſonarum Deus, *Act.* 10. ſed æqualiter judicat omnes, unumquemque ſecundum opera ſua. *f* Nec verebitur magnitudinem cujuſquam] ſive ſit magnitudo potentiæ, ſive ſcientiæ, ſive ſapientiæ, nobilitatis, ſive divitiarum. *g* Quoniam puſillum, & magnum ipſe fecit] cum non eſſent. *h* Et æqualiter cura eſt illi de omnibus] ut æqualiter reddat cuilibet ſecundum opera ſua, ſive magnus, ſive parvus fuerit. Unde *Iſa.* 24 Et erit ſicut populus, ſic Sacerdos: & ſicut ſervus, ſic Dominus ejus: & ſicut ancilla, ſic Domina ejus: ſicut emens, ſic ille qui vendit: ſicut fœnerator, ſic ille qui mutuum accipit: ſicut qui repetit, ſic ille qui debet. Ubi dicit *Gloſſ.* Nulla diverſitas malorum inter nobilem, & ignobilem, ſacerdotem & laicum, ſervum, & dominum. Omnes enim ex æquo ſtabunt ante tribunal Chriſti, 2. *Cor.* 5. Nec erit acceptio perſonarum apud Deum, *Act.* 10. Parvus & magnus ibi ſunt, & ſervus liber a domino ſuo. *f* Fortioribus autem fortior inſtat cruciatio] ideſt, qui fortius peccaverunt, fortius punientur. Et bene dicit [Inſtat] quia infernus ſequitur peccatores. Unde *Apoc.* 6. Ecce equus pallidus, & qui ſedebat ſuper eum, nomen illi mors, & infernus ſequebatur eum. *k* Ad vos ergo Reges, &c.] Increpata duritia potentum, & oſtenſa quantum periculum illis immineat, convertit exhortationem ſuam auctor ad Prælatos Eccleſiæ, ſapientiam nimis extollens præconiis, ut ſic ad ejus ſtudium eos valeat provocare. Et vocat eos Reges, vel quia ſe & alios regere deberent ex officio, vel ſubſannatione, quia ſic ſe in regimine tenuerunt, non tanquam eis ſit creditum miniſterium, ſed traditum regnum, vel Imperium. Dicit ergo. *k* Ad vos ergo reges,] ideſt, o rectores Eccleſiarum, vel quicumque, quibus animarum commiſſum eſt regimen. *l* Sunt hi ſermones mei] qui dicti ſunt, & qui ſequuntur. *m* Ut diſcatis ſapientiam] non mundanam, quæ inflat, ſed divinam, quæ ædificat, qua ſapiunt res, prout ſunt. *n* Et] ſic habita ſapientia non excidatis a gratia in peccatum, de peccato in infernum. Dico ut diſcatis ſapientiam. *o* Qui enim cuſtodierint juſtitiam] quæ locum facit ſapientiæ, ſicut dictum eſt in principio. *p* Juſte judicabuntur] ideſt, præmium ſuæ juſtitiæ accipient. In quo enim judicio judicaveritis, judicabimini, in qua menſura menſi fueritis, remetietur vobis, *Matt.* 7. *q* Et qui didicerint iſta, non ſolum per auditum, ſed etiam per experimentum, ideſt, rectam fidem, & opera, quæ addiſcuntur, non ſolum audiendo, ſed etiam faciendo. *r* Invenient quid reſpondeant] in Judicio, quia fides, & opera ferent eis teſtimonium veritatis. Unde *Job* 31. Quis mihi tribuat auditorem, ut deſiderium meum audiat omnipotens Deus, & librum ſcribat ipſe qui judicat, ut in humero meo portem illum, & circumdem illum, quaſi coronam? per ſingulos gradus meos pronunciabo eum, quaſi principi offeram illum, ut pro me ferat teſtimonium. Et *Abac.* 2. Contemplabor, ut videam quid dicatur mihi, & quid reſpondeam ad arguentem me. Et hoc monet *Eccl.* 18. Ante languorem adhibe medicinam, & ante judicium interroga teipſum. Et cum ita ſit. *ſ* Concupiſcite ergo ſermones meos,] ideſt, cum omni concupiſcentia audite & inveſtigate. *t* Et diligite illum,] ideſt, exhibitione operum diligere vos oſtendite. Exhibitio enim operis, probatio eſt dilectionis, ut dicit *Gregor.* ſic dilexit ſermones Domini David, *Pſalm.* 118. qui dicebat: Dilexi mandata tua ſuper aurum, & topazion. Et ſimiliter *Jerem.* 15. Inventi ſunt ſermones tui, & comedi eos, & factum eſt verbum tuum in gaudium mihi, & in lætitiam cordis mei. Gaudium & lætitiam dicit, propter duo, quæ promittit ſacra Scriptura facientibus illam, liberatio pœnæ, collatio veniæ, *Pſal.* 118. Pax multa diligentibus legem tuam, Domine, & non eſt illis ſcandalum.

u Et habebitis diſciplinam,] ideſt, ordinatam morum correctionem, quaſi dicat, ſi diligitis ſapientiam, ſervabitis in moribus diſciplinam. Non enim amat ſapientiam, qui non ſervat diſciplinam, dicit Rabanus. Unde *Joan.* 14 Si quis diligit me, ſermonem meum ſervabit. Sed poſſet aliquis quærere, quæ eſt ſapientia, quam monet diſcere, & amare, numquid terrena vel animalis, ſive diabolica? *Jac.* 3. Non dicit, Philo, ſed *x* Clara eſt, & quæ nunquam marceſcet ſapientia] Ab effectu, ideſt, claros facit, & non marceſcibiles, participes ſui, & hoc verum eſt, ſive de ſapientia creata, ſive increata intelligatur. De utraque enim dicitur *Prov.* 3. Lignum vitæ eſt his qui apprehenderint eam. Hoc eſt lignum, de quo *Ezech.* 47. Non defluet ex eo folium, & non deficiet fructus ejus, per ſingulos menſes afferet primitiva, quia aquæ ejus de ſanctuario egredientur, & erunt fructus ejus in cibum, & folia ad medicinam.

y Et facile videtur ab his qui diligunt eam.] Omnia enim facilia ſunt amanti. Et quanto quis amplius diligit ſapientiam, tanto citius, & facilius videt eam.

Sicut enim verum eſt quod in malevolam animam non intrat ſapientia, ita verum eſt quod benevolo ſe infundit. Unde *Proverb.* 8. Ego diligentes me diligo, & qui mane vigilaverint ad me, invenient me. Nec ſolum videtur ſapientia, imo

z Et invenitur ab his, qui quærunt illam,] ubi debent, quomodo debent, quando debent. Ubi debent quærere? In pœnitentia, quia non invenitur in terra ſuaviter viventium, dicit *Job* 28. Reſtat ergo quod inveniatur in terra aſpere viventium, ideſt, in pœnitentia. Sic invenit eam Daniel per tres pueros, qui tantum panem, & legumina comedebant, contempto cibo regio.

De quibus dicitur *Dan.* 1. Porro Malaſar tollebat cibaria, & vinum potus eorum, dabatque eis legumina; pueris autem dedit Deus ſcientiam, & diſciplinam in omni libro, & ſapientiam, Danieli autem intelligentiam omnium viſionum, & ſomniorum. Quomodo debet quæri? Humiliter, quia ſuperbis Deus reſiſtit; humilibus autem dat gratiam, *Jac. c.* 4. Quando debet quæri? Cito, quia qui mane vigilaverint ad me, invenient me, *Prov.* 8. Et *Eccl.* 6. Fili a juventute tua excipe doctrinam, & uſque ad canos invenies ſapientiam.

a Præoccupat qui ſe concupiſcunt, ut illis ſe prior oſtendat,] quam inveniatur proprio ſtudio. Unde dicit *Bern.* Quæri poteſt Chriſtus, & inveniri, non tamen præveniri.

b Qui de luce vigilaverit] venit ad illam, ideſt, propter illam habendam.

c Non laborabit] in vacuum, quia cito inveniet eam, *Eccl.* 6. In opere illius exiguum laborabis, & cito edes de generationibus illius. Duobus autem modis dicitur quis de luce vigilare. Primo, in ortu lucentis fidei, ſecundum quod

dicit

dicit *Gloſſ.* de hoc dicit *Pſal.* 62. Deus Deus meus, ad te de luce vigilo. Secundo modo de luce vigilare, eſt in pueritia ſapientiæ ſtudere. Illa enim ætas capax eſt ſapientiæ Dei. Cum enim anima imbuta eſt fæcibus ſæculi, multum eſt ei laborandum antequam ſapientiam percipere valeat. Unde *Auguſt.* reprehendit ſe *in libro confeſſionum*, dicens, quod nimis intentus aliis negotiis tarde veniat ad ſapientiam Dei, dicens: Non erant alia, in quibus exerceretur ingenium meum, niſi laudes tuæ, Deus meus, laudes tuæ ſuſpenderunt palmites cordis mei. Imbuti enim diu aliis factis, aut faſtiditi reſipiunt, vel conſumpti cito deficiunt. Utroque modo qui de luce vigilaverit ad illam, non laborabit] diu, vel in vacuum.

al. † prudentia.

a aſſidentem enim illam ſuribus ſuis inveniet. *b* Cogitare ergo de illa, *c* ſenſus eſt conſummatus, *d* & qui vigilaverit *e* propter illam, *f* cito erit ſecurus. *g* Quoniam dignos ſe *h* ipſa circuit *i* quærens, *k* & in viis ſuis *l* oſtendet ſe illis hilariter, *m* & in omni † providentia occurret illis. *n* Initium enim illius *o* veriſſima eſt diſciplinæ concupiſcentia. *p* Cura ergo diſciplinæ, *q* dilectio eſt, *r* & dilectio cuſtodia legum illius eſt: *ſ* Cuſtoditio autem legum, conſummatio incorruptionis eſt, *t* incorruptio autem *u* facit eſſe proximum Deo. *x* Concupiſcentia itaque ſapientiæ deducet ad regnum perpetuum. Si *y* ergo *z* delectamini † ſedibus, & *a* ſceptris, *b* o reges populi, *c* diligite ſapientiam, ut in *d* perpetuum regnetis. *e* Diligite lumen ſapientiæ, *f* omnes qui

a Aſſidentem] vel [Aſſiſtentem enim illam foribus ſuis inveniet,] Et ſemper paratam auxiliari, & pulſantem, ut intret. Unde *Apocal.* 3. Ego ſto ad oſtium liberi arbitrii, & pulſo, ſi quis aperuerit mihi, introibo ad eum, & cœnabo cum illo, & ipſe mecum. Fores animæ per quas intrat, & quibus aſſidet, ſunt amor & timor, de quibus dicit Auguſtinus: Quicumque temporale timet, vel cupit, portas cordis Diabolo aperit, & Deo claudit, qui vero ſola æterna cupit, & timet, portas cordis Deo aperit, & Diabolo claudit. Aperite ergo portas Principes veſtras, & introibit Rex gloriæ. Quomodo aperies, ut nihil timeas, vel copias temporale, *Prov.* 8. dicit ſapientia: Qui vigilat ad fores meas quotidie, inveniet me, & qui invenerit me, inveniet vitam. Ibi innuitur quod vigilare debemus ad fores ſapientiæ, hic dicitur quod ſapientia aſſidet foribus noſtris. Utrumque verum eſt. Ad fores ſapientiæ vigilare debemus, ideſt, ad doctores, quos vigilanter debemus imitari, qui dicuntur fores ſapientiæ, quia per eos intratur ad ſapientiam. Sapientia autem aſſidet foribus noſtris, ut radius ſolis ad feneſtram clauſam, quæ ſi aperiatur, ſtatim radius intrat. Aſſidet enim quaſi cuſtos, ne Diabolus intret per portas noſtras. Unde *Pſal.* 126. Niſi Dominus cuſtodierit civitatem, fruſtra vigilat qui cuſtodit eam. Ecce tres cauſas poſuit Philo, quare ſapientia diligenda eſt, quia clara eſt, quia facile invenitur, quia præoccupat ſe quærentes. Et cum ita ſit. *b* Cogitare ergo de illa] habenda. *c* Senſus eſt conſummatus,] ideſt, perfectus, ideſt, qui ſtudet ſapientiæ, ut ſecundum normam diſciplinæ ejus vivat, jam ſapiens eſt.

al. † ſenſibus, & ſtemmatibus.

d Et qui vigilaverit] intentione mentis.

e Propter illam] habendam, vel habitam cuſtodiendam.

f Cito erit ſecurus,] quia ejus adeptio vera ſecuritas eſt, quia ſapientia facit eſſe ſine cura, & ſollicitudine. Quare.

g Quoniam dignos ſe,] ideſt, mundos corde.

h Ipſa circuit,] ideſt, undique munit, ne in aliqua parte pateat ingreſſus hoſti.

i Quærens] illos.

k Et in viis ſuis,] ideſt, præceptis ſapientiæ.

l Oſtendet ſe illis hilariter] ideſt, qui hilariter implet præcepta ſapientiæ, videat eam. Unde *Pſal.* 110. Intellectus bonus omnibus facientibus eum. Ecce præcepta ſunt vitæ, per quas venitur ad ſapientiam. Sed conſilia ſunt ſemitæ, per quas venitur ad illam compendioſius. Et de his dicitur *Prov.* 3. Viæ ejus, viæ pulchræ, & ſemitæ ejus pacificæ, *eod.* 4. Viam ſapientiæ monſtrabo tibi, & ducam te per ſemitas æquitatis, quas cum ingreſſus fueris, non arctabuntur greſſus tui, & currens non habebis offendiculum.

m Et in omni providentia] ſive prudentia occurret illis, quaſi adjutrix. Hoc eſt, ſapientia in occurſu ſuo dabit providentiam de futuris, quæ multum ad cuſtodiendam ſapientiam valet. *n* initium enim illius] quaſi dicat, vere ſapientia præoccupat eos, qui ſe concupiſcunt, quia, initium illius, ideſt, ſapientiæ. *o* Veriſſima eſt diſciplinæ concupiſcentia,] ideſt, qui veriſſime concupiſcit habere ſapientiam, jam habet initium. Unde Seneca: Pars ſanitatis, velle ſanari. Sive veriſſima concupiſcentia dicit, propter eos pigros, qui tepide concupiſcunt, qui vellent habere ſapientiam, ſed nolunt laborare, ut habeant. Unde *Prov.* 13. Vult, & non vult piger, anima autem impinguabitur operantium. Item propter curioſos, qui multum laborant, ſed magis ad apparentiam, quam propter ſapientiam. De quibus dicitur 2. *Tim.* 3. Semper diſcentes, & nunquam ad ſcientiam veritatis pervenientes. Item propter cupidos, qui non ſapientiam, ſed lucrum temporale in ſapientia concupiſcunt. Propter quos dicitur *Prov.* 3. Melior eſt acquiſitio ejus negotiatione auri, & argenti. Nullus ergo iſtorum veriſſime concupiſcit ſapientiam, ſed qui ferventer, & pie, & pure quærit eam, ille veriſſime concupiſcit.

p Cura ergo diſciplinæ,] ideſt, concupiſcentia diſciplinæ.

q Dilectio eſt,] Bene ſequitur. Sed mediam propoſitionem prætermittit Philo quaſi notam, ſcilicet quod dilectio eſt initium ſapientiæ. Juxta illud *Eccl.* 6. Si dilexeris audire, ſapiens eris. Eſt ergo talis ſyllogiſmus. Initium ſapientiæ eſt dilectio: ſed concupiſcentia, ſive cura diſciplinæ eſt initium ſapientiæ; ergo cura diſciplinæ eſt dilectio. *r* Et dilectio cuſtodia legum illius eſt,] Unde *Rom.* 13. Plenitudo legis eſt dilectio. Quod in Apoſtolo vocatur plenitudo, hic dicitur cuſtodia.

ſ Cuſtoditio autem legum conſummatio incorruptionis eſt,] ideſt, ad incorruptionem immortalitatis perducit. Unde *Eccl* 8. Qui cuſtodit præceptum, non experietur quicquam mali.

t Incorruptio autem] immortalitatis.

u Facit eſſe proximum Deo,] ideſt, ſimilem. Unde 1. *Joan.* 3. Scimus quoniam cum apparuerit, ſimiles ei erimus.

x Concupiſcentia itaque ſapientiæ, deducet ad regnum perpetuum] quod eſt in cognitione divinitatis, ut dicit *Gloſſ.* Unde *Joan.* 17. Hæc eſt vita æterna, ut cognoſcant te ſolum verum Deum, & quem miſiſti Jeſum Chriſtum. Et nota quod ſecundum debitam deductionem, aut conſtructionem, deberet concludere ita. Dilectio ſapientiæ, deducet ad regnum, ſed idem eſt dilectio ſapientiæ, quod concupiſcentia ſapientiæ: Ecce quam utilis, & quam neceſſaria eſt concupiſcentia ſapientiæ, quæ ducit ad regnum. Sed quomodo habere poſſit concupiſcentia ſapientiæ, non docet Philo. Sed *Eccl.* 6. docetur hoc, ubi dicitur: Cogitatum tuum habe in præceptis Dei, & in mandatis illius maxime aſſiduus eſto, & ipſe dabit tibi cor, & concupiſcentia ſapientiæ dabitur tibi. *y* Si ergo] quaſi dicat, quia ſapientia confert regnum perpetuum. Ergo ſi *z* Delectamini ſedibus,] ideſt, cathedris Doctorum, vel Prælatorum, vel tribunalibus Judicum, ideſt, ſi appetitis, vel delectat vos eſſe Prælatos; vel Doctores, vel Judices.

a Et] ſi delectamini ſceptris regalibus.

b O reges populi,] ideſt, qui regitis, vel præeſtis populis.

c Diligite ſapientiam, ut in perpetuum regnetis,] ideſt, ſi appetitis regnare temporaliter, diligite ſapientiam, ut regnetis æternaliter. Alia litera habet.

y Si ergo delectamini ſenſibus, & ſtemmatibus] ideſt, in ſapientia mundana, & nobilitate generis.

b O reges populi,] ideſt, o rectores, & doctores, & Judices Eccleſiæ. *c* Diligite ſapientiam] veram.

d Ut in perpetuum regnetis.] In cœlo cum Domino.

e Diligite lumen ſapientiæ,] ideſt, ſapientiam illuminantem, vel elucidationem ſapientiæ. *f* Omnes qui præeſtis populis,] ideſt, omnes Prælati Eccleſiarum. Utrumque neceſſarium eſt Prælatis, ut diligant ſapientiam ad habendum, & ut diligant lumen ſapientiæ ad prædicandum. De his duobus dicitur *Eccl.* 24. Qui operantur in me non peccabunt, & qui elucidant me, vitam æternam habebunt, dicit ſapientia. Et poſſent rectores reſpondere Philoni. Tu mones omnes diligere ſapientiam, & vigilare ad ipſam, neſci-

ſcimus, quid ipſa, vel unde ſit: & ideo dicit ipſe.
a Quid eſt autem ſapientia,] ideſt, quæ & qualis.
b Et quemadmodum facta ſit] vel generata, vel creata referam. Vel ſic.
a Quid eſt ſapientia,] ideſt, quam utilis.
b Et quemadmodum facta] ideſt, qualiter opera ſapientiæ fiant.
c Referam, & non abſcondam a vobis ſacramenta Dei,] ideſt, ſacra myſteria, quæ aliquando, vel aliquibus ſunt abſcondenda, ſicut dicitur *Tob.* 12. Sacramentum Regis abſcondere bonum eſt; opera autem Dei revelare, & confiteri aliquibus, & aliquando ſunt revelanda, ſicut dicitur hic: Quando vero, & quibus abſcondenda, & quando, & quibus revelanda ſunt, invenies ſuper illud *Proverb.* 25. Gloria Dei eſt celare verbum, & gloria regum inveſtigare ſermonem.

præſtis populis. *a* Quid eſt autem ſapientia, & *b* quemadmodum facta ſit, *c* referam & *d* non abſcondam a vobis ſacramenta Dei, ſed *e* ab initio nativitatis *f* inveſtigabo, *g* & ponam in lucem *h* ſcientiam illius, *i* & non præteribo veritatem, k neque cum invidia *l* tabeſcente *m* iter habebo, *n* quoniam talis homo *o* non erit particeps ſapientiæ. *p* Multitudo *q* autem ſapientium, *r* ſanitas eſt orbis terrarum, & *ſ* rex ſapiens *t* populi ſtabilimentum eſt.

d Non abſcondam,] inquam [ſacramenta Dei, ſed ab initio nativitatis,] hominis, non ſapientiæ.
f Inveſtigabo] ſapientiam, quid ſit, & quemadmodum facta ſit. Et ideo Philo deſcribit originem hominis, ut unuſquiſque ſciat quid ex Dei munere ſit, & quid ex ſua origine, & ſic optime inveſtigabit ſapientiam: homo enim ex ſe nihil eſt, qui autem aliquid eſt, ex Dei munere eſt. Unde *Iſa.* 40. Omnes gentes quaſi non ſint, ſic ſunt coram Deo, & quaſi nihilum, & inane reputatæ ſunt ei. Ubi dicit *B. Bern.* Sic Domine ſecundum judicium veritatis tuæ, ſed non ſic in affectu pietatis tuæ. Vel. *e* Ab initio nativitatis] illius de Virgine.
f Inveſtigabo] quare natus, & quare paſſus.
g Et ponam in lucem,] ideſt, in evidenti.
h Scientiam illius,] ideſt, ſapientiæ, ideſt, faciam ſapientiam cognoſci, ideſt, Chriſtum, vel ſapientiam creatam, quæ magis ſenſu experientiæ, quam verborum relatione cognoſcitur.
i Et non præteribo veritatem] quia aperte, & integre, & diſcrete dicam.
k Neque cum invidia tabeſcente,] ideſt, tabeſcere faciente. Juxta illud *Proverb.* 14. Putredo oſſium invidia.
m Iter habebo] ideſt, ſine invidia communicabo ſcientiam, nec aliis invidebo ſapientiam, & doctrinam. Sicut Moyſes, *Num.* 11. Quid inquit, æmularis pro me, quis tribuet, ut omnis populus prophetet, & det eis Dominus ſpiritum ſuum? Vel ſic.
k Neque cum invidia] ideſt, non cum invido.
l Tabeſcente iter habebo, ideſt, non ero familiaris invido, nec communicabo ei ſcientiam. Unde *Prov.* 3. Ne æmuleris hominem injuſtum, nec imiteris vias ejus. Item *Prov.* 23 Non comedas cum homine invido, nec deſideres de cibis ejus.
o Non erit particeps ſapientiæ] & ideo non eſt ei communicanda, nec ego etiam particeps eſſem ſapientiæ, ſi aliis inviderem. De hoc dicitur *Prov.* 23. Ne loquaris in auribus inſipientium, quia deſpicient doctrinam eloquii tui. Quare autem invidus non eſt particeps ſapientiæ, triplex eſt ratio. Prima, quia in malevolam animam non intrat ſapientia, *ſup.* 1. Unde *Eccl.* 15. Homines ſtulti non apprehendent eam, longe enim abeſt a ſuperbia eorum, & dolo. Secunda eſt, quam ponit *Raban.* quia per invidiam intravit mors in orbem terrarum, *ſup.* 2. & per ſapientiam liberatur ab ea genus humanum. Tertia eſt, quia invidia deſtruit fundamentum, in quo fundata eſt ſapientia, ideſt, virtutes animæ. Unde *Prov.* 14. Putredo oſſium invidia.

Invidus non eſt particeps ſapientiæ.

p Multitudo autem ſapientium] Quaſi bonum eſt participare ſapientiam. *q* Autem,] ideſt, quia.
p Multitudo ſapientium ſanitas eſt orbis terrarum] Ad litteram. Unde *Prov. c.* 24. Cum diſpoſitione itur ad bellum, & erit ſalus ubi multa conſilia.

Myſtice, ſecundum *Rabanum*.
p Multitudo ſapientium] ideſt, cœtus prædicatorum.
r Sanitas eſt orbis terrarum,] ideſt, cauſa coadjuvans ſanitatis ſpiritualis, quia per eorum doctrinam ad fidem converſus, *Prov.* 11. Ubi non eſt gubernator, populus corruet, ſalus autem ubi multa conſilia.
ſ Et rex ſapiens populi] ideſt, Chriſtus, vel quilibet bonus rector.
t Populi ſtabilimentum eſt.] *Eccl.* 10. Judex ſapiens judicabit populum ſuum, & principatus ſenſati ſtabilis erit.

A

CAP. VII.

u ERgo accipite diſciplinam per ſermones meos, & *x* proderit vobis. Sum *y* quidem & ego mortalis homo, *z* ſimilis † omnibus, & *a* ex genere † terreni illius, qui *b* prior factus eſt, & in *c* ventre matris *d* figuratus ſum caro:

al. † hominibus. al. † terrenorum.

EXPOSITIO

CAP. VII.

ERgo accipite. Septimum eſt capitulum, in quo Philo originem humanæ conditionis deſcribit, ut ſciat homo, quid ex carnis origine, & quid ex Dei munere habeat, ponens ſe in exemplum, ut nemo de adipiſcenda ſapientia deſperet, cum ipſe qui ſimilis conditionis eſt, ut alii homines, tantam adeptus fuerit ſapientiam. Similiter facit Salomon in *Prov.* 4. ubi dicit: Legem meam ne derelinquas: nam & ego fui filius Patris mei tenellus, &c. Et dicit *Rabanus*, quod in perſona ſapientiæ, ideſt, Chriſti loquitur Philo, & quod de ſe dicit, de Chriſto intelligit. Dicit ergo ita] Quid eſt ſapientia, & quemadmodum facta ſit referam, & non abſcondam ſacramenta Dei, ſed ab initio nativitatis inveſtigabo, & ponam in lucem ſcientiam illius &c. *u* Ergo accipite diſciplinam per ſermones meos,] ideſt, ſuſcipite, & acceptam habete.
x Et proderit vobis.] Aliter enim parum prodeſſet, niſi accepta ſit doctrina magiſtri. Doctrina enim nunquam accepta erit, niſi vita doctoris prius accepta fuerit. Unde *Greg. ſuper Ezech.* Sermo dulcedinem non habet, quem vita reprobata intra conſcientiam remordet.

Item qui verbum Dei loquitur, prius ſtudeat qualiter vivat, & poſtea colligat, quid & qualia doceat. Item *ibid.* Ad hoc, ut ſervetur veritas prædicandi, teneatur neceſſe eſt altitudo vivendi.
y Sum quidem & ego mortalis homo ſimilis hominibus,] dicit Philo, vel ſapientia per Philonem. Unde dicit *Interl.* Formatum pro ſe inducit loquentem, forma ſapientem. Forma enim antonomaſtice dicitur ſapientia, & ſapiens formatus.
a Et ea genere terræ] Vel [terreni illius] alia littera.
b Qui prior factus eſt.] Vel [fictus] alia littera, ideſt, Adæ.
c Et in ventre matris figuratus ſum caro] quantum ad corpus.

Δ Decem menſium tempore

Θ Myſtice, vel Moraliter. In perſona cujuslibet ſapientis.

Myſtice, vel Moraliter.

y Sum quidem & ego mortalis homo,] ideſt, potens mori in anima per peccatum: Caro enim concupiſcit adverſus ſpiritum, ut dejiciat in peccatum. *Galat. cap.* 5. In hoc reprimitur ſuperbia, & præſumptio quorumdam, qui nimis de ſe præſumunt, quaſi peccare non poſſint.
z Similis hominibus:] In hoc reprehenditur ſingularitas hypocritarum, qui dicunt cum Phariſæo: Deus, gratias tibi ago, quia non ſum, ſicut ceteri hominum. *Luc. cap.* 18. In hoc etiam reprimitur, vel reprehenditur elatio ſuperborum Prælatorum, quorum quidam non ſe homines putant, ſed ſupra homines, parum citra Deum. Quibus dicitur *Eccl. cap.* 32. Rectorem te poſuerunt, &c.
a Ex genere terreni illius] notabilis, ideſt, Chriſti.
b Qui prior factus eſt, &c.] De terra, ideſt, de beata Virgine: nam Dominus dedit benignitatem, & terra noſtra dabit fructus ſuos, *Pſalm.* 82. Et ita, Verbum caro factum eſt, & habitavit in nobis. Prior dicit, non tempore, ſed dignitate. Unde *Joan. capit.* 1. Hic eſt, de quo dixi, qui poſt me venturus eſt, ante me factus eſt, quia prior me erat.
c Et in ventre matris,] ideſt, Eccleſiæ.
d Figuratus ſum caro] per gratiam baptiſmalem: ibi enim

* prædicatores

> *a* decem menſium tempore *b* coagulatus ſum in ſanguine, *c* ex ſemine hominis, & *d* delectamento † ſomni convenientis. *e* Et ego natus *f* accepi communem aerem, *g* & ſimiliter *h* decidi in terram factam, *i* & primam vocem ſimilem omnibus k emiſi plorans. In *l* involumentis *m* nutritus ſum, & curis magnis: *n* Nemo enim ex regibus aliud habuit nativitatis initium,

▲ *a* Decem menſium tempore coagulatus ſum in ſanguine] matris, ſcilicet:
c Et ſemine hominis,] ideſt, patris.
d Et delectamento ſomni convenientis,] ideſt, ex communicatione viri & feminæ, cujus voluntas cito tranſit ut ſomnus, nec eſt vera, ſicut ſomni. Unde *Raban.* dicit quod per hoc, quod dicit Philo, decem menſium tempore ſe eſſe coagulatum in ſanguine ex ſemine, demonſtrat utriuſque ſexus, ideſt, maſculini & feminini differentiam. Nam ut dicunt Phyſici, ſemen mulieris ſanguinolentum, ſemen viri candidum eſt, quorum permixtione certis ſpatiis formatur corpus, donec animatum perveniat ad partum, & alii ſeptimo menſe, alii octavo, alii nono naſcuntur, qui vero in decimo naſcuntur, perfectiores ſunt, & virales, & ſanativi dicuntur. *e* Et ego natus] de muliere.

al. † ſomni convenientis.

f Accepi communem aerem] ideſt, natus veni in aerem, communem omnibus etiam animalibus.
g Et ſimiliter decidi, naſcendo in terram factam,] ideſt, in terram de terra compactam, ſicut omnes, qui naſcuntur. Vel notat, quod homo reſolvitur in terram, unde factus eſt, ſicut dicitur *Gen. 3.* Tamen corpus Chriſti nunquam fuit reſolutum in terram, ſecundum quod in *Pſalm.* 15. Nec dabis ſanctum tuum videre corruptionem. Vel ſic ut loquatur ſynecdochice quoad animam, quæ carni infunditur.
al. † animalibus. *g* Et ſimiliter] aliis † animalibus.
h Decidi in terram factam] ut prius.
i Et primam vocem ſimilem] aliis naſcentibus.
k Emiſi plorans.] Nam clamant, e, vel, a, quotquot naſcuntur ab Eva.
l In involumentis] pannorum, & cunabulorum.
m Nutritus ſum] ſicut alii infantes, & curis magnis. Ecce quatuor hic poſſunt videri notanda circa nativitatem hominis. Immunditia in conceptione, onus in matris portatione, dolor in partus emiſſione, ſolicitudo in educatione. A tribus primis immunis fuit Beata Virgo, ſed non a quarto. Habuit enim curam magnam, & ſolicitudinem filium nutriendi, licet pauper eſſet ipſa, & vir ejus Joſeph. Nec mirum, ſi ita natus ſum.
n Nemo enim ex Regibus aliud habuit nativitatis initium] quam ut dixi.

▲ Unus ergo

Myſtice. Θ enim figuramur, quia Chriſto configuramur. Unde *Phil. cap. 3.* Configuratus morti ejus ſi quo modo occurram ad reſurrectionem, quæ eſt ex mortuis, *Rom. 6.* Quicumque baptizati ſumus in Chriſto Jeſu, in morte ipſius baptizati ſumus. Conſepulti enim ſumus cum illo per baptiſmum in mortem.
a Decem menſium tempore coagulatus ſum in ſanguine ex ſemine hominis.] Decem menſes ſunt virtutes, vel opera virtutum, quibus Decalogus impletur.

De quibus dicitur *Job 3.* Dies illa non computetur in diebus anni, nec numeretur in menſibus. Sanguis eſt fides Paſſionis Dominicæ, ſemen verbum prædicationis. Ex his duobus concipitur homo ſpiritualiter, Unde ſignanter dicit.
b Coagulatus ſum ex ſanguine hominis,] ideſt, in fide ex verbo prædicationis.
a Decem menſium tempore,] ideſt, Decalogi obſervatione, quæ neceſſaria eſt ad perfectam conceptionem.

Et nota quatuor quæ dicit hic Philo, quæ ſpiritualiter intellecta, neceſſaria ſunt ad ſpiritualem generationem, ideſt, ſanguis matris, ſemen hominis, tempus decem menſium, delectatio ſomni convenientis. Sanguis matris eſt compaſſio prædicantis de peccatis aliorum. Hanc habebat Ezechiel, quando ſeptem diebus ſedit mœrens in medio Judæorum, *Ezech. 3.* Hanc habuit Apoſtolus, qui dicebat: Quis infirmatur, & ego non infirmor? &c. *3 Corinth.* 11. Semen hominis eſt inſpiratio verbi, quod neceſſarium eſt prædicatori antequam pariat. Alioquin conquereretur Dominus per *Jerem.* 23. Non mittebam prophetas, & ipſi currebant, non loquebar ad eos, & ipſi prophetabant, quaſi dicat, non inſpirabam eis ſemen, ideſt, verbum, & ipſi volebant parere, vel generare. Tempus decem menſium eſt impletio Decalogi, quæ ſimiliter neceſſaria eſt prædicatori antequam pariat. Alioquin faciet abortivos. De hoc tempore dicitur *Job 39.* Nunquid noſti tempus partus ibicum in petris? Et in *Pſal.* 1. dicitur prædicator tanquam lignum quod plantatum eſt ſecus decurſus aquarum, quod fructum ſuum dabit in tempore ſuo. Et B. *Bern.* dicit: Quorum fructus nimis proſpere veniunt, minus proſpere oriuntur. Nec iſta tria ſufficiunt, niſi adveniat delectamentum ſomni convenientis, ideſt, contemplatio. * prædicatores hauriunt quod poſtea in prædicatione effuadent. De quo ſomni delectamento dicitur *Eccl. c. 5.* Dulcis eſt ſomnus operanti, ſive parum, ſive multum comedat. Et bene dicit, dulcis eſt operanti, quia contemplatio ſequitur actionem. Unde *B. Bern.* Non expedit alicui, ut uſurpet ſibi contemplationem, niſi prius inſuderit actionem. Ideo dicit primo Philo, decem menſes, & poſtea delectamentum ſomni. Sequitur.
e Et ego natus accepi communem aerem,] ideſt, ego natus per pœnitentiam, & confeſſionem in novitate vitæ.
f Accepi communem aerem,] ideſt, Chriſtum per communem Euchariſtiæ participationem. Et dicitur Chriſtus communis aer, quia omnes ſpirat, ideſt, vivificat, & inſpirat quos vult. *Thr.* 4. Spiritus oris noſtri Chriſtus Dominus captus eſt in peccatis noſtris, cui diximus in umbra tua vivemus in gentibus.
g Et ſimiliter decidi in terram factam,] ideſt, humiliatus ſum conſideratione nativitatis Chriſti, in qua Verbum caro factum eſt. Joan. 1.
i Et primam vocem ſimilem omnibus emiſi plorans,] ideſt, confeſſionem, quæ eſt prima vox in nativitate ſpirituali.

De qua dicitur *Cant. c.* 2. Vox turturis audita eſt in terra noſtra.

Et nota quod dicit, primam vocem emiſi plorans; nam ſecundam emittet gaudens.

Prima vox eſt confeſſio peccati, hæc plorando emittitur.

Secunda eſt confeſſio laudis, hæc cum gaudio emittitur. De qua dicitur *Jerem.* 31. Quieſcat vox tua a ploratu tuo, & oculi tui a lacrymis. Ideo dixit, quieſcat, quia parum ante dixerat de altera voce, ſcilicet, ploratus. Vox in excelſo audita eſt lamentationis, & fletus, & luctus.

Triplex ponit nomen luctus, propter tria genera peccatorum, quæ in confeſſione dicuntur, cordis, oris, & operis. Et hoc dicitur contra multos, qui peccata ſua ridendo confitentur.

Prima vox eſt in via, ſecunda erit in patria. Unde *Iſai. cap.* 51. Gaudium & lætitia invenietur in ea, gratiarum actio, & vox laudis. Ecce duæ voces notabiles, quæ erunt in patria, gratiarum ſcilicet actio, & vox laudis. Similiter in via duplex eſt vox, flebilis oratio, & confeſſio. Orationi ſuccedet gratiarum actio: nam & illa die non interrogabitis me quicquam, dicit Dominus *Joan. c.* 6. Confeſſioni peccati ſuccedet vox laudis. Sequitur.
l In involumentis nutritus ſum, & curis magnis] Prædicatores ſunt nutrices eorum, quos convertunt ad pœnitentiam, vel ad fidem, ſicut dicit Apoſtolus de ſeipſo, *Theſſ. cap.* 2. Facti ſumus parvuli in medio veſtrum, tanquam ſi nutrix foveat filios ſuos. Involumenta quibus involvere, & nutrire debeat filios ſuos prædicatores, ſunt exempla Sanctorum quæ prædicatores debent pœnitentibus ad conſolationem narrare: nam per hoc maxime extrahuntur peccatores de lacu peccatorum. Unde *Jerem.* 38. legitur ſic extractus, ubi dicitur: Pone veteres pannos, & hæc ſciſſa, & putrida ſub cubito manuum tuarum, & ſuper funes, fecitque ſic Jeremias, & extraxerunt eum funibus, & eduxerunt eum de lacu. De cura autem, & ſollicitudine, quam debet habere prædicator de converſis ſuis, legitur *Gen. c.* 31. ubi dicit Jacob ad Laban: Viginti annis ſervivi tibi, oves tuæ & capræ ſteriles non fuerunt, arietes gregis tui non comedi, nec captum a beſtia oſtendi tibi, ego damnum omne reddebam, quicquid furto peribat, a me exigebas, die, noctuque æſtu urebar, & gelu: fugiebatque ſomnus ab oculis meis. n Nemo enim ex regibus aliud habuit, &c.] ideſt, omnes juſti qui reges dicuntur, quia ſi bene regunt, hoc modo, nati ſunt.

▲ Unus

a Unus ergo eſt omnibus introitus ad vitam] naturæ. *b* Et ſimilis exitus,] ideſt, ſimilis mors. Unde verſus:

Mors dominum ſervo, mors ſceptra ligonibus æquat.
Diſſimiles ſimili conditione trahit.

a Unus ergo introitus eſt omnibus ad vitam, *b* & ſimilis exitus. *c* Propter hoc *d* optavi, & *e* datus eſt mihi ſenſus, & *f* invocavi & *g* venit in me ſpiritus ſapientiæ. Et *h* præpoſui illam *i* regnis, & ſedibus, & *k* divitias nihil eſſe duxi in comparatione illius. *l* Nec comparavi illi *m* lapidem pretioſum, *n* quoniam omne aurum in comparatione illius arena eſt exigua, & *o* tanquam lutum æſtimabitur argentum in conſpectu illius. *p* Super ſalutem, *q* & ſpeciem *r* dilexi eam & *ſ* propoſui pro luce habere illam, *t* quoniam inextinguibile eſt lumen illius.

In his verbis ſicut dicit *Rab.* oſtendit Philo quod omnis homo terrenus ex viri, & mulieris ſemine ortus temporalis vitæ ſortitur exordium, & per mortem de mundo tranſit. Sed cœleſtis Adam, ideſt, Chriſtus, qui ſine ſemine virili de matre Virgine natus eſt, proprium habet nativitatis modum, qui & mortis ſuæ ordinavit occaſum: Decimo menſe poſt conceptionem Chriſti nativitas ejus celebratur a Chriſtianis, & ab octavo Calend. Aprilis quando conceptus creditur, uſque ad octavum Calendas Januarii quando natus traditur, numerantur ducenti ſeptuaginta ſex dies, qui faciunt novem menſes, & ſex dies. Et ita verum eſt quod dicitur *Joan.* 2. ſcilicet, quod quadraginta ſex annis templum corporis ſui ædificatum eſt, ideſt, ducentis ſeptuaginta ſex diebus, quia quadrageſies ſepties ſenarium habent, qui eſt numerus perfectus. Unde patet quod ſicut Chriſtus perfectus eſt Deus, ita perfectus eſt homo. Et dicunt, quod in ſacra Scriptura non invenitur nativitas alicujus ſancti, niſi in decimo menſe, a conceptione ſua: Dominus enim Chriſtus in decimo menſe natus eſt, ut dicitur hic, & beata Virgo ſimiliter, ſed duobus, vel tribus diebus minus fuit in utero matris, quam Chriſtus. In quo patet, quod Chriſtus perfectiſſimus, & veriſſimus homo fuit ſecundum naturam.

Myſtice. ✠ *a* Unus ergo introitus eſt omnibus ad vitam] gratiæ. *b* Et ſimilis exitus] a peccato.

c propter hoc] ſcilicet, quia cognovi quod unus eſt introitus omnibus ad vitam & unus exitus.

d Optavi] ſapientiam. Unde *inf.* 9. Da mihi ſedium tuarum aſſiſtricem ſapientiam.

e Et datus, &c.] ideſt, intellectus bonus ad intelligen-
Pſal. 118. dum veritatem. De qua dicit *Pſal.* 118. Da mihi intellectum, ut diſcam mandata tua. Et *Pſal.* 110. Intellectus bonus omnibus facientibus eum. Et nota quod dicit, datus eſt mihi ſenſus contra multos, qui gloriantur de ingenio ſuo, vel ſtudio ſapientiam adipiſci. De quibus dicit Apoſtolus 1. *Cor.* 4. Quid habes quod non accepiſti? ſi autem accepiſti, quid gloriaris quaſi non acceperis?

f Et invocavi] orando Dominum, ut daret mihi ſapientiam, juxta conſilium *Jac.* 1. Si quis indiget ſapientia, poſtulet a Domino?

g Et venit in me ſpiritus ſapientiæ] & intellectus, ideſt, Spiritus ſanctus dator ſapientiæ, cujus gratia ſapiens ſum. Vel ſpiritus ſapientiæ, ideſt, ſapientia inſpirata a Deo. Et loquitur Philo in perſona ſui, vel cujuslibet ſapientis, & præcipue Salomonis, qui poſtulans a Deo ſapientiam, 3. *Reg.* 3. Prætulit illam omnibus rebus, & ideo divitias & gloriam meruit cum illa. Unde ſubdit.

h Et præpoſui illam.

i Regnis & ſedibus] ideſt, potentiis, & dignitatibus.

k Et divitias] temporales nihil eſſe duxi in comparatione illius. Unde *Gloſſ.* Omnia pretioſa in comparatione ejus vileſcunt. Unde ipſemet Salomon *Prov.* 8. Mecum ſunt divitiæ & gloria, opes ſuperbæ, & juſtitia. Unde cum Sponſa, *Cant.* 2. dixiſſet: Introduxit me rex in cellam vinariam, ſtatim poſt ſubdit: Fulcite me floribus, ſtipate me malis, quia amore langueo, quaſi dicat, omnia poſtpono dulcedini quam in cella vinaria deguſtavi. Et nota tria quæ hic ponit Philo, circa quæ potiſſimum verſantur humana deſideria, ſcilicet, quod decet, quod delectat, quod expedit. In regnis intelligitur quod decet, ideſt honor. In ſedibus quod delectat, ideſt, quies, vel voluptas. In divitiis, quod expedit, ideſt, utilitas. Omnia hæc quærenti ſapientiam non ſolum vilia, ſed nihil reputantur.

l Nec comparavi,] ideſt, adæquavi.

m Illi lapidem pretioſum] ad litteram. Unde *Prov.* 3. Pretioſior eſt cunctis operibus ſapientia, & omnia quæ deſiderantur huic non valent comparari. Item *Matth.* 13. Inventa autem una pretioſa margarita, ideſt, ſapientia, ſive intelligentia verbi Dei, abiit homo & vendidit omnia, quæ habebat, & emit eam, ideſt, omnia emolumenta præſentis vitæ deſpexit, ut divinæ ſapientiæ vacare poſſet.

n Quoniam omne aurum in comparatione illius arena eſt exigua,] ideſt, vile, & contemptibile eſt aurum reſpectu ſapientiæ. *o* Et tanquam lutum æſtimabitur argentum in conſpectu] ideſt, in comparatione illius. *Aug.* Aurum & argentum non nihil eſt; & ideo mundus ea in morte retinet, peccatum autem nihil eſt; & ideo nulla foraminis anguſtia retinere poteſt. Vel per aurum intelligitur humana ſapientia, per argentum eloquentia, quæ comparata divinæ ſapientiæ, nihil ſunt niſi lutum, quia magis coinquinant animam, quam juvent. *Job* 28. Unde *Habac.* 2. Uſquequo aggravat contra ſe denſum lutum? B

p Super ſalutem] corporis.

q Et ſpeciem] corporalium rerum.

r Dilexi eam] quia iſta deficiunt, illa non. *ſ* Et propoſui pro luce habere illam.] Et merito, quia mandatum lucerna eſt, & lex lux, *Prov.* 6. *t* Quoniam inextinguibile eſt lumen illius] ex ſe. Nunquam enim lumen ſapientiæ deficeret, niſi peccatum interveniret. Myſtice de Chriſto. *d* Optavi, & datus eſt mihi ſenſus, invocavi, & venit in me ſpiritus ſapientiæ.] Primo dicit: Optavi, & poſtea invocavi, quia prius eſt deſiderium cordis, & poſtea petitio oris, & tunc eſt efficax, & veri nominis invocatio, ideſt, ab intus vocatio. De qua invocatione dicitur *Joel.* 2. Et erit, quicumque invocaverit nomen Domini ſalvus erit. Item duo dicit: Datus eſt mihi ſenſus, & poſtea venit in me ſpiritus ſapientiæ, in quo notatur duplex effectus ſapientiæ. Primo illuminat intellectum. Et hoc eſt, datus eſt mihi ſenſus. Deinde accendit affectum ad diligendum. Et hoc eſt, venit in me ſpiritus ſapientiæ. Hic eſt duplex ſpiritus Eliæ, de quo dicitur 4. *Reg* 2. Obſecro, ut fiat ſpiritus tuus duplex in me, dicit Eliſæus. *h* Et præpoſui illam,] ſcilicet, ſapientiam, ideſt, Chriſtum. *i* Regnis & ſedibus, & divitias nihil eſſe duxi in comparatione illius.] Hoc eſt propter Chriſtum omnia quæ in mundo ſunt, contempſi, divitias, delicias & honores nihil reputans. Unde Paulus *Philip.* 3. Exiſtimo omnia detrimentum eſſe propter eminentem ſcientiam Jeſu Chriſti Domini mei, propter quem omnia detrimentum feci, & arbitror ut ſtercora, ut Chriſtum lucrifaciam, & inveniar in illo. Nec ſufficit iſta propter Chriſtum contemnere, imo patrem & matrem, & filios & uxores, etiam propriam voluntatem oportet dimittere, & contemnere propter Chriſtum. Unde *Luc.* 12. Si quis venit ad me, & non odit patrem ſuum, & matrem, & uxorem, & filios, & fratres, & ſorores, adhuc autem & animam ſuam, non poteſt meus eſſe Diſcipulus. Nec ita ſufficiunt Diſcipulis Chriſti ad perfectionem niſi contumelias, moleſtias, injurias, non dico patienter, ſed libenter, & lætanter ſuſcipiant pro nomine ejus. *Heb.* 10. Rapinam bonorum veſtrorum cum gaudio ſuſcepiſtis, *Prov.* 12. Qui negligit damnum propter amicum, juſtus eſt. *Act.* 5. Ibant Apoſtoli gaudentes, &c. *l* Nec comparavi illi] ideſt, Chriſto. *m* Lapidem pretioſum] ideſt, Chriſto non adæquavi quemlibet ſanctum, ſicut Judæi, quorum quidam dicebant ipſum eſſe Eliam, alii Jeremiam, alii Joannem Baptiſtam, alii unum ex Prophetis, ideſt, Eliſæum, *Matth.* 16. Et hoc eſt quod legitur *Job* 28. Non conferetur tinctis Indiæ coloribus, ideſt, mundi ſapientibus, non lapidi ſardonico pretioſiſſimo, ideſt alicui Patrum Veteris Teſtamenti, non ſapphiro, ideſt, alicui Sancto Novi Teſtamenti, non adæquabitur ei aurum, vel vitrum, ideſt, aliquis cœleſtis patriæ, cujus mentem ab alterius oculis corpulentia non abſcondet, ut dicit *Greg.* *n* Omne aurum in comparatione illius, &c.] ideſt, omnis Sanctus reſpectu Chriſti, eſt quaſi arena exigua reſpectu auri, ideſt, vilis & inutilis, *Job* 25. Nunquid juſtificari poteſt homo comparatus Deo? quaſi dicat, non. *o* Et tanquam lutum æſtimabitur argentum,] ideſt, mundi ſapientes, & eloquentes in conſpectu illius. *Jerem* 28. Ecce ſicut lutum in manu figuli, ſic vos in manu mea domus Iſrael.

p Super ſalutem, &c.] i. Chriſtum, quia in ipſo eſt vera ſalus, & decor, & ſpecies animarum. Unde *Pſ.* 26. Dominus illuminatio mea, & ſalus mea, quem timebo? *ſ* Et propoſui pro luce habere, &c.] quia in veritate ipſe eſt lux vera,

quæ

quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum, *Joan.* 1. Unde *in eod.* 8. Ego ſum lux mundi, qui ſequitur me, non ambulat in tenebris, ſed habebit lumen vitæ, quod eſt inextinguibile, ut dicitur hic. Sequitur. *a* Venerunt autem mihi,] q. d. propter hæc ita honoro ſapientiam, quia venerunt mihi. *b* Omnia bona gratuita. *c* Cum illa.] Hoc expertus eſt Salomon, quia a Deo petens ſapientiam, regni ſublimitatem, divitias, & gloriam cum illa obtinuit. 3. *Reg.* 3. *d* Et innumerabilis honeſtas, &c.] ideſt, per opera ſapientiæ. Unde *inf.* 10. Honeſtavit illum in laboribus ſuis. *e* Et

D lætatus ſum in omnibus,] tam proſperis, quam adverſis. *f* Quoniam antecedebat me iſta ſapientia] docena, & præparans viam ſalutis, pericula removens contra hoſtes, auxilium præbens, vitam cuſtodiens. Unde *Eccl.* 4. Sapientia filiis ſuis vitam inſpirat, & ſuſcipit exquirentes ſe, & præibit in via juſtitiæ. *g* Et ignorabam, quoniam omnium, &c.] ſapientia, ſicut ipſe dicit *Eccl.* 24. Ego mater pulchræ dilectionis, &c. q. d. antequam veniret mihi ſapientia, ignorans ſui reſpectu ſcientiæ, quam poſtea habui, ita quod priorem ſcientiam poſteriori comparando ignorantiam reputavi. Hoc modo locutus eſt Joannes Baptiſta, *Joan.* 1. Et ego neſciebam eum, ſupple, ita ut modo.

Aliter. Aliter de Chriſto, qui eſt ſapientia patris, ut dicitur 1. *Cor.* 2. *a* Venerunt mihi omnia, &c.] quia quicumque notitiam Chriſti percipit, omnium virtutum gratiam recipit in præſenti, & in futuro percipit vitam æternam. Cujus arrha eſt ipſa gratia, *Rom.* 8. Qui proprio filio non pepercit, ſed pro nobis omnibus tradidit illum, quomodo vero non omnia nobis donavit cum illo? quaſi dicat, imo dedit, 1. *Cor.* 3. Omnia veſtra ſunt, vos autem Chriſti, Chriſtus autem Dei. *d* Et innumerabilis honeſtas per manus illius,] quas pro nobis extendit in cruce propter vitam æternam, quia omnia bona, quæ conſecuti ſumus, per manus ejus ſanctas, & venerabiles accepimus. Unde *Pſal.* 103. Aperiente te manum tuam omnia implebuntur bonitate. Propter quod dicebat *Pſalm.* 141. Et in factis manuum tuarum meditabar. *e* Et lætatus ſum in omnibus] tam proſperis, quam adverſis. *f* Quoniam antecedebar me iſta ſapientia,] *Mich.* 2. Aſcendit pandens iter ante eos, dividet, & tranſibunt portam, & egredientur per eam, & tranſibit rex eorum coram eis, & Dominus in capite eorum. Et hoc eſt, quod dicit *Joan.* 10. de bono paſtore: Cum proprias oves emiſerit, ante eas vadit, & oves illum ſequuntur. *g* Et ignorabam,] ideſt, non plene ſciebam. *h* Quoniam omnium bonorum mater eſt] ſapientia, quoniam ex ipſo, & per ipſum, & in ipſo ſunt omnia, *Rom.* 11. Sequitur. *i* Quam ſine fictione didici,] quia Spiritus ſanctus diſciplinæ effugiet fictum, *ſup.* 1. *k* Et ſine invidia,] quæ eſt contraria largitati ſapientiæ. *l* Communico] illam. *m* Et honeſtatem illius non abſcondo.] Honeſtas ſapientiæ in hoc eſt, qui eſt pudica, modeſta, ſuadibilis, bonis conſentiena, plena miſericordia, & fructibus bonis, & judicans ſine ſimulatione. *Jac.* 3. Sine fictione vero diſcere, eſt ſapientiam non ob aliud, niſi amore ipſius quærere, & inveſtigare. Sine invidia communicare, eſt Dei gloriam, & proximi utilitatem in doctrina ſua quærere, veritatem nudam pura intentione, & congruo ſermone dicere. Unde *Eccl.* 4. Non retineas verbum in die ſalutis, non abſcondas ſapientiam tuam in decore ſuo. Vel *m* Honeſtatem illius,] ſc. ſapientiæ, ideſt, Chriſti. *n* Non abſcondo,] ideſt, honeſta facta nullo modo abſcondenda, ſed revelanda. *o* Infinitus enim theſaurus eſt hominibus] q. d. ideo non abſcondo honeſtatem ſapientiæ, quia infinitus, ideſt, inexhauſtus. *p* Theſaurus eſt hominibus,] ideſt, utentibus ratione. *q* Quo qui uſi ſunt] orantes ſecundum eam. *r* Participes facti ſunt amicitiæ Dei,] ideſt, facti ſunt amici Dei. Unde *Joan.* 15. Vos amici mei eſtis, ſi feceritis quæ præcipio vobis. Quidam habent ſapientiam in corde tantum, quidam in codice, quidam in ore, quidam in opere, hi ſoli participes ſunt amicitiæ Dei. *ſ* Propter diſciplinæ dona] quæ ſine invidia communicant. *t* Commendati] Deo, ideſt, commendabiles facti. Vel *ſ* Propter diſciplinæ dona,] ideſt, propter flagella divinæ correctionis, quæ in ſe cuſtodiunt. *t* Commendati,] ideſt, commendabiles facti Deo & hominibus. *u* Mihi autem dedit Deus dicere ex ſententia,] ideſt, Dominus dedit mihi ſapientiam eloquentia dignam, ideſt, dedit ſapientiam, & eloquentiam. Et verum eſt hoc, ſive loquatur Philo pro ſe, ſive pro ſapientia, ideſt, Chriſto, cui dedit Deus Pater ſapientiam, & eloquentiam, ſicut ipſemet per *Iſa.* 50. teſtatur, dicens: Dominus dedit mihi linguam meam eruditam, ut

ſciam ſuſtentare eum, qui lapſus eſt verbo. Vel. *u* Mihi dedit Deus dicere ex ſententia,] ideſt, ex affectu cordis, quod proprium eſt eorum, qui de Deo loquuntur, ut dicit *Greg. ſup. Ezech. in princ.* Unde *Proverb.* 16. Cor ſapientis erudiet os ejus, & labiis ejus addet gratiam. *Eccl.* 21. In corde ſapientum os eorum. *Pſal.* 36. Os juſti meditabitur ſapientiam, & lingua ejus loquetur judicium. *x* Et] etiam dedit mihi præſumere digna horum, quæ mihi dantur, ideſt, dedit mihi gratiam præſumendi facere opera digna donis mihi datis, ideſt, ut nec amplius, nec minus, ſed juxta menſuram gratiæ mihi datæ præſumerem facere. Et hoc docet *Petr.* 1. *c.* 4. Unuſquiſque ſicut accepit gratiam in alterutrum illam adminiſtrantes. Ecce duo dicit ſibi data a Deo, dicere ex ſententia, in quo notatur affectio compaſſionis in docendo, & præſumere digna horum, in quo notatur diſcretio in operando. Et nota quod ſignanter loquitur Philo. Non dicit: Et dedit mihi præſumere digna horum quæ mihi data ſunt, ſed horum, quæ mihi dantur, in quo notat continuationem largitatis divinæ. Ex quo enim Dominus incipit benefacere, continuat ſua dona ſemper augendo, niſi ipſe homo impediat. Unde Noemus dixit nuri ſuæ, *Ruth* 3. Expecta filia, donec videamus quem res exitum habeat; neque enim ceſſabit homo, niſi compleverit, quæ locutus eſt. Vel ſic. *x* Dedit mihi Deus præſumere,] ideſt, prius ad faciendum ſumere. *y* Digna horum] verborum, vel donorum. *z* Quæ mihi dantur,] ideſt, dedit mihi dona hæc non ſolum ad dicendum, ſed prius ad faciendum. Et rectus eſt ordo iſte. Prius enim debet haberi verbum in corde per intellectum, & affectum, deinde in manu per effectum, tandem in ore per doctrinam. *a* Quoniam ipſe ſapientiæ dux eſt], quaſi dicat, mihi dedit Deus dicere ex ſententia, quoniam ipſe ſapientiæ dux eſt, ideſt, auctor. *b* Sapientium emendator,] ideſt, corrector, quia ipſe ſapientes corrigit, ne præſumant plus facere vel dicere, quam ſecundum gratiam acceptam. Unde *Mal.* 3. Sedebit conflans, & emundans argentum, & purgabit filios Levi, & colabit eos quaſi aurum. Duo dixerat Philo ſecundum quod Deus dedit ſibi dicere ex ſententia, & præſumere digna; & tunc alia duo dicit, quæ reſpondent illis dux, & emendator. Dux reſpicit dicere, emendator præſumere. Et vere ipſe eſt dux, & emendator. *c* In manu enim illius & nos & ſermones noſtri, &c.] ideſt, morum diſciplina, *Prov* 16. Hominis eſt præparare animum, ſed Domini eſt gubernare linguam. Item *Prov.* 21. Sicut diviſiones aquarum, ita cor regis in manu Domini, quocumque voluerit, inclinabit illud. *d* Ipſe enim] quaſi dicat, vere ipſe eſt dux, & emendator, & auctor ſapientiæ: ipſe enim, *e* Dedit mihi horum, quæ ſunt,] ideſt, omnium creaturarum. *f* Scientiam veram] non vanam. Illa enim ſcientia ſola vera eſt, quæ ad veritatem æternæ vitæ perducit; omnes aliæ vanæ ſunt.

a Venerunt autem mihi *b* omnia bona pariter *c* cum illa, & *d* innumerabilis honeſtas per manus illius, & *e* lætatus ſum in omnibus, *f* quoniam antecedebat me iſta ſapientia, & *g* ignorabam, *h* quoniam omnium bonorum mater eſt. *i* Quam ſine fictione didici, k & ſine invidia *l* communico, & *m* honeſtatem illius *n* non abſcondo. *o* Infinitus enim *p* theſaurus eſt hominibus, *q* quo qui uſi ſunt *r* participes facti ſunt amicitiæ Dei, *ſ* propter diſciplinæ dona *t* commendati. *u* Mihi autem dedit Deus dicere ex ſententia, *x* & præſumere *y* digna horum *z* quæ mihi dantur, *a* quoniam ipſe ſapientiæ dux eſt, & *b* ſapientium emendator. In *c* manu enim illius, & nos, & ſermones noſtri, & omnis ſapientia, & operum ſcientia, & diſciplina. *d* Ipſe enim *e* dedit mihi horum quæ ſunt, *f* ſcientiam veram ▲ ut ſciam diſpoſitionem

Myſtice. *d* Ipſe enim, &c.] Myſtice exponitur hoc de Chriſto, cui dedit Deus Pater ſapientiam ſuper omnes, qui fuerunt, cui omnia ſunt nuda, & aperta, *Heb.* 4. dicit ergo Chriſtus.

d Ipſe,] ideſt, Deus Pater.

e Dedit mihi horum quæ ſunt, ſcientiam veram] tam cœleſtium, quam temporalium.

a Ut ſciam diſpoſitionem orbis terrarum] ad litteram. *b* Et virtutes elementorum,] ideſt, ignis, aeris, aquæ, terræ, quæ proprias virtutes habent, quibus agunt, & patiuntur adinvicem, & determinat quid eſt, ut ſciam diſpoſitionem orbis terrarum, ſcilicet, ut ſciam. *c* Initium omnium,] ideſt, totius mundi.

ut *a* ſciam diſpoſitionem orbis terrarum, & *b* virtutes elementorum, & *c* initium, & *d* conſummationem, & *e* medietatem, & *f* temporum, viciſſitudinum permutationes, *g* & conſummationes temporum, † *h* anni curſus, & *i* ſtellarum diſpoſitiones, *k* naturas animalium, & *l* iras beſtiarum, vim *m* ventorum, & *n* cogitationes hominum, *o* differentias † virgultorum, & *p* virtutes radicum, *q* & quæcumque ſunt † abſconſa, & *r* improviſa didici. *ſ* Omnium enim artifex docuit me ſapientiam: Eſt *t* enim in illa ſpiritus intelligentiæ *u* ſanctus,

d Et conſummationem,] ideſt, finem, & medietatem. Et ut ſciam. *f* Temporum viciſſitudinum permutationes,] ideſt, rationes, & cauſas, quare tempora permutantur, quare ſcilicet modo frigus, modo calor, modo dies magni, modo parvi, quare modo dies, modo nox. Et] ut ſciam, conſummationes temporum, ideſt, quando conſummatur, ſive terminatur æſtus, quando autumnus, quando hyems, quando ver. Et ut ſciam. *h* Anni curſus,] ideſt, planetarum, quorum curſu diſtinguitur annus. Quilibet enim planeta habet annum ſuum, & omnes ſtellæ pariter, & Planetæ inſimul unum perficiunt annum, qui dicitur magnus annus, continens quindecim millia annorum, ut dicit Macrobius. *i* Et ſtellarum diſpoſitiones,] ideſt, qualiter ſint in firmamento diſpoſitæ, utrum fixæ vel mobiles, & quo ordine ſint diſpoſitæ. *k* Naturas animalium] quales ſint, quia variæ. *o* Differentias virgultorum,] ideſt, arborum. *p* Et virtutes radicum & quæcumque ſunt abſconſa,] alias, & improviſa didici, non per inventionem, ſed per revelationem. *ſ* Omnium enim artifex docuit me ſapientiam] per quam datur cognitio veritatis. Propter iſta, quæ modo ſunt dicta, dicunt quidam quod Salomon hunc librum compoſuit. De ipſo enim legitur 3 *Reg.* 4. quod Deus dedit ei ſapientiam, & prudentiam multam nimis, & latitudinem cordis quaſi arenam quæ eſt in littore maris, & præcedebat ſapientia ſua ſapientiam omnium Orientalium, & Ægyptiorum, & erat ſapientior cunctis hominibus: Et locutus eſt Salomon tria millia parabolarum, & fuerunt carmina ejus quinque millia, & diſputavit ſuper lignis a cedro, quæ eſt in Libano uſque ad Hiſſopum quæ egreditur de pariete, & diſſeruit de jumentis, & de reptilibus & volucribus, & piſcibus. Sed hoc ſolutum eſt ſupra in prologo. Nam Philo hic verba Salomonis recitat, ſicut Pruſper in libro ſuo recitat verba Auguſtini.

al. † & menſium mutationes: diviſiones temporum.

al. † arborum.

al. † abſconſita.

Myſtice Cant. 6. *a* Ut ſciam diſpoſitionem orbis terrarum,] ideſt, Eccleſiæ quæ eſt, ut caſtrorum acies ordinata. In primitiva enim Eccleſia fuerunt fortiſſimi milites, ſicut Apoſtoli & Martyres, in fine ſimiliter, ſcilicet in tempore Antichriſti erunt fortiſſimi, modo quaſi in medio, ſunt debiles. Et hoc repræſentat ordo proceſſionis, qui fit in Eccleſia. Primum enim procedit crux, & duces proceſſionis induti, in fine majores perſonæ, in medio minores quaſi imbecilles. *b* Et virtutes elementorum.] ideſt, præceptorum, quæ dicuntur quaſi elementa hominis interioris, & quaſi prima. Unde *Gal.* 4. Cum eſſemus parvuli, ſub elementis mundi eramus. *c* Initium] conditionis humanæ. *d* Et conſummationem,] retributionis æternæ. *e* Et medietatem] fragilitatis per peccatum contractæ. Vel. *c* Initium, & conſummationem, & medietatem] uniuſcujuſque hominis, ideſt, introitum, medium, & extremum. Introitus eſt immundus, progreſſus laborioſus, exitus periculoſus. Et ideo contra hæc tria, tria remedia adhibuit Dominus. Nobis natus eſt ut nobis non imputetur immunda nativitas. Nobiſcum converſatus eſt, ut nos inſtrueret, & laborem noſtrum alleviaret. Pro nobis mortuus eſt, ut mortis periculum removeret. Hæc tria tangit *Job* 14. Homo natus de muliere, ecce nativitas immunda; brevi vivens tempore, ecce conſummatio, ſive mors periculoſa: repletur multis miſeriis, ecce medietas laborioſa. Ideo dicit *B. Bern.* Vide homo unde venis, & erubeſce: ubi ſis, & ingemiſce: quo vadis, & contremiſce. *f* Temporum viciſſitudinum permutationes.] Tria ſunt tempora. Ante legem, ſub lege, in gratia, & hoc eſt ultimum poſt quod non erit tempus, ſed informis ſtatus, bonis dico. Unde *Apoc.* 10. Juravit Angelus per viventem in ſæcula, quod tempus jam non erit, poſt permutationes iſtorum temporum. Et rationes permutationum temporum, quare tantum quodlibet duravit, ſolus Chriſtus novit. Poſſunt etiam dici viciſſitudines temporum, ſex ætates mundi. Prima ab Adam uſque ad Noe, ſecunda a Noe uſque ad Abraham, tertia ab Abraham uſque ad David, quarta a David uſque ad tranſmigrationem, quinta a tranſmigratione uſque ad Chriſtum, ſexta a Chriſto uſque ad finem mundi, ſeptima eſt quieſcentium, & curret ſimul cum ſexta, octava erit reſurgentium. Permutationes iſtarum ætatum, & rationes earum ſolus Dominus novit. Similiter ſex ætates hominis ſunt, quarum ipſe ſolus Dominus viciſſitudines, & permutationes novit. Prima eſt infantia, ſecunda pueritia, tertia adoleſcentia, quarta juventus, quinta ſenectus, ſexta decrepita ætas, ſive ſenium. Vel dicatur quinta virilis ætas, ſexta ſenectus, ſenium vero & ætas decrepita conſequentia ſunt. Et hæ ſunt ſex hydriæ lapideæ, in quibus aqua, ut legitur, converſa eſt in vinum, *Joan.* 2. Quia mundus in ſuis ætatibus proficit, & homo ſimiliter. *h* Anni curſus] hic annus gratiæ, de quo dicitur in *Pſal.* 64. Benedices coronæ anni benignitatis tuæ. Hic annus habet quatuor tempora. Hyemem pœnitentiæ, in quo abundant imbres lacrymarum, & gelicidium timoris, & interdum lucet Sol æternæ conſolationis. Habet & ver juſtitiæ, in quo flores bonorum operum pullulant. Et tunc primo dicit Sponſus: Surge, propera amica mea, & veni; jam enim hyems tranſiit, imber abiit, & receſſit, *Cant.* 2. Habet & æſtatem, ſtatum perfectionis, in quo fructus matureſcunt, ut ſuo tempore colligantur. Habet & autumnum mortis, in quo fructus maturi in horrea Domini recondantur. *i* Et ſtellarum diſpoſitiones,] ideſt, juſtorum diſtinctiones, qui ſicut diſpares meritorum qualitate, ita & præmiorum quantitate. Unde 1. *Cor.* 15. Differt ſtella a ſtella claritate. *k* Naturas animalium,] ideſt, hominum carnalium, quorum natura eſt circa terram tantum. Unde 1. *Cor.* 2. Animalis homo non percipit ea, quæ ſunt Spiritus Dei. *l* Et iras beſtiarum,] ideſt, dæmonum, qui dicuntur beſtiæ, quaſi vaſtiæ, quia omnia bona, quæ poſſunt, vaſtant. De quibus dicitur *Job* 40. Omnes beſtiæ agri ludent, ideſt, maligni ſpiritus, quorum iras paucorum eſt cognoſcere, *Apoc.* 12. Væ terræ, & mari, quia deſcendet ad vos diabolus habens iram magnam; ſciens, quia modicum tempus habet. *m* Vim ventorum,] ideſt, ſuperborum. De quibus dicitur *Iſa.* 25. Spiritus robuſtorum, quaſi turbo impellens parietem. Et *Prov.* 10. Quaſi tempeſtas tranſiens non erit impius. *n* Et cogitationes hominum] quod ſoli Deo convenit, qui ſcit cogitationes hominum, quoniam vanæ ſunt. Homo enim tantum videt ea, quæ parent: Deus autem intuetur cor, 1. *Reg.* 16. *o* Differentias virgultorum,] ideſt, hominum, quorum differentia præmiorum, & meritorum ſoli Chriſto manifeſta eſt. Differentias vero complexionum hominum noverunt etiam & Phyſici, ſed non plene. Differentiam horum virgultorum, dicit Dominus *Matth.* 7. Omnis arbor bona fructus bonos facit: mala autem arbor fructus malos facit; non poteſt arbor bona fructus malos facere, nec arbor mala fructus bonos facere. *p* Et virtutes radicum.] Quæ ſunt multæ. Radix eſt cogitatio, radix eſt & deſiderium, de quibus dictum eſt *ſup.* 4. Adulterinæ plantationes non dabunt radices altas. Eſt & radix naturæ humanæ infirmitas. Radix eſt etiam culpæ cupiditas. Unde 1. *Tim.* 6. Radix omnium malorum eſt cupiditas. Radix eſt etiam mala voluntas. Eſt & radix ſapientiæ timor Domini. Unde *Eccl.* 1. Radix ſapientiæ eſt timor Domini, & rami ejus longævi. Virtutes omnium radicum harum novit Dominus, qui in die judicii malas eradicabit, bonas autem conſolidabit. Unde *Mal. ult.* dicit: Veniet Dominus exercituum, qui non relinquet eis radicem, & germen.

Pſal. 32.

q Et quæcumque ſunt abſconſa, & improviſa hominibus.

r Didici] ſecundum quod homo.

ſ Omnium enim artifex docuit me ſapientiam] Dei. Et bene potuit me docere.

t Eſt enim in illa ſpiritus dator intelligentiæ, ideſt, ipſa eſt ſpiritus dator intelligentiæ, & omnia intelligens.

u Sanctus,] ideſt, ſanctificans omnia. Sanctus enim idem eſt, quod agios, ideſt, ſine terra. Ideo igitur ſpiritus Dei ſanctus dicitur, quia ſine terra, ideſt, ſine amore terrenorum facit illos quos ſanctificat. Unde *Lev.* 19. Sancti eſtote, quia ego

ſanctus

a multiplex, *b* unicus, *c* ſubtilis, *d* modeſtus, *e* diſertus, *f* mobilis, *g* incoinquinatus, *h* certus *i* ſuavis, *k* amans bonum † actum, *l* qui † nihil vetat benefacere, *m* humanus, *n* benignus, *o* ſtabilis, certus, *p* ſecurus, *q* omnem habens virtutem, *r* omnia proſpiciens, *ſ* & qui capiat *t* omnes ſpiritus intelligibiles, † *u* mundus, *x* ſubtilis. *y* Omnibus enim mobilibus mobilior eſt ſapientia. *z* Attingit *a* autem ubique propter ſuam munditiam. *b* Vapor eſt enim *c* virtutis Dei, & *d* emanatio quædam eſt claritatis omnipotentis Dei.

ſanctus ſum. *a* Multiplex] dans gratias multiplices. *b* Unicus,] ideſt, electos uniens duplici unitate, ſcilicet, fidei & charitatis. De qua dicitur *Act.* 4. Multitudinis autem credentium erat cor unum, & anima una. Contra unitatem fidei eſt hæreſis. Contra unitatem charitatis eſt ſchiſma. Propter quod dicit Apoſtolus *Eph.* 4. Solliciti ſervare unitatem ſpiritus in vinculo pacis; unum corpus & unus ſpiritus, ſicut vocati eſtis in una ſpe. Vel multiplex in donis, unicus in eſſentia: unde 1. *Cor.* 12. Hæc omnia operatur unus atque idem ſpiritus, dividens ſingulis, prout vult. *c* Subtilis,] ideſt, penetrativus, perſcrutans occultiſſima cordium. Unde *Heb.* 4. Vivus eſt ſermo Dei, & efficax, & penetrabilior omni gladio ancipiti. Hanc concordantiam ponit *Interl.* ſed hoc magis convenit Verbo. De ſpiritu quod ſit penetrativus, ſive ſubtilis dicitur 1. *Cor.* 2. Omnia ſcrutatur etiam profunda Dei. Et *Prov.* 20. Lucerna Domini ſpiraculum hominis, quæ inveſtigat omnia ſecreta ventris, ideſt, mentis. Subtilis ergo dicitur ſpiritus, & in ſe, & ab effectu, quoniam facit ipſum, quem inſpirat ſubtilem in cogitatione. *d* Modeſtus,] i. modeſtos nos faciens in ſermone. Unde modeſtia unus eſt de fructibus ſpiritus, *Gal.* 6. Item *Phil.* 4. Modeſtia veſtra nota ſit omnibus hominibus. Modeſtia non ſolum modum lectioni imponit, ſed etiam loquacitatem reprimit. Et tempus aptum obſervat. Unde *Prov.* 29. Totum ſpiritum ſuum profert ſtultus, ſapiens differt, & reſervat illud uſque ad tempus. *e* Diſertus,] ideſt, diſertos nos faciens in loquendo, ideſt, diſcretos & affabiles. *f* Mobilis,] ideſt, omnia moveri faciens, ſicut dicit Boetius.

al. † aſtus. al. † acutus. al. † nullum.

al. † mundos, ſubtiles.

D

Boet. l. 3. de Conſ. metro 9.

Stabiliſque manens dat cuncta moveri.

Vel, Mobilis, quia mobiles facit, ideſt, ſtrenuos ad bene operandum. Unde ſuper illud *Act.* 2. Factus eſt repente, &c. dicit *Gloſſ.* Neſcit tarda rerum molimina Spiritus ſancti gratia. *g* Incoinquinatus,] ideſt, ſine macula. Vel ab effectu, quia incoinquinatos facit. *h* Certus] quia nec fallit, nec fallitur. Vel ab effectu, quia certos facit duplici certitudine, ſcilicet fidei, & ſpei. De qua *Rom.* 8. Certus ſum, quia neque mors, neque vita, &c. *i* Suavis,] ideſt, mitis, & miſericors, ideſt, mites, & miſericordes faciens. *k* Amans bonum actum, vel actus, alia littera, & eſt genitivi caſus. Et eſt idem ſenſus, ideſt, non gaudet ſuper iniquitate, congaudet autem veritati, 1. *Cor.* 13. *l* Qui nihil vetat benefacere] etſi bonum aliquando facere vetet propter melius, propter bonum obedientiæ, ſcilicet propter quam aliquando intermitti debet bonum, ſed malum nunquam fieri, dicit *Greg.* Unde *Prov.* 3. Noli prohibere bonum facere eum, qui poteſt, ſi potes, & ipſe benefac. *m* Humanus,] ideſt, communis omnibus. Vel [Humanus,] ideſt, hominibus compatiens. Unde *Hebr.* 4. Non habemus Pontificem qui non poſſit compati infirmitatibus noſtris, &c. Item ſpiritus adjuvat infirmitatem noſtram. Vel [Humanus,] ideſt, homines diligens, *Prov.* 8. Delitiæ meæ eſſe cum filiis hominum. *n* Benignus] innata bonitate, vel natura. Vel ab effectu, humanus, vel benignus dicit, quia facit homines compaſſibiles in affectu, & benignos, ideſt, compaſſibiles in effectu. Utrumque placitum eſt coram Deo. Unde *Iſa.* 58. Cum effuderis eſurienti animam tuam ecce humanitas, & animam afflictam repleveris, ecce benignitas, orietur lux tua in tenebris. *o* Stabilis] in te. Vel ſicut *Rab.* Omnipotens ſpiritus, ut ubique præſens ſignetur, dicitur ſtabilis ſimul & mobilis, propter duos effectus, quos facit in Sanctis; facit enim eos in bono proficere, propter quod dicitur mobilis, & in ſanctitate perſeverare, propter quod dicitur ſtabilis. Et de hoc dicit *Pſal.* 36. Statuit ſuper petram pedes meos, ecce ſtabilitas, & direxit greſſus meus; ecce mobilitas. Ideo ſpiritus fluvio comparatur, quoniam ſemper movetur, & nunquam mutat alveum ſuum. Vel. *f* Mobilis,] dicitur in Sanctis

Rom. 8.

quoad prophetiam & miracula. *o* Stabilis] quoad gratiam. Nam recedente ſpiritu prophetiæ remanebit gratia nunquam recedens. Vel *f* Mobilis] in via. *o* Stabilis] in patria. Vel. *f* Mobilis] in activis. *o* Stabilis] in contemplativis, vel *f* Mobilis] in aliis ſanctis. *o* Stabilis] in Chriſto, unde *Joan.* 1. Super quem videris ſpiritum deſcendentem, & manentem ſuper eum, hic eſt qui baptizat in Spiritu ſancto. *p* Securus,] ideſt, ſecurus faciens ſecuritate ſpei in via, & in patria ſecuritate rei. De prima dicitur *Prov.* 28. Juſtus quaſi leo confidens, ad nullum pavebit occurſum. Item *Prov.* 15. Secura mens quaſi juge convivium. De ſecunda dicitur *Iſa.* 32. Erit opus juſtitiæ pax: & cultus juſtitiæ ſilentium, & ſecuritas uſque in ſempiternum. *q* Omnem habens virtutem,] ideſt, patri cooperantem. Vel omnem habens virtutem ad dandum infirmis, *Iſa.* 40. Qui dat laſſo virtutem, & his qui non ſunt, fortitudinem. *r* Omnia proſpiciens,] ideſt, a longe aſpiciens, ideſt, ab æterno, *Heb.* 4. Non eſt ulla creatura inviſibilis in conſpectu ejus, ut dicit *Gloſſ.* *q* Omnem habens virtutem,] quia omnia per naturam continet. *r* Omnia proſpiciens,] quia omnium lumen eſt. Vel. Omnia proſpiciens] quia omnia proſpicere facit, præterita, præſentia & futura. De præteritis dat cautelam, de præſentibus circumſpectionem, de futuris providentiam. *ſ* Et qui capiat omnes ſpiritus intelligibiles,] ideſt, cui ſubditi ſunt omnes ſpiritus angelici tam boni, quam mali. Unde *Phil.* 2. Ut in nomine ejus omne genu, &c. Vel aliter. *ſ* Qui capiat,] ideſt, qui capere faciat. *t* Omnes ſpiritus intelligibiles,] ideſt, ſeptem dona Spiritus, quibus homo intelligit ſe & Deum. *u* Mundus] videtur quod idem dixerit ſupra [incoinquinatus] Dicimus quod differentia eſt. Incoinquinatus dicitur, quia facit operari bonum. Vel, incoinquinatus, quia lavat a præteritis peccatis; mundus, quia ſanat a futuris. Vel incoinquinatus, quia in præſenti purgat a culpa per gratiam, mundus, quia in futuro mundabit ab omni miſeria per gloriam. *x* Subtilis.] Idem dixerat ſupra, ſed repetit hic, ut notet duplicem ſubtilitatem ſpiritus quam operatur in nobis. Unam in affectu quoad donum ſapientiæ, alteram in intellectu quoad donum intelligentiæ. Vel una ſubtilitas eſt gratia naturalis, altera gratuita. Primam dat in creatione, ſecundam in recreatione. *y* Omnibus enim mobilibus mobilior eſt ſapientia,] quaſi dicat, vere ſubtilis eſt ſpiritus ſapientiæ: omnibus enim mobilibus mobilior eſt ſapientia, quæ creavit & regit omnia, & ordinavit. Et nota, quod non dicit, mobilior eſt omnibus ſpiritus ſapientiæ, cum tamen prius omnia dixerat de ſpiritu ſapientiæ, ſcilicet quod mobilis eſt, quod ſubtilis eſt, quod mundus eſt. Et hoc dicit auctor, ne crederet aliquis aliud eſſe ſapientiam, aliud ſpiritum ſapientiæ. Et vere omnibus mobilior ſapientia. *a* Autem,] ideſt, quia. *z* Attingit ubique propter ſuam munditiam,] ideſt, propter ſuam puritatem, quæ caret materia, & omni materiali diſpoſitione, propter quæ duo res dicitur locabilis. Vel ſic. *z* Attingit ubique propter ſuam munditiam,] ideſt, propter lucem ſuam, qua omnia illuminat, & videt, quaſi dicat, omnia attingit propter omnimodam ſcientiam, quam nil latet. Hoc eſt dicere, ubique eſt omnibus per præſentiam, vel omnibus ubique eſt per potentiam, vel per eſſentiam. Et vere ubique attingit. *b* Vapor eſt enim,] ideſt, calor. *c* Virtutis Dei,] ideſt, Dei Patris, quaſi dicat, ſicut calor eſt ab igne, ita Filius eſt a Patre. Et dicitur Filius a Patre, ſicut calor ab igne, quia expellit frigus noſtræ infidelitatis, & calefacit nos ad amorem Dei. *d* Et emanatio quædam eſt claritatis omnipotentis Dei,] ideſt, lumen de lumine. [Quædam] dicit, ad notandum improprietatem, qua creatura Creatori comparatur. Vel ad notandum incomprehenſibilitatem illius æternæ emanationis, qua Filius emanat a Patre, ſicut dicit *Iſa.* 53. Generationem ejus quis enarrabit? Et nota quam ſubtiliter deſcenſum ad Inferos, & aſcenſum Chriſti ad cœlos, oſtendit auctor. Rivus enim emanans a fonte, deorſum tendit; vapor enim ab igne veniens, aſcendit ſurſum. Ergo per emanationem deſcenſum ad terras, & ad inferos, per vaporem aſcenſum in cœlum dedit auctor intelligere. Unde *Epheſ.* 4. Qui deſcendit, ipſe eſt & qui aſcendit ſuper omnes cœlos, quaſi dicat: Qui eſt emanatio, ipſe eſt & vapor. Item in vapore ignis illuminatio ignorantiæ, & in emanatione fontis intelligitur ablutio culpæ. Iſta duo beneficia contulit nobis Chriſtus, & tenebras noſtræ ignorantiæ illuminavit, & maculas culpæ lavit. Quæ duo notavit *Pſalm.* cum dicit:

Quoniam apud te eſt fons vitæ, & in lumine tuo videbimus lumen. *a* Sincera] Sine omni admiſtione peccati actuali, vel potentiali, vel intellectuali. *b* Et ideo nihil, &c.] Nihil enim patitur niſi a ſimili, vel diſſimili, ſed ſapientiæ nihil eſt ſimile vel diſſimile, cum ſit omnimoda ſimplicitate ſimplex, propter quod a nullo eſt paſſibilis, & ideo incoinquinabilis, & ideo nihil coinquinatum incurrit in eam. Et vere ſincera eſt. *c* Candor eſt enim lucis æternæ,] ideſt, Chriſtus eſt lux per quam videtur lux æterna, ideſt, Pater; unde *Jo.* 14. Philippe, qui videt me, videt & Patrem. In hoc quod dicitur candor lucis æternæ notatur coæternitas Filii cum Patre: candor enim ſive ſplendor coævus eſt luci, & ideo ſi lux æterna, & candor æternus *d* Et ſpeculum ſine macula Dei majeſtatis,] i. Dei Patris. *e* Et imago bonitatis illius,] ideſt, plena repræſentatio ipſius, ideſt, per omnia ei ſimilis eſt. Et nota quod filius dicitur ſpeculum & imago Patris, cum tamen in rebus inferioribus imago ſit in ſpeculo, ad notandum quod idem eſt ſpeculum & imago. Et ſicut in rebus inferioribus in ſpeculo videtur imago rei, & per imaginem res, ſic in Filio, & per Filium videtur Pater. In Filio videtur, quia eſt ſpeculum; per Filium, quia eſt imago. Item Filius non ſpeculum ſimpliciter, ſed ſpeculum ſine macula dicitur ad differentiam faciendam inter hoc ſpeculum & alia ſpecula. Tria ſiquidem ſunt ſpecula Dei. Unum eſt mens humana, facta ad ſimilitudinem Dei, ſed non eſt ſine macula. Aliud eſt quælibet creatura, in qua relucet veſtigium Trinitatis totius, ut dicit *Aug.* In eſſe, potentia; in vero modo, ſapientia, in uſu, bonitas; potentiſſime ſiquidem omnia ex nihilo, ſapientiſſime pulchra, benigniſſime utilia fecit Deus, dicit *B. Bern.* De iſto ſpeculo dicitur 1. *Cor.* 13. Videmus nunc per ſpeculum in ænigmate, &c. Sed nec illud ſpeculum verum eſt. Speculum eſt Chriſtus, & illud eſt ſine macula omnino. *f* Et cum ſit una,] ideſt, una cum Patre. Vel cum Filius ſit una ſapientia cum Patre. *g* Omnia poteſt,] ſicut Pater, qui eſt omnipotens. *h* Et in ſe permanens,] ideſt, perfecte, ideſt, omnino manens immutabilis, actu, & potentia. *i* Omnia innovat,] rationabilia regendo, & irrationabilia ordinando. Vel [Omnia innovavit] ideſt, hominem, propter quem facta ſunt omnia, & qui habet cum omnibus participationem, ipſum innovat in præſenti per gratiam, in futuro per gloriam, *Apoc.* 21. Ecce nova facio omnia. *k* Et per nationes,] ideſt, in omni gente ſine acceptatione perſonarum. *l* In animas ſanctas ſe transfert] gratiam infundendo, quas non ſanctas invenis, ſed ſuo adventu ſanctas facit.

Et *m* Amicos Dei,] ideſt, amantes Deum, & amatos a Deo. *n* Et Prophetas conſtituit,] hoc eſt accendit ad amorem Dei, & illuminat ad cognitionem. Et vere ſapientia transferendo ſe in animas ſanctas, amicos Dei, & Prophetas conſtituit. *o* Neminem enim diligit Deus, niſi eum, &c.] ideſt, qui die ac nocte meditatur in lege Domini, quæ ſapientiam docet. Et merito diligit Deus illum, qui cum ſapientia inhabitat, ideſt cum Chriſto fide, & ſpe, & charitate, & ſanctæ converſationis imitatione. *p* Etenim hæc ſpecioſior] ſole materiali, qui eſt lumen oculorum corporalium, ſed Chriſtus eſt lumen mentium purgatarum. *r* Et ſuper omnem diſpoſitionem ſtellarum luci,] ſolis comparata, invenitur prior, ideſt, dignior, quaſi dicat Philo, luci Solis præfertur ſapientia, multo fortius & omnibus ſtellis. Et hoc probat. *x* Illi enim] ideſt, luci. *y* Succedit nox] ſed non ſapientiæ. Sapientia enim nunquam occidit, ſed Sol oritur, & occidit, & ad locum ſuum revertitur, ut dicit *Eccl.* 1.

Myſtice. Sapientia Dei Patris, ideſt, Chriſtus.

q Specioſior eſt Sole,] ideſt, quocumque majore Prælato Eccleſiæ.

r Et eſt ſuper omnem diſpoſitionem ſtellarum,] ideſt, ſuper omnem congregationem Sanctorum, qui ſunt diſpoſiti in Eccleſia, ſecundum proprias dignitates. Unde *Cant.* 2. dicit Sponſa: Sicut malus inter ligna ſilvarum, ſic dilectus meus inter filios. *ſ* Luci,] ideſt, Prædicatorum claritati comparata. *u* Invenitur prior,] ideſt, dignior, vel. *ſ* Luci,] ideſt, Joanni Baptiſtæ. *t* Comparata invenitur prior] ipſo Joanne teſtante, *Joan.* 1. Poſt me venit, qui ante factus eſt, qui prior me erat. Vel, Luci, ideſt Angelicæ naturæ. *t* Comparata] ſapientia. *u* Invenitur prior dignitate. *x* Illi enim ſuccedit,] ideſt ſuccedere poteſt. *z* Nox] peccati.

Pſal. 15. — De celebr. miſſa c. ſane. — Tria ſunt ſpecula Dei. — Myſtice.

a ſincera, & *b* ideo nihil inquinatum in illam incurrit. *c* Candor eſt enim lucis æternæ, & *d* ſpeculum ſine macula Dei majeſtatis, & *e* imago bonitatis illius. Et *f* cum ſit una, *g* omnia poteſt, *h* & in ſe permanens, *i* omnia innovat, *k* & per nationes in *l* animas ſanctas ſe transfert, *m* amicos Dei, & *n* prophetas conſtituit. *o* Neminem enim diligit Deus niſi eum qui cum ſapientia inhabitat. Eſt *p* enim hæc *q* ſpecioſior ſole, & *r* ſuper omnem diſpoſitionem ſtellarum *ſ* luci *t* comparata *u* invenitur † prior. *x* Illi enim *y* ſuccedit *z* nox.

CAP. VIII.

Sapientiam *a* autem *b* non vincit malitia. *c* Attingit ergo a fine uſque ad finem *d* fortiter, & *e* diſponit omnia ſuaviter.

EXPOSITIO CAP. VIII.

al. † prima

Sapientiam *a* autem non vincit malitia] Dixerat auctor in fine capituli præcedentis, quod ſapientia luci comparata prior, ideſt, dignior invenitur, & ſubjunxit rationem, quia luci ſuccedit nox ipſam exterminans, ſapientiam autem nulla malitia vincit, unde patet quod ſapientia ſimpliciter prior luce invenitur. Sapientia enim eſt ſapor boni, ut dicit *B. Bern.* quæ cum tranſierit in affectum cordis, Deo facit ſervire gratuito etiam ſi nullum inde ſperetur præmium. Unde dicit *B. Bern.* Etſi gratis non poſſit diligi Deus, eſt tamen ſine intuitu præmii diligendus. Sed videtur, quod ratio Philonis falſa ſit. Nam ſicut luci temporali nox ſuccedit, ita & luci ſapientiæ ſuccedit nox culpæ.

Solutio. Hic agit Philo de ſapientia increata, cui nec actu, nec potentia, nox aliqua ſuccedere poteſt. Præterea nox temporis omnino extinguit lucem temporalem, ſed nox culpæ non poteſt penitus extinguere lucem ſapientiæ. Non enim poteſt facere, quin luceat lux in tenebris, quia tenebræ, ideſt, mentes tenebroſæ eam non comprehendunt, & in hoc ſapientia vincit malitiam, quia ſemper lucet lumen ſapientiæ, etiam in tenebris malitiæ. Dicit ergo ita: Luci ſuccedit nox. 1. Pet. 2.

a Sapientia autem] increatam non fecit, nec inventus eſt dolus in ore ejus.

b Non vincit malitia,] quia ſemper lucet etiam in tenebris. Aliqui libri habent: In ſapientiam autem non incidit malitia, ideſt, in Chriſto non cadit peccatum. Et idem eſt. Igitur cum talis ſit ſapientia omnibus nobilior, Sole prior. Pſal. 36.

c Attingit ergo a fine uſque ad finem fortiter,] ideſt, principio mundi uſque ad adventum ſuum, qui fuit in fine ſæculi, ſicut dicitur 1. *Joan.* 2. fortitudinem ſuam exercuit, graviter peccata puniens.

e Et] nihilominus diſponit omnia ſuaviter, quia quicquid agit, facit miſericorditer. Etenim univerſæ viæ Domini miſericordia, & veritas. Miſericordia, ecce ſuaviter. Veritas, ecce fortiter. Vel ſic.

c Attingit a fine uſque ad finem,] ideſt, ab æterno, uſque in æternum, & ubique ſemper perfecte agit. Finis enim notat perfectionem. *d* Fortiter] ſine reſiſtentia, quia eſt Dei virtus. Et diſponit omnia ſuaviter,] ideſt æqualiter, quia Dei ſapientia eſt. Unde Paulus 1. *Cor.* 1. Nos autem prædicamus Chriſtum Dei virtutem, & Dei ſapientiam. Vel ſic ſecundum *B. Bern.* *c* Attingit a fine uſque ad finem fortiter,] ideſt, a ſummo cœlo uſque ad imum inferni. Aliter. Aliter.

d Fortiter] in cœlo dejiciendo ſuperbum. [Fortiter] in inferno ſpoliando animas. Fortiter, in medio ſcilicet, in mundo ſuperando malignum. *e* Et] idem [diſponit omnia ſuaviter,] ideſt, in cœlo ſtantes Angelos confirmando, & in inferno captivos a diabolo liberando, in mundo venundatos ſub peccato redimendo: vel melius. Septem ſunt gradus, quibus malitia accedit ad expugnandum ſapientiam, ſed per alios ſeptem gradus fortiores, & ſuaviores ſapientia impugnat malitiam, & expugnat attingens a fine uſque ad finem, a primo gradu uſque ad ultimum, fortiter, & diſponens omnia ſuaviter, unde ergo. Primus gradus malitiæ, eſt negligentia ſui. Secundus eſt curioſitas, qua homo ſe neglecto aliena inveſtigat. Tertius, eſt torpor, quem & duo primi generant. Quartus, eſt concupiſcentia, quam tertius parit. Quintus eſt conſuetudo, quam quartus gignit. Sextus eſt contemptus, quem quintus inducit. Juxta illud *Proverb.* 18. Impius cum in profundum venerit peccatorum, contemnit. Septimus eſt malitia, quia mala ſapiunt, & bona deſipiunt, quæ ex omnibus præcedentibus generatur.

a Hanc *b* amavi, & *c* exquiſivi eam a *d* juventute mea, & *e* quæſivi ſponſam mihi eam aſſumere, & *f* amator factus ſum formæ illius. *g* Generoſitatem illius glorificat contubernium *h* habens Dei, *i* ſed & omnium Dominus k dilexit illam, *l* Doctrix enim eſt diſciplinæ Dei & *m* electrix operum illius, *n* Et ſi divitiæ appetuntur in vita, *o* quid ſapientia locupletius, quæ omnia operatur? Si *p* autem *q* ſenſus operatur, *r* quis horum quæ ſunt *ſ* magis quam illa, eſt *t* artifex? Et ſi *u* juſtitiam quis dili-

generatur. Primum gradum expugnat ſpiritus timoris. Unde *Eccl.* 7. Qui timet Deum, nihil negligit. Secundum impugnat Spiritus pietatis. Unde 1. *Tim.* 4. Ineptas, & inanes fabulas devita, exerce autem teipſum ad pietatem. Tertium ſuperat ſpiritus ſcientiæ, qui docet bene converſari in medio pravę, & perverſæ nationis hujus, ut dicit *Auguſt.* Quartum expugnat ſpiritus fortitudinis, corpus proprium fortiter ſubjiciens ſervituti. Quintum vincit ſpiritus conſilii divinitus inſpirati. Sextum excludit ſpiritus intelligentiæ. Septimum expugnat ſpiritus ſapientiæ, qui bona ſapere, & mala deſipere facit. Et ita paret qualiter ſapientia vincit malitiam, attingens a fine uſque ad finem fortiter, vitia expellendo; & diſponit omnia ſuaviter, virtutes contrarias infundendo. Et ideo quia ſic operatur ſapientia, amabilis facta eſt mihi, dicit Philo, tam pro ſe, quam pro quolibet juſto. Unde ſequitur. *a* Hanc] † amabilem ſapientiam. *b* Amavi] corde. *c* Et exquiſivi eam] ſtudio, & oratione, & opere. *d* A juventure mea.] Quod eſt contra multos, qui cum ſenuerint in ſcientia ſæculari, tunc primo incipiunt ſtudere ſapientiæ. *Thren.* 3. Bonum eſt viro, cum portaverit jugum Domini ab adoleſcentia ſua. *Prov.* 5. Lætate juvenis, cum muliere adoleſcentiæ tuæ.

al. † notabilem.

e Et quæſivi ſponſam mihi eam aſſumere,] ideſt, illam amore caſto, & fructuoſo, & inſeparabili mihi copulari. Unde *Cant.* 3. In lectulo meo per noctes quæſivi, quem diligit anima mea: Quæ ſpirituali amore diligit, non carnali. Sed nonne loquitur Philo de ſapientia increata, quæ eſt Filius Dei? Conſtat quod ſic. Ergo deberet dicere: Quæſivi ſponſum meum, non ſponſam: Chriſtus enim ſponſus eſt & Eccleſia, vel anima ſponſa. Sol. Tanta eſt unio capitis, & corporis, ideſt, Chriſti & Eccleſiæ, ut ſæpe ſponſus nomine ſponſæ nominetur, ſicut patet *Iſa.* 61. ubi dicit. Propheta in perſona Domini: Induit me veſtimento ſalutis, & indumento juſtitiæ circumdedit me quaſi ſponſum decoratum corona, & quaſi ſponſam ornatam monilibus ſuis. Item ſicut Deus dicitur Creator, Trinitas creatrix, quia eſt generis fœminini, & tamen omnino eſt idem Deus, & Trinitas: Ita filius dicitur ſponſus, & ſapientia ſponſa, quia eſt generis fœminini, & propter ſenſum moralem, quo de ſapientia morali Theologice exponitur, quam multi non ut ſponſam, ſed ut adulteram ſibi aſſumunt, quia non fructum ſpiritualem in ea quærant, ſed voluptatem temporalem.

f Et amator factus ſum formæ illius,] ideſt, formoſæ, quia ipſa eſt candor lucis æternæ, & ſpeculum ſine macula Dei majeſtatis, *ſupra* 7. vel amator factus ſum formæ illius, ideſt, veritatis, quæ eſt principium intelligendi ipſam, ſicut forma in naturalibus. Præter hæc autem Chriſtus quatuor formas habet, quarum amatores ſunt juſti. Prima eſt converſatio Chriſti, quæ fuit in utilitate & paupertate. Secunda eſt vita Sanctorum, quæ Chriſtum nobis repræſentat. Tertia eſt ſacra Scriptura, quæ & ipſum nobis demonſtrat. Quarta eſt rerum univerſitas, in qua non ſolum ſapientiæ, ſed totius Trinitatis relucet veſtigium. Hæc amanda eſt, non propter ſe, ſed propter illum cujus eſt forma, ideſt, cujus benignitatem demonſtrat. Unde *Auguſt. in lib. Confeſſ.* Væ illis, qui diligunt nutus tuos pro te. Vel pro ſapientia creata poteſt intelligi, cujus forma eſt ſpiritualis intelligentia; materia vero ejus hiſtorialis ſive litteralis intelligentia. Et ideo bene dicit: Amator factus ſum formæ illius, ideſt, ſpiritualis intelligentiæ, non materiæ, quia littera occidit, ſpiritus autem vivificat. 2. *Cor.* 3. De pulchritudine hujus ſapientiæ dicitur *Zach.* 9. Quid bonum ejus, & quid pulchrum ejus, niſi frumentum electorum, & vinum germinans virgines, ideſt, ſapientia efficiens caſtas mentes.

g Generoſitatem, &c.] Generoſitas ſapientiæ eſt Deus Pater. a quo genita eſt ab æterno, ſicut ipſe dicit *Prov.* 8. Ab æterno ordinata ſum, & ex antiquis, antequam terra fieret, nondum erant abyſſi, & ego jam concepta eram. Et *Eccl.* 24. Ab initio & ante ſæcula creata ſum, ideſt genita. Et in *Pſalm.* 100. Ante luciferum genui te. Et eſt ſumma ſententiæ, quod filius gloriam patris quæſivit, non ſuam, ſicut ipſe dicit *Joan.* 8. Ego gloriam meam non quæro, eſt qui quærat, & judicet. Sic autem conſtrue literam.

h Habens contubernium Dei,] ideſt, ſapientia, ſive filius habens convenientiam æqualitatis cum patre.

g Glorificat generoſitatem illius] ideſt, patris. Hoc eſt, glorificat patrem, qui genuit eum. *Joan.* 8. Ego honorifico patrem meum. Vel ſic.

h Sapientia habens contubernium Dei,] ideſt, humilitatem, in qua habitat plenitudo divinitatis corporaliter. *Cor.* 2.

g Glorificat generoſitatem illius,] ideſt, Deum patrem, qui ipſam genuit. Et hanc duplicem expoſitionem *Interl.* innuit, quę dicit: In principio erat Verbum, & Verbum erat apud Deum, & Deus erat Verbum. Hic notatur æqualitas filii cum patre, & pertinet ad primam expoſitionem. Et Verbum caro factum eſt, & habitavit in nobis. Hic notatur incarnatio ſapientiæ, & pertinet ad ſecundam expoſitionem. Tertio modo exponitur ſic. Vir juſtus.

Joan. 1.

h Habens contubernium Dei,] ideſt, animam bonam quæ eſt contubernium Dei, ſive templum, ſicut dicitur 1. *Cor.* 3. Templum Dei ſanctum eſt, quod eſtis vos.

g Glorificat generoſitatem illius,] ideſt, ſapientiæ, ore & opere prædicando ipſam. Unde 1. *Cor.* 6. Glorificate, & portate Deum in corpore veſtro. Et non ſolum ſapientia glorificat patrem. *i* Sed & omnium Dominus,] ideſt, Deus pater.

k Dilexit illam] ſapientiam, ideſt filium. Vel, dilexit illam, ideſt, delectabilem genuit. Et merito dilexit illam.

l Doctrix enim eſt diſciplinæ Dei,] ideſt, docet diſciplinam, per quam venitur ad Deum, ideſt, ordinatam motum correctionem, de qua *Prov.* 3. Diſciplinam Domini, fili mi, ne abjicias. Vel diſciplinam, de qua Deus diſciplinatur. De qua dicitur *Iſa.* 53. Diſciplina pacis noſtræ ſuper eum. Vel.

l Doctrix enim eſt diſciplinæ Dei,] ideſt, diſciplinam, quam recepit a Deo patre, docuit in mundo. Unde *Baruch.* 3. Hic adinvenit omnem viam diſciplinæ, & dedit eam Jacob puero ſuo, & Iſrael dilecto ſuo.

m Et electrix operum illius, quia de malis eligit Deus bona, de bonis meliora, de melioribus optima, & illa facit. Unde *Dionyſ.* Optimi eſt optima adducere. Et ſecundum hoc dicitur, electrix operum illius, ideſt, Dei patris, quia electa opera ejus facit. Omnia enim operatur in ſapientia, non qualitercumque, ſed electe. Vel dicitur, electrix operum illius, quia nos facit eligere opera illius ad imitandum.

n Et ſi divitiæ appetuntur in vita] præſenti vel futura.

o Quid ſapientia locupletius, quæ omnia operatur?] quaſi dicat, ſi quis divitias appetit habere, quærat ſapientiam, quæ omnibus abundat divitiis. In ipſa enim ſunt omnes theſauri ſapientiæ, & ſcientiæ abſconditi. *Coloſſ.* 2. Unde dicit hęc *Interl.* Virtutum divitias continet ſapientia, & amatoribus ſuis offert. Unde *Prov.* 8. Mecum ſunt divitiæ & gloria, opes ſuperbæ & juſtitia, ut ditem diligentes me, & theſauros eorum repleam. *Aug.* Nimis dives eſt Chriſtiana Religio, cui datum eſt in omnium poſſeſſore omnia poſſidere. *p* Si autem ſenſus operatur, quis horum, quæ ſunt, magis quam illa, eſt artifex?] Dupliciter legitur hoc. Uno modo ſic. Vere ſapientia operatur omnia. *p* Autem] pro quia. *q* Si ſenſus operatur,] ipſa enim ſanam & profundam intelligentiam operatur.

r Quis eſt artifex horum, quæ ſunt,] ideſt virtutum, & operum virtutum. *ſ* Magis quam illa?] quaſi diceret, vere omnia operatur ſapientia. Operatur enim ſenſus, ideſt, occultas intelligentias. Si autem ſenſus operatur, ergo & virtutes, & opera virtutum, quæ ad verum eſſe perducunt. Ita exponit *Gloſ.* Tamen non videtur competens expoſitio: quia quod majus eſt, ſupponit; operari enim ſenſus, ideſt, intelligentias quam virtutes, quod non videtur verum. Secundo modo exponitur ſic, ut hæc dictio, ſenſus, ſit nominativus ſingularis: [Si divitiæ appetuntur in vita, quid locupletius ſapientia? *p* Si autem ſenſus] ſupple, appetatur. *r* Quis operatur,] illum ſcilicet ſenſum. *ſ* Magis quam illa] ſcilicet ſapientia? quaſi dicat, nullus. [Illa] dico. *t* Eſt artifex horum, quæ ſunt,] ideſt, virtutum & operum virtutum, quaſi dicat, ſapientia operatur virtutes: ergo multo fortius operatur & ſenſus. Si igitur ſenſus appetitur, quæratur ſapientia, quæ ipſum operatur. *u* Et ſi juſtitiam quis diligit,] ideſt, virtutem, quia communiter hic accipitur juſtitia pro

git, & *a* labores hujus magnas habent virtutes. *b* Sobrietatem enim, & † *c* prudentiam docet, & *d* juſtitiam, & *e* virtutem, *f* quibus utilius *g* nihil eſt in vita hominibus, Et † *h* ſimilitudinem ſcientiæ *i* deſiderat quis, ſcit *k* præterita *l* & de futuris æſtimat, ſcit *m* verſutias ſermonum, & *n* † diſſolutiones argumentorum, *o* ſigna, & monſtra ſcit, antequam fiant, & eventus temporum, & ſæculorum. *p* Propoſui ergo hanc adducere mihi ad convivandum:

omni virtute, ſive pro gratia juſtificante. *a* Et labores hujus,] ideſt ſapientiæ, vel dilectionis, quæ eſt venerabilis ſapientia [magnas habent virtutes,] q. d. ſi quis appetat virtutem, accedat ad opera ſapientiæ, & in il-
B lis exerceat ſe: quia conferunt magnas virtutes, ſcilicet quatuor Cardinales. Opera ſapientiæ vocat auctor labores: quia omnis virtus in arduo ſita eſt. Unde dicit *Gloſſ.* Nihil iners, nihil de-
ſidioſum in operibus ejus,
al. † ſapientiam. ſed quæcumque ſunt vera, quæcumque podica, quæcumque juſta, agit, & a-
al. † ſi multitudinem. genda ſuis committit. Et licet opera ſapientiæ labores ſint, parum tamen oportet laborare ad ipſam haben-
al. † diſpoſitiones. dam. Aſſidentem enim foribus ſuis illam inveniet, *ſup.* 6. & *Eccl.* 6. Exiguum in opere ejus laborabis, & cito edes de generationibus illius. *b* Sobrietatem enim,] quaſi dicat, vere labores ejus magnas habent virtutes. Sobrietatem enim, ideſt, temperantiam. *c* Et prudentiam docet,] ſapientiam ſcilicet. *d* Et juſtitiam,] hic accipitur ſpecialiter pro virtute Cardinali. *e* Et virtutem,] ideſt, fortitudinem. *f* Quibus utilius,] ad vitam æternam. *g* Nihil eſt in vita] præſenti, vel in via hominibus. Unde *Rab.* Qui temperans eſt & prudens, fortis & juſtus, quid illi deeſt? quaſi dicat, nihil. Tamen has virtutes nemo habet, niſi cui virtutum omnium origo Deus contulit. Et videtur dicere *Rab.* quod hæ virtutes ſolum per infuſionem habentur a Deo. Philoſophi tamen dicunt, quod habeantur per acquiſitionem: Nam bona facientes, boni ſumus, dicit Ariſtot. At hoc ſolvunt quidam dicentes, aliud eſſe juſtitiam Politicam, aliud Theologicam, & de aliis duabus ſimiliter dicunt, & quod Politicæ per acquiſitionem habentur, & de his loquuntur Philoſophi. Theologicæ vero per infuſionem obtinentur, & de illis loquitur *Rab.* & alii Sancti, & ita non eſt ibi contrarietas. Alii dicunt, quod idem eſt habitus juſtitia Politica, & Theologica, ſed quod habitus ille ſit virtus perfecta, hoc eſt a Deo per infuſionem, iſte autem habitus habetur per acquiſitionem. Item videtur, quod Fides, Spes, & Charitas ſint utiliores quatuor Cardinalibus. Ad hoc dicimus, quod illæ tres ſub illis quatuor continentur. Fides ſub Prudentia, Spes ſub Furtitudine, Charitas ſub Juſtitia. Vel hoc ideo eſt: quia quatuor Cardinales magis conſiſtunt in uſu operum, quam iſtæ. *h*
1 Cor. 13. Et ſimilitudinem ſcientiæ deſiderat quis, ſcit præterita,] q. d. ſi quis appetit in vita præſenti habere ſcientiam, merito debet quærere ſapientiam: quia ipſa confert omnium præſentium, præteritorum, & futurorum ſcientiam. Philo vero ſcientiam viæ vocat ſimilem ſcientiæ illius, quæ erit in patria. Hæc enim eſt ænigmatica, illa vera. Hæc ex parte, illa perfecta: Et cum venerit quod perfectum eſt, deſtruetur quod ex parte eſt. Et hoc eſt. *h* Similitudinem ſcientiæ,] ideſt ſcientiam in præſenti. *i* Deſiderat quis] habere, quærat ſapientiam. Quia ipſa. *k* Scit præterita,] ideſt, ſcire facit: quia revelat ea ſuis, ut Moyſi, qui prophetavit de præteritis, ideſt, de creatione mundi, & ceteris, quæ fuerunt ante ipſum. *l* Et de futuris æſtimat,] ideſt, æſtimare, ſive conjecturare facit. Et non mirum, ſi ſcire facit præterita & futura: quia ipſa eſt initium, & finis, *Apoc.* 1. *m* Scit verſutias ſermonum,] ideſt, occultos modos loquendi intelligit, vel ſententias. Et accipitur in bono verſutias hic, ſicut *Eccl.* 39. ubi dicitur: Sapiens narrationem virorum nominatorum conſervabit, & in verſutias parabolarum ſimul introibit. Et hoc eſt planum de Chriſto: Nam cum quærerent Herodiani miſſi a Phariſæis: Licet cenſum dare Cæſari, an non? novit eorum verſutias, *Matt.* 22. Vel ſic. *m* Scit verſutias ſermonum,] ideſt, ſcire facit dando & ſapientiam & modum loquendi. Unde *Luc.* 21. Ego dabo vobis os & ſapientiam, cui non poterunt reſiſtere omnes adverſarii veſtri. *n* Et diſſolutiones argumentorum,] ideſt; ſolutiones argumentorum ſcire facit. Vel, Diſſolutiones argumentorum] ideſt, poſitiones, ſicut dicit *Gloſſ.* Et accipitur hic poſitio ſicut alibi dicitur. Poſitio eſt extranea opinio alicujus notorum ſecundum Philoſophiam. Habet enim mundus ſuas poſitiones, & Diabolus ſuas, & Chriſtus ſuas. Mundus ponit quod nihil movetur, ideſt, divitias, delitias, & honores vitæ præſentis fingit æternas, & nunquam deficere. Chriſtus econtrario ponit, quod omnia moventur, ideſt, quod iſta cito deficient. *Luc.* 21. Cœlum & terra tranſibunt; verba autem mea non tranſibunt. Diabolus ponit, quod beati ſunt potentes, & divites hujus mundi. Sed Chriſtus e contrario, *Matth.* 5. Beati pauperes ſpiritu, quoniam ipſorum eſt Regnum cœlorum. Chriſtus argumentatur. Tu es pauper, ergo beatus. Diabolus e contrario: Tu es pauper, ergo miſer.

Facit etiam Diabolus ſyllogiſmum ſuis. Proponit verum, aſſumit bonum, concludit malum. Verbi gratia: Cum aliquis vocatur ad præbendas, vel dignitates, dicit Diabolus: Non eſt malum habere beneficium, inde aſſumit abundantiam divitiarum, & ex his concludit gulam, & luxuriam, ita fecit Salomon. Unde *Eccl.* 47. Collegiſti quaſi aurichalcum aurum, & ut plumbum compleſti argentum. Et poſt: Inclinaſti fœmora tua mulieribus. Sed hujus argumenti ſolutionem dicit Dominus in *Pſal.* 61. Divitiæ ſi affluant, nolite cor apponere. Et *Luc.* 14. Si quis venit ad me, & non odit patrem ſuum, &c. non poteſt meus eſſe diſcipulus. *o* Signa & monſtra ſcit, antequam fiant, & eventus temporum, & ſæculorum.] Unde dixit diſcipulis ſuis: Erunt ſigna in Sole, & Luna, &c. *Luc.* 21. Signa dicit minora, monſtra majora; eventus temporum, & ſæculorum dicitur ſcire, quia docet quid eveniet in ſæculo futuro pro his, quæ geruntur in tempore, & pro malis pœna, pro bonis gloria eveniet. Unde *Joan.* 5. Procedent, qui bona fecerunt, in reſurrectione vitæ, qui vero mala egerunt, in reſurrectionem judicii. Unde dicit *Beatus Bernard.* Sancti vitæ hujus non ſolum Angelicam, vel Apoſtolicam, ſed & propheticum ſpiritum ſortiti ſunt. Angelicum quidem, quantum ad vitæ munditiam: quia in carne præter carnem vivere Angelicum eſt, non humanum. Apoſtolicum vero: quia omnia reliquerunt pro Chriſto. Propheticum autem: quia ipſa vitæ ſuæ anſteritas prophetat retributionem malorum, & bonorum. *Iſa.* 20. Sicut ambulavit ſervus meus Iſaias diſcalceatus, & nudus trium annorum ſignum erit, & portentum ſuper Ægyptum, & ſuper Æthiopiam. *Jerem.* 25. Ecce in civitate, in qua invocatum eſt nomen meum, ego incipio affligere, & vos quaſi innocentes, & immunes eritis? quaſi dicat, non eritis immunes, gladium enim voco ſuper omnes habitatores terræ. Et quia talis eſt ſapientia. *p* Propoſui ergo hanc adducere mihi ad convivendum,] ideſt, cum illa ſimul vivam vita gratiæ, & tandem vita gloriæ. Vel ad convivandum, ideſt, ut cum ipſa epuler, & ipſa mecum, ſicut dicitur *Apoc.* 3. Ego ſto ad oſtium, & pulſo, ſi quis audierit vocem meam, & aperuerit mihi januam, intrabo ad illum, & cœnabo cum illo, & ipſe mecum. Et loquitur Philo in perſona cujuslibet juſti, ſicut dicit *Interl.* Nam ſapientia cujuslibet juſti conviva eſt, & copulatrix.

Unde ſponſa invitat eam ad convivandum, *Cant.* 5. Veniat dilectus meus in hortum ſuum, ut comedat fructum pomorum ſuorum, quaſi puer: Parvulus enim natus eſt nobis, & filius datus eſt nobis. *Iſa.* 9. Sed quia nobiles hoſpites non ſolent per nuncios vocari ad convivium, ſed ab ipſo Domino hoſpitii, ideo dicit Sponſa *Cant.* 3. Surgam & circuibo civitatem per vicos, & plateas, quæram quem diligit anima mea. Sicut *Heſth.* 5. non mandat ad Regem Aſſuerum, quod veniat, ſed ipſa venit ad eum. Talis hoſpes vocari debet ad convivium: quia pauper, quia juſtus, quia de tribu noſtra: hujuſmodi enim docet ſacra Scriptura debere invitari. De juſto habes *Eccl.* 3. Viri juſti ſint tibi convivæ. De paupere invitando habes *Luc.* 14. Cum facis convivium, voca pauperes, debiles, claudos, cæcos, & beatus eris. De contribulo invitandu legitur *Tob.* 2. ubi dixit Tobias filio ſuo; Vade & adduc aliquos de tribu noſtra timentes Deum, ut epulentur nobiſcum. Quærendus eſt autem Dominus, & inveniendus, vocandus, adducendus ad convivium. Sed quis quærit, quis invenit, quis vocat, quis adducit? Meditatio quærit, contemplatio invenit, oratio vocat, humilitas adducit. Unde dixit Sponſa *Cant.* 1. Dum eſſet Rex in accubitu ſuo, nardus mea dedit odorem ſuum, ideſt, humilitas effudit orationem ſuam, ut vocaret & adduceret ſponſum ad convivandum nobiſcum in terris, qui cum Patre, & Angelis ejus convivatur in cœlis. Duo ſunt fercula, ad quæ invitatus libenter venit, & libenter comedit. Primum eſt vitæ munditia. Unde *Cant.* 2. Dilectus meus mihi, & ego

illi,

a Sciens quoniam mecum communicabit de bonis, *b* & erit allocutio *c* cogitationis & tædii mei. *d* Habebo propter hanc claritatem *e* ad turbas, & *f* honorem *g* apud ſeniores. *h* Juvenis, & acutus inveniar in judicio, *i* & in conſpectu potentium † admirabilis ero, & *k* facies Principum mirabuntur me. *l* Tacentem me ſuſtinebunt, & *m* loquentem me reſpicient, *n* & ſermocinante me plura, manus *o* ori ſuo imponent. † *p* Præterea habebo per hanc *q* immortalitatem, & *r* memoriam æternam his, *ſ* qui poſt me futuri ſunt, relinquam. *t* Diſponam populos, & *u* nationes *x* mihi erunt † ſubditæ. *y* Timebunt me audientes Reges horrendi, *z* & in multitudine *a* videbor bonus, & in *b* bello fortis. *c* Intrans in domum meam, conquieſcam cum illa. *d* Non enim habet amaritudinem converſatio illius, *e* nec tædium convictus illius, *f* ſed lætitiam & gaudium. Hæc *g* cogitans apud me, & *h* commemorans in *i* corde meo, *k* quoniam † immortalitas eſt in *l* co-

illi, qui paſcitur inter lilia. Secundum eſt vera pœnitentia. Unde *Gen.* 27. dixit Rebecca ad Jacob: Pergens ad gregem affer mihi duos hædos optimos, ut faciam ex eis eſcas patri tuo, quibus libenter veſcitur. Si hæc duo fercula Chriſto paraveris, parabit & ipſe tibi alia duo meliora, quæ dat ſuis

C invitatis, ſcilicet gratiam in præſenti & gloriam in futuro. Et hæc quatuor fercula complectitur *Pſal.* 83. uno *verſicul.* Veritatem, & miſericordiam diligit Deus, ecce duo prima ex parte noſtra: gratiam, & gloriam dabit Dominus; ecce alia duo ex parte Domini. Et hoc eſt, quod hic ſequitur. *a* Sciens quoniam mecum communicabit de bonis,] q.d. ideo volo eam habere convivam, quia ſi communicavero ei mea, communicabit & ipſa mihi ſua. Si tu propinas cinerem pœnitentiæ, & potum lacrymarum, & ipſe pro his dat tibi coronam gloriæ, & gaudium ſempiternum. Unde *Iſa.* 61. Dabo eis coronam pro cinere, & oleum gaudii pro luctu, & pallium laudis pro ſpiritu mœroris. Et non ſolum communicabit mecum de bonis ſuis, ſed *b* Et erit allocutio,] ideſt, alleviatio. *c* Cogitationis & tædii mei,] juxta illud: Vehiculum in via facundus comes. Cogitationes, & tædium alloquitur Dominus, dum cogitationes ad ſe elevat, & tædium revelat, quod fit per interiorem conſolationem, quandoque per exteriorem tribulationem. Hi enim ſunt duo ſtimuli, quibus & cogitationes elevat, & tædium relevat. Adhuc mihi plus facit ſapientia. *d* Habebo propter hanc claritatem,] boni nominis. *e* Ad turbas] populorum. *f* Et honorem,] reverentiæ. *g* Apud ſeniores,] ſicut *Job* dicit de ſe 29. Videbant me juvenes, & abſcondebantur, & ſenes aſſurgentes ſtabant. *h* Juvenis, & acutus inveniar in judicio,] ideſt, fortis & ſapiens, omnia dijudicans ſecundum legem. *i* In conſpectu potentium admirabilis ero,] propter ſapientiam loquendi. *k* Et facies Principum mirabuntur me, laudando loquentem. *l* Tacentem me ſuſtinebunt,] ideſt, expectabunt. Unde *Job.* 29. Expectabant me ſicut pluviam, & aperiebant os ſuum ſicut ad imbrem ſerotinum. *m* Et loquentem me reſpicient,] attenti ad ſermones meos. *n* Et ſermocinante me plura, manus] ſuas. *o* Ori ſuo imponent,] non audentes reſiſtere mihi, *Job* 29. Quando procedebam ad portam civitatis, in platea parabant cathedram mihi, & Principes ceſſabant loqui, & digitum ſuperponebant ori ſuo. *p* Præterea habebo per hanc immortalitatem,] q.d. per ſapientiam habebo in præſenti bona prætaxata, & in futuro. *p* Præterea habebo per hanc,] ideſt, per ſapientiam. *q* Immortalitatem,] ideſt, gloriam immortalem, quam juſti habent ſpe. Unde *ſup.* 3. Spes illorum immortalitate plena eſt. *r* Et memoriam æternam,] meorum operum, & virtutum. *ſ* His, qui poſt me futuri ſunt relinquam.] Juxta illud *Pſal.* 111. In memoria æterna erit juſtus. Et *Prov.* 10. Memoria juſti cum laudibus, *Eccl.* 49. Memoria Joſiæ in compoſitione odoris facta eſt. *t* Diſponam populos,] erudiendo fidei veritatem, & morum compoſitionem. *u* Et nationes,] quas docebo. *x* Mihi erunt ſubditæ, quia non permittam eos exorbitare a ſemita veritatis. Et exponit hoc totum *Gloſſ.* de Prædicatoribus, & de Chriſto, quibus & cui ſubditi erant converſi ad fidem propter Deum. Juxta illud *Pſal.* 46. Subjecit populos nobis & gentes ſub pedibus noſtris. *y* Timebunt me audientes Reges horrendi,] aliis, victi patientia mea, dicit *Interl.* & videntes Chriſti miracula, qui ait: Confidite, quia ego vici mundum, *Joan.* 16. Unde *Eccl.* 101. Timebunt gentes nomen tuum, Domine, &c. *z* Et in multitudine,] bonorum. *a* Videbor bonus,] ideſt, benignus. *b* Et in bello,] adverſariorum, vel in judicio, ubi pugnabit cum illo totus orbis terrarum contra inſenſatos, *ſup.* 5. fortis, quaſi dicat, Chriſtus in judicio blandus juſtis, & crudelis impiis, apparebit, ut timeatur, & ametur. Unde *Exod.* 13. Dominus autem præcedebat eos ad oſtendendam viam per diem in columna nubis, & per noctem in columna ignis, in igne terror, in nube manſuetudo deſignatur. Idem ſignificat Angelus ſepulchri, de quo loquitur *Matth.* 28. Et erat aſpectus ejus ſicut fulgur, & veſtimentum ejus ſicut nix. Tales debent eſſe Prælati, & Prædicatores, peccatoribus terribiles comminando, & juſtis blandi vitam æternam promittendo. Sed iterum, ne peccatores deſperent ex nimia increpatione, debent Prędicatores aliquando eſſe blandi conſolando, & ſi pęniteant, veniam promittendo; & juſtis, ne inaniter extollantur, debent eſſe terribiles, caſum poſſibilem eis oſtendendo, ſicut dicitur *Rom.* 11. Tu autem fide ſtas, noli altum ſapere, ſed time. Et 1. *Cor.* 10. Qui ſe exiſtimat ſtare, videat, ne cadat. *c* Intrans in domum meam conquieſcam cum illis,] ideſt, in ſecretum conſcientiæ meæ, ſive mentis conquieſcam cum ſapientia vacando contemplationi. Sic enim debet facere Prædicator, ut dicit *Rabanus*: Poſt prædicationem veritatis, poſt laborem operis, quibus auditoribus ſolatium præbuit, ad ſe rediens, divinæ contemplationi vacans, ſupernæ dulcedinis quietem invenit. Aliter enim inanis eſt contemplatio, quem non præceſſerunt exercitia ſanctarum actionum. Unde *Prov.* 24. Præpara foris opus tuum, & diligenter exerce agrum tuum, & poſtea ædifices domum tuam. Et Jacob Rachelis amplexus non meruit, donec Liam primo cognovit. Nec Iſrael vocatus eſt, donec cum Angelo luctatus eſt. Et merito conquieſcam cum illa.

al. † amabilis.

al. † propterea.

al. † ſubj. &c.

al. † immortalis.

d Non enim habet amaritudinem converſatio illius,] imo ſaporem dulcedinis, juxta quod nominatur ſapientia, ſapida ſcientia.

e Nec tædium convictus illius,] quo convivat, vel convivit nobiſcum.

f Sed lætitiam, & gaudium.] Lætitiam affectus, & gaudium intellectus. Et dicit *Rabanus*, quod corporales delitiæ corpus gravant, ſpirituales vero mentem relevant, & tanto amplius eſuriuntur, quanto amplius comeduntur. Unde *Eccl.* 24. Qui edunt me, adhuc eſurient. Corporalium delitiarum appetitus placet, experientia diſplicet. Econtrario appetitus ſpiritualium gravis eſt, experientia placens. Unde *Pſal.* 33. Guſtate & videte, quoniam ſuavis eſt Dominus.

g Hæc cogitans apud me,] ideſt, prædictas utilitates ſapientiæ.

h Et commemorans,] ideſt, ſæpe memorans.

i In corde meo,] gaudens, & admirans, ſicut legitur de Beata Virgine, *Luc.* 2. Maria autem conſervabat omnia verba hæc, conferens in corde ſuo. Quod proprie eſt ſapientum conferre in corde audita, antequam loqui. Unde *Eccl.* 22. Cogitatus ſenſati in omni tempore, vel mero non depravabitur commemorans, inquam.

k Quoniam immortalitas eſt,] ideſt, ad immortalitatem perducens.

l In cogitatione,] affectuoſa, quod nomine cordis innuitur. Unde dicit *B. Bern.* Anima in ſcientia, cor in affectu ſonat. Juſti in corde cogitant de ſapientia, ideſt ex affectu. Unde *Eccl.* 14. Beatus vir, qui in ſapientia morabitur, & qui in juſtitia ſua meditabitur, & in ſenſu cogitabit circumſpectionem Dei, qui cogitat vias illius in corde ſuo. Sic & impii mala cogitant in corde ſuo, quia afficiuntur in ipſa cogitatione malorum.

Unde *Matth.* 9. Ut quid cogitatis mala in cordibus veſtris? Dicit ergo.

h Commemorans in corde meo,] ideſt, in intellectu cogitans & affectu.

k Quomodo immortalitas eſt in cogitatione ſapientiæ,] ideſt, quod cogitatio ſapientiæ cauſa eſt immortalitatis.

Unde *ſupra* 6. Cogitare de illa ſenſus eſt conſummatus. Vel cogitatio ſapientiæ immortalis eſt, ideſt, quicquid cognoſcitur de natura ejus, totum eſt immortale, & ſemper vivere invenitur.

gitatione † ſapientiæ, *a* & in amicitia illius delectatio bona, *b* & in operibus manuum illius honeſtas ſine defectione, & in *c* certamine loquelæ illius *d* ſapientia, & *e* præclaritas in communicatione ſermonum ipſius, *f* circuibam *g* quærens, *h* ut mihi illam aſſumerem. *i* Puer *k* autem eram ingenioſus, *l* & ſortitus ſum *m* animam bonam. Et *n* cum eſſem magis bonus, *o* veni ad corpus incoinquinatum. *p* Et ut ſcivi, quoniam aliter non poſſum eſſe continens, niſi Deus det, *q* & hoc ipſum erat † ſapientiæ, ſcire cujus eſſet hoc donum, *r* adii Dominum, & *ſ* deprecatus ſum illum, *t* & dixi ex totis præcordiis meis.

al. † ſapientia.

a Et in amicitia illius delectatio bona.] Active & paſſive verum eſt; nam & qui amat ſapientiam, & qui amatur ab ea, delectatur. Utrumque enim dulce eſt, & amare, & amari: dicit *Aug.* Amicitia vero in ſolo amore conſiſtit: ut dicit Tullius. Unde ille amicitiam habet erga ſapientiam, qui illam diligit propter ipſam, & non propter aliud, & tunc in ipſa delectationem habet. Unde *Iſa.* 66. Lætamini cum Jeruſalem, & exultate in ea omnes, qui diligitis eam, gaudete cum ea gaudio univerſi, qui lugetis ſuper eam. *b* Et in operibus, &c.] ideſt, opera ejus honeſtatem habent indeficientem. Opera dicit tam creationis, quam recreationis. Sed opera recreationis non ſolum habent honeſtatem in ſe, ſed etiam conferunt honeſtatem indeficientem, ideſt, vitam æternam credentibus, & imitantibus ipſam. *c* Et in certamine,] ſ. ſapientiæ, eſt. *d* Sapientia] hoc eſt in locutione ſanctæ Scripturæ, ubi loquitur nobis ſapientia, eſt ſapientia; vel in prædicatione morum, & fidei, ubi de ſapientia loquimur, eſt ſapientia. Hoc eſt triplex certamen ſapientiæ, in quo eſt ſapientia intus reficiens, & erudiens cor, & exterius regens linguam, ſecundum quod dicitur *Luc.* 21. Dabo vobis os, & ſapientiam, cui non poterunt reſiſtere, & contradicere omnes adverſarii veſtri. De primo certamine dicitur *Eccl. ult.* Colluctata eſt anima mea cum illa, & faciendo illam confirmatus ſum. De ſecundo dicitur *Oſee* 12. In fortitudine ſua directus eſt Jacob cum Angelo, & invaluit ad Angelum, & confortatus eſt, flevit, & rogavit eum, in Bethel invenit eum. Tangit hic, quod legitur *Gen.* 38. Remanſit ſolus Jacob, & ecce vir luctabatur cum eo uſque mane, qui cum videret, quod eum ſuperare non poſſet, tetigit nervum femoris ejus, & ſtatim emarcuit, dixitque ad eum: dimitte me, jam enim aſcendit aurora: Reſpondit: Non dimittam te, niſi benedixeris mihi. De tertio dicitur 2. *Tim.* 4. Bonum certamen certavi, curſum conſummavi, fidem ſervavi, &c. 1. *Cor.* 15. Si ſecundum hominem ad beſtias pugnavi Epheſi, quid mihi prodeſt? *e* Præclaritas in communicatione ſermonum ipſius.] Quæ communicatio fit in doctrina, & prædicatione, & ſacræ Scripturæ expoſitione, quæ doctrina, vel prædicatio debet fieri in exquiſitis, & politis verbis, & communibus, quæ magis elucidant ſapientiam. Et hoc notat *Philo* per hoc, quod dicit, præclaritas in communicatione ſermonum illius. Decor enim verborum eſt abſconſio ſapientiæ. Unde *Eccl.* 4. Non abſcondas ſapientiam in decore ejus: in lingua enim ſapientia dignoſcitur, & ſenſus, & doctrina. Ecce quinque ponit Philo, quæ oportet omnem Prædicatorem, vel Doctorem habere ad hoc, ut prædicare, vel docere poſſit ſapientiam. Primum eſt cogitatio ſapientiæ, quod tangitur hic. Hæc cogitans apud me. Secundum eſt amor ſapientiæ, quod tangitur ibi: In amicitia illius delectatio bona. Tertium eſt opus, quod tangitur ibi: In operibus manuum illius honeſtas ſine defectione. Quartum eſt ſtudium, quod tangitur ibi, Et in certamine loquelæ illius ſapientia. Quintum eſt doctrina ſive prædicatio, quod tangitur ibi: Et præclaritas in communicatione ſermonum ipſius. Hæc ſunt quinque lapides, quos aſſumpſit David contra Goliam pugnaturus, 1. *Reg.* 17. ubi legitur: Elegit ſibi David quinque lapides limpidiſſimos de torrente, & miſit eos in peram paſtoralem, quam ſecum habebat, & fundam manu tulit, & proceſſit adverſus Philiſthæum. Et quia talem cognovi eſſe ſapientiam. *f* Circuibam] diligenter & ſtudioſe. *g* Quærens,] ſtudio, oratione, & opere. *h* Ut mihi illam aſſumerem,] primo & poſtea aliis. Juxta illud 1. *Tim.* 4. Attende tibi & doctrinæ, inſta in illis: hoc enim faciens, & teipſum ſalvum facies, & eos, qui te audiunt. Quærenda eſt ergo ſapientia, quouſque inveniatur, & inventa tenenda, ne amittatur, ſecundum quod dicitur *Cant.* 3. Surgam & circuibo civitatem, per vicos, & plateas quæram quem diligit anima mea: Tenui eum, nec dimittam. Sed ut firmiter teneri poſſit, apponenda eſt utraque manus. Siniſtra ponitur, cum in adverſis fortiter ſapientia cuſtoditur. Dextera apponitur cum in proſperis pietas exercetur. Sed nos etiam difficile ſapientiam invenimus, difficilius inventam apprehendimus, faciliime dimittimus apprehenſam. Sed poſſet aliquis quærere, quomodo quærendo poteras ſapientiam circuire? Et reſpondet. *k* Autem,] ideſt, quia. *i* Puer eram ingenioſus,] in naturalibus. *l* Et ſortitus ſum,] ſorte gratiæ. *m* Animam bonam,] ideſt, bonam voluntatem, quaſi dicat, duo habebam, per quæ poſſit ſapientia citius inveniri, intellectum acutum per naturam, & voluntatem bonam per gratiam. *n* Et cum eſſem magis bonus,] ideſt, cum voluntas bonitatis præmineret in me acumine, ſive ingenio naturali. *o* Veni ad corpus incoinquinatum,] ideſt, ad culmen virtutum, & congeriem bonorum operum. Sic accipitur corpus *Matt.* 6. Si oculus tuus fuerit ſimplex, totum corpus tuum lucidum erit. Vel aliter. *n* Cum eſſem magis bonum,] ideſt, magis proficerem in bono. *o* Veni ad corpus, &c.] ideſt, munditiam corporis ſervavi. Et propter hoc dicit *Gloſſ.* quod licet iſta, quæ hic dicuntur, videantur convenire Salomoni, qui in pueritia ſua ſapientiam poſtulavit, ut juſte populum judicaret, & ſortitus eſt animam bonam: quia cor habuit ſapiens, intelligens ſuper omnes, ut legitur 3. *Reg.* tamen non venit ad corpus incoinquinatum, quia alienigenas duxit uxores, & idolis templa ædificavit, ut legitur 3. *Reg.* 11. *p* Et ut ſcivi, quoniam aliter non poſſum eſſe continens.] Expoſitio, niſi Deus det continentiam. *q* Et hoc ipſum erat ſapientiæ, ſcire cujus eſſet hoc donum,] ideſt, Dei, a quo omne datum optimum, & omne donum perfectum, *Jacob.* 1. Cum, inquam hoc ſcivi. *r* Adii Dominum] paſſibus mentis, orationibus. *ſ* Et deprecatus ſum illum,] pro habenda ſapientia. *t* Et dixi ex totis præcordiis meis,] *Pſal.* 118. ideſt, de profundo cordis, non ex ſummitate labiorum ad Deum clamavi, ſicut dicit *Pſal.* 129. De profundis clamavi ad te, Domine. Et alibi: Clamavi in toto corde meo, exaudi me, Domine, quaſi dicat, Ideo exaudi me, quia clamo toto corde meo. Toto enim corde clamat, qui omnes cogitationes, & cuncta deſideria in Deum dirigit.

Quinque neceſſaria Prædicatori.

A

CAP. IX.

Deus *u* patrum meorum, *x* & Domine

EXPOSITIO CAP. IX.

Deus patrum meorum, &c.] Nonum capitulum eſt, in quo ponit auctor orationem, de qua in fine cap. præced. dixit: Adii Dominum & deprecatus ſum illum. Et poteſt legi hæc oratio in perſona trium, ideſt, Salomonis, vel Chriſti, vel cujuſlibet juſti. Si in perſona Chriſti legatur, tunc fit ſermo ad Deum Patrem. Si in perſona Salomonis, vel cujuſlibet juſti, tunc fit ſermo ad Trinitatem totam, vel ad Chriſtum, ſine quo nec Reges regnant, nec Sacerdotes juſta decernunt. Sicut dicitur *Prov.* 8. Per me reges regnant, & legum conditores juſta decernunt. Quia vero tædioſum eſſet exequi omnem expoſitionem, exponemus tantum de viro juſto, *De viro juſto.* quia per hanc ſatis patebunt aliæ expoſitiones. Captans ergo primo benevolentiam vir juſtus illius, quem deprecatus, dicit: *u* Deus patrum meorum,] quia non Deus recens. Vel, Deus patrum meorum,] ideſt, Abraham, Iſaac, & Jacob, quorum ſpecialiter Deus dicitur, propter tres virtutes, quæ per eos ſignantur, ideſt, fidem, ſpem, & charitatem, a quibus omnis oratio pondus habet. Et ideo bene ponitur in principio orationis. Vel, Deus patrum meorum,] quos de Ægypto mirabiliter ut verus Deus eduxiſti. Et non dixit: Deus meus, ſed Deus patrum meorum, quia favore parentum ſæpe miſericorditer agitur cum filiis. Unde Dominus propter David ſervum ſuum noluit auferre regnum Salomoni. *x* Et Domine miſericordiæ,] largitor, ſive auctor. Vel intranſitive: Domine miſericordiæ, ideſt Domine, qui es miſericordia.

▲ Qui *Aliter.*

Vel ſic, *u* Deus patrum meorum,] ideſt, qui potens es. *x* Et Domine miſericordiæ,] ideſt, qui benignus es.

⊖ Qui *De Chriſto.*

u Deus patrum meorum, &c.] *Gloſſæ* omnes & Poſtillæ exponunt hoc de Chriſto, ſic loquente ad Patrem, *u* Deus patrum meorum,] ideſt, Abraham, Iſaac, & Jacob, qui ſunt mei, & a quibus ſecundum carnem natus ſum. *x* Et Domine miſericordiæ,] ideſt, Domine miſericors, potens quando, & cui volueris miſereri, ſicut dicitur *Exod.* 33. Miſerebor cui voluero, & clemens ero, in quem

A mihi

Digitized by Google

miſericordiæ *a* qui feciſti omnia verbo tuo, & *b* ſapientia tua conſtituiſti *c* hominem, ut *d* dominaretur creaturæ, quæ a te facta eſt, ut *e* diſponat orbem terrarum in æquitate, & *f* juſtitia, *g* & in directione cordis *h* judicium judicet, *i* da mihi *k* ſedium tuarum aſſiſtricem ſapientiam, *l* & noli me *m* reprobare a pueris tuis, *n* quoniam ſervus tuus ſum ego, *o* & filius ancillæ tuæ, *p* homo infirmus & *q* exigui temporis, & *r* minor ad *ſ* intellectum judicii & *t* legum. Et ſi *u* quis erit conſummatus *x* inter filios hominum, ſi *y* ab illo † fugerit ſapientia tua, in *z* nihilum computabitur, *a* tu autem *b* elegiſti me Regē populo tuo, & *c* judicem

▲ *a* qui feciſti omnia verbo tuo,] ita faciliter, ut quis verbum profert: Juxta illud *Pſal.* 23. Quoniam ipſe dixit, & facta ſunt, ipſe mandavit, & creata ſunt. *b* Et ſapientia tua conſtituiſti. *c* Hominem, vel feciſti,] alia littera. Sed melius eſt, conſtituiſti, ideſt, in bono ſtatu ſtatuiſti. *d* Ut dominaretur creaturæ, quæ a te facta eſt,] ideſt, omnibus terrenis: ſicut dicitur *Gen.* 1. Creſcite, & multiplicamini, & replete terram, & ſubjicite eam, & dominamini piſcibum maris, & volatilibus cęli, & univerſis animantibus, quæ moventur ſuper terram. *e* Ut diſponat orbem terrarum in æquitate,] quoad Deum. *f* Et juſtitia quoad proximum. *g* Et in directione cordis,] ideſt, recta intentione.

h Judicium judicet,] quoad ſeipſum.

Θ *a* Qui feciſti omnia verbo tuo,] & ideo facile potes † dare quod peto.

al † digne quod potes.

b Et ſapientia tua conſtituiſti,] ideſt, in plenitudine chariſmatum ſtabiliſti. *c* Hominem,] ideſt, Chriſtum Dominum, de quo dicitur in *Pſal.* 6. Nunquid Sion dicet homo, & homo natus eſt in ea, &c. *d* Ut dominaretur creaturæ, quæ a te facta eſt,] qui etiam dominabatur omni creaturæ, antequam fieret homo. Sed ſecundum quod homo factus eſt Dominus creaturæ, ſimiliter dicitur, *Act.* 2. Certiſſime ſciat omnis domus Iſrael, quia & Dominum eum, & Chriſtum fecit Deus hunc Jeſum, quem vos crucifixiſtis. *e* Ut diſponat orbem terrarum,] ideſt, Eccleſiam, in æquitate & juſtitia, & in directione cordis judicium judicet. Et notat tria, quæ ſunt neceſſaria cuilibet Præſidenti: Æquitas, ideſt, ſine ſeveritate juſtitiæ, juſtitia, ideſt miſericordia ſine remiſſione: directio cordis, ideſt, intentionis rectitudo. Tu igitur, Domine, qui talis es, ideſt, potens & benignus. *i* Da mihi,] toto corde petenti. k Sedium tuarum aſſiſtricem ſapientiam,] ideſt da mihi ſapientiam, quæ aſſiſtit ſedibus tuis, ideſt, Angelis, in quibus ſedes; ſicut dicitur in *Pſal.* 79. Qui ſedes ſuper Cherubin, &c. Vel ſedes Domini ſunt animæ juſtorum, ſicut dicit *Interl.* Anima juſti ſedes eſt ſapientiæ. Unde *Iſa.* 66. Cœlum ſedes mea, & terra ſcabellum pedum meorum. Et eſt ſenſus. *i* Da mihi ſedium tuarum aſſiſtricem ſapientiam,] ideſt, fac, ut ſapientia ſanctorum aſſiſtat mihi in omnibus factis meis. Optimus eſt hic aſſeſſor: quia nihil male, nihil ſtulte conſulit. *l* Et noli me reprobare a pueris tuis,] ideſt, noli me quaſi reprobum repellere a numero puerorum tuorum, hoc eſt, da mihi, ut ſim unus de pueris tuis, ideſt, ut ſim humilis purus, & ſimplex. Hæc enim tria ſunt in pueris, Humilitas, contra ſuperbiam. Puritas, contra carnis concupiſcentiam. Simplicitas, contra concupiſcentiam oculorum. Et de iſtis pueris dicitur *Iſa.* 8. Ecce ego, & pueri mei, quos mihi dedit Dominus in ſignum, & in portentum Iſrael. Et *Luc.* 11. Noli mihi moleſtus eſſe, jam enim oſtium clauſum eſt, & pueri mei mecum ſunt in cubili. Noli, inquam, me reprobare. *n* Quoniam ſervus tuus ſum ego,] non a ſervitute, ſed a ſervitio, vel a ſervatione, ſicut dicitur *Luc.* 12. Beatus ſervus, quem cum venerit Dominus ejus, invenerit eum ſic facientem. *o* Et filius ancillæ tuæ,] ad litteram, vel Eccleſiæ tuæ, quæ Domino ancillatur, ideſt, ſervit fideliter ut ancilla. Unde dicit *Abigail ad David*, ideſt, *Eccleſia ad Chriſtum*. Cum benefecerit Dominus Domino meo, recordaberis ancillæ tuæ, & tu benefacies ei, 1. *Reg* 25. Vel, Filius ancillæ tuæ, ideſt, gratiæ tuæ, quæ tibi facit juſtorum animas ancillas. Ego dico. *p* Homo infirmus,] mente, & corpore. *q* Et exigui temporis,] quia homo natus de muliere brevi vivens tempore, repletur multis miſeriis, *Job* 14. *r* Et minor ad intellectum judicii, & legum,] ideſt, inſufficiens ad intelligendum judicia legis veteris, & novæ. Ecce tria notat hic Auctor, quæ ſunt in homine. Infirmitas conditionis, ubi dicit: Homo infirmus. Brevitas temporis, ubi dicit: Exigui temporis. Obtuſitas mentis, ubi dicit: Minor ad intellectum judicii, & legum. *u* Et ſi quis erit conſummatus,] ideſt, perfectus. *x* Inter filios hominum,] ideſt, in judicio hominum. *y* Si ab illo fugerit ſapientia tua,] ideſt, fugata fuerit. Nunquam enim divina gratia prius fugit ab homine, niſi prius fugetur. *z* In nihilum computabitur,] ideſt, pro nihilo reputabitur ejus perfectio, vel ipſe quaſi imperfectus videbitur.

al † aufugerit.

Aliter.

A mihi placuerit. *a* Qui feciſti omnia verbo tuo,] ideſt, per me, qui ſum Verbum tuum. *b* Et ſapientia tua,] ideſt, per me, qui ſum ſapientia tua. *c* Conſtituiſti hominem,] quemlibet, vel me feciſti hominem. *d* Ut dominaretur creaturæ, quæ a te facta eſt,] ideſt, ut omnium eſſet Dominus, etiam inquantum homo: Juxta illud *Pſal.* 8. Omnia ſubjeciſti ſub pedibus ejus. *e* Ut diſponat orbem terrarum,] ideſt Eccleſiam, quam ut caſtrorum aciem ordinavit, ponens primo Martyres fortiſſimos, ultimo fortiſſimos Prædicatores, in medio debiliores peccatores. In æquitate, & juſtitia & in directione cordis judicium judicet. Hoc non mutatur. Tu ergo, qui talis es. *i* Da mihi ſedium tuarum aſſiſtricem ſapientiam,] ideſt, da meis ſapientiam, quæ tibi aſſiſtit, ideſt; fac me conſervatorem, & conſultorem meorum. *l* Et noli me,] ideſt, meos. *m* Reprobare a pueris tuis,] ideſt, ejicere a numero Angelorum tuorum, qui ſunt puri, & humiles, & ſimplices, ut pueri. *n* Quoniam ſervus tuus ſum ego,] inquantum homo tibi ſerviens. Unde *Iſa.* 44. Noli timere, ſerve meus Jacob, & rectiſſime quem elegi. *o* Et filius ancillæ tuæ,] ideſt, ſynagogæ ſecundum carnem, vel B. Mariæ, quæ dixit: Ecce ancilla Domini, fiat mihi ſecundum verbum tuum, *Luc.* 1. *p* Homo infirmus,] ex aſſumpta carne, & infirmitate: quia dolores noſtros ipſe portavit, *Iſa.* 53. *q* Et exigui temporis] ad litteram trigintatrium annorum, vel quantum eſt a Nativitate uſque ad Paſſionem. Unde *Job* 14. Homo natus de muliere brevi vivens tempore, repletur multis miſeriis. *r* Et minor,] ſecundum quod homo. *ſ* Ad intellectum judicii,] futuri. *t* Et legum] æternarum, percipiendum. Chriſtus etiam licet perfectiſſimus homo fuerit, tamen inquantum homo non poſſet attingere ad intelligendum judicium futurum, & leges æternas, quibus Deus ab æterno in ſua diſpoſitione mundum gubernavit, ideſt, gubernandum prævidit. Unde exclamat *Apoſt.* O altitudo divitiarum ſapientiæ, & ſcientiæ Dei, &c. *Rom.* 11. *u* Et ſi quis erit conſummatus inter filios hominum,] ideſt, ſi quis habuerit, quantum poteſt homo habere in via. *y* Si ab illo fugerit ſapientia tua,] divina, ideſt, filius. *z* In nihilum computabitur,] ideſt, nihil poterit facere. Unde *Joan.* 14. Sine me nihil poteſtis facere. *a* Tu autem, &c.] Hoc exponunt *Gloſſ.* de Salomone, qui pro patre ſuo David templum Domino ædificavit, & electus fuit in Regem populo Iſrael, qui dicitur populus Dei, qui commemorans Dei beneficia precatur, ne Dei ſapientia ſecum permaneat, & in omnibus dirigat. Exponunt hoc etiam *Gloſſ.* de Chriſto, & de Prædicatoribus, qui templum Domino ædificaverunt, ideſt, Eccleſiam. Nos primam expoſitionem de Salomone præmittimus: quia plana eſt, & exponimus primo de Chriſto, & poſtea de Prædicatoribus. Dicit ergo Chriſtus Dominus ad Patrem ita: Homo infirmus ſum, & minor ad intellectum judicii, & legum, ſed. *a* Tu,] o Deus Pater, qui *b* Elegiſti me Regem] ideſt, ad regendum populum, ut fieret tuus. Unde *Pſal.* 2. Ego autem conſtitutus ſum Rex ab eo, &c. *c* Et judicem filiorum tuorum, & filiarum,] ideſt, majorum, & minorum. Et eoſdem dicit filios, & filias.

De Chriſto.

Pſalm. 8.

B

1. Par. 28.

2. Par. 1.

De Chriſto.

A Propter fortitudinem

Exponitur etiam de Prædicatoribus, & Prælatis ſic. *a* Tu autem elegiſti me Regem populo tuo,] acquiſitive. Ad hoc enim eligitur Prędicator ad officium prędicationis, & Pręlatus ad officium Prælationis, ut per eos populus acquiratur Domino. Unde & populus converſus ad Dominum, populus acquiſitionis dicitur, 1. *Pet.* 2. Vos eſtis genus electum: regale ſacerdotium, gens ſancta, populus acquiſitionis. In hoc autem, quod dicit, elegiſti, innuitur quod non eſt bonus, vel verus Rex, qui non per canonicam electionem, ſed per propriam intruſionem præficitur: Unde *Deut.* 17. Cum dixeris, conſtituam ſuper me Regem, ſicut omnes habent per circuitum nationes, eum conſtitues, quem Dominus Deus tuus elegerit de numero fratrum tuorum, non poteris alterius gentis hominem facere Regem, qui non ſit frater tuus. Et *Hebr.* 5. Nec quiſquam aſſumit ſibi honorem, ſed qui vocatur a Deo tamquam Aaron. *c* Et judicem filio-

De Prælatis, & Prædicatoribus.

De Chriſto. A Propter fortitudinem mentis, vocat filios, propter fœcunditatem operis, filias. *a* Et dixiſti,] ideſt, juſſiſti me. *b* Ædificare templum in monte ſancto tuo,] ideſt in meipſo, qui ſum mons, de quod dicitur *Iſa.*2. Erit in noviſſimis diebus præparatus mons domus Domini in vertice montium.

filiorum tuorum, & filiarum. Et *a* dixiſti † *b* ædificare templum in monte ſancto tuo, *c* & in civitate habitationis tuæ *d* altare, *e* ſimilitudinem tabernaculi ſancti tui, quod præparaſti *f* ab initio, & *g* tecum ſapientia † tua, quæ *h* novit opera tua, *i* quæ & affuit tunc, cum orbem terrarum faceres, & *k* ſciebat quid placitum eſſet oculis tuis, *l* & quid directum in præceptis tuis. *n* Mitte illam de cœlis ſanctis tuis, *o* & a ſede † majeſtatis tuæ, ut *p* mecum ſit, & *q* mecum laboret, & *r* ſciam, quid *ſ* acceptum ſit apud te. Scit *t* enim illa omnia & n intelligit, & *x* deducet me in *y* operibus meis ſobrie, & *z* cuſtodiet *a* me in *b* ſua poten-

Et dicitur, tuo, ad differentiam montium ſuperborum, qui non ſunt Dei, ſed Diaboli. *al. † me.* De quibus dicitur 2.*Reg.*1. Montes Gelboe, nec ros, nec pluvia veniant ſuper vos. Et *Iſa.* 64. Utinam dirumperes cœlos, & deſcenderes, a facie tua montes defluerent. *al. † non habet tua. Prov.* 8. *c* Et,] juſſiſti ædificare, [in civitate habitationis tuæ,] ideſt, in Eccleſia, in qua habitas, ſicut dicitur in *Pſal.* Quoniam elegit Dominus Sion, elegit eam in habitationem ſibi. *d* Altare,] id eſt fidem: De quo dixit *Iſa.* 19. In die illa erit altare Domini in medio terræ Ægypti. Altare dico. *e* Similitudinem tabernaculi ſancti tui, *al. † magnitudinis. Pſalm.*131. quod præparaſti,] per Moyſen. *f* Ab initio,] cum educeres filios Iſrael de Ægypto, quaſi dicat juſſiſti me ædificare in Eccleſia altare fidei, figuratum per illud altare, quod fecit Moyſes in deſerto. Præparaſti, inquam, tu. *g* Et tecum ſapientia tua, quæ novit opera tua,] ideſt, filius, qui novit Patrem, & opera ejus, ſecundum quod dicitur *Matth.* 11. Neque Patrem quis novit, niſi filius, & cui voluerit filius revelare. Et loquitur Chriſtus hic, & alibi de ſe quaſi de alio, ad exemplum jactantiæ cavendæ. *i* Quæ & affuit tunc, cum orbem terrarum faceres.] Unde *Prov.*8. Quando appendebat fundamenta terræ, cum eo eram cuncta componens. *k* Et ſciebat quod, vel quid placitum eſſet oculis tuis,] quia ſapientia tua eſt, quæ omnia novit. *l* Et quid directum,] ideſt, rectum, & juſtum in præceptis tuis. Et cum talis ſit ſapientia. *n* Mitte illam de cœlis ſanctis tuis,] ideſt, deſurſum. *o* Et a ſede majeſtatis tuæ,] ideſt, a teipſa, quia omnia gubernas ſedens, & quietus. *p* Ut mecum ſit,] ideſt, cum meis fidelibus. *q* Et mecum laboret,] ideſt, cum meis operetur, qui laborant: homines enim cooperantur Deo. Unde 1.*Cor.* 3. Dei adjutores ſumus. *r* Et ſciam,] in membris meis. *ſ* Quid acceptum ſit apud te,] ut nihil contra te faciam, ideſt, contra voluntatem tuam. *t* Scit enim illa omnia,] duplici ſcientia, & creata, & increata. n Et intelligit,] ideſt, intelligere facit. *x* Et deducet me,] ideſt meos, vel me hominem. *y* In operibus meis ſobrie,] ideſt, humiliter, & prudenter. Sic accipitur ſobrietas, *Eccli* 31. Infirmitas gravis ſobriam facit animam, ideſt, cautam, & humilem. Vel, ſobrie, id eſt, ſine offendiculo. Unde *Jer.*31. In fletu venient, & in precibus deducam eos, & adducam eos per torrentem aquarum in via recta, & non impingent in ea. z Et cuſtodiet,] ab adverſarius. *a* Me,] ideſt, meos. Vel, me, hominem. *b* In ſua potentia,] cui nemo vel contradicere, vel reſiſtere poteſt.

▲ Et erunt

* tum tuorum, & filiarum,] ideſt, ad hoc elegiſti me, ut homines, quibus præfectus ſum, judicarem quaſi filios tuos, & non quaſi ſervos, hoc eſt, ut blande nutrirem, & cuſtodirem. Unde *Eccli.*7. Filii tibi ſunt, erudi illos, & cura illos a pueritia eorum, filiæ tibi ſunt, ſerva corpus illarum. Nomine filiorum, intelliguntur fortiores in Eccleſia, nomine filiarum infirmiores. Utroſque habet curare Prælatus: Illos vitæ ſanctitate, iſtos autem fidei confeſſione. *De Prælatis, & Prædicatoribus.* *a* Et dixiſti ædificare templum in monte ſancto tuo,] ideſt, juſſiſti me Eccleſiam congregare, & fundare in eminentia virtutum. De quo dicitur *Iſa.* 40. Super montem excelſum aſcende tu, qui evangelizas Sion. *c* Et in civitate habitationis tuæ altare,] ideſt, in mente fidem. Mens etenim dicitur civitas, quaſi civium unitas. Cives enim mentis, ideſt, cogitationes & deſideria ad unum tendere debent, ſecundum quod dicit *Pſal.*26. Unam petii a Domino. Et tunc eſt civitas habitationis Dei. Unde dicitur *Iſa.*33. Reſpice Siõn civitatem ſolemnitatis noſtræ, oculi tui videbunt Jeruſalem habitationem opulentam. Et nota, quod altare aliquando dicitur mens humana in qua offertur Deo thus devotionis. Unde *Pſal.*25. Lavabo inter innocentes, &c. Aliquando dicitur altare, corpus Chriſti.

Unde *Exod.* 20. Altare de terra facietis mihi. Aliquando altare dicitur Eccleſia triumphans.

Unde *Pſal.* 50. Tunc acceptabis ſacrificium juſtitiæ, &c. Aliquando dicitur altare ipſa Trinitas.

Unde *Exod.* 20. Non aſcendes per gradus ad altare meum. Aliquando dicitur altare fides accenſa igne charitatis, ut hic. Et ſic in altari mentis, per altare fidei offerimus altare corporis Chriſti ad altare Trinitatis, ut perveniamus ad altare Eccleſiæ triumphantis. Altare dico. *e* Similitudinem tabernaculi ſancti tui, quod præparaſti ab initio,] ideſt, tale altare juſſiſti me ædificare, quale fuit Altare tabernaculi Moyſi. Nam fides modernorum ſimilis omnino eſt, imo eadem fidei antiquorum, ut dicit *Auguſt.* Tabernaculum eſt Eccleſia, altare tabernaculi fides eſt credentium. C

g Et tecum ſapientia tua,] ideſt, filius tuus. *h* Quæ novit opera tua,] ideſt, rationes operum tuorum, tam creationis, quam recreationis. De quibus *Abac.* 3. Conſideravi opera tua, & expavi.

i Quæ & affuit tunc, cum orbem terrarum faceres,] ideſt, Eccleſiam vel hominem, quem fecit Pater potentiam conferendo, & Filius ſapientiam inſpirando, & Spiritus Sanctus benignitatem præſtando.

k Et ſciebat, quid placitum eſſet oculis tuis,] ideſt, Chriſti humilitas. Unde *Luc.* 3. Tu es filius meus dilectus, in te mihi complacui.

l Et quid directum in præceptis tuis,] quibus præcepiſti diligi Deum ex toto corde, & proximum ſicut noſipſos, *Matt.* 22. In his duobus mandatis tota lex pendet, & Prophetæ. *n* Mitte illam de cœlis ſanctis tuis,] ideſt, Angeli vel Prophetis. Illi per † fruitionem habebant, *al. † tranſgreſſione.* iſti per promiſſionem, utrique celabant eam nobis, & ideo cæli dicuntur. Sed tunc ſapientia miſſa eſt nobis cum per Incarnationem viſibilis facta eſt nobis. Unde *Iſa.* 64. Utinam dirumperes cœlos, & deſcenderes. *o* Et a ſede magnitudinis tuæ,] ideſt, a te magna.

p Ut mecum ſit] ejuſdem naturæ. *q* Et mecum laboret,] ejuſdem fortitudinis, quaſi dicat homo juſtus, Diabolus appetivit majeſtatem, & quietem quando dixit: Sedebo in monte teſtamenti, ſimilis ero Altiſſimo, id eſt, Chriſto, *Iſa.* 14. In ſimili enim appetit magnitudinem, in ſedendo quietem. Et contra hæc duo petit homo filium Dei, paulominus ab Angelis minorari, cum dicit: Ut mecum ſit. Et ad laborem parari, cum dicit: Et mecum laboret. Et utrumque impetravit homo. Unde *Iſa.*7. Ecce virgo concipiet, & pariet filium, & vocabitur nomen ejus Emmanuel, ideſt, nobiſcum Deus. E contrario Filius rogat Patrem pro homine, ut aſcendat ad quietem, & gloriam. Unde *Joan.*17. Pater, quos dediſti mihi, volo ut ubi ſum ego, & illi mecum ſint, ut videant claritatem, &c. Alia autem ratio eſt, quare homo petat, ut Dei filius ſecum veniat in labore, ut ſcilicet videns Dominum ſuum laborantem, facilius ferat laborem ſuum, & fortius, & ſecurius animetur ad pugnandum.

Unde dicit *Apoſt. Hebr.*12. Curramus ad propoſitum nobis certamen, aſpicientes in Auctorem fidei, & Conſummatorem Jeſum.

r Et ſciam, quid acceptum ſit apud te,] per illam, ſive per illum.

Ipſe enim Dei Filius ſe ipſum nobis quaſi librum propoſuit, in quo plus poſſumus legere laboris quam quietis, *Joan.*13. Exemplum dedi vobis, ut quemadmodum ego feci, ita & vos faciatis.

t Scit enim illa omnia, & intelligit,] & his duobus indigebat homo, ſcilicet ſcientia, & intellectu. Scientia ad bene converſandum in medio pravæ, & perverſæ nationis hujus inferioris. Intellectu ad inveſtiganda, & cognoſcenda bona regionis ſuperioris. Et hæc ſunt duo magna luminaria in microcoſmo, quæ facit ſapientia, quia ſcit, & intelligit omnia, ideſt, ſcire, & intelligere facit, dans ſcientiam, & intellectum.

n Et deducet me operibus meis ſobrie,] ideſt, in bonis operibus: quæ proprie ſunt opera hominis bene condita.

Unde *Pſal.*103. Exibit homo ad opus ſuum, & ad operationem ſuam uſque ad veſperam. Sobrie dicit, ideſt, moderate, ne homo nimis præſumat: ſicut faciunt quandoque novitii, vel minus faciat: ut faciunt acidioſi.

z Et cuſtodiet me,] ab omnibus adverſariis meis. *b* In ſua potentia,] non in mea. Juxta illud *Pſal.*43. Non in arcu meo

* ſpera-

De Chriſto. ▲ *a* Et erunt accepta,]coram Deo. *b* Opera mea, ideſt, meorum, vel mei hominis. *c* Et diſponam, ideſt, regam. *d* Populum tuum juſte,] cuilibet reddens quod ſuum eſt. *e* Et ero dignus ſedium Patris mei,] ideſt, remuneratione cçleſtis Regni. Similiter *Luc.* 1. Et dabit illi Dominus Deus ſedem David patris ejus.

tia. Et *a* erunt accepta *b* opera mea, *c* & diſponam *d* populum tuum juſte, & *e* ero dignus ſedium patris mei. *f* Quis enim hominum poterit ſcire conſilium Dei? *g* Aut quis poterit cogitare, quid velit Deus? *h* Cogitationes enim mortalium timidæ, *i* & incertæ providentiæ noſtræ. *k* Corpus enim, quod corrumpitur, *l* aggravat animam, & *m* terrena inhabitatio *n* deprimit ſenſum multa cogitantem. Et *o* difficile æſtimamus, quæ in terra ſunt, *p* & quæ in proſpectu ſunt, *q* invenimus cum labore. *r* Quæ in cœlis ſunt autem, quis inveſtigabit? *ſ* Senſum autem tuum quis ſciet, niſi *t* tu dederis ſapientiam, † & *u* miſeris Spiritum ſanctum tuum de al-

Iſa. 40. Rom. 11. *f* Quis enim hominum poterit ſcire conſilium Dei] q. d. merito rogo Patrem meum, ut ſapientiam mittat ad docendum quid placitum eſt: quia quis hominum poterit ſcire conſilium Dei? q. d. nemo ex proprio ſenſu, niſi a ſapientia reveletur ei. Unde *Matth.* 11.
D Nemo novit Patrem, niſi filius, & cui voluerit filius revelare. *g* Aut quis poterit cogitare, quid velit Deus?]quaſi dicat nullus, etiam juſtus, vel ſapiens. Quod patet in Catone, de quo dicit *Interl.*

Victrix cauſa diis placuit,
ſed victa Catoni.

Ideo dicit *Job* 9. Verebar omnia opera mea, ſciens quod non parceret delinquenti. Et vere nemo ſcit, quid velit Deus. *h* Cogitationes enim mortalium timidæ,]quia fragiles, & deficientes, antequam comprehendant plene, unde non audent ſe ad majus extollere, *i* Et incertæ providen-
al. † aut. tiæ noſtræ:]quia tota die falluntur in ſerie futurorum. Homo enim proponit, quod vult, ſed Deus diſponit, quod placet ſibi. Unde *Prov.* 16. Cor hominis diſponit viam ſuam, ſed Domini eſt dirigere greſſus ejus. Et non eſt mirum ſi cogitationes noſtræ timidæ, & incertæ providentiæ. *k* Corpus enim, quod corrumpitur,] ideſt, corpus corruptibile, eo quod corruptibile eſt, non eo quod corpus *l* Aggravat animam,] quia ad ſe procurandum trahit, & ideo ad cogitandum de terrenis impellit. *m* Et terrena inhabitatio,] ideſt, corpus terrenorum, vel terreum, quod inhabitat animam. *n* Deprimit ſenſum multa cogitantem,] ideſt, temporalia, quæ multa & variabilia ſunt. Unde *Eccli* 11. Fili mi, ne in multis ſint actus tui. *o* Et difficile æſtimamus, quæ in terra ſunt,] quia non recte comprehendimus. *p* Et quæ in proſpectu ſunt,] ideſt, in aperto. *q* Invenimus cum labore,] ideſt, cognoſcimus. Ergo, *r* Quæ in cçlis ſunt, quis inveſtigabit? quaſi dicat, nemo. Unde *Eccli.* 1. Cunctæ res difficiles, non poteſt homo eas explicare ſermone. Sed etſi cuncta difficilia ſint, & mentes hominum timidæ ſunt, non tamen deſperandum, quia per auxilium Dei poteſt juvari noſtra ſcientia. Unde dicit *Rabanus*: Ne deſperamus ex præmiſſis, ſubjungit conſolationem Spiritus Sancti. Et hoc eſt. *ſ* Senſum autem tuum quis ſciet] q. d. quæ in cœlis ſunt nemo poteſt inveſtigare, ſed ſenſum tuum quis ſciet? Nemo. *t* Niſi tu dederis,] ei, [ſapientiam,]quæ intus docet, & revelat myſteria. *u* Et miſeris Spiritum ſanctum tuum de altiſſimis]q. d. ſi dederis ſapientiam, & Spiritum Sanctum miſeris, poteſt homo ſcire illa occulta. Dicit *Gloſſ.* Nemo ſcit, quæ ſunt in corde hominis, niſi ſpiritus hominis, & nemo novit, quæ ſunt Dei, niſi ſpiritus Dei. Spiritus autem omnia ſcrutatur, etiam ▲ profunda

De Prælatis, & Prædicatoribus. * ſperabo, & gladius meus non ſalvabit me. Ecce tria beneficia Chriſti, eruditio, deductio, cuſtoditio. Erudit, quia lux. Deducit, quia dux. Cuſtodit, quia Dominus. Et hæc tria erant nobis neceſſaria: quia via, in qua ambulamus tenebroſa eſt, & lubrica, & periculoſa. Quia tria imprecatur. *Pſal.* 34. Fiant viæ illorum tenebræ, & lubricum, & Angelus Domini perſequens eos: Contra primum indigemus luce. Contra ſecundum duce. Contra tertium Domino, & defenſore. *a* Et erunt accepta opera mea.] Nam ab eruditione diſcretionem, a deductione rectitudinem, a cuſtodia ſecuritatem. Hæc tria reddunt opera noſtra acceptam coram Deo. *b* Et diſponam populum tuum juſte.] Hoc bene ſequitur, quia non eſt dignus habere regimen animarum, cujus opera non ſunt accepta coram Deo: cujus autem opera ſunt accepta, neceſſario juſte diſponet populum Dei.

e Et ero dignus ſedium Patris mei:] cum duo prædicta fecero. Et nota quod dicit, ſedium, pluraliter, quia tres ſunt ſedes, quas debet habere Prælatus. Tribunal, Thronus, & Cathedra. Tribunal eſt Judicum. Thronus Regum. Cathedra Doctorum. Et Prælatus debet eſſe Judex, malus coercendo; & Rex, infirmus regendo; & Doctor, imperitus docendo. Hæc enim ſunt tria peccata, quibus homines gravati triplici remedio indigent. Impotentia peccatum in Patrem. Ignorantia peccatum in Filium. Malitia, peccatum in Spiritum Sanctum. Si igitur vis eſſe Prælatus, ſis Rex infirmorum, qui peccant in Patrem: ſis Doctor imperitorum, qui peccant in Filium: ſis Judex malignorum, qui peccant in Spiritum Sanctum, & ideo tria habuiſti ſupra, per quæ hæc fieri poſſunt, Eruditionem a Filio, deductionem a Spiritu Sancto, cuſtodiam a Patre. Unde dictum eſt: Scit illa omnia, deducet me, cuſtodiet me. Sequitur. *f* Quis enim hominum poterit ſcire conſilium Dei, aut quis poterit cogitare quid velit Deus?] Nemo per ſe. Unde dicit *Iſa.* 40. Quis adjuvit ſpiritum Domini, aut quis conſiliarius ejus fuit? Et *Rom.* 11.

Quis novit ſenſum Domini, aut quis conſiliarius ejus fuit? Sed miſſus eſt Chriſtus, & docuit nos conſilium Patris, & Spiritus Sanctus, & docuit nos voluntatem Patris. Chriſtus illuminavit intellectum: Spiritus ſanctus inflammavit, ſive accendit affectum. *h* Cogitationes enim mortalium timidæ, & incertæ providentiæ noſtræ,] ſupple, & voluntates perverſæ. Et hæc tria mala a primis parentibus contraximus, in quibus noſtra Trinitas creata, ſcilicet ratio, memoria, voluntas, a Trinitate cecidit increata, ideſt, potentia, ſapientia, benevolentia. Ratio cecidit a ſapientia in ignorantiam: Memoria a potentia in impotentiam: Voluntas a benevolentia in malitiam. Sequitur. *k* Corpus enim, quod corrumpitur, aggravat animam, & terrena inhabitatio deprimit ſenſum multa cogitantem] Ecce duo dicit: Corpus corruptum corrumpit affectum inani voluntate: Terrena cogitatio deprimit intellectum vana curioſitate, ut jam non liceat habere utilia, ideſt quæ ante ſunt, & quæ infra. Retro ſunt peccata, ante mors, ſupra præmia, infra ſuplicia.

o Et difficile æſtimamus quæ in terra ſunt,] quia ea non bene intelligimus, & ideo male æſtimamus, ea temporalia ſpiritualibus præponentes, unde incurrimus illam imprecationem Prophetæ: *Væ*, qui dicitis bonum malum, &c. *Iſa.* 5.

p Et quæ in proſpectu ſunt,] ideſt, ſubjecta ſenſibus. *q* Invenimus cum labore] Quare? quia non bene quærimus. Primum enim quærendum eſt cçlum; & poſt, quæ in terra ſunt, ſecundum quod dicitur *Matt.* 6. Primum quærite Regnum Dei, &c.

r Quæ in cçlis ſunt autem quis inveſtigabit? Non dicit, quis comprehendit? quia illa, quæ in cœlis ſunt, inveſtigari quidem poſſunt, comprehendi non poſſunt in via.

Unde *Iſa.* 64. Oculus non vidit, Deus, abſque te, quæ præparaſti expectantibus te. Et quæ ſunt illa? Lux immarceſcibilis, quæ perficiet intellectum: Pax incomprehenſibilis, quæ ſuperat omnem ſenſum: Fons inexhauribilis, qui irrigat affectum. Unde Paulus tria ponit 1. *Cor.* 2. Oculus non vidit, nec auris audivit, nec in cor hominis aſcendit, quæ præparavit Deus diligentibus ſe. Oculus non vidit: quia lux immarceſcibilis. Auris non audivit: quia pax incomprehenſibilis. Nec in cor hominis aſcendit: quia fons inexhauribilis. Quare etiam? Quia non aſcendit altius quam oriatur, & ideo cor hominis, quia ſupra Dominum aſcendere voluit ſuperbiendo, merito in ipſum fons ſapientiæ non aſcendit. Sed ſi quis cor ſuum humiliaverit, creaturæ ſe ſubjiciens propter Deum, tunc aſcendit in ipſum fons ſapientiæ: quia ubi humilitas, ibi & ſapientia, dicit Salomon. *Prov* 11.

Senſum autem tuum quis ſciet? q. d. nec re, nec cęleſtia poſſumus comprehendere, multo minus ea, quæ latent in corde tuo, ideſt, conſilium & voluntatem tuam. Conſilium de futuris, voluntatem de præteritis & præſentibus. Vult enim Dominus, ut mala pręterita deleamus, bona pręſetia faciamus, conſulit, ut futura ſupplicia, fugiamus, & futura pręmia requiramus. Et hoc eſt, quod ſupra dixit: Quis hominum poterit ſcire conſilium Dei, aut quis poterit cogitare quid velit Deus? q. d. nemo. Niſi tu dederis ſapientiam, &c.] ut Sapientia conſilium Dei revelet, & ſpiritus voluntatem

* demon-

De Chriſto. A profunda Dei, qui illuminat corda ſanctorum. Sumpta eſt de 1. *Cor.* 2. *a* Et ſic,] ideſt, per ſapientiam Dei, & Spiritum ſanctum. *b* Correctæ ſunt,] ideſt, directæ. *c* Semitæ, ſive ſententiæ eorum qui in terris ſunt,] ideſt, hominum. *d* Et] etiam ſic [quæ tibi placent, didicerunt homines,] facti rationabiles. Unde *Joan.* 14. Spiritus Sanctus quem mittet Pater in nomine meo, ille vos docebit omnia. Et vere ſic didicerunt homines, quæ tibi placent. *e* Nam per ſapientiam ſanati ſunt a morbo peccati tam actuali, quam originali. Gen. 1. De Prædicatoribus. Gen. 2. *f* Quicumque placuerunt tibi, Domine, a principio,] mundi. Sic exponitur hoc de Chriſto.

A * demonſtret. Et loquitur prophetice Philo. Nam filius datus eſt nobis, *Iſa.* 9. Puer natus eſt nobis, & filius datus eſt nobis. Sed Spiritus ſanctus dicitur miſſus. *Pſal.* 103. Emitte ſpiritum tuum, & creabuntur. Et *Joan.* 16. Si abiero mittam eum ad vos. Datus eſt autem filius captivis, in pretium redemptionis: peregrinis, in viaticum peregrinationis: juſtis, in præmium remunerationis. Unde qui- al. † ut. Gen. 4. dam, quando corpus Domini elevatur in altari, dicunt: Ave principium noſtræ creationis. Ave pretium noſtræ redemptionis, Ave viaticum noſtræ peregrinationis, Ave præmium noſtræ remunerationis. Spiritus vero ſanctus miſſus eſt calefacere frigidos, conſolidare timidos, purgare immundos. Unde in igne miſſus eſt, qui calefacit frigida, conſolidat timida, purgat immunda. *a* Et ſic correctæ ſunt ſemitæ eorum, quæ ſunt in terris, & quæ tibi placent, didicerunt homines,] per filium humilitatem, & manſuetudinem, qui dicit *Mat.* 11. Diſcite a me quia mitis ſum, & humilis corde: Per ſpiritum charitatem, & fortitudinem. *e* Nam per ſapientiam ſanati ſunt, quicumque placuerunt tibi, Domine, a principio,] ideſt, per fidem Incarnationis. Unde *inf.* 16. Neque herba, neque malagma ſanavit eos, ſed tuus ſermo, Domine, qui ſanat omnia. Et *Matt.* 21. Qui præcedebant, & qui ſequebantur, clamabant dicentes; Hoſanna filio David. Unde dicit *Gloſſ.* quod nemo ſalvandus fuit, niſi in fide incarnationis explicita vel implicita.

tiſſimis, *a* & ſic *b* correctæ ſunt *c* ſemitæ eorum, qui in terris ſunt, *d* & quæ tibi placent didicerunt homines. *e* Nam per ſapientiam ſanati ſunt *f* quicumque placuerunt tibi, Domine, a principio.

CAPUT X.

g HÆc *h* illum, qui *i* primus formatus eſt a Deo, *k* pater orbis terrarum, cum *l* ſolus eſſet creatus, *m* cuſtodivit, & *n* eduxit illum a delicto ſuo. Et *o* eduxit illum de limo terræ, & *p* dedit illi virtutem continendi omnia. Ab *q* hac † non *r* receſſit injuſtus in ira per *ſ* iram homicidii *t* fraternitas deperiit. *u* Propter quod *x* cum aqua deleret terram, *y* ſanavit iterum ſapientia, per contemptibile lignum *z* juſtum gubernans. Hæc *a* & in conſenſu † ſuperbiæ *b* cum ſe nationes *c* extuliſſent, *d* ſcivit *e* juſtum, *f* & conſervavit ſine querela Deo, *g* & in filiis *h* miſericordiam fortem cuſtodivit. *i* Hæc *k* juſtum *l* a pereuntibus impiis *m* liberavit fugientem, *n* deſcendente igne in *o* Pentapolim, *p* quibus in *q* teſtimonium nequitiæ fumigabunda *r* conſtat deſerta terra, & *ſ* incerto tempore fructus habentes arbores:

EXPOSITIO CAP. X.

HÆc illum, qui primus formatus eſt.] Cædit auctor ramos de arboribus, ut ſternat in via. Dixerat enim ante per ſapientiam ſanatos eſſe, quicumque a principio placuerunt Deo, quod modo pluribus oſtendit exemplis. Et primum eſt de Adam, & recitat plures liberatos a malis per ſapientiam, & multos punitos, incipiens ab Adam, & diſcurrens uſque ad poſteros, ait: *g* Hæc,] ſapientia. *h* Illum,] i. Adam. *i* Qui primus formatus eſt a Deo,] non generatus. *k* Pater orbis terrarum,] i. dominans omnibus animantibus terræ. *l* Cum ſolus eſſet creatus,] primo, antequam eſſet mulier. *m* Cuſtodivit,] a Diabolo. Sed videtur hoc falſum eſſe: quia peccavit homo. Sol. eſt quod cuſtodivit, quantum in ſe eſt. Et eſt ſimile *Jer.* 51. Curavimus Babylonem, & non eſt ſanata. *n* Et eduxit illum a delicto ſuo,] ideſt redemit per Chriſtum a limbo ubi erat pro delicto ſuo. Vel, eduxit illum a delicto ſuo gratiam pœnitentiæ conferendo. Unde *Pſal.* 17. Et eduxit me in latitudinem, ſalvum me fecit, quoniam voluit me. *o* Et eduxit illum de limo terræ,] ideſt de agro Damaſceno, ubi de limo formatus fuerat, & tranſtulit in Paradiſum. Et eſt ordo præpoſterus; quia prius fuit eductus de limo terræ utroque modo, quam a delicto. Vel ſic eduxit illum de limo terræ, ideſt de vilitate, & tenacitate peccati. Limus enim dicitur peccatum: quia ſicut aqua admiſta terrenis facit limum; ſic concupiſcentia admiſta terrenis facit peccatum tenaciſſimum, & viliſſimum. Unde *Pſ.* 68. Infixus ſum in limo profundi, & non eſt ſubſtantia. Et ſicut Dominus educendo Adam de limo terræ, inſpiravit in faciem ejus ſpiraculum vitæ naturalis; ſic educendo de limo culpæ, inſpiravit ſpiraculum vitæ ſpiritualis. Et ſecundum hoc nulla eſt præpoſteratio: quia prius eduxit eum a delicto quoad culpam, & poſtea a limo terræ quoad miſeriam. Unde *Pſal.* 39. Eduxit me de lacu miſeriæ, & de luto fæcis. *p* Et dedit illi virtutem continendi omnia,] ideſt, naturam habentem convenientiam cum omni natura. Unde *ſup.* 1. dicitur de homine. Et hoc quod continet omnia, ſcientiam habet vocis. Vel, dedit illi virtutem continendi omnia,] ideſt, dignitatem, & poteſtatem omnibus dominandi. Vel, dedit illi virtutem continendi omnia, ideſt, dedit gratiam, per quam animæ juſtæ omnia ſubjiciantur. Omnia etiam ſunt juſtorum, ſcilicet ſuperiora, media, inferiora. Superiora ad fruendum, media ad conviven- al. † nequitiæ. Gen. 7. dum, inferiora ad utendum. Fruimur quidem Deo, utimur mundo, vivimus cum Angelis, unde dicit Apoſtolus 1. *Cor.* 3. Omnia veſtra ſunt. Et non diſtinguit *Gloſſ.* quæ omnia. *q* Ab hac,] id- Gen. 12. eſt, a ſapientia. *r* Non receſ- B ſit] injuſtus in ira ſua, ideſt, Gen. 19. Cain, qui in ira, & invidia ſua injuſte peremit fratrem ſuum Abel, q. d. ſicut Adam cuſtoditus eſt per ſapientiam; ita Cain punitus. Juſta enim eſt ſapientia, ſicut & miſericors. Adam quia pœnituit, cuſtoditus eſt; Cain quia deſperavit punitus. Et utrumque fecit ſapientia propter nos, ut ſciamus, poſt peccatum ſi pœnituerimus, nos eſſe cuſtodiendos; ſi deſperaverimus, puniendos. Vel ſic. *q* Ab hac non receſſit injuſtus in ira ſua,] omnino, quia ſicut ante peccatum ſapientia Cain creavit, ita poſt peccatum in eſſe conſervavit. Littera verior eſt. *r* Ab hac non receſſit injuſtus in ira ſua,] non Dei. *ſ* Per iram homicidii,] ideſt, per homicidium ex ira proveniens. *t* Fraternitas deperiit] inter ipſum, & Abel: quia uno relativorum deſtructo, neceſſe eſt deſtrui & reliquum. Vel, Fraternitas deperiit,] id. eſt, frater; vel amicitia, quæ debet eſſe inter fratres. Et ſignanter dicit: Ab hac, ut receſſit injuſtus in ira ſua, quia ab illo nemo recedit, niſi per injuſtitiam, & ipſa a nemine recedit, ſicut lapis ſtabilis a nullo recedit, ſed receditur ab illo. *u* Propter quod] homicidium ſcilicet. *x* Cum aqua deleret terram, ideſt ſuperficiem terræ, quæ privata eſt fertilitate ſua. Vel, terram, ideſt ea, quæ erant ſuper terram, metonymice. *y* Sanavit iterum ſapientia per contemptibile lignum] ideſt per arcam, propter quam deridebatur Noe, quando fabricabat eam. *z* Juſtum gubernans] ideſt Noe, *Gen.* 7. q. d. Philo: Sapientia primo cuſtodivit Adam, & iterum ſanavit, ideſt cuſtodivit Noe, quem ad reparationem generis humani elegit de ſtirpe Seth, quando totus mundus periit diluvio, propter peccatum Cain, & alia peccata, quæ poſtea emerſerunt, ſicut dicitur *Gen.* 6. Hæc & al. † conſilium. in conſenſu ſuperbiæ] ideſt in † conſenſum ſuperborum. *b* Cum ſe nationes,] ideſt gigantes. *c* Extuliſſent,] ædificare volentes turrim altiſſimam uſque ad cœlum attingentem. *Gen.* 11. *d* Scivit ideſt cognovit cuſtodiendo. *e* Juſtum,] id- Gen. 15. eſt Abraham, qui credidit Deo, & reputatum eſt ei ad juſtitiam. *f* Et conſervavit eum, ſine querela Deo] i. ita conſervavit eum, quod Deus de eo non conquerebatur, nec ipſe de Deo, nec de ipſo alius apud Deum. *g* Et in filiis] ejus i. Abrahæ. *h* Miſericordiam fortem cuſtodivit,] quia miſertus eorum, hoſtes eorum fortiter conculcavit. Vel, miſericordiam fortem dicit, ideſt perſeverantem. *i* Hæc] ideſt ſapientia. *k* Juſtum] ideſt Loth. *l* A pereuntibus impiis] ideſt a Sodomitis. *m* Liberavit fugientem.] *Gen.* 19. *n* Deſcendente igne,] de cœlo. *o* In Pentapolim] ideſt, in quinque civitates ſcilicet, Sodomam, Gomorrham, Segor, Seboim, Adamam. *p* Quibus,] ideſt, contra quas. *q* In teſtimonium nequitiæ earum fumigabunda,] ideſt, emittens fumum. *r* Conſtat deſerta terra,] ideſt, remanet. Unde *Greg.* Qualitate ultionis innotuit macula criminis. Et 2. *Pet.* 2. Civitates Sodomorum, & Gomorrhæorum in cinerem redigens everſione damnavit, exemplum eorum, qui impie acturi ſunt, ponens, & juſtum Loth oppreſſum a nefandorum injuria, ac luxurioſa converſatione eripuit.

ſ Et,] iterum in teſtimonium illius conſtat, in certo tempore fructus habentes arbores, non ſicut aliæ arbores, ut ipſa incertitudo contra neceſſariam aliarum arborum demonſtrarent

rent enormitatem peccati contra naturam. Dicitur enim ibi eſſe arbores fructus pulcherrimos exterius habentes, qui cum manu tanguntur † inclinantur, & fœtor, & fumus exit, per quod ſignificatur quod animæ damnatorum, & maxime Sodomitarum carentes pœnitentia fructuoſa, ſine fine ardebunt igne fętenti. Unde

al. † frangantur.

a & incredibilis animæ *b* memoria ſtans figmentum ſalis. *c* Sapientiam enim *d* prætereuntes *e* non tantum in hoc lapſi ſunt, ut ignorarent bona. *f* Sed & inſipientiæ ſuæ *g* reliquerunt hominibus *h* memoriam, *i* ut in his quæ peccaverunt, nec latere potuiſſent. *k* Sapientia autem hos qui ſe obſervant a doloribus liberabit. Hæc *l* autem *m* profugum iræ fratris *n* juſtum *o* deduxit per via rectas, *p* & oſtendit illi regnum Dei, & *q* dedit illi ſcientiam ſanctorum. *r* Honeſtavit illum in laboribus, *ſ* & complevit labores illius. In *t* fraude circumvenientium illi *u* affuit;

Pſal. 10. Ignis fulgur, & ſpiritus procellarum pars calicis eorum. *a* Et,] iterum conſtat in teſtimonium illis, incredibilis animæ, id eſt, uxoris Loth incredulæ. *b* Memoria ſtans figmentum,] ideſt, ſtatua ſalis. Converſa enim eſt in eam, quia noluit credere Angelo, ut non reſpiceret poſt tergum ſuum, *Gen.* 19. Vel quia vix poteſt credi, & tunc eſt, incredibilis, nominativi caſus adjectivum hujus nominis memoria. Et merito ita puniti ſunt Sodomitæ.

c Sapientiam enim,] quam debuerunt habere ducem. *d* Prætereuntes,] ideſt, negligentes vel contemnentes. *e* Non tantum in hoc lapſi ſunt, ut ignorarent bona,] facienda, & mala non facienda. *f* Sed & inſipientiæ ſuæ reliquerunt hominibus] ideſt, ratione utentibus. *h* Memoriam,] cautelæ per exemplum. *i* Ut in his, quæ peccaverunt, nec latere potuiſſent,] quaſi dicat, pœna Sodomitarum duo fecit; quia & eorum peccatum latere non permiſit, & aliis exemplum cavendi talia reliquit, ut audita pœna eorum, caveant ſibi a tali peccato, ut corrigantur. Unde *Prov.* 19. Peſtilente flagellato ſtultus ſapientior erit. Et 21. Mulctato peſtilente, ſapientior erit parvulus. Vel in malo. *g* Reliquerunt memoriam hominibus,] ideſt, humum ſapientibus, quia ipſi ſimiliter damnabuntur. k Sapientia autem.] Quaſi ita puniti ſunt, qui prætererierunt ſapientiam. Sapientia autem hos, qui ſe obſervant a doloribus liberabit, ad litteram, ut patet in ſubjectis exemplis, & in quiete pacis æternæ perpetuo conſervabit, ut dicit *Interl.*

Moraliter. Moraliter autem per quinque civitates Pentapolis, ſignificantur quinque ſenſus corporis. qui aliquando dicuntur quinque portæ mortis, quia per illos ſæpe intrat mors ad animam, ut dicitur *Jer.* 9. Loth interpretatur declinans, & ſignificat illos, qui ab immunditiis voluptatum carnalium declinant. Sodomitæ ſignificant deditos voluptati carnis, qui recte igne ſulphureo puniuntur, quia ignis luxuriam, & ardorem, & fervorem comitantur.

Unde ipſa qualitas pœnæ, qualitatem culpæ oſtendit. Juxta illud, quod dicitur *inf.* 11. Per quæ quis peccat, per hæc & torquetur. Sodomitæ etiam interpretantur muti, quia tales maxime ſunt muti in laude Dei.

Unde *Eccli.* 15. Non eſt ſpecioſa laus in ore peccatoris. Uxor Loth ſignificat illos, qui a peccatis ad horam exeunt, ſed mente protinus ad eadem revertuntur. De quibus dicit *Luc.* 9. Nemo mittens manum ſuam ad aratrum, & reſpiciens retro, aptus eſt Regno Dei. Hæc in ſtatuam ſalis converſa eſt, quia alios ſalit, & docet exemplo ſuo. Unde *Luc* 17. Memento uxoris Loth. Sequitur. *l* Hæc autem, &c.] Hic oſtendit auctor, quomodo ſapientia fugientem Jacob Eſau fratrem ſuum deduxit, & reduxit de Meſopotamia, ubi eum multis ditavit, & fratris, & avunculi ſui Laban perſecutione liberavit. Unde dicit. *l* Hæc autem,] ideſt, ſapientia. *m* Profugum iræ fratris,] ideſt, Jacob fugientem iram fratis ſui Eſau. *n* Juſtum,] ideſt, quia juſtus erat.
o Deduxit per vias rectas,] uſque Meſopotamiam.
p Et oſtendit illi regnum Dei,] ideſt, ſcalam in cœlum erectam, & Angelos aſcendentes, & deſcendentes per eam, & Dominum innixum ſcalæ, dicentem ſibi: Ego ſum Dominus Deus Abraham patris tui, & Deus Iſaac, &c. *Gen.* 28. *q* Et dedit illi ſcientiam ſanctorum.] Neutri generis, ideſt, de Sanctis, ideſt, de Eccleſia triumphante. Vel maſculini, ideſt, ſcientiam talem, qualem decet habere Sanctos, ideſt, ſcientiam cum operibus, ideſt, ſcientiam beñe converſandi in medio pravæ & perverſæ nationis. *r* Honeſtavit illum in laboribus] ſuis, ideſt, ditavit illum pro laboribus, quos ſuſtinuit in paſcendis gregibus avunculi ſui Laban, *Gen.* 31. Similiter accipitur honeſtare. *Eccli.* 13. Pondus ſupertollit, qui honeſtiori ſe communicat, ideſt, ditiori ſe. Et *eodem* 11. Facile eſt in oculis Dei ſubito honeſtare pauperem, ideſt, ditare. Et e contra ſordidum ponitur pro vili vel paupere. *Jac.* 2. Si intraverit pauper in ſordido habitu, ideſt, vili & paupere, &c.
ſ Et complevit labores illius,] ideſt, remuneravit in præſenti, & in futuro.
t In fraude circumvenientium,] ideſt, Laban, & filiorum ejus. Gen. 28.

Illi,] ideſt, Jacob. *u* Affuit,] ſapientia, non permitens
A illum Moraliter.

l Hæc autem, &c.] Moraliter, per Jacob, qui lenis fuit, ſignificatur ſpiritus, qui lenis, & mitis naturaliter eſt creatus: per Eſau piloſum, ſignificatur caro quia ſuperflua quærit. Et bene Eſau major natus eſt, quia prius generatur caro, quam anima infundatur. Hi pugnant in utero matris, quia caro concupiſcit adverſus ſpiritum, & ſpiritus adverſus carnem, *Gal.* 5. Sed major ſervit minori, ideſt, caro ſpiritui. Et ipſa rebellio carnis ſervitium eſt impenſum ſpiritui, quia ſtimulata eum ad patriam properare.

Unde & *Paulus* carnis rebellionem ſtimulum vocat. Datus eſt, inquit, mihi ſtimulus carnis, qui me colaphizet, 2. *Cor.* 12. Meſopotamia interpretatur elevatio cujuſdam vocationis, & ſignificat cęleſtem patriam, in qua elevati ſunt Sancti, ad quam & nos vocamur. Illuc fugit ſpiritus a perſecutione carnis, & in itinere dormit, quia a ſtrepitu mundi conquieſcit, & dormiens cęleſtia contemplatur. Super lapidem caput ponit, quia fundamentum mentis Chriſtum conſtituit. Scalam, quam vidit erectam in cęlum, & Dominum innixum ſcalæ, eſt pęnitentia, per quam in cęlum aſcenditur. Cujus tres ſunt gradus: Cordis contritio, oris confeſſio, operis ſatisfactio.

Duo latera ſunt; Spes, & timor. Huic ſcalæ Dominus innixus eſt, quia pęnitentes expectat, & vocat. Venite ad me omnes, qui laboratis, & onerati eſtis, & ego reficiam vos, *Matth.* 11. Angeli aſcendentes, & deſcendentes, ſunt cogitationes pęnitentium, quæ ad pęnas inferni deſcendunt, nunc ad Paradiſi gaudia aſcendunt. Juxta illud *Iſa.* 38. Ego dixi: In dimidio dierum meorum vadam ad portas inferi, ſupple & in alio dimidio ad portas cęli. Et *Cant.* 4. Ibo ad montem myrrhæ & ad collem thuris. Jacob dormienti in via dixit Dominus: Terram, in qua dormis, dabo tibi, quia qui hic in cęleſtibus per contemplationem requieſcit, in futuro per poſſeſſionem requieſcit in eis. Duæ filiæ Laban, quas duxit Jacob, ſunt duæ vitæ; activa ſcilicet, & contemplativa. Cum Angelo luctatur Jacob, & obtinet benedictionem peccatorum, ſed claudus efficitur, quia ſpiritus pęnitentis cum Domino, qui eſt conſilii Angelus, pęnitentiam faciendo luctatur, & perſeverando obtinet benedictionem, peccatorum remiſſionem, & æternæ gloriæ & futuræ promiſſionem. Terram, inquit, in qua dormis, dabo tibi, ſed claudus efficitur, quia pede voluptatis a terra ſuſpenſo, ſolo pede neceſſitatis terræ innititur. Dicit ergo. *l* Hæc,] ideſt, ſapientia. *m* Profugum, &c.] id eſt, ſpiritum fugientem iram carnis. *n* Juſtum deduxit per vias rectas,] ideſt, per vias juſtitiæ, quæ rectæ dicuntur, quia directe ducunt ad patriam.

Unde *Iſa.* 26. Semita juſti recta eſt; rectus callis juſti ad ambulandum.

p Et oſtendit illi, &c.] per gratiam prælibantem ſpe gaudia futuræ jucunditatis ſicut legitur feciſſe Petro, & Jacobo, & Joanni in transfiguratione, *Matth.* 17. *q* Et dedit illi, &c.] qua Sancti eligunt temporaliter cruciari, & in æternum gloriari, ut dicit *B. Bern.* *r* Honeſtavit illum in laboribus,] ſuis, & complevit labores illius, ideſt, in hac vita honeſtos fecit labores illius, & in futuro remunerabit. Et tangitur hic triplex gratia operans, cooperans, & conſummans. Operans deduxit, cooperans labores honeſtavit, conſummans labores complevit: Et hanc triplicem gratiam nobis inſinuat *Paulus* 1. *Cor.* 5. ubi dicit: Gratia Dei ſum id, quod ſum, ecce prima gratia ejus in me vacua non fuit, ecce ſecunda, ſcilicet, cooperans, & gratia Dei mecum eſt, ecce tertia, ſcilicet conſummans. *t* In fraude, &c.] ideſt, dæmonum, qui circumvenire ſpiritum moliuntur pęnitentis. *u* Illi affuit,] ideſt, ſapientia illuminans oculos ejus ad videndum, & cavendum laqueos eorum. Unde *Pſal.* 90. dicit: Cum ipſo ſum in tribulatione, eripiam eum, & glorificabo eum.

* Et ho-

illum circumveniri in pacti mutatione, ſed potius e contra illi circumventi fuerunt, ut legitur *Gen.* 31. *a* Et honeſtam fecit illum,] divitiis, & moribus refertum. *b* Cuſtodivit illum ab inimicis,] ideſt, Eſau, & Palæſtinis, *Gen.* 33. & 34 *c* Et a ſeductoribus,] ideſt, filiis Laban, & Eſau, qui volebant eum ſeducere. *d* Tutavit illum,] ideſt, tutum fecit illum. *e* Et certamen forte] ideſt, fortitudinem certandi, ideſt, luctandi cum Angelo, [dedit illi.] *f* Ut vinceret,] ideſt, præmium victoriæ obtineret, id eſt, benedictionem, *Gen.* 32. *g* Et ſciret,] Jacob ſcilicet expertus in tot neceſſitatibus. *h* Quoniam omnium potentior eſt ſapientia,] quæ eum ab omnibus liberavit.

C

Moraliter. Exod. 1.

* *a* Et honeſtum fecit illum] ideſt, purgatum per tentationes dæmonum, ſicut aurum in fornace purgatur, *Eccli.* 2. In igne probatur aurum, & argentum: homines vero receptibiles in camino humiliationis.

b Cuſtodivit illum ab inimicis,] exterioribus & manifeſtis, ideſt, detractoribus, hæreticis, & tyrannis, quorum primi famam, ſecundi fidem, tertii vitam auferre conantur.

al. † *comprimebant. al.* † *Domini.*

c Et a ſeductoribus tutavit illum,] ideſt, ab occulte inſidiantibus, ideſt, mundo, carne, dæmonibus, quorum primus pietatem, ſecundus caſtitatem, tertius humilitatem auferre conatur. Ecce ſex atrociſſimi inimici. Et ſeptimus eſt, per quem omnes alii pugnant, & ſine quo alii nihil valent, ideſt, propria voluntas. Et hæc ſunt ſeptem gentes, quæ ſemper filios Iſrael impugnabant.

e Et certamen forte dedit illi,] ideſt, patientiam.

f Ut vinceret,] & haberet coronam, quæ victoribus eſt promiſſa, *Jac.* 1. Beatus vir qui ſuffert tentationem, &c. *g* Et ſciret,] per experientiam.

h Quoniam omnium potentior eſt ſapientia.] Unde *ſup.* 8. Sapientiam non vincit malitia. Sequitur.

i Hæc venditum juſtum,] ideſt, Joſeph venditum Iſmaelitis a fratribus ſuis, *Gen.* 37. *l* Non dereliquit,] ſed cum eo fuit ſemper.

m Sed a peccatoribus,] ideſt, a fratribus.

n Liberavit eum,] ne interficerent eum. Vel.

m A peccatoribus,] ideſt, ab uxore Putipharis, & famulis ejus.

n Liberavit eum,] cum accuſaſſent eum de adulterio erga Putipharem.

o Deſcenditque cum illo] per tuitionem & conſolationem.

p In foveam,] ciſternæ, vel carceris.

q Et in vinculis,] quibus vinctus fuit in carcere.

r Non dereliquit illum,] ſolum, ſed cum eo fuit.

ſ Donec afferret illi] per expoſitionem ſomnii Pharaonis.

t Sceptrum Regni,] ideſt, principatum Ægypti, quo prætulit eum Pharao ſuper totam Ægyptum, *Gen.* 41.

u Et,] afferret illi [potentiam adverſus eos,] ideſt, fratres, vel accuſatores de adulterio.

x Qui eum deprimebant,] ideſt, deprimere volebant injuſte.

y Et mendaces oſtendit,] conſervando juſtitiam, eos.

z Qui maculaverunt eum,] accuſando eum de adulterio.

a Et dedit illi claritatem æternam,] per promiſſionem, & poſtea per ſolutionem.

Moraliter. Moraliter de quolibet juſto, qui venundatus eſt in Adam pro eſu pomi exponi poteſt. Sed ſapientia patris, ideſt, Chriſtus liberavit eum per juſtitiam Crucis. Unde *Joan.* 8. Si filius vos liberaverit, vere liberi eritis. Dicit ergo.

i Hæc,] ideſt, ſapientia.

k Juſtum venditum,] diabolo in primis parentibus.

l Non dereliquit,] ſolum, etſi ad horam tribulationi expoſuit. *m* Sed a peccatoribus;] ideſt, dæmonibus. *n* Liberavit eum,] in baptiſmo. *o* Deſcenditque cum illo in foveam] tribulationis. *q* Et in vinculis,] peccatorum. *r* Non dereliquit illum,] ſed eripuit, cum eo ſemper exiſtens. *ſ* Donec afferret illi ſceptrum regni,] perpetui in morte. *u* Et potentiam adverſus eos, qui eum deprimebant.] Hoc erit in die judicii, quando juſti judicabunt eos, qui ſe anguſtiaverunt, ut dictum eſt *ſup.* 5. *y* Et mendaces oſtendit eos, qui maculaverunt illum,] ideſt, maculatorum oſtendere voluerunt accuſando apud Deum, ideſt, dæmones, qui juſtos accuſant, *Apoc.* 12. Vel, [Maculaverunt eum,] malas cogitationes immittendo per occaſionem offerendo imagines, quæ ſunt muſcæ morientes, quæ perdunt ſuavitatem unguenti, *Eccli.* 10. *b* Hæc,] id eſt, ſapientia. *c* Populum juſtum,] ideſt, populum Iſraeliticum, fidem unius Dei habentem. *d* Et ſemen ſine querela,] ideſt, populum Iſraeliticum, qui fuerunt ſemen Patriarcharum, qui ſine querela vixerunt. *e* Liberavit a nationibus,] ideſt, ab Ægyptiis, qui dicuntur nationes, ideſt, tales nati, quia non circumciſi, nec baptizati.

D

ſ Quæ illum opprimebant,] in luto & latere ſervire cogentes, *Exod.* 1. Quomodo liberavit eum ſapientia; oſtendit auctor. *g* Intravit,] ſapientia, ſcilicet.

h In animam ſervi Dei,] per inſpirationem gratiæ.

i Et ſtetit,] ſapientia, vel Moyſes.

k Contra Reges horrendos,] ideſt, contra Pharaonem, & alios Principes Ægypti. Et quomodo ſtetit?

l In portentis, & ſignis,] ideſt, in ſignis, quæ potenter fecit in Ægypto, *Exod.* 7. 8. 9. & 10.

m Et reddidit,] ſapientia, [juſtis,] ideſt, Iſraelitis credentibus.

n Mercedem laborum ſuorum,] ideſt, terram promiſſionis, vel vaſa aurea, & argentea, &c. quæ mutuo ab Ægyptiis acceperunt, & pro laboribus, quos ſuſtinuerunt in Ægypto in luto, & latere, auctoritate Domini retinuerunt. *Exod.* 11.

o Et deduxit illos,] ideſt, de Ægypto eduxit.

p In via mirabili,] per deſertum. *q* Et fuit illi, &c.] ideſt, nubem contra æſtum diei pro velamine dedit. *r* Et in luce, &c. ideſt, dedit eis columnam ignis, quæ per noctem lucebat eis ut ſtellæ. *ſ* Et tranſtulit illos, &c.] ſicco veſtigio, *Exod.* 14. *t* Et tranſvexit illos, &c.] ideſt, per Jordanem, quem ſicco pede tranſierunt, *Joſue* 3. Et dicitur aqua nimia, quia ſupra ſolitum inundaverat tunc. *u* Inimicos autem illorum,] ideſt Ægyptios.

x Demerſit in mare] rubro. *Exod.* 14. *y* Et ab altitudine inferorum eduxit illos] ideſt, de profundo maris, quia omne mortuum a ſe abjicit. Vel, ab altitudine inferorum,] ideſt, de profunditate tribulationum & ineffabilium afflictionum. *z* Eduxit illos,] ſcilicet Hebræos. Et quia ſapientia ita ducebat eos. *a* Ideo juſti,] ideſt, Iſraelitæ. *b* Tulerunt ſpolia impiorum,] ideſt, vaſa aurea, & argentea Ægyptiorum, qui impie egerant in eos, vel ſpolia ſubmerſorum. *c* Et decantaverunt, Domine, &c.] ideſt, tibi nominabile canticum cantaverunt. Cantemus Domino; glorioſe enim magnificatus eſt, *Exod.* 15. *d* Et victricem manum tuam laudaverunt pariter,] in eodem cantico. Unde miſiſti manum tuam, quæ devoravit eos ſicut ſtipulam. Et merito laudaverunt. *e* Quoniam ſapientia aperuit os mutorum,] ideſt Hebræorum, qui prius præ timore non audebant aperire os. *f* Et linguas infantium fecit diſertas,] ideſt, linguas Iſraelitarum, qui, prius non poterant fari, fecit diſerte loqui laudes Dei. *g* Direxit,] ſapientia. *h* Opera eorum,] ideſt Iſraelitarum. *i* In manibus, &c.] ideſt, Moyſi.

Ite

& *a* honeſtum fecit illum. *b* Cuſtodivit illum ab inimicis, *c* & a ſeductoribus *d* tutavit illum. Et *e* certamen forte dedit illi, ut *f* vinceret, *g* & ſciret *h* quoniam omnium potentior eſt ſapientia. *i* Hæc venditum *k* juſtum *l* non dereliquit, *m* ſed a peccatoribus *n* liberavit eum, *o* deſcenditque cum illo in *p* foveam, *q* & in vinculis *r* non dereliquit illum, *ſ* donec afferret illi *t* ſceptrum regni, & *u* potentiam adverſus eos, *x* qui eum deprimebant, & *y* mendaces oſtendit, qui *z* maculaverunt illum, & *a* dedit illi claritatem æternam. *b* Hæc *c* populum juſtum, & *d* ſemen ſine querela *e* liberavit a nationibus, *f* quæ illum † opprimebant. *g* Intravit in *h* animam ſervi † Dei, *i* & ſtetit *k* contra Reges horrendos in *l* portentis, & ſignis. Et *m* reddidit juſtis *n* mercedem laborum ſuorum, & *o* deduxit illos in *p* via mirabili, *q* & fuit illis in velamento diei, *r* & in luce ſtellarum per noctem. Et *ſ* tranſtulit illos per mare rubrum, & *t* tranſvexit illos per aquam nimiam. *u* Inimicos autem illorum *x* demerſit in mare, & *y* ab altitudine inferorum *z* eduxit illos.

a Ideo juſti *b* tulerunt ſpolia impiorum, & *c* decantaverunt, Domine, nomen ſanctum tuum, *d* & victricem manum tuam laudaverunt pariter. *e* Quoniam ſapientia aperuit os mutorum, & *f* linguas infantium fecit diſertas. *g* Direxit *h* opera eorum in *i* manibus prophetæ ſancti.

a Iter fecerunt per deserta,] Sin, & Cades, & alia loca. b Quæ non habitabantur,] ab hominibus. Unde & locus horroris, & vaſtæ ſolitudinis dicuntur. *Deut.*32. c Et in locis deſertis fecerunt caſas,] ideſt, tabernacula. Unde *Hebr.*11. Abraham fide demoratus eſt in terra promiſſionis tamquam in aliena,

Pſalm. 14. in caſulis habitando cum Iſaac, & Jacob cohæredibus ſuis repromiſſionis ejuſdem: hoc totum myſtice

al. † *fuerunt. Myſtice.* exponitur de Chriſto, qui per Adam, & Abel, & Noe & Abraham, & Iſaac, & Jacob, & Joſeph, & Moyſen ſignificatur. Adam enim

A de terra virgine formatus eſt opera Dei, & Chriſtus de virgine natus eſt operatione Spiritus Sancti.

Unde *Pſal.* Dominus dabit benignitatem, & terra noſtra dabit fructum ſuum. Abel a fratre ſuo per invidiam eſt occiſus, & Chriſtus per invidiam a Judæis eſt crucifixus. Unde *Apoc.*13. di-

al. † *eo.* citur: Agnus, qui occiſus eſt ab origine mundi, id eſt, præfiguratus occidi. Noe rector arcæ, per arcam ſalvavit familiam ſuam, & Chriſtus per crucem ſuam ſalvavit Eccleſiam, cujus rector erat. Abraham, ſervato Iſaac, arietem immolavit, & Chriſtus in divinitate nihil paſſus, humanitatem ſuam mactavit in cruce Deo Patri. Lot inter Sodomitas juſtus permanſit, & Chriſtus inter peccatores innocens, omnia vixit. Jacob, Eſau frater ſuus perſecutus eſt, & Judæi Chriſtum ſimiliter. Joſeph a fratribus eſt venditus, & Chriſtus a Diſcipulo ſuo eſt venditus. Moyſes populum Iſraeliticum de Ægypto liberavit, & Chriſtus populum Chriſtianorum de tenebris peccatorum eduxit. Juxta illud collige myſtice curſum totius capituli, quod tangitur in *Gloſ.* in parte,

a Iter fecerunt per deſerta, b quæ non habitabantur, c & in locis deſertis † fecerunt caſas.

C A P. XI.

d Steterunt e contra hoſtes, f & de inimicis ſe vindicaverunt. g Sitierunt, & h invocaverunt te, i & data eſt illis aqua de petra altiſſima, & k requies ſitis de lapide duro. l Per quæ enim m pœnas paſſi ſunt inimici illorum, n a defectione potus ſui, in † o eis, cum p abundarent filii q Iſrael, r lætati ſunt. ſ Per hæc, t cum illis deeſſent bene cum illis u actum eſt. x Nam

EXPOSITIO CAP. XI.

d Steterunt contra hoſtes, &c.] Quomodo venerint filii Iſrael de Ægypto in deſertum, ducente eos ſapientia, dictum eſt ſupra in capitulo præcedenti. Nunc quæ & qualia ſuſtinuerunt in deſerto, oſtendit Philo, dicens. d Steterunt] Iſraelitæ.

e Contra hoſtes,] Amalech, & alios, *Exod.* 17.

f Et de inimicis ſe vindicaverunt,] ut legitur *Ibid.* *Num.*25. de Madianitis.

g Sitierunt,] filii Iſrael in deſerto.

h Et invocaverunt te,] qui omnia potes, Moyſes, & Aaron. i Et data eſt illis aqua de petra altiſſima,] ideſt, abundantiſſima, *Num* 20.

k Et requies ſitis de lapide duro,] ideſt, aqua de lapide duro, per quam ceſſavit ſitis eorum.

l Per quem enim, &c.] Commemoratis beneficiis populo Iſraelitico datis, revertitur auctor, & narrat pœnas Ægyptiorum, quas in morte primogenitorum, & multis aliis eladibus paſſi ſunt. Primo dicens, quod cum filii Iſrael abundarent aquis dulcibus in Ægypto, in terra Jeſſen: Ægyptii ob defectum aquarum affligebantur, aquis eorum converſis in ſanguinem. Et hoc eſt.

ſ Per quæ enim pęnas paſſi ſunt inimici illorum,] id eſt, Ægyptii.

n A defectione potus ſui in eis,] vel [in eo, cum abundarent filii Iſrael, lætati ſunt per hæc, cum illis deeſſent, bene cum illis actum eſt.] Ita conſtrue. Data eſt aqua filiis Iſrael de petra altiſſima. Et merito.

l Per quæ enim,] ideſt, per aquas, per quas.

m Pęnas paſſi ſunt inimici illorum,] ideſt, Ægyptii.

n A defectione potus ſui,] ideſt, ob defectum aquarum ad potandum.

ſ Per hæc,] ideſt, per eas aquas.

u Bene actum eſt cum illis,] ideſt, cum filiis Iſrael.

t Cum illis deeſſent,] ideſt, Ægyptiis.

q Filii iſrael lætati ſunt cum abundarent in eis,] aquis, vel in eo potu, quia cum omnes aquæ Ægypti converſæ eſſent in ſanguinem, in terra Jeſſen, ubi erant filii Iſrael, aquæ dulces, & claræ inveniebantur abundanter, *Exodi* 7. Vel ſic.

l Per quæ pęnas paſſi ſunt inimici illorum a defectione potus ſui,] ideſt, per aquas, quibus deficientibus ad potum puniti ſunt Ægyptii.

ſ Per hæc bene actum eſt cum illis,] ideſt, cum filiis Iſrael.

t Cum deeſſent illis,] ideſt, filiis Iſrael aquæ, cum prius defuiſſent eis in deſerto.

o Et in eis,] aquis. p Cum abundarent,] poſtea exauditi a Domino.

r Lætati ſunt,] filii Iſrael, quia aqua fluebat de petra. Et vere paſſi ſunt Ægyptii a defectione potus ſui.

x Nam pro fonte ſempiterni fluminis,] ideſt, Nili, quo prius utebantur ſemper.

▲ Humanum ſanguinem

Moraliter. d Steterunt contra hoſtes.] Tres ſunt hoſtes, contra quos ſtare debemus. Caro, mundus, diabolus. *Moraliter.*

Primus pugnat contra nos duplici manu, gula, & luxuria. Sed primam manum amputare debemus per abſtinentiam, ſecundam per continentiam.

Secundus ſimiliter pugnat duplici manu, ambitione bonorum, & amore, parentum. Sed primam amputat timor judicii; nam judicium duriſſimum fiet his, qui præſunt, *ſupr.6.* Et ſecundam amputat amor Chriſti. Juxta illud *Matth.* 10. Qui amat patrem, aut matrem plus quam me, non eſt me dignus.

Tertius hoſtis pugnat ſimiliter duplici manu, occulta ſuggeſtione, & aperta impugnatione. Primam evadimus per prudentiam, quæ metitur rerum exitus; ſecundam vincimus, per patientiam, quæ fortiter ſuſtinet hoſtis ictus. In verbo ſtandi, ſignificatur perſeverantia. Dicit ergo de Martyribus, & pœnitentibus. d Steterunt contra hoſtes,] *Pſalm.*35. perſeverando uſque ad mortem. f Et de inimicis] ſuis, [ſe vindicaverunt,] ut dictum eſt, expugnando.

g Sitierunt] aquam ſapientiæ, de qua *Eccli.*15. Aqua ſapientiæ ſalutaris potabit illos. h Et invocaverunt te.] *Triplex potus Chriſti in paſſione.* Quoniam apud te eſt fons vitæ. Et Chriſtus in bello ſuo ſitivit. Unde dixit: Sitio, *Joan.*19. Cui propinatus eſt triplex potus, myrrhæ, fellis, & aceti. Et ſignificat hic Chriſti potus triplicem amaritudinem triplicis tentationis. Potus myrrhæ eſt tentatio avaritiæ, quæ nimiam habet amaritudinem. Potus fellis eſt tentatio carnis, quæ ſub ſpecie dulcedinis amaritudinem tenet mortiferam. Potus aceti eſt ambitio ſæculi, quæ dentes ſtupeſcere facit. Hos potus guſtat, qui tentatur; ſed bibit qui ſuccumbit. Dominus autem cum guſtaſſet, noluit bibere, dans nobis exemplum, ut ſimiliter faciamus. Guſtare neceſſe eſt, quia neceſſe eſt, ut veniant ſcandala tentationum; ſed bibere prohibemur. *Prov.*1. Fili, ſi te lactaverint peccatores, ne acquieſcas eis. Contra hunc triplicem potum mortiferum, dedit nobis Dominus in paſſione triplicem potum ſalutiferum. Primum in ſudore ſanguinis, ſecundum in aqua lateris, tertium in effuſione lacrymarum. Sudorem ſanguinis, contra æſtum avaritiæ. Aquam lateris, contra ardorem carnis. Lacrymarum effuſionem, contra ſæculi ambitionem.

i Et data eſt illis aqua de petra altiſſima, & requies ſitis de lapide duro.] Chriſtus petra eſt, 1.*Cor.* 10. Petra autem erat Chriſtus.

Item Chriſtus lapis eſt. Unde *Pſal.*117. Lapidem, quem reprobaverunt ædificantes, hic factus eſt in caput anguli. Petra duritatem habet, ſed lapis politionem.

Unde Chriſtus in paſſione petra fuit, in reſurrectione lapis duriſſimus. Aqua de petra tibi datur, cum cogitans de Chriſti paſſione comptateris. Aquam de lapide bibis, ſi cogitans gaudia reſurrectionis reſurgenti congratularis. Igitur aqua de petra, eſt aqua doloris, & compaſſionis; ſed aqua de lapide eſt aqua gaudii, & exultationis.

Prima eſt aqua Marath, quæ ligno poſito dulcorata eſt, *Exod.* 15.

Secunda eſt aqua de ciſterna Bethleem, quam ſitiebat *Pſalm.* 22. David 2 *Reg.* 23. De prima dicitur: Super aquam refectionis educavit me. De ſecunda dicitur *Joan.* 4. Qui biberit de aqua, quam ego dabo ei, non ſitiet in æternum.

Vel aqua de petra eſt conſolatio de conſideratione humanitatis, aqua de lapide duro, eſt conſolatio vel gaudium de contemplatione divinitatis. l Per quæ enim pęnas paſſi ſunt inimici illorum a defectione potus ſui, & in eis, cum abundarent filii Iſrael, lætati ſunt, per hæc cum illis deeſſent bene actum eſt.] Per pęnas, quas Chriſtus in Cruce ſuſtinuit, Judæi defecerunt a potu gratiæ, & Sacræ Scripturæ. Unde *Matth.*21. Auferetur a vobis Regnum Dei, & dabitur genti facienti fru-

* ctum

a b Humanum ſanguinem dediſti injuſtis] aquis Nili verſis in ſanguinem. Vel ſic. Bene actum eſt cum illis, ideſt, cum Iſraelitis, in eo, in quo puniti ſunt Ægyptii, a Nam pro fonte ſempiterni fluminis,] ideſt, loco aquarum petræ Oreb, quæ ſequebantur eos per deſertum tamquam fluvius ſempiternus, ideſt, ſemper fluens.

al. † quidem.

B

b Humanum ſanguinem dediſti injuſtis,] ideſt, Ægyptiis.

c Qui cum minuerentur, &c.] Oſtenſo quod bene actum eſt cum Iſraelitis, in eo in quo Ægyptii ſunt uniti, oſtendit auctor quam bene actum eſt cum ipſis, in eo in quo male actum eſt prius cum eiſdem, quia in recompenſatione parvulorum ſuorum, quos Pharao necari fecit, dedit eis Dominus aquam inſperatam, ut non morerentur ſiti. Et hoc eſt. c Qui,] Iſraelitæ,

d Cum minuerentur in traductione infantium occiſorum] quos Pharao juſſit necari, *Exod* 2. Quorum nece imminutus eſt numerus Hebræorum, quia ſi non eſſent occiſi parvuli, plures eſſent filii Iſrael exeuntes de Ægypto. In recompenſatione autem hujus mali.

e Dediſti illis,] ideſt, Iſraelitis.

f Abundantem aquam inſperate,] *Num.* 20. nam niſi habuiſſent, morerentur ſiti,

g Oſtendens per ſitim, quæ tunc fuit] in deſerto.

h Quemadmodum tuos exaltares] ſuccurrendo illis, quos prius humiliaveras in defectu aquæ.

k Et adverſarios eorum necares,] ſiti in Ægypto, vel ſubmerſione in mare rubrum. Per hoc, inquam, oſtendiſti, quod ſicut filius Iſrael, quos prius humiliaveras in ſiti, poſtmodum exaltaſti dando aquas; ita tuos quos hic humiliari, & affligi permittis, exaltabis in futuro, cum torrente voluptatis tuæ potabis eos; & adverſarios, ideſt, perſecutores eorum necabis ſiti æterna. Vel ſic expone litteram.

c Qui,] ſcilicet Ægyptii.

Aliter. d Cum minuerentur in traductione infantium,] ideſt, in morte primogenitorum ſuorum, [occiſorum] ab Angelo exterminatore.

e Dediſtis illis,] ideſt, filiis Iſrael.

f Abundantem aquam inſperate.] *Num.* 20.

g Oſtendens per ſitim, quæ tunc fuit,] filiis Iſrael in deſerto cum eam extinxiſti.

h Quemadmodum tuos,] quos prius humiliari permittis. i Exaltares,] ideſt, exaltabis.

k Et adverſarios illorum necares,] ideſt, necabis.

l Cum enim tentati ſunt Iſraelitæ,] ideſt, afflicti ab Ægyptiis.

m Et quidem cum miſericordia diſciplinam,] ideſt, correctionem. n Acceperunt,] quaſi donum, quaſi dicat, indignatio tua miſericorditer converſa eſt eis in indignationem. Juxta illud *Pſal.* 59. Iratus eſt, & miſertus eſt nobis.

o Scierunt,] ipſi filii Iſrael, ideſt, experimento cognoverunt. p Quemadmodum cum ira judicati impii,] Ægyptii. q Tormenta paterentur.] Pęna enim Judæorum fuit ex miſericordia, & ideo diſciplina ſive correctio dicitur; pœna Ægyptiorum ex ira fuit, & ideo tormentum dicitur.

r Hos quidem,] ideſt, Iſraelitas. ſ Tanquam pater monens] ad correctionem.

t Probaſti,] per pęnas illatas. u Illos autem,] ideſt, Ægyptios, vel Chananæos.

x Tanquam Rex durus interrogans,] ideſt; pęnis duris ſubjiciens. y Condemnaſti,] ideſt, temporaliter, & æternaliter damnaſti, vel in corpore, & in anima.

a Aſcendens

Moraliter. * Ɛtum ejus. Per eaſdem pęnas veri filii Iſrael, ideſt, univerſi fideles lætati ſunt, & redempti. a Nam pro fonte ſempiterni fluminis humanum ſanguinem dediſti injuſtis.] ſempiternus fluvius, Chriſtus eſt, qui a patre naſcendo ſemper fluit, qui totam irrigat Eccleſiam. Unde *Gen.* 2. Fluvius egrediebatur de loco voluptatis ad irrigandum Paradiſum. Fons fluminis, eſt miſericordia Chriſti. De quo *Pſal.* 35. Quoniam apud te eſt fons vitæ. Per ſanguinem ſignificatus peccatum *Oſeæ* 4. Sanguis ſanguinem tetigit, ideſt, peccatum peccato additum eſt: Item per ſanguinem ſignificatur pęna. Unde *Pſal.* 57. Lætabitur juſtus, cum viderit vindictam, manus ſuas lavabit in ſanguine peccatoris. Ergo pro fonte ſempiterni fluminis, datus eſt ſanguis injuſtis Judæis, quia per mortem Chriſti ipſi peccatum, & pęnam; nos vero miſericordiam conſecuti ſumus. Humanus dicitur, quia non ex natura divinitatis, ſed ex natura humanitatis paſſus eſt Chriſtus.

a pro fonte † ſempiterni fluminis, b humanum ſanguinem dediſti injuſtis. c Qui d cum minuerentur in traductione infantium occiſorum, e dediſtis illis f abundantem aquam inſperate, g oſtendens per ſitim, quæ tunc fuit, h quemadmodum tuos i exaltares, k & adverſarios illorum necares. l Cum enim tentati ſunt, & m quidem cum miſericordia diſciplinam † n acceperunt: o ſcierunt p quemadmodum cum ira judicati impii q tormenta paterentur. r Hos quidem ſ tamquam pator monens t probaſti; u illos autem x tamquam Rex durus interrogans y condemnaſti.

c Qui cum minuerentur in traductione occiſorum infantium, dediſti illis abundantem aquam inſperate.] Ecce juſtitia Dei, & miſericordia ejus ſimul, Ægyptii occiduntur, & filii Iſrael inſperate potantur, cum ſe derelictos putarent. *Job* 11. Cum te conſumptum putaveris, orieris ut lucifer.

al. † accipientes ſcierunt.

g Oſtendens per ſitim, quæ tunc fuit, quemadmodum tuos exaltares, & adverſarios illorum necares.] In hoc enim ipſo quod Dominus hic ſuos flagellari permittit, figuratur futura eorum conſolatio, & damnatio impiorum, Præſens enim afflictio, futuræ ſerenitatis indicium eſt. Et e contrario præſens jucunditas, futuræ deſolationis ſignum eſt.

Unde *Matth.* 16. Veſpere facto dicitis ſerenum erit, rubicundum enim eſt cœlum; & mane, hodie tempeſtas, rutilat enim triſte cęlum. Nunc cęlum Sanctorum, qui pro Chriſto affliguntur, rubicundum eſt; ſed craſtino ſerenum erit. E contrario malorum cœlum modo rutilat, ſed tempeſtatem futuram promittit. *Jer.* 25. Ecce in civitate, in qua invocatum eſt nomen meum, ego incipio affligere, & vos immunes eritis? Non eritis immunes. Ideo dicitur *Jerem.* 49. Ecce quibus non erat judicium, ut biberent calicem, bibentes bibent, & tu quaſi innocens relinqueris; Non eris innocens, ſed bibens bibes, *Iſa.* 32. Super humum populi mei ſpinæ, & vepres aſcendent, quanto magis ſuper omnes domos gaudii civitatis exultantis? l Cum enim tentati ſunt,] filii Iſrael. m Et quidem cum miſericordia diſciplinam acceperunt.] Sic omnes boni cum flagellantur a Domino, libenter recipiunt diſciplinam, ſcientes ſe miſericorditer flagellari. Sed & medicinaliter. Ideo enim hic flagellantur, ne in æternum damnentur, & ſi quid in eis purgandum eſt, per flagella purgetur, *Hebr.* 12. Quem diligit Dominus, caſtigat; flagellat autem omnem filium, quem recipit. o Scierunt quemadmodum cum ira judicati impii tormenta paterentur.] Notabile eſt hoc verbum. Electi enim non ſolum ex miſericordia, ſed cum miſericordia corriguntur: mali vero cum ira, & ex ira. Unde ſequitur. r Hos quidem tanquam pater monens probaſti,] igne tribulationis.

u Illos autem tanquam Rex durus interrogans condemnaſti,] æternaliter. Duo autem modo maxime interrogat Dominus omnes nos, timorem ſcilicet, & honorem, *Malachiæ* 1.

Si ego Pater ſum, ubi eſt honor meus? Et ſi Dominus ego ſum, ubi eſt timor meus? Qui amore Dei bona faciunt, reſpondent primæ quæſtioni. Qui timore judicii declinant a malo, reſpondent ſecundæ. Qui autem nec amore Dei bona facit, nec timore judicii mala declinat, concludetur, ſed concluſione indiſſolubili. Ite, maledicti, in ignem æternum. Et hæc erit diſciplina, & ex ira, & cum ira. Sed diſciplina bonorum in præſenti, & cum miſericordia eſt, quia minor eſt exigentia meritorum.

Unde *Job* 11. Utinam Deus loqueretur tecum, & aperiret tibi labia ſua, ut oſtenderet tibi ſecreta ſapientiæ, & quod multiplex eſſet lex ejus, & intelligeres, quod multo minora exigaris, quam meretur iniquitas tua. Et eſt ex miſericordia, quia fructus multiplex cum ea datur etiam in præſenti. Matth. 25.

Primus eſt converſio ad Deum. Unde *Pſal.* 34. Imple facies eorum ignominia, & quærent nomen tuum, Domine. *Oſeæ* 6. In tribulatione ſua mane conſurgent ad me.

Secundus eſt fœcundatio bonorum operum, *Exod.* 1. Quanto opprimebant eos, tanto magis multiplicabantur, & creſcebant. Et *Pſalm.* 134. Fulgura in pluviam fecit.

Tertius eſt purgatio peccatorum, *Malac.* 3. Sedebit conflans, & emundans quaſi argentum, & purgabit filios Levi. Et *in libro Proſperi*: Juſto judicio Dei datur plerumque

* pecca-

Digitized by Google

Δ *a* Abſentes enim] quaſi vere Iſraelitas in correctione probaſti. Abſentes enim Iſraelitæ, Pharaoni.

b Et præſentes] ideſt, coram Pharaone poſiti.

c Similiter torquebantur] pœna ſcilicet temporali tantum, velut infra dicetur.

d Duplex enim tædium] ideſt, duplex afflictio.

Unum enim tædium eis † pœnale, non culpabile. (al. † temporale.)

e Acceperat illos] ideſt, Hebræos. Et quod ſit illud duplex tædium, oſtendit.

g Et gemitus cum memoria præteritorum] ideſt, gemitus pro præſentibus pœnis, & recordatio præteritarum pœnarum.

Unde dicit *Interl.* Præteritorum malorum recordatio, & præſentium tempeſtas.

h Cum enim andirent, &c.] Probat auctor, quod Dominus tanquam pater monens probavit Iſraelitas. Cum enim auditent, ideſt, intelligerent ipſi Iſraelitæ.

i Per ſua tormenta] ideſt, ſibi inflicta, quia vexatio dat intellectum. *Iſa.* 28.

k Bene ſecum agi] a Domino, ideſt, juſte & miſericorditer.

l Commemorati ſunt Dominum admirantes] conſilium ejus.

n In finem exitus,] ideſt, poſt rei eventum videntes Iſraelitæ mirabilem exitum ſuæ afflictionis, mirati ſunt conſilium Domini, quo punivit eos tam miſericorditer, & tam juſte.

o Quem enim] ſcilicet, Moyſen.

p In expoſitione prava projectum] ideſt, in carecto ripæ fluminis morti expoſitum.

q Deriſerunt.] Iſraelitæ cum intraret ad Pharaonem tanquam ductor populi.

r In finem eventus] ideſt, poſt rei eventum.

ſ Mirati ſunt] conſilium Dei, qui per Moyſen eos eduxit, quem ipſi deriſerunt prius.

t Non ſimiliter juſtis faciens] ut injuſtis, quia non ſimiliter peccant. Septies enim cadit juſtus, & reſurgit, pœnitendo. *Prov.* 24. Impius autem cum venerit in profundum malorum contemnit, deſperando. *Prov.* 18. Vel ſic ab illo loco. (Abſentes, &c.) Quaſi vere interrogans per tormenta condemnaſti impios.

a Abſentes enim] a filiis Iſrael, ideſt, Chananæi & Amalechitæ.

b Et præſentes] eis, ſimiliter torquebantur, audita fama eorum. Unde *Raab* dixit exploratoribus quos miſerat Joſue. Irruit in nos terror veſter, & elanguerunt omnes habitatores terræ. *Joſue* 2.

d Duplex enim tædium] ideſt, præteritorum malorum recordatio, & præſentium tempeſtas.

f Illos] ſcilicet, Chananæos.

e Acceperat] non ipſi tædium. Per hoc innuens auctor tantum fuiſſe, quos illos abſorbuerat, ſicut dixit *Raab* exploratoribus. Hæc audientes pertimuimus, & elanguit cor noſtrum, nec remanſit in nobis ſpiritus ad introitum veſtrum. *Joſue* 2.

h Cum enim audirent] Chananæi vel Ægyptii.

i Per ſua tormenta] ideſt, a ſe filiis Iſrael illata.

k Bene ſecum] ideſt, cum filiis Iſrael, agi.

l Commemorati ſunt Dominum] ipſi Ægyptii, ideſt, confeſſi virtutem ejus dicentes: Fugiamus Iſrael, Dominus enim pugnat pro eis. *Exod.* 14.

m Admirantes in finem exitus] populi Iſraelitici.

o Quem enim.] Dominum, vel Moyſen.

p In expoſitione prava projectum] ideſt, ſiniſtra interpretatione operum ejus vilem reputatum, vel in carecto ripæ projectum & expoſitum.

q Deriſerunt] ipſi Ægyptii.

r In finem eventus] ideſt, finalem eventum Moyſi.

ſ Mirati ſunt] Ægyptii, videntes completum eſſe, quod prius dixerat Moyſes.

t Non ſimiliter juſtis faciens] quaſi dicat auctoritas, Domine, illos ut pater probaſti, iſtos ut Rex durus interrogans condemnaſti, non ſimiliter juſtis faciens, ut injuſtis, quia licet hic puniantur boni & mali, differenter tamen, quia bonorum pęna purgatio eſt, vel promotio; malorum vero pęna initium condemnationis, & vindicta peccati.

a Abſentes enim, & *b* præſentes *c* ſimiliter torquebantur. *d* Duplex enim tædium *e* acceperat *f* illos, & *g* gemitus cum memoria præteritorum. *h* Cum enim audirent *i* per ſua tormenta *k* bene ſecum agi, *l* commemorati ſunt Dominum, *m* admirantes in *n* finem exitus. *o* Quem enim in *p* expoſitione prava projectum *q* deriſerunt, *r* in finem eventus *ſ* mirati ſunt. *t* Non ſimiliter juſtis faciens, pro *u* cogitationibus autem inſenſatis *x* iniquitates illorum. *y* Quare *z* quidam *a* errantes colebant † *b* mutos ſerpentes, & *c* beſtias ſupervacuas, *d* immiſiſti illis multitudinem mutorum animalium in vindictam, ut *e* ſcirent, quia per *f* quæ peccat quis, per hæc & torquetur.

u Pro cogitationibus autem inſenſatis] ideſt, ſecundum qualitates cogitationum inſenſatorum, ſunt.

x Iniquitates illorum] quia qualis eſt arbor, talis eſt & fructus. *Matth.* 7. Vel ſic.

u Pro cogitationibus inſenſatis] ideſt, de malis cogitationibus, ſecutæ ſunt. C

x Iniquitates illorum, hoc eſt, quia de Deo, & Moyſe male cogitaverunt Ægyptii, ideo permittente Domino, ſecuta ſunt opera mala. Unde dicit *Interl.* Iniquitates illorum, ideſt, prava opera, quæ ex cogitatione procedunt. Vel ſic. (al. † multos.)

u Pro cogitationibus inſenſatis] ideſt, merito cogitationum inſenſatorum ſunt.

x Iniquitates illorum] id eſt, pœna iniquitatum. Unde dicit alia *Interl.* Secundum duritiam ſuam, & cor impœnitens theſaurizat ſibi iram in die iræ. *Rom.* 2. *y* Quare quidam, &c.] Dixerat auctor impios condemnari, & torqueri, oſtendit qualiter torquebantur, & quare, quia muta animalia colebant, a mutis animalibus torquebantur, ut ea qualitate pœnæ cognoſcerent qualitatem culpæ. Et hoc dignum erat, ut qui pro Creatore creaturam venerabantur, unde quærebant auxilium, inde ſupplicium ſuſciperent. Et hoc eſt.

y Quare] ideſt, quia. *z* Quidam] eorum, ideſt, Ægyptiorum, vel Chananæorum.

a Errantes colebant] ideſt, quaſi Deos venerabantur.

b Multos] vel, mutos ſerpentes, ideſt, Æſculapium ſub ſpecie ſerpentis. *c* Et beſtias ſupervacuas] ideſt, arietes, & canes, dicit *Interl.* hoc eſt, Jovem ſub ſpecie arietis, & Mercurium ſub ſpecie canis. De quibus dicitur *Rom.* 1. Mutaverunt gloriam incorruptibilis Dei, in ſimilitudinem imaginis corruptibilis hominis, & volucrum & quadrupedum, & ſerpentum. Et quia ſic fecerunt, ideo. *d* Immiſiſti illis multitudinem, &c.] in vindictam culpæ. *e* Ut ſcirent quia per quæ peccat quis, per hæc & torquetur.] Sæpe enim ipſo inſtrumento ſuæ Δ offenſionis puniuntur (Moraliter.)

* peccatoribus poteſtas, qua Sanctos ipſius perſequantur, ut qui ſpiritu Dei † juvantur, & aguntur, fiant per laborum exercitia elatiores. (al. † minantur.)

Quartus eſt examinatio. Unde *Pſ.* 16. Probaſti cor meum, Deus, & viſitaſti nocte, igne me examinaſti, *Iſa.* 4. Si abluerit Dominus ſordes filiarum Sion, & ſanguinem Jeruſalem laverit de medio ejus in ſpiritu judicii, & ſpiritu ardoris.

Quintus eſt corroboratio. *Deut* 8. Poſtquam afflixit te Dominus, ac corroboravit, ad extremum miſertus eſt tui, &c.

Sextus eſt defenſio. *Pſ.* 59. Da nobis, Domine, auxilium de tribulatione. *Ex.* 14. Ingreſſi ſunt filii Iſrael per medium ſicci maris, erat autem aqua quaſi murus a dextra eorum & leva.

Septimus eſt eruditio. *Prov.* 22. Stultitia colligata eſt in corde pueri, & virga diſciplinæ fugabit eam. *Jer.* 6. Secundum ſeptuaginta. Per omnem dolorem, & flagellum erudiens Jeruſalem.

Octavus eſt humiliatio. *Job.* 6. Sagittæ Domini, in me ſunt, quarum indignatio ebibit ſpiritum meum.

Nonus eſt deſiderium patriæ. *Luc.* 15. Quanti mercenarii in domo patris mei abundant panibus, ego autem hic fame pereo? Surgam, & ibo ad patrem meum.

Decimus eſt coronatio. *Jac.* 1. Beatus vir, qui ſuffert tentationem, &c. *In lib. Proſperi.* Quantumcumque ſęviant impii, melior eſt in hoc tempore cauſa juſtorum, qui quanto acrius impetuntur; tanto glorioſius coronantur.

a Abſentes enim, & præſentes ſimiliter torquebantur] quia malos in præſenti, & in futuro eadem pœna torquebit, ſcilicet vermis conſcientiæ, qui peccantes remordet, & poſt mortem acrius cruciabit.

d Duplex enim tædium] vivendi, acceperat illos, & gemitus cum memoria præteritorum. Præteritorum malorum recordatio pro quibus pęnam æternam expectant, & præſentium tribulationum tempeſtas. Sequitur. *ſ* Per quæ peccat quis, per hæc & torquetur] ut qui peccat in lingua, torquetur in ea, ut dives epulo. *Luc.* 16. *Prov.* 20. Suavis eſt homini panis mendacii, & poſtea implebitur os ejus calculo. Cetera non mutantur uſque in finem capituli.

a offenſionis puniuntur peccatores. Ut Golia ſuo gladio eſt occiſus 1. *Reg.* 17. Aman in patibulo, quod paraverat Mardochæo, eſt ſuſpenſus. *Heſter* 7.

a Non enim] quaſi dicat, ſic puniti ſunt, ut ex pęna cognoſcerent culpam. Nam aliter poterat eos Deus punire ſi vellet.

a Non enim impoſſibilis *b* erat omnipotens manus tua, *c* quæ creavit orbem terrarum *d* ex materia inviſa *e* immittere illis multitudinem urſorum, *f* aut audaces leones, *g* aut novi generis ira plenas, & ignotas beſtias, aut *h* vaporem † igneum ſpirantes, aut *i* odorem fumi proferentes, aut *k* horrendas ab oculis ſcintillas emittentes, *l* quarum non ſolum læſura poterat illos exterminare, ſed & aſpectus per timorem occidere. *m* Nam & ſine his *n* uno ſpiritu *o* poterant occidi perſecutionem paſſi ab ipſis factis ſuis, *p* & † diſpergi per ſpiritum virtutis tuæ. Sed *q* omnia in menſura & *r* numero, & *ſ* pondere *t* diſpoſuiſti. *u* Multum enim valere tibi *x* ſoli ſupererat ſemper, *y* & virtuti brachii *z* tui quis reſiſtet? *a* Quoniam tanquam momentum ſtateræ, ſic *b* eſt ante te *c* orbis terrarum, & *d* tanquam gutta roris antelucani, *e* quæ deſcendit in terram. † Et *f* miſereris omnium, † quia omnia potes;

a Non enim impoſſibilis] ideſt, impotens.

b Erat manus tua omnipotens] ideſt, filius.

c Quæ creavit orbem terrarum] omnia corporalia.

d Ex materia inviſa] ideſt, indiſtincta & informi.

e Immittere illis multitudinem urſorum] qui ſubito devorarent eos.

f Aut audaces leones] qui non timent homines.

al. † ignis. *g* Aut novi generis ira plenas, & ignotas beſtias] id eſt, novum genus ſævitiei habentes.

D *h* Aut vaporem igneum] vel ignis ſpirantes, ut dracones quidam.

i Aut odorem fumi proferentes] ad excæcandos oculos eorum.

k Aut horrendas ab oculis ſcintillas emittentes] quæ videndo omnia urunt. *l* Quarum non ſolum læſura poterat illos exterminare, ſed & aſpectus per timorem occidere] quaſi dicat, tales beſtias poterat illis immittere Dominus ſi vellet, quæ ſolo viſu tantum timorem illis incuterent, ut morerentur. Et hoc probat per locum a minori. *m* Nam & ſine his] novi generis beſtiis. *n* Uno ſpiritu] ideſt, indignatione, vel juſſu Dei. *o* Poterant occidi perſecutionem paſſi ab ipſis factis ſuis] ideſt, per facta ſua digni effecti, ut talia paterentur. *p* Et poterant diſpergi per ſpiritum virtutis ſuæ] ideſt, indignationem Dei. *q* Sed omnia in menſura, & numero, & pondere diſpoſuiſti,] quaſi dicat, vere diſpergi poterant per ſpiritum virtutis Dei, ſed tu, Domine potens, & ſapiens & benignus, aliter ordinaſti.

Quia omnia in menſura, & numero, & pondere diſpoſuiſti. Quod ſecundum Sanctos & ſecundum Magiſtros diverſimode exponitur. Unu modo refertur ad ſola corporalia. De quibus *Eccl.* 18. Qui vivit in æternum, creavit omnia ſimul, ideſt, corporalia. Quorum materia ſunt quatuor elementa, quorum quædam ſunt gravia, quædam levia. Unde unum ſuper aliud eſt proportionaliter, & in hoc eſt pondus eorum, ſecundum *Aug.* qui dicit: Pondus eſt impetus rei ad proprium locum tendentis, ideſt, proprietas, impellens rem ad locum determinatum, & in eo conſervans. Numerus conſiſtit in hoc, quod quatuor tantum ſunt, ignis, aer, aqua, terra. Menſura in hoc eſt, quod ſunt contenta ſuis limitibus. Et ſecundum hoc exponitur ſic. *q* Omnia] ideſt, materiam omnium. *t* Diſpoſuiſti in menſura] limitata. *r* Et numero] certo ſcilicet quaternario. *ſ* Et pondere] proportionabili. Aliter ſecundum alios pondus refertur ad potentiam operantis, numerus ad ſapientiam ordinantis, menſura ad clementiam conſervantis. Et ita pondus refertur ad Patrem, cui appropriatur potentia. Numerus ad Filium, cui attribuitur ſapientia. Menſura ad Spiritum Sanctum, cui aſſignatur clementia. Et ita omnis creatura habet pondus a Patre creante, numerum a Filio ordinante, menſuram a Spiritu Sancto conſervante. Et hoc videtur innuere Apoſt. *Rom* 11. ubi dicit. Ipſi ſoli gloria, ex quo omnia, quoad Patrem; per quem omnia, quoad Filium; in quo omnia, quoad Spiritum Sanctum: Et hęc expoſitio ſatis convenit cum Aug. qui diſtinguit duplicem menſuram, & duplicem numerum, & duplicem ordinem. Dicit enim, quod eſt menſura menſurans, & menſura menſurata; & ſimiliter numerus numerans, & numerus numeratus; & ordo ordinans, & ordo ordinatus. Menſura menſurans eſt ipſe Deus, menſuras cuilibet rei præfigens. Menſura menſurata eſt cujuslibet rei certa quantitas, qua dicitur magna, vel parva, vel etiam mediocris. Numerans eſt ipſe Deus, numerus numeratus uniuſcujuſque propria qualitas, qua diſtinguitur ab alio. Ordo ordinans, ſive pondus ponderans, eſt ipſe Deus, omnibus dans pondus proprium. Pondus ponderatum, ſive ordo ordinatus eſt ipſa rerum proprietas, qua res in loco ſuo perſiſtit.

Prima expoſitio.

Secunda expoſitio.

Secundum *Aug.* igitur idem eſt menſura, quod modus, idem ſpecies quod numerus, idem ordo quod pondus. Et exponit ſic.

Omnia diſponit Deus in menſura, numero, & pondere, ideſt, modo, ſpecie, & ordine. In menſura, ideſt, in ſe omnia menſurante, ideſt, modum cuilibet rei præfigente.

Et in numero, ideſt, in ſe omnia numerante, ideſt, cuilibet rei propriam ſpeciem largiente. Et in pondere, ideſt in ſe omnia ponderante, ideſt, omnibus proprium, & certum ordinem aſſignante. *Rabanus in Gloſſ.* aliter dicit. Numerum dicit pro judicio, & diſtinctione, quia in judicio omnia diſtincte numerantur.

al. † diſperſi.

Tertia expoſitio 1. *q.* 4. *c. qui perunt.*

Pondus pro juſtitia, ex juſtitia enim gravitas pœnæ peccatoribus incumbit, & ſoliditas gloriæ juſtis. Menſuram ponit pro veritate, menſura enim falſitatem non recipit, quam veritas excludit. Unde ſecundum Rabanum ſenſus eſt.

al. † ſed. al. † quoniam.

q Omnia diſpoſuiſti in menſura] ideſt, in veritate, ideſt, in vero eſſe produxiſti, non phantaſtico. *r* Et numero] ideſt, diſtincte ſine confuſione. *ſ* Et pondere,] ideſt, juſte unicuique ſecundum propriam capacitatem tribuens bonitatis, ſecundum æternam diſpoſitionem omnia condens.

Aliam Gloſſam ponit *Raban.* ubi dicitur. In menſura qualitas, in numero quantitas, in pondere ratio. In his conſtituit Deus mundum, & gubernat, & judicaturus eſt. In his juſtus judex comprendi non poteſt, nec reprehendi.

Quarta expoſitio.

In clauſtro horum tria omnia abſcondita latent, quæ ſolum clavibus judicii, & miſericordiæ Dei reſerabuntur, quando illuminabuntur abſcondita tenebrarum, & revelabuntur conſilia cordium 1. *Cor.* 4. Qualitatem menſuræ vocat veritatem: quantitatem, numeri diſtinctionem: rationem ponderis, ordinem juſtitiæ.

In his tribus *Raban.* dicit omnia facta eſſe, gubernari, & judicari, ut reddantur ſingula ſingulis. In veritate ſunt facta, ideſt, in vero eſſe, diſtincte gubernantur, juſte judicabuntur.

Nos leviter exponimus hoc. Omnia fecit Deus in numero, pondere, & menſura, ſive modo, ſpecie, & ordine, ideſt, in eſſe determinato, & finito, & diſtincto, & ordinato.

Quinta expoſitio.

Moraliter autem fecit omnia. In menſura, contra vitium ſuperfluitatis. In numero, contra vitium ſingularitatis. In pondere contra vitium levitatis.

Moraliter.

u Multum enim] quaſi ita potens eras illos exterminare, ut dictum eſt. Multum enim valere, ideſt, poſſe. *x* Tibi ſoli ſupererat ſemper] vel, reſtabat ſemper, alia littera quaſi dicat vere prædicta facere potuiſti, quia ſemper multum facere potuiſti, Deo enim nihil eſt impoſſibile *Matt.* 19. Cujus iræ reſiſtere nemo poteſt. *Job.* 9. *y* Et virtuti brachii [ideſt, filii *z* Tui quis reſiſtet] quaſi dicat, nullus. Unde *Iſa.* 51. Induere fortitudinem brachium Domini. Et vere nullus poteſt reſiſtere tibi. *a* Quoniam tanquam momentum ſtateræ] quæ levi exceſſu ponderis declinatur.

b Sic eſt ante te] ideſt, in comparatione tui.

c Orbis terrarum] continens & contentum.

d Et tanquam gutta roris antelucani,] vel, ante lucem, ideſt, matutini, quæ primo aſpectu Solis ſtatim exſiccatur.

e Quæ deſcendit in terram,] a nubibus, ſic eſt, ſupple, orbis terrarum, ante te, ideſt, ſicut ros cito tranſit ante Solem, ſic omnia ad nutum tuum cito tranſeunt, & mutantur.

Unde *Iſa.* 40. Ecce gentes ſicut ſtilla ſitulæ, & quaſi momentum ſtateræ reputatæ ſunt. Momentum ſtateræ dicit linguam ſtateræ, cujus rectitudine indicatur æqualitas ponderum quæ facillime movetur, ſic omnia ad nutum Dei. Et cum ita facile poſſit omnia diſſolvere, tunc. *f* Et miſereris omnium, quia omnia potes] quaſi dicat, non ſolum potens, ſed & miſericors es.

A Et ideo

▲ *a* Et] ideo (diſſimulas peccata hominum) fragilium non dæmonum. *b* Propter pœnitentiam,] ideſt, quia miſericors es, ideo expectas peccatores ad pęnitentiam. Unde *Rom.* 2. An ignoras quod benignitas Dei ad pœnitentiam te adducit? Vel ſic. *a* Diſſimulas peccata hominum propter pęnitentiam] ideſt, quia homines pœnitet, ideo diſſimulas, ideſt, non recordaris peccata eorum. Unde *Ezech.* 18. Si autem impius egerit pęnitentiam, omnium iniquitatum ejus, non recordabor amplius. Unde *Rab.* Potentia Dei bonitate plena eſt, opus ſuum propter peccata non deſpicit, ſed per pœnitentiam abluit, & pie fovet, & nutrit. Sed quæ eſt iſta ratio, quam aſſignat auctor, omnium miſereris, quia omnia potes? Potius videtur dicendum eſſe, omnium miſereris, quia miſericors es. Sed melius dicit ſic. Nam quia omnipotens eſt, ideo punire poteſt, cum vult, vel differre, vel omnino dimittere pœnam, cum vult, & hoc ipſius ſolius eſt, qui omnium Dominus eſt. Ejus enim miſereri non poteſt, niſi ipſe velit. Unde ſignanter dicitur in oratione Deus, qui omnipotentiam tuam parcendo maxime, & miſerando manifeſtas. Vel, ut quidam dicunt, quia omnipotens eſt, omnia quaſi nihil reputat & indigna ira ſua. Juxta illud.

—— *Dignum te Cæſaris ira*
Nullus honor faciet.

Et vere omnium miſereris.

A

al. † nobis. al. † patribus.

& *a* diſſimulas peccata hominum *b* propter pęnitentiam. *c* Diligis enim omnia quæ ſunt, *d* & nihil odiſti eorum, quæ feciſti, *e* nec enim odiens aliquid *f* conſtituiſti *g* aut feciſti. *h* Quomodo *i* autem poſſet aliquid permanere, niſi tu voluiſſes? *k* aut quod a te vocatum non eſſet, *l* conſervaretur? *m* Parcis autem omnibus, quoniam tua ſunt, Domine, qui amas animas.

C A P. XII.

O Quam *n* bonus, & ſuavis eſt, Domine, ſpiritus tuus in † omnibus. *o* Ideoque hos, qui exerrant, † *p* partibus corripis, *q* & de quibus peccant, *r* admones, & *ſ* alloqueris, ut *t* relicta malitia, credant in *u* te, Domine. *x* Illos enim *y* antiquos inhabitatores terrę ſanctæ tuæ, *z* quos exhorruiſti, *a* quoniam odibilia opera tibi faciebant *b* per medicamina & *c* ſacrificia injuſta, *d* & filiorum ſuorum necatores ſine miſericordia, *e* & comeſtores viſcerum hominum & *f* devoratores *g* ſanguinis, *h* & auctores parentes animarum inauxiliatarum *i* voluiſti perdere *k* a medio ſacramento tuo, *l* per manus parentum noſtrorum, ut † *m* dignam perciperent peregrinationem puerorum Dei, *n* quæ tibi omnium charior eſt terra. *o* Sed & his tanquam hominibus *p* pepercisti, *q* & miſiſti antceſſores exercitus tui veſpas, ut *r* illos *ſ* paulatim *t* exterminarent.

Non *u* quia impotens eras in bello ſubjicere impios *x* juſtis *y* aut beſtiis ſævis, aut verbo duro ſimul exterminare

c Diligis enim omnia, quæ ſunt] inquantum ſunt, conſervando ea in eſſe. *d* Et nihil odiſti eorum, quæ feciſti.] Peccatum enim non fecit ipſe, quod odit. Juxta illud: Odiſti omnes, qui operantur iniquitatem.

Pſalm. 5.

e Nec enim odiens] ideſt, odibile aliquid. *f* Conſtituiſti] creando ex nihilo. *g* Aut feciſti] de præjacenti materia. Et revera diligis omnia, quæ ſunt. *i* Autem] ideſt, quia. *h* Quomodo poſſet aliquid permanere, niſi tu voluiſſes] produxiſſe in eſſe? *k* Aut quod a te vocatum non eſſet] ab æterno. *l* Conſervaretur] in eſſe? quaſi dicat, nullo modo. *m* Parcis autem omnibus quoniam tua ſunt, Domine, qui amas animas] propter quas & corporibus parcit, propter quas etiam omnia fecit. Unde *Ezech.* 18. Ecce omnes animæ meæ ſunt.

EXPOSITIO CAP. XII.

O Quam bonus & ſuavis eſt, &c.] Adhuc probat auctor quod bonus eſt Dominus, & ſuavis colentibus eum, ſed peccatoribus juſtus. Et hoc oſtendit, quia ſeptem illas gentes, quæ olim terram Chanaan poſſidebant, propter iniquitates eorum ejecit; filios vero Iſrael nominis ſui cultores introduxit. In quo facto myſtice deſignatur, quod univerſitas vitiorum, quæ per peccatum primi hominis poſſederat genus humanum, per gratiam Dei expulſa eſt, & introducta univerſitas virtutum. Dicit ergo quaſi admirando. *n* O quam bonus, &c.] Bonus eſt, quia bona ſua libenter communicat. Suavis, quia pœnitentibus dulciter veniam præſtat. Unde *Pſal.* 24. Dulcis, & rectus Dominus, propter hoc legem dabit delinquentibus in via. Et *Eccl.* 24. Spiritus meus ſuper mel dulcis. Vel bonus laborantibus in activa, ſuavis, quieſcentibus in contemplativa. Unde *Pſal.* 33. Guſtate, & videte, quoniam ſuavis eſt Dominus. Et tamen peccatis noſtris exaſperatur. Unde *Job* 30. Sto, & non reſpicis me, mutatus es mihi in crudelem. *Iſa* 27. Indignatio non eſt mihi, quis dabit me ſpinam, & veprem? in prælio gradiar ſuper eam.

o Ideoque hos, qui exerrant] peccando.

p Partibus corripis] ideſt, partialibus pęnis, ideſt, paulatim, & non ſubito. Vel, Patribus corripis, ideſt, patrum doctrinis.

q Et de quibus peccant] ideſt, in quibus peccant.
r Admones] eos, per promiſſiones, & comminationes, ut ceſſent, & pœniteant. *Matth.* 3. Agite pęnitentiam, ecce enim appropinquabit Regnum Cœlorum.
ſ Et alloqueris] per creaturas, per ſcripturas, per inſpirationes, per Prædicatores.
t Ut relicta malitia credant] fide formata.
u In te, Domine] qui ſalvas omnes ſperantes in te, & condemnas adverſarios tuos.
x Illos] enim tam notabiles in malo.
y Antiquos inhabitatores terræ ſanctæ tuæ] in peccati vetuſtate manentes.
z Quos exhorruiſti] ideſt, quales. Ideo.
a Quoniam odibilia opera tibi faciebant] ideſt, peccata, quæ ſola Deus odit inter omnia. Unde in *Pſal.* 118. Iniquitatem odio habui, &c. Faciebat, inquam.
b Per medicamina] ideſt, per ſortilegia. al. † digne.
c Et ſacrificia injuſta] ideſt, idolis exhibita. Injuſtum enim eſt, ut homo ad imaginem Dei factus ſerviat idolis mutis. *Lev.* 19. Non augurabimini, nec obſervabitis omnia.
d Et] exhorruiſti, filiorum ſuorum necatores ſine miſericordia, qui ſcil. immolabant filios ſuos. Unde *Pſalm.* 105. Immolaverunt filios ſuos, & filias ſuas dæmoniis. *Deuter.* 18. Cave, ne imitari velis abominatores gentium, ne inveniatur in te, qui luſtret filium ſuum, aut filiam ducens per ignem. *e* Et] exhorruiſti, comeſtores viſcerum hominum.] Hoc non legitur de gentibus, ſed de Judæis obſeſſis. *Thren.* 4. Manus mulierum miſericordium coxerunt filios ſuos, facti ſunt cibi earum in contritione filiæ populi mei.
f Et devoratores] ideſt, effuſores.
g Sanguinis] humani.
h Et auctores parentes animarum inauxiliatarum] ideſt, eorum, qui ſe defendere non poterant, vel aliis auxiliari non volebant.
i Voluiſti perdere] penitus.
k A medio ſacramento tuo] ideſt, a ſancta terra tua, quæ eſt in medio mundi. Unde *Pſal.* 73. Operatus es ſalutem in medio terræ. Et dicitur hic terra ſacramentum, ideſt, ſacræ rei ſignum, ideſt, terræ viventium.
l Per manus parentum noſtrorum] qui ſub Joſue intraverunt in eam. Multi enim de gentibus remanſerunt, quos non poterant expellere filii Iſrael. Plures tamen expulerunt. *m* Ut dignam perciperent peregrinationem puerorum Dei] ſcilicet, Abraham, Iſaac, & Jacob, quibus promiſſa fuerat terra illa. *Gen.* 12. Apparuit Dominus Abraham, & dixit ei: Semini tuo dabo terram hanc. Vel ſic. Illos. *s* Voluiſti perdere] omnino ut ipſi Judæi perciperent, ideſt, intelligerent illam terram eſſe. *m* Dignam peregrinationem puerorum Dei] qui non debent eſſe in otio, & ideo fuerunt relicti multi de gentibus ad exercitium. *n* Quæ] ſcilicet, terra promiſſionis, tibi omnium charior eſt terra.
o Sed & his] ideſt, Jebuſeis, quos illis reliquiſti.
p Peperciſti] tanquam hominibus, ideſt, quia ad imaginem Dei facti ſunt, vel quia infirmi. *q* Et miſiſti anteceſſores exercitus tui veſpas] ideſt, acerrimos timores, quibus corda gentium pungebantur. *Deut.* 7. Scabrones mittet Dominus Deus tuus in eos, donec deleat omnes, atque diſperdat. Et exponitur hoc *Deut.* 11. Terrorem veſtrum ac fortitudinem dabit Dominus Deus veſter ſuper omnem terram, quam calcaturi eſtis. *r* Ut illos] ideſt, gentes. *ſ* Paulatim] non ſimul. *t* Exterminarent] ideſt, extra terminos terræ ejicerent. Vel Exterminarent, ideſt, occiderent. *u* Non quia impotens in bello eras ſubjicere impios] ideſt, gentiles. *x* Juſtis] ideſt, Judæis. *y* Aut beſtiis ſævis, aut verbo duro ſimul exterminare,]

a Sed partibus judicans] ideſt, utrique parti ſecundum merita ſua reddens.
b Dabas locum pœnitentiæ] in hoc miſericorditer agens cum gentibus. Vel ablativi caſus.
a Patribus judicans] id eſt, pœnis particularibus eos puniens, non ſimul exterminans. *b* Dabas locum pœnitentiæ] gentibus reſervatis. Unde *Deut.* 7. Deus magnus, & terribilis ipſe conſumet nationes has in conſpectu tuo paulatim, atque per partes, non poteris delere eos pariter, ne forte multiplicentur contra te beſtiæ terræ.
c Non ignorans, quoniam iniqua eſt natio eorum] propter pœnitentiam reſervabas.
d Et naturalis malitia ipſorum] permanens inveterata, & per conſuetudinem quaſi in naturam verſa.
e Et quoniam non poterat] ideſt, vix poterat. Vel. Non poterat, ſecundum media eorum.
al. † judex.
f Mutari cogitatio illorum] indurata propria nequitia, in perpetuum. Unde *Jer.* 13. Si poteſt Æthiops mutare pellem ſuam, & pardus varietates ſuas; & vos poteritis benefacere, cum didiceritis malum.
g Semen enim erat maledictum ab initio,] in Dei præſcientia, dicit *Interl.* Val ab initio, ideſt, ex quo fuerant, erat in eis quædam prava qualitas maledictione digna, dicit alia *Interl.* Secundum primam *Interl.* videtur, quod præſentia Dei ſic cauſa malitiæ, quod eſt hæreticum.

Juxta ſecundam videtur, quod malitia ſit aliquid, id eſt, qualitas quædam. Solutio, dicendum, quod ſemen illud, de quo dicitur hic, fomes eſt, quod in præſciencia Dei maledictum fuit, ideſt, maledictione dignum, non propter ſe, ſed propter ſequelam ejus. Sicut dicitur *Gen* 9. Maledictus puer Chanaan, & tamen non peccaverat ipſe, ſed Cham pater ejus. Secundum hoc nulla eſt ſecunda objectio: quia fomes quædam qualitas eſt. *h* Nec timens aliquem,] fortiorem, vel ſuperiorem: quia non erat.
i Veniam dabas peccatis illorum] quaſi dicat, non timor, ſed amor induxit eum ad dimittenda peccata.
k Quis enim dicet tibi, quid feciſti] quaſi dicat, nullus poteſt contradicere tibi, qui ſecundum propriam voluntatem diſponis creaturas. Unde *Iſa.* 45. Numquid dicit lutum figulo ſuo, quid facis? Et *Rom.* 9. Numquid dicet figmentum ei, qui ſe finxit, quid me feciſti ſic?
l Aut quis ſtabit contra judicium tuum] qui juſte judicas, & omnipotens es?
m Aut quis in conſpectu tuo veniet vindex iniquorum hominum] ideſt, vindicare eos volens, quaſi feciſſet eis injuriam.
n Aut quis tibi imputabit, ſi perierint nationes] ideſt, gentes. *o* Quas tu feciſti? Sed non tales. Bonos enim fecit Dominus, ſed male pereunt, quaſi dicat, nullus.
p Nec enim eſt alius Deus, quam tu,] *Iſa.* 45. Ego Dominus, & non eſt amplius, extra me non eſt Deus (cui cura eſt de omnibus.) Contra 1. *Cor.* 9. Numquid Deo cura eſt de bobus? quaſi dicat, non. Item *Hier. ſuper Abacuc.* Abſurdum eſt divinam majeſtatem ad hoc deducere, ut ſciat, quot culices naſcantur, quotve moriantur: Non ſimus tam fatui † Dei cultores, ut dum ejus providentiam ad infima quæque retrudimus, in noſmetipſos injurioſi ſimus, ut eamdem rationabilium, & irrationabilium providentiam eſſe dicentes. Solutio. Duplex eſt cura, ſcilicet, providentiæ, & doctrinæ. Curam providentiæ habet Deus de omnibus creaturis: quia cuilibet providet neceſſaria, curam doctrinæ habet de ſolis rationabilibus. De hac loquitur Apoſtolus, & Hieronymus. Unde non eſt ibi contrarietas aliqua.
al. † adulatores.

a ſed partibus judicans *b* dabas locum pœnitentiæ, *c* non ignorans quoniam iniqua eſt natio eorum, & *d* naturalis malitia ipſorum, *e* & quoniam non poterat *f* mutari cogitatio illorum in perpetuum. *g* Semen enim erat maledictum ab initio. Nec *h* timens aliquem, *i* veniam dabas peccatis illorum. *k* Quis enim dicet tibi, quid feciſti? *l* Aut quis ſtabit contra judicium tuum? *m* Aut quis in conſpectu tuo veniet † vindex iniquorum hominum?
n Aut quis tibi imputabit, ſi perierint nationes, *o* quas tu feciſti? *p* Nec enim eſt alius Deus, quam tu, cui cura eſt de omnibus, ut *q* oſtendas, *r* quoniam non injuſte judicas judicium. *ſ* Neque Rex, *t* neque tyrannus in conſpectu tuo *u* inquirent de his, quos perdidiſti.
x Cum ergo ſis juſtus, *y* juſte omnia diſponis, *z* ipſum quoque qui non debet puniri, *a* condemnas, *b* & exterum *c* æſtimas a tua virtute.
d Virtus enim tua *e* juſtitiæ *f* initium eſt, & *g* ob hoc, quod omnium Dominus es, omnibus te parcere facis.
h Virtutem enim oſtendis tu, *i* qui non crederis eſſe in virtute † conſummatus, & *k* hos, qui te neſciunt in *l* audaciam traducis.
m Tu autem dominator virtutis *n* cum tranquillitate judicas, *o* & cum magna reverentia diſponis nos.
p Subeſt enim tibi cum volueris, poſſe. *q* Docuiſti autem populum tuum per talia opera, *r* quoniam oportet *ſ* juſtum eſſe, & humanum, *t* & bonæ ſpei feciſti filios tuos, † *u* qui *x* judicans, dans locum in peccatis pœnitentiæ.

q Ut oſtendas] omnia ſervando in eſſe, & ſtatu ſuo.
r Quoniam non injuſte judicas judicium] quia reddis unicuique juxta opera ſua.
ſ Neque Rex] terrenus, qui bene regit ſubditos ſuos.
t Neque tyrannus] qui ſua crudelitate premit ſubditos.
u Inquirent de his, quos perdidiſti] ideſt, condemnaſti, ideſt, utrum juſte perdideris eos, vel, ut reſtituantur. *x* Cum ergo ſis juſtus] ſubſtantialiter. *y* Juſte omnia diſponis] in cœlo, & in terra. *z* Ipſum quoque, qui non debet puniri] ſecundum judicium hominum. *a* Condemnas] ſecundum judicium tuum. Vel ſic. *z* Ipſum quoque, qui non debet puniri] ideſt, qui non eſt puniendus, ideſt, tibi per pœnam vivendus. *a* Condemnas] æternaliter. *b* Et exterum] ideſt, extraneum & indignum.
C
al. † conſummatus.
c Æſtimas a tua virtute] ideſt, a divina pietate. Hæc enim eſt virtus Dei. Unde *Pſal.* 53. Deus in nomine tuo ſalvum me fac, & in virtute tua judica me.
d Virtus enim tua] ideſt pietas tua. *e* Juſtitiæ] id eſt, juſtificationis humanæ. *f* Initium eſt] quia ex mera pietate Dei datur gratia juſtificans. Vel. *d* Virtus tua] ideſt, fides Chriſti. *e* Juſtitiæ initium eſt.] Unde *Rom.* 1. Juſtitia Dei per fidem Jeſu Chriſti. Vel ſic. *d* Virtus tua] ideſt, correctio tua qua omnes corrigis. *e* Juſtitiæ initium eſt] ideſt bonæ vitæ. *g* Et ob hoc, quod omnium Dominus es, omnibus te parcere facis] cum tamen juſte poſſes punire. Sed hoc facis tamen, ut dicit *Gloſſ.* ut qui præes potentia mitefcas natura. Et in hoc datur exemplum Prælatis, ut quanto potentiores ſunt, tanto mitiores ſint. *h* Virtutem enim oſtendis tu] cum ſuperbos humilias. *i* Qui non crederis eſſe in virtute, &c.] quia ſuperbis non crederis eſſe perfectæ virtutis, ſive potentiæ, oſtendis te habere perfectam virtutem, cum illos corrigendo humilias. Unde dicit *Orig.* Si Deus tantum benignus eſſet, benignitatem ejus contemneremus; ſi tantum juſtus, deſperaremus. *Jer.* Neceſſaria eſt miſericordia ob pœnitentiam, & juſtitia ob delicta. *k* Et hos, &c.] per fidem operantem per dilectionem. *l* In audaciam, &c.] a conſortio tuo, ideſt, audacter punis, & ejicis a te. Vel ſic. *k* Hos, qui te neſciunt] ideſt, qui tuam correctionem non ſentiunt. *l* In audaciam traducis] ideſt, in parcendo eis, & ſubtrahendo correctionem, audaciam peccandi præbes. Unde *Eccl* 8. Quia non profertur cito ſententia contra malos, abſque timore ullo filii hominum perpetrant mala. *m* Tu autem, &c.] ideſt, Dominus virtuoſus & fortis. Vel Dominator virtutis, ideſt, Dominus virtutum angelicarum.
n Cum tranquillitate judicas] omnia prædicta. Ira enim non cadit in Deum. Et cum dicitur iraſci, intelligitur quoad effectum vel ſecundum opinionem malorum, quos punit. *o* Et cum magna reverentia diſponis nos] non ſtatim puniendo, ſed ad pœnitentiam expectando, cum ſtatim poſſes punire. *p* Subeſt enim tibi, cum volueris poſſe.] Et eſt argumentum, quod aliquid poteſt Deus, quod non vult, quod nullus dubitat. *q* Docuiſti autem, &c.] quæ feciſti, cum tranquillitate judicando & cum reverentia diſponendo. *r* Quoniam oportet] ideſt, opportunum eſt. *ſ* Juſtum eſſe & humanum] ideſt, benignum, aliter juſtitia ſine benignitate ſeveritas eſt. Unde *Eccl.* 7. Noli eſſe juſtus multum. Et *Pſal.* 24. Univerſæ viæ Domini miſericordia, & veritas. Et Samaritanus vinum ſimul & oleum infudit vulneribus ſauciati. *Luc.* 10. *t* Et bonæ ſpei feciſti filios tuos] confidere de te, & ſperare in te ſolo *u* Qui] ideſt, quia. *x* Judicans dans locum in peccatis pœnitentiæ] ideſt, ad pœnitentiam expectas etiam in peccatis, ideſt in multitudine peccatorum.

Et hoc

Et hoc probat. *a* Si enim inimicos ſervorum tuorum] ideſt, Chananæos, vel Ægyptios odientes Iſrael.
b Et debitos morti] ideſt, dignos morte temporali, & æterna. *c* Cum tanta cruciaſti attentione] ideſt expectatione, & deliberatione, quia decem plagis verberavit Ægyptios Dominus, & reſpirare permiſit, eos ad pœnitentiam expectans; qui vero non pœnituerunt, punivit eos tandem ſubmergendo in mare rubrum.
d Et liberaſti] ideſt, liberationem expectando obtuliſti vel liberaſti, eos ſæpe.
e Dans tempus & locum,] ideſt, opportunitatem, & ſpatium.
f Per quæ poſſent mutari a malitia ſua] ſi vellent.
g Cum quanta, &c.] Huſque ſuſpenditur conſtructio ab illo loco. Si enim inimicos ſervorum tuorum & debitos morti cum tanta attentione judicas. Cum, inquam, ita ſit. Cum quanta diligentia, ideſt, patientia & deliberatione.
h Judicas filios tuos] in te credentes, & te imitantes?
i Quorum parentibus] ideſt, Abraham, Iſaac, & Jacob.
k Juramenta, & conventiones dediſti bonarum promiſſionum] ideſt, firmas permiſſiones de bono dediſti eis dicens: Tibi & ſemini tuo dabo terram hanc, ideſt, ſignificatam per hanc. *Gen.* 12. & 17.

al. † poſſint.
al. † judicaſti.
al. † converſationes.
D

Si *a* enim inimicos ſervorum tuorum & *b* debitos morti *c* cum tanta cruciaſti attentione, *d* & liberaſti, *e* dans tempus & locum *f* per quæ † poſſent mutari a malitia, *g* cum quanta diligentia † *h* judicas filios tuos, *i* quorum parentibus *k* juramenta & † conventiones dediſti bonarum promiſſionum?
l Cum ergo nobis diſciplinam das, *m* inimicos noſtros multipliciter flagellas, ut *n* bonitatem tuam cogitemus judicantes, *o* & cum de nobis judicatur, ſperemus miſericordiam tuam.
p Unde & illis, qui in vita ſua *q* inſenſate & injuſte vixerunt, *r* per hæc quæ coluerunt, dediſti ſumma tormenta.
ſ Etenim in erroris via *t* diutius erraverunt *u* Deos æſtimantes hæc, quæ in † manibus ſunt ſupervacua, *x* infantium inſenſatorum more viventes.
y Propter hoc tanquam pueris inſenſatis *z* judicium in deriſum dediſti.
a Qui autem ludibriis, & increpationibus *b* non ſunt † correcti, *c* dignum Dei judicium experti ſunt.
In his *d* enim quæ patiebantur, *e* moleſte ferebant, in *f* quibus patientes, *g* indignabantur.
h Per hæc † quæ putabant Deos, in ipſis *i* cum exterminarentur, *k* videntes *l* illum, quem olim *m* negabant ſe noſſe, verum Deum agnoverunt. *n* Propter quod *o* & finis condemnationis illorum *p* veniet ſuper illos.

al. † animalium.

l Cum ergo nobis diſciplinam das] ideſt, correctionem. *m* Inimicos noſtros multipliciter flagellas] ideſt, condemnas, quaſi dicat, flagellas tuos ad correctionem; inimicos autem tuos ad condemnationem. Unde *Pſal.* 31. Multa flagella peccatoris, ſperantem autem in Domino miſericordia circumdabit. Hoc enim diſtat inter judicium Electorum, & Reproborum, quia illos Dominus corripit, ut emendet; iſtos flagellat, ut cognoſcant ſe non poſſe repugnare contra Deum, ut luant peccata ſua. Et hoc facis.
n Ut bonitatem tuam cogitemus judicantes] alios, hoc eſt, ut judicando alios, benigniores ſimus recolentes te benignum.
o Et cum de nobis judicatur ab aliis, ſperemus miſericordiam tuam] ideſt, ſemper ad tuam miſericordiam oculum habeamus, ut fortiores ſimus in ſuſtinendo.
p Unde & illis, qui in vita ſua,] qua ſibi vivunt, non Deo.
q Inſenſate & injuſte vixerunt] ideſt, infideliter, quoad fidem, & injuſte, quoad opera.
r Per hæc, quæ coluerunt, dediſti ſumma tormenta] ut quia noluerunt Creatorem digne honorando cognoſcere, traditi ſunt in reprobum ſenſum, ut faciant, quæ non conveniunt, contumeliis affligentes corpora ſua in ſemetipſis. *Rom.* 1.
ſ Etenim in erroris via] quæ ſimpliciter eſt immunda.
t Diutius erraverunt] a veritate.
u Deos æſtimantes hæc, quæ in manibus ſunt ſupervacua] ideſt, ab operibus reſidua quaſi inutilia. Sicut quando carpentarius facit domum, inter multa ligna, aliqua dimittuntur inutilia ædificationi, & de talibus fiebant idola, quæ Deos æſtimabant.

Unde *Iſa.* 44. Quis formavit Deum, & ſculptile conflavit ad nihil utile? Vel, Manibus ſupervacua] dicit truncationes lignorum, quæ remanent operantibus, quæ ad nihil valent, niſi ad ignem, & inde fiebant idola.

Unde *Iſa.* 44. Artifex lignarius operatus eſt Deum, & adoravit, & fecit ſculptile, & curvatus eſt ante illud, medium ejus combuſſit igni, & de medio ejus carnes coxit, & comedit, coxit pulmentum & ſaturatus eſt, & calefactus, & dixit: Vah, calefactus ſum, vidi focum, reliquum autem ejus fecit Deum & ſculptile ſibi. Aliqui libri habent.

Quæ in animalibus ſunt ſupervacua. Et eſt ſenſus Deos æſtimantes hæc animalia, quæ in animalibus, ideſt, inter animalia ſunt ſupervacua, ideſt, ad nullum uſum utilia, ut ſunt dracones, ſerpentes, & hujuſmodi, quæ adorabant, ut Deos ſuos.
x Infantium inſenſatorum more viventes] qui ludendo ſibi faciunt tales imagines.
y Propter hoc tanquam, &c.] ideſt, ratione carentibus.
z Judicium in deriſum dediſti] eis, ideſt, pœnam, in qua deriſione digni videbantur: ut quando ciniſes, & ranæ, & muſcæ, & hujuſmodi exterminabant eos, non urſi, vel leones.
a Qui autem ludibriis, & increpationibus] ideſt, pœnis illis deriſione dignis.
b Non ſunt correcti] a malitia ſua.
c Dignum Dei judicium experti ſunt] in mari rubro, ubi ſubmerſi ſunt. Vel ſic.
a Qui autem ludibriis, & increpationibus] ideſt, pœnis temporalibus, quibus increpat nos Dominus, quaſi luderet nobiſcum.
b Non ſunt correcti] a malitia ſua.
c Dignum Dei judicium experti ſunt] ideſt, pœnas æternas.
d In his enim, quæ patiebantur] juſte pro peccatis ſuis.
e Moleſte ferebant] quia murmurabant contra Deum, nec corrigebantur.
f In quibus patientes] non a patientia, ſed a paſſione. *g* Indignabantur] more ferarum. *h* Per hæc, quæ putabant Deos in ipſis] ideſt, inter eos; vel propter eos. *i* Cum exterminarentur] ipſi homines cultores eorum. *k* Videntes] ideſt, intelligentes. *l* Illum, quem olim] ideſt, ante exterminationem. *m* Negabant ſe noſſe, verum Deum agnoverunt] & tamen agnitum non adoraverunt; vel glorificaverunt, ut Deum, ſicut dicitur *Rom.* 1. Qui cum cognoviſſent Deum, non ſicut Deum glorificaverunt, aut gratias egerunt.
n Propter quod] ideſt, quia agnoverunt, & agnitum non coluerunt.
o Et finis condemnationis illorum] ideſt, finalis eorum condemnatio.
p Veniet ſuper illos] ideſt, deſuper eis adveniet, deprimens eos in profundum inferni. Ecce, quod murmuratio, & indignatio in flagellis Domini janua ſunt opprobrii ſempiterni, quod excæcati impatientia non intelligunt. Unde *Jer.* 20. Confundentur vehementer, quia non intellexerunt opprobrium ſempiternum, quod nunquam delebitur. *Greg.* Quos flagella præſentia non corrigunt, ad futura ſupplicia tranſmittunt.

al. † correpti.
al. † quæ.
A

CAP. XIII.

VAni autem *q* ſunt omnes homines, in quibus non ſubeſt ſcientia Dei

EXPOSITIO CAP. XIII.

VAni autem ſunt omnes homines, &c. De pœna idololatrarum actum eſt in capitulo præcedenti, ubi oſtendit auctor, quod juſtiſſime puniuntur per hæc, quæ coluerunt, nunc invehitur in eoſdem, oſtendens vanitatem eorum, & inexcuſabilitatem: Nam per creaturarum ſpeciem, quam colebant, Creatorem eorum poſſent cognoſcere, ſi vellent, & ideo inexcuſabiles erunt, & vani, creaturam pro Creatore colentes. Et hoc eſt. *q* Vani ſunt omnes homines, in quibus non ſubeſt ſcientia Dei] ideſt, ſcientia de Deo, ideſt, fides, qua Deus agnoſcitur. Et bene dicitur, ſubeſt, quia fides eſt fundamentum totius ædificii ſpiritualis. Unde *Heb.* 11. Fides eſt ſperandarum rerum ſubſtantia. Vani ſunt omnes homines, vanitate mutabilitatis. Vaniores vanitate mortalitatis. Vaniſſimi vanitate iniquitatis. Quæ triplex eſt, ſcilicet, vanitas voluptatis, vanitas curioſitatis, vanitas infidelitatis. De qua dicitur hic. *q* Vani ſunt omnes homines, in quibus non ſubeſt ſcientia Dei] id eſt, fides unius Dei.

a & de his, quæ videntur bona, *b* non potuerunt *c* intelligere eum, qui eſt. *d* Neque operibus † attendentes *e* agnoverunt quis eſſet artifex, *f* ſed aut ignem, *g* aut ſpiritum, *h* aut citatum aerem, *i* aut gyrum ſtellarum, *k* aut nimiam aquam, *l* aut Solem, aut *m* Lunam *n* rectores orbis terrarum Deos putaverunt. *o* Quorum etſi ſpecie delectati, Deos putaverunt, *p* ſciant *q* quanto his Dominator eorum *r* ſpecioſior eſt. *ſ* Speciei enim generator *t* hæc omnia *u* conſtituit. *x* Aut ſi virtutem, & opera eorum *y* mirati ſunt, *z* intelligant ab ipſis, *a* quoniam qui hæc † fecit, fortior eſt illis. A *b* magnitudine enim ſpeciei, & creaturæ *c* cognoſcibiliter poterit Creator horum videri. Sed *d* tamen adhuc in his minor querela eſt. Et *e* hi enim *f* fortaſſis errant, Deum quærentes, & *g* volentes invenire.

h Etenim cum in operibus illius *i* converſentur, *k* inquirunt, & *l* perſuaſum habent, *m* quoniam bona ſunt, quæ videntur; *n* Iterum autem nec his *o* debet ignoſci. Si *p* enim tantum † potuerunt ſcire, ut poſſent æſtimare ſæculum, *q* quomodo hujus Dominum non facilius invenerunt? *r* Infelices autem ſunt, & inter mortuos ſpes illorum eſt, qui appellaverunt Deos opera manuum hominum, aurum & argentum, artis inventionem *ſ* & ſimilitudines animalium, *t* aut lapidem inutilem, *u* opus manus antiquæ.

x Aut ſi quis artifex faber *y* de ſilva lignum rectum † ſecuerit, *z* & hujus *a* docte *b* eradat corticem omnem, & *c* arte ſua uſus diligenter fabricet vas inutile in *d* converſationem vitæ, *e* reliquias autem hujus operis *f* ad præparationem eſcæ abutatur, & *g* reliquum horum, quod *h* ad nullos uſus facit *i* lignum curvum, & † verticibus plenum *k* ſculpat diligenter per vacuitatem ſuam, *l* & per ſcientiam ſuæ artis figuret illud, & *m* aſſimilet il-

a Et de his, quæ videntur bona] & ſunt bonitate naturæ. *b* Non potuerunt] id eſt noluerunt, excæcari malitia. *c* Intelligere eum, qui eſt] id eſt, Deum, qui proprie eſt, quia immutabilis. Unde *Exod.* 3. Ego ſum, qui ſum, & qui eſt, miſit me ad vos.

d Neque operibus attendentes] id eſt, autem intellectus extendentes ad ſimilitudinem auſcultantes.

al. † ejus.

e Agnoverunt quis eſſet artifex] omnium creaturarum.

f Sed aut ignem] quem Vulcanum dicebant.

g Aut ſpiritum] id eſt, ætherem, quem Jovem dicebant. *h* Aut citatum aerem] id eſt, mobilem, quem Junonem dicebant.

i Aut gyrum ſtellarum] id eſt, multitudinem ſtellarum habentes figuras diverſas] id eſt, diverſorum hominum, vel animalium.

k Aut nimiam aquam] quam Thetym dicebant. *l* Aut Solem] quem Phæbum dicunt.

m Aut Lunam] id eſt, Dianam. Et his figuram humanam tribuebant: Et ſub humana ſpecie inſenſibilia colebant majores Philoſophi, minores vero ruſtici colebant ſerpentes, & hujuſmodi.

al. † conſtituit.

B

n Rectores orbis terrarum Deos putaverunt.] Et ita dupliciter peccabant. Primo quia elementa, id eſt, Dei opera Deo præferebant. Secundo, quia elementorum figuras ſub humana ſpecie colebant.

o Quorum etſi ſpecie delectari] id eſt, pulchritudine, Deos putaverunt.

p Sciant] id eſt, ſcire poterant.

q Quanto his Dominator eorum] id eſt, Deus.

r Specioſior eſt] qui talia fecit, & tanta, & tam ſpecioſa, cujus pulchritudinem Sol, & Luna mirantur:

Mundum mente gerens pulchrum, pulcherrimus ipſe.

ſ Speciei enim generator] id eſt, formarum Creator. Vel, ſpeciei generator] id eſt, filii, qui eſt ſpecies. Unde *Aug.* Æternitas in patre, ſpecies in imagine, uſus in munere.

t Hæc omnia] quæ dicta ſunt.

u Conſtituit] id eſt, fecit.

y Mirati] quia magna. *z* Intelligant ab ipſis] elementis. *a* Quoniam qui hæc fecit, fortior eſt illis] quia omnis cauſa præſtantior eſt ſuo effectu.

b Magnitudine enim ſpeciei, & creaturæ] id eſt, a magnitudine ſpeciei creatæ.

c Cognoſcibiliter poterit Creator horum videri] id eſt, intelligi, non ſolum Deus, imo tota Trinitas, ut magnitudo referatur ad potentiam, & ita ad Patrem; ſpecies ad ſapientiam, & ſic ad Filium; creatio ad benignitatem, & ſic ad Spiritum Sanctum: ex ſola enim benignitate fuit, quod Deus omnia creavit, qui nihilo indigebat.

d Sed tamen adhuc in his minor querela eſt] qui adorant Solem, & Lunam, & hujuſmodi creaturas Dei nobiles, quam in aliis, qui adorant opera hominum, quaſi dicat, ſtulti erant illi, qui Solem, & Lunam adorabant, ſed ſtultiores fuerunt, qui lapides, & ligna fabricata, Deos putabant. Et de his ſatis habes *Iſa.* 41, & 44. *Hier.* 10. & *Baruch.* 5.

e Et hi enim] qui Solem, & Lunam, & hujuſmodi colunt.

f Fortaſſis erant Deum quærentes] id eſt, inveſtigantes per creaturas. *g* Et volentes invenire] ſiſtendo delectantur in creaturis. Fortaſſis, non eſt ibi nota dubitationis, ſed libertatis arbitrii. Et vere volebant invenire quærentes, *h* Etenim cum in operibus illius] id eſt, Dei. *i* Converſentur] ratione perquirentes quid ſit Deus. Vel, Converſentur id eſt, delectando quieſcant. *k* Et inquirunt] quid ſit Deus. *l* Et perſuaſum habent] id eſt, ratum Vel, Perſuaſum habent, a propria ratione. *m* Quoniam bona ſunt, quæ videntur] oculis corporis, & oculis cordis, quæ omnia bona ſunt participatione primæ bonitatis, a qua ſunt, & in quam ducunt.

n Iterum autem nec his] qui colunt Solem, & Lunam, & hujuſmodi. *o* Debet ignoſci] quia non volunt Deum invenire, cum poſſent, quaſi dicat, licet dixerim quod minor eſt in his querela, non tamen omnino ſunt ſine querela.

al. † potuiſſent.

p Si enim tantum potuerunt ſcire, ut poſſent æſtimare ſæculum] id eſt, motum firmamenti, & curſus planetarum, & hujuſmodi.

q Quomodo hujus Dominum non facilius invenerunt?] quaſi dicat, non ſunt excuſabiles, quia ſicut ſcientiam mundi habuerunt, ita ſcientiam Dei habere potuerunt, quia inviſibilia Dei per ejus viſibilia cognoſcuntur. *Rom.* 1. Sed videtur, quod Philo ſibi ipſi ſit contrarius. *Sup. n.* 9. dixit. Quæ in terris ſunt, difficile æſtimamus, quæ in cœlis ſunt, quis inveſtigabit? Hic dicit, quomodo hujus Dominum non facilius invenerunt? Imo deberet dicere difficilius. Deus enim incomprehenſibilis eſt, creaturæ vero comprehenſibiles intellectu. Solutio. Aliud eſt comprehendere Deum, aliud eſt comprehendere, quod Deus eſt. Primum impoſſibile, vel nimis difficile eſt. Et de hoc dictum eſt *ſup.* 9. Secundum facile eſt, quia ductu propriæ rationis, poteſt quilibet comprehendere, quod Deus eſt, hoc dicitur hic.

al. † ſecaverit. *Iſa.* 45.

C

al. † verticibus.

r Infelices autem ſunt, & inter mortuos ſpes illorum eſt, qui appellaverunt Deos opera manuum hominum aurum & argentum, artis inventionem] id eſt, ſimulacrum aureum & argenteum arte nova ita excogitatum, ita credentes. *ſ* Et ſimilitudines animalium] brutorum. *t* Aut lapidem inutilem] ædificio, vel impotentem ſe juvare vel alios. Lapidem dico. *u* Opus manus antiquæ] id eſt, antiqui artificis. Hoc dicit, quia in majori reverentia habebantur idola, quæ antiqua erant. *x* Aut ſi quis artifex faber] ferrarius, vel lignarius. *y* De ſilva lignum rectum ſecuerit] cum ſecuri. *z* Et hujus] ligni.

a Docte] id eſt, artificialiter, *b* Eradat corticem omnem] id eſt, decorticet omnino. *c* Et arte ſua uſus diligenter fabricet vas inutile] id eſt, valde utile. Similiter dicit Virgilius,

—— *Nunquam imprudentibus imber Obfuit.* *Virgil.* 1. *Georg.*

id eſt, valde prudentibus. Vel, Vas inutile, id eſt ſimulacrum ad nihil utile. *d* In converſationem vitæ] id eſt in uſus humanæ vitæ. Hujuſmodi enim ſimulacrum nulli uſui aptum eſt. *Iſa.* 44. Quis formavit Deum, & ſculptile conflavit ad nihil utile? *e* Reliquias autem operis] id eſt, vaſis inutilis. *f* Ad præparationem eſcæ abutatur] id eſt, utatur ponendo in ignem ad coquendum cibos. Et eſt antiqua grammatica, quod dicit, abutatur reliquias, id eſt, reliquiis. Et dicit abutatur, quia videtur abuſio, quod illud, quod junctum fuit Deo ſuo, ponatur in ignem ad comburendum. *g* Et reliquum horum] id eſt, præparationis eſcæ, & vaſis, de quibus ſermo præceſſit. *h* Quod ad, &c.] id eſt, quod ad nullos uſus valet. *i* Lignum curvum verticibus, &c.] id eſt nodis. *k* Sculpat diligenter per vacuitatem ſuam] id eſt quando vacat ei, id eſt, quando non eſt alibi occupatus. *l* Et per ſcientiam ſuæ artis, &c.] in ſtatuam. *m* Et aſſimilet illud imagini hominis, aut]

alicui

aliçui ex animalibus brutis illud comparet, ideſt, ſimile faciat.

a Perliniens rubrica] ideſt, rubro colore. Aliqui libri habent, rubrica, media correpta, quæ eſt inſtrumentum, quo utuntur mulieres ad † perlavandum veſtes, cujus diminutivum eſt rubriciuncula, & Gallice dicitur, *liche*. *Iſ.* 44. appellatur inſtrumentum, quo fit idolum, runcina. Artifex, inquit, ligoarius extendit normam, formavit illud in runcina.

al. † planandum.

D

b Et rubicundum faciens fuco colorem illius] ſculptilis.

c Et omnem maculam, quæ in illo] ſculptili eſt, faciat rubicundam fuco.

al. ††† non habet terra.
al. † &

d Perliniens terra] ideſt, ita ſternens pavimentum, ut pulchra templa idolo ſuo conſtruat: unde ſequitur.

e Ut faciat ei dignam habitationem] ideſt, pulchrum templum.

f Et in pariete ponens illud] idolum, vel Deum.

g Et confirmans ferro] id eſt, configens clavis ferreis parieti.

h Ne forte cadat] ad terram.

i Proſpiciens illi] Deo, id eſt, providens contra caſum, & fractionem.

k Sciens quoniam non poteſt adjuvare ſe] ille Deus. Sicut Dagon, qui cecidit in terram arca poſita juxta ipſum 1. *Reg.* 5.

l Imago enim eſt, & opus eſt illi adjutorium] ideſt, indiget adjutorio alieno. Simile *Matt.* 9. Non eſt opus valentibus medicus.

m Et de ſubſtantia ſua] ideſt, de ſua poſſeſſione.

n Et de filiis ſuis, & de nuptiis] ſuis, an bene proveniant.

o Votum faciens] idolo.

p Inquirit] ideſt, de poſſeſſione ſua faciens votum Deo ſuo, inquirit de filiis ſuis, quid eis eveniet, & de nuptiis ſuis, & de uxoribus ſuis.

q Non erubeſcit loqui cum illo, qui ſine anima eſt] cum ipſe ſit rationalis.

r Et pro ſanitate] recuperanda, vel conſervanda.

ſ Infirmum] id eſt, impotentem deprecatur. Unde *Bar.* 6. Habet in manu gladium, & ſecurim, ſe aut a bello, aut a latronibus non liberat.

t Et pro vita] conſervanda.

u Mortuum rogat] ideſt, idolum inanimatum.

x Et in adjutorium] ſuum.

y Inutilem] ideſt, qui juvare non poteſt.

z Invocat] in auxilium.

a Et pro itinere] faciendo.

b Petit] ideſt, conſulit, ideſt, rogat auxilium.

c Ab eo qui ambulare non poteſt] ideſt, ab idolo quod pedibus caret.

Unde *Bar.* 6. Sine pedibus in humeris portantur oſtentantes ignobilitatem ſuam hominibus.

d Et de acquirendo] ideſt, de negotiatione.

e Et de operando,] ideſt, de operatione ſua facienda vel inchoanda.

f Et de omnium eventu] qualiter proveniat.

g Petit ab eo] conſilium.

h Qui in omnibus eſt inutilis] ideſt, impotens. Sic inſultat Sapientia, vel ipſe Philo his, qui colunt idola, ut intelligant, quam pernicioſum ſit omnipotentem deſerere, & figmenta adorare.

Unde *Iſa.* 44. Quis formavit Deum, & ſculptile conflavit ad nihil utile? Ecce omnes participes ejus confundentur.

Myſtice. Myſtice autem quicquid de idolis hic dicitur, refertur ad Principes hæreticorum, quia ſimulacra, ideſt, falſa dogmata ſua artifici corde componunt, & venerantur, quæ faciunt.

Nec ſufficit eis error proprius, ſed ſimplices decipiunt,

quæſtum putant pietatem 1. *Tim.* 6. Et devorant domus viduarum ſub obtentu prolixæ orationis. *Marc.* 12.

Moraliter. Moraliter autem cultores idolorum ſuorum, ſunt omnes ſuperbi, qui nihil niſi quod ipſi faciunt, reputant; aliorum autem omnia facta, vel dicta vilificant, & contemnunt, vel ore, vel corde. Sed ab hoc vitio nos arcet Dominus. *Luc.* 17. Cum feceritis omnia, quæ præcepta ſunt vobis, dicite, ſervi inutiles ſumus, quod debuimus facere, fecimus. *Job.* 31. Si vidi Solem cum fulgeret, & Lunam incedentem clare, & lætatus ſum in abſcondito, & oſculatus ſum manum meam. Quidam adorant idolum aureum ſapientiæ ſuæ, alii idolum argenteum eloquentiæ ſuæ, alii luteum luxuriæ ſuæ, alii terreum avaritiæ ſuæ, alii idolum ex omnibus his conflatum, qualis fuit imago Nabuchodonoſor. *Dan.* 3. De hoc dicitur *Ezech.* 16. Tuliſti vaſa decoris tui de auro meo, & de argento meo, quæ dedi tibi, & feciſti tibi imagines maſculinas, & fornicata es in eis. *Oſee* 8. Argentum ſuum, & aurum ſuum fecerunt ſibi idola, ut interirent. *Origenes ſuper Oſee.* Unuſquiſque quod miratur, quod colit, quod diligit, hoc iſti Deus eſt. *Aug.* O Magne! minus te amat, qui tecum aliquid amat, quod non propter te amat.

A

imagini hominis aut alicui ex animalibus illud comparet, *a* perliniens rubrica, & *b* rubicundum faciens fuco colorem illius & *c* omnem maculam, quæ in illo eſt, *d* perliniens † terra, † ut *e* faciat ei dignam habitationem, *f* & in pariete ponens illud, & *g* confirmans ferro, *h* ne forte cadat, *i* proſpiciens illi, *k* ſciens quoniam non poteſt adjuvare ſe: *l* Imago enim eſt, & opus eſt illi adjutorium. Et *m* de ſubſtantia ſua, *n* & de filiis ſuis, & de nuptiis *o* votum faciens *p* inquirit. *q* Non erubeſcit loqui cum illo, qui ſine anima eſt, *r* & pro ſanitate quidem *ſ* infirmum deprecatur, *t* & pro vita *u* mortuum rogat, *x* & in adjutorium *y* inutilem *z* invocat, *a* & pro itinere *b* petit *c* ab eo, qui ambulare non poteſt, *d* & de acquirendo, & *e* de operando, *f* & de omnium rerum eventu *g* petit ab eo, *h* qui in omnibus eſt inutilis.

C A P. XIV.

i Iterum alius *k* navigare cogitans, *l* & per feros fluctus *m* iter facere incipiens, ligno portante ſe, *n* fragilius lignum invocat.

o Illud enim *p* cupiditas acquirendi excogitavit, & *q* artifex ſapientia ſua *r* fabricavit.

ſ Tu autem Pater *t* gubernas † providentia, *u* quoniam dediſti in mari *x* viam, *y* & inter fluctus ſemitam firmiſſimam, *z* oſtendens, quoniam potens es ex omnibus ſanare, *a* etſi ſine rate aliquis adeat mare.

al. † prudentia.

Exod. 14.

E X P O S I T I O C A P. XIV.

Iterum *i* alius navigare cogitans.] Adhuc inſultat Sapientia idololatris, oſtendens maximam verecundiam eſſe, quod homo ad imaginem Dei factus, manibus ſuis faciens idolum, ſimiliter & navim, qua mare tranſit, adoret idolum, & non illum, qui dedit ei ſcientiam faciendi, & navim, & idolum; major enim eſt factor quam factura.

Unde facturam ſuam adorare inſanire eſt. Myſtice vero intelligitur de hæreticis, qui quaſi navem quamdam errorum fingunt dogmata ſua, quæ ut Deum colunt, & venerantur, & non illum, qui dedit eis ſcientiam, quia talia fingunt. Dicit ergo.

i Iterum] a prædictis idololatris. *k* Navigare] ad litteram. *l* Et per feros fluctus] maris. *m* Iter facere] id eſt, nave. *n* Fragilius lignum invocat] ideſt, idolum ſuum, quod eſt fragilius, quia ſubtilioris compoſitionis, quoad materiam vero æque fragilia ſunt.

o Illud] ideſt, navem. *p* Cupiditas] divitias excogitavit. *q* Et artifex] ideſt, per ſapientiam ſuam.

r Fabricavit] illam navim, unde magna utilitas conſecuta eſt. Nam quomodo veniſſet fides ad nos, niſi Apoſtoli navigio transfretaſſent?

ſ Tu autem] Quaſi ille ita invocat lignum fragile. Tu autem, ideſt, Deus Creator omnium.

t Gubernas] navim per mare ambulantem, imo & totum mundum. Et vere gubernas.

u Quoniam dediſti in mari] rubro.

x Viam] Iſraelitis. *Exod.* 14. Et in Jordane ſimiliter. *Exod.* 3.

y Et inter] ideſt, ſuper terram ſolidam.

z Oſtendens] vel in omnibus, ideſt, de omni periculo liberare, & in omni loco.

a Etſi ſine rate quis adeat] confidens in Deum, & neceſſitate compulſus, vel Eccleſiæ utilitate, ut filii Iſrael. *Exod.* 14.

Myſtice. Myſtice. Navis, qua mare tranſitur, crux eſt, cujus auxilio fluctus ſæculi tranſeunt ſecure fideles. Et hanc navem magna cupiditate plurimum acquirendi populum excogitavit filius Dei, propter quod & populus fidelium dicitur Gens ſancta, & populus acquiſitionis. 1. *Pet.* 2. Sequitur.

a Sed ut non eſſent.] Quaſi ita potens ſine rate ſalvare. Sed tamen, ut non eſſent vacua, ideſt, ſupervacua.
b Sapientiæ tuæ opera] ideſt, per ſapientiam excogitata & fabricata ut navis.
c Propter hoc etiam, & exiguo ligno] ideſt, navi.

a Sed ut non eſſent vacua *b* Sapientiæ tuæ opera, *c* propter hoc etiam, & exiguo ligno *d* credunt homines animas ſuas, *e* & tranſeuntes mare, per ratem liberati ſunt. *f* Sed ab initio *g* cum perirent ſuperbi Gigantes, *h* ſpes orbis terrarum *i* ad ratem † *k* confugiens, remiſit ſæculo ſemen nativitatis *l* quæ manu tua erat gubernata. *m* Benedictum eſt enim *n* lignum, *o* per quod fit juſtitia.
p Per manus autem quod fit idolum, maledictum eſt & ipſum, *q* & qui fecit illud, quia *r* ille quidem operatus eſt, *ſ* illud autem *t* cum eſſet fragile, Deus cognominatus eſt. *u* Similiter autem odio ſunt Deo impius, & *x* impietas ejus. *y* Etenim quod factum eſt, *z* cum illo qui fecit, *a* tormenta patietur. *b* Propter hoc, *c* & in idolis nationum non *d* erit reſpectus, *e* quoniam creaturæ Dei in *f* odium factæ ſunt *g* & in tentationem animæ hominum *h* & in muſcipulam *i* pedibus inſipientium. *k* Initium enim fornicationis, eſt *l* exquiſitio idolorum;

d Credunt animas ſuas] id eſt, vitas ſuas.
e Et tranſeuntes mare per ratem liberati ſunt] multi a fluctibus maris. Nec ſolum a mari, ſed a diluvio facto, per ratem liberati ſunt Noe & familia ſua *Gen.* 7. Et hoc eſt, quod ſequitur. *f* Sed ab initio] mundi, ideſt, parum poſt initium. *g* Cum perirent ſuperbi Gigantes] in diluvio.
al. † fugiens. *h* Spes orbis terrarum] id eſt, ſeminarium humani generis, ſcilicet, Noe, & filii ejus, & filiæ per quos reparatum eſt genus humanum. *i* Ad ratem] ideſt, ad arcam. *k* Confugiens remiſit ſæculo ſemen nativitatis] propagationem conſervavit. *l* Quæ manu tua] id eſt, potentia tua, erat gubernata, vel fabricata. Et vere manu tua gubernata remiſit ſemen nativitatis ſæculo. *m* Benedictum eſt enim,] ideſt, ideo benedictum eſt. *n* Lignum] ideſt, navis. *o* Per quod fit juſtitia] ideſt, per quod juſte ſalvatum eſt genus humanum per Noe juſtum, & filios ejus, qui in toto mundo ſoli juſti inventi ſunt.
B

Myſtice. Myſtice. *n* Lignum illud eſt Chriſtus. *Prov.* 3. Lignum vitæ eſt his, qui apprehenderunt eam. Per hoc lignum vitæ facta eſt juſtitia, quia per Chriſtum captivi, quos in lymbo injuſte detinebat diabolus, liberati ſunt, & reprobi juſte damnati, & ideo benedictus eſt, quia omnes benedicunt eum. Vel lignum eſt crux Chriſti, per quam facta eſt juſtitia, quia per crucem Dominus juſte diabolum debellavit, & ſuum populum liberavit. Et de hoc ligno dicitur *Jer.* 11. Mittamus lignum in panem ejus, ideſt, panem in ligno, & hoc eſt corpus Domini in Cruce, & eradamus eum de terra viventium, hoc eſt lignum, per quod dulcedinem receperunt aquæ Marath, quas ante non poterat bibere populus præ amaritudine.

Unde *Exod.* 15. Clamavit Moyſes ad Dominum, qui oſtendit ei lignum, quod cum miſiſſet in aquas in dulcedinem verſæ ſunt. De hoc etiam ligno dicitur 4. *Reg.* 6. Præcidit homo Dei lignum, & miſit illuc, ſtatimque natavit ferrum, quod in profundum fluvii ceciderat.
p Per manus autem, &c.] quaſi lignum illud benedictum eſt, per quod facta eſt juſtitia, ſed per ipſum idolum, quod fit per manus hominum maledictum eſt.
q Et qui fecit illud] idolum, ideſt, diabolus, ad cujus ſuggeſtionem fit, qui inde ponitur, qui ſibi uſurpat divinum honorem, vel artifex ipſe, qui fecit, & qui adorat.
r Quia ille, &c.] idolum.
ſ Illud autem] & idolum. *t* Cum eſſet fragile] lignum, Deus cognominatus eſt. Sed quomodo idolum maledictum eſt, cum dicat Apoſtolus, quod idolum nihil eſt in mundo 1. *Cor.* 8. Et *Iſa.* 40. Plaſtæ idoli omnes nihil ſunt. Præterea idolum lignum eſt, quod nihil mali facit, quia inanimatum: quare ergo maledictum? Solutio. Idolum aliquando ſumitur pro ligno ſic figurato, aliquando pro dæmone præſidente, aliquando pro compacto ex his. Hoc modo dicit Apoſtolus, quod idolum nihil eſt, quia nihil efficitur ex ligno, & dæmone præſidente, ſicut ipſi credebant unum eſſe ea ſpiritu præſidente, & ligno, ſicut unum eſt ex corpore & anima vivente corpus. In hoc loco ſumitur idolum, & pro ligno, & dæmone præſidente, ſed ex diverſis reſpectibus. Reſpectu hujus verbi fit, ſumitur pro ligno figurato, reſpectu hujus, quod dicit, maledictum, ſumitur pro dæmone qui maledictus eſt, quia decipit homines. Simile.

Hic ſitus eſt Phaeton, currus auriga paterni. Ovid. Met.

u Similiter autem odio ſunt Deo impius, & impietas ejus] ideſt, idololatra, qui exhibet creaturæ honorem debitum Creatori. *x* Et impietas, &c.] ideſt, idolum, ideſt, ſpiritus præſidens idolo, qui eſt cauſa impietatis.
y Etenim quod factum eſt] ideſt, idolum, ideſt, ſpiritus idolo facto.
z Cum illo, qui fecit] idolum, ideſt, cum artifice, tormenta patietur. Diabolus, quia uſurpat ſibi divinum honorem, & homines factos ad imaginem Dei retrahit a ſervitio ejus. Artifex, quia honorem debitum Deo exhibet diabolo, & quod opus nefarium facit. Vel ſic.
y Etenim quod factum eſt] ideſt, diabolus, qui factus eſt ab idololatris Deus eorum.
z Cum illo qui fecit] eum ſibi Deum.
a Tormenta patientur] uterque pro peccato ſuo.
b Propter hoc] quia Deus odio habet idololatras, & idola. *c* Et in idolis nationum] ideſt, nationibus idololatris, ut ſit hypallage, vel dæmonibus, qui in idolis adorantur a nationibus. *d* Non erit reſpectus] miſericordiæ Dei, quia nec ipſi idololatræ, nec ipſi dæmones, miſericordiam conſequentur. Unde *Jer.* 10. Stultus factus eſt omnis homo a ſcientia ſua, confuſus eſt omnis factor in ſculptili, quia falſum eſt quod conflavit, nec ſpiritus eſt in eis, vana ſunt, & opus riſu dignum, in tempore viſitationis ſuæ peribunt. *e* Quoniam creaturæ Dei] ideſt, homines a Deo creati. *f* In odium factæ ſunt.] Informantur enim a diabolo, qui invidet Deo cultum ſuum in odium Dei, unde ſuggerit eis idola adorare. Vel ſic. *e* Creaturæ Dei] ideſt, idola lignea, vel lapidea.
f In odium factæ ſunt] ideſt, cultores ſuos faciunt odire Deum & odiri a Deo. Vel.
e Creaturæ Dei] ideſt, dæmones idolis præſidentes.
f In odium factæ ſunt] ideſt, & Deum oderunt, & a Deo odiuntur propter idololatriam, quam ſuggerunt hominibus. *g* Et in tentationem, &c.] factæ ſunt ſupple, ideſt, inductæ propter idola, quia per ea tentantur ſimplices, & ſuccumbant. *h* Et iterum creaturæ] ideſt, idola facta ſunt in muſcipulam, ideſt, in deceptionem. *i* Pedibus inſipientium] ideſt, affectibus illorum, qui decepti adorant idola. Vel ſic.
e Creaturæ Dei] ideſt, idola ut dæmones.
f In odium factæ ſunt, & in tentationem] ideſt, odibilem tentationem animæ hominum capiendæ. *h* Et in muſcipulam] ideſt, in deceptionem. *i* Pedibus inſipientium] ideſt, affectionibus ſimplicium decipiendis. *k* Initium enim fornicationis.] Quaſi vere idololatria eſt muſcipula pedibus inſipientium, quia anima hominis per hanc decepta polluitur fornicando cum diabolo. Et hoc eſt. *k* Initium enim fornicationis] ideſt, cujuslibet peccati mortalis, quo anima recedit a Deo.
l Eſt exquiſitio idolorum] ideſt, exhibitio cultus divini
A idolis. Et inventio illorum

Moraliter. Pſ. 14. 15. Moraliter. *b* Propter hoc, & in idolis, &c.] Per idola accipiuntur mulieres Clericorum ornatæ, ut ſimilitudo templi, ideſt, ſicut imago crucifixi, quæ eſt in templo depicta multis coloribus, quibus multi cultum Deo debitum impendunt, & ab eis ſibi faciunt exhiberi. Nec eſt minor hæc idololatria ſpiritualis, idololatria gentilium literali. Ibi enim idololatria animam ſuam avertit a Deo, hic vero idololatra multas animas avertit a Deo. Unde dicit *B. Bern.* Horrendum omnino facinus, quod & ipſorum videtur ſcelus excedere, qui majeſtati Domini manus ſacrilegas injecerunt. Gentes animas ſuas avertebant a Domino, & operibus manuum ſuarum per idololatriam adhærebant, hujuſmodi autem tam ſuas, quam aliorum animas faciunt a Domino fornicari. De his igitur idolis dicit Philo. *b* Propter hoc, & in idolis nationum non erit reſpectus] miſericordiæ. *e* Quoniam creaturæ Dei] ideſt, mulieres creatæ a Deo. *f* In odium factæ ſunt] per ſuam fornicationem. *g* Et in tentationem animæ hominum] etiam ſapientum, qui multoties tentantur ab ipſis. Unde *Ec.* 7. Inveni amariorem morte mulierem, ſagena cor ejus, & vincula manus illius. Si videris mulierem ad concupiſcendum, jam in ſagenam ejus cecidiſti. Ideo dicitur *Ec.* 9. Non inſpicias mulierem multivolam, ne forte incidas in laqueos illius. *h* Et in muſcipulam pedibus inſipientium.] Qui nec initium, nec finem habent ſapientiæ, ideſt, nec timorem, nec amorem; quia non ſapit eis Dominus ut juſtus, & ideo non timent, nec ut miſericors, ideo non amant. Unde his creaturæ prædictæ factæ ſunt in muſcipulam. *k* Initium enim]

* fornicationis

a & adinventio illorum corruptio vitæ eſt. b Non enim erant ab c initio, d neque erunt in perpetuum. e Supervacuitas enim f hominum hæc adinvenit in orbem terrarum, & g ideo brevis illorum finis inventus eſt. h Acerbo enim luctu dolens pater i cito ſibi rapti filii k fecit imaginem, l & illum qui tunc quaſi homo mortuus fuerat, m nunc, n tanquam Deum colere cœpit, & conſtituit inter ſervos ſuos, o ſacra, p & ſacrificia. q Deinde interveniente tempore r convaleſcente † iniqua conſuetudine, hic ſ error tanquam lex cuſtoditus eſt, & tyrannorum t imperio colebantur figmenta. u Hos, quos in palam x homines y honorare non poterant, z propter hoc, quod longe eſſent, a e longinquo figura eorum b allata c evidentem imaginem Regis, quem honorare volebant, fecerunt, ut d illum qui aberat e tanquam præſentem colerent f ſua ſolicitudine. g Provexit autem h ad horum i culturam k & hos qui ignorabant l artificis eximia diligentia. m Ille enim n volens plus placere illi, qui ſe aſſumpſit, o elaboravit arte ſua, ut ſimilitudinem in p melius figuraret. q Multitudo autem hominum adducta r per ſpeciem operis, ſ eum, qui ante tempus t tanquam homo honoratus, u nunc x Deum æſtimaverunt. y Et hæc fuit

A idolis. a Et adinventio illorum corruptio vitæ eſt,]tam naturalis, quam ſpiritualis, quaſi dicat, idololatria cauſa eſt, & radix omnia malitiæ, & corruptionis. Unde *Rom.* 1. Propter quod tradidit illos Deus in deſideria cordis eorum in immunditiam, ut contumeliis afficiant corpora ſua, in ſemetipſis. b Non enim]Quaſi vere inventio idolorum corruptio vitæ eſt, & idololatria cauſa aliorum vitiorum. Non enim erant idola, ſcil. c Ab initio] mundi. d Neque erunt in perpetuum] ſed deſtruentur. Et ſubdit, unde proceſſerunt idola primo, & cauſam inventionis. Cum enim pater dolens de morte filii imaginem ejus fecit ad conſolationem ſui, quam poſtea quaſi Deum homines coluerunt. *Greg.* vero ſuper illud *Luc.* 11. In Beelzebub principe dæmoniorum, &c. dicit, quod Ninus Rex Ninive, Belo patre ſuo mortuo ſtatuam fecit, quam ſumma reverentia honoravit; ita ut etiam reis ad eam confugientibus parceret,
al. † antiquæ. unde progreſſo temporis homines cœperunt eam venerari, ut Deum, & multiplicari, & quidam vocaverunt eam Bel, alii Baal, alii Baalim, alii Beelzebub, ſecundum varietatem linguarum. Et *Cicero* dicit, in quibuſdam civitatibus viros optimos eſſe conſecratos honore deorum immortalium, ut homines reipublicæ gratia libentius ſe exponerent. Unde Romani Cæſares ſuos conſecraverunt; & Mauri ſimiliter Reges ſuos. Sic paulatim cœperunt religiones, dum primi qui eos noverant filios ſuos, deinde nepotes, & poſtea omnes poſteros ſuos illo ritu imbuerunt. Et hi ſummi Reges ob celebritatem nominis in provinciis omnibus celebrantur; privati vero populi gentis vel orbis ſuæ conditores, vel viros fortitudine inſignes, vel mulieres caſtitate mirabiles, ſumma veneratione coluerunt, ut Ægyptii Iſidem, Pœni Uraniam, Romani Quirinum, Samos Junonem, Naxos Liberum, Mauri Jubam, Latini Faunum, Paphi Venerem, & ſic per varios populos ſacra varia ſuſcepta ſunt, dum homines in ſuos Principes grati eſſe cupiunt. Præterea pietas eorum, qui ſucceſſerant, pluſimum contulit ad errorem, qui ut divina ſtirpe nati viderentur, divinos honores parentibus ſuis contulerunt. Ita faciunt hæretici hodie, qui ſuis hæreſiarchis mortuis, maximum honorem exhibent. Hoc vitio infecti ſunt fere omnes, qui curias Magnatum ſequuntur. Et hoc eſt. e Supervacuitas enim] quaſi vere non erant ab initio. Supervacuitas enim, ideſt, otium, vel vanitas. f Hominum hæc, &c.] ſicut diximus.

g Et ideo brevis, &c.] hominum, vel idolorum, [finis eſt inventus.] Et poſtea ſubdit, quomodo ſunt inventa. h Acerbo enim, &c.] aliquis.

i Cito ſibi rapti filii,] ideſt, citius mortui, quam vellet. k Fecit imaginem] filii ſui, in cujus contemplatione aliquod ſolatium haberet.

l Et illum, qui tunc quaſi homo mortuus fuerat,] ideſt, vere mortuus. Quaſi enim veritatis expreſſivum eſt hic, non ſimilitudinis ſignum.

m Nunc,] ideſt, poſt mortem ejus.

n Tanquam Deum colere cœpit, & conſtituit inter ſervos ſuos,] qui parati erant obedire in omnibus.

o Sacra] incenſum.

p Et ſacrificia,] ideſt, oblationes vel victimas animalium.

q Deinde interveniente tempore,] ideſt, procedente tempore.

r Convaleſcente iniqua conſuetudine,] ſacrificandi talia imagini, vel tales imagines faciendi.

ſ Hic error tanquam lex cuſtoditus eſt tyrannorum,] ideſt crudelium Principum.

t Imperio colebantur figmenta,] ideſt, idola facta.

u Hos quos, &c.] Secundam cauſam inventionis idolorum, vel potius multiplicationis tangit hic auctor. Cum enim Reges a ſuis ſubditis remotiſſimis propter loci diſtantiam non poſſent perſonaliter adorari, fecerunt imagines ſuas deferri ad nationes longinquas, & illas tanquam Deos adorari a ſubditis juſſerunt. Et hoc eſt: Hos, quos in palam, ideſt, præſentes. x Homines,]ideſt, ſubditi.

y Honorare non poterant] ſacrificiis, vel incenſis.

z Propter hoc, quod longe eſſent] ipſi homines a Regibus ſuis.

a E longinquo figura eorum,] ideſt, ſimilitudine illorum tyrannorum.

b Allata,] ad homines remotos.

c Evidentem imaginem Regis quem honorare volebant, fecerunt] homines.

d Ut illum, qui aberat ab eis.

e Tanquam præſentem colerent,] venerando imaginem.

f Sua ſolicitudine,] ideſt, diligenter.

g Provexit autem,], ideſt, induxit, & invitavit.

h Ad horum,]ideſt, idolorum.

i Culturam dilatandam.

k Et hos, qui ignorabant] hujuſmodi culturam idolorum.

l Artificis]eximia diligentia,]qui tantæ pulchritudinis faciebat imagines idolorum, quod ſimplices qui prius ignorabant idololatriam, aliquid numinis credebant ineſſe, & ideo adorabant ea.

m Ille enim] artifex.

n Volens plus placere illi, qui ſe aſſumpſit,] ideſt, qui eum elegit artificem ſuæ imaginis.

o Elaboravit arte ſua, ut ſimilitudinem,] ideſt, imaginem.

p In melius figuraret,]ideſt, pulchrius, quam ipſe Rex eſſet, vel melius quam aliquis ejus artifex, ut ſcilicet, bene, & omnino exprimeret formam illius, cujus imago fiebat.

q Multitudo antem hominum abducta,] ideſt, ſeducta.

r Per ſpeciem operis,] ideſt, per pulchritudinem imaginis quæ erat uſque in libidinem oculorum.

ſ Eum qui ante tempus,] ideſt, parvo tempore.

t Tanquam homo honoratus fuerat] dulia ſcil.

u Nunc,] ideſt, facta illa pulchra imagine.

x Deum æſtimaverunt] latriam exhibendo.

y Et hæc fuit humana deceptio,] ſcilicet, fuga

A timoris Moraliter.

* fornicationis eſt exquiſitio idolorum,] ideſt, circumſpectio mulierum ad concupiſcendum, eſt initium fornicationis. Unde *Matt.* 5. Omnis, qui viderit mulierem ad concupiſcendum eam, jam mœchatus eſt eam in corde ſuo. De hac inquiſitione idolorum ſpiritualium dicitur *Iſa.* 57. Miſiſti legatos tuos procul, ideſt, oculos, & ſenſus, alios in vicos, & plateas civitatis, & humiliata es uſque ad inferos. Contra quos dicit *Eccl.* 9. Noli circumſpicere in vicis civitatis, nec oberraveris in plateis illius. averte faciem tuam a muliere compta, & ne circumſpicias ſpeciem alienam.

a Et adinventio illorum,] idolorum, [corruptio vitæ eſt.] Unde *Eccl.* 7. Inveni amariorem morte mulierem.

b Non enim erant ab initio, neque erunt in perpetuum.] Fornicatores enim, & adulteros judicabit Deus, ideſt, condemnabit, *Heb. ult.* *Apoc.* 18. Negotiatores terræ flebunt ſuper illam, & lugebunt, quoniam mercea eorum nemo emet amplius. Non enim poterit pulchritudinem ſuam vendere mulier pulchra, & ſpecioſa, quam modo venalem exponit. Unde *Ezech.* 16. Habena fiduciam in pulchritudine tua, fornicata es in nomine tuo, & expoſuiſti fornicationem tuam omni tranſeunti ut ejus fieres.

g Brevis illorum finis inventus eſt.]*Greg* Momentanea eſt voluptas fornicationis, ſed æterna pœna fornicantis, *Prov. ultim.* Fallax gratia, & vana eſt pulchritudo.

* Et omnia

▲ prio,] ſcilicet, fuga timoris, vel pulehritudo imaginis, idest, cauſa deceptionis.
a Quoniam, &c.] ideſt, dilectioni filiorum defuactorum. b Aut Regibus,] adhuc vivis. c Deſervientes homines ex timore, vel cupiditate placendi. d Incommunicabile,] ideſt, hoc nomen Deus, quod eſt incommunicabile, quia uni ſoli convenit. e Lapidibus,] ideſt, imaginibus lapideis, vel ligneis impoſuerunt. Sed videtur, quod hoc nomen Deus, communicabile ſit multis. Nam dicitur in *Pſal.* 83. Ego dixi: Dii eſtis. Item *Pſal.* 95. Omnes Dii gentium dæmonia. Item dixit Dominus ad Moyſen, *Exod.* 8. Ecce conſtitui te Deum Pharaonis. Item *Gen.* 33. Vidi te ſicut Deum, dicit Jacob ad Eſau. Forte dices, quod hoc nomen, Deus, æquivocum eſt, & dicitur adoptive de Sanctis, ut ibi. Egu dixi: Dii eſtis. Et nuncupative de idolis, ut ibi: Omnes Dii gentium dæmonia. Et naturaliter, de divina eſſentia. Primu & ſecundo modo communicabile eſt nomen Dei, tertio modo, non, & ſic dicitur hic. Sed contra. Ipſa divina eſſentia communicabilis eſt tribus perſonis, ergo & nomen ejus communicabile eſt, non ergo incommunicabile. Solutiu. Incommunicabile eſt, quia uni ſoli rei convenit per appellationem, licet pluribus perſonis, quia illæ perſonæ non ſunt plura, imo unum ſolum.

D.

vitæ humanæ deceptio, a quoniam aut affectui, b aut Regibus c deſervientes homines, d incommunicabile nomen e lapidibus, & lignis impoſuerunt. f Et non ſuffecerat erraſſe eos circa Dei ſcientiam, g ſed & in magno viventes inſcientiæ bello, h tot & tanta mala i pacem appellant. k Aut enim filios ſuos ſacrificantes, l aut obſcura ſacrificia facientes, m aut inſaniæ plenas vigilias habentes, n neque vitam, o neque nuptias mundas jam cuſtodiunt, p ſed & alius alium per invidiam occidit, aut q adulterans contriſtat, & r omnia commixta ſunt, s ſanguis, t homicidium, u furtum, & x fictio, y corruptio, & z infidelitas, a turbatio, & b perjurium, c tumultus, d bonorum Dei immemoratio, e animarum inquinatio, f nativitatis immutatio, g nuptiarum inconſtātia, h inordinatio mœchiæ & impudicitiæ. i Infandorum etiam idolorum cultura omnis mali cauſa eſt, & initium, & finis. k Aut enim dum lætantur l inſaniunt. m aut certe vaticinantur falſa, n aut vivunt

f Et nun ſuffecerat erraſſe eos, &c.] quaſi dicat, non ſuffecit eis ita erraſſe circa fidem, ſed cum iſto errore ſe omnibus vitiis ſubdiderunt, & cum in multis malis viverent, dicebant ſe pacem habere. Et hoc eſt: Et non ſuffecerat erraſſe eos circa Dei ſcientiam, qua carebant, credentes ligna & lapides eſſe Deos.
g Sed & in magnu viventes inſcientiæ bello,] ideſt, ignorantiæ, qua Deum expugnabant auferentes ei cultum ſuum, vel quæ eos expugnabat ſubjiciens idololatriæ. h Tot & tanta mala] quibus ſubjecti erant.
i Pacem appellant.] Sic dicitur *Job.* 30. De avaris. Eſſe ſub ſentibus delicias computabant. Sed qui ſunt ſub regnu diaboli diverſis vitiis ſubjecti, veram pacem non poſſunt habere. Unde *Job* 9. Quis reſtitit ei, & pacem habuit? quaſi dicat, nullus.
k Aut enim filios ſuos ſacrificantes,] quaſi dicat, vere multis, & magnis malis ſe immiſcuerunt: Aut enim filios ſuos ſacrificantes erant dæmoniis: Sicut in ſacrificiis Saturni, qui propter odium Jovis filii ſui, omnes præceperat immolari. Et Palladi ipſi Sacerdotes proprium ſanguinem immolabant. Unde *Quintilianus* ait. Iſtud ſi cogit, Deus veſter iratus eſt; & ſi iratus eſt, non acceptat ſacrificia veſtra.
l Aut obſcura ſacrificia facientes,] ideſt, nocturna accenſis facibus. Sicut fit in ſacrificiis Iſidis Ægyptiæ, quæ cum fletu & planctu, ac facibus accenſis oſſa Oſiris mariti ſui ab Ægyptiis interfecti diſperſa per agros quæſivit, & ideo ſacra ejus cum facibus accenſis celebrantur. Similiter & ſacra Cereris, quæ Proſerpinam filiam ſuam, quam patruus ejus Plutu rapuerat cum facibus accenſis in Sicilia quæſiſſe legitur; & ideo ſacra ejus ardentium tædarum actione celebrantur.
m Aut inſaniæ plenas vigilias habentes,] ut in ſacrificiis Bacci, & Cybelis matris Deorum, in quorum feſtivitate Dii congregati, totam noctem luſibus, & luxibus vacantes, turpiter inſaniendo tranſigebant.
n Neque vitam,] ideſt, vitæ honeſtatem.
o Neque nuptias mundas cuſtodiunt,] quaſi diceret, jura corrumpunt, vitam exterminant occidendo, & nuptias adulterando maculant, quia ſic diis ſuis placere putant. Non vere cuſtodiunt vitam, vel nuptias.
p Sed & alius aliom per invidiam occidit,] ſpiritualiter, vel corporaliter.
q Aut adulterans, &c.] uxorem ejus contriſtat. r Et omnia commixta ſunt,] ideſt, confuſa, quia nulla ratio eſt, nulla ordinatio, ubi non eſt religio. Et quanto quis ſimulatior erat, tanto Deu ſuo placere magis putabat. Quæ autem ſunt illa commixta, enumerat Auctor.

s Sanguis,] in vulneratione aliorum.
t Homicidium] in occiſione.
u Furtum] in alienæ rei indebita ſubtractione.
x Et fictio] in falſa hypocriſis ſimulatione.
y Corruptio] in virginum defloratione.
z Infidelitas] in mutua proditione.

a Turbatio,] in diſcordiarum, & ſchiſmatum ſeminatione.
b Et perjurium,] in falſa juratione, vel juramenti tranſgreſſione.
c Tumultus] in rixarum contentione.
d Bonorum Dei immemoratio] in beneficiorum Dei ingratitudine.
e Animarum inquinatio,] in gaſtrimargiæ, & luxuriæ operatione.
f Nativitatis immutatio] in vitii contra naturam perpetratione.
g Nuptiarum inconſtantia,] in uxorum illicita permutatione.
h Inordinatiu mœchiæ; & impudicitiæ,] in adulterii, vel inceſtus commiſſione. Hæc omnia commixta erant.
i Infandorum enim idolorum cultura, omnis mali cauſa eſt, & initium & finis.] Cum enim mens a ſuo Creature avertitur per infidelitatem, prope eſt, ut omnibus ſceleribus implicetur. Sed contra *Eccl.* 10. Initium omnis mali ſuperbia: Non ergu idololatria.

Item 1. *Timoth.* 6. Radix omnium malurum cupiditas: Non ergo idolulatria.

Solutiu. Sicut dicit *Rab. in quadam Gloſſ. ſup.* 13. Idololatriæ initium fuit ſuperbia, & cupiditas. Superbia enim Principum imagines adinvenit, in quibus ab abſentibus ſe faciebat adurari, ut Deos.

Superbia autem maxima eſt, ſi creatura Creatori velit æquari, quæ diabolo, & homini fuit perditiunis initium, ſicut dicit *quædam Gloſſ. ſuper Eccl.* 10. Imaginum autem tanta fuit cupiditas, ut quæ pretioſiores erant, honorabiliures haberentur, ut dicit *Raban.* Et ideo avaritiam vocat Apoſtolus idolorum ſervitutem, *Epheſ.* 5. Patet ergu, quod ex eo ipſu, quod ſuperbia, vel avaritia initium eſt omnis mali, & ex hoc etiam idololatria. In malu autem ſunt duo, averſio a Deu, & converſio ad creaturam. Unde dicit *Gloſſ. quædam ſup. Eccl.* 10. Caveamus cupiditatem, & ſuperbiam, non duo mala, ſed unum, a quu omnia trahunt initium. Sequitur. k Aut enim dum lætantur.] Quaſi vere cultura idolorum cauſa eſt omnis mali. Aut enim dum lætantur, in feſtis Deorum, aut ludis.
l Inſaniunt] quia homicidia faciunt, aut libidine ſe polluunt.
m Aut certe vaticinantur falſa,] ſicut Prophetæ Achab, de quibus dicitur 3. *Regum* 22. Ecce dedit Dominus ſpiritum mendacii in ore omnium prophetarum tuorum.

▲ n Aut vivunt inju-

* r Et omnia commixta ſunt, ſanguis, homicidium, &c. *Moraliter.*

Flumina Babylonis enumerat hic auctor, quibus tota Babylunia irrigatur, ideſt, mundus. Quorum primum eſt crudelitas: ſecundum, homicidium: tertium, furtum: quartum, hypocriſis: quintum, raptus: ſextum, perditio: ſeptimum, eſt ſævitia: octavum, perjurium: nonum, contentio: decimum, ingratitudo: undecimum, gaſtrimargia: duodecimum, ſodomia: decimumtertium, bigamia: decimumquartum, mœchia: decimumquintum, inceſtus. Hæc ſunt flumina Babylonis. De quibus dicitur *Pſalm.* 136. Super flumina Babylonis illic ſedimus, & flevimus, dum recordaremur tui Sion.

Hæc flumina fluunt in mare æternæ amaritudinis, ſicut dicitur *Eccl.* 1. Omnia flumina intrant in mare, & mare non redundat. Et ſunt quaſi contraria quindecim ſtadiis, quibus de Bethania itur in Jeruſalem, ut dicitur *Joan.* 11.

De quibus alibi dictum eſt. Alia non mutantur.

Tu

juſte,] proximis nocendo. *a* Aut perjurant cito,] de facili pro levi cauſa falſa jurando. *b* Dum enim confidunt in idolis, quæ ſine intellectu, & ſine anima,] ideſt, ſine voluntate ſunt. *c* Male jurantes noceri ſe non ſperant,] ideſt, non timent ex hoc puniri. *d* Utraque ergo,] quaſi quia non credunt aliquid ſibi poſſe nocere. *e* Ergo] ideſt, ideo. *d* Utraque,] ideſt, perjurare, & in idolis credere. *f* Illis evenient digne,] ideſt, pœna pro utroque eveniet eis juſto judicio Dei, ſcil. pro perjurio & idololatria.

g Quoniam male ſenſerunt de Deo attendentes idolis] Ecce idololatria.

h Et injuſte juraverunt in idolo,] ideſt, in cultu idoli faciendo, vel per idolum. *i* Contemnentes juſtitiam,] ideſt, fidem juramenti ſui. Et in hoc dupliciter peccant, & quia juramentum tranſgrediuntur, & quia jurabant per idola, quod prohibetur in lege. *Exod.* 23. Per nomen æternorum Deorum non jurabitis, *Deut.* 6. Dominum Deum tuum timebis, & illi ſoli ſervies, ac per nomen illius jurabis. *Matth.* 5. Reddes juramenta Deo tuo.

al. † perambulabat,

al. † prævaricatione,

k Non enim jurantium eſt virtus,] ideſt, jurare non eſt ex virtute, vel jurare non eſt bonum. *l* Sed peccantium pœna,] ideſt, ex pœna peccati. Propter incredulitatem hominum oportet aliquando jurare. Unde *Matth.* 5. Sit ſermo veſter, eſt, eſt, non, non, quod autem abundantius his eſt, a malo eſt. Et vere jurare eſt pœna peccati, quia

m Perambulat ſemper in juſtorum prævaricationem.] Duæ dictiones in juſtorum, ideſt, in mandatorum Dei, quæ juſta ſunt.

o Prævaricationem,] ideſt, tranſgreſſionem. Aliqui libri habent, perambulabat. Et tunc legitur ſic.

k Non eſt jurantium virtus] ideſt, jurare non eſt bonum.

l Sed peccantium pœna perambulabat,] ideſt, creſcebat. *n* In juſtorum prævaricationem,] ideſt, in mandatorum tranſgreſſionem, pena enim ſemper creſcebat, dum ipſi præcipitabant ſe de vitio in vitium mandata tranſgredientes.

injuſte, *a* aut perjurant cito. *b* Dum etiam confidunt in idolis, quæ ſine intellectu & ſine anima ſunt *c* male jurantes, noceri ſe non ſperant: *d* utraque *e* ergo illis *f* evenient digne, *g* quoniam male ſenſerunt de Deo, attendentes idolis, & *h* injuſte juraverunt in idolo *i* contemnentes juſtitiam. k Non enim jurantium eſt virtus, *l* ſed peccantium pœna † *m* perambulat ſemper in *n* juſtorum † *o* prævaricationem.

C A P. XV.

TU *p* autem Deus noſter *q* ſuavis & verus es, patiens, & in miſericordia diſponens omnia: *r* etenim ſi peccave-

E X P O S I T I O C A P. XV.

TU autem Deus noſter, &c.] Supra in capitulo præcedenti egit auctor de idolis & inventione eorum. Nunc ſubjungit de Deo & laudibus ejus, ut ex collatione mutua melius abinvicem diſtinguantur. Et in primis oſtendit auctor ſuavitatem miſericordiæ, & patientiæ longanimitatem Dei, qua prædictis idololatris parcit ad tempus expectans eos ad penitentiam. Quaſi ergo diceret. Illi ſic, & ſic faciunt. *p* Tu autem Deus noſter] unus, non plures, ut illorum. *q* Suavis, & verus es, patiens, & in miſericordia diſponens omnia.] Suavius in beneficiorum exhibitione, verus in promiſſorum ſolutione, patiens in peccatorum expectatione, miſericors in bonorum & malorum retributione. Malis enim citra meritum, bonis ultra meritum miſericorditer retribuit. Et vere ſuavis & miſericors es.

Pſal. 138. *r* Etenim ſi peccaverimus, tui ſumus,] ideſt, in tua poteſtate ad faciendum de nobis quicquid placuerit tibi. Nec poſſumus evadere manus tuas, quia ſi aſcenderimus in cœlum, tu illic es: ſi deſcenderimus ad infernum, ades; ſi ſumpſerimus pennas noſtras diluculo, & habitaverimus in extremis maris. Etenim illuc manus tua deducet nos, & tenebit nos dextera tua.

ſ Scientes magnitudinem tuam] qua attingis a fine uſque ad finem fortiter, *ſup.* 8.

t Et ſi non peccaverimus, ſcimus, quoniam apud te ſumus computati,] tanquam noti & chari, *Luc.* 10. Gaudete quoniam nomina veſtra ſcripta ſunt in cœlis, *Jer.* 33. Adhuc tranſibunt Greges ad manum numerantis. Mali vero innumerabiles ſunt propter multitudinem & indignitatem. Unde *Eccl.* 1. Stultorum infinitus eſt numerus, *Pſal.* 39. Multiplicati ſunt ſuper numerum qui oderunt me. Et vere tu es Deus noſter.

rimus tui ſumus, *ſ* ſcientes magnitudinem tuam, *t* & ſi non peccaverimus, ſcimus quoniam apud te ſumus computati. *u* Noſſe enim te *x* conſummata juſtitia eſt, *y* & ſcire juſtitiam & virtutem tuam *z* radix eſt immortalitatis. *a* Non enim in errorem *b* induxit nos hominum malæ artis excogitatio, *c* nec umbra picturæ, *d* labor ſine fructu, & *e* effigies ſculpta per varios colores, *f* cujus aſpectus inſenſato dat *g* concupiſcentiam, *h* & diligit *i* mortuæ imaginis effigiem ſine anima. k Malorum *l* amatores digni ſunt morte, qui *m* ſpem habent in talibus, *n* & qui faciunt illos, *o* & qui diligunt, & qui colunt.

u Noſſe enim te] potentem, miſericordem.

x Conſummata juſtitia eſt] ideſt, perfecta juſtificatio, quæ incipit a timore, & terminatur in amore. Timor vero oritur in conſideratione potentiæ, amor autem in contemplatione miſericordiæ. Unde *Pſal.* 26. A facie tua concepimus, & peperimus, & quaſi parturivimus ſpiritum ſalutis. De hoc dicit *Pſal.* 61. Duo hæc audivi, quia poteſtas Dei eſt, & tibi, Domine, miſericordia.

y Et ſcire juſtitiam, & virtutem tuam,] ideſt, Chriſtum Dominum noſtrum, Dei virtutem, & Dei ſapientiam; qui factus eſt nobis ſapientia a Deo, & juſtitia, ſanctificatio, & redemptio.

z Radix eſt immortalitatis,] ideſt, beatitudinis, quaſi dicat, radix beatitudinis eſt fides humanitatis Chriſti. Arbor etiam eſt Chriſtiana religio, cujus eſt fides radix, fructus vero æterna quies. Et nota, tres ſunt in Trinitate perſonæ: Duas jam cognovimus, jam Filius incarnatus eſt, quia in terra viſus, & cum hominibus converſatus, *Bar.* 3. Spiritus ſanctus ſuper Chriſtum in columbæ ſpecie deſcendit. *Luc.* 3. Et in linguis igneis in Apoſtolos venit, *Act.* 2. De Patre adhuc nondum aliquid vidimus, quoniam videre conſummata juſtitia eſt. Unde *Phil.* Domine oſtende nobis Patrem, & ſufficit nobis, *Joan.* 14. quaſi dicat, te vidimus, Spiritum ſanctum vidimus, reſtat ut Patrem videamus, & erit tunc noſtra juſtitia conſummata, quæ incepit a Filio, & progrediens per Spiritum ſanctum conſummabitur in Patre. Unde *Joan.* 17. Hæc eſt vita æterna, ut cognoſcant te ſolum verum Deum, & quem miſiſti Jeſum Chriſtum. *a* Non enim in errorem.] Quaſi vere, etſi peccavimus tui ſumus, ſcientes magnitudinem tuam, non ſicut idololatræ, qui te omnino ignorant. Non enim in errorem] ut te ignoremus, licet peccaverimus. *b* Induxit nos hominum malæ artis excogitatio,] ideſt, excogitatio idolorum faciendorum.

1. *Cor.* 1,

c Nec umbra picturæ,] ideſt, ſpiritus idolorum, cito tranſitura umbra. Umbra dico.

d Labor ſine fructu,] induxit nos in errorem.

e Et effigies ſculpta per varios colores] ſupple, non induxit nos in errorem, quaſi dicat, nec ſpecies, nec figura idolorum induxit nos in errorem. Effigies dico,

f Cujus aſpectus inſenſato] i. homini ſimplici. *g* Dat concupiſcentiam,] colendi, & venerandi idolum ut Deum.

h Et diligit] inſenſatus aſpecta effigiei pulchritudine.

i Mortuæ imaginis effigiem ſine anima, ideſt, diligit effigiatam imaginem, quæ eſt ſine vita & ſine anima.

k Malorum amatores] quaſi dicat, non ſolum artifices idolorum punientur, ſed & amatores eorum. Et hoc eſt, k Malorum,] ideſt, idolorum.

l Amatores digni ſunt morte] æterna.

m Qui ſpem habent in talibus,] ideſt, idolis. *n* Et qui faciunt illos,] Deos. *o* Et qui diligunt, & qui colunt, ideſt, mente adorant, quod plus eſt, quam diligere vel facere. Omnes hi digni ſunt morte æterna, quia facientes, & conſentientes par pena conſtringit. Unde *Rom* 1. Qui talia agunt, digni ſunt morte, non ſolum qui faciunt ea, ſed qui conſentiunt facientibus.

Myſtice intelligitur hoc de hæreticis inventoribus falſorum dogmatum, & imitatoribus eorum, quorum utrique, ideſt & magiſtri, & diſcipuli digni ſunt morte æterna. Unde *ſup.* 4. Ex iniquis omnes filii, qui naſcentur, teſtes ſunt nequitiæ adverſus parentes in interrogatione ſua, *Iſa.* 42. Confundentur confuſione qui confidunt in ſculptili.

Sed

a Sed & figulus mollem terram premens laborioſe fingit ad uſus noſtros unumquodque vas, *b* & de eodem luto fingit, quæ munda ſunt in uſum vaſa, *c* & ſimiliter quæ his ſunt contraria. *d* Horum autem vaſorum quis ſit uſus, judex eſt figulus. Et *e* cum labore vano *f* Deum fingit de eodem luto, *g* ille, *h* qui paulo ante de terra factus fuerat, *i* & poſt puſillum † k reducit ſe, *l* unde acceptus eſt, *m* repetitus *n* animæ *o* debitum *p* quam habebat, ſed *q* cura eſt illi *r* non quia laboraturus eſt, *ſ* nec quoniam brevis illi vita eſt, *t* ſed concertatur *u* aurificibus, & argentariis, *x* ſed & ærarios *y* imitatur, *z* & gloriam præfert, *a* quoniam res ſupervacuas *b* fingit. *c* Cinis eſt enim cor ejus, *d* & terra ſupervacua ſpes illius, & *e* luto vilior vita illius, *f* quoniam ignoravit, *g* qui ſe finxit, & *h* qui inſpiravit illi animam *i* quæ operatur, k & qui inſufflavit ei ſpiritum vitalem. *l* Sed & æſtimaverunt luſum eſſe vitam noſtram, & *m* converſationem vitæ compoſitam ad lucrum, & *n* oportere undecumque etiam ex malo acquirere. Hic *o* enim *p* ſcit ſe ſuper omnes *q* delinquere, qui ex terræ materia fragilia vaſa, & ſculptilia fingit. *r* Omnes enim *ſ* inſipientes, *t* & infelices ſupra modum animæ ſuæ *u* ſuperbi ſunt, inimici populi tui *x* & improperantes illi. *y* Quoniam omnia idola nationum *z* Deos æſtimaverunt, *a* quibus neque oculorum viſus eſt ad videndum,

a Sed & figulus, &c.] Reprobavit auctor idola ærea, lapidea, & lignea, nunc damnat fictilia; Juſto enim Dei judicio factum eſt, ut qui de terra facti ſunt, quia meliorem ſui partem, ideſt, animam ad imaginem Dei factam ad adorandum Deum vivum ſequi noluerint, viliorem ſui partem ideſt, corpus terrenum imitando adorarent luteum Deum. Et hoc eſt: Sed & figulus. Non ſolum faber manibus facit Deos, ut dictum eſt: ſed & figulus mollem terram premens laborioſe fingit ad uſus noſtros unumquodque vas, ideſt, quodlibet genus vaſorum.

b Et de eodem luto fingit, quæ munda ſunt in uſum vaſa,] ideſt, vaſa in honorem.

c Et ſimiliter, quæ his ſunt contraria,] ideſt, immunda, ideſt, vaſa in contumeliam, *Rom.* 9. An non habet poteſtatem figulus luti ex eadem maſſa facere aliud quidem vas in honorem: aliud vero in contumeliam! Et 2. *Tim.* 2. In magna domo non ſolum ſunt vaſa aurea, & argentea, ſed & lignea, & fictilia.

al. † reducit.

d Horum autem vaſorum quis ſit uſus, judex eſt figulus,] pro voluntate ſua.

e Et cum labore vano.] ideſt, inutili, & infructuoſo.

f Deum fingit de eodem luto] de quo prius finxerat vaſa munda, & immunda.

g Ille,] ideſt, figulus.

h Qui paulo ante de terra factus fuerat,] quantum ad corpus. *i* Et poſt puſillum educit ſe,] ideſt, reducitur merito peccatorum ſuorum.

l Unde acceptus eſt] vel aſſumptus, ideſt, in terram, de qua plaſmatus fuerat.

m Repetitus] a Deo.

n Animæ debitum,] ideſt, animam ſuam, quam Deo debet, qui creavit eam.

p Quam habeant] in cuſtodia, ſed ipſe miſer incarceravit eam, ut latronem. Unde clamat *Pſal.* 41. Educ de carcere animam meam. Vel ſic. *m* Repetitus] a natura. *n* Animæ,] ideſt, vitæ temporalis.

o Debitum,] ideſt, mortem. Vel debitum animæ dicit obſequium, & cultum debitum Deo, quod impendit idolis, quod Deus ab eo repetit. Quidam libri habent, quæ habebat, ubi nos habemus. Quam habebat. Et eſt ſenſus. k reducit ſe, unde acceptus eſt,] ideſt, in terram. *m* Repetitus] a terra.

p Quæ habebat debitum animæ,] ideſt, apud quam erat anima depoſita in corpore degens. Et non ſolum fingit figulus ſibi Deum.

q Sed cura eſt illi] figulo ſcilicet, ideſt, ſollicitus eſt.

r Non quia laboraturus eſt, ideſt, non de labore ſuo in faciendo idolum.

ſ Nec etiam] ſollicitus eſt de hoc, quoniam brevis illi vita eſt, unde deberet ſollicitus eſſe, ut in illa brevi vita poſſit promereri vitam æternam.

t Sed concertatur,] ideſt, concertat, vel impersonaliter concertatur ab eo.

u Aurificibus, & argentariis,] ideſt, artificibus qui de argento, vel auro, Idola faciunt, ut pulchrius faciat idolum, quam illi de auro vel argento.

x Sed & ærarios,] ideſt, artifices operantes ex ære.

y Imitatur] ut ita operetur idolum de terra, ut illi de ære.

z Et gloriam præfert,] ideſt, jactat ſe gloriam ſuam alii præferendo, dicens, quod melius operatur.

a Quoniam res ſupervacuas,] ideſt, uſibus hominum.

b Fingit,] ſcilicet, idola lutea. Et reſpicit illud, quod ſupra dixerat. Et cum labore vano Deum fingit. Et vere vano.

a Quoniam res ſupervacuas fingit,] ideſt, idola vana, & muta. Nec eſt mirum, ſi fingit ſupervacua. *c* Cinis eſt enim cor ejus,] ideſt, vile ut cinis, quod deberet eſſe rationale.

d Et terra ſupervacua ſpes illius,] ideſt, illud, in quo ſperat, ſcilicet idolum eſt terra ſupervacua, ideſt, inutilis.

e Et luto vilior vita ejus,] ideſt figuli, ſcilicet ipſe figulus vivens eſt vilior ipſo idolo luteo, quia ſubjectus eſt illi, ut Deo. Et revera vilior.

f Quoniam ignoravit] figulus Deum.

g Qui ſe finxit,] ideſt, illum, qui plaſmavit eum.

h Et qui inſpiravit illi animam] vivificantem corpus, & amat ipſe figulus, qui operatus eſt idola, quaſi dicat, ideo luto vilior eſt figulus, quia ignorat Deum, qui eum fecit, & amat idola, quæ ipſe fecit. Vel Deus amat. D

i Quæ operatur,] ideſt, quæ operatus eſt, ideſt, homines quos fecit. C

k Et qui inſufflavit ei,] ideſt, inſufflando dedit ſpiritum vitalem. Supra dixerat: Qui inſpiravit illi animam, nunc dicit, qui inſufflavit ei ſpiritum vitalem. Propter quod volunt aliqui dicere, quod aliud eſt ſpiritus hominis, aliud anima hominis. Sed *Auguſt.* dicit, quod idem eſt anima & ſpiritus, ſed dicitur anima in quantum corpus animat, ideſt, vivifica, ſpiritus inquantum cęleſtia contemplatur. Hic autem utrumque nominatur, non ſolum propter differentiam dictam, ſed propter myſterium: nam primus Adam factus eſt in animam viventem, ſecundus vero Adam factus in ſpiritum vivificantem, ut dicitur 1. *Cor.* 15. Primo homini data eſt anima vivens, ſecundo ſpiritus vivificans. Ille vivere, ille bene vivere nobis donat.

Pſal. 113.
Pſal. 134.

l Sed & æſtimaverunt lutum eſſe vitam noſtram,] quaſi non ſolum in prædictis, ſed etiam bonis ſpernebant, & ſuperfluam, & vanam, & lubricam, & deridendum.

m Converſationem vitæ compoſitam ad lucrum,] hoc eſt, æſtimaverunt homines in hac vita converſantes ad lucrum temporale tantummodo ſactos. *n* Et oportere undecumque etiam ex malo acquirere] lucrum, ſive juſte, ſive injuſte, per fas, & nefas. *o* Hic enim,] quaſi dicat, hujuſmodi homo inexecrabilis eſt, quia ſcienter errat. Et hoc eſt. Hic enim qui prædicta facit. *p* Scit ſe ſuper omnes] alios peccatores. *q* Delinquere, qui ex terræ materia fragilia vaſa, & ſculptilia fingit.] Et illa habet in uſus quotidianos, & iſta adorat ut Deos. Et vere iſti ſunt ſuper omnes peccatores.

r Omnes enim] ſive nobiles, ſive ignobiles, qui idola putant Deos.

ſ Inſipientes] ſunt, ſine Dei ſapientia.

t Et in felices ſupra modum animæ ſuæ,] ideſt, in detrimentum animæ ſuæ, & damnationem, licet hic dominari videantur, quia vermis conſcientiæ ſuæ non morietur, & ignis non extinguetur, *Iſa. ult.* *u* Superbi ſunt inimici populi tui,] ideſt, idololatræ, qui adverſantur populo tuo. *x* Et improperantes illi,] ideſt, deridentes illum. Et vere inſipientes.

y Quoniam omnia idola nationum,] ideſt, gentium.

z Deos æſtimaverunt,] & coluerunt. *a* Quibus neque oculorum viſus eſt ad videndum,] ideſt ut ipſa videant. Neque ▲ nares ad

y Quoniam omnia idola, &c.] Myſtice exponitur hoc totum de hæreticis ſuper illum *Pſal.* 113. In exitu Iſrael, &c.

Moraliter vero idola ſunt Prælati quidem, qui vivunt, ut beſtię, & ſicut Dii adorantur. De quibus vere dici poteſt: Oculos habent, & non videbunt, &c. Unde *Zac.* 11. O Paſtor, & idolum, derelinquens gregem. De iſtis idolis dicitur hic. *y* Omnia idola nationum Deos æſtimaverunt. Unde & genua flectunt eis, ſicut Deo, cum tamen dicat Dominus per *Iſa.* c. 45. Mihi curvabitur omne genu. *a* Quibus nec] Moraliter.

* oculorum

Digitized by Google

a Neque nares ad percipiendum ſpiritum,] ideſt, ad ſuſcipiendum aera, ſine quo ſpiritus vitalis extingueretur.
c Neque aures ad audiendum,] ideſt, ut audiant.
d Neque digiti manuum ad tractandum,] ideſt, ad palpandum.
e Sed & pedes eorum pigri ad ambulandum,] ideſt, potentes. Nec mirum.

a neque nares *b* ad percipiendum ſpiritum, neque *c* aures ad audiendum, *d* neque digiti manuum ad tractandum, *e* ſed & pedes eorum pigri ad ambulandum. *f* Homo enim fecit illos: *g* & qui ſpiritum mutuatus eſt, is finxit illos. *h* Nemo enim ſibi ſimilem homo poterit Deum fingere. *i* Cum enim ſit mortalis, *k* mortuum *l* fingit *m* manibus iniquis. *n* Melior enim eſt ipſe *o* his, quos colit, *p* quia ipſe quidem *q* vixit *r* cum eſſet mortalis, *ſ* illi autem nunquam. *t* Sed & animalia † miſerrimi colunt. *u* Inſenſata enim *x* comparata his, illis *y* ſunt deteriora. *z* Sed nec aſpectu † aliquod ex his animalibus *a* bona poteſt conſpicere. *b* Effugerunt autem Dei laudẽ & benedictionem ejus.

f Homo enim fecit illos.] Deos, non Deus artifex omnium, quæ ſunt.
g Et qui ſpiritum mutuatus eſt, is finxit illos,] ſcilicet, figulus, ſive faber, qui animam mutuatus eſt a Deo.
h Nemo enim ſibi ſimilem homo poterit Deum fingere,] ideſt, nullus homo poterit fingere Deum ſimilem ſibi, ideſt, animatum, & rationabilem, ut ipſe eſt, intelligitur in quantum homo.
i Cum enim ſit mortalis,] homo ſcilicet
k Mortuum,] ideſt, inanimatum.
l Fingit,] Deum.
m Manibus iniquis,] quia contra Deum facit. Et revera nemo poteſt facere Deum ſibi ſimilem.
n Melior enim eſt ipſe,] inquantum homo.
o His, quos colit,] ideſt, idolis inanimatis. Supra tamen eodem dicitur, quod luto vilior eſt vita illius, in quantum vitiis ſubjecta, & maculata, ſed ſecundum naturam creationis melior eſt, & dignior. Et quod ſit melior probat. *p* Quia ipſe,] figulus, vel Faber.
q Vixit,] aliquando vita naturæ.
r Cum eſſet mortalis,] ideſt, potens mori.
ſ Illi autem nunquam,] vixerunt, quia nunquam animam habuerunt, neque etiam ſpiritus præſidens idolis vivificat illa, licet moveat ea, & loquatur in eis.
t Sed & animalia.] Quaſi non ſolum hominum ſpeciem, (ſed & animalia miſerrimi colunt,) ideſt, imagines animalium.
u Inſenſata enim,] quaſi dicat, vere melior eſt ipſe figulus idolis ſuis. (Inſenſata enim,) ideſt, idola omni ſenſu carentia.
x Comparata his,] ideſt, figulis, vel idololatris.
y Illis ſunt deteriora,] idololatris aut figulis.
z Sed nec aſpectu aliquod ex his animalibus,] ideſt, imaginibus animalium.
a Bona poteſt conſpicere,] quaſi dicat, nullum ea idolis aſpectu interiori aliquid poteſt cernere, quod poteſt facere homo. Quod patet, quia homo omni creatura melior eſt. Et quamvis homo ita excellat omnem creaturam, tamen illi miſeri.
b Effugerunt Dei laudem, & benedictionem ejus,] quia non eſt ſpecioſa laus in ore peccatoris, *Eccl.* 15. Abutentes enim ratione ſibi data a Deo, & ſe mutis idolis ſubjicientes, nec laudare poſſunt Deum, nec benedicere, quia pollutum eſt os eorum.
Moraliter. * Oculorum viſus eſt ad videndum,] ſpiritualia vel æterna. Unde *Iſa.* 56. Speculatores ejus cæci omnes, neſcierunt univerſi, canes muti non valentes latrare. Mirabile dicit ſpeculator cæcus, ſed mirabilius dicit alibi. Cæci intuemini ad videndum. *Iſai.* 42. Sed non eſt miraculum, quia cæci ſunt ad ſpiritualia contemplandum, videntes ad temporalia vana. Quis cæcus, niſi ſervus Domini? Et eſt cæcitas hæc in utroque oculo, quia intellectus cognitione ſpiritualium, affectus dilectione eorumdem caret, & ideo non eſt mirum, ſi multi in foveam inferni corruunt, quia ſi cæcus cæco ducatum præbet, ambo in foveam cadunt, *Matt.* 15.
a Neque nares,] diſcretionis, vel providentiæ,
b Ad percipiendum ſpiritum,] ideſt ad providendum æterna, vel ſpiritualia, ſed temporalia toto conamine odorant. Illa applicant ad nares ſuas. Unde *Ezech.* 8, Nunquid leve eſt domui Juda, ut facerent abominationes iſtas, quas fecerunt hic, quia replentes terram iniquitate, converſi ſunt ad irritandum? Et ecce applicant ramum ad nares ſuas. In ramo ſignificat virorem temporalis proſperitatis.
c Neque aures ad audiendum,] verbum Dei. Cauſas autem & lites libenter audiunt a mane uſque ad veſperam, nec fatigantur. Hæ autem duæ ſunt, quarum una, ideſt, dextera, percipitur verbum Dei; altera, ſcilicet, ſiniſtra clamor pauperis exauditur. Sed multi utramque vel claudunt, vel avertunt. De prima dicitur *Prov.* 28. Qui declinat aures ſuas, ne audiat legem, oratio ejus erit execrabilis. De ſecunda dicitur *Prov.* 21. Qui obturat aurem ſuam ad clamorem pauperis, & ipſe clamabit, & non exaudietur.

d Neque digiti manuum ad tractandum,] ideſt, ad diſcrete operandum. In digito enim diſcretio, in manu operatio deſignatur. Sed (manuum) dicit pluraliter, quia duæ ſunt manus Prælati ad duo contractanda. Una ſcilicet ſiniſtra, vulnera peccatorum molliter ſunt tractanda. *al. † miſerrima.* Altera, ideſt, dextera tractandum eſt corpus Chriſti. Prima medicinalis eſt, digitis enim tangit medicus vulnus ægroti. *al. † aliquis.* Sed multi ut canes tanquam lingua lingunt, ſed digitos non apponunt vulneri. Duriter enim increpant, & magnas pœnitentias confitentibus injungunt, ipſi autem nihil faciunt. Unde *Matth.* 23. Super cathedram Moyſi ſederunt Scribæ, & Phariſæi, omnia ergo quæcunque dixerint vobis; facite, & ſervate; ſecundum opera vero illorum nolite facere: dicunt enim, & non faciunt, alligant enim onera gravia, & importabilia, & imponunt ea in humeros hominum, digito autem ſuo nolunt ea movere. Et tamen multo melius curat medicus manu, quam lingua. Unde *Job.* 26. Obſtetricante manu eductus eſt coluber tortuoſus. De iſtis medicis linguatis, ſive verboſis, ut ita dicam, dicitur *Luc.* 16. Erat quidam mendicus nomine Lazarus, qui jacebat ad januam ejus ulceribus plenus cupiens ſaturari de micis, quæ cadebant de menſa divitis, & nemo illi dabat, ſed canes veniebant, & lingebant ulcera ejus. Alia manus magis ſpiritualis eſt, qua corpus Dominicum eſt tractandum.

Unde *Joan.* 20. dixit Dominus Thomæ, Infer digitum tuum huc, & vide manus meas, & mitte manum tuam in latus meum, & noli eſſe incredulus, ſed fidelis. Superior manus munda debet eſſe, aliter non bene mundaret ſordes aliorum, ſicut dicit *B. Gregor.* Pura debet eſſe manus, quæ ſordes diluit alienas. Hæc debet eſſe ſana, non læſa, ut manus Moyſi, *Exod.* 4. Alioquin dicitur: Mitte manum tuam in ſinum tuum. Et *Joan.* 20. Noli me tangere. Et *Iſa* 59. Manus veſtræ pollutæ ſunt ſanguine, & digiti veſtri pleni iniquitate.
e Sed & pedes eorum pigri ad ambulandum.] Unde oportet eos equitare, & tamen non equitaſſe Chriſtum, ſed tantum ſemel, ut ita dixerim, aſinaſſe legimus. Et quid accidit ei? In eadem ſeptimana legitur crucifixus. Et 2. *Reg.* 6. legitur Oza percuſſus a Domino, quia arcam, quam propriis humeris ferre debebat, impoſuerat bobus, *Deuter.* 17. præcipitur Principi ſæculari, ne curſus, aut equos ſibi multiplicet, quid ergo Epiſcopus? Ideo Malachias Epiſcopus, & Legatus, imitator Domini, & Apoſtolorum, pedes ibat; Nec hoc dico, ut modo ſimiliter faciant Epiſcopi, mallem tamen, quod ſic facerent, quam quod equos contra legem ſibi multiplicarent.
f Homo enim fecit illos, & qui ſpiritum mutuatus eſt, is finxit illos] hoc eſt, tales Prælatos ſimiles idolis faciunt homines carnales, & qui ſpiritum mutuantur, ideſt, ſpiritu mutuato eligunt tales, non proprio ſpiritu, neque Spiritu ſancto, ſed precibus, aut promiſſis.

Unde de promotione iſtorum admiratur Eccleſia, *Iſa.* 49. Quis genuit mihi iſtos? Ego ſterilis, & non pariens tranſmigrata & captiva, & iſtos quis enutrivit? *Oſeæ* 8. Ipſi regnaverunt, & non ex me; Principes extiterunt, & non cognovi.
h Nemo enim ſibi ſimilem homo poterit Deum fingere,] ideſt, Epiſcopum vel Prælatum: qui dicitur Deus, *Exod.* 7. Ecce conſtitui te Deum Pharaonis. Statim enim ut eligitur quis, mutatur, quia honores mutant mores, & quem elector putabat ſibi fore conformem, invenit poſtea omnino diſſimilem.

EXPO-

Digitized by Google

EXPOSITIO CAP. XVI.

PRopter hæc, & his ſimilia. Oſtenſis erroribus, quibus homines inſipientes, & infelices effecti, laudem Dei, & benedictionem amiſerunt, dicit Philo, propter hæc, & ſimilia Ægyptios juſte punitos per multitudinem beſtiarum, qui beſtiis divinum cultum exhibere conſueverunt, & e contratio, Judæos alienorum dominio liberatos multipliciter a Domino honoratos. Et hoc eſt.

CAP. XVI.

a PRopter hæc, *b* & his ſimilia paſſi ſunt *c* digna tormenta, *d* & per multitudinem beſtiarum *e* exterminati ſunt. *f* Pro quibus tormentis *g* bene diſpoſuiſti populum tuum, *h* quibus *i* dediſti concupiſcentiam delectamenti ſui k novum ſaporem, *l* eſcam parans eis ortigometram, *m* ut illi quidem *n* concupiſcentes eſcam *o* propter ea, quæ illis oſtenſa, & miſſa ſunt, *p* etiam a neceſſaria concupiſcentia averterentur. Hi *q* autem in *r* brevi inopes facti, *ſ* novam guſtaverunt eſcam. *t* Oportebat enim *u* illis *x* ſine excuſatione quidẽ *y* ſupervenire interitum *z* exercentibus tyrannidem, his *a* autem tantum *b* oſtendere quemadmodum inimici illorum *d* exterminabantur. *e* Etenim cum illis *f* ſupervenit *g* ſæva beſtiarum ira, morſibus perverſorum colubrorum exterminabantur. *h* Sed non in perpetuum ira tua permanſit, ſed *i* ad † correctionem in k brevi *l* turbati ſunt:

a Propter hæc,] peccata idololatriæ quæ dicta ſunt.
b Et his ſimilia paſſi ſunt] Ægyptii ſcilicet.
c Digne,] ideſt, ſecundum exigentiam culpæ, tormenta.
d Et per multitudinem beſtiatum,] ideſt, ranarum, muſcarum, locuſtarum, & hujuſmodi.
e Exterminati ſunt,] ideſt, graviter vexati. Et merito per beſtias ſunt puniti, quia beſtias coluerunt, & in eis confidebant.
f Pro quibus tormentis,] ideſt loco quorum tormentorum.
g Bene diſpoſuiſti populum tuum,] eum liberando. Vel,
f Pro quibus tormentis,] ideſt, propter quæ tormenta.
g Bene diſpoſuiſti populum tuum,] Iſraeliticum, quia vilis tormentis Ægyptiorum corrigebatur a malo, & proficiebat in bono. Unde *Prov.* 19. Flagellato peſtilente ſtultus ſapientior erit.
h Quibus,] ideſt, quorum aliquibus. *i* Dediſti concupiſcentiam delectamenti ſui,] ideſt concupitam delectationem, ſcilicet.

al. † correptionem.

k Novum ſaporem,] ideſt, manna, quod ſapiebat unicuique in ore ſuo, quod volebat.
l Eſcam parans eis Ortigometram,] ideſt, coturnices, ſive curlejos, *Num.* 9. Unde *Pſal.* 104. Petierunt, & venit coturnix,& pane cęli ſaturavit eos,ideſt manna, *Exo.* 16.
m Ut illi quidem,] ideſt, Iſraelitæ. *n* Concupiſcentes eſcam,] carnium cum haberent manna, quod ſapiebat cuilibet, quod volebat. *o* Propter ea quæ illis oſtenſa, & miſſa ſunt,] ideſt, manna & coturnices.
p Etiam a neceſſaria concupiſcentia,] ideſt, animis radicata concupiſcentia carnium Ægypti (averterentur,) quaſi dicat, ita abundanter dedit Iſraelitis Dominus manna, & coturnices, ut ipſi dimitterent omnem appetitum carnium Ægypti, quas deſiderabant, ut legitur *Num.* 11.
q Hi autem,] Iſraelitæ, ſcilicet.
r In brevi inopes facti.] ideſt modicum penuriam eſcarum paſſi *ſ* Novam guſtaverunt eſcam,]ſc. manna & coturnices.
t Oportebat enim,] quaſi dicat: Ita puniviſti Ægyptios, & bene diſpoſuiſti populum tuum, quia juſtum erat, ut obſtinati omnino exterminarentur, & populus tuus ad correctionem ſimiliter corriperetur. Et hoc eſt: (Oportebat enim,] ideſt, opportunum erat. Vel oportebat,) ſecundum exigentiam juſtitiæ. *u* Illis,] ideſt, Ægyptiis.
x Sine excuſatione,] quia culpa manifeſta erat.
y Supervenire interitum,] ideſt, pœnam interimentem. Illis dico. *z* Exercentibus tyrannidem,] in filios Iſrael, & in ſeipſos idola colendo.
a His autem,] ideſt, filiis Iſrael, oportebat.
b Oſtendere quemadmodum,] ideſt, qua poteſtate, vel qua cauſa.
c Inimici illorum,) i. Ægyptii. *d* Exterminabantur,) ut multato peſtilente, ſapientior parvulus efficeretur, *Pro.* 21.
e Etenim cum illi, &c.] Quaſi revera digne puniviſti Ægyptios, & corripuiſti tuos. (Etenim cum illis,) ideſt, Ægyptiis.
f Supervenit,] ideſt, deſuper a Domino venit.
g Sæva beſtiarum ira, morſibus perverſorum colubrorum exterminabantur. Sed hoc non legitur de Ægyptiis, quod ita puniti fuerint morſibus ſerpentum, neque in lege, neque in Pſalmis. Ad hoc dicunt quidam, quod nomine colubrorum intelligit auctor Muſcas, & Ciniphes, & locuſtas, quarum morſibus puniti ſunt Ægyptii, ut legitur *Exod.* 8. 9. 10. Alii dicunt, quod multas plagas paſſi ſunt Ægyptii, quæ non ſunt ſcriptæ alicubi, quarum una fuit, quæ dicta eſt. Melius autem exponitur hoc de filiis Iſrael, quia ſequens littera magis convenit. Continua ergo ſic: Ita oſtendiſti illis, quemadmodum inimici illorum exterminabantur, eos filialiter corrigendo. *e* Etenim cum illis] ideſt, filiis Iſrael.
f Supervenit ſæva, &c. quidam illorum, qui murmurabant contra Dominum, & Moyſen, quamobrem miſit in eos Dominus ignitos ſerpentes, quorum morſibus multi mortui ſunt, ut legitur *Num.* 21.
h Sed non, &c.] contra eos, ſicut contra Ægyptios.
i Sed ad correptionem,] ideſt, ad emendationem.
k In brevi,] i. ad modicum: *l* Turbati ſunt]& aliqui interfecti.

△ tertecti. Signum

Moraliter Num. 21.

Moraliter. *a* Propter hæc, & his ſimilia paſſi ſunt digne tormenta,& per multitudinem beſtiarum exterminati ſunt.] Per Ægyptios, de quorum pœna, & culpa hic agitur, ſignificatur univerſitas malorum, qui ſunt in tenebris culpæ, & ignorantiæ, & mœrorem æternum expectant. Per multitudinem beſtiarum, multitudo Dæmonum deſignatur, qui malos in præſenti torquere incipiunt, ſed in morte penitus exterminant. Unde *Baruch.* 3. Ubi ſunt Principes gentium, & qui dominantur ſuper beſtias, quæ ſunt ſuper terram, qui in avibus cœli ludunt, qui argentum theſaurizant & aurum, in quo confidunt homines? Exterminati ſunt, & ad inferos deſcenderunt. Et bene per multitudinem beſtiarum dicuntur exterminari, quia quot peccata quilibet habet, tot habet Dæmones aſſiſtentes, qui expectant eum quaſi ſuum. Unde *Luc* 12. dicitur diviti: Stulte, hac nocte repetent animam tuam. Non dicit repetet, ſed repetent pluraliter, quia tot Dæmonibus debitor eſt, quot vitiis ſubjectus eſt. Dæmon avaritiæ accomodavit ei divitias, quas in morte repetet cum uſuris. Unde *Job.* 20. Divitias, quas devoravit evomet, & de ventre ejus extrahet illas Deus. Dæmon luxuriæ accommodavit ei delicias, pro quibus oportet eum ſolvere æquales penas. Unde *Apoc.* 18. Quantum glorificavit ſe, & in deliciis fuit, tantum date ei tormentum, & luctum. Dæmon ſuperbiæ accomodavit honores, pro quibus ſolvet uſuras confuſionis æternæ, & cuntumeliæ ſempiternæ. Unde *Apoc.* 18. Quia dicit in corde ſuo: Sedeo ut Regina, & vidua non ſum, & luctum non videbo, ideo in una die venient plagæ ejus, & mors, & luctus, & fames, & igne comburetur.
f Pro quibus, &c.] ideſt, diſponens in gloria, quia hic tormenta ſuſtinuit patienter. Unde *Luc.* 22. Vos eſtis, qui permanſiſtis mecum in tentationibus meis, & ego diſpono vobis, ſicut diſpoſuit mihi Pater meus Regnum, *Mat.* 5. Beati, qui perſecutionem patiuntur propter juſtitiam, quoniam ipſorum eſt regnum cœlorum.
h Quibus dediſti, &c.] ideſt, æternæ jucunditatis dulcedinem diutius concupitam, *Iſa.* 35. Ambulabunt, qui liberati fuerint, & redempti a Domino, convertentur, & venient in Sion cum laude, & lætitia ſempiterna ſuper capita eorum. k Novum ſaporem eſcam parans eis, &c.] ideſt, novi ſaporis carnes veſpere, ſed panes mane, ut dicitur *Exod.* 16. Veſper eſt vita præſens, in qua Dominus carnem ſuam nobis tradidit ad manducandum. Unde *Joan.* 6. Et panis, quem ego dabo vobis: caro mea eſt pro mundi vita. Mane, eſt dies reſurrectionis, in quo Deus ipſe panis Angelorum dabitur omnibus Electis ad manducandum. De quo dicitur *Luc.* 14. Beatus, qui manducabit panem in regno Dei.
q Hi autem in brevi inopes facti novam guſtaverunt eſcam,] ideſt, propter temporalem paupertatem, & tribulationem: æternas delicias, & divitias ſunt adepti. Unde *ſupr.* 3. In paucis vexati, in multis bene diſponentur, *Matth.* 19. Vos, qui ſecuti eſtis me in regeneratione, cum ſederit Filius hominis in ſede majeſtatis ſuæ, ſedebitis & vos ſuper ſedes duodecim judicantes duodecim tribus Iſrael.
e Etenim cum illis,) ideſt cum Iſraelitis.
f Supervenit ſæva beſtiarum ira, morſibus perverſorum colubrorum exterminabantur, ſed non in perpetuum ira tua permanſit, ſed ad correctionem in brevi turbati ſunt.

* Signum

a ſignum habentes ſalutis *b* ad commemorationem mandati legis tuæ. *c* Qui enim converſus eſt, *d* non per hoc, quod videbat, ſanabatur, *e* ſed per te omnium ſalvatorem. In *f* hoc autem *g* oſtendiſti inimicis † tuis, quia *h* tu es, qui liberas ab omni malo, *i* illos enim *k* locuſtarum, & muſcarum occiderunt morſus, *l* & non eſt inventa ſanitas animæ illorum, quia digni erant ab hujuſmodi exterminari. *m* Filios autem tuos, *n* nec draconum venenatorum vicerunt dentes. *o* Miſericordia enim tua adveniens ſanabat illos. † *p* In memoria enim † ſermonum tuorum † exterminabantur, *q* & velociter † ſanabantur, *r* ne in altam † *ſ* cadentes oblivionem non *t* poſſent tuo uti adjutorio. *u* Etenim neque herba, neque *x* malagma *y* ſanavit eos, ſed *z* tuus, Domine, ſermo, qui ſanat omnia. *a* Tu es, Domine, qui vitæ, & *b* mortis habes poteſtatem,

a Signum habentes ſalutis] ſerpentem ſcilicet æneum pro ſigno poſitum, quem percuſſi aſpicientes ſanabantur.
b Ad commemorationem mandati,] ideſt, ut haberent memoriam mandatorum legis tuæ ad ſaciendum ea. Serpens autem æneus non ſanabat eos, ſed ſacramentum myſterii, ideſt, mors Chriſti in ſerpente figurata. Omnia enim contingebant eis in figura, 1. *Cor.* 10. *Joan.* 3. dicitur: Ut exaltavit Moyſes ſerpentem in deſerto, ita exaltari oportet filium hominis, ut omnis qui credit in ipſum, non pereat, ſed habeat vitam æternam. Et recte ſerpens æneus poſitus eſt in ſignum ſalutis, non ſolum illius, ſed totius mundi. Nam in ſerpente Chriſtus mortuus in ære Chriſtus æternus ſignificatur. Serpens ſuſpenſus eſt Chriſtus, quia mortuus eſt, per humanitatem; ſed æneus, quia durat in æternum, per divinitatem.

al. † noſtris.

c Qui enim converſus eſt,] quaſi dicat, ita habebant ſignum ſalutis ſerpentem æneum, ſed tamen non a ſerpente ſanabantur, ſed a Chriſto in ſerpente figurato. (Qui enim converſus eſt) de Judæis ad Dominum, per pœnitentiam.

Exod. 8. & 10.

d Non per hoc, quod videbat,] ideſt, per ſerpentem æneum ſanabatur.
e Sed per te omnium Salvatorem,] credentium in te.
f In hoc autem,] quod populum tuum taliter liberaſti.
g Oſtendiſti inimicis tuis,] ideſt incredulis.
h Quia tu es, qui liberas ab omni malo] corporali, & ſpirituali.
i Illos enim] vel (autem) ideſt, Ægyptios.
k Locuſtarum & muſcarum occiderunt morſus,] ideſt, graviter vexaverunt, *Exod.* 8. & 10.
l Et non eſt inventa ſanitas animæ illorum, quia digni erant ab hujuſmodi] minutiſſimis animalibus (exterminari.) Filios autem tuos,] ideſt populum tuum Iſraeliticum.
n Nec draconum, nec] venenatorum vicerunt dentes, quaſi dicat idololatras Ægyptios parva animalia exterminaverunt: Iſraelitas vero veri Dei cultores, ſerpentes igniti exterminare non potuerunt. Novit enim Deus pios de tentatione eripere; iniquos vero in diem judicii cruciandos reſervare, 2. *Pet.* 2. *o* Miſericordia enim tua adveniens ſanabit illos,] ideſt, Iſraelitas pœnitentes.
p In memoria enim ſervorum] vel ſermonum tuorum exterminabantur] quidam illorum impœnitentes. Et eſt una dictio in memoria, ideſt pro eo quod erant immemores ſervorum tuorum, vel ſermonum tuorum.
q Et velociter ſanabantur] alii pœnitentes, & revertentes ad Dominum. Vel ſic, (in memoria) ſint duæ dictiones. Ita miſericordia tua adveniens ſanabat illos.
p In memoria enim ſermonum tuorum,] ideſt, quia memores erant comminationum tuarum, vel promiſſionum, vel ſervorum tuorum, Abraham, Iſaac, & Jacob.
q Exterminabantur, & velociter ſanabantur,] ideſt, cum affligebantur, cito ſanabantur, propter memoriam ſervorum tuorum. In prima expoſitione eſt ſecunda regula Ticonii, ut ibi, *Pſal.* 77. Cum occideret eos, quærebant eum, & revertebantur ad eum. Secunda expoſitio planior eſt. Et poſſet aliquis quærere, quare Dominus ita verberabat eos, & tam cito ſanabat? Et reſpondet auctor.
r Ne in altam,] ideſt, in profundam.
ſ Cadentes oblivionem] Dei, ideſt, in perfectam deſperationem nimietate pœnarum oppreſſi.
t Non poſſent, &c.] ideſt, libero arbitrio, quod gratiam tuam juvat. Juxta illud 1. *Cor.* 3. Adjutores Dei ſumus, quaſi dicat, ideo velociter ſanabat eos, ne deſperando contemnerent. Impius enim cum in profundum venerit peccatorum, contemnit, *Prov.* 18. Et vere tu ſanabas eos.
u Etenim, &c.] medicinalis, vel potio.
x Neque malagma,] ideſt, emplaſtrum, quod ſauciatis doloribus ſuperponitur.
y Sanavit,] ideſt, filios Iſrael vulneratos.
z Sed tuus, &c.] ideſt, illud, quod præcepiſti ſerpentem æneum elevari in palo. Vel (Tuus ſermo,) ideſt, Filius, qui nobis locutus eſt Patrem, per quem omnia facta ſunt, cujus poteſtas eſt ubique, qui omnia quæcumque voluit fecit, ipſe & corpora curat, & animas a ſpiritualibus beſtiis ſalvat. Et vere ſermo tuus ſanat omnia. Quia:
a Tu es, Domine, qui vitæ] triplicis naturæ, ſcilicet, gratiæ, & gloriæ.
b Et mortis] triplicis naturæ, ſcilicet culpæ, & gehennæ, habes poteſtatem.

Unde *Deuter.* 32. Ego occidam, & ego vivere faciam. Et *Proverb.* 18. Mors, & vita in manibus linguæ, ideſt, poteſtate Filii, qui eſt lingua Patris, ſicut ipſe dicit per *Pſalm* 44. Lingua mea calamus ſcribæ.

Moraliter. al. † in memoria. al. † ſervorum. al. † exterminabantur. al. † ſalvabantur. al. † incidentes.

Δ Et deducis

* *a* Signum habentes ſalutis,] ideſt, ita eſt, pœna & flagella bonorum, & brevia ſunt, & ad correctionem ſunt, & ſigna, ſive argumenta ſalutis æternę ſunt. Quod brevia ſint, & cauſa ſalutis æternæ, legitur, 2, *Cor.* 4. Id quod in præſenti eſt momentaneum, & leve tribulationis noſtræ, ſupra modum in ſublimitate æternum gloriæ pondus operatur in nobis. Quod autem ad correctionem eorum ſunt, legitur *Heb.* 12. Fili mi, noli negligere diſciplinam Domini, neque fatigeris, cum ab eo corriperis; quem enim diligit Dominus, caſtigat. Sunt etiam flagella bonorum ſigna æternæ damnationis malorum, qui ad exemplum eorum non corriguntur a malitia ſua. Nam ſi in viridi hæc faciunt, in arido quid fiet? *Luc.* 23.

Unde *Iſaiæ* 20. Sicut ambulavit ſervus meus Iſaias nudus, & diſcalceatus, trium annorum ſignum, & portentum erit ſuper Ægyptum, & Æthiopiam. Et Dominus dicit *Job* 16. Contriegit me, & poſuit quaſi ſignum ad ſagittam.

i Illos enim locuſtarum, & muſcarum occiderunt morſus.] Per muſcas, & locuſtas duo genera tentationum ſignificantur, quæ multos occidunt. Muſcæ ſunt immundæ, & importunæ cogitationes, quæ graviter pungunt, & moleſtant ipſa ſua præſentia. Unde *Eccl.* 10. Muſcæ morientes perdunt ſuavitatem unguenti. Sed quando tranſeunt in affectum, tunc vulnerant, *Exod.* 8. Venit muſca graviſſima in domo Pharaonis, & ſervorum ejus, & in omnem terram Ægypti, corruptaque eſt terra hujuſmodi muſcis, ideſt, anima. Quando vero tranſeunt in conſenſum, tunc occidunt, ſicut dicitur hic.

m Filios autem tuos, nec draconum venenatorum vicerunt dentes.] Pulchra antitheſis. Illi occiſi, iſti invicti ſunt. Illi a muſcis, & locuſtis interfecti ſunt, iſti etiam nec a draconibus ſunt victi. Illi ſolis morſibus occubuerunt, iſti nec venenis, nec dentibus vinci potuerunt. Unde *Marc.* 16. Et ſi mortiferum quid biberint, non eis nocebit. *o* Miſericordia enim tua adveniens ſanabat illos.] Unde *Thren.* 3. Miſericordiæ Domini eſt, quod non ſumus conſumpti. *Pſal.* 93. Si dicebam motus eſt pes meus, miſericordia tua, Domine, adjuvabit me. Nec ſolum juvat miſericordia Dei, ne cadamus in tribulatione, ſed ut proficiamus. Fidelis eſt enim Deus, qui non patietur vos tentari ſupra id, quod poteſtis, ſed dat cum tentatione proventum, 1 *Cor.* 10 Tripliciter autem ſanat Dominus per miſericordiam ſuam. Primo, dans veniam peccatorum in contritione. Unde *Ezech.* 18. Si impius egerit pœnitentiam ab omnibus peccatis ſuis, quæ operatus eſt, & cuſtodierit præcepta mea, omnium iniquitatum ejus, quas operatus eſt, non recordabor. Secundo, cum dat conſolationem in tribulatione.

Dominus tripliciter ſanat per miſericordiam.

Unde 2. *Cor.* 1. Benedictus Deus, & Pater Domini noſtri Jeſu Chriſti, Pater miſericordiarum, & Deus totius conſolationis, qui conſolatur nos in omni tribulatione noſtra. Tertio, cum liberat ab omni miſeria in glorificatione, *Pſal.* 90. Cum ipſo ſum in tribulatione, eripiam eum, & glorificabo eum.

u Etenim neque herba, neque malagma ſanavit eos, ſed tuus, Domine, ſermo, qui ſanat omnia.] Hoc eſt contra multos, qui cum infirmantur, prius ad medicum, quam ad Chriſtum currunt, præponentes conſilium medici corporalis verbo Dei, quod eſt medicina ſpiritualis, *Pſalm.* 106. Miſit verbum ſuum, & ſanavit illos, & eripuit eos de interitionibus eorum. Cetera non mutantur ad finem cap.

Magna

a Et deducis ad portas mortis,] temporalis. *b* Et reducis,] a morte ad vitam ſuſcitando. Vel portæ mortis ſunt timor male humilians, aut amor male inflammans. Ad has portas deducit Dominus permiſſive, ſed reducit poteſtative. Vel portas mortis dicit Limbum, ad quem omnes ſanctos deducebat juſtitia Dei, ſed in cœlum reduxit omnes miſericordia Dei in aſcenſione.

quibus puniri ſunt filii Iſrael, exponi poteſt, ut innuit *Gloſſ.* hoc modo. *ſ* Quodam tempore] quando ſcilicet filii Iſrael erant in deſerto, quod eſt inter Hor, & mare rubrum, ut legitur *Num.* 21.

t Manſuetabatur ignis,] ideſt, igniti ſerpentes, ne filii Iſrael reſpicientes in ſerpentem æneum.

c Homo autem occidit, &c. Quaſi tu habes poteſtatem vitæ, & mortis, tamen nunquam mortem animæ infers.

al. † revocabit animam. *c* Homo autem occidit quidem per malitiam animam ſuam,] per conſenſum iniquæ ſuggeſtionis, vel per effectum pravæ actionis.

C

d Malitia enim, ut dicit *Raban.* utrumque complectitur, & nequitiam propriæ voluntatis, & effectum pravæ actionis. *Exod.* 9.

e Et cum exierit ſpiritus] humanus a corpore. *f* Non revertetur,] ad illud. Unde *Pſal.* 102. Spiritus pertranſibit in illo, & non ſubſiſtet, & non cognoſcet amplius locum ſuum. Et *Job.* 10. Vadam, & non revertar. Contra *Pſal.* 145. exibit ſpiritus ejus, & revertetur in terram ſuam. Solutio. Revertetur in die judicii & non revertetur in vita præſenti. Vel ſic.

e Cum exierit ſpiritus,] ad peccandum per ſe.

& *a* deducis uſque ad portas mortis, & *b* reducis: *c* Homo autem occidit quidem per *d* malitiam animam ſuam *e* & cum exierit ſpiritus *f* non revertetur nec † *g* revolabit anima, *h* quæ recepta eſt, ſed *i* tuam manum k effugere impoſſibile eſt. *l* Negantes enim noſſe te impii per *m* fortitudinem brachii tui, *n* flagellati ſunt, *o* novis aquis, & grandinibus & pluviis perſecutionem paſſi ſunt, & per ignem conſumpti. *p* Quod enim mirabile erat in aqua, quæ omnia extinguit, plus ignis valebat: *q* Vindex eſt enim orbis *r* juſtorum. *ſ* Quodam enim tempore *t* manſuetabatur ignis, ne *u* comburerentur, *x* quæ *y* ad impios miſſa erant animalia, *z* ſed ut ipſi *a* videntes *b* ſcirent, quoniam Dei judicio, *c* patiuntur perſecutionem. Et *d* quodam tempore in *e* aqua ſupra virtutem ignis exardebat undique, *f* ut † iniquæ terræ nationem exterminaret. *g* Pro quibus *h* Angelorum eſca nutriviſti populum tuum, & *i* paratum panem de cœlo præſtitiſti illis k ſine labore, *l* omne delectamentum in ſe habentem, *m* & omnis ſaporis ſuavitatem. *n* Subſtantiam enim tuam & dulcedinem tuam, *o* quam in filios habes, oſtendebas, & *p* deſerviens *q* uniuſcujuſque voluntati, ad quod quiſque volebat, convertebatur. Nix *r* autem & glacies *ſ* ſuſtinebant vim ignis, *t* & non tabeſcebant ut a ſcirent quoniam *x* fructus inimicorum *y* exterminabat ignis ardens in grandine & pluvia coruſcans.

u Comburerentur,] a talibus, ideſt, a ſerpentibus ignitis.

x Quæ animalia miſſa erant] a Deo.

y Ad impios,] ideſt, ad illos, qui murmuraverunt contra Moyſen, & contra Dominum puniendos. Nec erat hoc a caſu vel natura ſerpentum. al. † iniquam. *Exod.* 16. *Pſal.* 77. *De conſec. diſt.* 2. *c. revera.*

z Sed ut ipſi] Judæi.

a Videntes] hanc miſericordiam Dei circa ſe, vel videntes ſerpentem æneum.

b Scirent quoniam Dei judicio,] qui tamen miſericorditer punit hic.

c Patiuntur perſecutionem,] ideſt, tribulationem. Et dicit (Dei judicio,) ideſt, exigentia meritorum propriorum. *De conſec. diſt.* 2. *c. quotidie.*

d Et quodam tempore] alio dum adhuc filii Iſrael eſſent in Ægypto.

e In aqua ſupra virtutem ignis exardebat undique.] omnia circa ſe comburens, quæ inveniebat in agris, *Exod.* 9. Non impediente grandine, cum qua pariter ferebatur.

Pſal. 77. *f* Non revertetur,] ad locum priſtinum. Eſt enim homo ſpiritus vadens, & non rediens. Unde *Job* 7. Qui deſcendit ad inferos non aſcendet, *Prov.* 12. Omnes, qui ingrediuntur ad eam, non revertentur.

g Nec revolabit anima,] ideſt, retro volabit per ſe ad corpus ſuum, vel ad gratiam, vel ad vitam præſentem.

h Quæ recepta eſt,] a Deo, vel a diabolo.

i Sed tuam manum,] ideſt, tuam poteſtatem.

k Effugere impoſſibile eſt,] quia ubique eſt manus Domini. Unde *Iſa.* 43. Ego Deus ab initio, ego ipſe, & non eſt, qui de manu mea poſſit eruere.

Quo fugit Encelades? ſub Jove ſemper erit.
An neſcis longas Regibus eſſe manus?

Ovidius de ponto. Idem in epiſtolis. *l* Negantes enim noſſe te impii,] Ægyptii increduli.

m Per fortitudinem brachii tui,] ideſt, potentiæ tuæ, vel filii tui.

n Flagellati ſunt,] in Ægypto novis aquis de cœlo cadentibus, quæ dicuntur novæ, quia ad litteram in Ægypto non conſuevit pluere, ſed Nilus egrediens totam terram operit, & fœcundat. Unde exponit poſtea qualiter. a Novis aquis, & grandinibus, & pluviis perſecutionem paſſi ſunt & per ignem conſumpti,] ideſt, grandine, & pluvia, quæ ſimul cum igne mixta, pariter ferebantur, ut legitur *Exod* 9. quæ cuncta, quæ in agris reperta ſunt, deſtruxerunt. *p* Quod enim mirabile erat, &c.] ideſt, non amiſſa virtute ſua ardentior erat in aqua, quam per ſe. Et loquitur de igne, qui mixtus erat grandini. Nec eſt hoc mirum, quia omnis creatura Creatori deſervit. Unde *ſup.* 5. Pugnabit cum illo orbis terrarum contra inſenſatos. Et hoc eſt, quod dicit hic. *q* Vindex enim eſt orbis,] ideſt, omnis creatura. *r* Juſtorum] hominum, quos impii injuſte affligebant. *ſ* Quodam enim tempore manſuetabatur ignis,] ideſt, quaſi manſuetus parcebat.

u Ne comburerentur, quæ ad impios miſſa erant animalia,] ideſt, in hoc manſuetabatur ignis, qui cum grandine ferebatur, quod non combuſſit omnia animalia Ægyptiorum, quæ dicuntur miſſa ad impios, ideſt, data impiis, vel conceſſa a Deo. Nec fiebat hoc fortuitu.

z Sed ut ipſi,] ideſt, impii.

a Videntes,] inſolito more, & cum miſericordia ſe puniri.

b Scirent quoniam, &c.] cui obedit omnis creatura, hanc (patiuntur perſecutionem.) Vel de ignitis ſerpentibus,

f Ut iniquæ terræ,] illius, ideſt, [Ægypti nationem exterminaret:] Et hoc fiebat per illos.

g Pro quibus,] ideſt, per quos, vel merito quorum.

h Angelorum eſca nutriviſti populum tuum,] ideſt, manna miniſterio Angelorum, dato, vel ſignificante eum, qui eſt panis Angelorum.

i Et paratum de cœlo panem præſtitiſti illis,] ideſt, filiis Iſrael.

k Sine labore,] ad preces Moyſi.

l Omne delectamentum in ſe habentem,] quia ſapiebat cuilibet, quod volebat, ut dicit hic: inde dicit *Greg.* 6. moral. Sed ſi hoc, quomodo ergo poſtea quærebant ollas carnium? Sol. Ut viſu & nidore delectarentur in eis. Unde *Hier.* Aves coram divitibus lentis decoquuntur vaporibus ut viſu, & nidore reficiantur.

m Et omnis ſaporis ſuavitatem,] ideſt, virtutem ſapiendi ſuaviter cuilibet, quod volebat.

n Subſtantiam enim tuam & dulcedinem tuam, ideſt tuam ſubſtantialem dulcedinem. Vel (Subſtantiam tuam, & dulcedinem tuam,) ideſt, panem tuum ſubſtantialiter dulcem, ſignificantem tuam ſubſtantialem miſericordiam, ſive dulcedinem.

a Quam in filios] tuos, (habes, oſtendebas,) in pane illo dulci. *p* Et deſerviens,) ille panis, ſcilicet.

q Uniuſcujuſque voluntati, ad quod quiſque volebat, convertebatur,] in ore illius Deo faciente.

r Nix autem & glacies,] ideſt, manna ſimile nivi, & glaciei.

ſ Suſtinebant vim ignis, & non tabeſcebant,] ideſt, non liquefiebat manna ad ignem.

u Ut ſcirent,] ipſi filii Iſrael, ideſt, ad memoriam revocarent.

x Quoniam fructus inimicorum,] ideſt, ſegetes Ægyptiorum.

y Exterminabat ignis ardens in grandine, & in pluvia coruſcans,] qui manna non poterat liquefacere, ſed potius indurabat, licet ſimile eſſet glaciei, & nivi, quæ naturaliter igne ſolvuntur. Vel ſic.

r Nix autem & glacies,] ideſt, pluvia congelata in grandinem veniens cum igne, *Exod.* 9. *ſ* Suſtinebant vim ignis,] quia non diſſolvebantur ab igne. *t* Et non tabeſcebant,] ideſt, non reſolvebantur, licet eſſent mixta igni.

u Ut ſcirent quoniam fructus inimicorum,] Dei, (exterminabat ignis ardens in grandine, &c.) non impediente pluvia.

Hoc

a Hoc autem iterum, ut nutrirentur juſti,] quaſi dicat, ignis in grandine ardebat, & in pluvia coruſcabat, hoc factum eſt, ut nutrirentur juſti in fide, & timore Dei. Juſtus enim cum viderit vindictam, lavabit manus ſuas in ſanguine peccatoris. (Iterum) autem, non dicit iterationem facti, ſed dicti, quia auctor hoc idem dixerat ſupra. D

al † factum. *b* Ignis etiam ſuæ virtutis oblitus eſt,] ut ſimiliter nutrirentur juſti, ideſt, reſpirarent, ut in ſerpentibus ignitis, *Num.* 21. Et in grandine. *Exod.* 9. Et in camino trium puerorum, *Dan.* 3. Nec mirum hoc.

al. † non habet ignis.

al. † exardeſcit.

c Creatura enim tua,] ideſt, ignis, vel quælibet alia.

al. † levior.

d Tibi factori deſerviens exardeſcit in tormentum adverſus injuſtos:] Sicut patet in illis, qui miſerunt tres pueros in fornacem, qui ab igne conſumpti ſunt, pueris manentibus illæſis, *Dan.* 3.

e Et levior, vel (lenior fit ad benefaciendum pro his, qui in te confidunt,] ut patet in tribus pueris, quorum vincula conſumpſit ignis, ipſis autem pueris nihil moleſtiæ intulit, & in filiis Iſrael, qui cum eſſent cum Ægyptiis in Ægypto ipſis tabeſcentibus in tormentis, nihil mali ſuſtinebant.

f Propter hoc,] ſc. quia creatura deſervit ſuo Creatori.

g Et tunc, quando Ægyptii torquebantur.

Hoc autem † *a* iterum, ut nutrirentur juſti, † ignis *b* etiam ſuæ virtutis oblitus eſt. *c* Creatura enim tua tibi *d* factori deſerviens, † exardeſcit in tormentum adverſus injuſtos, & *e* † lenior fit ad benefaciendum pro his, qui in te confidunt. *f* Propter hoc, & *g* tunc *h* omnia transfigurata omnium *i* nutrici gratiæ tuæ deſerviebant ad k voluntatem horum, qui a te deſiderati ſunt, ut *l* ſcirent filii tui, quos dilexiſti, Domine, quoniam non nativitatis fructus *m* paſcunt homines, ſed *n* ſermo tuus hos, qui in te crediderunt conſervat. Quod *o* enim ab igne non poterat exterminari, *p* ſtatim ab exiguo radio Solis calefactum tabeſcebat, ut *q* notum omnibus eſſet, quoniam oportet prævenire Solem ad *r* benedictionem tuam, & *ſ* ad † ortum † Solis te adorare. *t* Ingrati enim † *u* ſpes tanquam *x* hybernalis glacies tabeſcet, & *y* diſperiet, tanquam *z* aqua ſupervacua.

CAP. XVII.

a MAgna enim ſunt judicia tua Domine, *b* inenarrabilia verba tua, *c* propter hoc *d* indiſciplinatæ animæ *e* erraverunt; *f* Dum enim perſuaſum habent iniqui *g* poſſe dominari nationi ſanctæ, *h* vinculis tenebrarum, & *i* longæ noctis compediti, k incluſi ſub tectis, *l* fugitivi perpetuæ providentiæ † *m* placuerunt:

h Omnia transfigurata,] ideſt in ſua virtute mutata, ut aqua ignem non extinguens, & ignis in aqua ardens, & lucens, & manna pro voluntate cuilibet ſapiens, & mare rubrum quaſi ſolidum hinc & inde non fluens, & ſerpentes igniti ad aſpectum ænei non mordentes.

i Omnium nutrici gratiæ tuæ deſerviebant,] ideſt tibi, qui gratis tuos nutris.

k Ad voluntatem horum, qui a te deſiderati ſunt,] ideſt, qui te deſideraverunt poſt a te deſiderati.

l Ut ſcirent filii tui, quos dilexiſti, Domine, quoniam non nativitatis fructus,] qui de terra naſcuntur.

m Paſcunt homines] qui ſunt re, & nomine homines.

n Sed ſermo tuus hos, qui in te crediderunt, conſervat,] ideſt, in corpore, & anima ſervat. Unde *Deut.* 8. Dedit tibi Dominus cibum manna, quod ignorabas tu, & patres tui, ut oſtenderet tibi, quod non in ſolo pane vivit homo, ſed in omni verbo, quod egreditur ex ore Domini. Et revera hæc fiebant propter filios tuos. *o* Quod enim ab igne non poterat exterminari,] ideſt, manna, quod ad ignem non liquefiebat. *p* Statim ab exiguo radio Solis calefactum tabeſcebat,] ideſt, liquefiebat. Unde ante Solis ortum colligebatur, *Exod.* 16. *q* Ut notum omnibus eſſet, quoniam oportet prævenire Solem ad benedictionem tuam,] ideſt, oportebat ante Solem colligere manna, quod datum eſt tibi benedictio a Deo.

ſ Et ad ortum Solis te adorare,] qui dediſti manna, & Sol liquefacit, quod invenit foris. Vel ſic.

p Ab exiguo radio Solis calefactum tabeſcebat,] manna. Quod ideo fiebat: (Ut notum omnibus eſſet, quoniam oportet prævenire Solem,) ideſt diem judicii bene operando. *r* Ad benedictionem tuam,] ideſt, ut habeas illam benedictionem: Venite benedicti Patris mei, &c. *Matt.* 25. *ſ* Et] oportet, (adorare ad ortum Solis,) ideſt, credere Chriſti nativitatem, in cujus ortu omnia patefacta ſunt, quæ dicta fuerant per Prophetas, quod ſignificat mannæ liquefactio ad Solem. *t* Ingrati enim,) ideſt Judaici populi. *u* Spes,] ideſt, fides, qua expectant Regem ſuum Antichriſtum.

x Tanquam hybernalis glacies tabeſcet,] quia vernalis glacies citius, quam hybernalis. Sed hoc dixit auctor ad innuendum, quod licet ad tempus ſpes impii ſolidetur, tamen poſtea ſolvetur in nihilum.

y Et diſperiet tanquam,] ideſt, diſperibit ſine fructu juſtitiæ. *z* Aqua ſupervacua,] ideſt, ad nullum uſum apta, quæ in terram expanditur, ſic traditiones Judæorum peribunt, quæ nullius uſui ſunt aptæ,

EXPOSITIO CAP. XVII.

MAgna enim ſunt.] Dixerat auctor de multiplici malorum afflictione, & bonorum liberatione, & ingratorum condemnatione, quę omnia non fortuiter, ſed divina diſpoſitione geruntur, licet cauſa eorum non evidenter appareat. al. diſt. et Eccleſiaſticorum.

a Magna enim ſunt] quibus omnia judicas occulte, vel aperte, quibus hos eligis, illos reprobas, quibus iſtorum pœnam differs, & illorum acceleras, quibus innocentes hic affligis, & peſtilentes exaltari, & florere permittis, quod omnino hominibus eſt ignotum. al. † orientem. al † lucis; al. † fides.

Unde *Pſal.* 35. Judicia tua abyſſus multa. A

b Et inenarrabilia,] ideſt, facta tua, operibus enim ſuis non loquitur Deus.

Unde non tantum auribus, ſed etiam oculis audiuntur verba Domini. Similiter accipitur verbum, *Iſa.* 39. Non fuit verbum in domo ſua, quod non oſtenderet eis. Et *Luc* 2. Tranſeamus uſque Bethlehem, & videamus hoc verbum, quod factum eſt. Et ſignanter dicit (inenarrabilia) ideſt extra narrabilia. Narrari quidem poſſunt. al. † [illegible] ſunt. Unde *Pſal.* 74. Narrabimus mirabilia tua. Sed enarrari non poſſunt, quia cauſæ factorum inveſtigari non poſſunt.

Unde *Iſa.* 53. Generationem ejus quis enarrabit? Et *Roman.* 8. Spiritus poſtulat pro nobis gemitibus inenarrabilibus. Vel judicia Dei dicuntur conſilia ejus, verba ejus dicuntur opera ejus. Et utraque profunda ſunt, & inſcrutabilia.

Unde *Rom* 11. O altitudo divitiarum ſapientiæ, & ſcientiæ Dei, quam incomprehenſibilia ſunt judicia ejus, & inveſtigabiles viæ ejus! ideſt, opera.

c Propter hoc,] quia ſcilicet, mali Creatorem ſuum credere, & intelligere noluerunt, vel quia expectas, vel differs vindictam eorum.

d Indiſciplinatæ animæ,] ideſt, quæ non receperunt verba tua, & flagella, ut diſciplinam, vel quos non diſciplinaſti, flagellis parcendo.

e Erraverunt,] a via veritatis.

f Dum enim, &c.] ideſt, Ægyptii, longa expectatione. *g* Poſſe dominari nationi ſanctæ,] ideſt, populo Iſraelitico, ideſt, dum Ægyptii credunt ſe poſſe dominari filiis Iſrael, propter longam expectationem.

h Vinculis tenebrarum, &c.] ideſt [longæ noctis compediti, ideſt, puniti tenebris palpabilibus, quæ tribus diebus, & tribus noctibus duraverunt, ut legitur *Exod.* 10. & ideo dicitur longæ noctis. Vel.

h Vinculis tenebrarum, ideſt, vinculis peccatorum.

i Et,] vinculis, (longæ noctis,) ideſt, tenebroſæ oblivionis compediti.

k Incluſi ſub tectis,] quia non poterant ire quoquam, propter nimietatem tenebrarum, & obſcuritatis.

l Fugitivi perpetuæ providentiæ placuerunt,] ideſt, qui a ſcelere ſuo fugerunt per pœnitentiam, placuerunt perpetuæ providentiæ Dei, a qua habuerunt, ut fugerent a peccatis ſuis. Vel, (Fugitivi perpetuæ providentię placuerunt) ideſt, fugere volentes divinam providentiam, quę perpetua eſt, ideſt, immutabilis.

m Placuerunt] puniri, ideſt, pœna illorum placuit. Aliam

Moraliter. Per Ægyptios intelliguntur omnes mali, qui compediti ſunt vinculis tenebrarum, ignorantię, & culpæ, quarum primæ excæcant intellectum, ſecundę ligant affectum. Moraliter.

Unde bene dicitur hic. *f* Dum perſuaſum habent iniqui poſſe dominari nationi ſanctę, vinculis tenebrarum, & longę noctis compediti, incluſi ſub tectis, fugitivi perpetuę, &c.] ad pœnam, qui diſplicuerunt in culpa. Et hoc

▲ placuit. Aliam litteram ponit *Rabanus* (Fugitivi perpetuæ providentiæ,) ideſt Ægyptii volentes fugere pœnam proviſam ſibi ab æterno, compediti tenebris (jacuerunt non valentes movere pedem.)

a Et dum putant, &c.] ideſt obſcuritatem mentis inducentibus, & ad æternas pœnas perducentibus.

b Tenebroſo, &c.] ideſt, propter tenebroſum oblivionis velamen.

c Diſperſi ſunt,] ab invicem propter tenebras: & alii in agris, alii in aquis, alii in domibus reperti ſunt.

d Paventes horrende, & cum admiratione nimia perturbati,] ideſt, perfecte turbati. Boni enim ſæpe turbantur. Unde *Pſalm.* 6. Et anima mea turbata eſt valde. Sed nunquam perturbantur. Unde dicit *B. Bern.* Propter peccatum meum grande turbatur conſcientia mea, ſed non perturbabitur, recordabor enim vulnerum Domini.

Et *a* dum putant ſe latere in obſcuris peccatis, *b* tenebroſo oblivionis velamento *c* diſperſi ſunt, *d* paventes horrende, & cum admiratione nimia perturbati. *e* Neque enim quæ continebat illos ſpelunca, *f* ſine timore cuſtodiebat, *g* quoniam ſonitus *h* deſcendens *i* perturbabat illos, & *k* perſonæ triſtes illis apparentes, pavorem præſtabant: *l* Et ignis quidem nulla vis poterat illis lumen præbere, nec *m* ſiderum limpidæ flammæ illuminare poterant illam noctem horrendam. *n* Apparebat autem illis ſubitaneus ignis, timore plenus, & *o* timore percuſſi illius, quæ non videbatur faciei, *p* æſtimabant deteriora eſſe, quæ videbantur, & *q* magicæ artis appoſiti erant deriſus,

e Neque enim quæ continebat illos ſpelunca,] in qua latere, & abſcondi valebant Ægyptii.

f Sine timore cuſtodiebat,] Semper enim tenebras concomitatur horror. Et quanto minus diſcernit quis, quæ circa ſe ſunt, tanto magis metuit undique. Sic Ægyptii triduo maximas tenebras paſſi ſunt, quas nec Sol, nec Luna, nec ſtellæ poterant illuminare, & ubique latebant, & nimio terrore pavebant omnia etiam inſenſibilia, & inanimata, quæ nocere non poſſunt.

g Quoniam ſonitus,] ideſt fragor aeris.

h Deſcendens] uſque ad eos perveniens.

i Perturbabat illos,] ideſt, intra & extra perfecte turbabat.

k Et perſonæ triſtes illis apparentes, pavorem præſtabant,] ideſt, phantaſmata, quæ Dæmones illis ingerebant ad augmentum pœnarum, & ita tam viſus, quam auditus illis terrorem incutiebat ad tormentum.

l Et ignis quidem nulla vis poterat illis lumen præbere,] ideſt, nullus ignis quantumcumque magnus, vel clarus, poterat illas tenebras effugare.

m Nec ſiderum limpidæ flammæ illuminare poterant illam noctem horrendam,] ideſt horribilem, horroribus plenam. *n* Apparebat autem illis,] Ægyptiis, (ſubitaneus ignis timore plenus,) ideſt, coruſcatio cœli terribilis, quæ minatur fulgura.

o Et timore percuſſi illius, quæ non videbatur faciei,] ideſt, imaginis, quam nondum videbant. Et reſpicit quod ſupra dixerat, perſonas triſtes, quas non videbant ſenſibiliter, ſed phantaſtice, vel imaginarie.

p Æſtimabant deteriora eſſe, quæ videbantur,] quam eſſent. Peſſimus eſt enim in dubiis angor, timor, nam ſi qua latent, pejora putat. Unde Ægyptii dolore præſentium, & timore futurorum perturbati, quæ in præſenti patiebantur, deteriora putabant, quam eſſent. Aliqui libri habent.

o Et timore percuſſi illius, quæ videbatur faciei,] ideſt, illarum perſonarum triſtium, quæ apparebant eis.

p Æſtimabant deteriora eſſe, quæ non videbantur,] ideſt ea, quæ non videbant, æſtimabant deteriora eſſe eis, quæ videbant, & ſentiebant. Et eſt lectio iſta facilior. Sed pauci habent hanc litteram. Alii habent ſic, & verius. *o* Et timore percuſſi illius, quæ non videbatur faciei, æſtimabant deteriora eſſe, quæ videbantur.] Et eſt ſenſus, quia turbati horrore præſentium, putabant futura, quæ timebant eſſe deteriora præſentibus, quæ ſuſtinebant. Conſtruitur autem littera ſic.

o Et percuſſit timore illius faciei,] ideſt, hujus viſionis, quam videbant.

p Quæ non videbantur, æſtimabant deteriora eſſe,] his (quæ videbantur.) Et huic lectioni conſonat *Interlin. Rabani*: Quanto graviores ſunt dolores, tanto majores timentur horrores.

q Et magicæ artis appoſiti erant deriſus,] ideſt prædictis malis acceſſit deriſus Magorum Pharaonis, qui defecerant in tertio ſigno, *Exod.* 8. Et qui paulo ante medicos ſe jactabant; ſerpentes & cetera animalia, ſicut alii homines, metuebant, unde deriſibiles erant.

▲ Et Sapientiæ gloria

* culpæ. Et hoc juſto Dei judicio fit, ut qui ſibi placent in culpa, ipſi ſibi diſpliceant in pœna. Et e contrario: Qui Domino diſplicuerunt in culpa, placeant in pœna. Longam noctem vocat tenebras trium dierum. Tres enim dies fecit Dominus: Quorum primus eſt dies paſſionis, quæ ſignificat totam vitam noſtram, quæ debet eſſe in labore, & paſſione. *Moraliter.*

B

Unde *Job* 5. Homo natus ad laborem. Secundus dies eſt ſepulturæ, ſive quietis, & ſignificat quietem animarum in prima ſtola ante judicium, de quo *Joan.* 12. Sinite illam, ut in diem ſepulturæ meæ ſervet illud. Tertius dies eſt dies reſurrectionis, & ſignificat ſtatum glorificationis in utraque ſtola, de qua dicitur in *Pſal.* 117. Hæc eſt dies, quam fecit Dominus: exultemus, & lætemur in ea. Huic triplici diei homo quartum addit, quem ipſemet facit, ſcilicet, diem mundanæ jucunditatis. De qua dicitur *Jer.* 17. Diem hominis non deſideravi. Et *Job* 3. Pereat dies, in qua natus ſum, & nox in qua dictum eſt, conceptus eſt homo. Sequitur.

a Et dum putant ſe latere in obſcuris peccatis tenebroſo oblivionis velamento diſperſi ſunt, paventes horrende, & cum admiratione nimia perturbati.] Quatuor hic tangit afflictiones, quibus ſtatus peccatoris poſt mortem circumcingitur, ipſum anguſtians, & affligens: Horror de præſentibus malis, quæ ſuſtinet: Pavor de futuro ſupplicio, quod imminet. Nam, ut dicit *Beatus Bernardus*: Exitium peccatoris laqueales illæ inſidiæ præſtolantur: Admiratio de ſubita mutatione, & novitate pœnæ. Unde *ſupra* 5. Videntes turbabuntur timore horribili, & mirabuntur in ſubitatione inſperatæ ſalutis. Ex his tribus conflatur quarta, ideſt, turbatio, quæ inducit deſperationem. Sequitur.

e Neque enim, quæ continebat illos, ſpelunca ſine timore cuſtodiebat.] Spelunca iſta eſt carcer peccati, in quo cuſtoditur peccator, quouſque ad judicium ducatur, ſicut latro infernali patibulo ſuſpendendus.

Unde *Euſebius*: Cum ad hoc crudelis cuſtodiæ perventum fuerit, ubi jam futuri judicii ipſa ſui expectatione deſævit pœna, ſolus mœror occupabit animam, omni ſolatio deſtitutam, *Iſa.* 24. Claudentur ibi in carcere, & poſt multos dies viſitabuntur: & erubeſcet Luna, & confundetur Sol. Ipſi etiam Dæmones quidem erubeſcent, & erubeſcunt peccata quorumdam.

Unde *Ezech.* 17. Dabo te in animas odientium te filiarum Palæſtinarum, ideſt, Dæmonum, quæ erubeſcunt in via tua ſcelerata. Sequitur.

l Et ignis quidem nulla vis poterat illis lumen præbere, nec ſiderum limpidæ flammæ illuminare poterant illam noctem horrendam.] Ignis eſt ipſe Deus, *Deuter.* 4. Deus noſter ignis conſumens eſt. Sidera autem Prædicatores. Vel ignis charitas, *Lucæ* 12. Ignem veni mittere in terram, & quid volo, niſi ut ardeat? Sidera autem ceteræ virtutes, quæ in cœlo animæ debent lucere. Recte ergo nec ignis, nec ſidera noctem illam illuminare poterant, quia inferni tenebras, nec Deus, nec Prædicator aliquis, nec charitas, nec virtus alia poterit illuminare. Magnum enim chaos firmatum eſt inter nos, & vos, dicit Abraham diviti, *Luc.* 16.

n Apparebat autem illis ſubitaneus ignis timore plenus,] quia in Inferno damnatis lucebit ignis, non ad conſolationem, ſed ad damnationem; ut ſcilicet, videant ſecum in pœna, quos ſocios habebant in culpa, ut dicit *Gregorius*: In præſenti etiam malis apparet ignis ſubitaneus timore plenus, mala conſcientia. Ignis enim ardet, & lucet; & mala conſcientia ardet, quia mordet; lucet, quia recognoſcit quod fecit; ardet, quia torquet; torquet, quia mala; lucet, quia conſcientia, ut dicit *B. Bernardus*: Nullus eſt oculus, quem magis vitare velit peccator, & minus poſſit.

q Et magicæ artis appoſiti erant deriſus.] Hoc refertur ad præſentem ſtatum Eccleſiæ. Sicut enim Ægyptus tunc habuit Magos, ideſt Sapientes maleficos, ſic & Eccleſia modo quamplurimos Magos habet, ſive Sapientes maleficos, Quid enim ſapientes malefici niſi Doctores, & Prædica-

* tores mali,

A *a* Et Sapientiæ gloria,] ideſt, Sapientia de qua prius gloriabantur Magi. Vel [gloria] de qua Sapientia ſua gloriabantur.

b Correctio cum contumelia,] ideſt, fuit cauſa, quare ita contumelioſe corriperentur a Domino, vel a ſociis ſuis, qui corripiendo eos de vana gloria magicæ artis prorumpebant io conrumeliam. Eſt autem correctio cum contumelia quando quis omnino reluctans de nequitia ſua convincitur; correctio vero ſine contumelia eſt, cum quis peccatum ſuum humiliter recognoſcens ad correctionem emendatur. Unde *Proverb.* 11. ubi fuerit ſuperbia, ibi contumelia; ubi autem humilitas, ibi Sapientia. Vel

al. † correptio.

al. † turbationes.

a Sapientiæ,] ideſt, Sapientia Moyſi glorioſa.

b Correctio,] ideſt, per Sapientiam Moyſi correcti ſunt Magi, & contumelioſi facti.

c Illi enim, qui promittebant timores.] Cauſam aſſignat auctor quare contumelioſi, & deridendi facti ſunt Magi, quia ſcilicet, jactabant ſe expellere portenta, quæ Moyſes faciebat, & ipſi æque, ut alii terrebantur. Et hoc eſt. [Illi enim:] Quaſi ita correcti ſunt Magi contumelia.

al † data eſt omnium condemnata.

c Illi enim,] ideſt, Magi.

d Qui promittebant timores, & perturbationes ſe expellere ab anima languente] præ timore ſignorum, & portentorum.

& *a* Sapientiæ gloria † *b* correctio cum contumelia. *c* Illi enim *d* qui promittebant timores, & † perturbationes ſe expellere ab anima languente, hi *e* cum deriſu pleni timore languebant. *f* Nam & ſi nihil illos ex *g* monſtris † perturbabat, *h* tranſitu animalium, & ſerpentium ſibilatione commoti tremebundi peribant, & *i* aerem, quem nulla ratione quis effugere poſſet *k* negantes ſe videre. *l* Frequentet enim *m* præoccupabant *n* peſſima, redarguente conſcientia. *o* Cum ſit enim timida nequitia, † *p* data eſt in omnium condemnationem. *q* Semper enim *r* præſumit *ſ* ſæva, *t* perturbata conſcientia. *u* Nihil enim eſt timor, niſi præſumptionis adjutorium, *x* proditio *y* cogitatio-

e Hi cum deriſu pleni timore languebant,] ideſt, præ timore, ſicut & alii. Et qui medicos prius ſe jactabant, ſibi mederi non poterant. Sicut refert *Auguſtinus* de quodam Philoſopho, qui dicebat non eſſe timendum ad aliquod incommodom; & ipſe io mari plus quam alii timuit.

f Nam etſi nihil illos,] ideſt, Magos.

g Ex monſtris perturbabat,] ideſt, lædebat corporaliter mordendo, perturbabat autem, quando promittebaot ſe expellere perturbationes ab aliis.

h Tranſitu animalium, & ſerpentium ſibilatione commoti, tremebundi peribant] ſicut legitur *Levit.* 26. Terrebit eos ſonitus folii volantis. Vel poteſt eſſe, quod Magos tranſitus animalium, & ſibilus ſerpentum terrebat, quos prius monſtra non terruerant, quia conſueti erant videre talia. Sicut dicitur de Balaam, quod non expavit ad vocem aſinæ, quia conſuetus erat monſtris, *Num.* 22.

i Et aerem, quem nulla ratione quis.] Quaſi ita tremebundi peribaot. [Et aerem, quem nulla ratione quis effugere,] ideſt, ſine quo nullos homo vivere poſſet.

k Negantes ſe videre,] tantæ erant tenebræ, in quo exprimitur nimietas timoris. Vel hoc dicebant Magi, ſcilicet ſe propter nimiam obſcuritatem non poſſe videre, ne timidi apparerent, ſecundum quod vulgariter dicitur: Bonum eſt verberare ſuperbum, quoniam non facile proprium dedecus confitetur. Nec mirum ſi tunc timebant.

l Frequentet enim præoccupant peſſima redarguente conſcientia,] ideſt, frequenter afflicti vaticinantur pejora futura, quorum timore ſolo graviter cruciantur.

Vel [peſſima] poteſt eſſe nominativi caſus, & eſſe ſenſus. *m* Peſſima,] ideſt, pejora præſentibus.

Juvenalis Satyr. 13.

n Præoccupant,] illos afflictos, ideſt ſola ſuſpicione tremunt redarguente conſcientia, & dicente eos propter peccata ſua puniri. Unde exemplo quodcunque malo committitur, ipſi diſplicet auctori, prima eſt hæc oltio, quod ſe Judice nemo nocens abſolvitur.

o Cum ſit enim timida,] ideſt, timori annexa, vel timore plena.

p Data eſt in omnium condemnationem] per timorem ſibi annexum, quo ſtatim cruciat, & futuræ pœnæ indicium.

Unde alia litera habet. [Dat teſtimonium condemnata] Statim enim condemnata nequitia judicio propriæ conſcientiæ dat teſtimonium futuræ pœnæ. Unde *Seneca*: Scelus aliquis tutum, nullus ſecurum tulit. Et vero data eſt nequitia in condemnationem.

q Semper enim præſumit ſæva,] ideſt, anticipat futura timendo, & ampliora fingendo.

t Perturbata] timore pœnæ, & propria reprehenſione. Et revera præſumit ſæva conſcientia perturbata timore.

u Nihil enim eſt timor, niſi præſumptionis adjutorium,] ideſt, augmentum augurii futurorum malorum. Quanto enim amplius timet peccator, tanto ampliora mala auguratur futura. Et iterum timor eſt.

x Proditio cogitationis auxiliorum,] ideſt, timor prodit, & manifeſtat cogitationes, quibus timens cogitat de auxilio, quo ſperat evadere. Vel timor eſt proditio cogitationis auxiliorum,] ideſt, prodit, quod ipſe timens non cogitat de auxilio Dei, qui ſi cogitaret, & ſperaret, nec timeret. Unde *Pſalm.* 55. In Deo ſperavi, non timebo quid faciat mihi homo. C

A *a* Et dum

Aliter exponunt hoc Gloſſ. *q* Semper enim præſumit ſæva, &c.] quaſi dicat, timida nequitia, ideſt, timor annexus nequitiæ conſcientiæ, datus eſt in condemnationem omnium peccatorum, urens mentem, & reprimens timorem, quo tumeſcit contra Deum, peccare non timens. *Aliter ſecundum Gloſſ.*

r Præſumit enim,] ideſt, tumeſcit & extollitur.

ſ Sæva perturbata conſcientia] ideſt crudelis, & inquieta conſcientia peccatoris. Juxta illud *Pſal.* 73. Superbia eorum, qui te oderunt, aſcendit ſemper. Sed hæc ſuperbia timore annexa nequitiæ, comprimitur.

u Nihil enim eſt timor, niſi præſumptionis adjutorium,] ideſt, elationis medicamentum. Et iterum timor ille eſt.

x Proditio cogitationis auxiliorum,] ideſt proditio cogitationum de habendo auxilio. Timor enim quando magnus eſt in mente, excludit cogitationes auxiliorum quærendorum, vel ſperandorum. Vel timor eſt (proditio,) ideſt, manifeſtatio.

y Cogitationis auxiliorum,] ideſt, auxiliorum cogitationis, ideſt, ſuſpiriorum, ſingultuum, & palloris, & terroris, & hujuſmodi, quæ ſunt auxilia ad deprehendendum cogitationes timidæ conſcientiæ, quia in vultu hominis legitur ſincera voluntas. Unde. Eſt facies hominis ſecunda lingua ſui. Et alibi.

Θ *Heu quam difficile*

* tores mali, qui ſapientes ſunt in docendo, ſed mali in vivendo. Sicut enim Magi oculos intuentium deludunt per falſam apparentiam; ſic Doctores, & Prædicatores moderni, aures audientium deludunt per falſam doctrinam. Falſa enim eſt omnis doctrina, cui non ſubeſt vita bona. Hi Magi ſunt appoſiti ad deriſum, non ſolum hominibus, ſed & dæmonibus. Unde *Job* 41. dicitur de Behemoth: In ſtipulam verſi ſunt ei lapides fundæ, quaſi ſtipulam æſtimabit malleum, & deridebit vibrantem haſtam, ſub ipſo erunt radii Solis, & ſternet ſibi aurum quaſi lutum. Et *Abacuc* 1. Ipſe de Regibus triumphabit, & tyranni ridiculi ejus erunt, & ipſe ſuper omnem munitionem ridebit. Et merito deridendi ſunt iſti Magi. Sunt enim nuncii David, de quibus dicitur 2. *Regum* 10. Tulit Anon ſervus David, raſitque dimidiam partem barbæ eorum, & præcidit veſtes eorum medias uſque ad nates, & dimiſit eos. Barba ſignificat fortitudinem operis, & ſermonis, per veſtes converſatio deſignatur. Medietas ergo barbæ raditur, cum bonum opus tollitur, ſed ſermo docendi conceditur. Veſtes vero uſque ad nates præciduntur, cum turpitudo vitæ revelatur. Et Sapientiæ gloria correctio cum contumelia,] ideſt, gloriantes de Sapientia, cum contumelia corripiunt peccatores. Paucos enim invenies, qui compatiantur peccatoribus ex affectu, ſed multos audies acerrime corripientes. *Moraliter.*

s Illi enim, qui promittebant timores, & perturbationes ſe expellere ab anima languente, ipſi cum deriſu pleni timore languebant.] Similiter eſt hodie. Illi enim, qui ſe curam animarum profitentur ſuſcipere, animæ ſuæ languorem ſuſtinent verecundum.

Et tales hodie inſtituuntur ad docendum, & intercedendum. Sed dicit *Gregorius*: Cum is, qui diſplicet, ad intercedendum mittitur, irati animus ad deteriora provocatur. Alia non mutantur uſque ad finem capituli.

a Et dum intra,] vel (ab intro,) ideſt, in mente,
b Minor eſt expectatio,] ideſt, ſpes auxiliorum.
c Majorem computat potentiam,] vel (audaciam ejus cauſæ, de qua tormentum præſtat.) timida enim conſcientia, majores æſtimat vires adverſarii, quam ſint.

ſecundum Gloſſ. Ovid. 2. Metam.

⊖ *Heu quam difficile eſt crimen non prodere vultu.*
a Et dum ab intro minor eſt expectatio] auxiliorum.
b Majorem computat potentiam ejus cauſæ, de qua tormentum,) timoris.
d Præſtat,] ideſt, præſto, vel præſtans eſt, ideſt, validum.

al. † audaciam.

e Illi autem, &c.] Hic agit auctor de horrore tenebrarum, quo Ægyptii circumdati, nec vigilantes, nec dormientes, quieſcere poterant, quia horrendis monſtris, & viſionibus, & terrore nimio turbabantur, nec fugiendi erat facultas, quia licet ſine compede, vel catena eſſent, cum carcere tenebrarum claudebantur, unde tribus diebus nemo vidit fratrem ſuum, nec movit pedem ſuum, de loco, in quo erat, *Exod.* 10. Et hoc eſt: [Illi autem, qui impotentem venere noctem, & ab infimis, & ab altiſſimis ſupervenientem eumdem ſomnum dormientes, aliquando monſtrorum exagitabantur timore, aliquando animæ deficiebant traductione. Subitaneus enim illis, & inſperatus timor ſupervenerat.] Ita conſtrue. Sicut dictum eſt, languebant Magi deriſu.

al. † ſcientiam.
al. † horrendam.

D

e Illi autem,] ideſt, Ægyptii omnes, qui patiebantur, ſupple.

al. † non habet arborum.

f Noctem venere impotentem,] ideſt, penitus impotentes facientem Ægyptios.

al. † in unum.

g Et ab infimis, & ab altiſſimis ſupervenientem,] ideſt, a peccatis eorum profundiſſimis, & ad inferos deducentibus. Vel g Ab infimis] ideſt, a peccatis deſperationis.
h Et ab altiſſimis,] ideſt, a peccatis præſumptionis.
i Supervenientem, ideſt, ſuper eos venientem, vel deſuper venientem. Vel, [ab infimis, & ab altiſſimis ſupervenientem,] ideſt, a fumoſitatibus terræ deſubtus venientibus, & a defectu luminis deſuper exiſtente.
k Eumdem ſomnum,] ideſt, eamdem noctem, ſive eaſdem tenebras patientes in ſomnis.
l Aliquando monſtrorum exagitabantur timore,] ſicut ſæpe contingit dormientibus, qui vident viſiones horribiles, quæ eos exterrent.
m Aliquando animæ deficiebant traductione,] ideſt, ipſi deficiebant traductione animæ, ideſt, morte, qua anima traducebatur de vita ad mortem, vel de corpore ad infernum, vel de ſenſu ad inſaniam, quia fiebant dementes præ timore.
n Subitaneus enim illis, & inſperatus,] ideſt, improviſus, & ideo magis lædens.
o Timor ſupervenerat,] ideſt, deſuper venerat, undique miſeri cruciabantur, quicquid auribus, vel oculis, vel quocumque alio ſenſu percipiebant, tanquam periculoſum formidabant.
p Deinde ſi quiſquam ex illis decidiſſet,] alicubi præ timore.
q Cuſtodiebatur in carcere,] tenebrarum.
r Sine ferro recluſus,] ideſt, tenebris obvolutus, quaſi carcere tenebroſo recluſus.
ſ Si enim ruſticus quis erat, aut paſtor, aut agri laborum operarius præoccupatus eſſet,] in agris, ab ipſis tenebris.

nis auxiliorum. Et a dum ab intro b minor eſt expectatio, c majorem computat † potentiam ejus cauſæ de qua tormentum d præſtat. Illi e autem, qui † f impotentem venere noctem, & g ab infimis, & ab h altiſſimis i ſupervenientem, k eumdem ſomnum dormientes, l aliquando monſtrorum exagitabantur timore, m aliquando animæ deficiebant traductione. n Subitaneus enim illis, & inſperatus o timor ſupervenerat. p Deinde ſi quiſquam ex illis decidiſſet, q cuſtodiebatur in carcere ſine r ferro recluſus. ſ Si enim ruſticus quis erat, aut paſtor, aut agri laborum operarius præoccupatus eſſet, t ineffugabilem ſuſtinebat neceſſitatem. u Una enim catena tenebrarum omnes erant colligati. x Sive ſpiritus ſibilans, aut y inter ſpiſſos † arborum ramos avium ſonus ſuavis, aut vis aquæ decurrentis † nimium, aut ſonus validus præcipitantium petrarum, aut z ludentium animalium curſus inviſus, aut a mugientium valida beſtiarum vox, aut reſonans de altiſſimis montibus Echo, b deficientes † faciebat illos præ timore. c Omnis enim orbis d terrarum e limpido f illuminabatur lumine, & non impeditis operibus continebatur. g Solis autem illis h ſuppoſita erat gravis nox, i imago tenebrarum, quæ ſuperventura illis erat. Ipſi k ergo ſibi erant graviores tenebræ.

CAP. XVIII.

Sanctis l autem tuis m maxima erat lux, & n horum quidem o vocem audiebant, ſed p figuram non videbant. Et q quia non & ipſi † r eadem paſſi erant, magnificabant te, & † ſ qui ante læſi erant, quia t non lædebantur, u gratias agebant tibi, & ut x eſſet differentia, te † y Deum petebant. z Propter quod ignis a ardentem columnam ducem habuerunt ignotæ viæ,

t Ineffugabilem ſuſtinebat neceſſitatem,] quia nec ei mederi, nec ipſe poterat fugere, nec quærere auxilium.
u Una enim catena tenebrarum omnes erant colligati] quaſi dicat, omnes uno genere pœnæ erant ligati, ſcilicet tenebris, & timore. Quid autem eis faceret timorem, ſubdit.
x Sive ſpiritus ſibilans,] ideſt, ventus y Aut inter ſpiſſos arborum ramos avium ſonus ſuavis, aut vis aquæ decurrentis in unum,] vel (nimium, aut ſonus validus præcipitantium petrarum,) ideſt, præcipitatarum.
z Aut ludentium animalium curſus inviſus,] propter tenebras.
a Aut mugientium valida beſtiarum vox, aut reſonans de altiſſimis montibus Echo,] ideſt, repercuſſio vocis.

al † faciebant.

b Deficientes faciebat illos præ timore.] Septem tangit, per quæ ſignificantur ſeptem vitia principalia. Spiritus ſibilans eſt inanis gloria; avium ſonus, acidia, quæ ſæpe aves, ideſt, religioſos infeſtat; vis aquæ decurrentis nimium, eſt luxuria, ſonus validus petrarum, ira; curſus ludentium animalium, invidia; mugientium valida vox, gula; reſonans Echo, avaritia]
c Omnis enim,] ideſt, ſed.
d Orbis terrarum,] alius ab Ægypto, e Limpido,] ideſt, claro. f Illuminabatur lumine, & non impeditis operibus continebatur,] ideſt, ubique terrarum operabantur homines non impedientibus illos tenebris, quæ Ægyptios impediebant.

A
Exod. 10.
al. † per.
al. † quia.

g Solis autem illius,] ideſt, Ægyptiis.
h Suppoſita erat gravis nox] ideſt, gravis obſcuritas tenebrarum, Nox dico.

al. † donum.

i Imago tenebrarum, quæ ſuperventura illis erat,] quaſi dicat, illa obſcuritas tenebrarum, vel mentis cæcitas, quæ erat exterius, erat ſimilitudo, & præſagium futuræ damnationis. k Ipſi ergo ſibi erant graviores tenebræ,) ideſt, ipſi erant ſibi cauſa ſpiritualium tenebrarum, quæ graviores ſunt, quam corporales, quia ducunt ad tenebras exteriores, ubi erit fletus, & ſtridor dentium, *Matt.* 13.

EXPOSITIO CAP. XVIII.

Sanctis autem tuis, &c.) De pœna, & afflictione Ægyptiorum egit auctor in capitulo præcedenti. Nunc quid tunc agerent Iſraelitæ, oſtendit: Magnificabant enim Dominum, & gratias agebant de hoc, quod non lædebantur a pœna, quæ Ægyptios cruciabat: Deinde intercalariter agit Auctor de Ægyptiorum pœna, & Judæorum gloria. Dicit ergo: Ira erat Ægyptiis. l Sanctis autem tuis,] ideſt, Iſraelitis. m Maxima erat lux] tam corporalis, quam ſpiritualis. n Et horum quidem,] ideſt, Iſraelitarum. o Vocem audiebant.] Ægyptii. p Sed figuram non videbant.) Tenebræ enim auditum non impediunt, ſed viſum. q Et quia non & ipſi,] ideſt, Iſraelitæ. r Eadem paſſi erant, magnificabant te,] ideſt, quia Iſraelitæ non patiebantur eaſdem plagas, quas Ægyptii, ideo magnificabant Dominum. ſ Et qui ante læſi erant] a Pharaone, ſervientes in luto, & latere. t Quia non lædebantur] a plagis iſtis, quibus Ægyptii lædebantur. u Gratias agebant tibi,] qui liberas eos. x Et ut eſſet differentia,] inter Ægyptios, & Hebræos. y Te Deum petebant,] ipſi plures Deos colebant, te autem Deum non colebant.
z Propter quod,] ideſt, quia te petebant. a Ignis ardentem columnam ducem habuerunt ignotæ viæ,] quia columna ignis, & nubis ducebantur per deſertum, ubi ignis luceret eis per noctem, & nubes temperaret æſtum Solis per diem, ut legitur

ut legitur *Exod.* 13. *a* Et ſolem ſine læſura boni hoſpitii præſtitiſti,] ideſt, præſtitiſti eis in die Solem lucentem, ut ſine læſione æſtus in nocte bonum hoſpitium haberent.

Myſtice. Columna ignis in nocte, & columna nubis in die lucet, quia incarnatio Chriſti, & in adverſis, & in proſperis protegit nos.

b Digni quidem,] quaſi dicat, & merito Ægyptii pœnam tenebrarum patiebantur, quia populum Judaicum, cui lex quaſi lux quædam tradenda erat, cæcati malitia detinebant, & quia infantes Hebræorum necare diſponebant, Moyſe
B liberato, poſtea per ipſum
Exod. 2. multitudo adverſariorum
Exod. 2. necabatur. Et hoc eſt.
Exod. 12. *b* Digni quidem illi,] ideſt
Exod. 14. Ægyptii erant, ſupple.

c Carere luce,] exteriore, quia carebant interiore,) & pati carcerem tenebrarum.

d Qui,] ideſt, quia illi.

e Incluſos cuſtodiebant ſanctos filios tuos] Iſraelitas, non permittentes eos abire, ſicut mandaverat Dominus per Moyſen.

f Per quos incipiebat incorruptum legis lumen,] ideſt lex incorrupta, & illuminans, (ſæculo dari,) quia ipſi Judæi per miracula, quæ videbant, jam præparabant ſe ad legem accipiendam, ideſt, ad eundum in deſertum, ubi legem accepturi erant.

& *a* Solem ſine læſura boni hoſpitii præſtitiſti. *b* Digni quidem illi *c* carere luce, & pati carcerem tenebrarum, *d* qui *e* incluſos cuſtodiebant ſanctos filios tuos, *f* per quos incipiebat incorruptum legis lumen ſæculo dari. Cum *g* cogitarent *h* juſtorum occidere infantes, & *i* uno expoſito filio, & k liberato in *l* traductionem illorum *m* multitudinem filiorum abſtuliſti, & *n* pariter illos *o* perdidiſti in aqua valida. Illa *p* enim nox ante *q* cognita eſt a patribus noſtris, *r* ut vere ſcientes, quibus juramentis *ſ* crediderunt, animæquiores eſſent. *t* Suſcepta eſt autem a populo tuo ſanitas quidem juſtorum, *u* injuſtorum autem exterminatio. *x* Sicut enim læſiſti adverſa-

g Cum cogitarent] Ægyptii.

h Juſtorum,] ideſt, Judæorum [occidere infantes.] *Exod.* 5.

i Et uno expoſito,] ideſt, Moyſe projecto in carecto.

k Et liberato,] a morte per filiam Pharaonis, *Exodi* 2.

l In traductione illorum,] ideſt, ut traduceret filios Iſrael de Ægypto.

m Multitudinem filiorum abſtuliſti,] ideſt, primogenita Ægyptiorum occidiſti, *Exod.* 12.

n Et pariter illos, ideſt, Ægyptios.

o Perdidiſti in aqua,] ideſt, in mari rubro. *Exod.* 14. quia Moyſe liberato, patres Ægyptios poſt filios occidiſti.

p Illa enim,] ideſt, primogenita Ægypti percuſſiſti non ſubito, quia jam revelans hoc diu ante Abraham, Iſaac, & Jacob, dicens eis, quod in manu forti educturus eſſet de Ægypto. Unde *Geneſ.* 15. Scio prænoſcens, dicit Dominus ad Abraham, quod peregrinum futurum ſit ſemen tuum in terra non ſua, & ſubjicient eos ſervituti, & affligent eos quadrigentis annis. Verumtamen gentem, cui ſervituti ſunt, ego judicabo, & poſt hæc egredientur. Hoc etiam revelavit Dominus Moyſi, & Aaron, qui tunc erant, qualiter educturus eſſet eos de Ægypto. Vere ergo perdidiſti illos, non ſubito.

[*p* illa enim nox,] in qua mortui ſunt primogeniti Ægyptiorum.

q Cognita eſt,] ideſt, Abraham, Iſaac, & Jacob, & etiam Moyſi, & Aaron.

r Ut vere,] ideſt, firmis promiſſionibus.

ſ Crediderunt, animæquiores eſſent,] quaſi dicat, hoc enim revelaſti patribus, & patres filiis ut tantam promiſſionem conſiderantes, magis eſſent patientes, quia ut dicit *Gregorius:* conſideratio præmii minuit vim flagelli.

t Suſcepta eſt autem a populo tuo ſanitas quidem juſtorum,] ideſt, debita juſtis.

u Injuſtorum autem exterminatio,] quaſi dicat, filios Iſrael ſalvaſti, ſed Ægyptios exterminaſti. Utraque, ideſt, juſtorum ſanitas, & injuſtorum exterminatio ſuſcepta eſt a populo Dei, quia utrumque factum eſt ad utilitatem ipſius. Et vere utrumque propter populum tuum feciſti.

x Sicut enim læſiſti adverſarios noſtros,] ideſt, Ægyptios.

y Sic & nos provocans,] ideſt, ſicut Ægyptios per juſtitiam exterminaſti, ita populum tuum per miſericordiam tuam liberaſti, & magnificaſti. Et eſt ſimilitudo hæc in toto non in parte. In acceptione ſimilitudo eſt, ſed in receptis diſſimilitudo, ſicut ibi: Fili, recepiſti bona in vita tua, & Lazarus ſimiliter mala, *Luc.* 16. Et quare magnificaveris, patet.

rios noſtros, ſic & *y* nos provocans magnificaſti. *z* Abſconſe enim ſacrificabant juſti pueri bonorum, & *a* juſtitiæ legem in *b* concordiam *c* diſpoſuerunt, *d* ſimiliter bona & mala recepturos juſtos † *e* patrias decantantes laudes. *f* Reſonabat autem inconveniens inimicorum vox, & *g* flebilis audiebatur planctus ploratorum infantium. *h* Simili autem pœna ſervus cum Domino afflictus eſt, & popularis homo Regi ſimilia paſſus. *i* Similiter ergo omnes uno nomine mortis k mortuos habebant innumerabiles. *l* Nec enim ad ſepeliendum vivi *m* ſufficiebant, quoniam uno momento, quæ erat præclarior natio illorum exterminata eſt.

z Abſconſe enim ſacrificabant juſti pueri bonorum,] ideſt, Hebræi, filii Patriarcharum, qui boni fuerunt, ſacrificabant in Ægypto Paſcha celebrando abſcondite, propter metum Pharaonis. Vel al. † patrū omnium. a
(abſconſe,) dicit, ideſt, in nocte, quia illud Phaſe primum fecerunt de nocte, ideſt, in veſpere, ſicut legitur *Exod.* 12. Vel, (abſ- Exod. 12.
conſe) dicit, quia incluſi in domibus ſuis comederunt Phaſe, ut dicitur *Exo.* 12. Vel, (abſconſe) dicit, quia illud ſacrificium abſconditum erat, ideſt, figurativum. Noſtrum enim ſacrificium in illo abſconditum erat.

a Et juſtitiæ legem,] ideſt, legem juſtam, & cuſtodientes ſpiritualiter juſtificantem.

b In concordiam diſpoſuerunt,] ideſt, concorditer ordinaverunt, ſicut Moyſes tradidit eis, ita ut in immolatione agni typici duo teſtamenta concordant.

d Similiter bona, & mala recepturos juſtos,] quaſi dicat vere magnificaſti nos. Nos dico juſtos recepturos ſimiliter, ideſt, æquanimiter bona, & mala.

e Patrias decantantes laudes,] ideſt, more patriarum, vel quas Patres nos docuerunt. Vel ſic conſtrue literam iſtam.

a Et juſtitiæ legem in concordiam diſpoſuerunt ſimiliter bona, & mala recepturos juſtos patrias decantantes laudes.] Et ipſi Hebræi,

c Diſpoſuerunt] ſe, [recepturos juſtos,] ideſt, ſine murmuratione.

a Juſtitiæ legem in concordiam,] ideſt, concorditer dicentes: Omnia quæcumque nobis præceperit Deus, faciemus, *Exod.* 19. Et iterum: [Diſpoſuerunt ſe recepturos juſtos ſimiliter,] ideſt, æquanimiter { bona, & mala,] ideſt, bona ſine elatione, & mala ſine murmuratione. Et diſpoſuerunt ſe ſimiliter.

e Patrias decantantes laudes,] ideſt, in proſperis, & adverſis ſimiliter gratias referentes, ſicut fecerunt Patres.

f Reſonabat autem inconveniens inimicorum vox,] ideſt, dum Hebræi concorditer immolarent Paſcha; Ægyptii e contrario diſcorditer ululabant, & clamabant propter mortem primogenitorum ſuorum.

g Et flebilis audiebatur planctus ploratorum infantium,] tranſitive, ideſt, planctus plorantium infantes occiſos. Vel intranſitive, ideſt, planctus propter infantes mortuos, qui plorabantur.

h Simili autem pœna ſervus cum Domino afflictus eſt, & popularis homo Regi ſimilia paſſus,] quia primogenita omnium tam Nobilium, quam ignobilium, tam Pharaonis, quam ſervorum ejus occiſa ſunt. Unde *Exod.* 12. Percuſſit Dominus omne primogenitum in terra Ægypti a primogenito Pharaonis, qui ſedebat, ideſt, ſedere debebat in ſolio ejus, uſque ad primogenitum captivæ, quæ erat in carcere.

i Similiter ergo omnes uno nomine mortis,] ideſt, uno genere mortis.

k Mortuos habebant innumerabiles, quia non erat domus in tota Ægypto, in qua non jaceret mortuus, ut dicitur *Exod.* 12. *l* Nec enim ad ſepeliendum,] mortuos. *m* Vivi ſufficiebant, quoniam uno momento, quæ erat præclarior natio illorum, exterminata eſt, [ideſt, primogenita, vel fere omnes Nobiles in ſubmerſione maris rubri. Unde *Exod.* 15. Electi Principes ejus

ſubmerſi ſunt in mari rubro. *a* De omnibus,] quaſi dicat, ita exterminata eſt præclarior natio Ægyptiorum. Enim, ideſt, ſed, de omnibus, Judæis ſcilicet, non credentes, prius ante hanc plagam.

b Propter] ſibi collata à Deo. *c* Tunc cum primum]quaſi dicat, Judæi, qui prius propter beneficia ſibi collata a Deo non credebant, nec convertebantur ad Dominum, in flagellis Ægyptiorum plene converſi ſunt. *Raban.* ponit hanc literam.

C

De *a* omnibus enim non credentes *b* propter beneficia, *c* tunc cum primum fuit *d* exterminium primogenitorum, ſpoponderunt populum Dei *e* ſe eſſe. *f* Cum enim † quietum ſilentium † *g* contineret omnia, *h* & nox *i* in ſuo curſu medium iter haberet, *k* omnipotens ſermo tuus, † Domine, *l* exiliens de cœlo à *m* regalibus ſedibus † venit, *n* durus debellator in *o* mediam exterminii terram † proſilivit gladius acutus *p* inſimulatum imperium portans tuum, & *q* ſtans *r* replevit omnia *ſ* morte, *t* & uſque ad cœlum attingebat ſtans in terra,

al. † medium.
al. † continerent.
al. † non habet Domine.
al. † non habet venit.

a De omnibus.] Et exponitur de Ægyptiis ſic. Ita exterminata eſt præclarior natio Ægyptiorum. Et merito.

a De omnibus enim] Ægyptiis.

b Non credentes propter beneficia,] ideſt, omnes Ægyptii non credentes in Deum, vel non credentes Moyſi propter beneficia, quæ contulit eis, orando pro eis, ut plagæ ceſſarent.

al. † proſilivit.

c Tunc cum primum,] ideſt, tunc primum cum.

d Exterminium fuit primogenitorum, ſpoponderunt,] ideſt, confeſſi ſunt.

e Se,] ideſt Hebræos (eſſe populum Dei.)

f Cum enim quietum, &c.]

Oſtendit quo tempore percuſſit Dominus primogenita Ægypti, & quomodo uno momento, quia media nocte, cum omnes dormirent, facta eſt ſtrages illa infantium, & ita uno momento exterminata eſt præclarior natio.

f Cum enim quietum ſilentium,] ideſt, conticinium noctis, quando omnes quieſcunt, & ſilent. *g* Contineret omnia, & nox in ſuo curſu medium iter haberet,]ideſt, media nox eſſet.

k Omnipotens ſermo tuus, Domine,] ideſt, præceptum tui omnipotentis, vel Angelus ſermonis tui nuncius.

l Exiliens de cœlo a regalibus ſedibus venit, durus bellator in mediam exterminii terram,] ideſt, in medium terræ Ægypti exterminare. *o* Proſilivit gladius acutus,]ideſt, Angelus habens gladium acutum, vel ſermo, qui eſt gladius acutus, quia omnia ſcindit, ut gladius. Unde *Hebr.* 4. Vivus eſt ſermo Dei, & efficax, & penetrabilior omni gladio ancipiti. *p* Inſimulatum imperium portans tuum,] ideſt, non fictum, ſed verum, & durum.

q Et ſtans replevit omnia morte,] i. omnes domos mortuis.

r Et uſque ad cœlum attingebat ſtans in terra.]Et ideo nullus poterat evadere. Et eſt argumentum, quod bonus Angelus fuerit exterminator Ægypti, quod etiam videtur per illud quod dicitur *Act.* 8. Hunc Deus Principem, & Redemptorem miſit cum manu Angeli, qui apparuit ei in rubo, hic eduxit illos faciens prodigia, & ſigna in terra Ægypti. Item *Heb.* 1. Qui facit Angelos ſuos Spiritus. Ibi dicit *Greg.* Ad exterminium mittit Dominus Angelos ſuos, ut in Sodomam. Item *Iſa.* 37. Egreſſus eſt Angelus Domini, & percuſſit in caſtris Aſſyriorum centum octoginta quinque millia. Et ita videtur, quod & hic & ibi fuerit exterminator bonus Angelus. Contra *Ezech.* 30. Diſſipabo terram, & ponam in manus alienorum, *Greg.* ideſt, Dæmonum. Non enim boni Angeli, ſed mali tortores ſunt. Solutio. Communiter dicitur, quod malus Angelus exterminator fuit Ægypti, ſed poſtea miſit Deus bonum Angelum, qui prohiberet malos ſimul cum Ægyptiis exterminare Judæos. Et de illo dicitur hic, quod attingebat uſque ad cœlum. Et de eodem agitur *Act.* 8 Planius videtur, quod fuerit bonus Angelus, & quod dicit *Greg.* Boni Angeli non ſunt tortores bonorum, ſed ſunt ultores malorum, ut patet in Sodomitis, & exercitu Sennacherib. *Rabanus* exponit hoc myſtice de Chriſto, qui eſt omnipotens ſermo Dei. Juxta illud *Joan.* 1. In principio erat Verbum, ideſt, in Patre Filius, qui & brachium, & dextera Dei dicitur, propter divinæ virtutis omnipotentiam. Hic tunc per Angeli miniſterium judicium fecit in primogenitis Ægyptiorum, qui poſtmodum ſanctificavit primogenitos Hebræorum, & nunc ſimiliter per aquam baptiſmi ſalvat multitudinem credentium, & interficit multitudinem hoſtium ſpiritualium. Aliter autem exponitur de incarnatione Chriſti ſecundum aliam litteram, quæ dicit. *f* Cum enim, &c.] Et notatur ibi triplex ſilentium. Primum, medium, & ultimum. Primum fuit ante legem, ſcilicet, ignorantia languoris, propter quam ſilebant a quærendo medico. Et hoc ruptum eſt per legem. Unde *Roman.* 7. Concupiſcentiam neſciebam eſſe peccatum, niſi lex diceret. Non concupiſces, &c. Medium fuit ſub lege, ſcilicet, deſperatio ſanitatis, propter quam ſilebant a quærendo medico. Et hoc fuit ruptum per Evangelium. Unde *ſup.* 16. Non herba, neque malagma ſanavit eos; ſed tuus ſermo, Domine, qui ſanat omnia. Ultimum eſt ſub Evangelio, ſcilicet, adeptio ſanitatis, propter quam ſilebat a querimonia, & plancta. De quo *Iſa.* 30. In ſilentio, & ſpe fortitudo noſtra. Vel aliter. Primum ſilentium fuit in caſu Luciferi, qui ſiluit ab illa laude, de qua dicitur *Job* 38. Ubi eras, cum me laudarent ſimul aſtra matutina, & jubilarent omnes Filii Dei? Hoc ſilentium nunquam ruptum fuit, nec rumpetur, quia ſemper ſilet, & ſilebit diabolus a laude Dei, ſed potius bellum facit, Unde *Apoc.* 12. Factum eſt prælium magnum in cœlo, Michael, & Angeli ejus præliabantur cum Dracone. Medium ſilentium fuit in caſu Adæ, qui ſiluit a laude Dei, quia non eſt ſpecioſa laus in ore peccatoris, *Eccl.* 15. Sed hoc ſilentium ruptum fuit per Chriſtum, quando diabolum debellavit, & Adam ab inferno liberavit. Tertium ſilentium erit in fine ſæculi, quando regnante Antichriſto fere Eccleſia tota ſilebit a laudibus Chriſti.

Triplex ſilentium *Exod.* 10.

Pſal. 103.

Myſtice. De Chriſto.

Sed rumpetur hoc ſilentium per Chriſtum ad judicium venientem. Aliter. Primum ſilentium fuit prævaricatio legis naturæ, ſecundum tranſgreſſio legis Moſaicæ, tertium prævaricatio legis Evangelicæ. Unde medium ſilentium jam currebat, quando verbum Dei venit in carnem. Et hoc eſt. Cum medium, &c.] ideſt, cum nihil fieret, ſecundum legem.

h Et nox,] ideſt, diabolus, vel peccatum.

i In ſuo curſu medium,] ideſt, diſcurreret ubique ſine contradictione.

k Omnipotens,] ideſt, Filius.

l Exiliens,] ideſt, exiens a Patre.

m A regalibus ſedibus,]ideſt, a regali majeſtate Patris. Unde *Joan.* 16. Exivi a Patre, & veni in mundum. Vel (exiliens de cœlo,)ideſt, ſaliens de ſinu Patris in uterum Virginis, (A regalibus ſedibus) in mundum, ideſt, ab Angelis, qui ſunt regales ſedes Dei. Non quod ibi eſſe deſierit, ſed cum prius non eſſet præſentialiter ſicut ibi, tunc factus eſt viſibilis mundo, ſicut erat prius ſolis Angelis. *n* Durus bellator]quia dure, ideſt, fortiter aereas poteſtates debellavit. Unde. *Luc.* 11. Cum fortis armatus, &c. *p* Inſimulatum imperium portans tuum,] ideſt, non fictum, quia Spiritus Sanctus diſciplinæ effugiet fictum. Vel inſimulatum, ideſt, non ſimulatum, ideſt, non velatum. Unde *Joan.* 18. Ego palam locutus ſum mundo, ego ſemper docui in Synagoga, & templo, quo omnes Judæi conveniunt, & in occulto locutus ſum nihil. Et ſignanter dicit, (portans imperium) quia ipſe prius fecit, quod docuit, *Act.* 1. Cœpit Jeſus facere & docere, *Iſa.* 9. Factus eſt principatus ſuper humerum ejus. Inde eſt, quod ſingulæ mitræ dependent ſuper humeros Pontificis, quia debet facere, quod docet. *o* In mediam exterminii terram proſilivit gladius acutus,] ideſt, in medio mundi natus eſt Chriſtus, ad litteram, ut dicit *Pſal.* 73. Operatus eſt ſalutem in medio terræ. Et dicitur Chriſtus gladius acutus, quia per ipſum Pater mundum debellavit, ſeparans Patrem a Filio, & Filiam a Matre. Unde *Matt.* 10. Non veni pacem mittere in terram, ſed gladium, veni enim ſeparare hominem adverſus Patrem ſuum. *q* Et ſtans replevit omnia,]ideſt, hominem, propter quem omnia facta ſunt. *ſ* Morte,] ideſt, a morte mortis, quia moritur homo mundo, vel peccato. De qua *Pſal.* Pretioſa eſt in conſpectu Domini mors Sanctorum ejus. Vel quia ſtare pugnantium eſt, ſic lege.

Sup.

q Stans morte,] ideſt pugnans moriendo, ut Samſon.

r Replevit omnia,] ideſt hominem, cujus ſpes prius erat vacua. Vel melius.

q Stans] vivus, & impaſſibilis, ſecundum divinitatem.

r Replevit omnia,] ideſt, cœlum de liberatis a Limbo, & mundum de ſalvatis in Baptiſmo. Unde *Jerem.* 23. Nunquid cœlum, & terram ego impleo, dicit Dominus?

ſ Morte,]i. merito, & virtute mortis ſuæ, qua mortuus eſt ſecundum humanitatem. Unde *Pſ.* 105. Dixit, ut diſperderet illos, ſi non Moyſes electus ejus ſtetiſſet in confractione in conſpectu ejus. Stetit, ut Deus, confractus, ut homo. *t* Et uſque ad cœlum attingebat,]ideſt, ſtans in terra, ut homo

erat

Digitized by Google

erat in cœlo, ut Deus. Unde *Iſa.* 66. Hæc dicit Dominus: Cœlum ſedes mea, & terra ſcabellum pedum meorum. Sequitur.
a Tunc continuo,] poſt mortem primogenitorum.
b Viſus ſomniorum malorum,] ideſt, horribilium.

a Tunc continuo *b* viſus ſomniorum malorum *c* turbaverunt illos, & *d* timores ſupervenerunt inſperati. Et *e* alius alibi projectus ſemivivus, *f* propter quam moriebatur, cauſam demonſtrabat mortis. *g* Viſiones enim quæ illos turbaverunt, hæc *h* præmonebant, ne inſcii quare mala patiebantur, perirent. *i* Tetigit autem tunc & k juſtos *l* tentatio mortis, & *m* commotio in eremo facta *n* eſt multitudinis, *o* ſed non diu permanſit ira tua. *p* Properans enim homo ſine querela deprecari pro populis, *q* proferens ſervitutis ſuæ ſcutum orationem, *r* & per incenſum deprecationem allegans, reſtitit iræ, & finem impoſuit neceſſitati, *ſ* oſtendens *t* quoniam tuus eſt famulus. Vicit *u* autem turbas, *x* non in virtute corporis, nec armatura potentiæ, ſed verbo *y* illum, qui ſe vexabat, *z* ſubjecit, *a* juramenta Parentum, & teſtamentum commemorans. *b* Cum enim jam acervatim *c* cecidiſſent *d* ſuper alterutrum mortui, *e* interſtitit, & *f* amputavit impetum, & *g* diviſit illam, quæ ad vivos ducebat viam. In *h* veſte enim poderis, quam *i* habebat, k totus erat orbis terrarum, & *l* parentum magnalia in quatuor ordinibus lapidum erant ſculpta, & *m* magnificentia tua in n diademate capitis illius erat ſcripta. His *o* autem ceſſit

c Turbaverunt illos,] ideſt, Ægyptios, ut nec vigilantibus, nec dormientibus requies daretur eis, qui propter ſcelera ſua paſſuri erant tormenta perpetua.
d Et timores ſupervenerunt inſperati,] ideſt, improviſi, & inde graviores, quia jacula præviſa minus lædunt.
e Et alius alibi projectus ſemivivus,] ideſt, unus hic, & alius alibi.
f Propter cauſam moriebatur, cauſam demonſtrabat mortis,] ideſt, ita quod projecti, & diſperſi jacebant ſemivivi, erat ſignum Divinæ indignationis, vel Angelicæ percuſſionis, propter quam moriebantur.
D
Num. 16. *g* Viſiones enim, quæ illos turbaverunt,] ideſt, Ægyptios.
h Hæc præmonebant, ne inſcii quare mala patiebantur, perirent,] quia viſiones, quas videbant Ægyptii dormiendo, præmonitiones erant, ut pœnitendo vitarent futura mala. Et in hoc miſericorditer agebatur cum eis. Unde *Rabanus*: Hoc Divinæ bonitatis eſt, quæ peccantes caſtigat, ut abſtineant a peccatis, & pœnitentiam agant: Si autem patientia Dei abutuntur, ſine excuſatione in æternum punientur.
i Tetigit autem tunc, &c.] Sicut dicit *Rabanus*: hic memorat Philo, quod poſt interfectionem Chore, & Dathan, & Abiron, murmuraverunt filii Iſrael contra Moyſen, & Aaron, dicentes: Vos interfeciſtis populum Domini, & ereſcente tumultu fugerunt Moyſes, & Aaron in tabernaculum fœderis. Quibus ait Dominus: Diſcedite, & ego interficiam eos. Et ceciderunt in facies ſuas Moyſes, & Aaron, & deprecati ſunt Dominum pro populo, & tulit Aaron thuribulum, & imponens incenſum oravit pro populo, & ceſſavit plaga, quæ jam ſæviebat in populum, ut legitur *Num.* 16. Et hoc eſt.
i Tetigit autem tunc,] non quando primogenita percuſſa ſunt, ſed parum poſt.
k Et juſtos,] ideſt, Iſraelitas.
l Tentatio mortis,] ideſt, plaga incendii interficiens illos. Vel, [tentatio mortis,] ideſt, murmuratio contra Moyſen, & Aaron, propter quam digni erant morte.
m Et commotio in eremo,] ideſt, in deſerto.
n Facta eſt multitudinis,] contra Moyſen, & Aaron, Chore, Dathan, & Abiron jam conſumptis, *Num.* 16.
o Sed non diu permanſit ira tua,] ideſt, plaga ex ira proveniens.
p Properans enim homo ſine querela deprecari pro populis,] ideſt, Aaron, qui ſine querela Dei ſui, & proximi vixit.
q Proferens ſervitutis ſuæ ſcutum orationem,] ideſt, orationem, quæ pro ſcuto protectionis fuit populo, quam ex officio ſervitutis ſuæ debebat Deo, & populo.
r Et per incenſum deprecationem allegans, reſtitit iræ, & finem impoſuit neceſſitati,] ideſt, morti, quam per ſe vitare non poterant. Et nota, quod Aaron non ſolum orationem dicitur feciſſe pro populo, ſed & deprecationem. Orationem pro bonis adipiſcendis, & deprecationem pro malis amovendis.
ſ Oſtendens] per impletionem officii ſui, vel per hoc, quod exauditus eſt.
t Quoniam tuus eſt famulus,] vel quia audacter miſit ſe inter mortuos, & vivos, opponens ſe incendio pro populo. Hoc enim verum ſignum eſt, quod ſit famulus Dei. Unde *Joan.* 10. Bonus paſtor animam ſuam ponit pro ovibus ſuis. Sed quia pauci ſunt tales, ideo conqueritur Dominus, *Ezech.* 13. Hoc aſcendiſtis ex adverſo, neque oppoſuiſtis murum pro domo Iſrael.
u Vicit autem turbas,] ideſt, peſtes tribulantes populum, fugans eas.
n Non in virtute corporis, nec armatura potentiæ ſuæ, (ſed verbo) orationis, & deprecationis.
y Illum, qui ſe vexabat,] ideſt, Angelum, qui populum occidebat.
z Subjecit,] ideſt, ſuperavit.
a Juramenta parentum, & teſtamentum commemorans,] ideſt, promiſſiones Dei factas, & parentibus firmatas, quaſi juramentum, & teſtamentum.
b Cum enim jam acervatim,] ideſt, per acervos.
c Cecidiſſent] filii Iſrael.
d Super alterutrum.
e Interſtitit,] Aaron, ideſt, inter vivos, & mortuos ſtetit.
f Et amputavit impetum] incendii, vel furoris. *Exod.* 13.
g Et diviſit,] ideſt, flammam incedentem ad vivos, intercidit, dividens vivos a mortuis. Vel via ducens incendium ad vivos eſt peccatum, quod diviſit Aaron ſua oratione, quam fecit pro populo.
h In veſte enim poderis, &c.] Dixerat auctor, quod Aaron inter vivos, & mortuos ſe mittens iram Dei in populum placavit, hoc faciens ex officio, quod ſignificatur in veſtibus, quibus erat indutus, quas hic commemorat auctor. Quarum prima erant femoralia, ſive brachæ de byſſo retorta.

Secundo habebat byſſinam tunicam, ideſt, camiſiam talarem ſtrictam in brachiis, & pectore, ut eſſet expeditus ad offerendum.

Tertio habebat cingulum de quatuor coloribus pretioſis variatum, & reticulatum.

Quarto habebat cidarim, ideſt, mitram. Iſtæ quatuor veſtes communes erant omnibus Sacerdotibus. Sed præter has ſummus Sacerdos habebat

Quinto tunicam hyacinthinam, de quatuor coloribus pretioſis.

Sexto ſuperhumerale habens foramen in pectore, habens duos lapides onychinos ſuper humeros, in altero erant ſcripta ſex nomina filiorum Iſrael, in altero alia ſex.

Septimo habebat rationale rotundum in pectore, in quo erant quatuor ordines gemmarum, ternas gemmas habentes, in quibus erant ſculpta duodecim nomina duodecim filiorum Iſrael.

Octavo mitram hyacinthinam, ideſt, thiaram, & ſuper hanc laminam auream pendentem in frontem, habentem nomen Dei Tetragrammaton. His veſtibus Aaron medius inter vivos & mortuos ſtetit orans pro populo. His enim veſtibus totus orbis ſignificatur. Et ideo illis indutus eſt Aaron, ad ſignificandum, quod pro toto orbe habet orare. Et de his veſtibus plenius dictum eſt *Exod.* 28. Dicit ergo: Oravit Aaron pro populo, & merito. *h* In veſte enim poderis, &c.] ideſt, talaris camiſiæ lineæ.
i Quam habebat] Aaron.
k Totus erat orbis terrarum, &c.] ideſt, ſignificabatur. Sed quomodo eſt hoc verum, quia dicit Joſephus, qui ponit myſterium veſtium, quod per poderim tantum terra ſignificatur. Solutio. Hic ponitur pars pro toto, ideſt, poderis pro tota veſte Sacerdotis. Et dicitur poderis, ideſt, talaris, a *pos*, quod eſt pes.
l Et parentum magnalia in quatuor ordinibus lapidum erant ſculpta,] ideſt, nomina duodecim magnorum Patriarcharum filiorum Jacob, erant ſculpta in lapidibus ſingulum in ſingulo.
m Et magnificentia tua, &c.] ideſt, Ineffabile nomen tuum Tetragrammaton.
n In diademate capitis,] ideſt, lamina aurea, quæ pendebat in fronte, (erat ſcripta,) *o* His autem ceſſit,]

Angelus. *a* Qui exterminabat] populum. *b* Et hæc extimuit,] ideſt, figurata horum, quaſi dicat auctor, non in vanum his veſtibus erat indutus Aaron, quia his ceſſit malus Angelus, qui populum occidebat, alioquin non poſſet populus magnitudinem iræ tolerare.

c Erat,] ideſt, plaga immiſſa.

d Sufficiens] ad perdendum eos. Vel melius. Angelus extimuit Aaron ſic veſtitum, & ceſſavit percutere populum, quod fuit conveniens.

c Erat, &c.] ideſt, timor, quem habebat populus de vindicta Dei.

d Sufficiens] ad deletionem peccatorum ipſorum.

A

EXPOSITIO CAP. XIX.

IMpiis, &c.] Dixerat, quod ſola tentatio Dei fuit ſufficiens ad deletionem peccatorum filiorum Iſrael, quia in afflictione ſua emendati reverſi ſunt ad Dominum. Ægyptiis vero ſupervenit vindicta uſque ad conſummationem, quia in plagis ſuis, nec vitam nec mores correxerunt, ſed fictis argumentis ſimulabant pœnitentiam, & ideo non meruerunt indulgentiam. Et hoc eſt. (Impiis autem,) quaſi dicat, juſtis ſufficit ſola tentatio.

e Impiis autem,] ideſt, Ægyptiis.

f Uſque in noviſſimum ſine miſericordia] liberante.

g Ira ſupervenit,] quia ipſi ſine miſericordia populum Iſrael afflixerunt. Unde *Jacob* 2. Judicium illi ſine miſericordia, qui non fecerit miſericordiam. Et merito, & juſte ita puniti ſunt.

h Præſciebat enim] Dominus [& futura illorum] facta.

i Quoniam eum ipſi] Ægyptii ſcilicet.

a qui exterminabat, & hæc *b* extimuit, *c* erat enim ſola tentatio iræ *d* ſufficiens.

CAP. XIX.

e IMpiis autem *f* uſque in noviſſimum ſine miſericordia *g* ira ſupervenit. *h* Præſciebat enim & futura illorum, *i* quoniam cum ipſi k reverſi eſſent, & *l* permiſiſſent, ut † ſe *m* educerent, & cum *n* magna ſollicitudine permiſiſſent illos, *o* conſequebantur illos *p* pœnitentiæ actus. *q* Adhuc enim inter manus habentes luctum, & *r* deplorantes ad *ſ* monumentum mortuorum, *t* aliam ſibi aſſumpſerunt cogitationem inſcientiæ, & *u* quos rogantes projecerant, *x* hos tanquam fugitivos *y* perſequebantur. *ʒ* Ducebat enim illos *a* ad hunc finem *b* digna neceſſitas, & *c* horum, quæ acciderant, *d* commemorationem amittebant, *e* ut quæ deerant tormentis, *f* repleret unitio, & *g* populus quidem tuus mirabiliter *h* tranſiret, illi *i* autem novam k mortem invenirent. *l* Omnis enim creatura ad ſuum genus ab *m* initio refigurabatur *n* deſerviens tuis præceptis, ut *o* pueri tui *p* cuſtodirentur illæſi. Nam *q* nubes illorum caſtra obumbrabat, & ex *r* aqua, quæ ante erat *ſ* terra arida apparuit, & in *t* mari rubro via ſine impedimento, & *u* campus germinans de profundo nimio, *x* per quem *y* omnis natio *ʒ* tranſivit, quæ tegebatur tua manu *a* videntes tua mirabilia, & *b* monſtra. *c* Tanquam enim equi depaverunt eſcam, & *d* tanquam agni exultaverunt, *e* magnificantes te, Domine, qui *f* liberaſti illos. *g* Memores enim erant adhuc illorum, quæ † in incolatu eorum facta fuerant, *h* quemadmodum pro natione animalium *i* produxit terra muſcas, & k pro piſcibus *l* eructavit fluvius multitudinem ranarum. *m* Noviſſime autem viderunt *n* novam creaturam avium, cum *o* abducti concupiſcentia *p* poſtulaverunt eſcas

h Tranſiret] mare rubrum. *i* Illi autem,] ideſt, Ægyptii. k Novam mortem,] ideſt, ſubmerſionem. Sed numquid prius multi ſubmerſi fuerunt, & perierunt in aquis? Conſtat, quod ſic, ad minus in diluvio generali. Solutio. Nova mors dicitur, quia aqua prius pepercit eis in introitum alvei, quouſque omnes intraſſent, & filii Iſrael omnes exiſſent, & poſtea ſubito ſe conjunxit aqua diviſa.

l Omnis] quaſi dicat: Ita tui liberati ſunt, & mali puniti, aqua cedente filiis tuis, & Ægyptum ſubmergente. Nec hoc mirum. Omnis,] ideſt, ad naturam ſuam, vel ad Deum, qui eſt principium generationis cujuslibet creaturæ. B

m Ab initio,] ideſt, obediendo reflectebatur ſicut a principio.

n Deſerviens] ad hoc enim omnis creatura eſt, ut Conditori ſuo per omnia obediat. Et hoc ita.

o Ut pueri tui,] ideſt, filii Iſrael tibi ſervientes,

p Cuſtodirentur,] in Ægypto, in mari, in deſerto,

q Nam nubes illorum caſtra obumbrabat,] de die propter æſtum Solis, & de nocte illuminabat. Et videtur dicere *Gregorius ſuper Act.* quod erant duæ columnæ, nubis una, & ignis altera. Alii autem dicunt, quod una tantum erat columna, quæ obumbrabat de die, & illuminabat de nocte, & propter hos duos effectus dicuntur duæ columnæ.

al. † incolatu.

r Et ex aqua, quæ ante erat,] ideſt, in loco ubi prius erat aqua, vel ex aqua remota, (quæ ante erat) in alveo maris. C

ſ Terra apparuit arida,] hinc, & inde a latere ſtante aqua maris.

t Et in mari rubro, via ſine impedimento,] filiis Iſrael, & non Ægyptiis.

al. † ſeducerent.

k Reverſi eſſent] ad priſtinam crudelitatem, vel ad cor.

l Et permiſiſſent] filios Iſrael abire. *m* Ut ſeducerent] illos, inter montes, & mare rubrum. Vel. *l* Permiſiſſent] Ægyptii, ſcilicet filios Iſrael. *m* Ut ſe educerent] de Ægypto. *n* Et cum magna ſollicitudine permiſiſſent,] exire compellentes, *Exod.* 12.

o Conſequebantur illos,] ideſt, Ægyptios.

p Pœnitentiæ actus,] ideſt, cum Ægyptii permiſiſſent abire Judæos, pœnituerunt, nec tamen tunc retinuerunt eos, ſicut ſæpe fecerant, nec ſtatim inſecuti ſunt eos propter ſepulturam primogenitorum, cui intenti erant. Nec mirum. *q* Adhuc enim inter manus habentes luctum,] ideſt, corpora occiſorum, quæ erant eis cauſa luctus. *r* Et deplorantes,] ideſt, valde plorantes.

ſ Ad monumentum] primogenitorum.

t Aliam ſibi aſſumpſerunt cogitationem inſcientiæ,] ideſt, provenientem ex inſcientia, vel per quam facti ſunt inſcientes. *u* Et quos rogantes projecerant,] ideſt, ejecerant de Ægypto. Unde *Exod.* 12. Urgebant Ægyptii de terra exire populum velociter, dicentes: Omnes moriemur. *x* Hos tanquam fugitivos] a Domino ſuo.

y Perſequebantur] Ægyptii. Unde *Eccl.* 14. Induravit Dominus cor Pharaonis Regis Ægypti, & perſecutus eſt filios Iſrael. *z* Ducebat enim,] ideſt Ægyptios.

a Ad hunc finem] ut ſcilicet, in mari rubro ſubmerſi perirent. *b* Digna neceſſitas,] ideſt, exigentia peccatorum ſuorum, quibus talem pœnam meruerunt.

c Et horum,] eis in Ægypto in plagis.

d Commemorationem] propria malitia excæcati.

e Ut quæ deerant tormentis, &c.] eorum, quæ ſuſtinebant in Ægypto.

f Repleret punitio,] maris rubri. *g* Et populus quidem tuus,] ideſt, miraculoſe.

u Et campus germinans,] ideſt, ſimilis germinanti, [de profundo nimio.]

x Per quem,] campum ſcilicet.

y Omnis natio,] ideſt, omnes filii Iſrael.

z Tranſivit, quæ tegebatur] vel, [regebatur manu tua,] ideſt, potentia tua, vel filio tuo. Natio dico.

a Videntes tua mirabilia,] in mari.

b Et monſtra] in Ægypto. Et ſecure hæc videbant.

c Tanquam enim equi depaverunt eſcam,] ideſt, læti ſicut equi paſcentes in paſcuis.

d Et tanquam agni exultaverunt] poſt tranſitum maris.

e Magnificantes te,] ideſt, magnitudinem tuam laudantes. *f* Qui illos liberaſti] de ſervitute Pharaonis, & periculo maris. Et merito laudabant te in deſerto.

g Memores enim adhuc erant illorum,] ideſt, in terra Ægypti, in qua incolæ fuerunt [quæ facta fuerant.]

h Quemadmodum pro natione animalium,] ideſt, in loco utilium animalium.

i Produxit terra muſcas,] *Exod.* 8.

k Et pro piſcibus,] ideſt, loco piſcium.

l Eructavit fluvius multitudinem ranarum] *Exod.* 8.

m Noviſſime autem viderunt] filii Iſrael.

n Novam creaturam avium,] ideſt, coturnices, *Exod.* 16. Et videtur innuere Philo, quod tunc fuerunt de novo creatæ illæ coturnices. Sed contrarium dicitur *Num.* 11. ſcilicet, quod ventus egrediens arreptas trans mare coturnices detulit, & demiſit in caſtra.

Solutio. Non fuerunt tunc de novo creatæ, ſed de novo adductæ, & novo modo. Sed ideo nova creatura dicuntur hic. *o* Cum abducti concupiſcentia] ideſt, extra ſe ducti, vel a Deo ſeparati. *p* Poſtulaverunt eſcas epulationis,] ideſt, eſcas carnium delectabiles, quas in

Ægypto

epulationis. In *a* allocutione enim deſideri † *b* deſcendit illis de mari *c* ortigometra, & *d* vexationes peccatoribus ſupervenerunt, non *e* ſine illis, quæ ante facta erant, argumentis per vim fluminum. *f* Juſte enim, patiebantur *g* ſecundum ſuas nequitias. Etenim *h* deteſtabiliorem inhoſpitalitatem inſtituerunt. *i* Alii quidem *k* ignotos non recipiebant advenas; *l* alii autem bonos hoſpites in *m* ſervitutem † redigebant. Et *n* non ſolum hæc, *o* ſed & alius quidem erat reſpectus illorum, quoniam *p* inviti recipiebant extraneos. *q* Qui autem cum lætitia receperunt, hos, *r* qui eiſdem uſi erant inſtitutis, ſæviſſimis afflixerunt doloribus. *ſ* Percuſſi ſunt autem cæcitate, *t* ſicut illi in foribus Juſti, cum *u* ſubitaneis cooperti eſſent tenebris, *x* unuſquiſque tranſitum oſtii ſui *y* quærebat. In *z* ſe enim dum elementa convertuntur, ſicut in *a* organo qualitatis ſonus *b* immutatur, & *c* omnia ſuum *d* ſonum cuſtodiunt. *e* Unde *f* æſtimari ex ipſo certo † viſu poteſt. *g* Agreſtia enim in *h* aquatica convertebantur, & *i* quæcumque erant natantia, in *k* terra tranſibant. Ignis in *l* aqua valebat ſupra ſuam virtutem, & *m* aqua extinguentis naturæ obliviſcebatur. *n* Flammæ e contrario corruptibilium animalium non *o* vexaverunt carnes coambulantium, nec *p* diſſolvebant *q* illam, quæ facile diſſolvebatur, ſicut glacies bonam eſcam,

In *r* omnibus enim magnificaſti populum tuum, Domine, & *ſ* honoraſti, *t* & non deſpexiſti, in omni tempore, & in *u* omni loco aſſiſtens eis.

Explicit liber Sapientiæ.

Ægypto comedere conſueverant. *Exod.* 16. Utinam mortui eſſemus per manum Domini in terra Ægypti, quando ſedebamus ſuper ollas carnium. Et revera viderunt novam creaturam avium. *a* In allocutione, &c.] ideſt, ſecundum deſiderium eorum, quod locutio eſt apud Deum. *b* Deſcendit illis de mari] ideſt, de tranſmarinis partibus. *Num.* 11. *c* Ortigometra] ideſt, coturnix. Sed quomodo dicit Philo: Deſcendit de mari ortigometra, quia in *Exod.* 16. dicitur. Aſcendens coturnix operuit caſtra? Sol. Aſcendit coturnix volando ſuper caſtra, & deſcendit, quia a Deo venit, vel de alto aere, ubi prius volabant prope terram duobus cubitis, ut capi poſſent ut dicitur *Exod.* 11. *d* Et vexationes, &c.] propter murmur, & concupiſcentiam eorum. Unde *Num.* 11. Adhuc carnes erant in dentibus eorum, nec defecerat huiuſcemodi cibus; & ecce furor Domini concitatus in populum percuſſit eum plaga magna nimis, vocatuſque eſt locus ille ſepulchra concupiſcentiæ. *e* Non ſine illis] quaſi merito punivit illos Deus, quia peccaverunt. poſt viſum miraculum maris rubri, quod debuit eos arctare ad timendum, & diligendum Deum. Et hoc eſt. *e* Non ſine illis, &c.] id eſt, in mari rubro, ſupple ſupervenerunt illis vexationes, imo poſt jam viſis miraculis factis, in mari rubro. *f* Juſte enim, &c.] Hic loquitur Auctor iterum de Ægyptiis, & ſatis abrupte; continuatur autem ei, quod dixerat ſupra, ſcilicet, terram eis produxiſſe muſcas, & fluvium eructaſſe ranas. Et merito, *f* Juſte enim patiebantur] hæc & alias pœnas. *g* Secundum ſuas nequitias,] ideſt, merito nequitiarum ſuarum. *h* Etenim deteſtabiliorem inhoſpitalitatem inſtituerunt] ideſt, crudeles hoſpites fuerunt, vel omnino inhoſpitales aut enim nullum penitus hoſpitio recipiebant; aut cum recipiebant, male tractabant. Et hoc eſt. *i* Alii quidem] de Ægyptiis. k Ignotos non recipiebant advenas,] ideſt, inhoſpitales erant. *l* Alii autem bonos hoſpites] quos recipiebant, & qui eos recipiebant. *m* In ſervitutem redigebant] in luto, & latere ſervire cogentes. n Et non ſolum hæc] faciebant. *o* Sed & alius quidem erat reſpectus illorum,] ideſt, ad aliud malum intentio eorum, qui non ſolum in hoſpitio libenter non recipiebant extraneos, ſed nec etiam in terra ad cohabitandum: & ſi aliqui recipiebant, contriſtabantur alii contra illos. Et hoc eſt. [Alius erat reſpectus illorum.] *p* Quoniam inviti recipiebant extraneos] venientes in terram Ægypti ad manendum. *q* Qui autem cum lætitia receperunt] extraneos. *r* Hos, qui eiſdem uſi erant inſtitutis] vel [injuſtitia] alia littera [ſæviſſimis afflixerunt doloribus] hoc eſt, illi, qui inſtituerant, ut nullus extraneus reciperetur, illos, qui recipiebant extraneos, affligebant ſæviſſimis doloribus. *ſ* Percuſſi ſunt autem, &c.] quaſi dicat. Ita faciebant, ſed non impune. [Percuſſi ſunt autem cæcitate] illi Ægyptii, ſcilicet: *t* Sicut illi in foribus Juſti ſcilicet. Loth. *u* Cum ſubitanei] cooperti [eſſent tenebris,] ideſt, ſubito immiſſis. *x* Unuſquiſque tranſitum oſtii ſui,] ideſt, introitum oſtii Loth. *y* Quærebat,] non poterat invenire. *Gen.* 19. *z* In ſe enim, &c.] Hoc totum reſpicit, quod dictum eſt de punitione malorum, & liberatione bonorum. Et loquitur Auctor per ſimilitudinem, Sicut ille, qui organum moderatur, facit ſonare modo hanc chordam, modo illam, & eamdem modo graviter, modo acute; Ita Dominus pro voluntate ſua utitur elementis, & ceteris creaturis ad beneficium Juſtorum, & punitionem impiorum. Et hoc eſt. *z* In ſe enim dum elementa convertuntur,] ideſt, ſuas vires mutant, vel intermutant. *a* Sicut in organo qualitatis ſonus] ideſt, qualitas ſoni. *b* Immutatur] pro voluntate organizantis. *c* Et omnia] elementa, ſcilicet, licet ſic immutentur. *d* Suum ſonum cuſtodiunt] quoad univerſalem modulationem. Non enim creaturam condidit Deus ſibi contrariam, ſed ſuæ voluntati conſentaneam. *e* Unde,] ideſt, de quo facto. *f* Æſtimari ex ipſo certo viſu] vel [uſu poteſt] quod non ex natura rerum, ſed ex voluntate Conditoris ita fiebat. *g* Agreſtia enim,] ideſt, homines, & animalia. *h* In aquatica convertebantur,] ſcilicet, ſicut piſces aquatici in fundo maris ambulabant. *i* Et quæcumque erant natantia] ut ranæ. k In terra tranſibant,] Intrabant enim ranæ domos Ægyptiorum, ſicut animalia agreſtia, *Exod.* 8. *l* Ignis in aqua valebat ſupra ſuam virtutem] propriam, hoc eſt, ignis mixtus cum grandine de cœlo veniebat; nec ignis aquam, nec aqua ignem impediebat, *Exod.* 9. *m* Et aqua extinguentis naturæ obliviſcebatur,] id eſt, non extinguebat ignem, cum quo mixta cadebat: vel in tranſitu maris rubri oblita eſt aqua maris naturam extinguentem, quoad filios Iſrael, qui ſicco veſtigio tranſierunt, *Exod.* 14. *n* Flammæ e contrario corruptibilium animalium] id eſt, ſerpentium ignitorum. *o* Non vexaverunt carnes ambulantium,] ideſt, corpora filiorum Iſrael ambulantium pariter per deſertum. *p* Nec diſſolvebant] flammæ ignis. *q* Illam, quæ facile diſſolvebatur ſicut glacies, bonam eſcam,] hoc eſt, manna, ideſt, ignis quaſi oblitus virtutis ſuæ non diſſolvebat manna, quod facile diſſolvebatur ad Solem ſicut glacies.
r In omnibus enim magnificaſti populum tuum, Domine] hoc eſt, & in hoſtium deſtructione, & eorum liberatione.
ſ Et honoraſti] pro eo talia faciendo.
t Et non deſpexiſti in omni tempore] licet in aliquo viſus fueris deſpexiſſe.
u Et in omni loco aſſiſtens eis] liberans, & ſalvans.

Margin notes: al. † aſcendit. — al. † accipiebant. — Gen. 19. — D — al. † uſu. — Exod. 9.

Explicit Poſtilla Domini Hugonis Cardinalis ſuper librum Sapientiæ.

Reverendiſſ. in Chriſto Patris, & D.

DOMINI HUGONIS

Cardinalis primi de Ordine S. Dominici in Poſtillam ſuper Eccleſiaſticum.

PROLOGUS.

SUmmi Regis palatium in quatuor conſummatur, hoc eſt, in fundamento, & parietibus, tecto, & ornatu interiori. Fundamentum jecit Moyſes, parietem unum prophetæ, alterum erexerunt Apoſtoli, tectum appoſuerunt Evangeliſtæ, ornatum interiorem fecerunt ceteri Sancti. Igitur fundamentum eſt lex, parietes Prophetæ & Apoſtoli, tectum evangelium, ornatus interior Agiographa, & Apocrypha. Lex quinque libros continet. Gen. Exod. Levit. Numer. Deut. Prophetæ octo, ſecundum Hebræos. Joſue, Judicum, Samuel, Malachim, Iſaiam, Jeremiam, Ezechielem, librum 12. Prophetarum. Agiographa 9. ſcil. Job, David. Proverbia Salomonis, Eccleſiaſten, Cantica Canticorum, Danielem, Paralipomenon, Eſdram, & Eſter. Ecce viginti duo libri veteris Teſtamenti, qui ſignificantur per viginti duas litteras Hebraici alphabeti, ut dicit *Hier. in prolog. ſup. Regum.* Apocryphorum vero duo

duo ſunt genera. Quædam ſunt, quorum & auctor, & veritas ignoratur, ut eſt liber de infantia Salvatoris, & liber de Aſſumpt. B. Virg. & hos non recepit Eccleſia. Alia ſunt quorum auctor ignoratur, ſed de veritate non dubitatur, ut eſt liber Judith, & Machabæorum, liber Sapientiæ, & Eccleſiaſticus, liber Tobiæ, & Paſtor. Et hos recipit Eccleſia: non ad fidei dogmatum aſſertionem, ſed ad morum inſtructionem. Epiſtolę vero ſunt viginti una quatuordecim Pauli, & una Jacobi, duæ Petri, tres Joannis, una Judæ. Evangelia quatuor. Actus Apoſtolorum, & Apocalypſis ſuperadduntur. Et ita habemus viginti ſeptem libros novi Teſtamenti, & vigintiſeptem veteris Teſtamenti, qui quinquagintaquatuor ſunt. Unde in quinquagena, remiſſio peccatorum ſignificatur, in quaternario virtutum collectio, quarum univerſitas in Eccleſiaſtico plenius edocetur, unde Panaretos appellatur, ideſt, totus virtuoſus, eo quod de omnibus agat, quem nos ſuſcepimus doctrinaliter exponendum. Unde more Doctorum primo videndum eſt, quis auctor, quæ ſit libri materia, quis modus agendi, quis finis, quæ intentio, quæ utilitas, & cui parti Philoſophiæ ſupponatur, quis titulus, quot libri partes, quis expoſitor, quis translator. De auctore ſiquidem non eſt quærendum, cum ſit Apocryphus, niſi quod quidam dicunt, quod Jeſus filius Sirach pronepos Jeſu magni Sacerdotis tempore Evergetis Regis Ægypti ſcripſit librum iſtum, quod etiam *Raban. tangit in ſuo prologo*. Alii dicunt quod non compoſuit, ſed tantum tranſtulit de Hebræo in græcum. Sed ſive hoc, ſive illud fuerit, non differt a veritate libri iſtius. Igitur materia eſt Sapientia cum ſuis radiis, quæ ſunt virtutes & opera virtutum, ac exempla Sanctorum, de quibus agitur in ultima parte libri hujus, quæ aliquando dicuntur de Sapientia, aliquando de Angelica natura, aliquando de B. Maria, aliquando de qualibet fideli anima exponuntur. Modus agendi tripartitus eſt. Auctor autem quandoque aſſumit perſonam Doctoris ſedentis in cathedra, quando, ſcilicet, originem virtutum & affectus earum demonſtrat: quandoque aſſumit formam Prædicatoris, vitia dehortantis, & ad morum compoſitionem, ac Dei, & proximi dilectionem monentis, quandoque aſſumit perſonam patris familias, filium de regenda familia, & diſponenda inſtruentis. Finis libri eſt, ut boni ſimus, qui eſt communis omnium librorum moralium. Intentio Auctoris eſt nos inſtruere de virtutibus, & exemplis Sanctorum informare, ut eos imitando, cum ipſis mereamur vitam æternam. Ad hoc enim intendunt omnes Auctores Sacræ Scripturæ, ſicut legitur *Jo:* 20. Hujus libri utilitas eſt virtutum cognitio, quæ valde utilis eſt ad finem conſequendum. Supponitur autem liber iſte totaliter morali Philoſophiæ; quia totus eſt de moribus ſive virtutibus. Titulus talis eſt. Incipit liber Panaretos, quod dicitur a pan, quod eſt totum, & ares, quod eſt virtus: quia de omnibus virtutibus agit. Dividitur autem liber iſte in duas partes, in Procemium & narrationem. Narratio iterum dividitur in duas partes. In prima agitur de virtutibus, & conditionibus virtutum uſque ad 44. cap. In ſecunda de exemplis Sanctorum. Ibi laudemus viros glorioſos, &c. *inf.* 44. Procemium iterum duplex eſt. Unum ipſius translatoris, ſive auctoris, ideſt, Jeſu filii Sirach. Aliud expoſitoris, ideſt, Rabani. Jam patet, quis ſit expoſitor hujus libri, quia Rabanus. Tranſlator vero de Hebræo in Græcum, fuit Jeſus filius Sirach, ut dictum eſt. Quis autem tranſtulit in Latinum, quære in Prologo ſuper Proverbia, ubi dicit *Hier.* ſe apud Hebræos hunc librum inveniſſe, non Eccleſiaſticum, ſed parabolas annotatum, cui conjuncti erant alii duo libri, quorum unus Eccleſiaſtes, alius Cantica Canticorum appellatur. Salomon enim ſicut tres libros compoſuit; ita Auctor hujus libri tres compoſuit, quicumque fuerit ille, in materia, in numero, & modo agendi conſimiles. Hic igitur liber apud Græcos Panaretos, apud Hebræos Parabolæ, apud Latinos Eccleſiaſticus appellatur, eo quod Eccleſiæ ſit utilis ſicut & Eccleſiaſtes. Per hos enim duos libros maxime inſtruitur Eccleſia. Differunt autem Eccleſiaſtes, & Eccleſiaſticus ſecundum nominis interpretationem. Nam Eccleſiaſtes Concionator interpretatur, quia quaſi in Concilio totam Eccleſiam convocat ad contemptum mundi. Eccleſiaſticus vero interpretatur Congregator, ſive Collector, eo quod omnes virtutes in hoc libro, ſicut grana in horreo congregat, Quando vero hic liber legitur in Eccleſia, non Eccleſiaſticus, ſed liber Sapientiæ nominatur, ſimiliter, & libri Salomonis. Omnes enim libri, de quorum Auctoribus non eſt certum, aut de quorum ſanctitate non conſtat, cum leguntur in Eccleſia, nomine Sapientiæ intitulantur; quia omnis veritas a Sapientia eſt. His notatis, primo illum Prologum exponamus.

Ejuſdem Reverendiſſ. Patris

DOMINI HUGONIS

Prologi libri Jeſu filii Sirach, qui Eccleſiaſticus dicitur.

EXPOSITIO.

MUltorum nobis, &c.] Dividitur autem Prologus iſte in quatuor partes. Primo docet Auctor populum Iſraeliticum præ cunctis gentibus commendabilem eſſe, propter copiam divinæ doctrinæ apud eos exiſtentem. Secundo oſtendit avum ſuum Jeſum filium Joſedech ſe velle imitari, qui multa ſcripſit ad aliorum inſtructionem. Tertio excitat attentionem, petens veniam, ſi alicubi deficiat ab ornatu verborum. Quarto oſtendit, quo tempore, & quare librum iſtum ſcripſit. Dicit ergo.

INCIPIT PROLOGUS libri Jeſu filii Sirach, qui Eccleſiaſticus appellatur.

a MUltorum *b* nobis & *c* magnorum per *d* legem, & *e* Prophetas, alioſque, qui *f* ſecuti ſunt illos, *g* Sapientia demonſtrata eſt, in *h* quibus *i* oportet laudare Iſrael *k* doctrinæ & ſapientiæ cauſæ: *l* quia non ſolum ipſos loquentes *m* neceſſe eſt eſſe peritos: ſed *n* etiam extraneos *o* poſſe & diſcentes & ſcribentes doctiſſimos fieri. *p* Avus meus Jeſus *q* poſtquam ſe amplius dedit ad diligentiam lectionis legis, & Prophetarum, qui nobis a parentibus noſtris traditi ſunt, volui & ipſe ſcribere aliquid horum, *r* quæ ad doctrinam, & *ſ* Sapientiam pertinent, ut *t* deſiderantes diſcere & *u* illorum periti fieri, magis magiſque attendant animo, & *x* confirmentur ad legitimam vitam.

a Multorum,] ideſt, multarum rerum. *b* Nobis Judæis. *c* Et magnorum,] ideſt, magnarum rerum. *d* Per legem,] ideſt, latorem legis. *e* Et Prophetas alioſque] ideſt, per alios Doctores. *f* Qui ſecuti &c.] ſcilicet, Prophetas, ideſt, imitari, ut Salomon, & alii ſacræ paginæ Scriptores. *g* Sapientia demonſtrata eſt,] ideſt, manifeſtata. Aliqui libri habent [Sapientiam, &c.] & tunc ſupplendum eſt per hoc verbum, patet. Et conſtruitur ſic. Patet Sapientiam, &c.] ideſt, divinorum & humanorum, demonſtratam eſſe, ideſt, manifeſtatam, nobis per legem Moyſi, e Et Prophetas alioſque] ideſt, per alios. *f* Qui ſecuti, &c.] ideſt, imitati in ſcripturis ſuis faciendis, ut Salomon, & Philo, & ceteri auctores. *h* In quibus,] lege & Prophetis, & aliis libris. *i* Oportet. &c.] In quibus abundat Iſrael ſuper alias nationes. Doctrinæ dicit, quoad libros morales, quales ſunt libri Salomonis, & hic liber Eccleſiaſticus. Sapientiæ, quoad legem, & Prophetas, quæ myſtice intellecta de divinis loquuntur. Vel. *h* In quibus,] ideſt, pro quibus multis, & magnis, *i* Oportet, &c.] ideſt, laudabilem demonſtrare.
k Doctrinæ, &c.] ideſt, quia docet Sapientiam de divinis, & doctrinam de moribus. Ideo autem docet.
l Quia non ſolum, &c.] ideſt, ipſos docentes.
m Neceſſe eſt, &c.] ideſt, Sapientia & doctrina.
n Sed etiam extraneos,] ideſt, alienigenas.
o Poſſe, &c.] neceſſe eſt, ſupple, ideſt, utile, quaſi dicat, non expedit, ut ſolum legiſlator, & Prophetæ, & Iſrael periti ſint, ſed expedit, ut alii etiam doctiſſimi fiant diſcentes ab aliis, & ſcribentes, per ſe, quia quidquid ſcimus, vel diſcentes, vel invenientes, ſcimus audiendo, vel legendo. *p* Avus meus,] Secunda pars Procemii, in qua oſtendit ſe velle imitari avum ſuum. Unde dicit. [Avus meus] filius Joſedech, qui fuit unus de 70. Interpretibus, cujus pronepos fuit ille Jeſus filius Sirach. *q* Poſtquam ſe amplius dedit ad diligentiam lectionis legis, &c.] ideſt, de numero librorum aliquem. *r* Quæ ad doctrinam] de moribus. *ſ* Et Sapientiam] de divinis [pertinent.] *t* Ut deſiderantes diſcere,] Sapientiam vel doctrinam. *u* Et illorum periti fieri, magis magiſque attendant animo,] ideſt, magis ſtudeant periti fieri librorum illorum, ſcilicet, quos facere propoſui. *x* Et confirmentur ad legitimam vitam,] ideſt, ad vitam gratiæ lege Dei informatam.

Hortor

a Hortor itaque, &c.] Tertia pars ubi invitat ad intentionem, quaſi dicat: cum ita propoſuerim, hortor itaque vos, lectores, vel diſcere cupientes.
b Venire cum benevolentia] quoad affectum, ut non invideatis. *c* Et attentiori, &c.] quoad intellectum, ut non erretis. *d* Et veniam habere, &c.] ideſt ſequi imaginem Sapientiæ, ideſt, Salomonis, cujus librum, ideſt, parabolas ipſe imitatur in hoc libro, quia procedit ſicut Salomon in parabolis. *e* Et deficere, &c.] Repete. Et hortor veniam habere, ideſt, veniam nobis dari, ubi videmur deficere in verborum compoſitione, id eſt, in competenti ornatu verborum. Nec mirum, ſi aliquando deficimus.
f Nam deficiunt, &c.] id eſt, minus eleganter ſonant. Sicut multa bene ſonant in hebræa lingua, quæ male ſonant in Romana, & e converſo.
g Non autem ſolum hæc] verba, quæ ego transfero, deficiunt translata. *h* Sed & lex, &c.] ideſt ceteri libri. *i* Non parvam, &c.] ideſt, cum translata conferuntur originalibus, a quibus translata ſunt.
k Nam in octavo, &c.] Quarta pars, ubi oſtendit, quando & qualiter hunc librum ſcripſit, ideſt, tranſtulit, quaſi dicat. Bene debeo veniam impetrare; quia opus iſtud non modicum continet utilitatis. Nam in octavo, & trigeſimo, ideſt, in trigeſimo octavo: Sed loquitur more Hebræorum, qui præponunt ſemper minorem numerum majori.
l Et temporibus, &c.] Ægypti, qui regnavit, poſt Ptolomæum Philadelphum fratrem ſuum, ſub quo LXX. interpretes tranſtulerunt Bibliothecam de Hebræo in Græcum. Dictus eſt autem Evergetes, quod ſonat reverentiam, quia poſt uſtionem Syriæ & Ciliciæ, & viſionem partis Aſiæ, Deos eorum, quos Cambyſes in Perſas tranſtulerat, revexit. *m* Poſtquam, &c.] Forte cum illis, quos captivos duxit in Ægyptum Ptolomæus ſocer anteceſſor Philadelphi. Vel forte poſtea jam facta translatione Bibliothecæ. *n* Et cum multum, &c.] ideſt cum multo tempore in Ægypto manſiſſem. *o* Inveni ibi, &c.] ideſt, non interpretatos ſive translatos de Hebræo in Græcum.
p Non parvæ, neque contemnendæ, vel, condemnandæ doctrinæ] inter quos erat liber.
q Itaque bonum & neceſſarium,] ideſt, utile, & putavi.
r Et ipſe aliquam, &c.] ideſt, de Hebræo in Græcum transferendi. Per hoc patet, quod Jeſus Sirach non compoſuit librum iſtum, ſed tranſtulit tantum.
ſ Et multa vigilia attuli doctrinam] iſtius libri.
t In ſpatio temporis;] ideſt, diuturnitate temporis. Attuli inquam. *u* Ad illa,] ideſt, uſque ad opera & exempla Sanctorum. *x* Quæ ad finem ducunt librum iſtum dare,] ideſt, in quibus innitur liber iſte. Vel ſic. *ſ* Multa vigilia attuli, &c.] ideſt, longo tempore laboratam. *z* Dare,] ideſt, ad dandum. *u* Ad illa,] ideſt; uſque ad illa. *x* Quæ ad finem;] ideſt, ad perfectionem. *y* Ducunt librum iſtum] quaſi dicat, ſtatui uſque ad finem transferre hunc librum. Vel ſic, & melius. *ſ* Multa vigilia attuli doctrinam] hujus libri, ſcilicet. *u* Ad illa, quæ ad finem,] ideſt, ad conſummationem ducunt, librum iſtum. Attuli, inquam.

a Hortor itaque *b* venire vos cum benevolentia, & *c* attentiori ſtudio lectionem facere, & *d* veniam habere in illis, in quibus videmur ſequentes imaginem Sapientiæ, & *e* deficere in verborum compoſitione. Nam *f* deficiunt verba hebraica, quando fuerint translata ad alteram linguam. *g* Non autem ſolum hæc, ſed & *h* ipſa lex, & Prophetæ, ceteraque aliorum librorum non *i* parvam habent differentiam, quando inter ſe dicuntur. k Nam in octavo, & trigeſimo anno, *l* & temporibus Ptolomæi Evergetis Regis, *m* poſtquam perveni in Ægyptum, & cum *n* multum temporis ibi fuiſſem, *o* inveni ibi libros relictos non *p* parvæ, neque contemnendæ doctrinæ. Itaque *q* bonum & neceſſarium putavi, & ipſe *r* aliquam addere diligentiam & laborem interpretandi librum iſtum, & *ſ* multa vigilia attuli doctrinam in *t* ſpatio temporis ad *u* illa, quæ *x* ad finem *y* ducunt, librum iſtum *z* dare, *a* & illis, qui volunt animum intendere, *b* & diſcere, *b* quemadmodum *c* oporteat inſtituere mores, *d* qui ſecundum legem Domini propoſuerint vitam agere.

Explicit Prologus.

z Dare,] ideſt, ad dandum. Et illud reſpicit aliud, quod ſequitur. *a* Et illis, qui volunt animum intendere] ideſt, intente dirigere in id, quod volunt cognoſcere. *b* Et] qui diſcere volunt ab aliis. *b* Quemadmodum,] ideſt, qualiter. *c* Oporteat inſtituere mores,] ideſt ſe, & alios bonis moribus informare, ad quod multum valet liber iſte.
d Qui ſecundum legem Domini, &c.] Talibus enim liber iſte eſt utilis.

Explicit expoſitio prologi Jeſu filii Sirach.

INCIPIT PROLOGUS Rabani in Eccleſiaſticum.

e Librum Jeſu filii Sirach dicit ſe Hieronymus *f* reperiſſe apud Hebræos, non Eccleſiaſticum, ut apud Latinos, ſed parabolas prænotatum, *g* cui juncti erant *h* Eccleſiaſtes, & Canticum Canticorum, ut *i* Salomonem non modo k librorum numero, ſed & materiarum genere *l* coæquaret. Librum *m* vero Sapientiæ *n* ſe non reperiſſe apud eos, ſed *o* magis Græcam redolere eloquentiam: quem *p* nonnulli *q* Philonis eſſe affirmant.
r Eccleſiaſticus vero, ſicut & Eccleſiaſtes utiliſſimus eſt, *ſ* qui Congregator, vel Collector interpretatur, *t* ſicut ille Concionator; ſed *u* Eccleſiaſtes ad Chriſtum refertur, & ad quemlibet Prædicatorem Eccleſiaſticus, *x* qui *y* propter excellentiam virtutum ſuarum *z* Panaretos, ideſt, omnium virtutum capax appellatur. Cujus tanta claritas *a* tantaque latinitas eſt, ut *b* ipſe ſibi commenta ſit.

Explicit Prologus Rabani.

INCIPIT EXPOSITIO Prologi Rabani in Eccleſiaſticum.

Librum Jeſus, &c] Dividitur autem in ſex particulas. Primo oſtendit apud quos Hieronym. librum iſtum invenit. Secundo, qualiter prænotatus fuerit. Tertio, quod non ſeparatum invenit, ſed aliis duobus conjunctum. Quarto, dicit Hieroymum non inveniſſe apud Hebræos librum Sapientiæ, ſed magis Græcam eloquentiam redolere. Quinto, oſtendit, quæ ſit differentia hujus libri ad Eccleſiaſten. Sexto, quanta ſit ejus facultas. Dicit ergo. *e* Librum Jeſu, &c.] in prologo ſuper proverbia.
f Reperiſſe apud Hebræos, &c.] ideſt, intitulatum. *g* Cui juncti erant] in eodem volumine. *h* Eccleſiaſtes, & Cantica Canticorum] non Salomonis librum; ſed alii ſic dicti, ad ſimilitudinem librorum Salomonis facti. *i* Ut Salomonem non modo,] id eſt, non tantum. k Librorum numero, ſed & materiarum genere] id eſt, ſimilitudine.
l Coæquaret,] ille, qui fecit librum hunc, & alios duos ſibi junctos. *m* Librum vero Sapientiæ] Philonis dicit Hieronymus, ſupple. *n* Se non reperiſſe apud eos,] ideſt, Hebræos. *o* Sed magis Græcam redolere eloquentiam, quem] ſcilicet, librum Sapientiæ. *p* Nonnulli] ideſt, multi.
q Philonis eſſe affirmant] qui fuit Hebræus, ſed in lingua græca peritus, & facundus. *r* Eccleſiaſticus vero, ſicut & Eccleſiaſtes, Eccleſiæ utiliſſimus eſt,] quia inſtruit in moribus. *ſ* Qui] ſcilicet, Eccleſiaſticus, Congregator, vel Collector interpretatur;] quia colligit omnes virtutes in hoc libro, ut eas doceat. *t* Sicut ille,] ideſt, Eccleſiaſtes, Concionator, qui more Concionatoris convocat Eccleſiam, & invitat ad contemptum mundi, *u* Sed Eccleſiaſtes ad Chriſtum refertur, & ad quemlibet Prædicatorem Eccleſiaſticus] quaſi dicat, in hoc differunt, quia Eccleſiaſtes repræſentat Chriſtum; Eccleſiaſticus vero quemlibet Prædicatorem.
x Qui] ideſt, Eccleſiaſticus. *y* Propter excellentiam virtutum ſuarum] de quibus agit. *z* Panaretos,] ideſt, omnium virtutum capax appellatur. Cujus tanta claritas] in ſenſu. *a* Tanta latinitas] eſt in verbis.
b Ut ipſe ſibi commenta ſit,] ideſt, Commentator.

Explicitis expoſitio Rabani in Eccleſiaſticum.

Reve-

Reverendiſs. in Chriſto Patris, & D.

DOMINI HUGONIS

Cardinalis Poſtilla ſuper Eccleſiaſticum incipit.

INCIPIT LIBER Eccleſiaſticus.

CAPUT I.

a OMnis ſapientia *b* a Domino Deo eſt, *c* & cum illo fuit ſemper, & eſt ante ævum. *d* Arenam maris, & pluviæ guttas, & dies ſæculi quis dinumeravit? Altitudinem cœli, & latitudinem terræ, & profundum abyſſi quis dimenſus eſt? *e* Sapientiam Dei *f* præcedentem omnia quis *g* inveſtigavit? *h* Prior omnium creata eſt ſapientia, & *i* intellectus prudentiæ ab *k* ævo. *l* Fons ſapientiæ *m* verbum Dei in *n* excelſis, & *o* ingreſſus illius *p* mandata æterna. *q* Radix ſapientiæ cui *r* revelata eſt, & *ſ* aſtutias illius quis agnovit? *t* Diſciplina ſapientiæ cui *u* revelata eſt, & *x* manifeſtata, & *y* multiplicationem ingreſſus illius quis intellexit?

Unus *z* eſt altiſſimus *a* creator omnium, *b* omnipotens, & *c* rex potens, & *d* metuendus nimis, *e* ſedens ſuper thronum illius,

EXPOSITIO CAP. I.

a OMnis Sapientia,] ideſt, filius omnia ſapiens, & omnia ſciens, in quo ſunt omnes theſauri Sapientiæ, & ſcientiæ abſconditi, *Col.* 2. Vel, Omnis Sapientia, ideſt, perfecta Sapientia, ideſt, filius perfecte ſciens omnia. Simile *Matt.* 3. Sic enim decet nos implere omnem juſtitiam, ideſt, perfectam. Vel, omnis Sapientia, ideſt, filius, a quo eſt omnis Sapientia. *b* A Domino Deo eſt,] ideſt, a Deo Patre per generationem, quæ eſt ineffabilis. Unde *Iſa.* 53. Generationem ejus quis enarrabit? *c* Et cum illo, &c.] ideſt, ab æterno. In quo notatur coæternitas filii, & Patris, æqualitas, & conſubſtantialitas, & diſtinctio perſonalis, ſicut *Joan.* 1. In principio erat verbum, & verbum erat apud Deum, & Deus erat

A verbum.

d Arenam maris, &c.] quaſi dicat, Nemo.

e Sapientia Dei,] quæ eſt a Deo Patre, ideſt, filium.

f Præcedentem omnia] creata, & dignitate, & æternitate. *g* Quis inveſtigavit, quaſi dicat, nullus. Argumentum eſt a majori, quaſi dicat: ſi hæc quæ ſub certo numero, pondere, & menſura condita ſunt, nemo poteſt dinumerare, multo minus Sapientiam, quæ eſt ſine fine, & ſine principio poterit comprehendere, & inveſtigare. Simile *Sap.* 9. Difficile æſtimamus, quæ in terra ſunt, & quæ in proſpectu ſunt, invenimus cum labore; quæ in cœlis ſunt, quis inveſtigabit? quaſi dicat: nullus. Unde Apoſt. *Rom.* 22. O altitudo divitiarum Sapientiæ, & ſcientiæ Dei! &c. *Pſ.* 138. Mirabilis facta eſt ſcientia tua ex me confortata eſt, & non potero ad eam.

h Prior omnium, &c.] ideſt, genita vel prædeſtinata creari inquantum homo. Unde *Rom.* 1. Qui prædeſtinatus eſt filius Dei in virtute ſecundum Spiritum ſanctificationis. Vel, creata eſt Sapientia, ſecundum humanitatem, prior omnium, ideſt, dignior quam creatura aliqua, tamen creatura. Simile *Jo:* 1. Poſt me venit, qui ante me factus eſt, quia prior me erat.

i Et intellectus prudentiæ,] ideſt, Sapientia prudens, & intelligens.

k Ab ævo] eſt, ideſt, ab æterno. Sic accipit *Boetius* ævum pro æterno: Qui tempus ab ævo ire jubes. Aliquando autem ævum pro tempore accipitur, ſicut *ſup. in princ.* Et cum illo fuit ſemper, & eſt ante ævum, id eſt, ante omnia tempora. Eſt autem ævum medium inter tempus, & æternitatem. Tempus enim eſt præſentialis ſtatus eorum, quæ ſunt; ævum autem eſt præſentialis ſtatus eorum, quæ ſunt etiam in tempore, & fuerunt, & erunt in tempore, & ante tempus, & poſt.

Moraliter. Moraliter. *d* Arenam maris, &c.] Per Arenam maris intelliguntur temporalia fluida, ſterilia, & amara, quia cum labore acquiruntur, & cum timore poſſidentur, & cum dolore deſeruntur. Per pluviam, intelligitur fluxus carnalis concupiſcentiæ, guttas pluviæ partiales concupiſcentiæ. Per dies ſæculi, intelliguntur honores, ſive dignitates mundi. Hujuſmodi nemo conſiderat, nec dinumerat, nec diſcernit, & ideo diligunt homines temporalia, ſequuntur concupiſcentias, & ambiunt dignitates. Unde 1. *Jo:* 2. Omne, quod eſt in mundo, aut eſt concupiſcentia carnis, aut concupiſcentia oculorum, aut ſuperbia vitæ. Per altitudinem cœli, intelligitur ſublimitas præmiorum. Per latitudinem terræ intelligitur tenuitas temporalium gaudiorum. Per profundum abyſſi intelligitur profunditas ſuppliciorum. Et hujuſmodi nemo metitur, præmia cœli contemnuntur, gaudia mundi diliguntur, ſupplicia inferni non metuuntur

Sequitur. *l* Fons Sapientiæ,] ideſt origo Sapientiæ eſt. *m* Verbum Dei] ideſt, filius, habitans. *n* In excelſis,] ideſt, a dextris Patris. Vel, in Excelſis, ideſt, in Angelis, quaſi dicat origo omnis Sapientiæ a verbo Dei procedit. *o* Et ingreſſus illius,] ideſt, ipſe ingrediens in mundum per incarnationem, dedit. *p* Mandata æterna, ideſt, immobilia. Vel æterna, ideſt, ad æternitatem ducentia. Unde *Joan.* 6. Verba vitæ æternæ habes. Vel ſic mandata æterna, ideſt, mandata charitatis, quæ nunquam excidet, 1. *Cor.* 13. Sunt ingreſſus illius, ideſt, introitus ad illam. Unde *Matt.* 19. Si vis ad vitam ingredi, ſerva mandata. *q* Radix Sapientiæ] increatæ, ideſt, Pater. *r* Cui revelata eſt?] q. d. nulli. *Matth.* 11. Neque Patrem novit quis, niſi filius, & cui voluerit filius revelare. Unde Philippus dixit: Domine, oſtende nobis Patrem, & ſufficit nobis. *Joan.* 14. Vel ſic. *q* Radix Sapientiæ,] creatæ, ideſt, filius. *r* Cui revelata eſt?] q. d. nulli. Unde *Matt.* 11. Nemo novit filium, niſi Pater, *Iſa.* 53. Brachium Domini, cui revelatum eſt?

ſ Et aſtutias illius quis agnovit?] q. d. nullus ad plenum. Et dicit, aſtutias, pluraliter, quia duplex eſt aſtutia Sapientiæ. Una eſt, quam operatur in Sanctis, ſcil. ſagacitas vitandi, & deprehendendi inſidias Diaboli. Et ſic accipitur *Prov.* 1. Ut detur parvulis aſtutia. Alia eſt aſtutia ſive ſagacitas, qua Diabolum in Cruce hamo Divinitatis ſub eſca humanitatis operto cepit. *Job* 40. In oculis ejus quaſi hamo capiet eum. Sic accipitur. *Prov.* 13. Aſtutus omnia agit conſilio. *t* Diſciplina, &c.] per ſcientiam.

x Et manifeſtata] per experientiam. Ubi, revelata, per inſpirationem, & manifeſtata, per eruditionem, quaſi dicat paucis, & ſolis fidelibus, quorum quibuſdam eſt inſpirata fides paſſionis. & quibuſdam eſt prædicata. Diſciplina autem Sapientiæ dicitur, quia ipſa in paſſione diſciplinata eſt pro nobis, Unde *Iſa.* 53. Diſciplina pacis noſtræ ſuper eum, & livore ejus ſanati ſumus. Vel.

t Diſciplina Sapientiæ,] ideſt, ſcientia æternæ Sapientiæ. *u* Cui revelata eſt] quoad Divinitatem.

x Et manifeſtata] quoad humanitatem. Vel Diſciplina Sapientiæ] ideſt, modus, & via addiſcendi ſapienter, & inveſtigandi ipſam Sapientiam. Cui revelata eſt, verbis, & manifeſtata exemplis. Vel, Diſciplina Sapientiæ, qua illos verbis reprehendit, & iſtos flagellis corrigit. Cui revelata eſt per doctrinam, & manifeſtata per experientiam? Illi, qui dicebat *Pſ.* 17. Diſciplina tua correxit me in finem, & diſciplina tua ipſa me docebit.

y Et multiplicationem, &c.] ideſt, multiplicatum ingreſſum illius, quorum unus eſt ingreſſus in utero B.V. per incarnationem, ſecundus eſt in mundum per apparitionem, tertius in infernum ob captivorum liberationem, quartus eſt in cœlum per aſcenſionem, quintus eſt in mentem hominis per gratiæ infuſionem, per illuminationem, & per inſpirationem.

z Unus eſt Altiſſimus Creator omnium Omnipotens, ſcilicet. Pater. *De Patre.*

c Et Rex potens] ideſt, potenter regens omnia.

d Et metuendus nimis] ideſt, valde reverendus. Vel, metuendus nimis,] ideſt, valde juſtus. *e* Sedens ſuper thronum illius] ideſt, Sapientiæ. In quo dotatur coæternitas filii & auctoritas Patris. Thronus enim ſive poteſtas judiciaria dicitur eſſe Filii, ſed a Patre. Unde *Joan.* 5. Pater non judicat quemquam, ſed omne judicium dedit filio, ut omnes honorificent Filium, ſicut honorificant Patrem. Quod non eſt ita intelligendum, quod ſine Patre judicet Filius; ſed quia Filius apparebit in judicio in forma humana, in qua miniſterio judicabit. Et quia judicandi, po-

A teſtas Dominantis eſt,

Vel de Filio exponitur ſic. *z* Unus eſt Altiſſimus] Filius, ſcil. Unus Deus cum Patre. *a* Creator omnium,] quia omnia per ipſum facta ſunt. *b* Omnipotens] ideſt, omnino potens omnia. *c* Et Rex potens & metuendus nimis,] ideſt valde *Pſ.* 55. Quoniam magnus Dominus, & laudabilis nimis, &c. *e* Sedens ſuper thronum illius,] ſcilicet Patri, habens judiciariam

Θ poteſtatem a Patre

a teſtas Dominantis eſt: Ideo ſequitur. *c* Et Dominans Deus] quod tunc maxime apparebit, quando malos male perdet. Unde *Pſ.* 9. Cognoſcetur Dominus judicia faciens.
De patre. De Filio. Θ poteſtatem a Patre. *c* Et Dominans Deus] unus cum Patre. *d* Ipſe,] ideſt, Deus Pater. *e* Creavit illam,] ideſt, Sapientiam, ideſt, incarnari fecit. *f* Spiritu ſancto,] ideſt, opere Spiritus Sancti, vel potius cooperatione, quia tota Trinitas operata eſt incarnationem filii. *g* Et vidit] Deus Pater per approbationem. *h* Et dinumeravit,] ideſt, plene comprehendit. *i* Et menſus eſt] quia innumeroſitatem Chariſmatum, quibus repletus fuit Chriſtus homo, ſolus Deus Pater pleniſſime comprehendit. Vel ſic.
g Et vidit,] ideſt, viſibilem ſe reddidit. Unde *Baruc.* 3. Poſt hæc in terris viſus eſt. *h* Et dinumeravit,] ideſt, numerabilem cum aliis hominibus fecit. Unde *Iſa.* 53. Et cum ſceleratis reputatus eſt.

& *c* Dominans Deus. *d* Ipſe *e* creavit illam *f* Spiritu ſancto, *g* & vidit *h* dinumeravit, & *i* menſus eſt. Et k effudit illam ſuper *l* omnia opera ſua, & ſuper *m* omnem carnem ſecundum *n* datum ſuum, *o* præbet illam diligentibus ſe. *p* Timor Domini *q* gloria, & gloriatio, & lætitia, & corona exultationis. *r* Timor Domini *ſ* delectabit cor, & *t* dabit *u* lætitiam, & *x* gaudium in *y* longitudine dierum. *z* Timenti Dominum *a* bene erit in extremis, & in *b*

i Et menſus eſt] ideſt, menſurabilem fecit. Et ſic oſtenduntur tria mirabilia circa Incarnationem. Nam inviſibilis, factus eſt viſibilis, & innumerabilis factus eſt numerabilis, immenſus menſuratur, coarctatus infra uterum virginalem. Unde *Jer.* 31. Novum faciet Dominus ſuper terram: femina circumdabit virum. k Et effudit il-
Joan. 1. Pſ. 132. lam] ſcilicet. Sapientiam. *l* Super omnia opera ſua] quia omnia opera Dei Sapientiam Dei ſua pulchritudine manifeſtant: & in ordine rerum apparet ipſa Sapientia ſuperfuſa. *m* Et ſuper omnem carnem] ideſt, ſuper omnem hominem cor carneum habentem. Et de plenitudine ejus nos omnes accepimus. Et a capite in Barbam Aaron, & a Barba in oram veſtimenti ejus fluxit unguentum. Unde *Johel.* 2. Et erit poſthæc, effundam de Spiritu meo ſuper omnem carnem. *n* Secundum datum ſuum] ideſt, ſecundum magnificentiam ſuam, vel ſecundum diſpenſationem dominationis ſuæ. *o* Præbet illam diligentibus ſe] unicuique ſecundum capacitatem ſuam. Unde *Matt.* 25. Tradidit illis bona ſua, unicuique ſecundum propriam virtutem. Et dicit *Gloſſ. ibi*: ſecundum propriam capacitatem, quæ capacitas ex magnificentia Dei eſt ad utilitatem noſtram. Unde 1. *Cor.* 12. Unicuique datur manifeſtatio Spiritus ad
Sap. 1. utilitatem. &c. *p* Timor Domini, &c.] Quoniam in malevolam animam non introibit Sapientia. Ideo auctor commendata Sapientia, agit de timore, per quem purificatur anima, & mundatur a peccatis. Timor enim Domini expellit peccatum, & *inf. eod.* Sunt autem ſex ſpecies
Sex ſpecies timoris. timoris Domini. Primus eſt timor naturalis, quo homo naturaliter timet mortem, & omne ſibi contrarium. Secundus eſt timor humanus, quo timet homo voluntarie ex deliberatione pelliſ ſuæ plus debito. Tertius eſt timor mundanus, quo homo timet amiſſionem rerum temporalium ultra modum, Quartus eſt timor ſervilis, quo timetur pœna inferni, quem charitas foras mittit. 1. *Jo: inf.* 4. Quintus eſt timor initialis, quo unum oculum habet ad Deum, hoc eſt partim timore pœnæ, partim amore Dei ceſſat a malo. Sextus eſt timor filialis, quo timetur tantum offenſio Patris, & ſeparatio ab eo, ut dicit *Rab.* Et de quo dicitur in *Pſ.* 18. Timor Domini ſanctus permanens in ſæculum ſæculi. Et de hoc dicitur hic. *p* Timor Domini,] id eſt, quo timetur Dominus, ideſt, offenſio ejus, vel ſeparatio ab eo. Vel. *p* Timor Domini,] ideſt, qui eſt a Domino. *q* Gloria & gloriatio, &c.] ideſt, cauſa gloriæ & gloriationis, & lætitiæ, & coronæ. Gloriam dicit cordis munditiam, quam timor operatur in præſenti. 2 *Cor.* 1. Gloria noſtra hæc eſt, teſtimonium conſcientiæ noſtræ. Gloriationem dicit manifeſtationem, quia ex eo quod homo timet, conſiderat magnitudinem Dei, & reſilit in propriam parvitatem, & ſic humiliatus, dicit *Pſ.* 113. Non nobis, Domine, non nobis, &c. Lætitiam dicit gaudium ſpei, quod habetur in præſenti. Coronam exultationis dicit coronam gloriæ, quæ habetur in futuro. Hæc quatuor bona facit timor Domini. Item. *r* Timor Domini,] ideſt, quo timetur Dominus, vel qui eſt a Domino. *ſ* Delectabit cor,] in præſenti.

t Et dabit] in futuro. *u* Lætitiam] quoad ſtolam animæ.
x Et gaudium] quoad ſtolam corporis.
y In longitudinem dierum,] ideſt, in æternum. Unde *inf.* 40. Timor Domini ſicut Paradiſus benedictionis.

die defunctionis ſuæ benedicetur. *c* Quibus autem apparuerit in viſu, diligunt *d* eam in viſione, & in *e* agnitione magnalium ſuorum, *f* Dilectio Dei *g* honorabilis Sapientia. Initium *h* Sapientiæ *i* timor Domini, k & cum fidelibus in vulva *l* concreatus eſt, & *m* cum Electis feminis gradietur, & cum *n* Juſtis & fidelibus agnoſcetur. *o* Timor Domini ſcientiæ religioſitas. Religioſitas *p* cuſtodiet, & *q* juſtificabit cor, *r* jucunditatem atque *ſ* gaudium dabit.

z Timenti,] ideſt, his qui timent] Dominum] filialiter.
a Bene erit in extremis] ideſt, in fine hujus vitæ. Unde *Pſ.* 30. Quam magna multitudo dulcedinis tuæ, Domine, quam abſcondiſti timentibus te.
b Et in die] benedictione dexteræ, qua dicetur ei cum aliis, Venite, benedicti patris mei, &c. *Matt.* *Pſ. 110. Prov. 1. & 9.*
25 Et dicit, in die defunctionis, non in nocte; quia electi in die moriuntur, non in nocte, quia ad lucem abſconditam vadunt. Et tunc primo lux oritur, ideſt, vera lux. Unde & dies mortis eorum dies natalitius eorum appellatur, E converſo, reprobi moriuntur in nocte, quia ad tenebras vadunt in nocte, quæ nunquam deficient. Unde *Luc.* 12. Stulte, hac nocte animam tuam repetent a te, &c. *c* Quibus autem apparuerit] Sapientia [in viſu,] ideſt, per fidem, quæ videt per ſpeculum in ænigmate 1. *Cor.* 13. *d* Diligunt eam in viſione] aperta, quia videbunt eam facie ad faciem.
e Et in agnitione magnalium ſuorum] ideſt, in æterna beatitudine, ubi videbunt magnalia Sapientiæ, & ipſam Sapientiam magnificam, & magnalia, quæ fecit & numerum Electorum, quos glorificavit, quos videbunt ſecum, & multitudinem reproborum, quos damnavit, *Heb. 11.*
quos videbunt in inferno, ſicut dicitur *Iſa. ult.* Egredientur, & videbunt cadavera virorum, qui prævaricati ſunt in me. Qui hic non videt Sapientiam in viſu fidei, non videbit eam in futuro in viſione ſpeciei, quia ſine fide impoſſibile eſt placere Deo. *f* Dilectio Dei,] ideſt, qua Deus diligitur. *g* Honorabilis Sapientia] ideſt, cauſa honorabilis Sapientiæ, quæ ſapiunt res prout ſunt. Unde 1. *Joan.* 2. Unctio docebit vos de omnibus. Quæ dicitur honorabilis, quia facit honorabiles participes ſui. Unde *Thren.* 4. Filii Sion inclyti, & amicti auro primo. *h* Initium Sapientiæ] ideſt, claritatis, vel qua res ſapiunt, prout ſunt. Eſt. *i* Timor Domini,] initialis intra ſumptus, vel finalis extra ſumptus, qui introducit charitatem, ut ſeta filum.
k Et cum fidelibus in vulva] matris Eccleſiæ, ideſt, Baptiſmo.
l Concreatus eſt,] ideſt, cum aliis virtutibus, quibus regenerantur fideles, creatus.
m Et cum electis feminis gradietur,] ideſt, Sanctorum animabus, ſecundis bonis operibus in futuro ſociabitur. Vel [cum electis feminis, ideſt,] cum aliis virtutibus tanquam cuſtos earum. Et dicuntur virtutes electæ feminæ ab effectu, quia electum, & fecundum faciunt hominem. *n* Et cum juſtis & fidelibus agnoſcetur,] id eſt, juſtos & fideles comitabiliter agnoſci faciet. Juſtis dicit, quoad opera, fidelibus, quoad fidem. Unde dicitur eis: Euge, ſerve bone, & fidelis. *Matth.* 25.
o Timor Domini ſcientiæ religioſitas,] ideſt, cauſa ſcientiæ religioſæ, quæ religat animum, ne effluat in peccatum, & facit hominem circumſpectum. Unde *Eccl.* 7. Qui timet Dominum, nihil negligit.
p Cuſtodiet a malo.
q Et juſtificabit cor,] in bono, ut faciat alii, quod ſibi vellet fieri. *Matt.* 7. Et non faciat alii, quod ſibi nollet fieri. *Tob.* 4.
r Jucunditatem,] ſpei in præſenti.
ſ Atque gaudium,] rei in futuro [dabit.] Vel totum in præſenti. *r* Jucunditatem,] ex declinatione mali.
ſ Atque gaudium] ex operatione boni, quorum utrumque facit timor. Vel totum in futuro.
r Jucunditatem] quoad ſtolam animæ.
ſ Atque gaudium] quoad ſtolam corporis. Unde *infra* 15. Jucunditatem & exultationem theſaurizabit ſuper illum, & nomine æterno hæreditabit illum.

C

al. † conſummationis.

a Timenti Dominum *b* bene erit, & in *c* diebus † conſolationis illius *d* benedicetur. *e* Plenitudo Sapientiæ eſt timere Deum & *f* plenitudo a fructibus illius. *g* Omnem domum illius *h* implebit a generationibus, & *i* receptacula a *k* theſauris illius. *l* Corona Sapientiæ timor Domini, *m* replens pacem, & *n* ſalutis fructum, & *o* vidit, & *p* dinumeravit eam. *q* Utraque autem *r* ſunt dona Dei. *ſ* Scientiam, & intellectum prudentiæ Sapientia compartietur, & *t* gloriam tenentium ſe exaltat. *u* Radix Sapientiæ eſt timere Dominum. *x* Rami enim illius longævi. In *y* theſauris Sapientiæ intellectus, & ſcientiæ religioſitas; *z* execratio autem peccatoribus Sapientia. *a* Timor Domini *b* expellit peccatum. Nam *c* qui ſine timore eſt, non poterit juſtificari, iracundia *d* enim animoſitatis illius *e* ſubverſio illius eſt. Uſque in *f* tempus ſuſtinebit patiens, & poſtea redditio jucunditatis. *g* Bonus ſenſus uſque in tempus *h* abſcondet verba illius, & *i* labia multorum enarrabunt ſenſum illius.

a Timenti Dominum] timore filiali, *b* Bene erit] in futuro. *c* Et in diebus conſolationis, vel, conſummationis illius] ideſt, in die mortis, quando magis neceſſaria eſt, & jucundior conſolatio. *d* Benedicetur] benedictione dexteræ. Euge, ſerve bone, & fidelis. *Matt.* 25. Hoc idem jam dixerat auctor *ſup.* Timenti Dominum bene erit in extremis, & in die defunctionis ſuæ benedicetur. Sed repetit ad majorem certitudinem, vel quia Juſtus in morte ſecurus erit de duobus, ſcilicet, de ſtola corporis, & de ſtola animæ.

e Plenitudo Sapientiæ eſt timere Deum,] ideſt, timor Dei operatur plenitudinem Sapientiæ, ideſt plenam Sapientiam. Et ubi major timor eſt, ibi major Sapientia, ut dicit *Rab.* Sed videtur falſum, quia una vetula majorem timorem habet, quam aliquis magiſter, non tamen magis ſapiens. Sol. Sapientia duo importat, ſcientiam & ſaporem. Vetula quoad ſaporem ſapientior eſt, & ita intelligit *Rab.* ubi major timor, ibi major Sapientia. Præter plenitudinem ſaporis, quam operatur timor, eſt & alia plenitudo bonæ operationis, quam ſimiliter operatur timor, quia timor nunquam eſt otioſus. Unde ſequitur.

f Et plenitudo a fructibus illius,] ideſt, a fructuoſis operibus timoris. Vel melius.

e Plenitudo Sapientiæ,] ideſt, ſaporis eſt timere Deum,] in præſenti, & plenitudo gloriæ in futuro, a fructibus illius erit, quaſi dicat, timor Dei in præſenti dat ſaporem, in futuro dabit gloriam.

g Omnem domum illius,] ideſt, Sapientiæ, ideſt, fidelem animam, quæ eſt domus Sapientiæ.

h Implebit] Timor a generationibus ſuis, ideſt, bonis operibus, quæ generat. Vel, a generationibus, ideſt, virtutibus, quæ dicuntur generationes, quia una generat aliam, ut dicit *Gloſſ.* ſuper illud *Matt.* 1. Abraham genuit Iſaac. Vel, implebit, gloria a generationibus, & poſt generationes ſecundum fructum operum.

i Et receptacula,] ideſt, tres vires animæ implebit.

k A theſauris illius,] ideſt, Sapientiæ, quæ ſunt dona gratiarum, quæ ſunt abſcondita, ideſt, pretioſa, ut theſauri. De quibus dicitur *Matt.* 6. Theſaurizate vobis theſauros in cœlo. Et *Job* 38. Nunquid ingreſſus es theſauros nivis, aut theſauros grandinis aſpexiſti? Quod autem timor omnia receptacula animæ impleat, patet *Iſa.* 11. Et replevit eum ſpiritus timoris Domini. Rationabilem veritate, concupiſcibilem ſuavitate, iraſcibilem gloria, & honore. *l* Corona Sapientiæ timor Domini] ideſt, corona, qua coronantur ſapientes, provenit ex timore. Vel, timor Domini corona eſt Sapientiæ, ideſt, Sapientia nos coronat in præſenti, qua corona reſtringuntur capilli, ideſt, fluxæ cogitationes mentis, & vana deſideria. *m* Replens pacem,] ideſt, conferens plenam pacem. Pacem peccatoris in præſenti, & pacem æternitatis in futuro. *n* Et ſalutis fructum,] ideſt fructum replet, ex quo ſalus eſt, ideſt, opera bona. De quibus dicitur *Matt.* 3. Facite dignos fructus pœnitentiæ. *Job.* 9. Verebar omnia opera mea. *o* Et vidit,] ideſt, approbavit Deus Pater. *p* Eam] ideſt Sapientiam.

p Et dinumeravit] omnia, quæ in ea ſunt, ut virtutes, dona, opera. *q* Utraque autem] ideſt, timor & Sapientia. *r* Sunt dona Dei.] Unde *Jac.* 1. Omne datum optimum, & omne donum perfectum, &c.

ſ Scientiam, & intellectum prudentiæ Sapientia compartietur,] ideſt. Filius, qui ſine menſura dona accepit, filiis ſuis dabit, ſcientiam vitandi malum, & intellectum prudentiæ faciendi bonum. *t* Et gloriam tenentium ſe exaltat,] ideſt, perſeverantium in bono: Et dicitur Exaltare gloriam in præſenti, quia loquitur de gloria pacatæ conſcientiæ. De qua dicitur 1. *Cor.* Gloria noſtra hæc eſt, teſtimonium conſcientiæ noſtræ. Poſtquam dabitur gloria æterna, quia gratiam, & gloriam dabit Dominus. *u* Radix Sapientiæ eſt timere Dominum.] Timor Domini initium ſapientiæ. Timor ſervilis initium extra ſumptum. Timor initialis intra ſumptum. Veruntamen dicitur timor eſſe radix Sapientiæ ad ſimilitudinem. Quia ſicut radix initium eſt arboris; ita timor initium eſt Sapientiæ. Item ſicut radix in profundo terræ eſt; ſic timor Domini in profundo humilitatis tenet hominem. Item ſicut radix amara eſt, ſed fructus arboris dulcis, ſicut patet in palma; ſic timor amaritudinem pœnæ habet, ſed generat dulcedinem Sapientiæ. Unde *infr.* 24. Sicut palma exaltata ſum in Cades. Et quod timor Domini ſit radix Sapientiæ, probat. *x* Rami enim illius longævi,] ideſt, ſententiæ Scripturarum, quas per orbem terrarum Evangelica pandit doctrina, ſunt æternæ, quia æterna gaudia promittunt, & æterna ſupplicia comminantur. Unde *Matth.* 5. Donec tranſeat cœlum, & terra, Jota unum, aut unus apex non præteribit a Lege. *Luc.* 21. Cœlum & terra tranſibunt; verba autem mea non tranſibunt. *y* In theſauris, &c.] ideſt, in novo & veteri Teſtamento, quæ ſunt theſauri Sapientiæ, eſt intellectus faciendi bonum, & ſcientiæ religioſitas, ideſt, ſcientia religioſa vitandi malum. Quod autem novum, & vetus Teſtamentum dicantur theſauri Sapientiæ ſive filii, legitur *Matth.* 13. Omnis Scriba doctus in regno cœlorum ſimilis eſt homini patrifamilias, qui profert de theſauro ſuo nova, & vetera. Per hoc autem, quod dicit, in theſauris, innuit, quod verba Sacræ Scripturæ pretioſa ſunt; unde dicuntur Margaritæ *Matt.* 7. Nolite ſanctum dare canibus, neque mittatis Margaritas ante porcos. Vel theſauri Sapientiæ dicuntur opes Sapientiæ pretioſæ. De quibus dicitur *Prov.* 8. Mecum ſunt divitiæ, & gloriæ, & opes ſuperbæ, & juſtitia. Et omnia dona Spiritus Sancti in his theſauris, ideſt, inter iſtos theſauros Sapientiæ ſunt. Intellectus & ſcientiæ religioſitas, ideſt, intellectus cognoſcendi res intrinſecus, & ſcientia bene converſandi extrinſecus religans hominem, ne effluat in peccatis. *z* Execratio autem peccatoribus Sapientia] ideſt, terribilis, & abominabilis Sapientia. Aves enim noctis lucem oderunt, & ægris oculis odioſa eſt lux, quæ ſanis eſt amabilis: & palato non ſano pœna eſt panis, qui ſano eſt ſuavis, ut dicit *Aug.* *a* Timor Domini,] ideſt, quo timetur Dominus, vel qui datur a Domino.

b Expellit peccatum,] ideſt, vitia. Vel expellit, per pœnitentiam mundando a præteritis, & coercendo a futuris. Et hoc probat per contrarium. *c* Nam qui ſine timore eſt, non poterit juſtificari] manens talis. Unde *Pſ.* 13. Viam pacis non cognoverunt: non eſt timor Dei ante oculos eorum. Hoc autem reddit pro cauſa.

d Iracundia enim animoſitatis illius] ideſt, iracundia animoſa ducens animum ad malum perpetrandum.

e Subverſio illius eſt] ideſt, iracundia. Unde *Prov.* 27. Grave eſt ſaxum, & oneroſa arena; ſed ira ſtulti utroque gravior. *Job.* 5. Virum ſtultum interficit iracundia, & parvulum occidit invidia.

f Uſque in tempus, &c.] ideſt, homo vere patiens patienter ſuſtinet modo tribulationes: & poſt hoc tempus reddetur ei jucunditas æterna pro mercede.

g Bonus ſenſus uſque ad tempus abſcondet verba illius,] ideſt, vere ſapiens tacet uſque ad tempus opportunum. Unde *Rab.* Sapientis hominis eſt verba tenere, & omnia modeſte peragere. Vel ſic.

g Bonus ſenſus,] ideſt bonus ſenſatus.

h Abſcondet verba illius,] ideſt, iracundi recipiendo ea quaſi theſaurum. Unde *Pſ.* 38. Obmutui & humiliatus ſum, & ſilui a bonis. Humilitas enim ſive manſuetudo ſaccus eſt, in quo recipiuntur contumeliæ, & cuſtodiuntur, ut theſaurus pretioſiſſimus; quo cœlum poteſt comparari. *i* Et labia multorum enarrabunt ſenſum illius,] ſenſati, quia abſcondit verba contumeliæ iracundi, patienter & humiliter ſuſtinendo. Sicut modo narratur patientia Domini. *Iſa.* 53. Sicut ovis ad occiſionem ducetur; & quaſi Agnum coram tondente ſe obmuteſcet.

Pſalm. 83.

In *a* theſauris Sapientiæ *b* ſignificatio diſciplinæ, *c* execratio autem peccatori cultura Dei. Fili, *d* concupiſcens *e* Sapientiam *f* conſerva *g* Juſtitiam, & *h* Deus præbebit illam tibi. *i* Sapientia enim, & diſciplina timor Domini: & k quod beneplacitum eſt illi, fides, & manſuetudo: & *l* adimplebit *m* theſauros illius. † *n* Non ſis incredibilis timori Domini: & *o* ne acceſſeris ad illum duplici corde. Ne *p* fueris hypocrita in conſpectu hominum: & non *q* ſcandalizeris in labiis tuis; *r* attende in illis, ne *ſ* forte cadas, & *t* adducas animæ tuæ inhonorationem: & *u* revelet Deus † abſconſa tua, & in *x* medio Synagogæ elidat te: *y* quoniam acceſſiſti maligne *z* ad Dominum, & *a* cor tuum plenum eſt dolo & *b* fallacia.

CAPUT II.

c Fili, *d* accedens ad *e* ſervitutem Dei, *ſta* in *g* juſtitia & *h* timore: & *i* præpara animam tuam ad k tentationem, *l* deprime cor tuum, & *m* ſuſtine, & *n* inclina aurem tuam, *o* & excipe verba in-

a in theſauris Sapientiæ,] ideſt, inter gazas pretioſas Sapientia eſt. *b* Significatio diſciplinæ,] ideſt, diſciplina ſignificans homini, quid velit Deus, ſcilicet correctionem, vel † accuſationem, & humilitatem, quæ conſervant theſauros ſapientiæ, ideſt, virtutes, *Prov.* 11. (al. † accelerationem.) Ubi humilitas, ibi ſapientia. Diſciplinam autem hic dicitur ordinata morum correctio: quæ in quinque maxime conſiſtit, ſcilicet in modeſtia verborum, in ordine geſtuum exteriorum, in maturitate inceſtus, in verecundia vultus, in humilitate habitus. (*Correctio morum in quinque conſiſtit, 12. q. 4. c. omnis.*) *c* Execratio autem peccatori cultura Dei] quam deſcribit Apoſtolus 2. *Tit.* 2. Ut abnegantes impietatem, & ſæcularia deſideria, ſobrie & juſte, & pie vivamus in hoc ſæculo. (al. † contumax non ſis.) Sobrie ſcilicet nobis; pie Deo; juſte proximo. Hæc cultura abominabilis eſt peccatoribus, quia prohibet, quod ipſi concupiſcunt, ſcilicet impietatem & ſæcularia deſideria; & jubet quod ipſi oderunt ſobrietatem, & juſtitiam, *Prov.* 15. Non amat peſtilens eum, qui ſe corripit, nec ad ſapientes graditur. *d* Fili,] concupiſcens, &c.] Quia tot bona confert Sapientia, docet Auctor quomodo poteſt haberi. Et ponit quatuor, per quæ habetur. Primum eſt obſervantia mandatorum quod tangit hic [Conſerva juſtitiam.] Secundum eſt timor Dei, quod tangit ibi [Sapientia & diſciplina timor Domini.] Tertium eſt fides. Quartum, manſuetudo, quæ tanguntur ibi. [Et quod beneplacitum eſt illi, fides & manſuetudo] Dicit ergo.

(*Sapientia per quatuor poteſt haberi.*) *d* Fili, concupiſcens,] ideſt, ore & corde cupiens.
e Sapientiam] æternam, vel creatam.
f Conſerva,] ideſt, corde & opere ſerva.
g Juſtitiam,] ideſt, quamcumque virtutem. *h* Et Deus præbebit illam,] ſcilicet, Sapientiam [tibi] cum hoc feceris. Nam in malevolam animam non introibit Sapientia, nec habitabit in corpore ſubdito peccatis, *Sap.* 1. *Pſal.* 118. A mandatis tuis intellexi. Et *Pſal.* 110. Intellectus bonus omnibus facientibus eum. Et *Pſal.* 118. Bonitatem, & diſciplinam, & ſcientiam doce me. Illam prius, has poſtea. *i* Sapientia enim, & diſciplina timor Domini,] ideſt, timor Domini confert ſapientiam de divinis, & diſciplinam de moribus.
k Et quod beneplacitum eſt illi fides & manſuetudo,] ideſt fides operans per dilectionem, quæ beneplacet Deo, & ſine qua impoſſibile eſt placere Deo; *Heb.* 11. Manſuetudo ſimiliter, quæ beneplacet ſunt Sapientia, & diſciplina, ideſt, conferunt Sapientiam, & diſciplinam. Unde *Jac.* 1. In manſuetudine ſuſcipite, &c.
l Et adimplebit] Deus, ſcilicet.
m Theſauros illius,] ideſt, loca ubi gazæ Sapientiæ reponuntur, hoc eſt, corda fidelium.
n Non ſis incredibilis timori Domini,] ideſt, crede ea, quæ timorem Domini incutiunt, hoc eſt, ne nimis præſumas de miſericordia Domini,] quia juſtus eſt in miſericordia. Unde *Prov.* 28. Beatus homo, qui ſemper eſt pavidus. *o* Et ne acceſſeris ad illum duplici corde:] Hoc eſt, aliud habens in corde, aliud in ore, ut hypocritæ. Unde *Jac.* 1. Vir duplex animo inconſtans eſt in omnibus viis ſuis. *Sap.* 1. In ſimplicitate cordis quærite illum. *Prov.* 11. Simplicitas Juſtorum diriget eos.
p Ne fueris hypocrita in conſpectu hominum] aliud corde geſtans, aliud opere monſtrans. Unde *Matth.* 7. Attendite a falſis Prophetis, &c. Unde *Lev.* 11. dicitur: Ne comederis Cygnum, qui exterius in pluma habet albedinem, & interius in carne nigredinem.
q Et non ſcandalizeris in labiis tuis,] ideſt, non proferas unde poſtea confundaris mentiendo, vel nimis loquendo, vel falſum teſtimonium ferendo, vel te jactando.
r Attende in illis] hypocritis, ne ſimilis efficiaris, vel ab eis decipiaris. Vel [in illis] labiis, ideſt, ab aliis.
ſ Ne forte cadas] male loquendo, vel hypocritas imitando.
t Et adducas animæ tuæ inhonorationem,] ideſt, pudorem in die judicii, cum occulta cordium manifeſtabuntur. Quod exponit, ſubdens. *u* Et revelet Deus abſconſa tua,] ideſt, occultam cordis malitiam, quæ modo hominibus occultatur hypocriſi palliata, *Iſa.* 47. Revelabitur ignominia tua, & videbitur opprobrium tuum.
x Et in medio Synagogæ elidat] in die judicii, hoc eſt, coram omnibus in die judicii congregatis detrudat te in infernum, dicens: Ite maledicti in ignem æternum, qui præparatus eſt diabolo, &c. *Matt.* 25. (al. † abſcondita.) Sed ne crederet aliquis quod injuſte damnarentur, ſubjungit cauſam; quia ſcilicet peccaverunt in ſe & in Deum, & in proximum. In ſe per malignitatem, in Deum per dolum, in proximum per fallaciam. Quaſi ergo diceret; ita elidet te Dominus.
y Quoniam acceſſiſti maligne ad Dominum,] ideſt, indigne ad Sacramenta Domini tractanda. (*De pœn. diſt.* 1. *c. ſi enim veri. liberi.*) Vel (acceſſiſti maligne, ideſt, cum malitia. *z* Ad Dominum,] ideſt, ad judicium Domini, non reportata ejus imagine fide reperta. *a* Et cor tuum plenum eſt dolo,] hypocriſis & duplicitatis, *Matth.* 23. Væ vobis Scribæ & Phariſæi hypocritæ, qui ſimiles eſtis ſepulchris dealbatis, quæ foris apparent hominibus ſpecioſa: intus vero plena ſunt omni ſpurcitia: ſic & vos foris apparetis hominibus juſti; intus autem pleni eſtis hypocriſi, & iniquitate.
b Et fallacia] qua proximum fallere molitis, quod fit adulatione, ſimulatione, & deceptione.

A

EXPOSITIO CAP. II.

Fili, accedens, &c.] In præcedenti capitulo commendavit Auctor ſapientiam, & poſtea oſtendit, per quæ haberi poteſt ſapientia, ubi dicit. [Fili, concupiſcens ſapientiam, &c.] Tertio oſtendit impedimenta, quæ impediunt ad habendam ſapientiam, ubi dicit: Non ſis incredibilis timori Domini. In hoc autem cap. oſtendit primo qualiter ſapientia habita conſervetur, ſcilicet per habitum virtutum: inter quas videtur potius tangere juſtitiam, & timorem, & orationem, quæ ſunt tres cuſtodiæ Sapientiæ, ac omnium virtutum; Juſtitia enim cuſtodit operando bonum, timor, declinando a malo, oratio, auxilium impetrando a Domino. Dicit autem Auctor loquens omnibus ſub nomine filii. *c* Fili] cui debetur cœleſtis hæreditas jure hæreditario. *d* Accedens] declinando a malo, & mentis deſiderio. *e* Ad ſervitutem Dei,] ideſt, ad ſervitium Dei, ideſt, ad Sapientiam, quæ facit nos ſervire Deo. *f* Sta] conſtanter & perſeveranter. *g* In juſtitia] licita faciendo. *h* Et timore] a malo declinando, hoc eſt, conſtanter, & perſeveranter operare bonum, & declina a malo. *i* Et præpara animam tuam] devote orando. k Ad tentationem,] ideſt, contra tentationem. Quanto enim quis magis vult mundum fugere, & ad Deum accedere, tanto acrius, & ſubtilius inſurgit diabolus contra eum, quod divina diſpenſatione permittitur, ut dum alia vitia ſuperat, & aliis reluctator, non extollatur in ſuperbiam de victoria vitiorum. Unde dicit Apoſtolus *Tim.* 3. Omnes qui pie volunt vivere in Chriſto, perſecutionem patientur. Sed quia patientia, & humilitas adhuc ſunt neceſſaria. Ideo ſequitur. *l* Deprime cor tuum] per humilitatem, ne altum de te ſapias. *m* Et ſuſtine] per patientiam, ne in tribulatione deficias, *n* Inclina aurem tuam] per obedientiam. *o* Et excipe verba intellectus,] ideſt, verba quibus humanus intellectus inſtruitur ad pugnandum. Nemo enim hoc agere novit, niſi divinis inſtructus præceptis. Ideo filii Iſrael volentes deſcendere in Ægyptum peccaverunt, quia os Domini non interrogaverunt, ut dicitur *Iſa.* 30. Sed quia puſillanimitate multi franguntur in tribulationibus præoptantes finem laboris, vel etiam mortem, ut labor finiatur, propter quod amittitur meritum patientiæ. Ideo ſubdit.

a Et ne

a Et ne feſtines in tempus obductionis,] ideſt, finis tribulationis, vel mortis, quando obducuntur, ideſt, clauduntur oculi. Hanc obductionis feſtinantiam habuit Elias, cum ex fatigatione petiit animæ ſuæ, ut moreretur. 3. *Reg.* 19. Hanc eamdem habuit Paulus, qui ex timore petiit amoveri ſtimulum carnis. 2. *Cor.* 12. *b* Suſtine] Patienter & voluntarie. *c* Suſtentationes Dei,] ideſt, tribulationes immiſſas a Deo, & per quas itur ad Deum. Quæ dicuntur ſuſtentationes; quia ſuſtentant nos, ne cadamus per ſuperbiam. Unde *Pſal.* 22. Virga tua, & baculus tuus ipſa me conſolata ſunt. Et *Pſal.* 59. Da mihi auxilium de tribulatione. *d* Conjungere Deo] conformando voluntatem tuam voluntati divinæ, ut non ſolum patienter, ſed ex amore, & lætanter tribulationes ſuſtineas. Unde 1. *Reg.* 18. legitur quod anima Jonathæ conglutinata eſt animæ David, qui patienter & pacifice ſuſtinebat perſecutionem Saulis. *e* Et ſuſtine, &c.] hoc eſt, patienter ſuſtine tribulationes, ut ſic augmentetur

al. † tempore.

tellectus, & *a* ne feſtines in † tempus obductionis. *b* Suſtine *c* ſuſtentationes Dei: *d* conjungere Deo, & *e* ſuſtine, ut creſcat in noviſſimo vita tua. *f* Omne, quod tibi applicitum fuerit, *g* accipe, *h* & in dolore ſuſtine, & in *i* humilitate tua patientiam habe; *k* quoniam in igne probatur aurum, & argentum, *l* homines vero receptibiles in *m* camino humiliationis. *n* Crede Deo, & *o* recuperabit te, & *p* dirige viam tuam, & *q* ſpera in illum. *r* Serva timorem illius, & in *ſ* illo veteraſce: *t* metuentes Dominum *u* ſuſtinete miſericordiam ejus, & non

tibi meritum vitæ æternæ. Quanto enim quis in præſenti patientius ſuſtinet tribulationes, tanto magis ei vitæ æternæ cumulabitur meritum. Unde Dominus dixit Diſcipulis ſuis: In patientia veſtra poſſidebitis animas veſtras. *Luc.* 21. *f* Omne quod tibi, &c.] ſive infirmitas, ſive ſanitas, ſive contumelia, ſive injuria, ſive moleſtia. *g* Accipe,] ideſt, ad te cape cum gratiarum actione; quia ſi eſt adverſitas, medicamentum eſt: ſi proſperitas, beneficium: Et ita pro utroque debes gratias agere.

h Et in dolore ſuſtine,] ideſt, moleſtias verberum, quę dolorem inferunt, ſuſtine patienter.

i Et in humilitate, &c.] contumelias humiliter ſuſtinendo: Et reddit cauſam quare moleſtiæ, & contumeliæ, & injuriæ patienter, & humiliter, & manſuete ſunt ſuſtinendæ; quia ſic purificant, ſicut ignis purificat metallum. Et hoc eſt. k Quoniam in igne probatur aurum, & argentum,] ideſt purgantur.

l Homines vero receptibiles,] ideſt, qui digni ſunt, ut recipiantur, probantur.

m In camino humiliationis,] ideſt, in tribulatione, quæ humiliat. Unde *infra* 27. Vaſa figuli probat fornax, & homines juſtos tentatio tribulationis. *Sap.* 3. Tanquam aurum in fornace probavit illos, & quaſi holocauſti hoſtiam accepit illos, ideſt, acceptos habuit. *Aug.* Quod flagellum grano, & quod fornax auro, & lima ferro, hoc tribulatio Juſto.

n Crede Deo, &c.] Monuerat Auctor ad patientiam; nunc oſtendit, quid operatur ad habendam patientiam, ſcilicet, fides, & ſpes, & timor. Quando enim aliquis videt fide æterna gaudia, & ſpe confidit in auxilio Dei, & timore timet æterna ſupplicia, libenter patitur in præſenti, ut æterna ſupplicia poſſit vitare, & adipiſci gaudia æterna. Unde dicit: Crede Deo] promittenti gaudia æterna perſeverantibus, & comminanti ſupplicia deficientibus. *o* Et recuperabit te,] ideſt, ad ſtatum gloriæ de ſtatu miſeriæ liberabit. Sed quia fides ſine operibus mortua eſt, ut dicitur *Jac.* 2. ſequitur.

p Et dirige viam tuam,] ideſt, intentionem, voluntatem, & operationem converte in Deum. Et talem fidem neceſſario ſequitur ſpes, ſive confidentia, unde ſequitur. *q* Et ſpera in illum] qui non derelinquit ſperantes in ſe. Sed quia ſpes ſine timore luxuriat in præſumptionem; ideo ſubjungit. *r* Serva timorem illius.] ſcilicet Dei, non ad horam, ſed jugiter. Unde ſequitur. *ſ* Et in illo veteraſce] ideſt, permane uſque in finem. *Inf.* 27. Si te non tenueris inſtanter in timore Domini, cito ſubvertetur domus tua.

t Metuentes Dominum, ſuſtinete miſericordiam ejus,] ideſt, flagella & correctionem Domini, quæ ex miſericordia dat, volens parcere in futuro. Vel ſic. *t* Metuentes Dominum] timore ſervili. *u* Suſtinete miſericordiam ejus,] ideſt, patienter expectate miſericordiam Domini liberantem vos. *Pſal.* 146. Beneplacitum eſt Domino ſuper timentes eum, & in eis, qui ſperant ſuper miſericordia ejus. *x* Et non deflectatis ab illo] dimittentes locum veſtrum metu pœnæ. *y* Ne cadatis] ab alto gratiæ in imum, ſive profundum peccati. *Eccl.* 10. Si Spiritus poteſtatem habentis aſcenderit ſuper te, locum tuum ne dimiſeris. *z* Qui timetis Dominum, credite illi] promittenti præmium vitæ æternæ pro merito patientiæ. *Jac.* 1. Beatus vir, qui ſuffert tentationem, &c. *Luc.* 22. Vos eſtis qui permanſiſtis mecum in tentationibus meis, &c. *a* Et non evacuabitur merces veſtra] quæ debetur patientiæ veſtræ. *Matt.* 5. Beati qui perſecutionem patiuntur propter juſtitiam, &c. *b* Qui timetis Dominum, ſperate in illum] tanquam in remuneratorem, & auxiliatorem. Et in oblectationem veniet vobis miſericordia] Dei, ideſt, erit vobis ſolatium in tribulatione, ut non deficiatis. Unde *Pſal.* 124. Qui

x deflectatis ab illo, *y* ne cadatis. *z* Qui timetis Dominum, credite illi, *a* & non evacuabitur merces veſtra. *b* Qui timetis Dominum, ſperate in illum; & in *c* oblectationem veniet vobis miſericordia. *d* Qui timetis Dominum, diligite illum; & *e* illuminabuntur corda veſtra: *f* Reſpicite filii nationes hominum, & *g* ſcitote, quia nullus ſperavit in Domino, & confuſus eſt: † *h* permanſit in mandatis ejus, *i* & derelictus eſt. k Aut quis invocavit illum: & *l* deſpexit eum? *m* Quoniam pius, & miſericors eſt Deus.

al. † Quis enim.

confidit in Domino, ſicut mons Sion, non commovebitur in æternum, &c. Vel ſic. *c* Et in oblectationem veniet vobis miſericordia,] ideſt, correctio Dei ex miſericordia impenſa convertetur in lætitiam. Quod fit duobus modis. Primo ex conſideratione miſericordiæ Dei. Secundo ex conſideratione correctionis, quæ via eſt ad gaudium æternum. Unde *Act.* 14. Per multas tribulationes oportet nos intrare in regnum cœlorum. *Matt.* 7. Quia anguſta porta, & arcta eſt via, quæ ducit ad vitam.

d Qui timetis Dominum, diligite illum] tanquam patrem filios corrigentem. *e* Et illuminabuntur corda veſtra] lumine ſapientiæ. Cum enim aliquis ex amore patitur, ipſa correctio ſapit ei ſapienter & ſuaviter.

Unde 1. *Reg.* 14. legitur quod Jonathas ſummitatem virgæ ſuæ intinxit in favo mellis, & convertit manum ſuam ad os ſuum, & illuminati ſunt oculi ejus. Ecce quatuor genera timoris, ſcilicet, timorem pœnæ, qui eſt ſervorum, ibi. Metuentes Dominum, ſuſtinete miſericordiam ejus.] Et timorem ſeparationis, qui eſt incipientium, ibi. [Qui timetis Dominum, credite illi,] Et timorem offenſæ, qui eſt proficientium, ibi. [Qui timetis Dominum, ſperate in illum.]

Quarto timorem reverentiæ, qui eſt filiorum, ſive perfectorum, ibi. [Qui timetis Dominum, diligite illum.] Et invitat hic Auctor ad fidem, ſpem & charitatem, quibus vere colitur Deus, ut dicit *Rab.*

f Reſpicite filii, nationes hominum,] ideſt, retroaſpicite eos, qui ante vos fuerunt.

g Et ſcitote, quoniam nullus ſperavit in Domino, & confuſus eſt,] ideſt, in tribulatione derelictus, & in ſpe ſua fruſtratus. Unde *Rom.* 5 Spes non confundit.

h Permanſit in mandatis ejus,] ideſt, in cuſtodia mandatorum ejus.

i Et derelictus,] ideſt, privatus adjutorio divino. Unde *Eccl.* 8. Qui cuſtodit præceptum, non experietur quicquam mali. Et *Pſ.* 36. Junior fui, etenim ſenui, & non vidi Juſtum derelictum, ſimpliciter, licet ad tempus exponat eum Dominus tribulationi, ſicut Dominus per *Pſ.* 21. dicit. Ut quid dereliquiſti me longe a ſalute mea. k Aut quis invocavit illum,] ideſt, intus ex corde vocavit fideliter & humiliter deprecando?

l Et deſpexit eum] non exaudiendo, quaſi dicat: nullus. Unde *Pſ.* 144. Prope eſt Dominus omnibus invocantibus eum in veritate. *Joel.* 2. Et omnis, qui invocaverit nomen Domini, ſalvus erit. Et quoniam miſereri eorum, qui patiuntur, ſolius miſericordiæ Dei eſt, ſubjungit cauſam, propter quam Deus non derelinquit, nec defraudat, nec deſpicit ſapientes.

m Quoniam pius, & miſericors eſt Deus] q. d. ideo non deſpicit Deus invocantes ſe [Quoniam pius, & miſericors eſt Deus]

& *a* remittit in † die tribulasionis peccata, *b* & protector eſt omnibus exquirentibus ſe in veritate. Væ *c* duplici corde & *d* labiis ſceleſtis & *e* manibus malefacientibus, *f* & peccatori terram ingredienti duabus viis. Væ *g* diſſolutis corde, *h* qui non credunt Deo *i* & ideo non protegentur ab eo. *k* Væ his qui perdiderunt ſuſtinentiam, *l* & qui dereliquerunt vias rectas, & *m* diverterunt in vias pravas. Et *n* quid facient, cum inſpicere cœperit Dominus? *o* Qui timent Dominum, *p* non erunt incredibiles verbo illius: & *q* qui diligunt illum, conſervabunt † verbum illius. *r* Qui timent Dominum *ſ* inquirent, quæ beneplacita ſunt ei: & *t* qui diligunt illum, *u* replebuntur lege ipſius. *x* Qui timent Dominum, *y* præparabunt corda ſua, & in *z* conſpectu illius *a* ſanctificabunt animas ſuas. *b* Qui timent Dominum, *c* cuſtodiunt *d* mandata illius, & *e* patientiam habebunt uſque *f* ad inſpectionem illius, *g* dicentes: Si pœnitentiam non egérimus, *h* incidemus in manus Domini, & non in manus hominum. *i* Secundum enim magnitudinem ipſius: ſic & miſericordia illius cum ipſo eſt.

Deus]pius, beneficia conferendo, miſericors a miſeria liberando. Unde ſequitur. *a* Et remittit in die, &c.] id eſt, quando anima tribulata dolore, gratia illuminatur. Vel [In die tribulationis,] ideſt, in hilari patientia cujuſlibet perſecutionis, quæ multum placet Deo. Unde *Jac.*1. Omne gaudium æſtimate fratres mei, cum in varias, &c. *b* Et protector eſt omnibus exquirentibus ſe in veritate,] ideſt, rectitudine intentionis. Et ſic accipitur veritas. *Joan.*8. ubi de diabolo dicitur. Et in veritate non ſtetit, ideſt in recta voluntate. Et dicit exquirentibus, ideſt extra temporalia quærentibus. Multi enim quærunt eum in terra; & ideo eum non inveniunt. Quia non bene quærunt, nec exquirunt. Unde *Oſ.*5. In gregibus ſuis & in armentis ſuis vadent ad quærendum Dominum, & non invenient. *c* Væ duplici corde, &c.] Hucuſque veritatem & ſimplicitatem admonuit Auctor; nunc duplicitatem condemnat, dicens. Væ duplici corde] ideſt, illis, qui aliud geſtant in corde, aliud in opere. Dicitur autem duplici corde potius, quam duplici opere; quia doloſitas, & duplicitas, & omnis malignitas a corde procedit. Unde *Matth.*15. De corde procedunt cogitationes, adulteria, &c. *d* Et labiis ſceleſtis,] qui aliud dicunt, & aliud cogitant. Vel qui laudes divinas homini attribuunt. Vel illi, de quibus legitur *Act.*12. Herodes veſtitus veſte regali, ſedit pro tribunali, & concionabatur ad eos; populus autem acclamabat Dei voces, non hominis. Vel certe labia ſceleſta, ſunt labia detractorum. De quibus *Pſal.*119 Domine, libera animam meam a labiis iniquis, &c. *e* Et manibus malefacientibus.] Ecce triplex peccatum damnat, cordis, oris, & operis, & cuilibet pœnam æternam addit, & minatur. *f* Et peccatori ingredienti terram duabus viis] contrariis, quoad exteriora, via Paradiſi; quoad interiora, via inferni. Unde *Rab.* Duabus viis ingreditur, qui facit mala, & ſperat bona. Vel, qui carnis ſectatur opera, & ſpiritus ſanctificationem ſe arbitratur perficere in timore Dei. Vel, qui quod Dei eſt, exquirit opere; & quod mundi eſt, quærit cogitatione. Tales vero inconſtantes ſunt in omnibus viis ſuis: quia facile in adverſis terrentur, & in proſperis irretiuntur. *Matt.*6. Nemo poteſt duobus Dominis ſervire, &c. *Iſa.*2. Coanguſtatum eſt ſtratum, ita ut alter decidat, & pallium breve utrumque operire non poteſt. *g* Væ diſſolutis corde] qui nec fidei regula, nec anchora ſpei, nec vinculo charitatis, nec clava timoris retrahuntur a peccatis; ſed diſſoluti extra Eccleſiam diriguntur per errorem contra fidem, per præſumptionem contra timorem. *h* Qui non credunt Deo,] gaudia æterna promittenti, & æterna ſupplicia comminanti. *i* Et ideo non protegentur ab eo] in præſenti a culpa, & in futuro a pœna. *k* Væ his, qui perdiderunt ſuſtinentiam,] ideſt, patientiam, ideſt, fructum patientiæ: qui perditur proprie per iram, ſive impatientiam, & murmurationem; communiter autem per quodlibet mortale peccatum. De hoc fructu dicitur *Heb.*12 Omnis diſciplina in præſenti quidem videtur non eſſe gaudii, ſed mœroris; poſtea autem pacatiſſimum fructum reddet exercitatis per eam juſtitiæ. *l* Et] iterum [væ illis, qui dereliquerunt vias rectas,] ideſt, mandata Domini, & tribulationes mundi, per quas directe itur in cœlum. *m* Et diverterunt [in vias pravas,] ſequentes concupiſcentias ſuas, quæ ſunt viæ ad infernum. *n* Et quid facient cum, &c.] ideſt, quando ſe inſpexiſſe opera noſtra monſtrabit probando, vel reprobando, præmiando, vel puniendo, quod erit in die judicii. Nihil enim incipit inſpicere Dominus; quia omnia ſimul vidit in æterno, æque bene ut modo: ſed tunc incipere videre dicitur, quando probat, vel reprobat aliquid. *o* Qui timent Dominum,] timore pœnæ. *p* Non erunt incredibiles verbo illius,] ideſt, de facili credent ei. Vel. *o* Qui timent Dominum,] timore ſeparationis, vel offenſæ vel reverentiæ. *p* Non erunt incredibiles,] ideſt, credent ſacris Scripturis. *q* Et qui diligunt illum,] ideſt, mandata illius. *Joan.* 14. Qui habet mandata mea, & ſervat ea; ipſe eſt, qui diligit me. *r* Qui timent Dominum,] timore illo quadruplici. *ſ* Inquirent quæ beneplacita ſunt ei,] ſcilicet opera virtutum ad faciendum ea. Unde *Eccli.*6. Qui timet Dominum, nihil negligit. *t* Et qui diligunt illum,] non verbo tantum, ſed opere, & veritate. *u* Replebuntur lege ipſius,] ideſt, implebunt legem *Rom.* 13. plenitudo legis eſt dilectio. Vel [Replebuntur lege ipſius,] ideſt, charitate, quæ eſt lex Chriſti. *Gal.*6. Alter alterius onera portate &c. Vel, [Replebuntur lege ipſius,] ideſt, ſcientia legis. Merito enim dilectionis datur lumen cognitionis. Unde *Pſal.*110. Intellectus bonus omnibus facientibus eum. Et *Pſal.*118. A mandatis tuis intellexi, ideſt, obſervantiam mandatorum intellexi.

Vel [Implebuntur lege ipſius,] ideſt, bonis promiſſis in lege his, qui diligunt illum, ideſt, Deum. *x* Qui timent Dominum,] aliquo quatuor timorum, vel omni. *y* Præparabunt, &c.] mundando per confeſſionem, vel orando ſanctis cogitationibus. *z* Et in conſpectu illius,] non hominum, ideſt, in ſecreto conſcientiæ, ubi ſolus Deus videt. *a* Sanctificabunt, &c.] id eſt, purificabunt, & in bono propoſito confirmabunt. Cor ad intellectum, anima ad affectum refertur. Illud præparatur mundis cogitationibus, iſta ſanctificatur mundis affectionibus. Illud præparatur ut vas ad recipiendum vinum ſpiritualis doctrinæ; iſta ſanctificatur ad recipiendum oleum gratiæ. 1. *Reg.*7. Præparate corda veſtra Domino, & ſervite illi ſoli. *b* Qui timent Dominum] timore filiali. *c* Cuſtodiunt] corde, ore, & opere. *d* Mandata illius,] omni cuſtodia. Unus enim ſine aliis nihil valet. *Jac.*2. Qui offendit in uno, factus eſt omnium reus. *e* Et patientiam habebunt,] in adverſis viriliter ſuſtinendis. *f* Uſque ad inſpectionem illius.] Active, ideſt, uſquequo aſpiciat miſerando. Unde *Pſal.* 118. Viam iniquitatis amove a me, & de lege tua miſerere mei. De hoc reſpectu dicitur *Abac.*1. Quare reſpicis contemptores? vel paſſive, ideſt in futuro, quando aſpicitur in judicio ab omnibus. A bonis ad gloriam eorum, a malis ad pœnam. *Apoc.* 1. Videbit eum omnis oculus, & qui eum pupugerunt, &c. *Zac* 12. Aſpicient ad me, quem confixerunt. *g* Dicentes ſi pœnitentiam non egerimus,] in præſenti. *h* Incidemus in manus Domini,] ideſt, Chriſti, qui modo humilis latet; ſed tunc apparebit Dominus judicia faciens. Sed nunquid bonum eſt incidere in manus Domini? videtur, quod ſic. 2. *Reg.ult* Dixit David ad Gad. Coarctor nimis; ſed melius eſt, ut incidam in manus Domini. *Pſalm.*19.
Reſponſio. In præſenti bonum eſt incidere in manus Domini, ideſt committere ſe illi: quia ipſe eſt Deus miſericordiæ nunc; In futuro autem incidere in manus Domini, ideſt ſubire judicium, horrendum eſt: quia tunc erit Deus ultionum Dominus. Unde *Heb.* 10. Horrendum eſt incidere in manus Dei viventis. Propter hoc dicit Salomon *Prov* 18. Juſtus in principio accuſator eſt ſui. Sed quamvis tremendum ſit incidere in manus Domini; non tamen debemus deſperare, ſed magis patientes eſſe, & longanimes.

i Secundum enim magnitudinem ipſius, ſic miſericordia, &c.] ideſt, ſecundum quod decet magnitudinem illius, ſic miſeretur, ut nec totum puniat, nec totum dimittat, *ſupr.* 1. Secundum datum ſuum præbet illam diligentibus ſe, ideſt ſecundum quod ipſum dare decens eſt. *Pſal.* 102.
Vel. [Secundum magnitudinem ipſius; ſic & miſericordia illius cum ipſo eſt] ideſt, multum eſt miſericors. Unde dicit *Interl.* Secundum altitudinem cœli a terra corroboravit Dominus miſericordiam ſuam ſuper timentes ſe.

Marginal notes: al. † tempore. — De Apoſtatis cap. quidam. — al. † viam.

EXPOSITIO CAP. III.

Filii ſapientiæ, &c.] Supra hortatus eſt Auctor ad Sapientiam, nunc oſtendit fructum, qui ſequitur. Diviſio capituli talis eſt. Primo determinat de obedientia, quam debemus parentibus. Secundo de ſupportatione parentum in ſenectute, ibi. Fili, ſuſcipe ſenectam patris tui. Tertio de pietate parentum, ibi: Eleemoſyna patris non erit in oblivione. Quarto de manſuetudine habenda, ibi: Fili in manſuetudine opera tua perfice. Quinto de humilitate, quæ habenda eſt in dignitatibus, ibi: quanto magnus, &c. Sexto de curioſitate intellectus fugienda, ibi: Altiora te, &c. Septimo de duritia cordis expellenda, ibi: Cor durum male habebit. Octavo de ſuperbia exprobranda, ibi: Synagogæ ſuperborum, &c. Ultimo de Sapientia, ibi. Cor ſapientis intelligetur &c. Dicit ergo ſic. *a* Filii ſapientiæ,] ideſt, filii ſapientis ſunt. *b* Eccleſia] ideſt, Congregatio.

c Juſtorum,] ſunt [filii ſapientiæ,] ideſt, filii ſapientes.

al. † exquiret.

CAP. III.

Filii *a* Sapientiæ *b* Eccleſia *c* juſtorum, & *d* natio illorum, *e* obedientia & dilectio. *f* Judicium patris *g* audite, filii *h* dilecti: *i* & ſic facite, ut *k* ſalvi ſitis. *l* Deus enim honoravit patrem in filiis, & *m* judicium matris † *n* exquirens *o* firmavit in filios. *p* Qui diligit Deum, *q* exorabit *r* pro peccatis, *ſ* & continebit ſe ab illis: & *t* in oratione dierum *u* exaudietur, & *x* ſicut qui theſaurizat, ita & qui honorificat matrem ſuam. *y* Qui honorat patrem ſuum *z* jucundabitur in filiis, & in *a* die orationis

d Et natio illorum obedientia, & dilectio,] ideſt; hæ virtutes ſunt juſtorum natio. Tropice, enim loquitur Auctor, & per virtutes ſignificantur poſſeſſores virtutum. Vel ſic.

d Natio illorum,] ideſt, filii juſtorum, ideſt, nati ex juſtis ſpiritualiter, ſunt.

e Obedientia & dilectio,] ideſt, diligentes & obedientes ſunt imitatores juſtorum. Omnes enim Juſti ſunt obedientes, & diligentes invicem. Et per hoc invitat ad imitationem Juſtorum, ſive ad amorem juſtitiæ.

Moraliter autem, *e* Obedientia & dilectio] ſunt [natio Juſtorum,] ideſt, naſcuntur a juſtis per doctrinam verbi & exempli. Omnis enim vita Juſtorum circa has duas virtutes, ideſt, obedientiam & charitatem maxime verſatur. Per obedientiam abſcindentes & abnegantes ſeipſos: per charitatem, ſe & ſua pro Domino relinquentes. Unde Dominus *Matth.* 16. Si quis vult poſt me venire, abneget ſemetipſum & tollat crucem ſuam, & ſequatur me. *f* Judicium Patris audite, filii dilecti,] ideſt, decretum ſive mandatum Dei Patris, ex quo omnis paternitas in cœlo, & in terra nominatur. *Eph.* 3. Ex ipſo enim ſunt omnia & per ipſum conſervantur: quia diligit omnia quæ fecit, ut in ipſo permaneant, a quo facta ſunt: cujus mandatum eſt, ut patri & matri temporalis reverentia exhibeatur. *Exod.* 20. Honora patrem tuum & matrem tuam. Sed quia non auditores legis Juſti ſunt apud Deum, ſed factores, ut dicitur *Rom.* 2. Ideo ſequitur: *i* Et ſic facite:] mandatum ſcilicet Patris.

k Ut ſalvi ſitis] *Jac.* 1. Eſtote factores verbi, & non auditores tantum, fallentes voſmetipſos, &c. quaſi dicat, non ſufficit audire, ſed neceſſarium eſt facere. Accipitur autem hoc non ſolum de Deo Patre; ſed etiam de patre carnali & ſpirituali quibus obedire nos admonet ex amore per hoc quod dicit [patris] non Domini. Servi enim ex timore obediunt, ſed filii ex amore. Unde *Epheſ.* 6. Filii obedite parentibus veſtris in Domino, ideſt, in his quæ non ſunt contra Dominum. Unde quia non eſt obediendum in his quæ contra Dominum indiſcrete præcipiuntur: ideo dicit Auctor. *f* Judicium patris,] ideſt, diſcretum mandatum patris, qui ex ſolo amore præcepit. Et non ſolum audite, imo. *i.* Et ſic facite, ut ſalvi ſitis.] Ad hoc enim docet lex, ut fiat, non ut ſciatur, & ad hoc debet audiri & doceri, ut opere impleatur. Qui aliter facit, ſeipſum decipit. *Jacob.* 1. Si quis auditor eſt verbi & non factor, hic comparabitur, &c. vel poteſt intelligi de judicio, quo judicabit Deus Pater ſuper omnes filios inobedientiæ. Unde monens ad obedientiam dixit: *f* Judicium Patris,] ideſt, quo pater judicabit auctoritate; vel quod pater dedit filio. *Joh* 5. Pater non judicat quemquam; ſed omne judicium dedit filio, ut omnes, &c. *g* Audite,] aure cordis, cui loquitur Dominus inſpirando, & per Scripturam & per creaturas.

h Filii dilecti,] ideſt, qui debetis eſſe filii per imitationem: & ſic dilecti per beneficiorum exhibitionem. *i* Et ſic facite] conſiderata judicii diſtrictione. *k* Ut ſalvi ſitis,] ideſt, ut ſalvari mereamini. *Act.* 17. Statuit Dominus diem in qua judicaturus eſt orbem in æquitate in viro, in quo ſtatuit. Et poſſet aliquis quærere, quare ita honorandi ſunt parentes? Ideo ipſe ſubdit cauſam.

l Deus enim honoravit patrem in filius,] ideſt, honorari voluit, & præcepit. *m* Et judicium matris exquirens: &c.] ideſt, firmiter cuſtodiri voluit a filiis, quod exquiret in futuro, vel puniendo illos, qui matrem ſuam carnalem, vel ſpiritualem, ideſt, Eccleſiam non honorant; vel remunerando illos qui ſervaverunt mandatum. Vel ſic lege litteram, ut invitet Auctor ad honorem parentibus exhibendum per beneficia; quæ Dominus reddet illis, qui parentes honorant: ita. *f* Judicium patris,] ideſt, mandatum de patre honorando, & mercedem illorum qui honorem exhibent. *g* Audite filii dilecti, & ſic facite,] parentibus, ſcilicet. *k* Ut ſalvi ſitis] per impletionem mandati. Et libenter debetis audire. *l* Deus enim honoravit patrem in filius,] ideſt, honorem impenſum patri a filiis reddet eis remunerando eos pro patribus, quos honoraverunt: & in hoc honorat Deus parentes, quod remunerat filios pro ipſis. *m* Et judicium matris, ideſt, mandatum de matre honoranda.

n Exquirens,] ideſt, impleri volens. Vel [Exquirens] judicando in illis, qui non faciunt. *o* Firmavit in filios] ideſt, in corde eorum naturaliter ſcripſit. Natura enim ipſa dictat matrem eſſe honorandam. Vel [Firmavit in filios,] ideſt, confirmavit per beneficia exhibita illis, qui hoc mandatum cuſtodiunt. De hoc *Tob.* 4. Honorem habebis matri tuæ omnibus diebus vitæ ejus: memor enim eſſe debes, quæ, & quanta paſſa ſit propter te in utero. Sed quia obedientia, aut honor parentum parum, aut nihil prodeſt cum peccato: docet Auctor, qualiter poſſit homo a peccatis liberari, ſcilicet, per dilectionem, & orationem, & continentiam. Per orationem a peccato in Deum, per continentiam a peccato in ſe, per dilectionem, a peccato in proximum. Propter hoc ſubdit. *p* Qui diligit Deum, amore gratuito. *q* Exorabit,] ideſt, corde orabit, non labiis tantum. *r* Pro peccatis,] propriis, ut ſibi dimittantur. *ſ* Et] poſt dimiſſionem, [continebit ſe ab illis,] ideſt, corde, & opere abſtinebit ab illis; aliter non valeret dilectio, vel oratio, vel ipſa dimiſſio peccati. Quia qui baptizatur a mortuo, & iterum tangit mortuum, quid prodeſt lavatio? quaſi dicat, nihil *inf.* 34. Qui abſtinens eſt omnino a peccatis dicitur continens; Et e contrario, qui peccat, dicitur incontinens: quia eum diabolo fornicatur. Et non eſt hæc continentia virtus ſpecialis, ſed generalis ad omnes. Quod autem per dilectionem dimittantur peccata, habemus *Luc.* 7. Dimittuntur ei peccata multa: quoniam dilexit multum. *t* Et in oratione dierum,] ideſt, quæ fit pro diebus æternitatis. *u* Exaudietur,] ideſt, efficaciter audietur. De his diebus dicitur in *Pſal.* 76. Cogitavi dies antiquos, & annos æternos in mente habui. *Prov.* 3. Longitudo dierum in dextera ejus. Vel oratio dierum dicitur oratio aſſidua. Et talis exauditur a Deo. *Jac. ult.* Multum valet deprecatio Juſti aſſidua. Et 1. *Theſſ.* Sine intermiſſione orare. Vel oratio dierum dicitur oratio, quæ fit, ut homo diu vivat in hoc mundo, ideſt, vita gratiæ vivat: quæ & ſi modica ſit tempore, longa reputatur a Deo. *Sap.* 4. Conſummatus in brevi explevit tempora multa, placita enim erat Deo anima illius. Vel, moraliter: Oratio dierum dicitur oratio ſuffulta virtutibus, Et us talis auditur vel in eo, quod ſperat vel in æquivalenti, *infr.* 35. Oratio humiliantis ſe nubes penetrabit: & donec propinquet, non conſolabitur. Sed quia omnes filii Adæ ſunt avari; ideo præmium ſubjungit honorem exhibentibus parentibus, dicens. *x* Et ſicut qui theſaurizat; ita & qui honorificat matrem ſuam] ſpiritualem, vel carnalem, reverentiam exhibendo, neceſſaria miniſtrando, mandata ejus implendo. Talis enim congregat in cœlo theſauros ſpirituales, *Matth.* 6. Theſaurizate vobis theſauros in cœlo. Et quia dignum eſt, ut qui parentes ſuos honorat, honoretur a filiis ſuis: ideo ſequitur. *y* Qui honorat patrem ſuum] carnalem, vel ſpiritualem. *z* Jucundabitur in filiis] naturalibus, vel diſcipulis, vel bonis operibus.

Moraliter.

a Et in die orationis ſuæ exaudietur,] ideſt, extra, ſive ſuper ſuum petitum audietur cum effectu. Sicut Zacharias, *Luc.* 1. qui oravit pro pace populi: & filium impetravit. Dies orationis proprie dicitur tempus vacuitatis

Digitized by Google

civitatis a ſollicitudine temporali. Unde *Matth.* 6. Cum oraveris, intra in cubiculum tuum, & clauſo oſtio, ora patrem tuum in abſcondito. Vel, dies orationis eſt tempus tribulationis, quia tunc maxime eſt orandum: & tunc fit oratio ex corde. Unde *Pſal.* 119. Ad Dominum cum tribularer clamavi, & exaudivit me.

a ſuæ exaudietur. *b* Qui honorat patrem ſuum: *c* vita vivet longiore, & *d* qui obedit patri, *e* refrigerabit matrem. *f* Qui timet Dominum, *g* honorat parentes, & quaſi dominis *h* ſerviet his, qui ſe genuerunt in *i* opere & *k* ſermone, & *l* omni patientia. *m* Honora patrem tuum, ut *n* superveniat tibi benedictio a Deo, & *o* benedictio illius in noviſſimo manet. *p* Benedictio patris *q* firmat domos filiorum: *r* maledictio autem matris *ſ* eradicat fundamenta. *t* Ne glorieris in *u* contumelia patris tui: *x* non eſt enim tibi gloria, *y* ſed confuſio. *z* Gloria enim hominis ex honore patris ſui, & *a* dedecus filii pater ſine honore. Fili, *b* ſuſcipe ſenectam patris tui, *c* & non contriſtes eum in vita illius, *d* & ſi defecerit ſenſu, *e* veniam da, & ne *f* ſpernas eum in tua virtute. *g* Eleemoſyna enim patris

a Suæ] dicit, quia multi ſunt qui in orationibus ſuis non merentur audiri, ſcilicet omnes, qui nolunt audire legem. *Prov.* 28. Qui avertit aures ne audiat legem, oratio

B ejus fiet execrabilis. Item quia multi ſunt qui longitudinem vitæ plus, quam divitias amant, ideo longitudinem promittit honorantibus parentes, ut vel ſic

Exod. 20. Matth. 15. Infr. 7. inviret nos ad honorem parentum. Unde dicit.

b Qui honorat patrem ſuum, vita vivet longiore.] Qui enim honorat illum a quo habet vitam, videtur, quod naturaliter prolongatur vita ejus. *Epheſ.* 6. Honora patrem tuum, & matrem tuam quod eſt mandatum primum in promiſſione, ut bene ſit tibi, & ſis longævus ſuper terram.

Myſtice. Myſtice. *b* Qui honorat patrem ſuum] ſpiritualem, ideſt, Deum, vel magiſtrum, vel Prælatum.

c Vita vivet longiore,] ideſt, vita gratiæ in præſenti, & vita gloriæ in futuro. 1. *Tim.* 4. Pietas ad omnia utilis eſt, promiſſionem habens vitæ, quæ nunc eſt, futuræ.

d Et qui obedit patri] carnali, vel ſpirituali.

e Refrigerabit matrem] carnalem, vel ſpiritualem, ideſt exaltare faciet. *f* Qui timet Dominum] filialiter, qui præcepit parentes honorari.

g Honorat parentes, & quaſi Dominis ſerviet his, qui ſe genuerunt] carnaliter, vel ſpiritualiter. 1. *Cor.* 4. Ego per Evangelium vos genui.

h Serviet] inquam.

i In opere,] ideſt in neceſſariorum exhibitione.

k Et ſermone] ideſt dulci & modeſta reſponſione.

l Et omni patientia] ideſt, æquanimi correctionis eorum ſuſtentatione. Vel ſic.

h Serviet his, qui ſe genuerunt in opere,] ideſt, exemplo ſanctæ converſationis.

k Et ſermone] ſanæ exhortationis.

l Et omni patientia] ideſt perfecta patientia, quam habere debent, qui alios docere volunt *Pſal.* 91. Bene patientes erunt, ut annuncient. *Prov.* 19. Doctrina viri per patientiam noſcitur. *m* Honora patrem tuum] carnalem, vel ſpiritualem. *n* Ut ſuperveniat tibi benedictio a Deo.] Benedictionem dicit a Deo, quia homo non eſt niſi miniſter. Eſt autem benedictio Dei duplex, ſcilicet, benedictio dexteræ, quæ eſt collatio ſpiritualium; & ſiniſtræ, quæ eſt collatio temporalium. Priori benedictus eſt Jacob, ideſt, vir juſtus, ſecunda benedictus eſt Eſau, ideſt, vir piloſus, ideſt, peccator *Gen.* 17. Unde *Pſal.* 72. Ecce ipſi peccatores & abundantes in ſæculo obtinuerunt divitias. Juſti autem affliguntur. Super quo admirando conqueritur *Jer.* 12. Quare via impiorum proſperatur, bene eſt omnibus, qui prævaricantur, & inique agunt? De priori benedictione loquitur Auctor hic. Unde ſequitur. *o* Et benedictio illius in noviſſimo manet,] ideſt in vita æterna, quaſi dicat, benedictio, quam Deus dat pro honorificentia parentum carnalium, vel ſpiritualium, in vita æterna manet.

p Benedictio patris,] ideſt, bona dictio, ideſt, oratio patris. *q* Firmat domos filiorum,] ideſt poſteritates & familias, ad litteram. Cum enim antiqui benedixerunt filiis ſuis, in ipſis benedixerunt & filiis eorum, ut patet *Gen.* 49. de Jacob, & merito, & oratione patrum conſervantur filii, & filii filiorum, propter quod multi ſervati fuerunt in regnum Juda. 3. *Reg.* 11. Non auferam omne regnum de manu ejus, ſed Ducem ponam eum cunctis diebus vitæ ſuæ propter David ſervum meum. *r* Maledictio autem matris;] ideſt, qua mater maledicit, Mater, dico, carnalis, vel ſpiritualis, per excommunicationem. *ſ* Eradicat fundamenta] domorum & civitatum, ad litteram, quia cum aliquis, vel aliqua civitas excommunicatur ab Eccleſia, fundamenta ejus eradicantur in pœnam ejus. Sicut factum fuit de Jerico. *Joſ.* 6. In tempore illo imprecatus eſt Joſue dicens: Maledictus vir coram Domino, qui ſuſcitaverit, & ædificaverit Jericho civitatem. Vel ſic. *p* Benedictio patris,] ideſt, qua pater benedicitur a Domino. *q* Firmat domos filiorum,] ideſt, familias filiorum; quia cum Deus benedixit patribus antiquis; in eis benedixit filiis, & filiis filiorum. *Gen.* 22. In ſemine tuo benedicentur omnes gentes. Vel ſic. *p* Benedictio patris] qua benedicitur filiis. *q* Firmat domos filiorum] quia merito benedictionis exhibitæ a parentibus confirmantur, & ſtabiliuntur filii in temporalibus & ſpiritualibus. *r* Maledictio autem matris] in qua maledicitur filiis mater, *ſ* Eradicat fundamenta] non ſolum ſpiritualia, ſed etiam temporalia. Sicut Cham irridens patrem, ſemen ejus redactum eſt in ſervitutem. *Gen.* 9. Abſalon, quia expulit patrem ſuum damnatus miſerabiliter expiravit, 2. *Reg.* 18. Calvitium Eliſei pueri Bethel irriſerunt, & a duobus urſis quadraginta duo devorati ſunt. 4. *Reg.* 2. In quo facto myſtice ſignificatur, quod Judæi in loco Calvariæ Chriſtum irriſerunt, & quadrageſimoſecundo anno poſt Aſcenſionem a Tito & Veſpaſiano devorati ſunt. De hoc dicitur *Prov* 30 Oculum, qui ſubſannat patrem ſuum, & deſpicit partum matris ſuæ, effodiant eum corvi de torrentibus, & comedant eum filii Aquilæ. *t* Ne glorieris, &c.] Monuerat Auctor filios honorem exhibere parentibus. Sed multi ſunt, qui hoc nolunt, excuſantes avaritiam ſuam ſub aliqua ſpecie ſanctitatis, ut Judæi. *Marc.* 8. Corban, quod eſt donum quodcumque ex me tibi proderit, ideo monet, ut ſaltem non glorietur in contumeliis parentum. Eſt autem contumelia injuria verbo illata, ſive vituperium. Sicut Judæi dixerunt de Domino: In Beelzebub Principe dæmoniorum ejicit dæmonia: *Matth.* 12. Vel contumelia patris dicitur macula, vel defectus aliquis in patre, ut nuditas & ebrietas in Noe. *Gen.* 9 In neutra contumelia debet filius gloriari, quia ignominia patris eſt confuſio filii: Et hoc eſt quod dicit. *t* Ne glorieris in contumelia patris tui] carnalis, vel ſpiritualis.

x Non eſt enim tibi gloria] contumelia patris.

y Sed confuſio] adducens ignominiam. *Prov.* 23. Audi patrem tuum, qui te genuit, & ne contemnas cum ſenuerit mater tua. Et vere non eſt tibi gloria.

z Gloria enim hominis ex honore patris ſui.] Unde & Judæi gloriantur ſe eſſe filios Abrahæ. *Joan.* 8. Pater noſter Abraham eſt. Item *Joan.* 9. Nos Diſcipuli Moyſi ſumus.

a Et dedecus filii pater ſine honore,] ideſt, paupertas, ſive vilitas patris vertitur in dedecus filii. Vel ſic. [Dedecus filii pater ſine honore,] ideſt, patris inhonoratio. Et quoniam ſenem multa circumveniunt incommoda, ideo ad litteram monet ſupportare parentes in ſenectute eorum. Unde dicit. *b* Fili, ſuſcipe ſenectam patris tui,] ideſt, patrem in ſenectute ſuſtenta.

c Et non contriſtes eum in vita illius,] ideſt, quamdiu vixit.

d Et ſi defecerit ſenſu,] ideſt, ſi præ nimia ſenectute deſipuerit.

e Veniam da] quia ex vitio perſonæ non eſt hoc, ſed, ex defectu naturæ: ſenes enim naturaliter deſipiunt.

f Et ne ſpernas eum in tua virtute,] ideſt, ſi fortis es tu, debilem & infirmum non debes deſpicere, ſed potius ſupportare, ſicut ipſi ſupportaverunt te, cum eras impotens infantulus. In hoc ergo debent filii vicem reddere parentibus, ut cum facti fuerint impotentes præ ſenectute, vel infirmitate aliqua, ſupportent eos ſicut ipſi ſupportaverunt eos, cum erant impotentes primæ ætatis teneritudine. Unde filii, reddite vicem parentibus veſtris; quia hoc acceptum coram Deo. Ecce tria poſuit, in quibus ſupportandi ſunt parentes, in ſenectute, in deſipientia, in infirmitate. Et non ſolum ſupportandi per compaſſionem, ſed per neceſſariorum adminiſtrationem; quia inde magna conſequitur merces. Unde ſequitur.

g Eleemoſyna enim patris,] ideſt, patri impenſa, vel pro

a non erit in oblivione. *b* Nam pro peccato matris *c* reſtituetur tibi bonum, & in *d* juſtitia *e* ædificabitur tibi, † *f* ſed in die tribulationis commemorabitur tui, *g* & ſicut in ſereno *h* glacies *i* ſolventur tua peccata. *k* Quam malæ famæ eſt, qui relinquit patrem, & eſt *l* maledictus a Deo, qui exaſperat *m* matrem. *n* Fili, in manſuetudine *o* opera tua perfice, & *p* ſuper hominum gloriam diligeris. *q* Quanto magnus es, *r* humilia te in omnibus. & *ſ* coram Deo invenies gratiam, *t* quoniam magna potentia Dei ſolius, & *u* ab humilibus honoratur. *x* Altiora te *y* ne quæſieris, *z* fortiora te ne *a* ſcrutatus fueris: *b* ſed quæ præcepit tibi Deus, *c* illa cogita ſemper, & in *d* pluribus operibus ejus ne fueris curioſus. *e* Non eſt enim tibi neceſſarium *f* ea, quæ abſcondita ſunt, *g* videre oculis tuis. In *h* ſupervacuis rebus *i* noli ſcrutari multipliciter, & in *k* pluribus operibus ejus non eris

patre mortuo pauperibus data. *a* Non erit in oblivione.] coram Deo, ideſt, ſine remuneratione. Et hoc probat. *b* Nam pro peccato,] ideſt, pro eleemoſyna data matri ob remiſſionem peccatorum obtinendam. *c* Reſtituetur tibi bonum,] in præſenti & in futuro. Merito enim eleemoſynæ dantur non ſolum æterna bona, ſed etiam temporalia multiplicantur. *Mal.* 3. Inferte omnem decimam in horreum meum, ut ſit cibus in domo mea, & probate me ſuper hoc, dicit Dominus. Si non aperuero vobis cataractas cœli, & effudero vobis benedictionem uſque ad abundantiam. (al. † &.) Et nota quod dicit, [reſtituetur.] Qui enim facit eleemoſynam, vel dat, accommodat Domino ad uſuram. Sicut dicitur *Prov.* 19. Fœneratur Domino, qui miſeretur pauperis, & viciſſitudinem ſuam reddet ei.

C

d Et in juſtitia,] ideſt, pro eleemoſyna data patri vel matri, quæ debetur eis ex juſtitia.

e Ædificabitur tibi] ideſt, dabitur tibi locus in æterno ædificio.

Unde *Pſal.* 14. Domine quis habitabit in tabernaculo tuo? Qui ingreditur ſine macula, &c. Et non ſolum hoc bonum faciet eleemoſyna patris.

f Sed in die tribulationis commemorabitur tui,] Deus, vel pater tuus orans pro te. Et dicit; [in die tribulationis] non in nocte, quia Juſtorum tribulationes dicuntur dies, quia illuminant, & clariores efficiunt. Unde Tobias de felle piſcis recuperavit viſum *Tob.* 11. Vel diem tribulationis dicit diem judicii, ubi & fortis quiſque tribulabitur præ timore. Unde *Soph.* 1. Vox diei Domini amara, tribulabitur ibi fortis. In illa vero die commemorabitur Deus eleemoſynarum pauperibus impenſarum *Matth.* 25. Eſurivi, & dediſtis mihi manducare, &c. Et non ſolum hoc facit eleemoſyna, ſed & peccata dimitti faciet. Unde ſequitur,

g Et ſicut in ſereno] ideſt, Sole radiante,

h Glacies,] ſolvitur.

i Solventur tua peccata] per ſerenum gratiæ, & calorem charitatis. Peccatum glaciei comparatur; qui gelidam facit animam. Unde *inf.* 43. Frigidus ventus Aquilo flavit, & congelavit Cryſtallus ab aquis. Gratia vero ſereno comparatur, quia ſerenam animam, & illuminatam facit & accendit. Unde *Iſa.* 58. Frange eſurienti panem tuum, & egenos vagoſque induc in domum tuam. Cum videris nudum, operi eum, & carnem tuam ne deſpexeris. Tunc erumpet quaſi mane lumen tuum, & ſanitas tua citius orietur. De hoc dicitur *Dan.* 4. Redime peccata tua eleemoſynis, & iniquitates tuas miſericordiis pauperum. *Luc.* 11. Date eleemoſynam, & omnia munda ſunt vobis.

k Quam malæ famæ eſt, qui relinquit patrem] in neceſſitate. Ex quo enim Deus præcepit honorari parentes & tot bona attribuuntur eis qui honorant eos: revera infamis eſt, & impius, qui negligit eos.

l Et eſt maledictus a Deo, qui exaſperat,] dicto vel facto. *m* Matrem,] carnalem, vel ſpiritualem: Maledictus dicit maledictione æterna. Unde *Lev.* 20. Qui maledixerit patri ſuo, aut matri, morte moriatur.

n Fili, in manſuetudine, &c.] in principio capituli monuit ad obedientiam parentum, poſtea ad pietatem in parentes, & tandem monuit non exaſperare parentes. Et quoniam exaſperationis cauſa maxime tollitur per manſuetudinem & humilitatem, ſubdit de illis, dicens: [Fili, in manſuetudine] mentis. *o* Opera tua perfice,] non ſolum incipe, quod multi faciunt ſed pauci perficiunt. Eſt tamen manſuetudo virtus, qua quis provocatus opprobriis, nec patitur, nec deducitur, nec irritatur.

p Et ſuper hominum gloriam diligeris,] ideſt, plus quam mundana gloria, quam homines multum diligunt. *Gloſſ.* Manſuetudo & humilitas gratiam; ſuperbia & furor pariunt ruinam. (1. *Cor.* 4.)

q Quanto magnus es] generis nobilitate, vel ſcientiæ ſublimitate, vel honoris dignitate.

r Humilia te in omnibus,] ideſt, coram omnibus, ſalvo jure gradus. (*Prov.* 15.)

Vel in omnibus, quæ habes, quia nihil habes, quod non accepiſti [Magnus] dicit, & non major: quia omnis comparatio majoritatis ſcrupulum ſuſpicionis, & contentionis habet. *Luc.* 22. Facta eſt contentio inter eos, quis eorum videretur eſſe major.

ſ Et coram Deo invenies gratiam,] quam amiſit primus homo per ſuperbiam. *Jac.* 4. Deus ſuperbis reſiſtit; humilibus autem dat gratiam. Et bene debes te humiliare.

t Quoniam magna eſt potentia Dei ſolius.] *Exod.* 15. Omnipotens nomen ejus.

u Et ab humilibus honoratur.] Unde *Gen.* 18. Loquar ad Dominum meum, cum ſim pulvis, & cinis. *Greg.* Hoc Abraham non dixiſſet, niſi ex ejus colloquio Dei potentiam agnoviſſet.

x Altiora, &c.] Hic docet fugere curioſitatem inquirendo ſubtilia, & inutilia. Unde invitat ad humilitatem intellectus, quæ appellatur ſobrietas intellectus *Rom.* 12. Non plus ſapere, quam oportet ſapere; ſed ſapere ad ſobrietatem. Retrahit autem nos a curioſitate,] primo per altitudinem eorum, quæ curioſitatem ſolent inquirere. Unde dicit. [Altiora te,] ideſt, quæ ſunt ſupra intelligentiam tuam.

y Ne quæſieris] curioſe. *Prover.* 23. Ne erigas oculos tuos ad opes, quas habere non potes.

z Et fortiora,] ideſt, quæ tranſcendunt vires intelligentiæ tuæ. *a* Ne ſcrutatus fueris] ſicut *Pſal.* 130. dicitur, Domine, non eſt exaltatum cor meum, neque elati ſunt oculi mei, neque ambulavi in magnis, &c. Eadem fere dicit fortiora; quæ diceret altiora. Altiora, quæ tranſcendunt intellectum, & quanto magis intelliguntur, tanto † minus apparent. Unde *Pſal.* 63. Accedet homo ad cor altum, & exaltabitur Deus. Fortiora vero dicit quæ ſcrutantium oculos reverberant, & ad inferiora retundunt. *Prov.* 25. Perſcrutator Majeſtatis opprimetur a gloria. *b* Sed quæ præcepit tibi Deus:] intelligere & facere. (al. † magis.)

c Illa ſemper.] *Deut.* 6. Hæc meditaberis ſedens in domo tua, & ambulans in itinere, dormiens atque conſurgens, & ligabis ea quaſi ſignum in manu tua: eruntque, & movebuntur inter oculos tuos, & ſcribes ea in limine, & in oſtiis domus tuæ. Et ita retrahit ab omnibus curioſis. Unde adhuc.

d Et in pluribus operibus ejus ne fueris curioſus,] inquirendo quæ non proſunt ad ſalutem.

e Non eſt enim tibi neceſſarium] ad ſalutem.

f Ea, quæ abſcondita ſunt] tibi a Domino propter meritum fidei, & exercitium ingenii.

g Videre oculis tuis,] ideſt, ſcrutari ad videndum, & intelligendum plene.

h In ſupervacuis rebus,] ideſt, in eis, quorum ſcientia non eſt utilis, ut quare muſca, vel pulex tot pedes habeat, & Camelus ſolum quatuor, & homo tantum duos. *i* Noli ſcrutari multipliciter,] ideſt, multum laborare ad intelligendum, vel multiplicem ſenſum inquirere.

Ex quo enim non ſunt de fide, vel de bonis moribus, ſufficit unus ſenſus, & ultra quærere eſt curioſitas.

k Et in pluribus operibus ejus, ne fueris curioſus.]

Hoc ſemel dixerat, ſed ex repetitione peccatum curioſitatis eſſe horrendum admonet; vel pluralitatem rerum eſſe diſtinguendam inſinuat; in quibus non ſcitur curioſitas hominum.

Et utrumque verum eſt; quia peccatum eſſe oſtendit curioſitatem horrendum, ex repetitione etiam duplicem materiam curioſitatis oſtendit, ſcilicet, exquiſitionem verborum, & extraneæ opinionis, ſecundum quod dicit *Auguſtinus in libro de fide Chriſtiana*, quia omnis ſcientia, eſt de rebus aut de ſignis. Unde Paulus dicit 1. *Cor.* 2. Et ego cum veniſſem ad vos fratres, veni non in ſublimitate ſermonis, aut ſapientiæ annuncians vobis teſtimonium Chriſti.

a Plurima

a Plurima enim ſuper ſenſum,] ideſt tranſcendentia intellectum, & rationem, quæ ſola fide capiuntur, ut quod Deus unus & trinus, quod Deus & homo, mater & virgo, & hujuſmodi. *b* Oſtenſa ſunt,] ideſt, revelata credenti, vel occulta inſpiratione, vel aperta prædicatione.

curioſus. *a* Plurima enim ſuper ſenſum hominum *b* oſtenſa ſunt tibi. *c* Multos enim ſupplantavit *d* ſuſpicio *e* eorum, & in *f* vanitate *g* detinuit *h* ſenſus illorum. *i* Cor durum male *k* habebit in noviſſimo: & qui *l* amat † piaculum, in *m* illo *n* peribit. *o* Cor ingrediens duas vias *p* non habebit † ſucceſſus, & † *q* pravicors in illis *r* ſcandalizabitur. *ſ* Cor nequam *t* gravabitur in *u* doloribus, & *x* peccator adjiciet ad peccandum. *y* Synagogæ ſuperborum *z* non erit ſanitas. *a* Frutex enim peccati *b* eradicabitur in illis; & *c* non intelligetur. *d* Cor Sapientis intelligetur

Iſa. 45. Dabo tibi Theſauros abſconditos, & arcana ſecretorum, ut ſcias, quia
D ego Dominus, *infr.* 43. Multa abſcondita ſunt majora his; pauca enim vidimus operum ejus, omnia autem Dominus fecit, & pie agentibus dedit Sapientiam.
al. † periculum. Quare autem in hujuſmodi mouerit non eſſe curioſum, oſtendit.

c Multos enim,] ideſt, fidei fundamentum ſurripuit.
Ja. gu. l. a. quidam autem. *d* Suſpicio,] ideſt, furſum aſpectio, ideſt, nimis alta inveſtigatio. *e* Eorum,] abſconditorum. Sicut Manichæos, qui dicunt Deum feciſſe ſpiritualia, & Diabolum corporalia omnia. Et Arianos, qui dividunt eſſentiam divinam, ſicut perſonas. Et Sabellianos, qui confundunt, & uniunt perſonas, ſicut eſſentiam. De quibus proprie dicitur *Prov.* 25. Perſcrutator Majeſtatis opprimetur a gloria. Vel ſic. *c* Multos enim ſupplantavit,] ideſt, a veritate dejecit, & in errorem induxit. *d* Suſpicio eorum,] ideſt, vana opinio eorum. *f* Et in vanitate,] ideſt, in his, quibus nulla ſubeſt veritas, aut nulla utilitas. *g* Detinuit,] ideſt, diu tenuit. *h* Senſus illorum,] inutiliter occupatos circa hujuſmodi. *Jer.* Stultum eſt ſollicitum eſſe circa id quod ſine periculo ignoratur. *Sen.* Si non quæſiſſent ſuperflua, inveniſſent neceſſaria. *Auguſt.* Tolle iniquitates, & nulla erunt vana. *Gloſſ.* Sobrius intellectus in omnibus optimus eſt; quia reficit animam, nec gravat mentem. Unde *Prov.* 25. Mel inveniſti: comede, quod ſufficit tibi, ne forte ſatiatus evomas illud, & perjures nomen Dei tui. *i* Cor durum,] ideſt, in peccato obduratum, quod nec timore frangitur, nec amore emollitur, nec diſciplinam ſuſcipit, nec correctionem, quod proprie oppoſitum eſt manſueto. *k* Male habebit,] ideſt, in die judicii.
al. † pretium. *l* Et qui amat piaculum,] vel, [periculum,] ideſt † peccatum ad expiandam. *m* In illo,] ideſt, propter illud, & cum illo. *n* Peribit,] ideſt, damnabitur. Hic
De peccato in Spiritum Sanctum. agit Auctor, ut diximus *ſupr.* de peccato in Spiritum Sanctum, ſex ejus ſpecies breviter ſubdividens, & ſubtilites aſſignans. Prima eſt induratio mentis. De qua dicitur *Rom.* 2. Secundum duritiam tuam, & impœnitens cor theſaurizas tibi iram in die iræ, & revelationis juſti judicii Dei. Hæc autem duritia idem eſt, quod obſtinatio, quæ ſicut ibi deſcribitur. Obſtinatio eſt, induratæ in malitia mentis pertinacia, per quam fit homo impœnitens. Et opponitur hæc ſpecies primæ diſpoſitioni, quæ exigitur in confeſſione, ad hoc, ut peccata dimittantur, ſcilicet, propoſitum non peccandi de cetero. De hac ſpecie dicit.] Cor durum, &c.] Secunda ſpecies eſt finalis impęnitentia, quod duobus modis poteſt accipi, ideſt, privatio finalis pęnitentiæ, vel finale propoſitum non pęnitendi. Utrumque bene competit ei, quod ſequitur. [Male habebit in noviſſimo.] Hæc opponitur ſecundæ diſpoſitioni, quæ requiritur in pęnitente, ad hoc, ut peccata dimittantur, ideſt, dolore de peccatis perpetratis. Et de his duabus ſpeciebus peccati dicitur *Jer.* 5. Induraverunt facies ſuas ſupra petram: ecce obſtinatio: & noluerunt reverti ad me: ecce finalis impęnitentia. Et tamen dicit Dominus. *Ezech.* 11. Auferam cor lapideum de carne eorum: & dabo eis cor carneum, ut ambulent in præceptis meis, hoc eſt contra obſtinationem: ſupra parum, & dabo eis cor unum, & ſpiritum novum in viſceribus eorum, hoc contra finalem impęnitentiam. Tertia ſpecies eſt fraternalis charitatis invidentia, ex qua eſt odium alienæ felicitatis, & gaudium, vel deſiderium alienæ infelicitatis. Hæc tangitur *ibi*: [Qui amat piaculum, in illo peribit.] Hæc ſpecies opponitur tertiæ diſpoſitioni pęnitentiæ, ſcilicet, placentiæ boni alterius. Nam quicumque etſi ſit malus in ſe, tamen ei debet placere bonum in altero. Quarta ſpecies eſt impugnatio agnitæ veritatis. De qua proprie dicitur *Marc.* 3. Qui blaſphemaverit in Spiritum Sanctum, non habebit remiſſionem peccatorum in æternum. Hæc ſpecies opponitur quartæ diſpoſitioni pœnitentiæ, ideſt, notitiæ veritatis. Quinta ſpecies deſperatio, qua quis diffidit de bonitate Dei, ſicut Cain, & Judas, ut dicit *Gloſſ. ſuper Rom.* 2. Hæc ſpecies opponitur quintæ diſpoſitioni pœnitentiæ, ideſt, confidentiæ. Sexta ſpecies eſt præſumptio, quæ nimis ampliat miſericordiam Dei, & juſtitiam diminuit, & deſperatio e contrario. Hæc opponitur timori, qui diſponit ad remiſſionem peccatorum obtinendam. De hac ſpecie dicitur, *inf.* 37. Præſumptio nequiſſima, unde creata es? Dicit ergo. *i* Cor durum,] per obſtinationem. *k* Male habebit,] propter finalem impęnitentiam. *l* Et qui amat piaculum,] ideſt, peccatum. *n* Peribit in illo,] propter invidentiam. *o* Cor ingrediens duas vias,] ideſt miſcens falſa veris, ut ille, qui impugnat agnitam veritatem. Vel. *o* Cor ingrediens duas vias,] unam intellectu, & alteram affectu, vel nolens ſcire ea, quæ præcipit Dominus ſciri: & volens ea ſcire, quæ prohibet inquiri. *p* Non habebit,] ideſt non bene ſuccedet ei, quia nec veritatem inveniet, nec meritum laborando acquirit. Vel. *o* Cor ingrediens duas vias,] eſt cor hæreticorum, qui aliqua bene credunt, & docent: & aliqua male. Et hi ſunt caupones Diaboli. De quibus dicit *Iſa.* 1. ſecundum aliam litteram. Caupones tui miſcent aquam vino.

al. † requiem. al. † pravicordius. al. † pravum cor.

Unde *ſupra* 2. Væ duplici corde, & labiis ſceleſtis, quia impugnant veritatem prius agnitam. Item cor ingrediens duas vias, eſt cor ambiens duas præbendas, vel duas dignitates. Et iſti non habebunt ſucceſſus; quia in fine vix pęnitebunt. Unde *Oſee* 10. Diviſum eſt cor eorum, nunc interibunt. *Sap.* 5. Quid profuit nobis ſuperbia, & divitiarum jactantia quid contulit nobis? *q* Et pravicors,] ideſt habens pravum cor, Vel, [Pravicordius, ideſt habens pravum cor, ideſt, diffidens. *r* In illis ſcandalizabitur,] ideſt in duabus viis, ideſt, offendet. Contemnetur enim a juſtitia juſte, qui a ſe expellit miſericordiam. *ſ* Cor nequam,] ideſt, ſine æquitate, ideſt, præſumptuoſum, quod omnino excludit juſtitiam Dei, nimis amplians miſericordiam. *t* Gravabitur,] in futuro. *u* In doloribus] ſuppliciorum: quia hic grave fuit ſarcina peccatorum: tunc enim ſentiet juſtitiam Dei, quam modo excludit.

Unde *infr.* 5. dicitur. De propitiatu peccatorum noli eſſe ſine metu: nec adjicias peccatum ſuper peccatum, & dicas: Miſeratio Dei magna eſt, multitudinis peccatorum meorum miſerebitur; miſericordia enim & ira ab illo ſæpe proximat, & in peccatores reſpicit ira illius. Sequitur. *x* Et peccator adjiciet.] Vel per deſperationem, ſicut dicitur *Prov.* 18. Impius cum venerit in profundum vitiorum, contemnit. Vel per præſumptionem non ceſſans peccare; quia nimis præſumit de miſericordia Dei. Sequitur. *y* Synagogæ ſuperborum,] vel præſumptuoſorum, vel ambitioſorum. *z* Non erit ſanitas] ſpiritualis, & corporalis, forte ad malum eorum; quia inde magis ſuperbient, & ad peccandum procliviores fient. Unde *Pſal.* 72. In labore hominum non ſunt, & cum hominibus non flagellabuntur; ideo tenuit eos ſuperbia. Quare autem non ſit ſanitas hujus ſynagogæ, ſubdit. *a* Frutex enim,] ideſt, omnis excuſatio peccatum pallians, vel diminuens. *b* Eradicabitur in illis,] ideſt auferetur ab illis, ſcilicet, ſuperbis; quia non poterunt excuſare peccatum ſuum, vel palliare, ſicut frutex celat feram. Vel aliter. *a* Frutex peccati,] ideſt, multitudo, ſive congeries peccatorum. *b* Eradicabitur in illis,] ideſt manifeſtabitur radicitus; unde confundentur, & dicent: Quid nobis profuit, &c. *Sap.* 5. Et dicet eis propria conſcientia: Quem fructum habuiſtis tunc in illis, in quibus nunc erubeſcitis? *Rom.* 6. Et ſignanter dicit. [Eradicabitur,] quia ſicut arbor eradicata non emittit ramos, ſed ſiccatur in ſe; ſic ſuperbia malorum in die judicii radicitus revelata non amplius emittet ramos præſumptionis, vel ambitionis: ſed in ſeipſo ſiccabitur, ut perpetuo comburatur. Vel ſic. *a* Frutex peccati,] ideſt, ipſe peccator, habens congeriem peccatorum fixam in corde. *b* Eradicabitur in illis,] ideſt, cum illis, & pro illis de terra viventium. *c* Et non intelligetur,] ideſt non approbabitur apud Deum. *Matth.* 7. Non novi vos. *d* Cor Sapientis,] cui ſapiunt res ſecundum ſaporem propriam: & æſtimantur ſecundum valorem ſuum. *e* Intelligetur]

in *a* Sapientia, *b* & auris bona *c* audiet cum omni concupiſcentia Sapientiam. *d* Sapiens cor, & *e* intelligibile *f* abſtinebit ſe a peccatis: *g* & in operibus juſtitiæ ſucceſſus habebit. *h* Ignem ardentem extinguit aqua; & eleemoſyna *i* reſiſtit peccatis, *k* & Deus † proſpector eſt ejus, *l* qui reddit gratiam. *m* Meminit in poſterum, *n* & in tempore caſus ſui *o* inveniet firmamentum.

C A P. IV.

Fili, *p* eleemoſynam pauperis *q* ne defraudes: & *r* oculos tuos ne † tranſvertas a paupere. *ſ* Animam eſurientem *t* ne deſpexeris, & non *u* exaſperes pauperem in inopia ſua. *x* Cor inopis ne afflixeris: & *y* non protrahas datum *z* anguſtianti.

a Rogationem *b* contribulati *c* ne abjicias: & *d* non avertas faciem tuam ab egeno. Ab *e* inope ne avertas oculos tuos propter iram: *f* & non relinquas quærentibus tibi retro maledicere; *g* Maledicentis enim tibi in amaritudine animæ, exaudietur precatio illius, *h* exaudiet autem eum, qui fecit illum.

ligetur,] ab aliis. *a* In Sapientia,] ideſt, prudentia, doctrina. Per doctrinam enim judicatur qualiter Doctori ſapiant res, & quanti æſtimeatur. Unde *Jud.* 14. In ore leonis inventum eſt mel. *b* Et auris bona,] ideſt, boni auditoris. *c* Audiet cum omni concupiſcentia Sapientiam,] ideſt, Sapientis doctrinam. Auris bona dicitur, quæ libenter audit bona & prudenter diſcernit audita, & obedienter operatur intellecta. *d* Sapiens cor] in lege Dei. *e* Et intelligibile,] ideſt, cor mundum habile ad intelligentiam ſpiritualium. *f* Abſtinebit ſe a peccatis,] factis, vel faciendis. *g* Et in operibus juſtitiæ, &c.] quia bene ſuccedet ei, qui Sapiens, & intelligens eſt. *h* Ignem, &c] Hic hortatur ad opera miſericordiæ, & maxime ad eleemoſynam comparans eam aquæ, & peccatum igni: quia ſicut aqua mundat ſordes; ita eleemoſyna mundat peccata.

al. † protector.

Unde *Luc.* 21. Date eleemoſynam, & ecce omnia munda ſunt vobis. Similiter aqua extinguit ignem, & eleemoſyna concupiſcentiam, a qua oritur omne peccatum, ſicut dicit *Auguſt. ſup. Cant.* 6. Ignis vero peccatum dicitur: quia ſicut ignis omnia conſumit, & ſola aqua extinguitur; ita peccatum omnia bona perdit, & ſola gratia expellitur. Unde *Job* 31. Ignis eſt uſque ad conſumptionem devorans, & omnia eradicans genimina. Dicit ergo. *h* Ignem ardentem extinguit aqua, & eleemoſyna,] ex charitate data. *i* Reſiſtit peccatis,] ne multiplicentur, aut accreſcant. Peccatum enim ad peccatum attrahit, quia abyſſus abyſſum invocat. De hoc dicitur *Tob.* 4. Eleemoſyna ab omni peccato, & morte liberat. *k* Et Deus protector,] vel, (proſpector eſt ejus) contra peccata, & dæmones. *l* Qui reddit gratiam,] eleemoſynam, quæ pauperi debetur, & gratis debet dari, *Matth.* 10. Gratis accepiſtis, gratis date. Vel *l* Qui reddit gratiam,] ideſt, qui reddit grates Deo de beneficiis ſuſceptis, *Eph* 5. Pro omnibus ſemper gratias agentes. *m* Meminit in poſterum,] ideſt ſibi providet in futurum. *n* Et in tempore caſus,] ideſt mortis ſuæ. *o* Inveniet firmamentum,] ideſt ſtabile præmium.

Pſal. 45.

E X P O S I T I O C A P. IV.

p Fili, eleemoſynam.] In præcedenti capitulo monuit Auctor ad pietatem in parentes; hic monet ad pietatem in omnes, ſecundum quod Dominus dicit *Luc.* 6. Omni petenti te tribue. Et 2. *Cor.* 9. Potens eſt Deus omnem gratiam abundare facere in vobis, ut in omnibus ſufficientiam habentes, abundetis in omne opus. Sunt autem multæ ſpecies eleemoſynæ. Nam qui neceſſaria dat indigenti, eleemoſynam facit: & qui veniam dat peccanti, eleemoſynam facit: & qui ex corde corrigit delinquentem, & qui erudit ignorantem facto, vel verbo eleemoſynam facit. Nec eſt differentia aliqua iſtarum eleemoſynarum, ſi ſit tribuendi facultas. Sicut ſcriptum eſt *Prov.* 3. Ne dicas amico tuo: vade, & revertere, & cras dabo tibi, cum ſtatim poſſis dare. Item facienda eſt eleemoſyna hilariter, non ex triſtitia, aut ex neceſſitate. Hilarem enim datorem diligit Deus, 2. *Cor.* 9. Unde legitur *Luc* 23. quod vidua paupercula plus omnibus poſuit in gazophylacium; quia quantitatem muneris non penſat Deus, ſed devotionem cordis. Dicit ergo.

Plures ſpecies eleemoſynæ.

p Fili, eleemoſynam pauperis, ideſt] pauperi debitam. *q* Ne defraudes,] retinendo, vel differendo, vel minuendo, vel objurgando pauperem, vel † commutando. Nam auferre res pauperum pauperibus ſacrilegium eſt, dicit *Hieron. Iſa.* 58. Frange eſurienti panem tuum, &c. *Luc.* 14. Cum facis convivium, voca debiles, claudos, cæcos; & beatus eris, quia non habent, unde tibi retribuere poſſint.

al. † comminando.

r Et oculos tuos, &c.] ne ei compatiaris, vel movearis ad dandum aliquid ei, *Tob.* 4. Ne avertas faciem tuam ab ullo paupere; ita enim fiet, ut nec a te avertatur facies Domini. *ſ* Animam eſurientem,] verbum corporale, vel ſpirituale. *t* Ne deſpexeris,] nolendo compati, quaſi dicat, ſi non habes, quod poſſis dare, ſaltem compatiaris ei, & ſic teipſum dediſti, quod plus eſt. Unde *Sen.* Plus eſt dare ſe, quam ſua, *Iſa.* 5. Si effuderis eſurienti animam tuam, & animam afflictam repleveris: orietur in tenebris lux tua.

al. † avertatur.

u Et non exaſperes] objurgando ipſum, quaſi dicat, cum manſuetudine, & largitate da eleemoſynam pauperi; plus enim recreatur ad dulce verbum, quam ad eleemoſynæ datum. Unde *infr.* 18. Nonne ardorem refrigetat ros? ſic & verbum melius quam datum. *Prov.* 14. Qui calumniatur pauperem, exprobrat factori ejus. *Greg.* Non ſunt pauperes tractandi, ut ſervi; ſed rogandi, ut Advocati. Unde *Luc.* 16. Facite vobis amicos de mammona iniquitatis, ut cum defeceritis, recipiant vos in æterna tabernacula.

x Cor inopis ne afflixeris] † differendo eleemoſynam. *y* Et non protrahas datum,] ideſt, quod debes, tibi a Deo datum.

al. † negando.

z Anguſtianti,] ideſt illi, qui cum anguſtia petiit eleemoſynam, vel munus. Valet enim minus eleemoſyna dilata. *Sen.* Quantum moræ addidiſti, tantum gratiæ ſubtraxiſti, *Job* 31. Si oculos viduæ expectare feci.

a Rogationem,] ideſt humilem petitionem.

b Contribulati,] ideſt pauperis interius, & exterius tribulati, vel cum quo tu debes compatiendo tribulari.

c Ne abjicias] denegando, quod petit. *d* Et non avertas faciem tuam ab egeno,] deſpiciendo eum. Denegando abjicit, qui non dat: avertit faciem, qui non compatitur: *Greg.* Nunquam manus vacua eſt a munere, cujus arca cordis plena eſt bona voluntate. *e* Ab inope non avertas oculos tuos propter iram,] ideſt, ſi iratus fueris pauperi propter aliquam injuriam tibi illatam, non ideo ſubtrahas eleemoſynam, quia non ſolum homini, ſed Deo datur eleemoſyna, *Matth.* 25. Quod uni ex minimis meis feciſtis, mihi feciſtis, *Prov.* 25. Si eſurierit inimicus tuus, ciba illum: ſi ſitit, potum da illi; prunas enim ſuper caput ejus congregabis, quibus ſcilicet, accenditur ad amorem tuum. Patet autem, quod non ſuperflue bis dicit: Ne avertas faciem tuam ab inope. Quidam enim avertunt ex incompaſſione, quidam ex ira: & utrumque malum eſt; ideo utrumque admonet, ne fiat.

f Et non relinquas quærentibus tibi retro male dicere] ideſt, non des occaſionem pauperi maledicendi tibi: quod facit qui faciem ſuam ſpernendo pauperem avertit ab eo. Et ſubjungit cauſam.

g Maledicentis enim tibi in amaritudine animæ ſuæ exaudietur prædicatio illius,] ideſt, ad effectum audietur. Sed videtur, quod non debeat exaudiri; quia peccat ſic maledicendo. Non enim legitur, quod Lazarus diviti maledixerit. Sed dicimus, quod hic appellatur maledictio ipſa pauperis amaritudo cordis, quæ clamat ad Dominum contra divites, qui poſſent eis ſubvenire, & nolunt. Unde non dicit maledicentis tibi in verbo, vel in voluntate, ſed in amaritudine animæ. Sicut etiam dicitur *infr.* 35. Nonne lacrymæ viduæ ad maxillam deſcendunt, & exclamatio ejus ſuper deducentem ea? Sic ſanguis Abel clamat contra Cain, *Gen.* 4. Abel interpretatur nihil hoc, & ſignificat pauperem. Cain poſſeſſio, & ſignificat divites, ſic faciunt eas. Sic etiam eleemoſynæ clamant pro illis, qui faciunt eas, *Actor.* 10. Orationes, & eleemoſynæ tuæ aſcenderunt in memoriam in conſpectu Dei. Sed ne diceret, non curo, ſi exaudiatur precatio pauperis; quia ille, qui exaudit, non poteſt mihi aliquid facere, imo dicit ipſe, quia Dominus exaudiet illam. Et hoc eſt. Luc. 6.

h Exaudiet,] qui poteſt vindicare, cum voluerit. Quod vero

opera

opera pietatis fiant per humilitatem, & benignitatem, conſequenter indicat ad illa dicens. *a* Congregationi, &c.] benigne & manſuete alloquendo eos, ſicut dicit *Gloſſ.* manſuetudo neminem ſpernit, humilitas ſe omnibus ſubjicit: decet autem Chriſtianum æqualibus & inferioribus affabilem eſſe, mitem; ſenioribus humilem. Unde ſequitur.

> *a* Congregationi pauperum affabilem te facito, *b* & Presbytero humilia animam tuam, & *c* magnato *d* humilia caput tuum. *e* Declina pauperi ſine triſtitia aurem tuam, *f* & redde debitum tuum, & *g* reſponde pacifica in manſuetudine. *h* Libera eum, qui injuriam patitur de manu ſuperbi, *i* & non acide *k* feras in † manu tua. In *l* judicando eſto pupillis miſericors ut pater, *m* & pro viro matri illorum, & *n* eris tu velut filius Altiſſimi obediens, & *o* miſerebitur tui *p* magis quam mater, *q* Sapientia filiis *r* ſuis *ſ* vitam † inſpiravit, & *t* ſuſcipit exquirentes ſe, *u* & præibit in via juſtitiæ: Et *x* qui illam diligit; diligit *y* vitam, *z* &

b Et Presbytero, &c.] acquiſcendo ejus conſiliis & exhortationibus & mandatis obediendo. *c* Et magnato] ideſt Principi vel Prælato. *d* Humilia caput tuum] reverentiam exhibendo *Lev.* 19 Coram cano capite conſurge, & honora perſonam ſenis. *Thren.* 4. Facies Domini diviſit eos, non addet, ut reſpiciat eos, facies Sacerdotum non erubuerunt, neque ſenum miſerti ſunt. Et monet hic ad duplicem humilitatem, interiorem & exteriorem. Interior cauſa eſt exterioris, & exterior cuſtos eſt interioris: ſicut enim ignis & cinis, ſic ſe habent. Interiorem tangit, ubi dicit: Presbytero humilia animam tuam. Exteriorem tangit dicens: Et magnatu humilia caput tuum. *e* Declina pauperi, &c.] ut audias eum cum affectu, q.d. pauperem clamantem exaudi, hilariter da, quod petit. Hilarem enim datorem diligit Deus 2.*Cor.* 9. *inf.* 35. In omni dato hilarem fac vultum tuum. *f* Et redde, &c.] pauperi eleemoſynam, & conſolationem, magnato reverentiam, Presbytero honorem. Unde *Rom.* 13. Reddite omnibus debita, cui tributum, tributum: cui vectigal, vectigal: cui timorem, timorem: cui honorem, honorem. *g* Et reſpondet, &c.] Nam mollis reſponſio frangit iram: *Prov.* 15. 2.*Tim.* 2. Servum Domini non oportet litigare, ſed manſuetum eſſe ad omnes, docibilem, patientem, cum modeſtia corripientem. *h* Libera eum, &c.] ideſt Tyranni vel Diaboli] ideſt. Et non, &c.] ideſt, tædioſe, vel indigne. *k* Feras in manu] hoc eſt, ne ſuſtineas moleſte laborem, quem habes in liberando oppreſſos a Tyranno, vel a Diabolo *Job* 29. Conterebam molas iniqui, & de dentibus illius auferebam prædam. *Prov.* 24. Erue eos, qui ducuntur ad mortem; & qui trahuntur ad interitum, liberare ne ceſſes. Quod autem dicit. [In manu tua] ſupplendum eſt, *i* & non acide feras,] liberare eos [In manu tua,] ideſt per teipſum, quod eſt contra multos, vel in virtute tua. *l* In judicando eſto pupillis miſericors ut pater,] qui pro poſſe ſuo non ſineret opprimi filium, vel gravari. Sed contrarium videtur dicere Moyſes *Exod.* 23. Pauperis non miſereberis in judicio. Sol. Ubi pauper habet injuſtam cauſam, non ei miſerendum, quin juſte judicetur; ubi vero juſtam habet cauſam, fovendus eſt & defendendus: Et hoc eſt opus miſericordiæ. Unde *Iſa.* 1. Quærite judicium, ſubvenite oppreſſo, judicate pupillo, defendite viduam, & venite, & arguite me, dicit Dominus, ſupple, niſi retribuero vobis. Sed heu hodie poteſt dici Eccleſiæ, ſicut olim Jeruſalem: Principes tui infideles, ſocii furum, omnes diligunt munera, ſequuntur retributiones, pupillo non judicant, & cauſa viduæ non ingreditur ad eos. Non talis fuit *Job* 29. Pater eram pauperum, & cauſam, quam neſciebam, diligentiſſime inveſtigabam, *m* Et pro viro matri illorum,] ideſt pupillorum eſto, conſulendo & defendendo. *n* Et eris tu velut filius Altiſſimi obediens,] qui Patri obedivit uſque ad mortem: *Phil.* 2. Et mulierem in adulterio deprehenſam liberavit. *Joan.* 8. *o* Et miſerebitur tui,] in noviſſimo in remiſſione peccati, & remuneratione præmii. *p* Magis quam mater,] quæ tenere diligit filium: Sed Deus tenerius diligit animas, pro quibus factus homo mori voluit. *Joan.* 15 Majorem hac dilectionem nemo habet, quam ut animam ſuam ponat quis pro amicis ſuis. Quatuor autem cauſas tangit hic Auctor, quæ debent movere ad ſubveniendum pupillis & viduis. Prima eſt ipſa miſeranda conditio pupillorum & viduarum, quibus miſerandum eſt, quod tangit *ibi*, [In judicando pupillis eſto miſericors ut pater,] Hujus enim conditio clamor eſt ad ſubveniendum, qui movit Judicem iniquum. *Luc.* 18.

al. † anima tua.

al. † inſpirat.

Facienda eſt miſericordia pupillis & viduis propter quatuor.

Unde ait: Et ſi Deum non timeo: & ſi hominem non revereor; tamen quia mihi eſt moleſta hæc vidua, vindicabo illam, ne in noviſſimo veniens ſugillet me. Secundum eſt aſſimilatio filii, qui talibus libenter miſeretur.

Unde *Pſal.* 9. Tibi derelictus eſt pauper: & orphano tu eris adjutor. Et hoc tangit *ibi*, [Et eris tu velut filius Altiſſimi,] ideſt, ſimilis eris filio Dei. Tertium eſt bonum obedientiæ: quia talibus præcipit Dominus ſubvenire. *Iſa.* 1. Quærite judicium, &c. Et hoc tangit *ibi*, (Obediens.) Quartum eſt promiſſio miſericordiæ Dei, qui promittit ſe miſereri his, qui talibus miſerentur. *Matth.* 5. Beati miſericordes. Et hoc tangitur *ibi*: [Et miſerebitur tui magis, quam mater.] Unde *Iſa.* 49. Nunquid poteſt mulier oblivisci infantem ſuum, ut non miſereatur filio uteri ſui? Et ſi illa oblita fuerit; ego tamen non obliviſcar tui, dicit Dominus. Sequitur. *q* Sapientia filiis ſuis, &c.] Supra invitavit Auctor ad opera miſericordiæ ſimplici admonitione verbi, hic invitat ad eadem exemplo Chriſti. Unde dicit. *q* Sapientia] ideſt, Chriſtus Dei virtus, & Dei Sapientia. 1. *Cor.* 1. *r* Filiis ſuis,] ideſt Diſcipulis, vel imitatoribus ſuis. *ſ* Vitam inſpiravit,] ideſt, vitam ſpiritualem dedit, vel inſpirando dedit. Et hoc ideo dicit: quia cum dedit ſpiritum Diſcipulis ſuis, inſufflavit & dixit: Accipite Spiritum Sanctum. *Joan.* 20. Verumtamen eſt multiplex vita, quam inſpirat Deus. Prima eſt vita naturæ bene inſtitutæ. De qua dicitur *Gen.* 2. Et inſpiravit in faciem ejus ſpiraculum vitæ. Eſt etiam naturæ corruptæ. De qua *Job* 14. Homo natus de muliere, brevi vivens tempore. Et *Sap.* 2. Exiguum, & cum tædio eſt tempus vitæ noſtræ. Hanc non inſpiravit Dominus. Ipſe enim ſanabiles fecit nationes orbis terrarum *Sap.* 1. Sed invidia Diaboli & ſtultitia hominis intravit mors in orbem terrarum. *Ibid.* Eſt & vita gratiæ. De qua *Pſal.* 21. Vivent corda eorum in ſæculum ſæculi. Hæc conſiſtit in cognitione Dei, ſicut dicitur *Joan.* 17. Hæc eſt vita æterna, &c. De triplici ergo vita poteſt intelligi. [Sapientia filiis ſuis vitam inſpiravit.] Primam in creatione hominis, ſecundam in regeneratione Baptiſmi, tertiam, in glorificatione corporis. Sequitur.

Multiplex vita.

t Et ſuſcipit: &c.] ideſt, ex corde quærentes, vel extra mundum iſtum quærentes; non ſicut quidam, qui in temporalibus quærunt Deum, ſed non inveniunt. Sicut *Oſeæ* 5. In gregibus ſuis & armentis ſuis vadunt ad quærendum Dominum, & non invenient. Quid mirum? quia jam aſcendit in cœlum.

Unde ibi quærendus eſt oratione, & inveniendus eſt in contemplatione, tenendus eſt mentis humiliatione. *Cant.* 3. Paululum cum pertranſiſſem eos, inveni, quem diligit anima mea: tenui, & non dimittam. Hos autem, qui taliter quærunt Dominum, ſuſcipit ipſe, ideſt ſurſum capit, ut in cœlis ſit tota converſatio eorum. *Phil* 3.

· Item ſuſcipit ad protegendum.

Unde ſuſceptor & protector dicitur *Pſal.* 130. Item ſuſcipit ad reficiendum. *Matth.* 11. Venite ad me omnes, qui laboratis, &c. Item ſuſcipit ad erudiendum. Unde *Pſal.* 142. Ad te, Domine, confugi, doce me facere voluntatem tuam. Item ſuſcipit ad glorificandum. *Pſal.* 146. Suſcipiens manſuetos Dominus. Primo ſuſcipit timidos ut Dominus; ſecundo famelicos ut pater; tertio ignaros ut Magiſter; quarto miſeros, ut Deus. Nec ſolum ſuſcipit, imo occurrit obviam. Unde ſequitur. *u* Et præibit, &c.] quaſi lux, & quaſi dux. *Mich.* 2. Aſcendet pandens iter ante eos. *Joan.* 8. Qui ſequitur me, non ambulat in tenebris, ſed habet lumen vitæ. Viam juſtitiæ vocat penitentiam, ſive opera bona, per quæ homo de ſeipſo facit viam, per quam venit ad Deum. De qua dicit *Pſal.* 106. Viam civitatis habitaculi non invenerunt. In hac via prævenit nos Dominus, comitatur, & ſubſequitur. Prævenit enim per gratiam, ut incipiamus. comitatur per adjutorium, ne deficiamus ſed proficiamus: ſubſequitur dando perſeverantiam, ut perveniamus: & coronationem; quia qui perſeveraverit uſque in finem, hic ſalvus erit. *Matth.* 10. & 24.

x Et qui, &c.] ſcilicet, Sapientiam. *y* Diligit, &c.] quia ipſa eſt vita *Joan.* 14. Ego ſum via, veritas & vita. Ille diligit Sapientiam, qui mandata mea & ſervat, & facit, ſicut dicitur *Joan.* 14. Qui habet mandata mea & ſervat ea, ille eſt, qui diligit me. *z* Et qui, &c.] perſeveranter, non ſolum vigilantia corporis, ſed etiam mentis.

a Ad illam,] ſcilicet Sapientiam inquirendam & exquirendam & acquirendam. *b* Complectentur placorem,] ideſt corde, & corpore: vel intellectu, & affectu amplectentur placorem ſcilicet placationem, ſive benevolentiam ejus, a placo cauſas, ideſt gratiam, qua habita placabunt Deo & Deus eis.

qui vigilaverint *a* ad illam, *b* complectentur † placorem ejus. *c* Qui tenuerint illam, *d* vitam hæreditabunt, *e* & quo introibit, † benedicetur Deus. *f* Qui ſerviunt ei, *g* obſequentes erunt Sancto, & *h* eos, qui diligunt illam, *i* diligit Deus: *k* Qui audit illam, † *l* judicabit Gentes: *m* & qui intuetur illam, *n* permanebit confidens: *o* Si crediderit ei, *p* hæreditabit illam; & *q* erunt in confirmatione creaturæ illorum, *r* quoniam in tentatione ambulat *ſ* cum eo *t* & in primis elegit eum: *u* Timorem *x* & metum, & *y* probationem *z* inducet *a* ſuper illum, & *b* cruciabit illum in tribulatione doctrinæ ſuæ, *c* donec tentet eum in cogitationibus illius, & *d* credat animæ illius. Et *e* firmabit illum: *f* & iter adducet directum ad illum,

Vel ſic.] Complectentur placorem,] ideſt † æternæ vitæ ſanitatem, qua
al. † effective.
habita penitus erunt placati, nihil ultra deſiderantes.
al. † placatorem.
Vel [complectentur,] ideſt intellectu & affectu amplectentur intelligentiæ
al. † benedicet.
ſaporem, & tunc dicitur placor de placeo, ces. Aliqui libri habent, [Placatorem ejus,] Et eſt ſenſus qui vigilaverint ad illam, ideſt, tota vigilantia mentis illi ſervierint, complectentur placatorem, ideſt ipſum Chriſtum, qui in Cruce placavit nobis Patrem & nos Patri. Propter quod dicitur Mediator Dei & hominum 1. *Tim.* 2. Unde *Epheſ.* 2. Ipſe eſt pax noſtra, qui fecit utraque unum, & medium parietem maceriæ, ſolvens inimicitias in carne ſua.
al. † judicat.

c Qui tenuerint illam,] vere obediendo, corde, ore & opere obſequendo.
d Vitam hæreditabunt,] æternam, ideſt tanquam hæreditatem poſſidebunt ſine omni calumnia, aut inquietatione.
e Et quo introibit, benedicetur Deus,] ideſt, bonus prædicabitur, vel laudabitur. Alia littera, habet. Et quo introibit benedicet Deus, ideſt, in quem introibit Sapientia, benedicet Deus in præſenti benedictione ſiniſtræ, in futuro benedictione dexteræ. Intrat autem Sapientia in hominem per gratiam, intellectum illuminando, & affectum inflammando.
f Qui ſerviunt ei,] ſcilicet Sapientiæ, ideſt, Chriſto.
g Obſequentes erunt Sancto.] ideſt Patri. Idem enim honor eſt Patris & Filii. Qui honorificat Patrem, honorificat & Filium: *Joan* 5.
h Et eos, qui diligunt illam,] Sapientiam.
i Diligit Deus,] Pater, vel Deus Trinitas, *Prov.* 8. Ego diligentes me diligo. *Joan.* 14. Qui diligit me, diligetur a Patre meo, & ego diligam eum. Et conſtat, quod etiam Spiritus ſanctus, qui eſt ipſa dilectio. Sed quia probatio dilectionis exhibitio eſt operis, ſequitur.
k Qui audit illam] ideſt conſilium ejus perficit, ut eſt illud *Matt.* 19. Si vis perfectus eſſe, vade, & vende omnia, quæ poſſides, & da pauperibus, & habebit theſauros in cęlo: & ſequere me.
l Judicabit Gentes,] ideſt cum Domino judicabit Gentes. Unde *Sap.* 3. Judicabunt Sancti nationes. Et *Matth.* 19. Amen dico vobis, quod vos, qui ſecuti eſtis me, &c. Vel etiam in præſenti judicat, quia ſpiritualis homo omnia dijudicat; ipſe autem a nemine judicatur. 1. *Cor.* 2. Vel de Sapientia creata intelligitur.
k Qui audit illam, judicabit Gentes,] ideſt, ad judicandum conſtitui debet. *Prov.* 1. Intelligens gubernacula poſſidebit.
m Et qui intuetur illam,] intuitu veræ fidei.
n Permanebit confidens,] ideſt, ſecurus ſtabit in die judicii. *Iſa* 7. ſecundum aliam litteram. Niſi credideritis, non permanebitis. Vel de præſenti.
m Qui intuetur illam,] recta fide & intentione.
n Permanebit,] intentione, [confidens.] *Prov.* 28. Juſtus quaſi leo confidit, & abſque terrore erit.
o Si crediderit ei,] Sapientiæ, permanebit cum eo in tentatione, vel in die judicii, quaſi dicat, a fide eſt, ſed intellige a fide per dilectionem operante: *Gal.* 5.
p Et hæreditabit illam,] Sapientiam, ideſt, inſeparabiliter ei adhærebit in gloria per confirmationem.
q Et erunt in confirmatione creaturæ illorum,] ideſt opera, ſive merita illorum erunt confirmata in bono, quia non poterunt de cetero amittere illa. Et dicuntur opera creaturæ, quia principaliter ſunt a Deo *Iſa.* 26. omnia opera noſtra operatus es in nobis, Domine. *Phil.* 2. Deus eſt, qui operatur in nobis velle & perficere pro bona voluntate. Et revera permanebit. *r* Quoniam in tentatione ambulat,] Sapientia, ſcilicet. *ſ* Cum eo,] qui credit ei. *t* Et in primis elegit eum,] ideſt antequam G
crederet, vel opera faceret. Vel, [In primis,] ideſt in præcipuis, ut ea habeat, quæ ſunt gaudia æterna. Vel [in primis elegit eum,] ideſt, ut ſit inter primos, ideſt, inter Patriarchas & Apoſtolos. Et nota, quod in ſerie iſta innuit Auctor, quod quatuor modis erimus inſeparabiles a Deo, loco & animo. Loco dupliciter, quia cum eo erimus in judicio, cum ſeparabuntur grana a paleis, & hœdi ab agnis: quod notatur *ibi*: Et qui intuetur illam, permanebit confidens.

Item erimus cum eo in cęlo empyreo. *Joan.* 17. Pater, quos dediſti mihi, volo, ut ubi ego ſum, illi ſint mecum, ut videant claritatem, &c. Hoc autem notatur *ibi*: Si crediderit ei, permanebit in loco ſuo, ubi, ſcilicet, Chriſtus eſt in dextera Dei ſedens. Animo, cum per amorem & viſionem ei adhærebimus, & erit una voluntas noſtri & Dei, & erimus unum cum eo. Sicut dicitur *Joan.* 17. Sicut tu Pater in me, & ego in te: rogo, ut & ipſi in nobis ſint unum. Et hoc notatur *ibi*: Et hæreditabit illam, ideſt, † immobiliter quaſi hæreditatem poſſidebunt eam. al. † inviolabiliter.
Quarta inſeparabilitas eſt meriti a præmio. Dum enim ſumus in mundo poteſt fieri ſeparatio; ſed tunc nequaquam, quod notatur *ibi*: Et erunt in confirmatione creaturæ illorum. Et cum ſupra dixiſſet ſingulariter: Permanebit & hæreditabit; modo dicit pluraliter, illorum, & ipſa mutatio numeri ſignificat, quod numerus ſingularis comprehenſive tenetur, ſive collective. Sequitur. *u* Timorem & metum, &c.] Hic oſtendit Auctor, quod mala, & tribulationes, quæ ſuſtinemus, ſunt a Deo. Et primo oſtendit timorem gehennæ, quem incutit Dominus, ut retrahat a peccatis. Unde dicit. *u* Timorem,] offenſæ. *x* Et metum,] gehennæ. *y* Et probationem,] ideſt, tribulationem, quæ probat homines. *z* Inducit,] Sapientia, ſcilicet. *a* Super illum,] qui credit ei. *Rom.* 5. Tribulatio patientiam operatur, patientia probationem. Vel ſic. *u* Timorem,] de malis commiſſis. *x* Et metum,] de bonis omiſſis. *y* Et probationem,] ideſt, tribulationem probantem. *z* Inducet,] effective vel permiſſive Sapientia. *a* Super illum.] Super dicit, quia nec modicam tentationem poſſet homo diu per ſe ſuſtinere, niſi juvaretur a Deo. 1. *Cor.* 10. Fidelis Deus, qui non patietur, &c. *b* Et cruciabit illum in tribulatione doctrinæ ſuæ,] ideſt in doctrina tribulationis, vel in tribulatione erudiente, vel docente. *Iſa.* 28. Sola vexatio tantummodo intellectum dabit auditui. *Jer.* 6 ſecundum aliam litteram: Per omne flagellum, & dolorem erudieris Jeruſalem.
c Donec tentet eum in cogitationibus illius,] ideſt, probet eum vel cognoſcere faciat ipſa experientia tentationis, an vere ſint cogitationes ſuæ. Multi enim, dum in pace ſunt, multa, & indigna cogitant de ſe: qui cum tentantur, aliter inveniuntur, propter quod dicitur *infr.* 34. Qui non eſt tentatus, quid ſcit? *d* Et credat animæ illius,] Repete: Et cruciabit illum Sapientia, donec ipſe credat animæ illius, ideſt animæ Dei. Non quod Deus habeat animam, ſicut nec manus; ſed dicitur anima Dei voluntas Dei: cui qui ſe conformat illa volens, quæ ille vult, dicitur ſe credere illi, Vel ſic.
b Et cruciabit illum,] Scientia. *c* Donec] ipſa Sapientia. *d* Credat,] ſe [animæ illius,] ideſt, talem fecerit, quod poſſit ſe credere illi. Hoc eſt, donec fidelem & doctum experientia fecerit. *e* Et firmabit illum,] ideſt firmum, & inflexibilem ad peccatum faciet. Sicut enim lutum ſolidatur in igne: ſic homo in tribulatione, *inf.* 27. Vaſa figuli probat fornax; & homines juſtos tentatio tribulationis. *f* Et iter adducet directum ad illum,] Hypallage eſt, ideſt adducet ipſum ad iter directum, ideſt directe adducens ad Deum. Hoc iter eſt tribulatio & perſecutio, qua itur ad Deum. *Act.* 14. Per multas tribulationes oportet nos intrare in regnum cœlorum *Luc. ult.* Nonne oportuit Chriſtum pati, & ſic intrare in gloriam ſuam? Hoc iter Dominus adducere dicitur, vel nos ad ipſum; quia nolentes ad minus ſecundum ſenſualitatem recipimus tentationes. Unde Petro dixit Dominus: *Joan.* 21. Cum ſenueris, alius cinget te, & ducet, quo tu non vis. Sed quia Dominus poſt tempeſtatem tranquillum facit, & poſt lacrymationem & fletum exultationem infundit, ut dici-

Digitized by Google

& *a* lætificabit illum, & *b* denudabit † abſcondita ſua illi, & *c* theſaurizabit ſuper illum ſcientiam, & intellectum juſtitiæ. Si *d* autem oberraverit, *e* derelinquet eum *f* & tradet eum in manus inimici ſui. Fili, *g* conſerva tempus, & *h* devita a malo. Pro *i* anima tua non *k* confundaris dicere verum. *l* Eſt enim confuſio adducens peccatum: & *m* eſt confuſio adducens gratiam, & gloriam. *n* Ne accipias faciem *o* adverſus faciem tuam: *p* nec adverſus animam tuam mendacium. *q* Ne reverearis proximum tuum in caſu ſuo: nec *r* retineas verbum in tempore ſalutis. *ſ* Non abſcondas ſapientiam tuam in decore ejus.

ut dicitur *Tob.* 3. ideo ſubjungit. *a* Et lætificabit illum] in futuro in ſuſcipiendo ad gloriam, quando dicetur ei cum aliis: Vos eſtis, qui permanſiſtis mecum in tentationibus meis, &c. Vel [Lætificabit illum] etiam in præſenti per internam conſolationem, ſicut dicit *Pſ.* 93. Secundum multitudinem dolorum meorum in corde meo, conſolationes tuæ lætificaverunt animam meam. Et eſt eadem materia gaudii, & doloris; Doloris inquantum affligens; gaudii vero inquantum eſt via ad ſalutem. Unde cum homo conſiderat, quod tribulatio via eſt ad cœlum, gaudet de ipſa tribulatione. Propter quod dicit Apoſt. 2. *Cor.* 12. Libenter gloriabor in infirmitatibus meis, ut inhabitet in me virtus Chriſti, ideſt, patientia. *b* Et denudabit,] ſcilicet, tentatio, ideſt, myſteria abſcondita revelabit; vel quanta oporteat eum pati pro nomine ejus. Vel, [Denudabit abſcondita,] ideſt, ſeipſum, qui modo eſt abſconditus: quia nunc videtur per ſpeculum in ænigmate; tunc manifeſtabitur aperte. *c* Et theſaurizabit ſuper illum,] ideſt, dabit ſcientiam interiorum, & intellectum, ut ſic juſte vivat reddens unicuique, quod ſuum eſt. *d* Si autem oberraverit] ille in tentationem ſuccumbens, fidem, ſpem, & charitatem relinquens. *e* Derelinquet eum Dominus] protectione ſua indignum. *f* Et tradet eum] in poteſtatem Diaboli. *g* Fili, conſerva tempus.] Supra commendavit Auctor donum Sapientiæ, nunc oſtendit effectum ipſius. Quicumque enim ſervat mandata Sapientiæ, cautus eſt, & providus in temporum mutatione, nec deſerit viam juſtitiæ in tempore tribulationis: ideo exhortatur obſervare tempus. Omnia enim tempus habent, & certis ſpatiis ſub Sole tranſeunt univerſa, *Eccl.* 3. Et quæ bene fiunt in uno tempore, male fient in alio; & ideo neceſſaria eſt obſervatio temporis. Dicit ergo: *g* Fili, conſerva tempus] ut donum pretioſum, vel potius commodum: quia ſicut non perit capillus de capite, ita nec momentum de tempore, de quo non oporteat reddere rationem. Unde *Thren.* 1. Vocavit adverſum me tempus, ut contererer Electos meos. Vel, [Conſerva tempus,] ideſt, opportunitatem omnia faciendi. Ex ore enim fatui reprobabitur parabola, quia non dicit eam in tempore ſuo. Vel [Conſerva tempus] ideſt, cave de tempore male agendo, vel otioſus exiſtendo. Unde *Eph.* 5. Videte, fratres, quomodo caute ambuletis, non quaſi inſipientes, ſed ut ſapientes redimentes tempus: quoniam dies mali ſunt. *h* Et devita a malo] opere, vel a malo homine, vel a diabolo. Vel ſic. *g* Conſerva tempus] ideſt, conſidera quale ſit tempus: quia eſt tempus belli, & eſt tempus pacis, &c. *Eccl.* 3. *h* Et devita a malo,] ideſt, ut nihil extra ſuum tempus facias, quia male fieret. Vel ſic. *g* Conſerva tempus] ne ſis otioſus aliquando, quaſi dicat, fac bonum, & declina a malo, quia in his duobus conſiſtit perfecta juſtitia. *i* Pro anima tua,] ideſt, pro tua vita temporali conſervanda. *k* Non confundaris dicere,] ideſt, non dimittas dicere veritatem. Vel ſic. *i* Pro anima] ſalvanda. *k* Non confundaris dicere verum] ideſt, confiteri fidem, quaſi dicat, ſi vis ſalvare animam tuam, nulla confuſione obſtante dubites confiteri veritatem. Corde enim creditur ad juſtitiam; ore autem fit confeſſio ad ſalutem. *Rom.* 10. Vel ſic. *i* Pro anima tua,] ideſt, pro ſalute animæ tuæ. *k* Non confundaris] ideſt, non erubeſcas confiteri fidei veritatem. Nam qui me erubuerit, & meos ſermones, hunc filius hominis erubeſcet, cum venerit in Majeſtate ſua, & Patris, & ſanctorum Angelorum, *Luc.* 9. Deinde reddit cauſam, quare non debemus erubeſcere confiteri fidei veritatem, diſtinguens duplicem confuſionem, ſive erubeſcentiam. Unam bonam, quæ adducit gloriam, quando ſcilicet, quis conſiderans peccata ſua, quæ fecit, confunditur in ſeipſo, & compungitur; nec tamen propter erubeſcentiam dimittit confiteri. Et de hac dicitur *Jer.* 6. Confuſione non ſunt confuſi; erubeſcere neſcierunt, quamobrem cadent inter corruentes in tempore viſitationis. Alteram malam, quando ſcilicet erubeſcit confiteri veritatem, ſive fidei, ſive peccatorum ſuorum, & tacet, & hæc adducit peccatum, & ignominiam. De hac dicit *Pſal.* 108. Operiantur ſicut diploide confuſione ſua. Dicit ergo. [Non confundaris dicere verum pro anima tua.] *l* Eſt enim confuſio adducens peccatum] quando ex verecundia non vult confiteri Chriſtum, vel peccata ſua. *m* Et eſt confuſio adducens, &c.] quando ſcilicet confunditur in ſeipſo de peccatis ſuis: tamen propter hoc non dimittit confiteri. Hoc adducit gratiam in præſenti, & gloriam in futuro. Ipſa enim erubeſcentia maxima pars pœnitentiæ eſt, ut dicit *Aug.* Sed quoniam multi poſt confeſſionem peccatorum iterum redeunt ad peccata, ſubdit. *n* Ne accipias faciem,] ideſt, Diaboli ſuggeſtionem, quæ dicitur facies; quia ſæpe ſub ſpecie boni fit. Ipſe enim transfigurat ſe in Angelum lucis, 2. *Cor.* 11. *o* Adverſus faciem tuam] ideſt, adverſus imaginem Dei, ad quam factus es. Et bene dicit (adverſus) quia ad hoc omnibus modis nititur Diabolus, ut imaginem Dei in nobis corrumpat, & polluat per peccatum. Propter quod dicitur Salomon *Prov* 5. Ne des alienis honorem tuum, ideſt, imaginem Dei, ad quam factus eſt homo, quod eſt maximus honor tuus. Vel poteſt hic diſtingui triplex profeſſio veritatis fidei, ad quam quilibet tenetur tempore perſecutionis. Item profeſſio veritatis conſcientiæ, ad quam tenemur tempore judicii, haoc impedit maxime acceptio perſonarum. Item contra acceptionem perſonarum dicit. Ne accipias faciem potentis, vel parentis, vel munera dantis in judicio. *o* Adverſus faciem tuam,] ideſt, quod eſſet contra animam tuam. Vel (Adverſus faciem tuam,) ideſt, in confuſionem tuam, & pudorem tuum, quod maxime perpenditur in facie, *Deut.* 10. Non accipias perſonam, nec munera. *p* Nec adverſus animam tuam mendacium,] ideſt, falſum teſtimonium, vel falſam expoſitionem hæreticorum, vel falſam adulationem, vel falſam detractionem de proximo tuo: quæ omnia ſunt adverſus eum, qui accipit. *q* Ne reverearis proximum, &c.] ideſt, cum ceciderit proximus tuus in culpam aliquam, ne reverearis contra ipſum dare ſententiam, eo quod proximus eſt, vel ipſum arguere, vel increpare. (Ne reverearis proximum tuum in caſu ſuo) Ideſt, in paupertate ſua, quin veram ſententiam, ſi reus eſt, contra ipſum feras. In quo ſæpe peccant Judices ſub quadam falſa ſpecie pietatis deferentes pauperibus, pervertunt judicium, quod eſt contra legem, *Deut.* 24. Non pervertes judicium, &c. Item *Exod.* 23. Pauperis non miſereberis in judicio. Item *in eod.* Non declinabis in judicium pauperis. Vel ſic. (Ne reverearis proximum tuum) i. in peccato ſuo non exhibeas ei reverentiam conſentiendo, vel tacendo, non corripiendo, q. d. ſi peccaverit proximus tuus, corripe eum. Unde *Matt.* 18. Si peccaverit in te frater tuus, corripe eum, &c. Ubi *Gl.* Ita peccat, qui videt fratrem ſuum peccare, & tacet: ſicut qui pœnitenti non indulget. Et innuitur triplex cauſa, quare corrigendus eſt proximus, cum peccat. Prima eſt, quia frater eſt, quod innuitur per proximum, *Gal.* 6. Fratres, ſi præoccupatus, &c. Secunda cauſa eſt, quia ſi corrigitur, tuum lucrum eſt: quod innuitur in hoc, quod dicit, tuum. Et hoc dicitur *Matt.* 18. Si te audierit, lucratus es fratrem tuum. Tertia cauſa eſt, quia fratrem relevare a caſu, eſt opus miſericordiæ, ad quod quilibet tenetur. Unde *Exod.* 23. Si occurreris bovi inimici tui, vel aſino erranti reduc eum, *Jac.* 5. Scire debet, quoniam qui converti fecerit peccatorem ab errore viæ ſuæ, ſalvabit animam ejus a morte, & operiet multitudinem peccatorum. *r* Nec retineas verbum, &c.] ſcilicet, correctionis, vel excommunicationis, quamdiu habeat homo tempus, quo poteſt converti, & ſalvari. Unde *Iſa.* 6. Væ mihi, quia tacui, *Prov.* 11. Qui abſcondit frumenta, maledicetur in populis. Benedictio autem, &c. Et ſignanter dicitur: Nec retineas verbum, verbum enim exire deſiderat, ſicut granum ſeminatum in agro, niſi vi retineatur. Unde *Rom.* 10. Prope eſt verbum in ore tuo, & in corde tuo. Hoc eſt, verbum fidei, quod prædicamus. Et eſt ſumptum *Deut.* 30. ubi dicitur ſic: Juxta te eſt ſermo valde in ore tuo. *ſ* Non abſcondas Sapientiam,] ideſt, in ornatu verborum, quaſi dicat, non magis quæras ornatum verborum, quam fructum auditorum. Quod multi faciunt, de quibus dicitur 2. *Cor.* 2. Non ſumus ſicut plurimi adulterantes verbum Dei. Vel ſic. (Non abſcondas ſapientiam tuam,) ideſt, non abſcondas decorem Sapientiæ tuæ obſcure interpretando: Decor enim ſapientiæ eſt facilis, & aperta doctrina. Unde *Prov.* 15. Lingua ſapientum ornat ſcientiam.

Luc. 22.

al. † abſconſa.

Act. 4.

Inf. 30.

Item

D In *a* lingua enim *b* ſapientia dignoſcitur, & ſenſus, & ſcientia, *c* & doctrina in verbo ſenſati: & *d* firmamentum in operibus juſtitiæ. *e* Non contradicas verbo veritatis *f* ullo modo; & de *g* mendacio ineruditionis tuæ *h* confundere. *i* Non confundaris confiteri peccata tua: & *k* ne ſubjicias te omni homini pro peccato. *l* Noli reſiſtere contra faciem potentis: *m* nec coneris contra ictum † fluvii. *n* Pro juſtitia *o* agonizare *p* pro anima tua: *q* & uſque ad mortem *r* certa *ſ* pro juſtitia; & *t* Deus expugnabit pro te inimicos tuos. *u* Noli citatus eſſe in lingua tua, & *x* inutilis, & remiſſus in operibus tuis. *y* Noli eſſe ſicut leo in domo tua, *z* evertens domeſticos tuos, & *a* opprimens ſubjectos tibi.

Item *in eod.* 14. Doctrina prudentum facilis, *inf.* Qui elucidant me vitam æternam habebunt, *Dan.* 12. Qui docti ſunt, fulgebunt quaſi ſplendor firmamenti, & qui ad juſtitiam erudiunt multos, quaſi ſtellæ in perpetuas æternitates, *Aug. in lib. de doct. Chriſt.* Cavendum eſt, ne fugiant ab animo, quæ dicenda ſunt, dum attenditur, ut arte dicantur. *a* In lingua enim] q. d. non eſt abſcondenda ſapientia in ornatu verborum, ſed potius revelanda. [In lingua enim] illius, qui non abſcondit. *b* Sapientia dignoſcitur] ab auditoribus, & retinetur, [& ſenſus, & ſcientia.] Sapientia de cœleſtibus, ſenſus de temporalibus, ſcientia de moribus ornandis. *c* Et doctrina in verbo ſenſati] dignoſcitur. Unde *inf.* 20. Sapiens in verbis producet ſeipſum: & homo prudens placebit Magnatis. Senſatus dicitur, qui de omnibus ſentit, prout ſunt. *d* Et firmamentum in operibus juſtitiæ] ideſt, confirmatio doctrinæ eſt in operibus juſtitiæ: Juſtitia enim operum dat firmitatem, & efficaciam doctrinæ, & auctoritatem docendi. Unde *Matth.* 5. Qui fecerit, & docuerit; hic vocabitur magnus in regno cœlorum. Et *in eod. ſup.* Sic luceat lux veſtra, ideſt, doctrina veſtra, coram hominibus, ut videant opera veſtra bona, *Cant.* 2. Oſtende mihi faciem tuam: ſonet vox tua in auribus meis: Sed heu! vox quidem vox Jacob eſt: ſed manus ſunt Eſau, *Gen.* 27. Et manus Moyſi leproſa eſt, *Exod.* 4. Et facies cornuta, *Exod.* 34. *e* Non contradicas verbo veritatis ullo modo,] ideſt, nec defenſione, nec excuſatione. Qui enim abſcondit Medico vulnera ſua, non poteſt ſanari; qui vero oſtendit, aliquando ſanatur. Unde *Prov.* 28. Qui abſcondit ſcelera ſua, non dirigetur; qui autem confeſſus fuerit, & dereliquerit, miſericordiam conſequetur. Vel ſic. *e* Non contradicas verbo,] ideſt, Chriſto, qui eſt verbum, & veritas. *f* Ullo modo,] i. nec corde, nec ore, nec opere. Item verbo veritatis contradicit, qui Sacræ Scripturæ vigorem emollit, vel qui eam male exponit, vel qui ejus doctrinæ operibus contradicit, *Iſa.* 40. Deus aperuit mihi aurem; ego autem non contradico: retrorſum non abii. *g* Et de mendacio ineruditionis tuæ,] ideſt, pro quo es ineruditus. *h* Confundere] ſalabri confuſione. Vel ſic.] De mendacio ineruditionis tuæ, ideſt, pravæ doctrinæ, & perverſæ expoſitionis. (Confundere) in præſenti ſalubriter, vel (confundere) ideſt, confunderis in futuro. *i* Non confundaris confiteſi] Sacerdoti tuo, qui poteſt conſulere, & abſolvere, quia confiteri peccata, eſt gloriam dare Deo. Sicut dicit Joſue ad Achor, *Joſue* 7. Fili mi, da gloriam Domino Deo Iſrael, & confitere: & indica mihi, quid feceris. *k* Et ne ſubjicias te omni,] ideſt, ne aſſentias illi, qui te allicit ad peccandum, *Prov.* 1. Fili, ſi te lactaverint peccatores, ne acquieſcas eis. Vel ſic. (Ne ſubjicias te omni,) i. non confitearis cuique homini peccatum tuum; ſed ſolum illis, qui conſulere ſciunt, & abſolvere poſſunt. Hoc eſt, qui habet ſcientiam, & auctoritatem. Unde *infra* 11. Non omnem hominem inducas in domum tuam. *l* Noli reſiſtere contra faciem potentis,] ideſt, noli reſiſtere Principi, qui poſitus eſt a Deo, ut malos coerceat, & puniat. Unde *Rom.* 13. Omnis anima poteſtatibus ſublimioribus ſubjecta ſit. Non eſt poteſtas niſi a Deo; quæ autem ſunt a Deo ordinata ſunt. Itaque qui poteſtati reſiſtit, Dei ordinationi reſiſtit; qui autem reſiſtunt, ipſi damnationem acquirunt. Quod autem non ſit reſiſtendum poteſtati, ſive Principi, oſtendit per ſimile, cum ſubjungit. *m* Nec coneris contra impetum] vel [ictum fluvii, quaſi dicat; ſicut non eſt conandum contra ictum fluvii; ita non eſt reſiſtendum poteſtati, ſive Principi, qui gladium portat, ut feriat rebelles, ideſt, malos. Et ſignanter comparatur Princeps fluvio. Nam ſicut fluvius non aſcendit montes, ſed tantum in decliva fluit: & quanto majorem vallem invenit, tanto impetuoſius fluit; ita Princeps in bonos, qui ſunt montes Dei, non habet poteſtatem; ſed in malos tantum, qui ſunt valles ſordium. Et quanto ſunt pejores, tanto acrius debet Princeps ſævire in eos. Unde *Rom.* 13. Principes non ſunt timori boni operis, ſed mali. Vis non timere poteſtatem? Bonum fac, & habebis laudem ex illa: Dei enim miniſter eſt tibi in bonum; ſi autem malum feceris, time: non enim ſine cauſa gladium portat: Dei enim miniſter eſt, vindex in iram ei, qui malum facit. Ne autem aliquis crederet, quod propter hoc nunquam reſiſtendum eſſet ei, qui Princeps eſt, vel poteſtas. Ideo ſubjungit. *n* Pro juſtitia] defendenda. *o* Agonizare,] ideſt, Agones ſuſtine, ſive pugnam quantum, & qualiter licet, ſicut Machabæi. *p* Pro anima tua,] quaſi dicat, pro anima tua ſalvanda pugnabis. Nam qui juſtitiam defendit, ſalutem animæ ſuæ acquirit, licet corporaliter occidatur: Sed multi ſunt qui bene incipiunt; ſed in ipſo agone deficiunt. Ideo ſubjungit. *q* Et uſque ad mortem] corporis. *r* Certa] ſicut ſervus Dei. *ſ* Pro juſtitia] defendenda, ut poſſis dicere cum Apoſtolo: Bonum certamen certavi, fidem ſervavi, curſum conſummavi; de reliquo repoſita eſt mihi corona juſtitiæ, quam reddet mihi Dominus in illa die juſtus Judex, 2. *Tim.* 4. Et quia poſſet aliquis dicere: Non poſſem per me juſtitiam defendere, ſubdit. *t* Et Deus expugnabit pro te] viſibiles & inviſibiles, qui non humana virtute, ſed divina ope ſuperantur. Unde Dominus dixit Diſcipulis ſuis, quando mittebat eos: Ego dabo vobis os, & Sapientiam, cui non poterunt reſiſtere, & contradicere omnes adverſarii veſtri, *Luc.* 21. *Exod.* 14. Ægyptios iſtos, quos nunc videtis, nequaquam ultra videbitis uſque in ſempiternum: Dominus pugnabit pro vobis, & vos tacebitis. Et cum Dominus nos flagellat, ſic pugnat pro nobis, & ſuperat inimicos, quod mirum videtur. Unde *Sap.* 12. Cum das nobis diſciplinam, inimicos noſtros multipliciter flagellas. Hæc ſunt nova bella, de quibus dicitur *Jud.* 5. Nova bella elegit Dominus. *u* Noli citatus eſſe in lingua tua,] ideſt, præceps, & promptus ad loquendum, vel promittendum. Unde *Jac.* 1. Sit omnis homo velox ad audiendum; tardus autem ad loquendum. *x* Et inutilis, & remiſſus in operibus] non faciendo, quod dicis; vel non ſolvendo, quod promittis, quaſi dicat: pauca loquere; ſed plurima verba facito: plus eſt enim facere verbum, quam dicere: multi enim dicunt; ſed pauci faciunt: multi promittunt ſe bonos Paſtores fore, cum præficiuntur: ſed poſtea videntes lupum, fugiunt, & dimittunt oves: quia non Paſtores, ſed mercenarii ſunt, ſicut dicitur *Joan.* 10. Mercenarius, & qui non eſt Paſtor, videt lupum, &c. De hoc quidem reddere lentus eris, hilaris promiſſor, & audax abuſio. Unde *Beatus Bernardus*: Lingua magniloqua, & manus remiſſa, *Proverb.* 18. Qui remiſſus eſt in opere ſuo, frater eſt ſua opera diſſipantis. Sapientis igitur eſt moderari ſermones ſuos, ut minus loquens, & promittens, plus faciat. Aliter, & in conſcientia torquetur, & ab aliis deridetur. Unde *Prov.* 13. Qui cuſtodit os ſuum, cuſtodit ab anguſtiis animam ſuam: qui autem inconſideratus eſt ad loquendum, ſentiet mala. *y* Noli eſſe ſicut leo in domo tua exercens domeſticos tuos,] ideſt, familiam domus tuæ.

a Et opprimens ſubjectos tibi.] Hoc ad litteram cuilibet dicitur, ſed maxime Prælato Eccleſiaſtico, cui debet eſſe individua humilitas, & manſuetudo, ac patientia. Secundum quod Dominus dixit Diſcipulis ſuis, qui præeſſe debebant aliis: Diſcite a me, &c. Et 1. *Theſſ.* 5. Suſcipite infirmos, patientes eſtote ad omnes: Dicit ergo.

y Noli eſſe ſicut leo in domo.] Leo enim Rex eſt animalium, & criſtatus: per quod ſignificatur Prælatos, qui ex cornibus ſuis aſſumit ſibi ſuperbiam, ſicut dicitur *Amos* 6. Numquid in fortitudine noſtra aſſumpſimus nobis cornua?

z Evertens domeſticos tuos] per crudelitatem, & avaritiam.

a Et opprimens ſubjectos] per potentiam, & ſuperbiam.

al. † ſubminis.

Matt. 11.

Et

Et de hac oppreſſione dicitur *Iſa.* 10. Væ qui comedunt leges iniquas, & ſcribentes injuſtitias ſcripſerunt, ut opprimant in judicio pauperes. Item *in eodem* 3. dicitur: Vos depaſti eſtis vineam meam, & rapina pauperis in domo veſtra: quare atteritis populum meum, & facies pauperum commolitis? dicit Dominus *Ezech.* 19. Quare mater tua leæna inter A leones cubavit, & in medio leunculorum nutrivit catulos ſuos, & eduxit unum de leunculis ſuis: & leo factus eſt, & didicit capere prædam, hominesque comedere. *a* Non ſit porrecta manus tua ad accipiendum, & ad dandum collecta.] Duo prohibet, quæ avaritiam comitantur, libenter accipere, & invite dare. Unde *Gloſſ.* Avaritiam vetat, miſericordiam commendat, ut non rapiamus aliena, ſed largiamur noſtra. Beatius enim eſt dare, quam accipere, *Act.* 20. Contra hujuſmodi acceptionem dicitur *Job* 15. Ignis devorabit tabernacula eorum, qui libenter munera accipiunt. Et qui ſint illi, dicitur *Iſa.* 1. Principes tui fideles ſocii furum: omnes diligunt munera: ſequuntur retributiones, *Jerem.* 6. A minimo uſque ad maximum omnes avaritiæ ſtudent: & a Propheta uſque ad Sacerdotem omnes faciunt dolum.

ctos tibi. *a* Non ſit porrecta manus tua ad accipiendum, & ad dandum collecta.

CAPUT V.

NOli *b* attendere ad poſſeſſiones iniquas: *c* & ne dixeris: eſt mihi ſufficiens vita. *d* Nihil enim proderit in tempore vindictæ, & *e* obductionis. *f* Ne ſequaris in fortitudine tua concupiſcentiam cordis tui; *g* & ne dixeris: *h* Quomodo potui, *i* aut quis me ſubjicit *k* propter facta mea? *l* Deus enim vindicans vindicabit. *m* Ne dixeris: Peccavi, & quid mihi accidit triſte? *n* Altiſſimum enim eſt patiens redditor. † De *o* propitiatu peccatorum noli eſſe ſine † metu: *p* neque adjicias peccatum *q* ſuper peccatum: *r* & ne dicas: *ſ* Miſeratio Dei magna eſt; *t* multitudinis peccatorum meorum miſerebitur. *u* Miſericordia enim, & ira ab illo cito proximat: & in *x* peccatores reſpicit ira illius.

Unde *infra* 18. Poſt concupiſcentias tuas non eas; & a voluntate tua avertere, ſi præſtes animæ tuæ concupiſcentias ejus, faciet te in gaudium inimicis tuis. Et intelligitur hoc de fortitudine mala qua fortis eſt quis, & potens ad facienda mala.

Unde *Iſa.* 5. Væ qui potentes eſtis ad bibendum vinum, & viri fortes ad miſcendam ebrietatem. Item *in eodem* 40. Qui ſperant in Domino, mutabunt fortitudinem. *g* Et ne dixeris] corde, vel opere ex B arrogantia. *h* Quomodo potui,] ideſt, potens fui facere, quæ ſcilicet volui? Sicut dixit Nabuchodonoſor, *Dan.* 4. Nonne hæc eſt Babylon, quam reædificavi in domum regni in robore fortitudinis meæ? *i* Aut quis me ſubjiciet] ſibi. *k* Propter facta mea,] ideſt, propter peccata mea, quaſi dicat; nullus poterit judicare de me. Hoc, inquam, non dicas. *l* Deus enim vindicans vindicabit.] Vindicans in corpore, vindicabit in anima: ſecundum quod dicitur *Jer.* 17. Induc ſuper eos diem afflictionis, & duplici contritione contere eos. Vel, vindicans omiſſa bona, vindicabit commiſſa mala. Unde *Pſalm.* 93. Deus ultionum, Dominus Deus ultionum.

al. † de propitiato peccato. al. † timore. *Inf.* 21.

Inf. 16.

m Ne dixeris: peccavi; & quid mihi accidit triſte?] q. d. noli gloriari de impunitione peccatorum, nec ſecuritatem tibi ſuper hoc precare.

n Altiſſimus enim eſt patiens redditor] Patiens per miſericordiam in præſenti, redditor per juſtitiam in futuro. Unde *Deut.* 32. Mea eſt ultio, & ego retribuam. *Greg.* Lentis paſſibus incedit juſtitia Dei; ſed tarditatem ejus gravitas recompenſat. Diſſimulat enim peccata hominum propter pœnitentiam, *Sap* 11. Sed multi abutuntur hac patientia Dei, tempus quod datur eis ad pœnitentiam, in voluptatibus, & deſideriis ſuis conſumentes. Unde *Job* 24. Dedit ei Deus locum pœnitentiæ, & ille abutitur eo in ſuperbia, *Eccl.* 8. Quia non profertur cito contra malos ſententia, abſque ullo timore filii hominum perpetrant mala.

o De propitiatu peccatorum noli eſſe ſine metu,] ideſt, licet Dominus fuerit tibi propitius dimittendo peccata tua, tamen ſemper time, ne iterum cadas, vel ne plene ſatisfeceris, vel plene ſint tibi dimiſſa. Unde *Prov.* 28. Beatus homo, qui ſemper eſt pavidus, *infra* 27. Si non in timore Domini tenueris te inſtanter, cito ſubvertetur domus tua.

p Neque adjicias peccatum] præſumptionis.

q Super peccatum] operis, q. d. Noli tibi promittere impunitatem peccatorum tuorum, quod eſt peccare in Spiritum Sanctum, *Jud.* 10. Filii Iſrael peccatis veteribus jungentes nova, fecerunt mala in conſpectu Domini; ſervierunt idolis Baalim, &c. Vel ſimpliciter.

p Neque adjicias peccatum] unum.

q Super] alterum.

r Et ne dicas] in corde tuo.

ſ Miſeratio Dei magna eſt,] quia magna peccata non ſemel ſæpe dimittit. De qua dicit *Pſal.* 50. Miſerere mei, Deus, ſecundum magnam miſericordiam tuam.

t Multitudinis peccatorum meorum miſerebitur,] quia non obliviſcetur miſereri Deus; nec continebit in ira ſua miſericordias ſuas. Verum eſt, ſed apponit, quod tu coadjuves: quia qui creavit te ſine te, non juſtificabit te ſine te, dicit *Aug.* 1. *Cor.* 3. Dei ſumus adjutores. Non igitur pecces ſub hac ſtulta fiducia.

u Miſericordia enim, & ira ab illo cito proximat.] Miſericordia ſuper bonos, ira ſuper malos. Unde ſequitur.

x Et in peccatores reſpicit ira illius.] Et per hoc relinquitur, quod miſericordia reſpicit ſuper Juſtos. Unde *Pſ.* 144. Dominus cuſtodit omnes diligentes ſe, & omnes peccatores diſperdet. Cito, dicit, ideſt, ſubito, quia dies Domini, ſicut fur, in nocte ita veniet, cum enim dixerint: pax & ſecuritas; tunc repentinus eis ſuperveniet interitus, 1. *Theſſ.* 5. Et cito, quia omne tempus breve eſt reſpectu æternitatis, ſicut dicitur in *Pſ.* 89. Mille anni ante oculos tuos, ſicut dies heſterna, quæ præteriit, *Deut.* 32. Juxta eſt dies perditionis, & adeſſe feſti-

EXPOSITIO CAP. V.

NOli attendere, &c.] Tria ſunt, de quibus homines ſuperbire ſolent. Divitiæ, fortitudo, impunitas. Et contra iſta tria invehitur in prima parte iſtius cap. deinde ad converſionem hortatur, & manſuetudinem, & modeſtiam. Dicit ergo.

b Noli attendere ad poſſeſſiones iniquas,] ideſt, inique acquirendas, vel inique poſſidendas: quia qui amat divitias, fructum non capiet ex eis, *Eccl.* 5.

c Et ne dixeris: eſt mihi ſufficiens vita,] ideſt, non promittas tibi longam vitam, cum neſcias te victurum per inſtans, dicens: Juvenis ſum; & ideo oportet me acquirere multa, quibus ſuſtenter in ſenectute mea. Contra hujuſmodi dicit *Job* 27. Si congregaverit quaſi terram argentum, & ſicut lutum præparaverit veſtimenta ſua; præparabit quidem; ſed juſtus veſtietur illis. Et ita dives cum dormierit, nihil ſecum auferet; aperiet oculos ſuos, & nihil inveniet, apprehendet eum quaſi aqua inopia: nocte opprimet eum tempeſtas. Vel ſic: Ne dixeris: eſt mihi ſufficiens vita, ideſt, ſufficiens victus, unde vita ſuſtentetur: ſicut dives ille Evangelicus, qui dicebat *Luc.* 12. Quid faciam, quod non habeo, quo congregem fructus meos? Et dixit; hoc faciam: Deſtruam horrea mea, & majora faciam ea: & illic congregabo omnia, quæ nata ſunt mihi, & bona mea; & dicam animæ meæ: Anima, multa bona habes in annos plurimos, requieſce, comede, bibe, epulare. Dixit autem illi Deus: Stulte, hac nocte repetent animam tuam a te; quæ autem præparaſti cujus erunt?

d Nihil enim proderit in tempore vindictæ,] ideſt, in die judicii, quando Dominus vindicabit ſe, & ſuos de inimicis ſuis.

e Et obductionis,] ideſt, finis, ſive mortis, quando ſenſus exteriores obducuntur, ſive clauduntur. Vel obductionis, ideſt, ſanationis, quoad bonos, qui in die judicii induti gloria immortalitatis penitus ſanabuntur. Sic accipitur *Jerem.* 8. Numquid reſina non eſt in Galaad, aut Medicus non eſt ibi? Quare ergo non eſt obducta cicatrix filiæ populi mei?

De hoc dicitur *Prov.* 11. Nihil proderunt divitiæ in die ultionis, *Soph.* 1. Argentum eorum, & aurum eorum non poterit liberare eos in die iræ Domini. *Jac.* 5. Agite nunc, divites: plorate ululantes in miſeriis veſtris quæ advenient vobis: Divitiæ veſtræ putrefactæ ſunt; ideo ærugo eorum erit vobis in teſtimonium, & manducabit carnes veſtras, ſicut ignis. Ideo dicturi ſunt in fine: Quid profuit nobis ſuperbia, aut divitiarum jactantia quid contulit nobis? *f* Ne ſequaris in fortitudine tua concupiſcentiam cordis tui] malam.

Sap 5.

a Non tardes converti ad Dominum: & b ne differas c de die in diem. d Subito enim veniet ira illius: & in e tempore vindictæ f diſperdet te. g Noli anxius eſſe in divitiis injuſtis: † non h enim proderunt ‡ in die obductionis, i & vindictæ. Non k ventiles te in omnem ventum: l & non eas in omni via. Sic m enim n peccator o probatur p in duplici lingua. q Eſto firmus in r via Domini, & in ſ veritate ſenſus tui, & t ſcientia, & u proſequatur te verbum pacis, & juſtitiæ. x Eſto manſuetus ad y audiendum verbum Dei, ut z intelligas; a & cum Sapientia proferes reſponſum verum. Si b eſt tibi intellectus: c reſponde proximo; ſin d autem, e manus tua ſit ſuper os tuum, f ne capiaris in verbo indiſciplinato.

feſtinant tempora, *Soph.* 1. Juxta eſt dies Domini magnus, juxta eſt & velox nimis, *Apoc. ult.* Dicit qui teſtimonium perhibet iſtorum: ecce venio cito. Cum igitur ita ſit. a Non tardes converti ad Dominum] per pœnitentiam. b Et ne differas] converti, ſc. c De die in diem] ſicut
C corvus, qui ſemper clamat:
Prov. 10. & 11. Cras, cras. De quo dicitur *Soph.* 2. Vox cantantis in feneſtra, & corvus in ſuperliminari. Hujus autem mora non eſt ſine periculo, propter quod Dominus non permiſit quemdam ſepelire patrem ſuum, ſed voluit, ut ſtatim ſequeretur eum, *Matt.* 8. Multi vero contra
al. † nihil. al. ‡ ibi. naturam omnium animalium fœtum, ideſt, conceptum, ſive propoſitum converſionis portant in utero mentis duobus, vel tribus annis. Contra quos dicitur *Luc.* 11. Væ prægnantibus, & nutrientibus in illis diebus. Ideo dicitur *Joan.* 12. Ambulate, dum lucem habetis, ne tenebræ vos comprehendant. d Subito enim veniet ira illius,] ideſt, dies mortis, vel dies judicii, ubi iratus videbitur malis, ideo feſtinanda eſſet converſio ad Deum. Unde Dominus *Matth.* 25. Vigilate itaque, quia neſcitis diem, neque horam, *Luc.* 12. Et vos eſtote parati: quia qua hora non putatis, filius hominis veniet. e Et in tempore vindictæ,] ideſt, in die judicii, quando judicabit ſedens a dextris. f Diſperdet te,] ideſt, diverſis partibus perdet, ſcilicet, corpore & anima, & diverſis pœnis, verme conſcientiæ rodente interius, & igne gehennali comburente exterius, *Iſa. ult.* Vermis eorum non morietur, & ignis eorum non extinguetur. Erunt etiam ibi diverſæ pœnæ exterius, *Job* 24. Ad nimium calorem tranſient ab aquis nivium, *Matt.* 13. Ibi erit fletus & ſtridor dentium. Et cum ita ſit. g Noli anxius eſſe in divitiis injuſtis,] ideſt, injuſte acquirendis vel injuſte retinendis. h Non enim proderunt in die obductionis,] ideſt, finis ſive mortis. i Et vindictæ,] ideſt, diſtricti judicii, quia propter divitias dies mortis poteſt differri, non tamen judicialis ſententia averti, *Prov.* 6. Zelus & furor viri non parcet in die vindictæ, nec acquieſcet cujuſquam precibus: non ſuſcipiet pro redemptione dona plurima. k Non ventiles te in omnem ventum,] ideſt, non credas te omni vento doctrinæ, *Eph.* 4. Non ſimus parvuli fluctuantes, & circumferamur omni vento doctrinæ. l Et non eas in omni via,] qua vadunt fere omnes, ſcilicet, in via lata, & ſpatioſa, quæ ducit ad perditionem. *Matth.* 7. Vel ſic. k Non ventiles te in omnem ventum,] ideſt, non conſentias omni tentationi, vel ſuggeſtioni, 1. *Joan.* 4. Chariſſimi nolite credere omni ſpiritui; ſed probate ſpiritus, ſi ex Deo ſint. l Et non eas in omni via,] quia non omnis via bona. Via enim Cain mala eſt. Unde *Jud.* Væ illis, qui in via Cain ambulaverunt. Vel ſic. k Non ventiles te in omnem ventum,] ideſt, non appetas divitias temporales & laudes hominum, quæ cito tranſeunt, nec replent, ſicut ventus, imo non premunt, ſed extollunt ſicut ventus *Oſeæ* 12. Ephraim paſcit ventum, & ſequitur æſtum, *inf.* 34. Sicut qui apprehendit umbram, & ſequitur ventum: ſic qui attendit ad viſa mendacia. l Et non eas in omni via,] ideſt, non in via ad dexteram extollendo in proſperis, nec in via ad ſiniſtram ſuccumbendo in adverſis; ſed tantum in via media, quia virtus in medio eſt, & medio tutiſſimus ibis. Et Judæis volentibus Dominum præcipitare, ipſe tranſiens per medium illorum ibat, *Luc.* 4. Et poſt reſurrectionem ſtetit in medio Diſcipulorum, & dixit: Pax vobis, *Joan.* 20. Hic dicit *Gloſſ.* Ibi mutabilitatem reprehendit, de qua dicitur, Stultus ut Luna mutatur, *inf.* 27. Et *Jac.* 1. Vir duplex animo inconſtans eſt in omnibus viis ſuis. In omnem ventum ſe ventilat, & in omnem viam vadit, qui luxum ſæculi ſequitur, & timorem Domini ſervare ſe putat, & mundo & Chriſto æqualiter militare, *Hieron.* Nimis delicatus es miles, ſi vis hic regnare cum mundo, & in futuro gloriari cum Chriſto. Non eſt ſic: Nemo enim poteſt duobus Dominis ſervire, *Matt.* 6. m Sic enim] Sequendo omnem ventum, & eundo in omnem viam.

n Peccator] ideſt, hæreticus. o Probatur,] ideſt, manifeſtatur. p Duplici lingua] ideſt in doctrina mixta falſitate, & veritate. Primo enim vera dicunt, ut alliciant, tandem falſa immiſcent cauda, ut decipiant, ſicut ſcorpio. Unde *Joan.* 2. Omnis homo, ideſt, hæreticus, qui non ſapit niſi humum, bonum vinum, ideſt, veram doctrinam primum ponit ſuper menſam, & cum inebriati fuerint, auditores ſcilicet tunc, id quod deterius eſt, *Iſa* 1. ſecundum aliam litteram: Caupones tui miſcent aquam vino. Et in duplici lingua, ideſt, in duplicitatem linguæ; quia aliud habent in corde, & aliud in ore, & aliud in opere; & tunc eſt lingua duplex, ſed hoc ante non innuitur. Dicitur autem hæreticus peccator antonomaſtice, quia infidelitas maximum peccatum eſt, quia opponitur maximæ virtuti, ſcilicet fidei, ut dicunt quidam. Vel quia pervertit optimum ordinem ad Deum, vel quia fundamentum omnium virtutum annihilat. Vel aliter. m Sic enim] ſequendo omnem ventum vanarum laudum, vel rerum temporalium, & eundo in omnem viam, exultando nimis in proſperis, dolendo nimis in adverſis, & acquirendo quocumque modo per fas & nefas. o Probatur] aliquis eſſe peccator, ideſt, avarus, & ſuperbus, qui uterque peccator ſimpliciter dicitur. Superbia enim initium eſt omnis peccati, *inf.* 10. Et radix omnium malorum cupiditas, 1. *Tim.* 6. p In duplici lingua,] ideſt, in mendacio duplex. Omnis enim avarus, & ſuperbus, mendax eſt. Non eſt igitur eundum in omni via, ſed tantum media, & illa tenenda eſt firmiter. Unde ſequitur. q Eſto firmus,] ideſt, conſtans. r In via Domini,] ideſt, qua venitur ad Dominum, quæ eſt regula catholicæ fidei, & obſervantia mandatorum: ſemita autem Domini eſt impletio conſiliorum. ſ Et eſto firmus, in veritate ſenſus tui,] ideſt, in vero ſenſu ſanæ fidei. t Et ſcientia] De moribus. In his duobus conſiſtit tota Chriſtiana doctrina, in cognitione veræ fidei & in compoſitione bonorum morum. Unde dictum eſt, ut eradicatis vitiis, ædificet & plantet fidem, & ædificet mores. u Et proſequatur te verbum pacis & juſtitiæ,] ſcilicet: Venite benedicti Patris mei, &c. *Matt.* 25. Quod dicitur verbum pacis, quia ad æternam pacem vocat. Et juſtitiæ, quia pro meritis redditur a juſto Judice. Aliqui libri habent? Et perſequatur te verbum pacis, & juſtitiæ, ideſt, verbum prædicationis informans ad pacem temporis, pectoris, & æternitatis: & juſtitia ſemper ſit in ore tuo; non verbum rixæ & diſcordiæ, aut detractionis, vel adulationis. Unde *Eph.* 4. Omnis ſermo malus ex ore veſtro non procedat; ſed quis bonus eſt ad ædificationem fidei, ut det gratiam audientibus? Et nota congruum ordinem. Primo monuit ad obſervantiam mandatorum, non qualemcumque ſed firmam, deinde ad veritatem fidei & morum ordinationem; & tunc demum ad doctrinam & prædicationem. Deinde informat auditores dicens. x Eſto manſuetus,] ideſt, benignus & humilis. y Ad audiendum verbum Dei] ideſt, quod Deus loquitur per Doctores, & quod de Deo eſt, ideſt, Sacram Scripturam. z Ut intelligas] ideſt, intus legas ſpiritualem ſenſum. Littera enim occidit; Spiritus autem vivificat, 2. *Cor.* 3. Hanc intelligentiam meretur humilitas. Unde *Pſ.* 64. Valles abundabunt frumento, ideſt, humiles ſpirituali intelligentia, quæ reficit, *Luc.* 10. Confiteor tibi Domine pater cœli, &c. Idem *Matt.* 11. Et *Jac.* 1. In manſuetudine ſuſcipite inſitum verbum, quod poteſt ſalvare animas veſtras. a Et cum ſapientia proferes reſponſum verum] ideſt, cum manſuete audieris & intellexeris; tunc poteris alios vere docere, aliter non. Unde ſequitur. b Si eſt tibi intellectus] ideſt, intelligentia Scripturarum. c Reſponde proximo] tuo, ideſt, inſtrue proximum tuum, qui te interrogat, & petit doceri eo ipſo, quo ignorans eſt. d Sin autem] ideſt, ſi non eſt tibi intellectus. e Manus tua ſit ſuper os tuum] ideſt, tace, & taciturnitatem redime bono opere, quod ſignificatur in manu. f Ne capiaris in verbo indiſciplinato] ideſt, indiſciplinate, ſive indiſcrete prolato.

a Et

a Et confundaris] in præſenti confuſione embeſcentiæ, & in futuro confuſione damnationis æternæ. Hic dicit *Gloſſ.* Sicut peccat qui ſcit, & non vult docere proximum ſuum, ſic qui neſcit, & vult docere, & Magiſter eſſe.

Unde *Jac.* 3. Nolite plures Magiſtri fieri fratres mei, ſcientes, quod majus judicium ſumitis, *Prov.* 29. Vidiſti hominem velocem ad loquendum, ſtultitia magis ſperanda eſt, quam illius correctio. Ideo dicitur *infr.* 11. Priuſquam audias; ne reſpondeas verbum, & in medio ſeniorum ne adjicias loqui. Item *infra* 18. Ante judicium para juſtitiam tibi, & antequam loquaris, diſce. Sic faciunt boni, qui ſalutem ſuam, & aliorum quærunt; magis volunt exemplo, quam verbo docere.

al. † devoratio. al. † denotatio.

Unde *Job* 19. Principes ceſſabant loqui, & digitum ſuum ſupponebant ori ſuo. b Honor] immortalitatis quoad corpus. c Et gloria] æternæ beatitudinis quoad animam. d In ſermone ſenſati,] ideſt, in doctrina catholici Doctoris, ideſt, ad hoc eſt omnis ſermo ejus. Vel ſic. b Honor] ideſt, exhibitio reverentiæ. c Et gloria] ideſt, laus & benedictio populi. d In ſermone ſenſati,] ideſt, pro doctrina Sapientis.

A

& a confundaris. b Honor c & gloria in d ſermone ſenſati: e lingua vero f imprudentis g ſubverſio eſt ipſius. Non h appelleris ſuſurro in vita tua: i & lingua tua ne capiaris, & k confundaris, l Super furem enim m eſt confuſio n & pœnitentia, & † o devoratio peſſima p ſuper bilinguem: q ſuſurratori autem odium, & inimicitia, & contumelia. r Juſtifica puſillum, & magnum ſimiliter.

C A P. V I.

NOli ſ fieri pro amico t inimicus proximo: u Improperium enim & x contumeliam y malus z hæreditabit, a & omnis peccator,

Unde 1. *Tim.* 5. Qui bene præſunt Presbyteri duplici honore digni ſunt, maxime autem qui laborat in verbo, & doctrina. Vel: b Honor] in præſenti. c Et gloria in futuro, d In ſermone ſenſati,] ideſt, pro ſermone ſenſati. Senſatus autem dicitur doctus bonis moribus, & rationibus fidei, qui bene ſentit de omnibus. e Lingua,] ideſt, locutio. f Imprudentis,] ideſt, hæretici vaniloqui, falſi teſtis, detractoris, adulatoris. g Subverſio eſt ipſius,] ideſt, cauſa ſubverſionis ipſius,] ideſt, æternæ damnationis, *Prov.* 18. Os ſtulti contritio ejus, & labia ejus ruina animæ ejus. Idem in *eod.* Vita & mors in manibus linguæ. h Non appelleris ſuſurro in vita tua] ideſt, detractor. Vel ſuſurro proprie dicitur, qui inter amicos occulte ſeminat diſcordias. Quem Dominus maxime odit, & deteſtatur. Unde *Prov.* 6. Sex ſunt, quæ odit Dominus, & ſeptimum deteſtatur anima ejus, ſcilicet eum, qui ſeminat inter fratres diſcordias, *Rom.* 1 Suſurrones, & detractores Deo odibiles. Ibi dicit *Gloſſ.* inter amicos diſcordias ſeminantes. *Lev.* 19. Non eris criminator, nec ſuſurro in populis. Criminator, ideſt, detractor; ſuſurro, ideſt, diſcordiæ ſeminator. Et ſuſurro eſt hæreticus, qui ſeminat errorem, & ita diſcordiam ſeminat inter Deum & homines, quos decipit. i Et lingua tua ne capiaris] a diabolo, qui multos capit per linguam. Omnes ſc. mendaces, quia os quod mentitur occidit, *Sap.* 1. Omnes detractores, adulatores, perjuros, falſos teſtes, malos Advocatos, fictos Actores, & Prædicatores. Quia ut dicitur *in lib. Proſperi*; Bene docere, & male vivere nihil aliud eſt, quam ſe ſua lingua damnare. Omnes turpiloquos, vaniloquos & bilingues dicitur *Jac.* 3. Lingua eſt ignis univerſitas iniquitatis; ideo quia maculat totum corpus, & inflammat rotam nativitatis noſtræ. k Et confundaris] in præſenti, convictus & reprehenſus coram hominibus, & in futuro damnatus coram Angelis Dei. l Super furem enim,] ideſt, ſuper ſuſurronem, qui occulte ſeminat diſcordias inter amicos, & ſuper hæreticum, qui occulte ſeminat errorem, & tendit laqueos deceptionis, de quo dicitur *Joan.* 10. Fur non venit, niſi ut furetur, & mactet, & perdat. m Eſt confuſio] mala in præſenti. n Et pœnitentia,] ideſt, pœna tenax in futuro. Et ſic ſuper furem eſt confuſio, vel penuria ſecundum quoſdam, ideſt, defectus omnis boni, & pœnitentia ſuſurronis, ſupple, quaſi dicat, majorem pœnam, & confuſionem meretur ſuſurro, quam fur: quia fur tantum res furatur, ſuſurro pacem amici, & famam boni hominis aufert: quæ melior eſt omni temporali poſſeſſione. Unde *infra* 41. Curam habe de bono nomine: hoc enim magis permanebit tibi, quam mille theſauri magni, & pretioſi. Si autem fur tenetur ad reſtitutionem rei furatæ, quanto magis ſuſurro ad reſtitutionem famæ denigratæ? o Et devoratio peſſima] ideſt, anathematizatio, vel ſuſpenſio, vel ſeparatio a quolibet bono eſt. p Super bilinguem] qui modo vera, modo falſa loquitur, modo bona, modo mala. Hic eſt proprie adulator, vel hæreticus. Aliqui libri habent: Et devoratio peſſima, ideſt, æterna damnatio. Alii habent, Denotatio peſſima, ideſt, digiti oſtenſio confuſione plena. q Suſurratori autem eſt, odium Dei, & inimicitia hominum, & contumelia,] ideſt, opprobrium.

Et nota differentiam inter hæc tria vocabula. Odium cordis, inimicitia operis, contumelia oris. Odium eſt mala voluntas, qua quis vult aliis malum. Inimicitia eſt machinatio nocumenti, quæ ex odio procedit. Contumelia eſt turpis verborum infamatio. Veruntamen contumelia quandoque conſiſtit in turpi facto. Turpis enim actio contra corpus proprium eſt. Sic accipitur *Rom.* 1. Tradidit illos Deus in deſideria cordis eorum, in immunditiam, ut contumeliis afficiant corpora ſua in ſemetipſis. Ubi dicit *Gloſſ.* Corpora ſua naturaliter repugnantia quadam ut applicabant, & vitio aptiora faciebant. Aliquando vero conſiſtit in ſolo turpi verbo, ut hic. Et *Act.* 5. Ibant Apoſtoli gaudentes, &c. Ibi dicit *Gloſſ.* Ubi Chriſtus in cauſa eſt, ibi maledictio eſt optanda. Aliquando ſumitur communiter ad utrumque, ut *Rom.* 1. Detractores Deo odibiles, & contumelioſos. Ibi dicit *Gloſſ.* Contumelioſi ſunt, qui dictis, vel factis contumelia, & turpia inferunt. Sequitur. r Juſtifica puſillum, & magnum ſimiliter] quaſi dicat, non accipias perſonas, *Greg. ſuper Job in mor.* Perſonam accipere, eſt hominem, non quia homo eſt, ſed propter aliquid quod circa ipſum eſt, honorare, *Deut.* 16. Non accipies perſonam, nec munera, quia munera excæcant oculos Sapientum, & mutant verba Juſtorum. Juſte, quod juſtum, exequeris, *Lev.* 19. Nolite facere iniquum aliquid in judicio. *Exod.* 23. Non declinabis in judicium pauperis, *Sap.* 6. Puſillum, & magnum ipſe fecit, & æqualiter cura eſt ei de omnibus.

E X P O S I T I O C A P. V I.

NOli fieri pro amico, &c.] in fine capituli præcedentis actum eſt de æqualitate judicii, quod charitate debet informari, ut nullo odio, vel amicitia declinet a veritate, nunc continuo ſubjungit auctor vim veræ charitatis, quæ amicum ab amicitia declinare non ſinit. Unde *inf. eod.* Amicus fidelis medicamentum vitæ, & immortalitatis. Dicit ergo. ſ Noli fieri pro amico] ideſt, de amico. t Inimicus proximo] Juſte contra ipſum judicando, vel aliquando alio modo injuſte contra ipſum faciendo.

Vel ſic. ſ Noli fieri pro amico] ideſt favore amici tui. t Inimicus proximo] tuo, ideſt, alicui homini; quia omnis homo nomine proximi generaliter intelligitur, ſicut dicit *Aug. ſup. Luc.* 10 quaſi dicat, pro amore unius noli fieri inimicus alterius. Hoc enim non ſuſtinet charitas, quæ omnes diligit, & nihil odit, niſi peccatum.

Vel ſic. ſ Noli fieri pro amico,] tuo carnali. Verbi gratia; Pro parentibus carnalibus, qui amici ſunt tantum paſſive. t Inimicus proximo] ideſt, Chriſto. Sicut multi Prælati, qui in præjudicium Chriſti nepotulos ſuos in Eccleſia ejus non ſolum inſtituunt, ſed præficiunt. Contra quos dicitur *Abac.* 2. Væ qui ædificant Sion in ſanguinibus, & præparant urbem in iniquitate. Non ſic ille qui dicebat *Pſal.* 15. Non congregabo conventicula eorum de ſanguinibus, nec memor ero nominum eorum per labia mea. Cauſam autem, quare non debeat fieri inimicus proximo, ſubjungit.

u Improperium enim] verborum in judicio: Eſurivi & non dediſtis mihi manducare, *Matt.* 25.

x Et contumeliam] verberum in inferno.

y Malus] Judex vel quilibet alius finaliter malus.

z Hæreditabit,] ideſt firmiter poſſidebit. Vel, (Hæreditabit,) ideſt, ſequacibus ſuis quaſi hæreditatem relinquet.

a Et omnis peccator,] ideſt, perfectus peccator, qui ſcilicet, ex malitia ſciens & prudens, repugnat veritati, & impugnat, ut hæreticus, ſupple hæreditabit improperium, & contumeliam.

a Invi-

a invidus, & bilinguis. *b* Non te extollas in cogitatione animæ tuæ, *c* velut taurus, *d* ne forte elidatur virtus tua per *e* ſtultitiam, *f* & folia tua comedat, & *g* fructus tuos *h* perdat, & *i* relinquaris velut lignum aridum in *k* Eremo. *l* Anima enim nequam *m* diſperdet eum, qui ſe habet, *n* & in gaudium inimici dat illum, & *o* deducet in ſortem impiorum. *p* Verbum dulce *q* multiplicat amicos, *r* & mitigat inimicos: & *ſ* lingua eucharis in *t* bono homine *u* abundabit. *x* Multi pacifici ſint tibi, & *y* conſiliarius ſit tibi unus de mille. Si *z* poſſides amicum, in *a* tentatione *b* poſſide illum, *c* & ne facile credas ei teipſum, Eſt *d* enim amicus ſecundum tempus ſuum, *e* & non permanebit *f* in † tempore tribulationis.

a Invidus] ſimiliter, & bilinguis. Dicit quatuor. Malus, peccator, invidus, bilinguis. Malus, Judex iniquus, omnis peccator hæreticus: invidus, qui odit bona alterius: bilinguis, qui veris falſa miſcet.

Vel invidus, bilingnis, detractor accipitur, & adulator. Omnes hi hæreditabunt contumeliam, & improperium ſempiternum, quia ſunt hoſtes veritatis. Etiam iniquus Judex impugnat veritatem juſtitiæ, hæreticus veritatem doctrinæ, detractor, & adulator veritatem vitæ; & veritas condemnabit eos. Hæc ſunt quatuor ſcelera, quæ nimis hodie in Eccleſia Dei pullulaverunt. De quibus dicitur *Amos* 2. Super tribus ſceleribus Juda, & ſuper quatuor non convertam, eo quod abjecerunt legem Domini, & mandata ejus non cuſtodierunt, deceperunt eos idola ſua, poſt quæ abierunt. Quia vero omnia iſta a ſuperbia ducunt originem, quæ eſt initium omnis peccati, ut dicitur *infra* 10. Ideo conſequenter prohibet ſuperbiam, dicens.

b Non te extollas in cogitatione animæ tuæ] ſuperbiendo de multa ſapientia, vel potentia, vel opulentia. De his enim tribus ſolent homines ſuperbire.

Unde *Jer.* 9. Non glorietur Sapiens in Sapientia ſua, nec fortis in fortitudine ſua, & non glorietur dives in divitiis ſuis.

c Velut taurus] qui ex pinguedine, & fortitudine ſuperbit. Pinguedo ad ſcientiam & divitias refertur; fortitudo ad fortitudinem. De his tauris dicit Dominus in *Pſalm.* 21. Tauri pingues obſederunt me, *Amos* 4. Audite verbum hoc vaccæ pingues, quæ facitis calumniam egenis, & confrigitis pauperes, quæ dicitis Dominis veſtris. afferte, & bibemus. Vaccas vocat propter fœcunditatem, quia multos ſibi ſimiles generant.

d Ne forte elidatur virtus tua,] ideſt, Sapientia, & fortitudo, & opulentia tua.

e Per ſtultitiam] electionis. Sæpe enim amittit hæc homo merito ſuperbiæ, unde ſuperbi *Rom.* 1. Dicentes ſe eſſe Sapientes ſtulti facti ſunt.

f Et folia tua comedat,] ideſt, verba tua deſtruat ſtultitia elationis ſive jactantia, ideſt, inutilia reddat.

g Et fructus tuos,] ideſt, opera tua.

h Perdat] ideſt, præmio privet, 1. *Cor.* Modicum fermenti, ideſt, jactantiæ & elationis, totam maſſam corrumpit, ideſt, totam congeriem operum inutilem reddit, *Jer.* 11. Ad vocem loquelæ grandis exarſit ignis in ea.

i Et relinquaris velut lignum aridum] ſine virore virtutum.

k In Eremo,] ideſt, inter ſteriles actiones malorum. Superbia enim omnia bona animæ deſtruit, & animam quaſi deſertam relinquit.

Unde *Johel* 2. Ante faciem ejus ignis vorans, & poſt eum flamma exurens quaſi hortus voluptatis: terra coram eo & poſt eum ſolitudo deſerti.

l Anima enim nequam] ideſt, anima ſuperbi, qui non eſt: quia ab eo qui eſt, ſeparatus eſt.

m Diſperdet eum, qui ſe habet] ideſt, poſſeſſorem ſuum, vel potius cuſtodem ſuum.

Nequitia enim, propter quam ſimul corpus perditur in inferno, ab anima eſt.

n Et in gaudium inimici dat illum] ideſt, diaboli, non quod diabolus gaudeat unquam, ſed dicitur gaudium, quia in hoc impletur deſiderium ejus. Vel gaudium pro irriſione ponitur. Sicut enim ſimiæ deridentur a prætereuntibus, cum in alto ponuntur; ſic ſuperbi, qui ſunt ſimiæ dæmonum, ſicut dicitur *Abac.* 1. Ipſe de Regibus triumphabit, & Tyranni ridiculi ejus erunt. Et *Greg.* Tanto magis dæmones nos derident, quanto magis nos obedientes ſibi vident.

De hoc dicitur *infra* 18. Si præſtiteris animæ tuæ concupiſcentias ſuas, faciet te venire in gaudium inimicis tuis.

o Et deducet in ſortem impiorum,] ideſt, in æternam damnationem, quam ſortiti ſunt ſibi partem, *Sap.* 2. Hæc eſt pars noſtra, & hæc eſt ſors noſtra. Sicut æterna gloria dicitur ſors bonorum. De qua *Pſalm.* 30. In manibus tuis ſortes meæ. Utraque dicitur ſors, ſicut ad modum ſortis ſine perſonarum acceptione datur ei, qui dignus eſt, hoc, vel illud.

p Verbum dulce,] ideſt, dulcis allocutio.

q Multiplicat amicos,] id eſt, corroborat amicitiam inter amicos, & novos acquirit.

r Et mitigat inimicos,] ideſt, perſecutores.

Unde *Prov.* 15. Mollis reſponſio frangit iram, & ſermo durus ſuſcitat furorem.

ſ Et lingua eucharis] ideſt, gratioſa.

t In bono homina abundabit] bonis. Virtus autem, quæ ſic regit linguam, manſuetudo vocatur.

Unde *Prov.* 15. Iracundus provocat rixas; qui patiens eſt, mitigat ſuſcitatas. Vel aliter. al. † die a

p Verbum dulce,] ideſt, prædicatio Evangelii.

q Multiplicat amicos] Dei, ideſt, fideles.

r Et mitigat inimicos,] ideſt, perſecutores Chriſtiani nominis.

ſ Et lingua eucharis] ideſt, lingua bona, gratioſa & plena manſuetudine.

t In bono homine,] ideſt, in bona operante, & docente.

u Abundabit] fructu multiplici. Talis enim, qui facit bona, quæ docet, & dulciter loquitur, multum fructificat in auditoribus, *Prov.* 16. Qui ſapiens eſt corde appellabitur prudens: & qui dulcis eſt, eloquio, majora reperiet: Fons vitæ eruditio poſſidentis. Item *in eod.* 10. Labia Juſti erudiunt plurimos. Item,

p Verbum dulce,] ideſt, Chriſtus, qui eſt verbum Patris, dulce in ſe, & dulce in nobis.

q Multiplicat amicos] ſibi, monendo, docendo, beneficia exhibendo.

r Et mitigat inimicos] dulciter alloquendo, patienter illatas injurias ſuſtinendo.

ſ Et lingua eucharis in bono homine,] ideſt, in Chriſto.

u Abundabit] doctrina utili, & fructuoſa.

x Multi pacifici ſint tibi] ideſt, ſervantes pacem.

y Et Conſiliarius ſit tibi unus de mille,] q. d. pax cum multis habenda eſt, imo cum omnibus, ſi fieri poſſit. Sicut dicitur *Rom* 12. Si fieri poteſt, quod ex vobis eſt, cum omnibus pacem habentes. Sed non cum multis conſilium: quia ſcriptum eſt; Multi miſericordes vocantur; virum autem fidelem quis inveniet? Et mille numerus eſt perfectionis. Unde per hoc, quod dicit: Unus de mille innuit, quod paucis, & talibus, qui ſint perfecti in conſiliis, ſunt revelanda ſecreta.

z Si poſſides amicum, in tentatione,] ideſt, in adverſitate ejus.

b Poſſide illum] ideſt, ſi poſſidere deſideras, in tentatione poſſide illum, quaſi dicat, ſi habes aliquem amicum, non dimittas eum in tempore adverſitatis. Vel ſic.

z Si poſſides amicum,] ideſt, ſi poſſidere deſideras.

a In tentatione poſſide illum] ideſt, probatum in adverſitate tua habe illum, q. d. Si vis aliquem habere amicum familiarem, diu proba illum, & hoc maxime tempore neceſſitatis, quantumcumque ſit tibi familiaris. Multi enim ſe profitentur in proſperis amicos eſſe, & inimici inveniuntur in adverſis. Unde *inf.* 12. Non agnoſcetur in bonis amicus, & non abſcondetur in malis inimicus. *Prov.* 20.

c Et ne facile credas ei teipſum] ideſt, ſecreta tua, donec prius probaveris. Unde *Sen.* Omnia delibera cum amico; prius tamen de ipſo, *inf.* 37. A conſiliario malo ſerva animam tuam; prius ſcito, quæ ſit illius neceſſitas, & quid ipſe in animo ſuo cogitabit, ne forte mittat ſudem in terram, ideſt, terrenum conſilium det tibi, & dicat tibi: bona eſt vita tua; & ſtet econtrario videre, quid tibi eveniat, *inf.* 8. Non omni homini cor tuum manifeſtes, ne forte inferat tibi gratiam falſam, & convitietur tibi. Quare autem non ſit contrahenda facile cum quocumque familiaritas, ſubjungit.

d Eſt enim amicus ſecundum tempus ſuum] ideſt, quamdiu durat tempus commodi temporalis.

e Et non permanebit] tecum ut amicus.

f In tempore tribulationis,] ideſt, adverſitatis, ſive paupertatis,

tis, *Prov.* 19. Divitiæ addunt amicos plurimos, a paupere autem & hi, quos habuit ſeparantur.

a Eſt & amicus, qui convertitur ad inimicitiam,] ideſt, qui cito iraſcitur, & recedit ab amicitia.

Secundum aliam litteram: Eſt amicus, qui convertitur ad amicitiam, ideſt, qui

B levis eſt, & convertibilis eſt, nunc ad amicitiam, nunc ad

al. † amicitiam. inimicitiam.

Eſt & *a* amicus, qui convertitur ad † inimicitiam: & *b* eſt qui *c* odium, & rixam, & *d* convitia denudabit. Eſt *e* autem amicus ſocius menſæ, *f* & non † permanet in die neceſſitatis. *g* Amicus ſi permanſerit fixus, *h* erit tibi quaſi coæqualis; *i* & in domeſticis tuis *k* fiducialiter *l* aget. Si *m* humiliaverit ſe contra te, & *n* a facie tua abſcondet ſe, *o* unanimem habebis amicitiam bonam. *p* Ab inimicis tuis *q* ſeparare, *r* & ab amicis tuis attende. *ſ* Amicus fidelis protectio fortis; *t* qui autem invenit illum, *u* invenit theſaurum; *x* Amico fideli nulla eſt comparatio, *y* & non eſt digna ponderatio auri, & argenti contra bonitatem fidei illius. *z* Amicus fidelis *a* medicamentum vitæ & immortalitatis, *b* & qui metuunt Dominum *c* invenient illum. *d* Qui timet Dominum, æque *e* habebit amicitiam bonam, *f* quoniam ſecundum illum erit amicus illius.

b Et eſt qui] ideſt, ille.

c Odium, & rixam] quam habebat in corde occultam.

d Et convitia denudabit,] ideſt, aliqua mala dicet de illo, cujus amicum ſe ſimulabat, ſi ſciat, ſi neſciat, finget. Et de tali amico dicitur *Prov.* 10. Occaſiones quærit, qui vult recedere ab amico, & omni tempore erit execrabilis.

Inf. 37. al. † permanebit.

e Eſt autem amicus ſocius menſæ,] cujus Deus venter eſt, & gloria in confuſione, *Phil.* 3.

f Et non permanet in die neceſſitatis,] ideſt, paupertatis. Talis ſimilis eſt lupo, vel cani, qui tamdiu diligit cadaver, quamdiu carnes habet & non plus. Unde *Sen.* Mel muſcæ ſequuntur, cadavera lupi; turba iſta ſequitur prædam, non hominem, *Eccl.* 5. Ubi multæ ſunt opes, multi ſunt, qui comedunt eas. Ecce triplicem falſum amicum ponit Auctor.

Primo amicum fortunæ, qui cum fortuna venit, & cum fortuna recedit. De quo dicit Poeta:

Triplex falſus amicus. Verſus.

Cum fueris felix, multos numerabis amicos:
Tempora ſi fuerint nubila, ſolus eris.

Secundum amicum inconſtantiæ, qui ſecundum temporis mutabilitatem mutatur. De quibus *Thren.* 1. Omnes amici ejus ſpreverunt eam, & facti ſunt ei inimici.

Tertium amicum menſæ, qui cauſa ventris condolet & congaudet.

De quo *inf.* 37. Sodalis amico conjucundabitur in oblectationibus, & in die tribulationis adverſarius erit. Sodalis amico condolet cauſa ventris, & contra hoſtem arripiet ſcutum. In hoc triplici amico non eſt confidendum, ſed in vero, de quo conſequenter oſtendit, qualiter poſſit cognoſci. Difficile eſt enim inter multos falſos unum verum amicum cognoſcere. Omnes enim dicunt ſe eſſe amicos, cum ſint ſolo nomine amici, ut dicitur *infra* 37. Signum autem veræ amicitiæ eſt continuatio amoris in omni tempore. Unde *Proverb* 17. Omni tempore diligit, qui amicus eſt. Et de hoc dicit.

g Amicus ſi permanſerit fixus, ideſt, ſtabilis in amore, & conſtans in tempore tribulationis.

h Erit tibi quaſi coæqualis] ideſt, paris tecum voluntatis, quaſi alter tu: idem volens, idem nolens. Hæc eſt vera amicitia, ut dicit Tullius, idem velle, & idem nolle in rebus honeſtis.

Item: Amicitia eſt divinarum, humanarumque rerum, cum benevolentia & charitate conſenſio.

i Et in domeſticis tuis] ideſt, privatis negotiis tuis.

k Fiducialiter,] ideſt, fideliter.

l Aget] ideſt, quaſi ſua fideliter procurabit.

m Si humiliaverit ſe contra te,] ideſt, coram te tibi in omnibus conſentiens.

n Et a facie tua abſcondet ſe] non oſtendens exterius totum affectum amoris, quem habet interius.

o Unanimem] cum eo (habebis amicitiam bonam,) ideſt, firmam & ſtabilem. Aliter poteſt legi ſecundum *Gloſ.* de falſo amico.

m Si humiliaverit ſe contra te] ideſt, exterius coram te ad te decipiendum.

n Et a facie tua abſcondet ſe] per ſimulationem fingens ſe qualis non eſt.

o Unanimem habebis amicitiam bonam?] interrogative, q. d. non. Ubi enim cordium ſecreta ad invicem ignorantur, non poteſt eſſe vera amicitia. Amicus enim dicitur amoris conſors, ut dicit *Gl.* Cui ſic animum tuum applica, ut ex duobus unum fiat, cui te tanquam tibi committas, a quo nihil timeas, & nihil inhoneſtum petas. Non eſt enim amicitia vectigalis, ſed plena decoris. Unde *Joan.* 15. dicit Dominus Diſcipulis ſuis: Vos amici mei eſtis, ſi feceritis, quæ præcipio vobis. Ecce dedit nobis Dominus formam amicitiæ, quam ſequamur, ut faciamus amici voluntatem, aperiamus ei ſecreta, & ipſe nobis.

Unde *Joan.* 15. Vos autem dixi amicos, quia omnia quæcumque audivi a Patre meo, nota feci vobis.

p Ab inimicis tuis] manifeſtis.

q Separare] vel ſepara te, loco, animo vero ſemper amandus eſt. Quia dicit Dominus *Matth.* 5. Diligite inimicos veſtros; benefacite his, qui vos oderunt.

r Et ab amicis tuis attende] ideſt, ad cognoſcendum veros amicos, diſcretionem habe; quia profundum eſt cor hominis, & inſcrutabile, quis cognoſcet illud, *Jerem.* 17. Hæc autem diſcretio maxime neceſſaria eſt propter hypocritas & hæreticos, qui ſimulant, quod non ſunt, ut incautos decipiant.

Unde *Matth.* 7. Attendite a falſis Prophetis, &c. Et *Rom. ult.* Rogo autem vos fratres, ut obſervetis eos, qui diſſenſiones, & offendicula faciunt. *ſ* Amicus fidelis protectio fortis] ideſt, amicus fortis ſecundum Deum fortis protectio: quia non relinquit in adverſis, ſed fortiter protegit, & per conſolationem & conſilium & orationem, ſi tentatur: per ſuarum rerum communicationem, ſi inopia gravatur: per cordis compaſſionem, ſi anguſtiatur: per ſui ipſius expoſitionem, ſi periculum animæ timeatur. Et de tali amico dicitur *inf. eod.* Amicus fidelis medicamentum vitæ, & immortalitatis. Et *inf.* 22. A facie illius, ideſt, amici non me abſcondam; & ſi mala mihi evenerint, propter illum ſuſtinebo, *Prov.* 12. Qui negligit damnum propter amicum, juſtus eſt. *t* Qui autem invenit illum] ideſt, fidelem amicum. *u* Invenit theſaurum] quo utatur tempore neceſſitatis. Amicitia enim omnia communia facit, & per amicitiam poſſides omnia bona tam temporalia, quam ſpiritualia, quæ habet ille, quem tu amas. Et quia ubi eſt theſaurus tuus, ibi eſt & cor tuum, ut dicitur *Matt.* 6. Ideo neceſſe eſt in corde unius amici eſſe cor alterius, & communem habere voluntatem, & communes divitias. Unde *Cicero* dixit, amicitiam eſſe non poſſe niſi inter bonos, & liberam debere eſſe, & ad omnem felicitatem proclivem. *x* Amico fideli nulla eſt comparatio] æquiparantiæ. *y* Et non eſt digna ponderatio auri & argenti contra bonitatem fidei illius] ideſt, contra fidelitatem illius: quia fidelis amicus ſemper juvat etiam poſt mortem, quod non facit aurum & argentum. Fidelis amicus vitam conſervat tam temporalem, quam ſpiritualem; quod non aurum, nec argentum. Proprie autem amicus fidelis eſt Chriſtus, qui tantum nos dilexit, ut animam ſuam daret pro nobis, & majorem hac dilectionem nemo habet, *Joan.* 15. Huic amico nulla eſt comparatio, quia qui de cœlo venit ſuper omnes eſt, *Jo.* 3. Huic nec aurum Sapientiæ, nec argentum eloquentiæ poſſunt comparari. Unde *Job* 28. Non dabitur aurum obrizum pro ea, nec appendetur argentum in commutatione ejus. *z* Amicus fidelis] ideſt, animi cuſtos. *a* Medicamentum vitæ & immortalitatis] ideſt, obſervativum & effectivum vitæ immortalis, ut conſiliarius, ut miniſter, ut adjutor. Propter quod dicit Salomon *Eccl.* 4. Væ ſoli, quia ſi ceciderit, non habet ſublevantem ſe. *b* Et qui metuunt Dominum] filialiter. *c* Invenient illum,] in præſenti per ſpem, in futuro per ſpeciem. Spes enim gignitur ex timore, ſicut dicit *Pſal.* 113. Qui timent Dominum, ſperaverunt in Domino. *Vel*: (Inveniunt illum,) ideſt, veniunt in illum amoris deſiderio, qui oritur ex timore. Unde *infra* 25. Timor Dei initium dilectionis ejus, fidei autem initium agglutinandum eſt illi.

d Qui timet Dominum æque] ideſt, æquo animo, & recto, non ut ſervus, & mercenarius; ſed ut filius; qui non timet, niſi offenſam, aut ſeparationem.

e Habebit amicitiam bonam] cum Domino.

f Quoniam ſecundum illum erit amicus illius] ideſt, ſicut Deus diliget eum, & ipſe Deum. Vel ſic: (Qui timet Dominum)

num) timore filiali : Æque habebit amicitiam bonam ,] id-eſt, prout æquum eſt amabitur a Domino. Vel ſic : [Æque habebit amicitiam bonam ,] ideſt , æqualiter amabit Dominum , ideſt , tantum timebit , quantum amabit. Vel. (Æque habebit amicitiam bonam ,) ideſt , æqualiter amabit , & amabitur omni tempore , adverſitatis, & proſperitatis ; quia omni
C tempore diligit , qui amicus eſt. *Prov.* 17. Vel ſic : (Æque habet amicitiam bonam) cum proximo , id-eſt , animorum paritate , cum ſint ut unum in amore conſortes. Amicus enim dicitur quaſi amore conſors . (Quoniam ſecundum illum) ideſt , ſecundum voluntatem illius , vel ſecundum amorem illius, ideſt Dei . (Erit amicus illius ,) id-eſt , ſecundum quod diligit Deum, in illo diligit proximum, quia eſt imago illius, 1. *Joan.* 5. Omnis , qui diligit eum , qui genuit : diligit eum , qui natus eſt ex eo , per naturam , vel per gratiam.

Fili , *a* a juventute tua *b* excipe *c* doctrinam , *d* & uſque ad canos *e* invenies Sapientiam . *f* Quaſi is , qui arat , & qui ſeminat : accede ad eam , *g* & ſuſtine *h* bonos fructus illius . In *i* opere enim ipſius exiguum laborabis , & cito edes de generationibus illius , Quam *k* aſpera eſt nimium Sapientia indoctis hominibus , *l* & non permanebit in illa *m* excors . *n* Quaſi lapidis virtus probatio erit in illis , & *o* non demorabuntur projicere illam.

p Sapientia enim doctrinæ *q* ſecundum nomen

a Fili , a juventute tua excipe doctrinam ,] ideſt , menſuram aliorum cape , vel ex multis doctrinis meliorem elige . *d* Et uſque ad canos ,] ideſt, uſque ad ſenectutem . *e* Invenies Sapientiam] quaſi dicat , a juventute incipe addiſcere . Semper enim poteris diſcere etiam in ſenectute : ſacra enim doctrina puteus altus eſt , & ad profundum perveniri non poteſt .

Unde *Eccl.* 8, Eſt homo , qui diebus & noctibus ſomnum non capit oculis : & intellexi , quod omnium operum Dei nullam poſſit invenire homo rationem eorum, quæ fiunt ſub Sole , & quanto plus laboraverit ad quærendum , tanto minus inveniet eam. Vel ſic.

a Fili , a juventute tua] quæ eſt ætas diſciplinabilis.

b Excipe] ideſt , corde cape.

c Doctrinam] bene vivendi.

d Et uſque ad canos invenies Sapientiam] ideſt, in ſenectute fructum Sapientiæ conſequeris.

Unde *Gloſſ.* Qui in juventute ſtudet ſanæ doctrinæ, in ſenectute dulces metet fructus Sapientiæ. De quibus dicitur *Prov.* 3. Primi & puriſſimi fructus ejus .

Unde *Thren* 3. Bonum eſt viro , cum portaverit jugum Domini ab adoleſcentia ſua . *Exod.* 16. præceptum eſt filiis Iſrael , ut mane colligerent manna , per quod ſignificatur ſacra Scriptura . Et hoc eſt , quod dicitur *Eccl.* 11. Mane ſemina ſemen tuum , & veſpere non ceſſet manus tua Et *Hieron.* Mirum eſt , quod artem bene vivendi in juventute non addiſcimus , cum alias artes etiam mechanicas a juventute addiſcamus. Modum autem addiſcendi determinat auctor , & ſubjungit.

f Quaſi is , qui arat , & qui ſeminat , &c.] acquirendum , ideſt , cum ſtudio & labore , & cum ſpe percipiendi fructum , unde reficiaris , & vivas . Unde Apoſt. 1. *Corinth.* 9. Debet in ſpe qui arat arare, & qui triturat in ſpe fructus percipiendi .

Item qui arat , & ſeminat , primo extirpat ab agro ſpinas , & tribulos ; & everſa terra ſeminat ſemen ſuum; ſic qui ſacram Scripturam excipere cupit , primo debet terram cordis ſui diligenti inquiſitione evertere, & ſpinas vitiorum extirpare , & tunc demum poterit ſemen divinæ doctrinæ excipere , & tandem fructum virtutum, & gloriæ metere. Alioquin in malevolam animam non introibit Sapientia , nec habitabit in corpore ſubdito peccatis . *Sap.* 1. Propter quod dicit *Jerem.* 4. Novate vobis novale , & nolite ſerere ſpinas.

Sed quia ſunt quidam , qui ſtatim , ut ſeminaverint , volunt comedere fructum ſeminis , ut dicitur *Iſa.* 28. Quaſi temporaneum ante maturitatem autumni , quod cum aſpexerit videns , ſtatim , ut manu tenuerit , vorabit illud . Ideo ſubjungit .

g Et ſuſtine] ideſt , patienter expecta .

h Bonos fructus illius] ideſt , æterna bona , quæ illa promittit , & per illam inveniuntur , ſicut dicitur *Joan.* 5. Scrutamini Scripturas , in quibus vos putatis vitam habere , *Jac.* 5. Patientes eſtote , fratres , uſque ad adventum Domini ; ecce agricola expectat pretioſum fructum terræ patienter ferens , donec accipiat temporaneum , & ſerotinum . Sed ne aliquis terreretur ex nimia expectatione . Ideo ſubdit .

i In opere enim ipſius exiguum laborabis , & cito edes de generationibus illius ,] quaſi dicat , modicus eſt labor reſpectu fructus .

Unde *Sap.* 3. In paucis vexati , in multis bene diſponentur , *Rom.* 8. Non ſunt condignæ paſſiones hujus temporis ad futuram gloriam , quæ revelabitur in nobis . Et nota , quod dicit ; In opere ipſius exiguum laborabis .] Non enim ſolo ſtudio lectionis , ſed & labore operis , & inſtantia orationis acquiritur Sapientia .

De oratione dicitur *Jac.* 1. Si quis veſtrum indiget Sapientia , poſtulet a Deo , qui dat omnibus affluenter , & non improperat , & dabitur ei . De opere dicitur in *Pſ.* 100. Intellectus bonus omnibus facientibus eum . Et *Pſ.* 58. A mandatis tuis intellexi . Et filii Iſrael propriis manibus manna colligebant , *Exod.* 16. Generatio autem Sapientiæ duplex eſt . Una in affectu , altera in intellectu . In affectu generat deſideria ſancta , in intellectu ſtudia vera . Et de utraque generatione dicit *Pſal.* 23. Hæc eſt generatio quærentium Dominum . De his generationibus edit , qui & ſtudia & deſideria in bonum opus convertit , ſed nondum ſatiatur ; ſatiabitur autem , cum apparuerit gloria ejus , qui dator eſt ſapientiæ . Sequitur . *Pſal.* 16

k Quam aſpera eſt nimium Sapientia in doctis hominibus ,] q. d. tam bona , tam dulcis eſt Sapientia , & fructus ejus optimi , & tamen nimis aſpera eſt hominibus indoctis , qui neſciunt fructum , & utilitatem ejus . Unde *ſupr.* 1. Execratio peccatoribus Sapientia .

l Et non permanebit in illa] ideſt , in mandatis illius .

m Excors] ideſt , homo ſine corde , ideſt , impatiens , & deditus curis , & ſollicitudinibus temporalibus , quæ cor auferunt . Unde *Oſeæ* 7. Factus eſt Ephraim quaſi columba ſeducta non habens cor . Item *in eod.* 4. Fornicatio , vinum & ebrietas auferunt cor .

n Quaſi lapidis virtus probatio erit in illis] ideſt , in ſtultis , ideſt , ſicut lapis ſi ſurſum projicitur , ſtatim propria virtute , ideſt , ponderoſitate deſcendit , ita indocti homines aliquando elevati per Sapientiam ad aliquam dignitatem , propria voluntate ſive malitia ad peccata deſcendunt , & de peccatis ad infernum .

Vel aliter . (Quaſi lapidis virtus ,) ita probatio , Sapientiæ erit , ideſt , ſicut indocti virtutem lapidis pretioſi parum approbant , vel omnino vilipendunt , quia ignorant , ita & Sapientiam Propter quod dicit Dominus *Matt.* 7. Nolite ſanctum dare canibus , neque mittatis margaritas ante porcos , *infra* 21. Cor fatui quaſi vas confractum , omnem Sapientiam non tenebit . Quia vero aliquando indocti recipiunt diſciplinam , ſed cito abjiciunt , quia ad tempus credunt , & in tempore tentationis recedunt , ſicut dicitur *Luc.* 8. Ideo ſubdit .

o Et non demorabuntur projicere illam] quia grave videtur eis obedire Sapientiæ . Et hoc eſt , quia ignorat fructus ejus . Unde *Prov* 1. Stulti , quæ ſibi noxia ſunt , cupiunt , & imprudentes obediunt ſcientiam Sapientiam autem projicit , vel qui eam audire contemnit , vel mandata ejus non facit . Unde *Pſal.* 49. Projeciſti ſermones meos retrorſum Quare autem projiciant indocti Sapientiam , oſtendit .

p Sapientia enim doctrinæ] ideſt , quæ per doctrinam acquiritur , vel quæ per doctrinam communicatur .

q Secundum nomen ejus] ideſt , ſtulti . Stultus doctrinam Sapientiæ reputat ſtultitiam , quia non intelligit , neque ſapit ea , quæ dicuntur . Unde 1. *Cor.* 2. Animalis homo non percipit ea , quæ ſpiritus Dei ſunt ; ſtultitia enim eſt illi , & non poteſt intelligere , quia ſpiritualiter examinatur . Vel ſic .

p Sapientia enim doctrinæ] ideſt , doctrinalis Sapientia.

q Secundum nomen ejus] ideſt , ſecundum nomen Sapientiæ , ideſt , talis eſt , qualis etiam ſignificatur per nomen , ſcilicet ſapida ſcientia , quia dicitur a ſapore & ſcientia . Et ſecundum nomen ejus eſt Sapientia , ideſt , prudentia , & veritas , & virtus illuminans & inflammans . Unde *Pſal.* 18. Præceptum Domini lucidum illuminans oculos . Et *Prov.* 30. Omnis ſermo Dei igniitus clypeus eſt .

Vel aliter . *p* Sapientia enim doctrinæ ,] ideſt , Sapientia docibilis .

q Secundum nomen ejus ,] ideſt , occulta , ſicut & nomen ejus . Quæſtio enim fuit inter Philoſophos , & adhuc eſt , quid eſt Sapiens , & quid eſt Sapientia ; ita & ipſa Sapientia ignota eſt , & occulta . Ignota eſt indo-

ctis

eſt ejus, & *a* non multis eſt manifeſta. *b* Quibus autem agnita eſt, *c* permanet uſque ad conſpectum Dei. *d* Audi fili, *e* & accipe conſilium intellectus, *f* & ne abjicias conſilium meum. *g* Injice pedem tuum in *h* compedes illius, & in *i* torques illius collum tuum. *k* Subjice humerum tuum, & *l* porta illam, & *m* ne † acedieris vinculis ejus. In *n* omni animo tuo accede ad illam, & *o* in omni virtute tua conſerva *p* vias ejus. *q* Inveſtiga illam, & *r* manifeſtabitur tibi, & *ſ* continens factus *t* ne derelinquas eam. In *u* noviſſimis enim *x* invenies requiem in ea, & *y* convertetur tibi in oblectationem: Et *z* erunt tibi compedes ejus in *a* protectionem fortitudinis, & *b* baſes † virtutis, & *c* torques illius in † *d* ſtola gloriæ. *e* Decor enim vitæ eſt in illa, & *f* vincula illius *g* alligatura † ſalutis. † *h* Stola gloriæ *i* indues eam, & *k* coronam † congratulationis ſuperpones tibi. *l* Fili, ſi *m* attenderis mihi,

ctis hominibus. Unde ſequitur. *a* Et non multis eſt manifeſta,] ſed ſolis auditoribus & amatoribus ejus. Pauci enim ſapiunt ſaporem Sapientiæ, & pauci vident claritatem ejus. Unde *Job* 28. Unde Sapientia venit, & quis eſt locus intelligentiæ? Abſcondita enim eſt ab oculis omnium viventium, volucres quoque cœli latet. *b* Quibus autem agnita eſt] per experientiam, id eſt, qui fide & opere ſcrutantur eam, & ſaporem ejus intus in affectu ſentiunt. *c* Permanet uſque ad conſpectum Dei,] id eſt uſque ad apertam Dei viſionem. Dicitur autem quis permanere multis modis. Primo, quando tentationibus non ſuccumbit. Unde *Luc.* 22. Vos eſtis, qui permanſiſtis mecum in tentationibus meis. Secundo quando adverſitatibus non frangitur. *Sap.* 5. Stabunt Juſti in magna conſtantia, &c. Tertio, quando non diſſolvitur ſive molleſcit proſperitate temporali; ſed ſemper proficit de bono in melius. *Inf.* 27. Homo ſanctus in Sapientia manet: ſicut Sol, qui ſemper facit curſum ſuum, quidquid agatur, vel dicatur. Quarto, quando continuat opera ſua bona uſque in finem, *Matt* 10. Qui perſeveraverit uſque in finem, hic ſalvus erit. Quinto, quando in aggreſſu & progreſſu arduorum confidit in Deo, 1. *Joh* 3. Omnis, qui in Deo manet, non peccat. Iſta ſex bona facit Sapientia: Securitatem, firmitatem, conſtantiam, perſeverantiam, confidentiam, & ad ultimum apertam Dei viſionem. Iſti ſunt ſex gradus, quibus aſcenditur ad thronum Salomonis, 3. *Reg.* 10. *d* Audi fili, &c.] Oſtenſa utilitate Sapientiæ, & quare ab indoctis projicitur, conſequenter admonet ad auditum Sapientiæ, non ſolum exteriorem, ſed interiorem, qui eſt obedientia, & intelligentia. Unde dicit: Audi, fili, aure cordis. *e* Et accipe conſilium intellectus] id eſt quod confert purum intellectum ſine errore. *f* Et ne abjicias conſilium meum,] qui ſum pater tuus, qui non conſulerem niſi bonum. *g* Injice pedem tuum,] id eſt, affectum animæ. *h* In compedes illius] i. in præcepta illius, quaſi dicat, greſſum vitæ tuæ conſtringe præceptis Sapientiæ. *i* Et in torques illius collum tuum] id eſt tempera ſermones tuos ſecundum regulam Sapientiæ. Collo formatur ſermo, & ideo nomine colli ſermo ſignificatur. Torques eſt aureum ornamentum pectoris, & ſignificat Sapientiam, ſive regulam duorum Teſtamentorum. Unde collum injicere in torques Sapientiæ, nihil aliud eſt, quam ſermones tuos Sapientia informare. *k* Subjice humerum tuum, & porta illam,] hoc eſt, actus tuos ſuppone magiſterio illius. *k* Subjice] per humilitatem. *l* Porta] per fortitudinem: Subjice per obedientiam, porta per ſcientiam. *m* Et ne acidieris vinculis ejus] id eſt, ne graviter & tædioſe feras, ſed cum hilaritate imple præcepta Sapientiæ. Dicitur autem acidia ab aceo aces. Unde homo acidus, id eſt, ſine igne charitatis, qui levis eſt ſuper omnia. Et de talibus dicit Dominus *Pſ.* 68. Et in ſiti mea potaverunt me aceto. *n* In omni animo, &c.] quaſi dicat omnes cogitationes tuas, omnia deſideria in illam convertere. Unde *Gloſſ.* Corde, non corpore accedendum eſt ad Sapientiam: quia ſpiritualis lex mente inſpicienda eſt, ſenſus tamen corporis dirigendi ſunt ratione mentis. Unde *Gal.* 5. Spiritu ambulate, & deſideria carnis non perficietis. Nam qui devote meditatur Sapientiam Dei, quæ de Chriſto eſt, vel quæ Chriſtus eſt; ſervat mandata ejus, & corporis luxum reſtringit, ne fluat in voluptatibus vitæ præſentis, ſed vivat ſub diſciplina cœleſti. *o* Et in omni virtute tua conſerva] id eſt corde & opere ſerva. *p* Vias ejus] id eſt, præcepta, per quæ venitur ad ipſam, & ipſa ad nos, *Matt.* 19. Vis ingredi ad vitam? ſerva mandata. *q* Inveſtiga illam] ſtudendo, peritiores interrogando, orando, operando. *r* Et manifeſtabitur tibi,] quia qui petit, accipit; & qui quærit, invenit: & pulſanti aperietur, *Matt.* 7. *Prov* 2. Si quæſieris eam, quaſi pecuniam, & ſicut theſauros effoderis illam; tunc intelliges timorem Domini, & ſcientiam Dei invenies. *ſ* Et continens factus] id eſt toto animo tenens, id eſt quando tenueris eam. *t* Ne derelinquas eam] peccando, vel torpendo. Vel. *ſ* Continens factus] id eſt habens continentiam. *t* Ne derelinquas eam] Sapientiam, quæ maxime ſervatur per continentiam. Unde *ſup.* 7. Emanatio quædam eſt claritatis omnipotentis Dei ſincera, & ideo nihil inquinatum in illam incurrit. Cauſam autem quare inveſtigari debet Sapientia, ſubjungit. *u* In noviſſimis] id eſt, poſt hanc vitam. *x* Invenies requiem in ea] id eſt propter eam, vel per eam; quia Sapientia eſt contemplatio Dei, & perceptio veritatis, in quibus conſiſtit beatitudo Sanctorum, *Prov.* 3. Fili mi, ne obliviſcaris legis meæ, & præcepta mea cuſtodiat cor tuum; longitudinem enim dierum, & annos vitæ, & pacem apponent tibi. *y* Et convertetur tibi in oblectationem] licet modo cum labore inveſtigetur. Unde *Joan.* 16. Vos autem contriſtabimini; ſed triſtitia veſtra vertetur in gaudium. *z* Et erunt tibi compedes ejus] id eſt, præcepta ejus, quibus ligatur affectus animæ. *a* In protectionem fortitudinis,] id eſt, in fortem protectionem. *b* Et baſes ſervitutis, vel virtutis,] id eſt, patientia, & obedientia, quæ ſicut baſes ſuſtinent totum pondus fabricæ ſpiritualis: erunt tibi in fortitudinis protectionem, id eſt in fortem protectionem. Patientia enim & obedientia protegunt fortiter laborantes ad Sapientiam. *c* Et torques illius] id eſt temperata doctrina. *d* In ſtolam gloriæ] corporis & animæ. *e* Decor enim vitæ, &c.] In præſenti per gratiam, in futuro per gloriam. *f* Et vincula illius,] id eſt, præcepta, quibus ligamur, ne per campos licentiæ diſcurramus effrænes ſunt. *g* Alligatura ſalutis,] quia extrahunt a peccato, & trahunt ad ſalutem æternam. Hæc enim ſunt vincula; quibus extractus eſt Jeremias de lacu, *Jer.* 38. *h* Stola gloriæ,] id eſt, pro ſtola gloriæ. *i* Indues eam] Sapientiam, id eſt in futuro habebis pro Sapientia ſtolam gloriæ, qua indueris. *k* Et coronam, &c.] eam ſcilicet, Sapientiam, hoc eſt, pro Sapientia habebis coronam congratulationis. Et nota tria verba, quæ hic ponuntur, decor, ſtola, corona. Decor ſive pulchritudo conſiſtit in partium corporis debita quantitate, & ordine, & colore vivido, ſicut dicit *Aug.* ſic & decor vitæ hæc tria habet: debitam quantitatem in integritate juſtitiæ, quoad proximum; debitum ordinem, quoad Deum in cultu pietatis; vividum colorem in norma ſobrietatis, quoad teipſum: & hic eſt decor vitæ. Unde *Tim.* 2. Abnegantes impietatem, & ſæcularia deſideria, ſobrie & juſte, & pie vivamus in hoc ſæculo. Stola ut dicit *Iſidor.* Eſt matronale operimentum, quo operto capite, & ſcapula a dextro latere in lævum humerum mittitur. Et dicitur a ſtolon, quod eſt longum, & ſignificat corporis immortalitatem, qua corpus quaſi veſte nobili induetur, ſicut dicitur 1. *Cor.* 15. Corona vero, quæ capiti imponitur, ſignificat gloriam animæ, quæ eſt dignior, & excellentior pars hominis. Sed melius poteſt dici, ut mihi videtur, quod ſtola ſignificat tam corporis, quam animæ gloriam ſubſtantialem, quæ dicitur aurea: Corona congratulationis dicitur aureola, quæ ſuperadditur aureæ Virginibus & Prædicatoribus, & Martyribus. Unde proprie dicitur hic: coronam congratulationis ſuperponens tibi. Et dicit congratulationis, id eſt, ſimul gratulationis; quia gaudio, ſive gratulationi ſubſtantiali, quæ erit ex viſione, & dilectione Dei, addetur: non tamen augebit eam, quia ſe habet ad illam, ut punctum ad lineam. *l* Fili, ſi.] Supra oſtendit Auctor fructum Sapientiæ multiplicem: deinde monuit ad auditum Sapientiæ: nunc oſtendit, qualiter veniatur ad illam, ſcilicet per humilem diſciplinam, & mentis munditiam, & intentionis puritatem. Unde dicit *Gloſſ.* Neceſſe eſt, ut qui veræ Sapientiæ, quæ Chriſtus eſt, agnitionem deſiderat, prius Catholicis Magiſtris humiliter ſe ſubjiciat, & omnes affectus animæ ſuæ diſciplinæ eorum: deinde intentionem cordis ab omni pravo deſiderio avertens ad audiendum verbum Dei adhibeat diligenter, caveatque, ut meditationem legis, non pro terrenarum rerum mercede, ſed pro ipſius boni amore impendat, ut veræ Sapientiæ fructus percipiat. Dicit ergo: Fili, cui paterna ſervatur hæreditas, qui doctrinæ patris humiliter ſubjici debes. *m* Si attenderis] mihi patri, qui diligenter docere volo.

al. † acidieris.

al. † ſervitutis.

al. † ſtolam,

al. † ſalutaris.

al. † ſtolam.

al. † gratulationis.

a Diſces eam.] Ab alio. Unde & Paulus miſſus eſt ad Ananiam, *Act.* 9. & viſum recepit. Et in vitis Patrum legitur, quod quidam Patrum dubitabat ſuper quodam, & oravit Dominum, ut revelaret ei; & ſic fuit in oratione pluribus diebus, & nihil invenit. Ad ultimum cogitavit, ut iret ad patrem quemdam, & quæreret ab eo dubitationem. Et dum iret, occurrit ei Angelus, dicens; Non propter orationem, & jejunium tuum voluit tibi Dominus revelare dubitationem tuam, nunc vero, quia humiliaſti te, ut ires ad fratrem tuum, & quæreres ab eo, miſſus ſum, ut dicam tibi, & redeas: Et Dominus indicabit tibi, quid dubitas; unde *Luc.* 10. Confiteor tibi, Pater, Domine cœli, & terræ, &c. *b* Et ſi accommodaveris animum tuum.] idest, ad commodum dederis ipſi Sapientiæ *c* Sapiens eris] potens æſtimate de omnibus rebus ſecundum valorem ſuum, prius cognito unoquoque ſecundum ſaporem ſuum. *d* Si inclinaveris aurem tuam] per humilitatem, & fidem, credendo eis, quæ dicuntur. *e* Excipies doctrinam,] idest, extra alios capies, & ex multis meliorem eliges. *f* Et ſi dilexeris audire] ab alio. *g* Sapiens eris] hic bis dicit: Sapiens eris, quia Sapientia duo dicit; ſaporem, quo guſtus ſpiritualis immutatur, in quo eſt cognitio experientiæ, & ſcientiam, qua intellectus illuminatur, in qua accipitur cognitio ſimplicis notitiæ. *h* In multitudine Presbyterorum prudentium ſta,] idest, commorare, ut ab eis addiſcas Sapientiam. Sed Presbyter Græce, ut dicit *Iſidorus*, Latine ſenior interpretatur; ſed quia multi ſenes ſunt fatui, ut illi, qui Suſannam condemnare voluerunt, *Dan.* 13. Ideo addit, prudentium. In multitudine autem dicit, quia ſcientia ab uno poteſt dici, non tamen perfecte morum ordinatio, quæ magis viſu, quam auditu addiſcitur. Sed quia poſſet cum illis eſſe corpore, & corde vagari per mundum. Ideo dicit. *i* Et Sapientiæ illorum,] idest, doctrinæ verbi & exempli. *k* Ex corde] Intellectu, & affectu. *l* Conjungere] attendendo quod dicunt, & imitando quod faciunt. Hæc eſt conjunctio veri Diſcipuli ad Magiſtrum. Forte modo non oportet conjungi, ſufficit jungi. Satis eſt attendere dictis, non imitari facta. Unde *Matt.* 23. Super cathedram Moyſi, &c. Sed ſi aliquando Doctores aliqua dicunt, vel faciunt, quæ non pertinent ad te, ad illa non oportet conjungi. Et ideo ſequitur. *m* Ut omnem narrationem Dei] idest, de Deo, vel quæ Deus narrat per illos. *n* Poſſis audire,] ab illis. *o* Et proverbia laudis,] idest, ſententiæ laudabiles, & occultæ. *p* Non effugiant a te] quaſi dicat: Illa commenda memoriæ; illa enim effugiunt a nobis, idest, extra nos fugiunt, quæ obliviſcimur. *q* Et ſi videris ſenſatum] idest, Sapientem, & doctum, & moribus ornatum, quod notatur in verbo videris. *r* Evigila ad eum] imitandum & audiendum. Imitandum in factis, audiendum in ſcholis. *ſ* Et gradus oſtiorum illius exterat pes tuus] hoc eſt, frequenter vade in domum ſuam, ut interroges, quæ ignoras, aut dubitas. In quo retunditur quorumdam ſuperbia, qui nimis confidunt de ingenio proprio, ita ut interrogare aliquid dedignentur; imo quod plus eſt, quæ audiunt, non repetunt, ſed nova circa excogitant. Contra quos dicitur *Prov.* 3. Ne ſis ſapiens apud temetipſum. Et ſupra parum: Ne innitaris prudentiæ tuæ. De hoc dicitur *inf.* 8 Ne deſpicias narrationem Presbyterorum Sapientum, & in proverbiis eorum converſare, Ab ipſis enim diſces Sapientiam, & doctrinam intellectus. *t* Cogitatum habe in præceptis Dei] non in vanis figmentis Philoſophorum, & curis carnis, & mundi. *u* Et in mandatis illius maxime] idest, plus quam in alia re. *x* Aſſiduus eſto,] meditando die ac nocte, & opera adimplendo: aliter inſufficiens eſt meditatio legis, niſi conſequatur operatio. Unde *Deut.* 6. Erunt verba hæc, quæ ego præcipio tibi hodie, in corde tuo, & narrabis ea filiis tuis, & meditaberis ſedens in domo tua, & ambulans in itinere, dormiens atque conſurgens, & ligabis ea quaſi ſignum in manu tua, Præcepta dicit quoad affirmativa; mandata, quoad negativa. *y* Et ipſe dabit tibi cor] idest, puri cordis intelligentiam. *z* Et concupiſcentia] ſalutaris. *a* Sapientiæ] idest, amor Sapientiæ quoad effectum. *b* Dabitur tibi] idest, a Deo. Hæc duo habebat, qui dicebat *Pſ.* 118. Quomodo dilexi legem tuam, Domine, &c.

a diſces eam, *b* & ſi accommodaveris animum tuum, *c* ſapiens eris. Si *d* inclinaveris aurem tuam *e* excipies doctrinam: & *f* ſi dilexeris audire, *g* ſapiens eris. In *h* multitudine Presbyterorum prudentium ſta, *i* & ſapientiæ illorum *k* ex corde *l* conjungere, ut *m* omnem narrationem Dei *n* poſſis audire, & *o* proverbia laudis *p* non effugiant a te. *q* Et ſi videris ſenſatum, *r* evigila ad eum, *ſ* & gradus oſtiorum illius exterat pes tuus. *t* Cogitatum habe in præceptis Dei: & in *u* mandatis illius maxime *x* aſſiduus eſto; *y* & ipſe dabit tibi cor, & *z* concupiſcentia *a* Sapientiæ *b* dabitur tibi.

CAPUT VII.

c NOli facere mala, *d* & non te apprehendent. *e* Diſcede *f* ab iniquo, & *g* deficient mala abs te. *h* Non ſemines mala in ſulcis injuſtitiæ, *i* & non metes ea in *k* ſeptuplum. *l* Noli quærere ab homine Ducatum, *m* neque a Rege

EXPOSITIO
CAP. VII.

NOli facere, &c.] Circa finem præcedentis capituli monuit Auctor commorari in multitudine Presbyterorum prudentium, & conjungi illorum Sapientiæ: nunc hortatur fugere ſocietatem malorum, & maxime hæreticorum, & eorum ſententiæ non conjungi. Unde dicit. *c* Noli facere mala,] idest, peccata. *d* Et non te apprehendent.] In pœnis *Pſalm.* 9. In operibus manuum ſuarum comprehenſus eſt peccator. Unde & *Pſ.* 7. dicit: Convertetur dolor ejus in caput ejus, & in verticem ipſius iniquitas ejus deſcendet, idest, pœna pro iniquitate. Unde *inf.* 27. Leo venationi inſidiatur ſemper; ſic peccata operantibus iniquitatem. *Prov.* 5. Iniquitates ſuæ capiunt impium. Et nota, quod non opera exteriora tantum prohibet; ſed voluntatem, a qua quaſi a radice oriuntur: ſicut dicit Dominus *Joan.* 8. Vade, & amplius noli peccare. A

e Diſcede] loco, & animo.

f Ab iniquo] idest, hæretico, vel quolibet alio peſtilente, quia qui tangit picem, inquinabitur ab ea: & qui communicaverit ſuperbo, induet ſuperbiam, *inf.* 13. Non tamen ſtatim diſcedendum eſt a peccatoribus, ſed prius admonendi ſunt; & ſi nolunt corrigi; tunc deinde dimitti poſſunt. Unde ad *Titum* 3. Hæreticum hominem poſt primam & ſecundam correctionem devita, ſciens, quia ſubverſus eſt, qui ejuſmodi eſt. Vel ſic. *c* Noli facere mala] idest, peccata.

d Et non te apprehendent,] idest, ad peccandum allicient. Peccatum enim, quod per pœnitentiam non diluetur, ſuo pondere ad aliud trahit. Unde *Pſalm.* 9 In operibus manuum ſuarum comprehenſus eſt peccator, *Proverb.* 5. Funiculis peccatorum ſuorum conſtringitur impius.

e Diſcede ab iniquo,] idest, Dæmone, non conſentiendo ei.

g Et deficient mala abs te] idest, peccata vel pœnæ debitæ pro peccatis.

h Non ſemines mala in ſulcis injuſtitiæ,] idest, non facias opera mala, nec doceas perverſa, quæ ſunt ſemina injuſtitiæ. Sicut enim bona doctrina, & bona opera ſunt ſemina juſtitiæ; ſic mala doctrina & mala exempla ſunt ſemina injuſtitiæ.

i Et non metes ea,] idest, pœnas debitas eis.

k In ſeptuplum,] idest, perfecte, quod fiet in gehenna, ubi perfecte punietur, quod hic videtur dimiſſum. Sic accipitur ſeptuplum, *Proverb.* 7. dicitur de fure: Deprehenſus quoque reddet ſeptuplum. Vel ſeptuplum dicit: quia ſicut boni habebunt ſeptem bona, in quibus conſiſtit eorum gloria: tria ex parte animæ, quatuor ex parte corporis: ſic & mali in Inferno ſeptem dotes horribiles habebunt. Odium contra dilectionem, quantum ad concupiſcibilem: cæcitatem, ſive tenebras, ſive ignorantiam contra viſionem Dei, quoad rationabilem: triſtitiam contra gaudium, quoad iraſcibilem. Item contra claritatem corporis habebunt obſcuritatem: contra agilitatem, ponderoſitatem, qua fixi erunt immobiles quaſi lapis: contra impaſſibilitatem, paſſibilitatem omnimodam: contra formoſitatem & ſubtilitatem, deformitatem, & denſitatem. Sic accipitur ſeptuplum *Geneſ.* 4 Septuplum ultio dabitur de Cain, idest, ſeptempliciter, idest, in ſeptem punietur, qui occiderit Cain.

l Noli quærere ab homine ducatum,] idest, dignitatem, per quam Dux fias aliorum.

m Neque a Rege] temporali.

a Cathedram

a cathedram honoris. b Non te juſtifices ante Deum; c quoniam agnitor cordis ipſe eſt: & d penes Regem e noli † videri ſapiens. f Noli quærere fieri Judex, niſi g valeas virtute h irrumpere iniquitates: i ne forte extimeſcas faciem potentis, k & ponas ſcandalum in agilitate tua. Non l pecces in m multitudine civitatis, n nec te immittas in populum, o neque alliges p duplicia peccata. q Nec enim in uno eris immunis. r Noli eſſe puſillanimis in † animo tuo. ſ Exorare, t & facere eleemoſynam ne deſpicias. Ne u dicas, in multitudine munerum meorum reſpiciet Deus: & x offerente me

a Cathedram honoris,] ideſt, honorem cathedræ, ideſt, prælationis, vel magiſterii. Et oſtenditur per hæc duo verba Ducatus & Cathedra, quid requiratur in eis, qui præiunt, ideſt, Ducatus exempli, & doctrina verbi. Redarguit autem ambitioſos in tribus. Primo, quia ſe ingerunt non vocati. Unde dicit: Noli quærere, *Heb.* 5. Neque enim quiſquam ſumit ſibi honorem, ſed qui vocatur a Deo, tanquam Aaron. Secundo, quia carnaliter, & a carnalibus promoventur, non intuitu Dei, ſed ſanguinis. Unde dicit: Ab homine Ducatum. In Scriptura enim ſæpe nomine hominis accipitur carnalis. Unde 1. *Cor.* 3. Cum ſit inter vos zelus, & contentio, nonne carnales eſtis, & ſecundum hominem ambulatis? Tertio, quia precibus armatis, vel vi ſæpius promoventur. Unde dicit: Neque a Rege Cathedram honoris, quod tamen modo ſæpiſſime fit, & a multis. Aliquando etiam multi per hypocriſim ſuam promoventur, quod valde abominabile eſt apud Deum. Unde ſubdit.

al. † velle.

1. *Reg.* 16. b Non te juſtifices ante Deum,] ideſt, non juſtum ſimules, vel jactes, ſicut dicit Phariſæus, *Luc.* 18. Quia Deus videt corda. Unde *Luc.* 12. Attendite a fermento Phariſæorum, quod eſt hypocriſis: Nihil enim opertum eſt, quod non reveletur, &c. Vel ſic: Non te juſtifices,] ideſt, non juſtum reputes, ſed peccatorem.

c Quoniam agnitor cordis ipſe eſt,] *Prov.* 16. Omnes viæ hominum patent oculis ejus, & ſpirituum ponderator eſt Dominus, *Jer.* 17. Ego Dominus ſcrutans cor, & probans renes.

d Et penes Regem] temporalem.

e Noli videri ſapiens,] ideſt, non quæras oſtendere ſapientiam tuam, ut dignitatem conſequaris. Duo ſunt, quæ maxime requiruntur in Prælato, ſcilicet, vita, & ſcientia: & in his duobus maxime optant lucere ambitioſi coram hominibus. Ideo utrumque prohibet. Apparentiam vitæ, cum dicit: Non te juſtifices. Apparentiam ſcientiæ, cum dicit: Et penes Regem. Et hoc dicit *Rabanus*: Nulla præſumptio pernicioſior, quam de propria juſtitia, aut ſcientia ſuperbire. Contra primum dicitur *Eccleſ.* 7. Non eſt homo juſtus in terra, qui faciat bonum, & non peccet. Contra ſecundum dicitur *Prov.* 26 Vidiſti hominem ſapientem ſibi videri: magis illo ſpem habebit ſtultus.

f Noli quærere fieri Judex] alienorum, ideſt, Prælatus, hoc eſt: Noli appetere prælationem.

g Niſi valeas virtute,] ideſt, vita, & ſcientia propria.

h Irrumpere iniquitates] prius proprias, & poſtea alienas, *Joan.* 8. Qui ſine peccato eſt, mittat in eam lapidem. Vel ſic.

g Niſi valeas virtute irrumpere iniquitates,] ideſt, niſi viriliter audeas reſiſtere iniquis, & opponere te murum pro domo Iſrael.

i Ne forte extimeſcas faciem potentis,] ideſt, vultuoſitatem Tyranni per potentiam Eccleſiam opprimentis.

k Et ponas ſcandalum in agilitate tua,] ideſt, ne ſubditi ſcandalizentur in levitate, & inconſtantia tua, ſive timiditate: quia non audes reſiſtere tyrannidi Principis tuos ſubditos opprimentis. Cum enim ſubditi vident Prælatum ſuum timere, aut fugere, de facili terrentur.

Unde *Zach.* 13. Percute Paſtorem, & diſpergentur oves gregis. *Hieron.* Hunc ſcito vere eſſe Chriſtianum, qui nec meruit, nec concupiſcit. *Ezech.* 3. Ut adamantem, & ut ſilicem polui faciem tuam, ne timeas eos, neque metuas a facie eorum. Adamas durus eſt; & tamen attractivæ naturæ eſt, quia attrahit ferrum, & ſignificat manſuetudinem Prælatorum, qui debent eſſe duri, & inſenſibiles ad contumelias propter Deum; & tamen per manſuetudinem attrahere peccatores. In ſilice ſignificatur duritia patientiæ, quam iterum debet habere Prælatus contra verba.

l Non pecces in multitudine civitatis] ideſt, coram multitudine, vel favore multitudinis: quia confuſi ſunt, qui hominibus placent. Unde *Gal.* 1. Si adhuc hominibus placerem, Chriſti ſervus non eſſem. Vel

m In multitudine,] ideſt, exemplo multitudinis: quia non minus ardebunt, qui cum multis ardebunt, *Ex.* 23. Non ſequeris turbam ad faciendum malum.

n Nec te immittas in populum] ideſt, in populi voluntatem, conſentiens ei, in malo faciendo, quia facientes, & conſentientes par pœna conſtringit, *Rom.* 1. Qui talia agunt, digni ſunt morte, non ſolum qui faciunt ea, ſed qui conſentiunt facientibus.

o Neque alliges,] ideſt, ad te liges.

p Duplicia peccata] ut ſcilicet, pecces in te, & peccantibus conſentias, & peccato voluntatis peccatum operis non addas, *ſupr.* 5. Non adjicias peccatum ſuper peccatum.

al. † corde.

q Nec enim in uno eris immunis,] ideſt, in nullo eris immunis, imo de omnibus reddes rationem, *Matth.* 12. De omni verbo otioſo, quod locuti fuerint homines, reddent de eo rationem in die judicii, *Eccl. ult.* Cuncta quæ fiunt, adducet Dominus in judicium pro omni errato, ſive bonum, ſive malum.

Vel ſic: (Nec in uno eris immunis,) ideſt, ſi unum tantum peccatum feceris, non ideo eris immunis, quia omnium mandatorum factus es reus. Unde *Jacob.* 2. Quicumque totam legem ſervaverit, offendat autem in uno: factus eſt omnium reus; quia per unum peccatum factum eſt inutile, quicquid fecerit. Melius poteſt exponi ſecundum tenorem litteræ.

q Nec enim in uno eris immunis,] ideſt, nec in peccato tuo, nec in peccato populi, ſed pro omnibus punieris. Unde *Num.* 25. Tolle cunctos Principes populi, & ſuſpende eos contra Solem in patibulis, quia ſcilicet, peccaverat populus. Ubi dicit *Beatus Gregorius*. Hæc homines ſi attenderent, prælationes non ambirent.

r Noli eſſe puſillanimis in animo tuo,] quin audacter, & potenter nequitias reprehendas, & pro tuo grege libere te exponas. Eſt autem puſillanimitas vitium contrarium fortitudini, quæ a Tullio, & Macrobio magnanimitas appellatur, virtus ſcilicet, qua homo ardua intrepide aggreditur. Ex puſillanimitate oritur triſtitia ſæculi, ut dicit *Gloſs.* quæ mortem operatur, 2. *Corinth.* 7. Hoc vitium maxime in Prælato eſt reprehenſibile. Unde *Deut.* 20. Quis eſt homo formidoloſus, & corde pavido, vadat & revertatur in domum ſuam, ne pavere faciat corda fratrum ſuorum, ſicut ipſe timore perterritus eſt. Si talis prohibetur ire in prælium, quanto magis Dux eſſe prælii prohibetur? *Proverb.* 28. Fugit impius nemine perſequente; juſtus autem, quaſi leo confidens abſque terrore erit. Item *in eodem* 12. Non contriſtabit juſtum, quicquid ei acciderit. Vel ſic.

r Noli eſſe puſillanimis in animo tuo] quin tribuas abundanter pauperibus. Juxta illud *Tob.* 4. Quomodo potueris, eſto miſericors, ſi multum tibi fuerit, abundanter tribue.

ſ Exorate] pro peccatis propriis, & gregis.

t Et facere eleemoſynam, ne deſpicias.] Mirum eſt, quod dicit, ne deſpicias; ſed credo, quod ſuperbiam quorumdam ſugillat, qui propria manu dare eleemoſynam pauperi non dignantur: nec ad petendum veniam peccatorum, humiliare ſe volunt.

Contra primos dicitur *Proverb ult.* de muliere forte: Manum ſuam aperuit inopi, & palmas ſuas extendit ad pauperem. Contra ſecundos dicitur *Luc.* 11. Cum oratis, dicite: Pater noſter. Et *infra*: Dimitte nobis debita noſtra. Et *eodem* 6.

Exiit Jeſus in montem orare, & erat pernoctans in oratione Dei. Sed quia ſunt aliqui, qui nimis confidunt de multitudine eleemoſynarum, non ceſſantes a peccatis. Ideo ſubdit.

a Ne dicas, in multitudine munerum meorum reſpiciet Deus] ideſt, me pro multitudine munerum.

x Et offerente me Deo Altiſſimo munera, &c.] quaſi dicat, non putes muneribus peccata tua redimere, & Deum placare, peccare non ceſſans, ut Cain. Non enim intentionem ex muneribus, ſed munera ex intentione penſat Deus. Unde *Geneſ.* 4. Reſpexit Dominus ad Abel, & ad munera ejus. Unde *Luc.* 17. Cum omnia feceritis, dicite: Servi inutiles

ſumus, quod facere debuimus, fecimus. *a* Non irrideas hominem in amaritudine animæ] ſuæ, ideſt, non in infortunio, ſive adverſitate, vel tentatione ſua, etiam ſi ſit inimicus tuus. Unde *Prov.* 24. Si ceciderit inimicus tuus, ne gaudeas, & in ruina ejus ne lætetur cor tuum, ne forte videat Dominus, & diſpliceat ei. Et *infra* 8. Ne deſpicias hominem avertentem ſe a peccato, neque improperes ei: memento quoniam omnes in corruptione ſumus. Ne ſpernas hominem in ſua ſenectute; etenim ex nobis ſeneſcunt: noli de mortuo inimico tuo gaudere, ſciens, quoniam omnes morimur, *Job* 31. Si gaviſus ſum ad ruinam ejus, qui me oderat: & exultavi, quod inveniſſet eum malum? Quare autem non ſit irridendus homo, ſubjungit.

E

Deo altiſſimo, munera mea ſuſcipiet. Non *a* irrideas hominem in amaritudine animæ, *b* eſt enim, qui humiliat, & *c* exaltat *d* circumſpector Deus, *e* Noli amare mendacium adverſus fratrem tuum, neque in amicum ſimiliter facias. *f* Noli velle mentiri omne mendacium; *g* aſſiduitas enim illius non eſt bona. *h* Noli verboſus eſſe in multitudine Presbyterorum, *i* & non iteres verbum in oratione tua. Non *k* oderis laborioſa opera, & *l* ruſticationem ab *m* Altiſſimo creatam. Non *n* te reputes in multitudine indiſciplinatorum. *o* Memento iræ; *p* quoniam non tardabit. *q* Humilia valde Spiritum tuum; quoniam *r* vindicta carnis impii *ſ* ignis *t* & vermis. *u* Noli prævaricari in amicum † pecunia

b Eſt enim, qui humiliat,] ſuperbum irridentem.

c Et exaltat] humilem.

d Circumſpector Deus.] Unde *Pſal* 74. Hunc humiliat, & hunc exaltat, &c. Et 1. *Reg* 2. Dominus pauperem facit, & ditat, &c. Dicitur autem circumſpector Deus: quia undique & ubique videt, Unde *infra* 23. Oculi Domini multo lucidiores ſuper Solem circumſpicientes omnes vias hominum, & profundum abyſſi, & corda hominum intuentes in abſconditas partes.

e Noli amare mendacium adverſus fratrem tuum, &c.] hoc eſt, non placeat tibi dicere mendacium contra fratrem tuum, vel amicum, qui amat te. Hic omne genus mendacii prohibetur, quia omne mendacium peccatum, ut dicit *Aug.* Sed quia ſunt aliqui, qui voluntatem mentiendi habent: ſed quia vel non audent, vel non poſſunt; ideo voluntatem mentiendi prohibet Dominus, dicens. *f* Noli velle mentiri, &c.] ideſt, aliquod mendacium, quodcumque illud ſit.

g Aſſiduitas enim illius, &c.] ideſt, mala eſt. *Sap.* 1. Os, quod mentitur, occidit animam, *infra* 20. Potior eſt fur, quam aſſiduitas viri mendacis. *Prov.* 19. Falſus teſtis non erit impunitus. Sed movet aliquem, quod dicit; Noli velle mentiri. Nam ſi velis aliquid, quomodo nolis illud? vel ſi nolis, quomodo vis? vel ſi vis, & nolis; vis, & non vis idem. Reſponſio. Voluntas motus eſt liberi arbitrii, & contrariorum eſt, & ſui ipſius probativa, & deteſtativa in diverſis temporibus. Unde malum, quod modo volo, poſſum illud nolle poſtea, & voluntatem illius deteſtari; & eſt bona voluntas, quia deteſtor malum, & ita non ſequitur me velle, & nolle idem; ſed quod volui prius, nolui modo; Prius enim volui peccare; modo vero nec volo me peccare, nec volo me peccandi voluntatem habere.

h Noli verboſus eſſe in multitudine Presbyterorum,] ideſt, Sapientium, quaſi dicat, noli dicere ſenſum tuum ſenioribus, a quibus potius debes doceri. Tutius enim eſt audire, quam loqui. Unde *infra* 32. Audi tacens, & pro reverentia accedet tibi gratia bona. *i* Et non iteres verbum in oratione tua,] quaſi dicat, ſic ora ita diſtincte, & plene, & plane; ut non oporteat te iterare propter curas intervenientes, vel propter prædicationem. Vel aliter: Non iteres verbum in oratione tua, ideſt, ſic pœnitere, & confiteri ita diſtincte, ut non opus ſit iterare confeſſionem. Quod dicitur contra quoſdam, qui confitendo peccata palliant alia involvendo, vel excuſant, vel attenuant, vel aliquid retinent inconfeſſum, vel confeſſionem dividunt pluribus confitentes, ut minus peccatores appareant; unde poſtea urgente conſcientia oportet eos redire ad confeſſionem, & iterare, quod minus, vel male dixerant. Vel ſic: Non iteres verbum in oratione tua, ideſt, non iteres peccatum, propter quod oporteat confeſſionem iterare. Vel aliter: Non iteres verbum in oratione tua, ideſt, coram Sapientibus non repetas ſæpe idem, vel non confidas in multiloquio. De hoc dicitur *Prov.* 13. Qui cuſtodit os ſuum, cuſtodit animam ſuam; qui autem inconſideratus eſt ad loquendum, ſentiet mala.

k Non oderis laborioſa opera,] quia homo natus eſt ad laborem, *Joan.* 5. quaſi dicat: noli amare otium, quia multa mala docuit otioſitas. *Infra* 33. Eſt autem otium voluntas laboris odioſa, & privatio operis, cum opportunitas temporis hoc requirit, ut dicit *Aug.* contra Manichæum, qui dicebat Deum fuiſſe, antequam mundum feciſſet, otioſum. *l* Et ruſticationem] ideſt, ruris culturam.

m Ab Altiſſimo creatam,] ideſt, a Deo impoſitam homini in pœnam primi peccati. Unde *Gen.* 3. Maledicta terra in opere tuo, in labore comedes panem tuum. De hoc dicit *Interlin.* Laborare, & otium fugere, laudabile eſt. Unde 2. *Theſſ.* 3. Obſecramus vos in Domino Jeſu Chriſto, ut cum ſilentio operantes ſuum panem manducent. *n* Non te reputes in multitudine indiſciplinatorum,] ideſt, non te aſſocies multitudini inquietorum inobedientium, quorum ſocietas periculoſa eſt, *Prov.* 13. Qui cum ſapientibus graditur, ſapiens erit: amicus ſtultorum ſimilis efficietur, 1. *Cor.* 15. Corrumpunt bonos mores colloquia mala. *o* Memento iræ,] ideſt, vindictæ futuræ malis in die Judicii. *p* Quoniam non tardabit,] *Jac.* 5. Ecce Judex ante januam aſſiſtit, *Deut.* 32. Juxta eſt dies perditionis, & adeſſe feſtinant tempora, *Soph.* 1. Juxta eſt dies Domini magnus, juxta & velox nimis. De hoc dicitur *inf.* 14. Memento quoniam mors non tardabit. *Socrates*: Summa Philoſophiæ cognitio eſt aſſidua mortis cogitatio.

al. † pecuniam.

q Humilia valde ſpiritum tuum] non oculos, vel vocem tantum. Eſt enim, qui nequiter ſe humiliat, & interiora ejus plena ſunt dolo. *Infra* 19. Unde Dominus *Matth.* 11. Diſcite a me, quia mitis ſum, & humilis corde. Valde dicit, quia tres ſunt gradus humilitatis, ut communiter dicitur. Primus eſt ſubdere ſe majori, ſecundus ſubdere ſe æquali, tertius ſubdere ſe minori: qui ad hunc gradum pervenit, valde humiliat ſpiritum ſuum. Ad hunc gradum videntur omnes Prælati obnoxii eſſe, propter illud dictum Domini, *Matt.* 3. Sic decet nos adimplere omnem juſtitiam, ideſt, perfectam humilitatem. Secundum *Beatum Benedictum* tredecim ſunt gradus humilitatis. Primus eſt corde, & corpore ſemper humilitatem oſtendere defixis in terram aſpectibus. Secundus pauca, & rationabilia loqui, & non clamoſa voce. Tertius, non eſſe promptum, & facilem in riſu. Quartus, taciturnitas, uſque ad interrogantem. Quintus, tenere, quod communis habet monaſterii regula. Sextus, credere, & pronunciare ſe omnibus viliorem. Septimus ad omnia indignum, & inutilem ſe confiteri, & credere. Octavus, nihil in confeſſione celare. Nonus, in duris obedientia. Decimus in aſperis patientia. Undecimus, omni patientia ſubdi omnibus. Duodecimus, propriam non amare voluntatem. Tertius decimus, omni hora timore Dei ſe cuſtodire ab omni peccato. Qui ad hunc gradum pervenit, valde humiliat ſpiritum ſuum. Et de tali vere dicitur: Qui ſe humiliat, exaltabitur, *Luc.* 14 & 18. Unde autem veniat timor, ſic humilians ſpiritum, ſubdit.

Tres gradus humilitatis.

Tredecim gradus humilitatis.

r Quoniam vindicta, &c.] ideſt, carnalis impii, ſcilicet, ignis,] exterius urens.

t Et vermis,] conſcientiæ interius mordens, *Iſa. ult.*

ſ Ignis eorum non extinguetur, & vermis eorum non morietur. *u* Noli prævaricari in amicum pecunia differenti,] ideſt, noli pervertere, nec tranſgredi legem amicitiæ propter pecuniam, quæ multipliciter differt ab amicitia, quæ eſt theſaurus incomparabilis. Unde *ſupra* 6. Amico fideli nulla eſt comparatio. Vel ſic: Noli prævaricari in amicum pecunia differenti, ideſt, facienti differentiam inter divitem, & pauperem, etiam inter amicos; quia libentius diviti, quam pauperi amicitia copulamus. Vel ſic. Noli prævaricari in amicum pecunia differenti,] contemnendo, vel opprimendo ipſum exiſtentem pecunia differenti, ideſt, licet differat a te pecunia majore, vel minore; non ideo injuriam facias ei, vel opprimendo ipſum exiſtentem pecunia differenti, ideſt, pro qua differtur habenti, ſi ditior es:

A vel furando ei res

u Noli prævaricari, &c.] Exponitur etiam hoc de illis qui relinquunt Eccleſias, & tantum per Vicarium regunt: qui revera prævaricantur in Chriſtum, qui totam Eccleſiam ſanguine ſuo comparavit & lavit, ſicut dicitur *Apocalyp.* 1. Unde dicit Auctor. *u* Noli prævaricari in amicum

Θ pecunia differenti]

k vel furando ei res ſuas, ſi pauperiores; & ita dicitur pecunia differri ab effectu; quia facit differre habentem, & non habentem. Aliqui libri habent (Pecuniam deferentem,) & tunc plana eſt littera. Alii habent, (Pecunia differenti) ideſt, pro qua defertur habenti, ſicut dicitur *infra* 13. Dives locutus eſt, & omnes tacuerunt, & verbum illius uſque ad nubes perducent: pauper locutus eſt; & dicunt, quis eſt hic? & ſi offenderit, ſubvertent illum: ecce & differentia, & deferentia.

al. † differentem. al. † deferenti.

C

al. †† Deli.

a Neque fratrem chariſſimum auro] ideſt, propter aurum, quod habes.

b Spreveris,] ſed potius perde pecuniam propter fratrem, & amicum, *inf.* 29. *Prov.* 12. Qui negligit damnum propter amicum juſtus eſt. Ergo a ſenſu contrario, qui non negligit injuſtus eſt. Vel ſic.

al. † donantem.

† differenti. *a* Neque fratrem chariſſimum auro *b* ſpreveris. *c* Noli diſcedere a muliere *d* ſenſata & *e* bona, *f* quam ſortitus es in *g* timore † Domini: *h* gratia enim verecundiæ illius *i* ſuper aurum. Non *k* lædas ſervum in veritate operantem, *l* neque mercenarium † dantem animam ſuam. *m* Servus ſenſatus *n* ſit tibi dilectus, quaſi anima tua: non *o* defraudes illum libertate: *p* neque inopem derelinquas illum. *q* Pecora tibi ſunt: *r* attende illis: *ſ* & ſi ſunt utilia, perſeverent apud te. *t* Filii tibi ſunt; *u* erudi illos, *x* & † curva illos *y* a pueritia illorum. *z* Filiæ tibi ſunt; *a* ſerva corpus illarum: & *b* non oſtendas hilarem faciem tuam ad illas. *c* Trade filiam, & *d* grande opus fece-

Inf. 13.

a Neque fratrem tuum] carnalem, vel ſpiritualem auro ſpreveris, ideſt, propter defectum auri, ideſt, quia pauper eſt. Dicit enim Petrus *Act.* 13. Argentum, & aurum non eſt mihi.

c Noli diſcedere a muliere ſenſata,] ideſt, habente ſenſum Dei in familia regenda.

e Et bona] ideſt, caſta, & quieta. *d* Senſata] ſcientia.

e Bona] vita. *f* Quam ſortitus es] lege matrimonii.

g In timore Domini] ideſt, cum reverentia, non cauſa luxuriandi, ſed generandi filios ad cultum Dei, ſicut *Tob.* 8. Domine, tu ſcis, quia non luxuriæ cauſa accipio ſororem meam conjugem, ſed ſola poſteritatis dilectione, in qua benedicatur nomen tuum in ſæcula ſæculorum. Et quare non debeat diſcedere, ſubjungit.

h Gratia enim verecundiæ illius,] ideſt, gratioſa verecundia illius.

i Super aurum,] ideſt, melior auro. Non autem verecundia virtus tantum, ſed ſtatus & perfectio virtutum, quæ maxime in muliere commendatur, *inf.* 32. Ante verecundiam præibit gratia, *inf.* 26. Gratia ſuper gratiam mulier ſancta, & pudorata. Ad litteram ergo docet Auctor conjugium eſſe ſervandum, ſecundum quod Dominus dicit *Matt.* 19. Quod Deus conjunxit, homo non ſeparet.

Myſtice.

Myſtice autem prohibet non diſcedere x ſocietate Eccleſiæ, quod fit per hæreſim; & pactum baptiſmale violare, quod fit per quodlibet peccatum mortale. De hac muliere dicitur *inf.* 26. Mulieris bonæ beatus vir; numerus enim annorum illorum duplex, *Prov.* 5. Cerva chariſſima, & gratiſſimus hinnulus: ubera ejus inebrient te omni tempore, & in amore illius delectare jugiter.

De clericis. al. † dilectionem.

● pecunia differenti,] ideſt, propter † dilationem pecuniæ, quod dicitur contra quoſdam Sacerdotes; qui quando ſubditi differunt reddere redditus, ſive oblationes, ſive decimas ſuas, nolunt eis dare Sacramenta; & ſic peccant in amicum, ideſt, in Chriſtum, qui ſemper diligit, & vere. Sequitur.

a Neque fratrem tuum auro,] ideſt, amore auri ſpreveris: fratrem dicit, vel ipſum ſubditum, vel Chriſtum, qui frater noſter eſt; quia hoc os nunc ex oſſibus meis eſt, &c. *Gen.* 2. Noli diſcedere a muliere ſenſata & bona,] ideſt, noli dimittere Eccleſiam tuam ſenſui tuo commiſſam, ut fiat bona. *f* Quam ſortitus es in timore Domini,] ideſt, ſi eam ſortitus es timore Domini, non precibus, aut pretio, aut cupiditate mediante; tunc enim dimitti debet omnino. De hoc dicitur *Prov.* 7. Non eſt vir in domo ſua: ab iit via longiſſima, & ſacculum pecuniæ ſecum tulit; in die plenæ Lunæ reverſurus eſt. Sequitur. *k* Non lædas ſervum in veritate operantem,] ideſt, ſine fictione, & fideliter, & utiliter. Talis enim non eſt lædendus, ideſt, affligendus convitiis, aut verberibus, aut mercedis dilatione, vel defraudatione. Unde *Lev.* 19. Non morabitur opus mercenarii tui apud te uſque mane.

l Neque mercenarium dantem animam ſuam,] ideſt, vitam ſuam tuo ſervitio exponentem. Illum, inquam, non læſeris convitiando, vel mercedem ſuam retinendo, *inf.* 33. Si læſeris eum injuſte, in fugam convertetur: & ſi extollens diſceſſerit quo quæras, & in qua via quæras illum, neſcis. *m* Servus ſenſatus,] ideſt, ſapiens.

n Sit tibi dilectus quaſi anima tua,] quaſi dicat: tantum dilige, quantum debes: & nihil ei facias, niſi quod velles animæ tuæ fieri, *inf.* 33. Si eſt tibi ſervus fidelis, ſit tibi quaſi anima tua.

o Non defraudes illum libertate] bene operandi, quod faciunt illi, qui ſervos baptizari non permittunt, & ad frugem melioris vitæ tranſire; & qui præcipiunt facere illicitum. Contra quos dicitur *Col.* 4. Domini, quod juſtum eſt, & æquum, ſervis præſtate. Vel ſic: Non defraudes illum libertate, ideſt, noli eum opprimere, ſed libere permitte ſervire in his, quæ poteſt, & decet. Sed cum diu ſervierit, libertate eum dona. Unde *Exod.* 21. Si emeris ſervum Hebræum, ſex annis ſerviet tibi; in ſeptimo liber egredietur gratis.

al. † cura. Inf. 30.

p Neque inopem derelinquas illum,] ideſt inopia oppreſſum; ſed inopiam ejus relevare tenetur Dominus ejus.

q Pecora tibi ſunt ad litteram] attende illis in cuſtodiendis ſine injuria proximi. *ſ* Et ſi ſunt utilia] tibi, ita quod nulli nociva, perſeverent apud te.

Myſtice.

Myſtice dicitur hoc de Prælato. *q* Pecora tibi ſunt,] ideſt, ſimplices ſubditi, qui ſicut pecora per omnia ſerviunt, & Paſtore indigent ut pecora. *r* Attende illis,] ideſt, provide illis paſtum ſpiritualem verbi, & exempli: & corporalem, ſcilicet temporalis ſubſidii, cum indigent. Unde Petro dicitur ter: Paſce oves meas. De hoc dicitur *Act.* 20. Attendite vobis & univerſo gregi, in quo vos poſuit Spiritus Sanctus Epiſcopos regere Eccleſiam Dei, quam acquiſivit ſanguine ſuo. De vigilantia boni Paſtoris dicitur *Gen.* 31. Viginti annis fui tecum; oves tuæ, & capræ tuæ ſteriles non fuerunt: arietes gregis tui non comedi: nec captum a beſtia oſtendi tibi: ego omne damnum reddebam: quicquid peribat furtim, a me exigebas, die noctuque urebar æſtu & gelu: fugiebatque ſomnus ab oculis meis. Item 1. *Reg.* 17. dicit David: Paſcebat ſervus tuus greges patris ſui; & veniebat leo, vel urſus, & tollebat arietem de medio gregis, & perſequebar eos, & percutiebam, eruebamque de ore eorum. *ſ* Et ſi ſunt utilia, perſeverent apud te,] ideſt, ſi ſint uſui tuo apta, hoc eſt, ſi ſalubriter tibi, & illis poſſis providere, tunc maneas cum eis; alioquin dimittenda ſunt.

Joan. 21.

t Filii tibi ſunt] carnales, vel ſpirituales.

u Erudi illos] diſciplina morum & fidei, ideſt, extra ruditatem pone. Omnis enim malus rudis.

x Et cura, vel curva illos] verberibus, vel verbis.

y A pueritia illorum] quia tunc flexibiles ſunt ſicut ramunculus. De hoc dicitur *infra* 30. Qui diligit filium ſuum, aſſiduat illi flagella, *Prov.* 22. Stultitia colligata eſt in corde pueri: & virga diſciplinæ fugabit eam. Item *in eod.* 23. Noli ſubtrahere diſciplinam a puero: ſi enim percuſſeris eum virga, non morietur. Tu virga percuties eum, & animam ejus de inferno liberabis.

z Filiæ tibi ſunt] carnales, vel ſpirituales.

a Serva corpus illarum] in caſtitate, vel in domo, ut non paſſim vadant ad choreas, & a juvenibus corrumpantur, ſicut Dina, *Gen.* 34. *inf.* 26. In filia non advertente ſe, firma cuſtodiam, ne inventa occaſione abutatur ſe. Et 42. Super filiam luxurioſam firma cuſtodiam, ne quando faciat te venire in opprobrium inimicis tuis. Qualiter autem hoc poſſit fieri, oſtendit, cum ſubjungit.

b Et non oſtendas hilarem faciem tuam ad illas] quia inde ſumunt fiduciam, ſive audaciam peccandi. Unde *Job* 29. Si quando ridebam ad eos, non credebant: & lux vultus mei non cadebat in terram. Sed quoniam non omnes volunt ſervare virginitatem, admonet Auctor, ut tales matrimonio copulentur. Si enim caſtitatem virginalem, aut vidualem non ſervant, neceſſe habent matrimonio uti, ſicut dicit Apoſtolus 1. *Corinth.* 7. Bonum eſt homini mulierem non tangere; propter fornicationem autem unuſquiſque ſuam habeat uxorem: & unaquæque ſuum virum habeat.

c Trade filiam,] matrimonio. Melius enim eſt nubere, quam uri, 1. *Corinth.* 7. *d* Et grande opus feceris,] ideſt, utile, vel grande; quia magnæ rei Sacramentum eſt matrimonium, ſicut dicitur *Epheſ.* 5. Sacramentum hoc eſt magnum; ego autem dico in Chriſto, &

ris & *a* homini ſenſato da illam. *a* Mulier ſi eſt tibi ſecundum animam tuam, *b* non projicias illam: & *c* odibili non credas te in toto corde tuo. *d* Honora patrem tuum: *e* & gemitus matris tuæ ne *f* obliviſcaris. *g* Memento, quoniam niſi per illos † non fuiſſes: & *h* retribue illis; quomodo & illi tibi. In *i* tota anima tua time Deum, & *k* Sacerdotes illius ſanctifica. In *l* omni virtute tua dilige eum, qui te fecit, & *m* miniſtros ejus non derelinquas. *n* Honora Deum ex tota anima tua, & *o* honorifica Sacerdotes, & † *p* propurga te cum brachiis: *q* Da illis *r* partem ſicut mandatum eſt tibi, primitiarum, & purgationis: & de *ſ* negligentia tua *t* purga te cum paucis. *u* Datum brachiorum tuorum, & *x* ſacrificium ſanctificationis *y* offeres Domino, *z* & initia Sanctorum: & *a* pauperi porrige manum tuam, ut *b* perficiatur propitiatio, & *c* benedictio tua, *d* gratia *e* datis in *f* conſpectu omnis viventis, & *g* mortuo non prohibeas gratiam. *h* Non deſis plorantibus in conſolatione, & *i* cum lugentibus ambula. Non te *k* pigeat *l* viſitare infirmum; ex

al. † natus.

al. † purga.

Eccleſia. *a* Et homini ſenſato da illam,] ideſt, prudenti, & ſtrenuo, qui provideat ei. De hoc dicit *Tullius*: Malo filiæ meæ virum, qui egeat pecunia, quam pecuniam, quæ egeat viro.

a Mulier ſi eſt tibi ſecundum animam tuam,] ideſt, ad ſalutem animæ tuæ, quæ ſcilicet, non ſcandalizat te.

D *b* Non projicias illam,] ideſt, procul abjicias a do-
Sup. 3. mo tua, & a corde tuo, imo toto corde diligas illam, *Ephes.* 5. Viri, diligite uxores veſtras, ſicut & Chriſtus dilexit Eccleſiam, & ſemetipſum tradidit pro ea, ut eam ſanctificaret.

c Et odibili,] mulieri, (non credas te in toto corde tuo,) ideſt, non reveles ſecretum, ut Samſon uxori ſuæ de Thannata, *Judicum* 14. & Dalilæ 16. Unde *Micheæ* 7. Ab ea, quæ dormit in ſinu tuo, cuſtodi clauſtra oris tui.

d Honora patrem tuum] carnalem, vel ſpiritualem, Deum ſcilicet, & Prælatum, & Magiſtrum obediendo, & reverentiam exhibendo.

e Et gemitus matris tuæ,] ideſt, dolorum, quos habuit te patiendo. *f* Ne obliviſcaris] affectu, vel effectu, *ſupra* 3. Eleemoſyna patris non erit in oblivione; nam pro peccato matris reſtituetur tibi bonum, *Tob.* 4. Memor eſſe debes, quæ & quanta paſſa ſit propter te pericula in utero ſuo, anguſtias ſcilicet, uſque ad mortem, *Joan.* 16. Mulier cum parit, triſtitiam habet, &c.

g Memento, quoniam niſi per illos non fuiſſes,] ideſt, memento, quod ex illis es ſubſtantialiter; non tamen ab illis auctoritate prima, ſed miniſterio potius. Unde 2. *Machab.* 7. dicit illa nobilis mater filiis ſuis: Neſcio qualiter in utero meo apparuiſtis; neque enim ſpiritum & animam ego donavi vobis, & vitam, & ſingulorum membra non ego ipſa compegi, ſed mundi Creator, qui formavit hominis nativitatem. *h* Et retribue illis] vicem, quomodo & illi tibi, quaſi dicat: Illi dederunt tibi vitam generando; & tu redde illis ſuſtentando vitam illorum. Unde 1. *Tim.* 5. Si qua autem vidua filios & nepotes habet, diſcat primum domum ſuam regere, & mutuam vicem reddere parentibus.

i In tota anima tua time Deum,] ut nihil audeas contra illum. In tota anima timet Deum, qui nihil timet niſi Deum & propter Deum, *Matth.* 10. Nolite timere eos qui occidunt corpus; animam autem non poſſunt occidere, ſed potius timete, &c.

k Et Sacerdotes illius ſanctifica,] ideſt, Prælatos Eccleſiaſticos honora, vel ſanctos eſſe reputa, reverentiam exhibendo, & eis non detrahendo, *Exod.* 22. Diis non detrahes, & Principi populi non maledices, 1. *Timoth.* 5. Qui bene præſunt Presbyteri, duplici honore digni habeantur.

l In omni virtute tua dilige eum, qui te fecit,] ideſt, in tota fortitudine tua, quæ eſt in ſuſtinendo gravia, & aggrediendo ardua propter Deum, *Deuteron.* 5. Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota fortitudine tua. *Auguſt.* Intellectu ſine errore: voluntate ſine contrarietate: memoria ſine oblivione. *Beatus Bernardus*: Dulciter, prudenter, & fortiter, & toto corde, omnes cogitationes in eum dirigendo: tota anima, omnia deſideria in eum, vel ad eum referendo: tota fortitudine, omnia opera propter ipſum faciendo. Hoc plene fiet in patria, partim in via. Unde dicit *Aug.* quod hoc mandatum non impletur in via; ſed quomodo ſit eundum, innuit.

m Et miniſtros ejus non derelinquas] cum eis converſari, vel non derelinquas, ideſt, non contemnas. Sicut illi, qui Prælatis ſuis ſuas conſcientias nolunt aperire per confeſſionem, ſed alios eligunt, ut minus erubeſcant. Similes Judæ, de quo legitur *Matth.* 27. Videns Judas, qui eum tradidit, quod damnatus eſſet, pœnitentia ductus retulit triginta argenteos Principibus Sacerdotum dicens: Peccavi, tradens ſanguinem juſtum. At illi dixerunt: Quid ad nos? tu videris, quaſi dicant: Nos non habemus poteſtatem abſolvendi te. Intellige de mortali.

n Honora Deum ex tota anima tua,] nihil deſiderando, niſi ipſum; nihil ipſi præponendo, vel æquiparando; ſed ipſum omnibus.

o Et honorifica Sacerdotes] eis reverentiam exhibendo propter ipſum, & neceſſaria miniſtrando, ut Miniſtris Dei eis peccata confitendo. *Gloſſa*: Dei amorem, & timorem ſe habere oſtendit, qui honorat, & timet Miniſtros ejus. Unde *Lucæ* 10. Qui vos audit, me audit; & qui vos ſpernit, me ſpernit. *ſup. 3. c in Eccleſiaſt.*

p Et propurga te cum brachiis,] eleemoſynam tribuendo, propriis brachiis acquiſitam. *Proverb.* 3. Honora Dominum de tua ſubſtantia.

q Da illis] Sacerdotibus.

r Partem, ſicut mandatum eſt tibi, primitiarum, & purgationis,] ideſt, decimarum, quæ pro purgatione offeruntur. Mandatum decimarum, & primitiarum habes, *Exod.* 22. *Levit. ultim. Numer.* 18. *Malach* 3.

ſ Et de negligentia tua,] ideſt, de peccatis ex negligentia commiſſis.

t Purga te cum paucis,] ideſt per pauca; quia pauca ſufficiunt ad deletionem talium peccatorum reſpectu eorum, quæ fiunt ex certa ſcientia. Vel cum paucis, ideſt, paucis revela, ſecundum quod dicitur *infra* 11. Non omnem hominem inducas in domum tuam. Vel (Cum paucis) dicit, quia pauci ſunt, qui peccata negligentiæ purgare ſciant.

u Datum brachiorum tuorum,] ideſt: acquiſitum labore proprio.

x Et ſacrificium ſanctificationis,] ideſt, quo ſanctificeris.

y Offeres Domino,] ideſt, Miniſtris Domini propter ipſum.

z Et Initia Sanctorum] ideſt, imitationes ſanctificationis ſunt hæc, ſcilicet, decimæ, primitiæ, datum, ſacrificium, & cetera, quæ dicta ſunt. Et dicit, Initia: quia hujuſmodi munera non faciunt ſanctificationem, ſed initiant.

a Et pauperi porrige manum tuam] eleemoſynam dando, vel corrigendo, vel conſulendo.

b Ut perficiatur propitiatio,] ideſt, peccatorum remiſſio.

c Et benedictio tua,] ideſt, gratiarum, vel beneficiorum collatio.

d Gratia] ſcilicet, propter gratiam.

e Dati,] ideſt, donationis tuæ.

f In conſpectu omnis viventis] quod fiet in futuro, quando gratia fiet gloria; & ſic perficietur benedictio, & propitiatio.

g Et mortuo non prohibeas gratiam] ſepulturæ, vel ſuffragiorum, vel obſequiorum in ſepeliendo. *h* Non deſis plorantibus in conſolatione] hoc eſt; conſolare lugentes, compatiendo eis. Hoc enim eſt opus miſericordiæ magis, quam ſepultura, ut dicit *Gloſſ.* Unde 1. *Theſſ.* 5. Conſolamini puſillanimes, *Iſa.* 61. Spiritus Domini ſuper me, eo quod unxerit me: ad annuntiandum manſuetis miſit me, ut mederer contritis corde, ut conſolarer omnes lugentes, per prædicationem & conſolationem, ut ponerem fortitudinem lugentibus Sion.

i Et cum lugentibus ambula] ad conſolandum eos, vel ad cogitandum de morte, *Eccl.* 7. Melius eſt ire ad domum luctus, quam ad domum convivii. *Jer.* 50. Ambulantes, & flentes properabunt.

k Non te pigeat,] ideſt tædeat.

l Viſitare infirmum] mente, vel corpore. *Jac.* 1. Religio munda, & immaculata apud Deum Patrem hæc eſt, viſitare pupillos,

pillos, & viduas in tribulatione eorum. *Job* 5. Viſitans ſpeciem tuam, non peccabis, quaſi dicat, niſi viſitaveris, peccabis. Unde *Matt.* 25. Infirmus fui, & non viſitaſtis me. *a* Ex his enim] quæ dicta ſunt, operibus miſericordiæ. *b* In dilectione] active, vel paſſive.

his *a* enim in *b* dilectione *c* firmaberis. In *d* omnibus operibus tuis memorare noviſſima tua, *e* & in æternum non peccabis.

C A P. VIII.

NOn *f* litiges cum *g* homine potente, *h* ne forte incidas in manus illius. Non *i* contendas cum viro *k* locuplete, *l* ne forte e contra conſtituat litem tibi. *m* Multos enim perdidit aurum, & argentum, & *n* uſque ad cor Regum extendit: & *o* convertit. Non *p* litiges cum homine linguato, *q* & non ſtruas in ignem illius *r* ligna.

c Firmaberis] per augmentum & radicationem. Et eſt argumentum, quod charitas creſcit ex operibus miſericordiæ. Ergo ex eis fit, & opera ex habitu exeunt; ergo miſericordia eſt charitas. Sic poſſet probari, quod omnis virtus eſt charitas; quia ex omnibus operibus virtutum creſcit charitas. Sed dicimus, quod hoc eſt ex conſequenti, & ratione concomitantiæ: quia ſcilicet, una virtus creſcit ex operibus alterius.

d In omnibus operibus tuis memorare noviſſima tua,] ideſt, mortem incertam, judicium juſtum, gehennam interminabilem, gloriam æternam.

e Et in æternum non peccabis,] ideſt, nunquam peccabis. Similiter *Joan.* 13. Non lavabis mihi pedes in æternum, ideſt, nunquam lavabis. Vel, non peccabis in æternum, ideſt, peccatum dignum morte æterna non facies. De hoc dicit *B. Bern.* Quid horribilius morte: quid terribilius judicio: quid intolerabilius gehenna poteſt cogitari? quid ultra metuet, qui ad iſta ſecurus eſt? Et ita validior eſt ad reſiſtendum peccato timor, quam pudor, & dolor. Unde *Greg.* Nihil adeo valet ad domanda carnis deſideria, ſicut cogitare, qualis ipſa erit mortua.

E X P O S I T I O C A P. VIII.

NOn litiges, &c.] In fine præcedentis capituli monuit Auctor ad declinationem peccati per recordationem finis. Sed quia inter omnia peccata, quod magis infeſtat, & facilius perpetratur, eſt peccatum linguæ, ideo de illo proſequitur Auctor exhortans a litigio, maxime cum tribus, ideſt, cum potente, cum divite, cum linguato homine, & ita hortatur ad pacem. Contendere enim cum majore eſt periculoſum, cum pare ambiguum, cum minore inhoneſtum. Cum nullo contendendum, vel litigandum eſt. Servum enim Domini non oportet litigare, 2. *Tim.* 2. ſed magis pacem habere ad omnes, & 2. Cor. 4. potius fraudem pati, ſicut dicitur *Roman.* 12. Nam, ut dicit *Aug.* nihil adeo diabolo aſſimilat, quam litigare. Dicit ergo. *f* Non litiges,] ideſt, verbis contendas ex ira, vel invidia, vel ſuperbia, vel avaritia.

g Cum homine potente,] ideſt, cum Prælato habente poteſtatem. Vel cum potente, ideſt, cum homine ſuperbo. Unde *Proverbior.* 26. Non reſpondeas ſtulto juxta ſtultitiam ſuam, ne efficiaris ei ſimilis. Et quare hoc?

h Ne forte incidas in manus illius,] ideſt in poteſtatem ejus, ſicut dictum eſt *ſup.* 4. Noli reſiſtere contra faciem potentis. Sed contrarium videtur ibidem. Pro juſtitia agonizare uſque ad mortem.

Item Elias reſtitit Achab Regi Iſrael, 3. *Reg.* 18. Et Joannes Herodi, *Marc.* 6. Solut. Attendenda eſt cauſa litis. Pro juſtitia & fide, pium eſt litigare: ſed improprie dicitur lis, ſed certamen. Unde 2. *Tim.* 4. Bonum certamen certavi, &c. Pro divitiis temporalibus congregandis certare impium eſt, & diabolicum. Unde *Luc.* 6. Qui aufert tibi, quæ tua ſunt, ne repetas, *Matth.* 5. Qui vult tecum contendere in judicio, & tunicam tuam tollere, dimitte ei & pallium, 1. *Cor.* 6. Jam omnino delictum eſt in vobis, quod judicia habetis inter vos: quare non magis injuriam accipitis? quare non magis fraudem patimini? Lites ergo & jurgia hic prohibet, maxime cum potente, divite, & linguato, certamina juſta commendat, *ſup.* & ita non eſt contrarietas.

i Non contendas cum viro,] ideſt, cum homine.

k Locuplete,] ideſt cum divite plures loculos habente; quia talis multos habet coadjutores. Nam divitiæ addunt amicos plurimos, *Prov.* 19.

l Ne forte e contra conſtituat litem tibi,] imponendo tibi crimen furti, vel aliquid tale: de quo non poſſis ei reſpondere, vel nimis pertrahendo cauſam; & ut non poſſis ſuſtinere expenſas.

m Multos enim perdidit aurum, & argentum,] ideſt, multis fuit occaſio perditionis. Inde enim oriuntur contentiones, invidiæ, & hujuſmodi; quia cupiditas eſt cauſa omnium malorum, 1. *Tim.* 6.

n Et uſque ad cor Regum extendit] ſe aurum & argentum, ideſt, uſque ad mortem cordis.

o Et convertit.] illud ad iniquitatem, *infr.* 31. Multi dati ſunt in auri caſus, & facta eſt in ſpecie ipſius perditio illorum.

p Non litiges cum homine linguato,] ideſt, garrulo. *Pſ.* 139. Vir linguoſus non dirigetur in terra. Cato:

Contra verboſos noli contendere verbis. *q* Et non ſtruas in ignem, ideſt in furorem illius. *r* Ligna,] ideſt verba, quæ ſunt ei materia incendii & furoris, *inf.* 28. Secundum ligna ſilvæ, ſic ignis ardebit: & ſecundum virtutem hominis, ſic iracundia illius erit, *Prov.* 27. Cum defecerint ligna, extinguetur ignis.

Myſtice, & Tropologice. *f* Non litiges cum homine potente,] ideſt, contra Chriſtum excuſando, vel attenuando peccatum in confeſſione. *Jerem.* 2. Quid vultis mecum judicio contendere? Omnes dereliquiſtis me, dicit Dominus: & *infra* Quid niteris bonam oſtendere vitam tuam ad quærendam dilectionem? quaſi dicat, non ſic quæritur dilectio Dei per excuſationem peccati, ſed potius per accuſationem. Unde *Pſal.* 36. Revela Domino viam tuam, & ipſe faciet. Myſtice.

f Non litiges cum homine potente,] ideſt, contra Prælatum rebellando, ſicut Levitæ contra Moyſen & Aaron, *Num.* 16. Multum erigimini filii Levi. *Amos* 7. dixit Amaſias Regi Iſrael: Rebellavit contra te Amos in medio domus Iſrael: non poterit terra ſuſtinere omnes ſermones ejus. Vel placitando, *Prov.* 31. Ne dederis ſubſtantiam tuam mulieribus, & divitias tuas ad delendos Reges. Vel murmurando *Num.* 16. Murmuravit omnis multitudo contra Moyſen & Aaron. Et nota, quod non dicit, contra potentem, ſed cum potente, propter hypocritas & adulatores, qui verborum ſuperficie videntur arguere potentes, ſed liniunt, & cum ipſis, & pro ipſis faciunt arguenda, ſcuta vendentes, vel oleum.

h Ne forte incidas in manus illius,] ideſt, Chriſti, *Heb.* 10. Horrendum eſt incidere in manus Dei viventis.

i Non contendas cum viro locuplete,] ideſt, cum viro juſto locuplete virtutibus, *Prov.* 24. Ne inſidieris & quæras impietatem in domo juſti, neque vaſtes requiem ejus, *Prov.* 13. Eſt quaſi pauper cum in multis divitiis ſit. Redemptio animæ viri, propriæ divitiæ. Vel, locuplete ſcientia, *Rom.* 11. O altitudo divitiarum, ſapientiæ & ſcientiæ Dei, *Iſa.* 33. Divitiæ ſalutis ſapientia & ſcientia. Vel locuplete pecunia: quia talis nihil iniquum timet facere pro pecunia acquirenda. *Pſal.* 72. Ecce peccatores & abundantes in ſæculo obtinuerunt divitias.

l Ne forte e contra conſtituat litem tibi,] ideſt, faciat te citari coram aliis Judicibus. *Iſ.* 33. Væ qui prædaris, nonne & ipſe prædaberis.

m Multos enim perdidit aurum ſapientiæ, & argentum eloquentiæ, quia abutuntur non proferentes ad honorem Dei, & utilitatem proximi; ſed ad gloriam propriam, & commodum temporale; & ideo non proderunt eis in die Judicii. *Soph.* 1. Argentum eorum, & aurum eorum non poterit liberare eos in die iræ Domini.

n Et uſque ad cor Regum extendit] ſe illud aurum, & argentum perditionis.

o Et convertit] cor Regum, ideſt, Doctorum, qui alios regere habent, ad iniquitatem, ad ambitionem, ad invidiam, *inf.* 31. Lignum offenſionis eſt aurum ſacrificantium: væ illis, qui ſectantur illud: & omnis imprudens deperiet in illo. *p* Non litiges cum homine linguato,] ideſt, cum Advocato, cujus lingua eſt arma ejus, & ſcutum, & ſagittæ; & gladius acutus, *Prov.* 30. Eſt generatio quæ pro dentibus gladios habet, & commandit molaribus ſuis, ut comedat inopes de terra, & pauperes ex hominibus.

q Et non ſtruas in ignem illius ligna,] ideſt, cupiditatem illius non incendas dando ei ſalarium. Utrumque enim videtur prohibere, & cum Advocato contendere, & eum ad contendendum conducere, quia lingua fallax non amat veritatem, & os lubricum operatur ruinas, *Prov.* 26. *inf.* 28. Lingua tertia multos commovit, & diſperſit illos.

a Non communices homini indocto, ne *b* male de progenie tua loquatur. Ne *c* deſpicias hominem avertentem ſe a peccato: *d* neque improperes ei. *e* Memento, quoniam omnes in corruptione ſumus. Ne *f* ſpernas hominem in ſua ſenectute: *g* Etenim ex nobis ſeneſcunt. *h* Noli de mortuo inimico tuo gaudere, *i* ſciens, quoniam omnes morimur, & *k* in gaudium † volumus venire. Ne *l* deſpicias narrationem *m* Presbyterorum Sapientium, & *n* in proverbiis eorum converſare. *o* Ab ipſis enim diſces Sapientiam, & *p* doctrinam intellectus: *q* & † fruere *r* Magnatis ſine querela. *ſ* Non te prætereat narratio ſeniorum: ipſi *t* enim didicerunt a patribus ſuis. *u* Quoniam ab ipſis diſces intellectum: & *x* in tempore neceſſitatis dabis reſponſum. Non *y* incendas carbones peccatorum, *z* arguens eos: & ne *a* incendaris *b* flamma ignis peccatorum illorum,

al. † nolumus.

al. † ſervire.

C

a extinguetur ignis, & ſuſurrone ſubtracto jurgia conquieſcunt.

a Non communices homini indocto,] ideſt, non habeas cum eo familiaritatem, vel cohabitationem, aut ſocietatem, aut frequentem collocutionem. Unde *infra* 22. Cum ſtulto ne multum loquaris, & cum inſenſato ne abieris.

b Ne male de progenie tua loquatur,] ad litteram, ſicut Judæi de Chriſto, *Joan.* 6. Nonne hic eſt Jeſus filius Joſeph, cujus nos novimus patrem, & matrem? Ideo dicitur *Proverb.* 24. Cum detractoribus ne commiſcearis, quoniam repente veniet interitus illorum.

c Ne deſpicias hominem avertentem ſe a peccato,] per pœnitentiam, & ſatiſfactionem.

d Neque improperes ei] quod peccavit; vel ſi forte labatur ex fragilitate. Non enim Dominus improperavit Magdalenæ; ſed dicentibus Phariſæis: Hic ſi eſſet Propheta, ſciret utique quæ & qualis eſt mulier, quæ tangit eum, quia peccatrix eſt, ſed dixit ad illam: fides tua te ſalvam fecit: vade in pace, *Luc.* 7. Neque pater filio prodigo revertenti improperavit peccata ſua præterita; ſed procidens in collum ejus, recepit eum cum gaudio, & fecit ei convivium, *Luc.* 15. Neque etiam Angeli improperant peccatoribus, & pœnitentibus peccata præterita: ſed potius faciunt illud, quod ſcriptum eſt *Luc.* 15. Gaudium eſt Angelis Dei ſuper uno peccatore pœnitentiam agente. Ideo dicit Dominus *Deut.* 23. Non abominaberis Idumæum, quia frater tuus eſt; neque Ægyptium, quia advena fuiſti in terra ejus, ideſt, peccator fuiſti, ſicut ipſe fuit; vel certe ſi non fuiſti, eſſe potuiſti, dicit Gregorius; vel adhuc eſſe poteris. Unde dicit Paulus *Galat.* 6. Fratres, præoccupatus ſi fuerit homo in aliquo delicto: vos, qui ſpirituales eſtis, hujuſmodi inſtruite in ſpiritu lenitatis, conſiderans teipſum, ne & tu tenteris. Ecce potentes, divites, verboſos conjungit Auctor; quia illa tria ſe concomitantur, ſicut patet in divite Epulone *Luc.* 15.

al. 9. 2. in Eccleſiaſt.

Θ *a* Non communices homini indocto,] ideſt, heretico, vel ſuperbo, *infra* 13. Qui tangit picem, inquinabitur ab ea: & qui communicat ſuperbo, induet ſuperbiam. *b* Ne male de progenie tua loquatur,] ideſt, de catholica Eccleſia, vel de bonis operibus.

Myſtice.

c Ne deſpicias hominem avertentem ſe a peccato;] quia non eſt homo, qui faciat bonum, & non peccet, *Eccl.* 7. Et *Proverb.* 24. Septies cadet juſtus, & reſurget. Unde etiam ſequitur.

e Memento, quoniam omnes in corruptione ſumus,] ideſt, in carne corruptibili, quia corpus, quod corrumpitur, aggravat animam, *Sap.* 9. Et ideo omnes poſſumus peccare; & ideo nullus debet alium deſpicere, ſi aliquando peccet; dummodo non ſit pertinax in peccato. Ideo dicitur 1. *Corinth.* 10. Qui ſe exiſtimat ſtare, videat, ne cadat.

f Ne ſpernas hominem in ſua ſenectute] corporali, vel ſpirituali.

g Etenim ex nobis,] ideſt, per corruptionem, quam habent, nobiſcum communiter, vel ex nobis, ideſt, ex juvenibus, quales nos ſumus, ſeneſcunt. Et quanto ſeniores fiunt, tanto magis honorandi, & adjuvandi ſunt, *Lev.* 19. Coram cano capite conſurge: & honora perſonam ſenis.

h Noli de mortuo inimico tuo gaudere,] ideſt, illius qui tibi injuriam aliquam irrogavit, vel qui te odit.

i Sciens, quoniam omnes morimur.] Unde 2. *Reg.* 14. Omnes morimur, & quaſi aquæ dilabimur in terram, quæ non revertuntur, *Eccl.* 6. Nonne ad unum locum properant omnia?

k Et in gaudium volumus venire] de morte inimicorum, quaſi dicat, mirum eſt hoc.

Aliqui habent. (Et in gaudium nolumus venire,) ideſt, nolumus, ut inimici gaudeant de nobis, *Infra* 18. Si præſtes animæ tuæ concupiſcentias ejus, faciet te in gaudium inimicis tuis. De hoc dicitur *Proverb.* 17. Qui in ruina lætatur alterius, non erit impunitus. Item *in eodem* 24. Cum ceciderit inimicus tuus, ne gaudeas, & in ruina ejus ne exultet cor tuum, *Job* 31. Si gaviſus ſum ad ruinam ejus qui me oderat: & exultavi, quod inveniſſet eum malum.

l Ne deſpicias narrationem] ideſt, doctrinam, vel conſiderationem.

m Presbyterorum ſapientium] ideſt, Doctorum.

n Et in proverbiis eorum converſare,] ideſt, ſecundum vitam, & doctrinam eorum vive, *ſupra* 6. In multitudine Presbyterorum prudentium ſta.

o Ab ipſis enim diſce Sapientiam,] de divinis.

p Et doctrinam intellectus] de moribus. Vel, (Sapientiam) exempli (, & doctrinam) intellectus verbi: tales enim, & exemplo ſanctæ converſationis docent Sapientiam, & verbo exhortationis doctrinam intellectus. Dicuntur autem proverbia, quaſi profunda verba difficilis doctrinæ; narratio vero dicitur facilis doctrina.

De hoc *ſup.* 6. Sapientiæ illorum ex corde conjungere, ut omnem narrationem Dei poſſis audire: & proverbia laudis non effugiant a te. Et nota, quod dicit, (doctrinam intellectus.) Multi enim doctrinam habent: quia multi ſunt Doctores; ſed non omnes habent doctrinam intellectus: quia non faciunt intelligi, quod dicunt, ſed involvunt ſententias ſermonibus extraneis. De quibus dicit Dominus conquerendo, *Job* 38. Quis eſt iſte involvens ſententias ſermonibus imperitis?

q Et fruere Magnatis ſine querela,] ideſt, dilige, & gratanter honora Prælatos, qui ſunt ſine querela, ut Aaron, *Sap.* 18. Properans homo ſine querela deprecari pro populis, reſtitit iræ, & impoſuit finem neceſſitati. Vel ſic.

q Servire ſine querela] active, & paſſive.

r Magnatis,] ideſt, ita ſervias eis, ut nec ipſi de te, nec tu de eis conqueri poſſis. *Jer.* Querulum eſt ſervorum genus, quantumcumque dederis eis, minus eſt.

ſ Non te prætereat narratio ſeniorum,] ideſt, inſtructio ſeniorum, quin effectum habeat in te: & hoc debet eſſe.

t Ipſi enim didicerunt a patribus ſuis.] Ideo bene poſſunt docere. Et ideo audiendi ſunt.

u Quoniam ab ipſis diſces intellectum,] ideſt, intelligentiam Scripturarum.

x Et in tempore neceſſitatis dabis reſponſum] paratus ſatisfacere poſcenti rationem de ea, quæ in te eſt, fide, & ſpe, 1. *Pet.* 3.

Et nota, quod dicit,] non te prætereat narratio ſeniorum.

Multos enim præterit narratio Doctorum, ſicut aqua præterit cribrum. Unde *infra* 21. Cor fatui quaſi vas confractum, & omnem Sapientiam non tenebit, *Aggæi* 1. Qui mercedes congregavit, miſit eas in ſacculum pertuſum, *infra* 27. Sicut in percuſſura cribri pulvis remanebit; ſic aporia hominis in cogitatu illius.

Talis enim non dabit reſponſum in tempore neceſſitatis, ſed nullum attendit tempus; & ideo reprobatur, *infr.* 20.

De ore fatui reprobabitur parabola, non enim dicit in tempore ſuo.

y Non incendas carbones peccatorum,] ideſt, non provoces ad iracundiam.

z Arguens eos] nimis aſpere. Nec prohibet Auctor arguere peccatores; ſed malum modum arguendi. Scriptum eſt enim *Levit.* 19. Non oderis fratrem tuum in corde tuo; ſed publice argue eum, ſi peccatum publicum eſt.

Et *inf.* 17. dicitur: Mandavit illis unicuique de proximo ſuo, *Matth.* 18. Si peccaverit in te frater tuus, corripe eum inter te & ipſum ſolum, 2. *Tim.* 4. Argue, obſecra, increpa.

a Et ne incendaris] ad iram. *b* Flamma ignis peccatorum illorum,] quos corrigis, dura, & aſpera eorum reſponſione,

hoc

a Ne contra faciem ſtes contumelioſi, ne b ſedeat quaſi inſidiator ori tuo, c Noli fœnerare d homini fortiori te: quod ſi e fœneraveris f quaſi perditum habe. g Non ſpondeas ſuper virtutem tuam: quod ſi h ſpoponderis, i quaſi reſtituens cogita. k Non judices contra Judices; l quoniam ſecundum quod † juſtum eſt, judicat. m Cum audace n non eas in via, o ne forte gravet mala ſua in te. p Ipſe enim ſecundum voluntatem ſuam vadit, q & ſimul cum ſtultitia illius peries. r Cum iracundo ſ non facies rixam, t & cum audace u non eas in deſertum: x quoniam quaſi nihil eſt ante illum ſanguis: y & ubi non eſt adjutorium z elidet te. Cum a fatuis conſilium non habeas; b non enim poterunt diligere, niſi quæ eis placent. c Coram extraneo ne d facies conſilium: e neſcis enim, quid † pariet. f Non omni homini cor tuum manifeſtes, g ne forte inferat tibi

hoc eſt, ſi tibi convitientur illi, quos corrigis, non ideo iraſcaris. *Rom.* 13. Noli vinci a malo; ſed vince in bono malum. 1. *Cor.* 4. Maledicimur & benedicimus, perſecutionem patimur, & ſuſtinemus, &c. Hoc eſt enim manſuetudo, ſive patientia, quæ maxime neceſſaria eſt Prædicatori. Unde *Pſ.* 91. Bene patientes erunt, ut annuntient. *Prov.* 19. Doctrina viri per patientiam noſcitur. a Ne contra faciem ſtes contumelioſi,] ideſt, hęretici, vel detractoris; contumelioſus enim eſt qui velox eſt ad verba injuriæ, ut dicit *Iſid.* b Ne ſedeat quaſi inſidiator ori tuo,] ideſt, verbis tuis, ut inveniat, quid contra te poſſit dicere. Hęretici enim in ſcholis auſcultant quid pro ſe; & quid contra nos poſſit dici. Detractores vero ſemper quærunt ut poſſint vituperare. *Jer.* 19. Sagitta vulnerans lingua eorum, dolum locuta eſt in ore ſuo: pacem cum amico ſuo loquitur, & occulte ponit ei inſidias. Sed numquid propter hoc debet Prælatus, vel Doctor tacere a correctione malorum, cum dicat Apoſtolus: Inſta opportune, importune, argue, &c. 2. *Tim.* 4.

al. † dignum. D

Reſponſio. Ubi ſperatur correctio alicujus, non debet tacere, ex quo habet officium; Ubi autem deſperatur correctio alicujus, & videtur nulla utilitas ſed exaſperatio; debet tacere. Unde *Prov.* 9. Qui erudit deriſorem, ipſe ſibi injuriam facit, & qui arguit impium, ipſe ſibi maculam generat. c Noli fœnerare,] ideſt, mutuare pecuniam, vel quamlibet aliam rem.

d Homini fortiori te] cum indigeat: quia non poteſt compelli ad reddendum. e Quod ſi fęneraveris] illi.

f Quaſi perditum habe,] quia in caſu eſt retrahere.

Myſtice. Myſtice. c Noli fœnerare,] ideſt, verbum Dei dare, vel prædicare.

d Homini fortiori te,] ideſt, hæretico obſtinato, vel cuilibet contemptori, qui pejor fieret ex prædicatione. *Matt.* 7. Nolite ſanctum dare canibus, neque mittatis margaritas ante porcos, *inf.* 22. Qui docet fatuum, quaſi qui conglutinat teſtam: qui narrat verbum non audienti, quaſi qui excitat dormientem de gravi ſomno. g Non ſpondeas ſuper virtutem tuam] vovendo. h Quod ſi ſpoponderis,] ideſt, ſi votum emiſeris. i Quaſi reſtituens cogita.] Illud, quod debet facere bonus paſtor, bonus Advocatus, bonus Medicus, bonus Architectus, bonus Agricola, bonus Doctor, bonus Pater, bonus Dux, bona Mater. Omnia enim hæc Prælatus, & ad officia illorum tenetur ſubditis. *Prov.* 6. Si ſpoponderis pro amico tuo, defixiſti apud extraneum manum tuam, illaqueatus es verbis oris tui. Item *in exod.* 20. Tolle veſtimentum ejus, qui fidejuſſor extitit alieni. *Ezech.* 3. & 33. Sanguinem ejus de manu tua requiram. Ideo dicitur *Prov.* 22. Noli eſſe cum his qui defigunt manus ſuas, & qui vades ſe offerunt pro debitis. De hac materia dictum eſt ſatis. *Prov.* 11. *ibi:* Qui ſuſcipit animas, ſapiens eſt. k Non judices contra judicem] ideſt, ne ſis obediens Judici, & Prælato tuo; vel ne murmures, vel contemnas, vel reprehendas.

l Quoniam ſecundum quod juſtum eſt judicat,] Alioquin non eſt judex. *Rom.* 2. Inexcuſabilis es o homo, qui judicas.

Myſtice. Myſtice. k Non judices contra Judicem,] ideſt, Chriſtum, qui conſtitutus eſt Judex vivorum, & mortuorum. *Act.* 10.

Unde *Joan.* 5. Pater non judicat quemquam, ſed omne judicium dedit filio.

l Quoniam ſecundum quod juſtum eſt, judicat] ſine acceptione perſonarum. *Act.* 10. In veritate comperi, quoniam non eſt perſonarum acceptor Deus.

m Cum audace,] ideſt, cum temerario, vel cum hæretico.

n Non eas in via] erroris, vel non communices ejus operibus, quæ ſunt in via ad infernum. *Prov.* 22. Noli eſſe amicus homini iracundo, neque ambules cum viro furioſo, ne forte diſcas ſemitas ejus. De hoc dicit *Pſal.* 1. Beatus vir, qui non abiit in conſilio impiorum: & in via peccatorum non ſtetit. Quare autem non ſit eundum cum audace, ſubdit. o Ne forte gravet mala ſua in te] ideſt, aggravet malitiam ſuam in te, vel te lædendo, vel malitiæ ſuæ conſentire compellendo. *Prov.* 27. Grave eſt ſaxum, & oneroſa eſt arena; ſed ira ſtulti utroque gravior. Item *in eod.* 13. Qui cum Sapientibus graditur, ſapiens erit; amicus ſtultorum ſimilis eis efficietur. p Ipſe enim ſecundum voluntatem ſuam vadit] non Dei, ſicut equus effrænis *inf.* 30. Equus indomitus evadet durus & filius remiſſus, ideſt, propriæ voluntati dimiſſus evadet præceps.

Hæc eſt origo omnium malorum ſequi propriam voluntatem, propter quod dicitur *inf.* 18. Poſt concupiſcentias tuas ne eas, & a voluntate tua avertere. q Et ſimul cum ſtultitia illius peries,] ideſt, cum ſtulto illo peribis ſequens illius ſtultitiam. r Cum iracundo non facies rixam] ad litteram, quia aut cito percutit, aut convitiatur, *inf.* 28. Homo iracundus incendit litem, & vir peccator conturbabit amicos.

al. † parit.

Myſtice. r Cum iracundo,] ideſt, hæretico, vel Judæo blaſphemo. *Myſtice.*

ſ Non facies rixam,] ideſt, non diſputes litigando, quia verſuti ſunt ut vulpes, & non diſputatione rationis capiuntur, ſed occulta eorum † perditione confunduntur; ſic enim Petrus Simonem in pleno ſermone confudit, ut legitur. *Act.* 8. *Gen.* 13. Facta eſt rixa inter Paſtores gregum Abraham, & Loth. al. † prædicatione,

t Et cum audace,] ideſt, cum hæretico.

u Non eas in deſertum,] ideſt, in ſecretum locum.

x Quoniam quaſi nihil eſt ante illum ſanguis] ſpiritualis, ideſt, peccatum. *Gen.* 4. dixit Cain ad Abel fratrem ſuum: Egrediamur foras. Cumque egreſſi eſſent in agro, conſurrexit Cain adverſus fratrem ſuum Abel, & interfecit eum. Vel ſic.

t Cum audace,] ideſt, cum temerario.

u Non eas in deſertum,] ideſt, ſecretum ſolitudinis, ubi ſunt latrones.

x Quoniam quaſi nihil eſt ante illum ſanguis,] ideſt, ſanguinis effuſio, ideſt, non timet occidere hominem, *inf.* 11. A ſcintilla una augetur ignis, & ab uno doloſo augetur ſanguis.

y Et ubi non eſt adjutorium,] ideſt, alicujus, qui juvet eum. z Elidet te] ſic Cain Abel. *Gen.* 4. iden dicitur *Eccl.* 4. Væ ſoli, quia cum ceciderit, non habet ſublevantem ſe, & ſi quiſpiam prævaluerit adverſus unum, duo reſiſtunt ei. a Cum fatuis conſilium non habeas] ſicut Roboam cum juvenibus relicto conſilio ſenum. 3. *Reg.* 12. b Non enim poterunt, &c.] & ideo non conſulunt utilia ſed placentia. *Iſ.* 30. Nolite aſpicere nobis ea, quæ recta ſunt, loquimini nobis placentia.

Ideo dictum eſt *ſup.* 6. Pacifici multi ſunt tibi: conſiliarius ſit tibi unus de mille, ideſt, cum multis habe pacem; ſed cum paucis conſilium.

c Coram extraneo,] ideſt, ignoto tibi.

d Ne facies conſilium,] ideſt, aliquid, quod vis eſſe ſecretum. *Prov.* 25. Cauſam tuam tracta cum amico tuo, & ſecretum extraneo non reveles. Vel ſic. c Coram extraneo,] ideſt, cum hæretico extraneo a fide.

d Ne facias conſilium,] ideſt, non diſputes de divinis Sacramentis, *inf.* 19. Amico & inimico tuo noli narrare ſenſum tuum. e Neſcis enim, quid pariet] vel paret] ideſt, neſcis, qualiter verbum Dei accipiat, vel quid contra te cogitet, *inf.* 19. A facie verbi parturit fatuus, tanquam gemitus partus infantis. f Non omni homini cor tuum manifeſtes,] ſed tali, de quo confidas, quod juvare poſſit, & ſciat & velit, *ſup.* 4. Non confundaris confiteri peccata tua: & ne te ſubjicias omni homini pro peccato, *inf.* 11. Non omnem hominem inducas in domum tuam: multæ enim ſunt inſidiæ doloſi.

g Ne forte inferat tibi gratiam falſam,] ideſt, vultus hilaritatem mente adverſa.

a Et

a Et convitietur tibi] retro te. Et ne forte in corde ſuo ſit illud *Prov.* 26. Quando ſubmiſerit vocem ſuam, non credideris ei: quoniam ſeptem nequitiæ ſunt in corde illius, *inf.* 19. Eſt, qui nequiter humiliat ſe, & interiora ejus plena ſunt dolo.

EXPOSITIO CAP. IX.

NOn zeles mulierem, &c.] In præcedenti capitulo actum eſt de pace; in iſto agitur de caſtitate. Et bene poſt pacem agitur de caſtitate: quia ſæpe ex otio pacis ſequitur deſtructio caſtitatis. Primo agit de caſtitate corporali, & amore illius uſque ibi. Non derelinquas amicum antiquum] Deinde agit de curialium impudicitia, qui vendunt Dominum propter lucra. In primo igitur reprehendens nimium amorem viri in propriam uxorem, atque zelotypiam. Dicit ergo.

b Non zeles mulierem ſinus tui,] ideſt, non nimis tenere, vel temere diligas

al. † multivolam. uxorem tuam, quæ dormit in ſinu tuo, ſicut Samſon Dalilam. *Jud.* 16. Vel. Non zeles, &c. ideſt, non ſis zelotypus ſuper uxore tua. Dicitur autem zelotypia nimius amor viri in uxorem, propter quod non poteſt ſuſtinere, ut alii miſceantur ei, vel colloquantur. Et ſic zelotypus dicitur nimius vel vehemens amator uxoris. De quo dicit *Aug.* Vehemens amator uxoris adulter eſt. Aliquando zelotypia dicitur idem, quod mœchia: & zelotypus adulter. Aliquando dicitur zelotypia ipſa ſuſpicio adulterii, & zelotypus ſuſpicioſus. Et ſic ſumitur *Num.* 5. Si ſpiritus zelotypiæ concitaverit quemquam virum adverſus uxorem ſuam, &c.

gratiam falſam, & *a* convitietur tibi.

CAP. IX.

NOn *b* zeles mulierem ſinus tui, ne *c* oſtendat ſuper te malitiam doctrinæ nequam. *d* Non des mulieri poteſtatem animæ tuæ, *e* ne ingrediatur in virtute tua, & *f* confundaris. Ne *g* reſpicias mulierem † malevolam, ne *h* forte incidas in laqueos illius. *i* Cum ſaltatrice *k* ne aſſiduus ſis, *l* nec audias illam, ne *m* forte pereas in efficacia illius. *n* Virginem ne conſpicias,

Myſtice. Myſtice: Mulier ſinus tui eſt hæreticus familiaris, vel detractor pravus demulcens dulci eloquio, ut emolliat te a veritate. Hanc igitur

b Non zeles mulierem,] ideſt, non diligas ad conſentiendum ei, vel ad imitandum.

Unde *Prov.* 5. Ne intenderis fallaciæ mulieris. Favus enim diſtillans labia meretricis; & nitidius oleo guttur ejus. Noviſſima autem illius amara, quaſi abſynthium.

Moraliter. Moraliter. Mulier ſinus tui caro tua eſt, quæ mollit herum, ideſt, ſpiritum. Hanc.

b Non zeles,] ideſt, nimium diligas, ut facias ejus concupiſcentias; quia qui delicate nutrit ſervum a pueritia ſua, poſtea ſentiet eum contumacem. *Prov* 29. De hoc dicitur *Mich.* 7. Ab ea, quæ dormit in ſinu tuo, cuſtodi clauſtra oris tui. Cauſam autem, quare non ſit zelanda uxor, ſubjungit.

c Ne oſtendat ſuper te malitiam doctrinæ, nequam,] ideſt, ne te alliciat blandimentis, vel blanditiis peccatum, vel doceat furari, vel fœnerari; vel idola adorare, ſicut Salomon uxores ejus. 3. *Reg.* 11. Unde dicitur *Deut.* 8. Non ſociabis cum eis connubia: filiam tuam non dabis filio ejus: nec filiam illius accipies filio tuo; quia ſeducet filium tuum ne ſequatur me.

d Non des mulieri poteſtatem animæ tuæ,] ut præſit & dominetur.

e Ne ingrediatur in virtute tua,] ideſt, ne emolliat cor tuum, ut auferat virtutem tuam.

f Et confundaris] ſicut Samſon, qui Dalilæ virtutem ſuam aperuit, quæ ingreſſa in eum rapuit, & confuſus eſt Samſon oculis exorbatus. *Jud.* 16.

Unde *inf.* 25. Mulier ſi primatum habeat, contraria eſt viro ſuo. Cor humile, & facies triſtis, & plaga mortis, mulier nequam.

Et non ſolum mulieri non eſt danda poteſtas animæ ſuæ; ſed nec fratri, nec filio, nec alicui amico. Unde *inf.* 33. filio, & mulieri, fratri, & amico non des poteſtatem ſuper te in vita tua, & non dederis alii poſſeſſionem tuam, ne forte pœniteat te, & depreceris pro illis. Melius eſt enim, ut filii tui te rogent, quam te reſpicere in manus filiorum tuorum. Signanter autem dicit: Non des mulieri poteſtatem animæ tuæ; quia mulier eſt ſubjecta viro a principio. *Gen.* 3. Sub viri poteſtate eris & ipſe dominabitur tui. *g* Ne reſpicias mulierem malevolam] vel multivolam, ſecundum *Rab.* ne forte concupiſcas eam. Non licet enim intueri, quod non licet concupiſci, dicit *Greg.* Qui viderit mulierem ad concupiſcendum eam, jam mœchatus eſt eam in corde ſuo: *Matt.* 5. Multivola mulier dicitur, quia multos, vel multa vult; vel quia multum volat, ideſt, ad multa diſcurrit. *Prov.* 7. Garrula & vaga, & quietis impatiens, nec valens in domo conſiſtere pedibus ſuis.

h Ne forte incidas in laqueos illius,] ideſt, ne capiaris ſpecie illius, ut David a Berſabee. 2. *Reg.* 11.

Vel ne ſeducaris blanditiis illius, & deceptionibus. *Eccl.* 7. Inveni amariorem morte mulierem; quæ laqueus eſt venatorum, & ſagena cor ejus, & vincula ſunt manus ejus.

Myſtice intelligitur hoc & illud de hæretico, qui per multos errores volat, & ſeducit. *Myſtice.*

Moraliter, de carne quæ multa vult. Qui corpori ſervit, multis dominis ſervit. *Moraliter.*

Intelligitur etiam de ſæculari ſcientia, & carnali voluptate. Sequitur. *i* Cum ſaltatrice ne aſſiduus ſis, nec audias illam.] Hic prohibet Auctor aſſiduitatem mulierum theatralium, quæ miris corporis geſticulationibus, & vocis blandæ modulationibus multos decipiunt, & capiunt. Unde *Matt.* 14. legitur quod cum ſaltaſſet filia Herodiadis, placuit Herodi: & juſſit decollari Joannem. Talis ſaltus multos provocat ad luxuriam. Unde *Jer* 21. Succendam ignem in ſaltum ejus, & devorabit omnia in circuitu ejus. Ideo bene excuſavit ſe Sara: *Tob.* 3. Tu ſcis, Domine, quod nunquam concupivi virum: & mundam ſervavi animam meam ab omni concupiſcentia: numquam cum ludentibus miſcui me: nec cum his, qui in levitate ambulant, participem me præbui. Idem dicit *Jer* 15. Non ſedi in conſilio ludentium. Verumtamen eſt ſaltus bonus, ſcilicet, bonæ operationis. De quo dicitur 2. *Reg.* 6. David autem percutiebat in organis armigatis, & ſaltabat totis viribus ante Dominum. Et *Matt.* 11. Cecinimus vobis, & non ſaltaſtis. Dicit ergo. *i* Cum ſaltatrice] ideſt, cum qualibet muliere theatrali. *k* Ne aſſiduus ſis] libenter reſpiciendo. *l* Nec audias illam] ideſt, cantilenas ejus.

m Ne forte pereas in efficacia illius,] ideſt, corporis geſticulatione, vel vocis modulatione efficaci ad perdendum te in anima, *inf.* 40. Tibiæ & pſalterium ſuavem faciunt melodiam, & ſuper utraque lingua ſuavis. *Iſa.* 13. Piloſi ſaltabunt ibi, & reſpondebunt ibi ululæ in ædibus ſuis, & ſirenæ in delubris voluptatis. Ideo dicitur *inf.* 28. Sepi aures tuas ſpinis, noli audire linguam nequam.

Myſtice. Saltatrix eſt hæreticus, qui per diverſos errores diſſilit, ut etiam eloquentiæ ſuæ amatorem aſpexerit, ad ſe trahat quaſi meretrix. Unde *Prov.* 7. Irretivit eum multis ſermonibus, & blanditiis labiorum ſuorum protraxit illum. *Myſtice.*

Moraliter. Saltatrix eſt anima peccatrix, quæ vertit caput ad terram, & anum ad cœlum, ideſt, cor ad terrena, & os ad cœlum. Hoc autem magni contemptus & magnæ deriſionis ſignum eſt, ſcilicet, oſtendere anum alicui. *Moraliter.*

Unde conqueritur Dominus *Jer.* 2. Verterunt ad me tergum, & non faciem, *Ezech* 8. Ecce in oſtio templi Domini inter veſtibulum, & altare quaſi viginti quinque viri dorſa habentes contra templum Domini.

Item ſaltatrix ambulat ſuper manus; ſic anima, cum de ſuis operibus gloriatur. *Job* 31. Si oſculatus ſum manum meam ore meo, quæ eſt iniquitas maxima, & negatio contra Deum Altiſſimum. *Lev.* 11. Quod autem ambulat ſuper manus ex cunctis animantibus, quæ incedunt quadrupedia, immundum erit.

Item ſaltatrix retro plicat ſe; & anima peccatrix anteriorum oblita ad poſteriora ſe convertit, ideſt, ad mundi divitias, & carnis delitias. *Jer.* 7. Abierunt in voluptatibus ſuis, & in pravitate cordis ſui mali: factique ſunt retrorſum, & non in ante. Item ſaltatrix, procax, ebriola, levis, gracilis, inverecunda, & multa hujuſmodi quæ conveniunt animæ peccatrici. Unde verſus.

Garrula, ſaltatrix, gracilis, levis, inverecunda:
Curva retro, caput ad terram, ſurſumque pudenda
Erigit, & quæſtum ſequitur, vix ſobria, nunquam
Caſta: per hæc anima peccantis vita notatur.

Sequitur. *n* Virginem ne conſpicias,] ideſt, adoleſcentulam non aſpicias ad concupiſcendam.

Ne forte

a ne forte ſcandalizeris in decore illius. † *b* Ne des fornicariis *c* animam tuam in ullo, ne *d* perdas te, † & animam tuam, & hæreditatem tuam. *e* Noli circumſpicere in vicis civitatis, *f* nec oberraveris in plateis illius: *g* Averte faciem tuam a muliere compta, & ne *h* circumſpicias ſpeciem alienam. *i* Propter ſpeciem mulieris multi perierunt, & ex *k* hoc *l* concupiſcentia, quaſi ignis exardeſcit; omnis *m* mulier quæ eſt fornicaria, *n* quaſi ſtercus in via conculcabitur. *o* Speciem mulieris alienæ multi admirati, *p* reprobi facti ſunt, *q* colloquium enim illius, *r* quaſi ignis exardeſcit. Cum *ſ* aliena muliere ne ſedeas omnino, nec *t* accumbas cum ea ſuper cubitum, & *u* non alterceris cum illa in vino, ne *x* forte declinet cor tuum in illam, & *y* ſanguine tuo *z* labaris in perditionem: *a* Ne dere-

a Ne forte ſcandalizeris,] ideſt, ne decor illius ſit tibi occaſio ſcandali, ſive ruinæ ſpiritualis. Sicut dicitur *Jer.* 9. Aſcendit mors per feneſtras veſtras diſperdere parvulos de foris, juvenes de plateis. *Thr.* 3. Oculus meus deprædatus eſt animam meam in cunctis filiabus urbis meæ. Et Holofernes captus eſt in oculis per ſpeciem Judith, ſicut legitur *Jud.* 12. Ideo dicit *Job* 31. Pepigi fœdus cum oculis meis, ut ne cogitarem quidem de Virgine. De hoc *inf.* 32. Ne ponas ſcandalum animæ tuæ. *Apoc.* 2. Habeo adverſum te pauca, quia habes illic tenentes doctrinam Balaam, qui docebat Balach mittere ſcandalum coram filiis Iſrael, ideſt, mulierculas ornatas *Num.* 25.

al. † Non.

al. † non habet animam tuam.

B

Myſtice. Myſtice. Prohibetur amor decoris eloquentiæ hæreticæ, quo multi decipiuntur. *Dan.* 13. Semen, Chanaan & non Juda, ſpecies decepit te. Sequitur. *b* Ne des fornicariis animam tuam in ullo,] ideſt, meretricibus, ad litteram; Nullus enim ſapiens daret filiam ſuam, aut uxorem ſuam fornicariis: quanto magis, nec animam ſuam dare debet in ullo, dicit, quia tota anima debetur Deo. *Deut.* 6. Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, &c. In nullo igitur danda eſt anima alicui, niſi Deo, neque cogitandò, neque deſiderando, neque loquendo, neque aliter operando, *inf.* 41. Erubeſcite a patre, & a matre de fornicatione.

Myſtice. Myſtice. *b* Ne des fornicariis,] ideſt, hæreticis, qui fornicantur cum falſis dogmatibus, vel dæmonibus, qui ſuggerunt fornicationem.

c Animam tuam] conſentiendo peccato, vel errori. In hoc autem, quod dicitur (non des) notatur libertas arbitrii, *inf.* 19. Qui ſe jungit fornicariis, erit nequam. *Cor.* 6. Corpus autem non fornicationi, ſed Domino: Quanto magis ergo nec anima?

d Ne perdas te & animam tuam & hæreditatem tuam] ecce tria incommoda, quæ facit luxuria. Corpus perdit. 1. *Cor.* 6. Qui fornicatur in corpus ſuum, peccat. Animam necat, opes annihilat. *Luc.* 15. Poſt multos dies congregatis omnibus, adoleſcentior filius peregre profectus eſt in regionem longinquam, & ibi diſſipavit ſubſtantiam ſuam vivendo luxurioſe, *Prov.* 29. Qui nutrit ſcortum, perdet ſubſtantiam.

e Noli circumſpicere in vicis civitatis,] quia impudicus oculus, impudici cordis eſt nuncius, dicit *Aug.* *Job.* 31. Si ad oſtium amici mei inſidiatus ſum. *Prov* 17. Oculi ſtultorum in finibus terræ.

f Nec oberraveris in plateis illius,] diſcurrens & vagus, *inf.* 21. Pes fatui facilis in domum proximi ſui. Contra quod dicitur *Prov* 25. Subtrahe pedem tuum de domo proximi tui *Job* 31. Si ambulavi in veritate, & in dolo feſtinavit pes meus.

g Averte faciem tuam a muliere compta,] ne capiaris in ſpecie illius.

Limoſi enim ſunt oculi noſtri, & cito adhæret eis ſpecies mulieris.

Unde *inf.* 25. Ne reſpicias in mulieris ſpeciem, & non concupiſcas mulierem in ſpecie.

h Et ne circumſpicias ſpeciem alienam,] ideſt, ſpeciem mulieris alterius viri, vel alterius, quæ non eſt tua uxor. Quia

i Propter ſpeciem mulieris, multi perierunt] in corpore & anima. Amnon propter Thamar, 2. *Reg.* 13. Salomon propter uxores ſuas, 3. *Reg.* 11.

. Unde *Proverb.* 7. Fortiſſimi quique interfecti ſunt ab ea.

k Et ex hoc,] ſcilicet malo reſpectu mulieris.

l Concupiſcentia] carnis (quaſi ignis exardeſcit.) Sicut enim ignis ex abundantia lignorum creſcit, & ex ſubtractione decreſcit; ita luxuria ex operibus, & collocutionibus, & ceteris occaſionibus creſcit; & his ſubtractis paulatim decreſcit.

Et de hoc igne dicitur *Job* 31. Ignis eſt uſque ad conſumptionem devorans &c.

m Omnis mulier quæ eſt fornicaria] quantæcumque nobilitatis ſit, vel formoſitatis.

n Quaſi ſtercus in via conculcabitur] plurimorum libidini ſe exponens.

Et ſicut ſtercus quanto plus calcatur, tanto amplius fœtet, ita mulier quanto pluribus ſe exponit, tanto plus ſordet. Et ſicut ſtercus quanto recentior, tanto fœtidior; ita eſt & de meretrice. Proverb *Iſa.* 51. Poſuiſti ut terram corpus tuum, & quaſi viam tranſeuntibus. *Ezech.* 16. Ad omne caput viæ ædificaſti ſignum proſtitutionis tuæ, & abominabilem feciſti decorem tuum: & diviſiſti pedes tuos omni tranſeunti, & multiplicaſti omnes fornicationes tuas.

C

o Speciem mulieris alienæ multi admirati] male intuentes.

p Reprobi facti ſunt] coram Deo, & hominibus. *Jer.* 5. Equi amatores in feminas, & emiſſarii facti ſunt, unuſquiſque ad uxorem proximi ſui hinniebat.

q Colloquium enim illius,] ideſt, mulieris alienæ.

r Quaſi ignis exardeſcit.] Cujus materia ſunt ipſa colloquia, nutus, & aſpectus, & tactus, & oſcula, & hujuſmodi: Sufflator, vetula mediatrix, vel ipſa Dæmonis ſuggeſtio. *Job.* 41.

Halitus ejus prunas ardere facit, & flamma de ore ejus egreditur. Unde *Jer.* 7. dicitur: Filii colligunt ligna & patres ſuccendunt ignem: & mulieres conſpergunt adipem.

ſ Cum aliena muliere non ſedeas omnino,] ideſt, moreris.

t Nec accumbas cum ea ſuper cubitum.] In lecto, ſicut ſolet fieri; locus enim ipſe ſæpe mittit ad illicita, & malas excitat cogitationes.

u Et non altercetis cum illa in vino] confabulando & potando pariter.

x Ne forte declinet cor tuum in illam,] ideſt, in concupiſcentiam illius.

y Et ſanguine tuo] effuſo.

z Labaris in perditionem] tam corporis, quam animæ.

y Sanguine tuo,] ideſt, peccato tuo.

z Labaris in perditionem] ideſt, in damnationem æternam. Ideo dicit Apoſtolus *Eph.* 5. Nolite inebriari vino, in quo eſt luxuria, *inf.* 19. Vinum & mulieres apoſtatare faciunt etiam ſapientes.

. Exemplum de Loth. *Gen.* 19. Et de Salomone. 3. *Reg.* 11. De Samſone. *Jud.* 16.

Myſtice exponitur hoc totum de doctrina hæretica, Myſtice. de ſæculari ſcientia, & carnali voluptate, quæ omnia per mulierem alienam ſignantur; quia emolliunt virum, ideſt, ſpiritum, & alienant a Deo. Et de quolibet illorum dicitur *inf.* 25.

Nequitia mulieris immutat faciem ejus, & obcæcabit vultum tuum tanquam Urſus.

a Ne derelinquas,] hæc eſt ſecunda pars hujus capituli. In prima parte, ſicut patet, prohibet Auctor zelum ſtultum mulieris, dominationem ejus, aſpectum illicitum; theatri aſſiduitatem, intuitum Virginis, fornicatorum ſocietatem, vagationem, ſive diſcurſum per vicos, & plateas civitatis, nutus adulterinos, colloquium, confeſſionem, adulationem, & potationem.

Nunc vero reprehendens inconſtantiam impudicam quorumdam, qui dominos, vel amicos ſuos propter lucrum aliquod, vel aliquid hujuſmodi mutant, invitat ad conſtantiam amicitiæ veræ. Et ponit hic duplicem differentiam amicitiæ, vel amicorum. Nam, & alius novus, & alius antiquus. Novum comparat vino novo; antiquum, vino veteri.

Sicut enim vinum novum dulcius eſt, ſed pongitivum; ita novus amicus fervet in amicitia, ſicut patet in novitiis religioſis.

Item vinum novum miſtum eſt cum fæce; ita novus amicus non eſt adhuc in amicitia depuratus. Vinum vetus eſt clarius & ſuavius, & odoriferius & tutius ſervatur; ſic amicus probatur.

Et ideo non eſt hic, pro illo dimittendus. Dicit ergo.

a Ne

a Ne derelinquas amicum antiquum,] tempore, vel ætata vel morum vetuſtate pro novo, & nondum cognito. *b* Novus enim non erit: &c.] Major enim fiducia eſt ea parte rei cognitæ quam ignotæ. Derelinquitur autem amicus, quando ei in tentatione, vel tribulatione, ſive adverſitate qualibet non ſubvenitur. Unde *Pſal.* 21. Deus, Deus meus, reſpice in me: quare me dereliquiſti? derelinquitur etiam, cum amicitia omnino ſolvitur, vel in odium vertitur, vel remittitur. Derelinquitur etiam, cum eo dimiſſo alius præeligitur, cui ſecreta committuntur. Et de hoc magis videtur loqui Auctor. Ne derelinquas amicum antiquum,] ideſt, ipſo dimiſſo non præponas ei novum. *b* Novus enim non erit ſimilis illi] in amore forte, & forte melior erit; ſed quod certius eſt, magis eſt eligendum.

a linquas amicum antiquum; *b* novus enim non erit ſimilis illi. *c* Vinum novum amicus novus; *d* Veteraſcet; *e* & cum ſuavitate bibes illud. *f* Non zeles gloriam & opes peccatoris; *g* Non enim ſcis, quæ futura ſit illius ſubverſio: *h* non placeat tibi injuria injuſtorum, *i* ſciens quoniam uſque ad inferos non placebit impius. k Longe † eſto ab homine poteſtatem habente occidendi; *l* & non ſuſpicaberis timorem mortis: Et ſi *m* acceſſeris ad illum, *n* noli aliquid committere, o ne forte auferat vitam tuam. *p* Commu-

c Vinum novum, amicus novus] ideſt, ſimile amico novo; quia ſicut incertum eſt de vino novo, quale erit: ita de amico novo.

d Veteraſcet] vinum novum. *e* Et cum ſuavitate bibes illud,] ideſt, ſuavius eſt ad bibendum. Sic amicus novus, cum diu fuerit in amicitia, ſuavior erit: & confidentius poteris ei committere ſecreta tua, quaſi dicat, antequam confirmes amicitiam cum illo, diu proba illum; quia ex mille vix unus invenitur amicus, ideſt, animi cuſtos, vel cordis conſors. Vel ſic continua.

b Novus non erit ſimilis illi] & tamen non eſt contemnendus. Quia. *d* Veteraſcet] amicus novus.

e Et cum ſuavitate bibes illud,] ideſt, ſuavior fiet, & clarior, & ſecurior. *Luc.* 5. Nemo bibens vetus vinum ſtatim vult novum; dicit enim vetus melius eſt.

Moraliter. Moraliter: *c* Vinum novum] novitius eſt, qui fervet, ut muſtum in novitate. Et certas proprietates vini novi habet, quæ notantur his verſibus.

Proprietates vini novi.

Fervet, ferratur, frangit, purgatur odore,
Ebriat, amittit dulcorem, pungit, opacum eſt.

Fervet charitate. *Jer.* 30. Factus eſt ſermo Domini in corde meo, quaſi ignis æſtuans. Ferratur religione. *Exod.* 29. Cinges baltheo Aaron, & liberos ejus: & impones eis mitras; eruntque Sacerdotes mihi religione perpetua. Frangit corpus obſervantiis diſciplinæ regularis. *Job.* 32. En venter meus quaſi muſtum abſque ſpiraculo, quod lagunculas novas dirumpit. Purgatur quotidiana confeſſione *Cant.* 7. Guttur tuum ſicut vinum optimum dignum dilecto meo ad potandum. Odore ebriat, ideſt, fama & exemplo ſanctæ converſationis. 2. *Cor.* 2. Chriſti bonus odor ſumus Deo in his, qui ſalvi fiunt. Et ad hanc ebrietatem invitat Sponſa. *Cant.* 5. Comedite amici, & bibite & inebriamini chariſſimi. Amittit dulcorem carnis & mundi, guſtu devotionis. *Greg.* Guſtato ſpiritu deſipit omnis caro. *Pſ.* 67. Paraſti in dulcedine tua pauperi Deus. Pungit compunctione. *Pſ.* 59. Potaſti nos vino compunctionis. *Luc.* 10. Samaritanus infudit vinum & oleum vulneribus ſauciati. Opacum eſt; quia fæx vitæ præteritæ adhuc eſt miſta conſcientiæ. *Pſ.* 47. In manu Domini calix vini meri plenus miſto, & inclinavit ex hoc in hoc; veruntamen fæx ejus non eſt exinanita.

Myſtice. Myſtice. Amicus antiquus eſt Chriſtus, qui dilexit, & elegit nos ante mundi conſtitutionem. *Eph.* 1. Amicus novus, mundus eſt. Amicus quidem nomine; ſed inimicus re.

De quo dicitur *ſup.* 6. Eſt amicus ſecundum tempus ſuum, & non permanebit in die tribulationis, & eſt amicus, qui convertitur ad inimicitiam. Non eſt ergo derelinquendus amicus antiquus pro novo. Quod tamen faciunt omnes, qui plus diligunt mundum, vel quæ mundi ſunt, quam Deum. Quibus dicitur *Joan.* 2. Nolite diligere mundum, neque ea, quæ mundi ſunt, ſi quis diligit mundum, non eſt charitas Patris in eo. Antiquum vinum, doctrina antiquorum: novum, nova doctrina, & modernorum. Non eſt illa dimittenda pro iſta, quia ſicut dicit *Jer.* Bos laſſus altius figit pedem. Et Poeta. *Barbato crede Magiſtro.* Et *inf.* 34. In multis expertus cogitabit multa, & qui multa didicit, enarrabit intellectum. Sequitur.

f Non zeles gloriam, & opes peccatoris] ideſt, non deſideres honores hujus mundi, neque divitias; quia vix ſine peccato poſſunt acquiri, vel poſſideri. *Aug.* Omnis dives aut iniquus, aut hæres iniqui. De primo dicitur *Luc.* 14. Omnis qui ſe exaltat humiliabitur. De ſecundo *Matt.* 6. Nolite vobis theſaurizare theſauros in terra. De utroque dicitur in *Pſal.* 36. Noli æmulari in malignantibus, neque zelaveris facientes iniquitatem. *Prov.* 24. Ne æmuleris viros malos, nec deſideres eſſe cum eis. *Sen.* Summa via malorum eſt; quod vivitur ad exemplum.

g Non enim ſcis quæ futura ſit illius ſubverſio,] ideſt, qualis & quanta, & quando. *Job.* 20. Hoc ſcio a principio, ex quo poſitus eſt homo ſuper terram, quod laus impiorum brevis ſit, & gaudium hypocritæ ad inſtar puncti. *Pſal.* 36. Vidi impium ſuperexaltatum, & elevatum ſicut cedros Libani, tranſivi, & ecce non erat. *al. † ab eſto.*

h Non placeat tibi injuria injuſtorum,] quaſi dicat, ſi non potes prohibere injuriam injuſtorum, ſaltem diſpliceat tibi. *i* Sciens quoniam uſque ad inferos non placebit impius,] Deo, vel hominibus, ideſt, nullo tempore, nullo loco placebit impius, niſi in inferno, ubi nullam poterit facere injuriam ſed de ipſo fiet juſtitia. Et tunc quod diſplicuit Deo, & Sanctis in culpa juſta, placebit in pœna juſta. D

Unde *Pſal.* 57. Lætabitur juſtus, cum viderit vindictam. *Iſa. ult.* Egredientur, & videbunt cadavera virorum, qui prævaricati ſunt in me.

k Longe eſto ab homine poteſtatem habente occidendi,] ideſt, a tyranno, loco, & animo, quaſi dicat, non conſentias tyrannidi potentum, ne ſis in conſortio eorum, vel de familia eorum, *inf.* 13. Ditiori te ſocius ne fueris. Quid communicabit cacabus ad ollam? Quando enim ſe colliſerint confringetur. Exemplum de Seneca flebotomato. Vel ſic.

k Longe eſto ab homine poteſtatem habente occidendi] ideſt, ne ſis nimis audax, ut indiſcrete te offeras periculo mortis. Non eſt enim provocandus tyrannus, ſed fugiendus, ubi fides, vel charitas non periclitatur. Unde *Matt.* 10. Cum perſecuti vos fuerint in una civitate, fugite in aliam.

l Et non ſuſpicaberis timorem mortis,] ideſt, non in ſuſpicione colligas timorem mortis, quaſi dicat, talem te exhibe, ut audeas mori, cum neceſſe fuerit: & ſcias declinare mortem, cum oportuerit.

Myſtice. *k* Longe eſto ab homine poteſtatem habente occidendi] ideſt, a diabolo, qui nocere poteſt, & non prodeſſe. Qui dicitur homo, quia hominem vicit: ſicut Scipio dicitur Africanus, quia devicit Africam. *Matt.* 13. Inimicus homo hoc fecit. Longe eſto ab iſto homine per diſſenſum, & humilitatem. M

l Et non ſuſpicaberis timorem mortis] & tunc non timebis mortem æternam.

Item homo poteſtatem occidendi habens, Chriſtus eſt *Matth.* 10. Eum timete, qui poteſt animam & corpus perdere in gehennam. Ab hoc longe eſto receptione dignitatis, non ingerendo te; ſicut ambitioſi, qui faciunt ſe ordinari, & audiunt Theologiam, ut valeant citius promoveri accedentes ad altare Domini cum igne alieno, ideſt, ambitionis, quod eſt contra legem. *Lev.* 10. Arreptis Nadab & Abiu thuribulis impoſuerunt ignem, & incenſum deſuper offerentes coram Domino ignem alienum, quod eis præceptum non erat, egreſſuſque ignis a Domino devoravit eos; & mortui ſunt coram Domino, *inf.* 13. Advocatus a potiore diſcede; ex hoc enim magis te advocabit.

Et hoc docuit Dominus, qui cum eum vellent facere Regem, fugit. *Joan.* 6. Sequitur.

m Et ſi acceſſeris ad illum] ſcilicet potentem.

n Noli aliquid committere] mali, unde habeat occaſionem malignandi.

o Ne forte auferat vitam tuam] occaſione illius, quod feceris.

De hoc *Rom.* 13. Principes non ſunt timori boni operis, ſed mali. Vis non timere poteſtatem? Bonum fac, & habebis laudem ex eo.

p Communionem mortis ſcito,] ideſt, attende, quod mors communiter, & indifferenter omnes capiat, ſine perſonarum acceptione. 2. *Regum* 14. Omnes morimur. *Eccl.* 3. Cuncta ſubjacent vanitati, & omnia pergunt ad unum locum. Vel ſic. Communionem mortis ſcito,]

ideſt,

Digitized by Google

ideſt, cogita te moriturum, ſicut & alii moriuntur. Et ita cogita.
a Quoniam, &c.] mortis, & peccati. *b* Ingredieris] quocumque vadas. *c* Et ſuper dolentium,] ideſt, ſuper Dæmonum ſuggeſtiones, ſive tentationes viriliter reſiſtendo, & ſuperando, ſi ſcilicet cogitas te moriturum. *Sen.* Vive, qualiter as moriturus: ſic operare, quaſi ſemper victurus. *Socr.* Summa Philoſophiæ cognitio eſt aſſidua mortis cogitatio. Nota, arma juſtorum ſunt virtutes, 2. *Cor.* 6. Per arma juſtitiæ a dextris, & a ſiniſtris. Item arma Doctorum, ſcientia, & patientia, *Cant.* 4. Mille clypei pendent ex ea, omnis armatura fortium. Item arma dolentium † pœnitentiæ. *Hier.* Cinis & cilicium ſunt arma pœnitentium. Item arma iniquitatis, oculus vagus, lingua diſſoluta, manus otioſa, & hujuſmodi, *Rom.* 6. Neque exhibeatis membra veſtra arma iniquitatis peccato. Item arma Diaboli

al. † miſericordiæ.

nionem mortis ſcito: *a* quoniam in medio laqueorum *b* ingredieris, *c* & ſuper dolentium arma ambulabis. *d* Secundum virtutem tuam *e* cave te a proximo tuo, & *f* cum ſapientibus, & prudentibus tracta. Viri *g* juſti ſint tibi convivæ, *h* & in timore Dei ſit tibi gloriatio, *i* & in ſenſu ſit tibi cogitatus Dei, *k* & omnis enarratio tua in præceptis Altiſſimi. In *l* manu Artificum opera † laudabuntur, *m* & † Princeps populi in *n* ſapientia ſermonis ſui, in *o* ſenſu vero ſeniorum *p* verbum. *q* Terribilis eſt in civitate ſua homo linguoſus, & *r* temerarius in verbo ſuo *ſ* odibilis erit.

al. † laudabitur.
al. † Principes.

C A P. X.

JUdex *t* ſapiens *u* judicabit populum ſuum, *x* & principatus ſenſati † *y* terribilis erit. *z* Secundum judicem populi, ſic & miniſtri ejus, & qualis Rector eſt civitatis, tales & inhabitantes in ea. *a* Rex inſipiens

al. † ſtabilis.

peccatores, vel peccata, *Job.* 4. Protegunt umbræ umbram ejus, item *in eod.* 41. Corpus ejus quaſi ſcuta fuſilia compactum ſquamis ſe prementibus.
d Secundum virtutem tuam,] ideſt, poſſibilitatem tuam. *e* Cave te, &c.] ideſt, carne tua, *Mich.* 7. Ab ea, quæ dormit in ſinu tuo, cuſtodi clauſtra oris tui.
f Et cum ſapientibus, &c.] quid credendum, & quid agendum, quid ſperandum, & quid timendum: quid fugiendum, & quid appetendum. Sapientes dicit contemplativos, qui divina ſapiunt: prudentes dicit activos, qui temporalia diſponunt, *Job.* 5. Quod auditum eſt, mente pertracta, *Prov.* 13. Qui cum ſapientibus graditur, ſapiens erit. *g* Viri juſti ſint tibi convivæ,] ideſt, commenſales ad litteram. Unde Dominus *Luc.* 14. dicit: Cum facis convivium, voca pauperes, debiles, & claudos, & beatus eris. *Pſal.* 100. Ambulans in via immaculata hic mihi miniſtrabat. *Tob.* 2. Cum eſſet dies feſtus Domini, & factum eſſet prandium bonum in domo Tobiæ, dixit filio ſuo: Vade & adduc aliquos de Tribu noſtra timentes Deum, ut epulentur nobiſcum. *h* Et in timore Dei ſit tibi gloriatio,] ideſt, hoc gloriare, ſi times Deum, & gloriare non in te, ſed in Domino, qui dat donum timoris, *ſupra* 1. Timor Domini gloria, & gloriatio, lætitia, & corona, *infr.* 23. Nihil melius, quam timor Dei, & nihil dulcius, quam reſpicere in mandatis Domini. *i* Et in ſenſu ſit tibi cogitatus Dei,] ideſt, ſenſate, ſive ſapienter cogita de Deo. Vel ſic: In ſenſu ſit tibi cogitatus Dei, ideſt, ut recte ſentias de Deo, cogita, & attende. Vel ſic: In ſenſu ſit tibi cogitatus Dei, ideſt, ut ſenſus tuos bene regas, cogita de Deo, qui de omnibus exiget rationem, etiam de verbo otioſo, *Matth.* 12.
k Et omnis enarratio tua in præceptis Altiſſimi,] ideſt, in præceptis Dei, nihil doceas alios, vel loquaris, niſi quod Deus præcipit. Unde *ſuper* 3. Quæ præcepit tibi Deus, cogita illa ſemper, *Pſal.* 8. Narrabo omnia mirabilia tua, ideſt, omnis interrogatio mea erit ex mirabilibus tuis. Sed paucorum, vel nullorum eſt hoc; ideo ſic exponitur de quibuſdam: Omnis enarratio tua in præceptis Altiſſimi, ideſt, nulla contra. Similiter 1. *Cor.* 10. Sive manducatis, ſive bibitis, vel aliquid aliud facitis: omnia in gloriam Dei facite, *Epheſ.* 4. Omnis ſermo malus ex ore veſtro non procedat; ſed ſi quis bonus, ad ædificationem fidei. *l* In manu artificum opera laudabuntur,] ideſt, ipſi Artifices in ſuis operibus laudabuntur, & nunc, & in futuro, ſicut dicitur *Prov. ult.* Laudent eam in portis opera ejus. Neque etiam hoc dicit Auctor, quod Artifices laudabuntur; ſed opera Dei in manu Artificum: non enim ad hoc faciunt opera ſua ut laudentur; ſed ut Deus glorificetur. Unde *Matth.* 5. Sic luceat lux veſtra coram hominibus, ut videant opera veſtra bona, & glorificent Patrem veſtrum, qui in cœlis eſt. *m* Et Princeps populi,] ideſt, Prælatus, vel Doctor qui præeſt populo.
n In ſapientia ſermonis ſui] ſupple, laudabitur. Doctrina enim laudabilis eſt, quam vita commendat. Unde *Job* 29. Gloria ſemper innovabitur, & arcus meus in manu mea inſtaurabitur. Inde eſt, quod tertius quinquagenarius aliis pereuntibus adduxit Eliam, 4. *Reg.* 1. quia Prælati, qui non operantur, pereunt: illi ſoli ſalvantur, qui docent, & prædicant, & operantur.
o In ſenſu vero ſeniorum,] ideſt, in ſapientia Doctorum, exiguum. *p* Verbum,] laudabitur. Illud enim verbum laudabile eſt, quod ſapientia gignit, id eſt quod ex affectu, & intellectu oritur. Verbum exiguum, Evangelica doctrina, & brevis ſermo, de quo *Iſaiæ* 10. *Rom.* 9. Verbum abbreviatum faciet Dominus ſuper terram. *q* Terribilis eſt in civitate ſua homo linguoſus,] ideſt, homo loquax, & contentioſus odibilis eſt, & abominabilis in mundo, in clauſtris, in ſcholis, in capitulis: quorum quodlibet dicitur civitas, ideſt, civium unitas. De hoc dicit *Pſ.* 139. Vir linguoſus non dirigetur in terra. A
r Et temerarius in verbo ſuo,] ideſt, indiſcretus reprehenſor, qui portat cor in ore, ut dicitur *inf.* 21.
ſ Odibilis erit,] Deo & hominibus, *Eccl.* 5. Ne temere quid loquaris: neque cor tuum ſit velox ad proferendum ſermonem coram Deo.

E X P O S I T I O   C A P. X.

JUdex ſapiens, &c.] In præcedenti capitulo docuit Auctor ſanctimoniam, & modeſtiam, Potentes, ſive Prælatos, qui aliis præſunt; in hoc docet eos manſuetudinem, & bene prohibita luxuria, & temeritate, prohibet duritiam, ſive aſperitatem, quæ immitem facit; quia hæc tria vitia, luxuria, temeritas, & aſperitas Prælatorum maxime ſcandalizant ſubditos, & minuunt famam Prælatorum, quæ maxime eſſet eis neceſſaria. Ponit autem decem, ex quibus infert manſuetudinem. Quorum primum eſt fama: ſecundum eſt prudentia: tertium eſt gratitudo: quartum, benignitas: quintum, humilitas: ſextum, largitas: ſeptimum, memoria finis: octavum, conſideratio præteritorum, qualiter ſcilicet, perierunt mali: nonum timor Domini: decimum, patientia correctionis. Dicit ergo. *t* Judex ſapiens,] id eſt, qui ſapit res ſecundum ſaporem ſuum, & æſtimat ſecundum ſaporem proprium. *u* Judicabit populum ſuum,] non alienum reddens bonis, & malis, ſecundum merita ſua, *Prov* 29. Rex, qui judicat in veritate pauperes, thronus ejus in æternum firmabitur. *x* Et Principatus ſenſati,] ideſt, ſapientis. *y* Terribilis erit,] ideſt, verendus, vel venerabilis, *Job* 29. Videbant me juvenes, & abſcondebantur, & ſenes aſſurgentes ſtabant. Alia littera habet: Stabilis erit, ſecundum quod dicitur *Prov.* 29. Rex, qui judicat, &c.
Myſtice autem exponitur de Chriſto. Myſtice.
t Judex ſapiens,] ideſt, Chriſtus, cui Pater dedit omne judicium, *Joan.* 5. Qui eſt Dei virtus, & Dei Sapientia, 1. *Cor.* 1. *u* Judicabit populum ſuum,] in futuro bonis præmia, & malis ſupplicia reddens.
x Et principatus ſenſati,] ideſt, regni poteſtas filii.
y Et ſtabilis erit, *Iſ.* 9. *Luc.* 1. Et regni ejus non erit finis, *Dan.* 7. Poteſtas ejus poteſtas æterna. Vel terribilis erit malis.
z Secundum Judicem populi, ſic & miniſtri ejus, & qualis Rector eſt civitatis, tales & inhabitantes in ea.] Probat Auctor, quod bonus debet eſſe, qui præeſt. quia moribus ejus conformantur minores. Unde Poeta:

Regis ad exemplum totus componitur orbis.
Et mobile ſemper *Mutatur cum Principe vulgus.*

Unde probabile argumentum, quod Prælatus eſt bonus, cum familia eſt bona; & quod malus, cum familia eſt mala. Unde *Prov.* 29. Princeps, qui libenter audit verba mendacii: omnes miniſtros habet impios, *inf.* 11. In filiis ſuis agnoſcitur vir.
a Rex inſipiens perdet populum ſuum,] ut Roboam 3. *Reg.* 12. *Eccl.* 10. Væ tibi terra, cujus Rex puer eſt.

a Et

perdet populum ſuum, *a* & civitates inhabitabuntur per ſenſum prudentium. *b* In manu Dei *c* poteſtas terræ: *d* & execrabilis omnis iniquitas Gentium; & *e* utilem Rectorem in *f* tempus † ſuſcitabit *g* ſuper illam. *h* In manu Dei *i* poteſtas hominis, *k* & ſuper faciem Scribæ *l* imponet honorem ſuum. Omnis *m* injuriæ proximi ne memineris, & *n* nihil agas in operibus injuriæ. Odibilis *o* coram Deo eſt, & hominibus ſuperbia: & *p* execrabilis omnis iniquitas Gentium. *q* Regnum a Gente in Gentem transfertur propter injuſtitias, & injurias, & contumelias & diverſos dolos. *r* Avaro autem nihil eſt ſceleſtius. *ſ* Quid † ſuperbis, terra, & cinis? *t* Nihil eſt iniquius, quam *u* amare pecuniam. *x* Hic enim & *y* animam ſuam venalem habet: *z* quoniam in vita ſua projecit *a* intima ſua. Omnis *b* potentatus brevis vita.

a Et civitates inhabitabuntur per ſenſum prudentium,] *inf* 16. Ab uno ſenſato inhabitabitur patria, & a tribus impiis deſeretur.
b In manu Dei,] ideſt, in diſpoſitione Dei.
c Poteſtas terræ,] tam ſæcularis, quam Eccleſiaſtica. *Rom.* 13. Non eſt poteſtas, niſi a Deo. *Prov.* 21. Sicut diviſiones aquarum; ita cor Regis in manu Domini; quocumque voluerit, inclinabit illud.
d Et execrabilis omnis iniquitas gentium] ideſt, gentiliter viventium, vel idololatria & fornicatio, quæ proprie ſunt iniquitates Gentium. *al. † ſuſcitabis.*
Unde *Pſal.* 100. ut diſperderem de civitate Domini omnes operantes iniquitatem. *Ezech.* 24. Immunditia tua execrabilis; quia mundare te volui, & non es mundata a ſordibus tuis. *Lev.* 18.
e Et utilem Rectorem,] ideſt Doctorem, vel Prælatum, qui habet uſum bonum, non tantum ſcientiam, vel ordinem Prædicatorum, dicit *Interl.* *f* In tempus ſuſcitabit] Deus, ſcilicet. *g* Super illam,] terram, ideſt, Eccleſiam. Et ſignanter dicit, ſuſcitabit, quod eſt a morte revocare, ſive de mortuo vivum facere: Nullus enim debet eligi in Prælatum, niſi qui mortuus eſt peccato, & parentibus, & mundo, & ſibi. *Deut.* 18. Prophetam de Gente tua, & de fratribus tuis, ſicut me, ſuſcitabit tibi Dominus Deus tuus. Vel, ſuſcitabit, dicit: quia nemo debet ſe ingerere. *Hebr.* 5. Nec quiſquam ſumit ſibi honorem, ſed qui vocatur a Deo tanquam Aaron.
h In manu Dei] ideſt, in diſpoſitione Dei.
i Poteſtas hominis,] ideſt, Prædicatoris, vel Rectoris cujuslibet.
k Et ſuper faciem Scribæ imponet honorem ſuum,] id eſt, Scribam honore ſimilem præficiet eis, ideſt, Doctorem ſapientem in lege, vel Chriſtum. De quo *Pſal.* 44. Lingua mea calamus Scribæ velociter ſcribentis. Facies Scribæ, ideſt, Chriſti in corde ſcribentis dicitur Doctor, vel Prædicator: quia fungitur vice illius.
Unde 2. *Corinth.* 5. Pro Chriſto legatione fungimur. Vel ſic, Super faciem Scribæ, ideſt, in capite Sacerdotis.
l Imponet honorem ſuum,] ideſt, aureolam, ſive mitram ſacerdotalem. *Pſal.* 8. Gloria, & honore coronaſti eum, Domine.
m Omnis injuriæ proximi ne memineris,] ad ulciſcendum *Lev.* 19. Non quæras ultionem, nec memor eris injuriæ civium tuorum. De hac materia habes *Deut.* 32. *Prov.* 20. & 25. 2. *Reg.* 16. *inf.* 28. *Rom* 12.
n Et nihil agas in operibus injuriæ,] ideſt, nulli injuriam facias, & etiam nocenti tibi; ſed differ vindictam propter iram, *inf* 32. Vir conſilii non diſperdet intelligentiam, alienus, & ſuperbus non pertimeſcet timorem.
o Odibilis coram Deo eſt, & hominibus ſuperbia,] ut patet in Lucifero, qui propter ſuperbiam cecidit de cœlo, *Iſa.* 14. Et Adam de Paradiſo, *Gen.* 3. Saul ejectus a regno. 1. *Reg.* 15. Nabuchodonoſor verſus eſt in beſtiam, *Dan.* 4. Antiochus male mortuus eſt, 1. *Machab.* 6. Herodes ſimiliter. *Act.* 12. De hoc *Prov.* 16. Abominatio eſt Domino omnis arrogans.
Unde *Jac.* 4. Et 1. *Petr.* 5. Deus ſuperbis reſiſtit; humilibus autem dat gratiam. *Greg.* Superbia natione cœleſtis, ſublimium mentes inhabitat, ſub cinere & cilicio latitat, & puritatem, & innocentiam hominum prorumpit, quæ a puritate & innocentia Angelorum proceſſit.
p Et execrabilis omnis iniquitas Gentium,] ideſt, gentiliter viventium; quæ eſt idololatria maxima, & luxuria.
q Regnum a Gente in gentem transfertur propter injuſtitias, & injurias, & contumelias, & diverſos dolos,] ſicut teſtantur omnes hiſtoriæ Chaldæorum, Perſarum, Græcorum, Romanorum. A Judæis enim, propter ſuperbiam eorum, regnum intelligentiæ Sacræ Scripturæ translatum eſt ad gentes, *Matth.* 21. Auferetur a vobis regnum Dei, & dabitur Genti facienti fructus ejus. Et removet Auctor a Prælato omne genus injuſtitiæ. Tribus enim modis fit injuſtitia, facto, verbo, & corde. Injuria facti eſt contumelia, vel dolus cordis. Injuſtitia vero quaſi genus præmittitur. *Tribus modis fit injuria.*
Deinde agitur de avaritia, pro qua vis regiminis maxime negligitur: quia radix malorum omnium eſt cupiditas, 1. *Timoth.* 6. Quaſi ergo diceret: ita mala eſt ſuperbia, quæ tot mala fecit. *22. 9 7 c & de rebus.*
r Avaro autem nihil eſt ſceleſtius,] ideſt, ad ſcelera pronius.
Unde & avaritia idololatria vocatur. *Eph.* 5 Dicitur autem avarus, qui nimis cupit non deſideranda; & retinet non retinenda, ſive ſcientiam, ſive pecuniam, ſive conſilium, ſive auxilium. *Prov.* 29. Vir juſtus eriget terram; vir avarus deſtruet eam. *al. † ſuperbit.* B
ſ Quid ſuperbis terra, & cinis?] ideſt, ex terra natus, & in cinerem reverſurus? *Gen. cap.* 3. Hic intermiſcet Auctor ſuperbiam, quia naſcitur ex avaritia. Unde Paulus 1. *Timoth. cap.* 6. Divitibus hujus ſæculi præcipe non ſublime ſapere; ſed ſapere ad ſobrietatem.
t Nihil eſt iniquius,] ideſt, æquitati naturali magis contrarium.
u Quam amare pecuniam,] ideſt, in amando plus debito, vel male acquirere, vel male ſervare. 1. *Timoth. cap.* 6. Qui volunt divites fieri, incidunt in tentationem, & in laqueos diaboli, ut patet in Juda proditore. *Matth.* 7.
x Hic enim,] ſcilicet, qui nimis amat pecuniam, id eſt, avarus.
y Et animam ſuam venalem habet,] ideſt, ad vendendum expoſitam, ut meretricem: etiam pro obolo. *Joel. cap.* 3. Poſuerunt puerum in proſtibulo, & puellam vendiderunt pro vino, ut biberent.
Item ut ſervum captivum. *Jer. cap.* 2 Numquid ſervus eſt Iſrael, aut vernaculus? Quare ergo factus eſt in prædam? ideſt, prædator, vel prædatus.
Item ut Advocatum, *Mich.* 2. Principes ejus in muneribus judicabant. De hac venditione dicitur *Iſa.* 50. Ecce in iniquitatibus veſtris venditi eſtis. De hoc dicit Dominus, *Matth.* 16.
Quid prodeſt homini, ſi totum mundum lucretur; animæ vero ſuæ detrimentum patiatur?
z Quoniam in vita ſua projecit,] ideſt, procul abjecit.
a Intima ſua,] ideſt, virtutes. *Pſal.* 44. Omnis gloria ejus filiæ Regis ab intus in fimbriis aureis, intra viſcera miſericordiæ, *Coloſ.* 3. Induite vos ergo, ſicut electi Dei Sancti, & dilecti, viſcera miſericordiæ.
Item conſanguineos intimos. *Prov* 6. Benefacit animæ ſuæ vir miſericors, qui autem crudelis eſt, etiam propinquos abjicit a ſe.
Item fratres uterinos, 1. *Corinth.* 5. Quid mihi de his, qui foris ſunt judicare? Nonne de his, qui intus ſunt vos judicatis?
Item hominem interiorem, 2. *Cor.* 4. Licet is, qui deforis eſt, noſter homo corrumpatur; tamen is, qui intus eſt, renovatur de die in diem. Omnia hæc intima projecit avaritia, quia pro nihilo dat.
b Omnis potentatus brevis vita,] ideſt, duratione, ſed longus morte, quaſi dicat: ſicut non eſt gloriandum in pecunia; ita nec de potentia, quia cito tranſit. *Pſ.* 89. Si autem in potentatibus octoginta anni, &c.
Et *Jacob.* 4. Quid eſt vita veſtra? Vapor eſt ad modicum parens. Et hoc eſt propter nimiam ſollicitudinem. *Eccl.* 7. Inveni, quod fecerit Deus hominem rectum; & ipſe infinitis miſcuerit ſe quæſtionibus. Vel propter crapulam, *infr.* 37. Propter crapulam multi obierunt; qui autem abſtinens eſt, adjiciet vitam. Vel propter iniquitatem. *Prov.* 28.
Propter peccata terræ multi Principes ejus. Vel propter frequentes iras, *infra* 30. Zelus, & iracundia minuent dies, & ante tempus ſenectam adducet cogitatus. Verſus.

Vita, ſalus, requies, poſſeſſio, doxa, voluntas,

Rolur,

Robur, honor, ſpecies quæruntur, & alta poteſtas. *a* Languor prolixior gravat Medicum,] qui apponit curam ejus curationi. *b* Brevem languorem præcidit Medicus,] ideſt, recentem cito ſanat, quaſi dicat: vetus morbus difficile ſanatur; novus vero de facili; ſic ſuperbia, aut avaritia inveterata vix, aut nunquam ſanatur. Et ideo principiis obſtandum eſt: Nam *ſero Medicina paratur: Cum mala per longas convaluere moras.* *Ovid. l. de remedio amoris.* Eſt autem languor multiplex.

a Languor prolixior gravat Medicum. *b* Brevem languorem præcidit Medicus: *c* Sic & Rex hodie eſt, & cras morietur. *d* Cum enim morietur homo, *e* hæreditabit *f* ſerpentes, & beſtias, & vermes. *g* Initium ſuperbiæ hominis *h* apoſtatare a Deo: *i* quoniam ab eo, qui fecit illum, *k* receſſit cor ejus: *l* quoniam initium omnis peccati eſt ſuperbia. *m* Qui tenuerit illam, *n* adimplebitur *o* maledictis, *p* & ſubvertet eum in finem. *q* Propterea † *r* exhonoravit Dominus *ſ* conventus malorum, *t* & deſtruxit

Primus eſt naturæ, ſcilicet, fomes.

Secundus corporis, ſcilicet, chronica ægritudo. Et de his dicitur *Luc.* 9. Dedit eis poteſtatem ſuper omnia Dæmonia, & ut languores curarent. *Multiplex languor.*

Tertius eſt languor ſtudii, ſcilicet, curioſitas. 1. *Tim.* 6. Superbus & nihil ſciens, ſed languens circa quæſtiones, & pugnas verborum.

Quartus eſt languor tædii. *Neemia* 2. Eram quaſi languidus ante faciem Regis.

Quintus eſt dolor, vel pœna veteris peccati. *Deut.* 7. Auferet a te Dominus omnem languorem, & infirmitates Ægypti peſſimas, quas noviſti, non inferet tibi.

Sextus eſt timor judicii, *infr.* 18. Ante languorem adhibe medicinam, & ante judicium interroga teipſum.

Septimus eſt captivitatis, *Oſea* 5. Vidit Ephraim languorem ſuum, & Judas vinculum ſuum.

Octavus eſt amoris, *Cant.* 5. Adjuro vos, filiæ Jeruſalem, ſi inveneritis Dilectum meum ut annuncietis ei, quia amore langueo.

Nonus eſt languor paupertatis. *Pſalm.* 78. Oculi mei languerunt præ inopia. Sequitur. *c* Sic & Rex hodie eſt, & cras morietur.] Non refertur hoc ad proximum dictum, ſed ſupra de avaro. Quaſi ergo dicat: Sicut pecunia non poteſt vitam prolongare; ita nec dignitas, nec poteſtas: quia hodie eſt Rex, & cras morietur, & ita de neutro gloriandum eſt. Sed dices, non eſt curandum de morte, quia poſt mortem bene diſponetur de ipſo divite, vel potente. Non eſt hoc, dicit Auctor.

d Cum enim morietur homo,] ab humo.

e Hæreditabit,] ideſt, jure hæreditario ditabit.

f Serpentes, & beſtias, & vermes.] Serpentes, ideſt, Dæmones, quoad animam. Beſtias, ideſt, parentes, quoad rem. Vermes ad litteram, quoad corpus. Et eſt mirabilis iſta diviſio; quia nullus daret partem ſuam pro aliis duabus.

g Initium ſuperbiæ hominis,] ideſt, Adam, & Evæ.

h Apoſtatare a Deo,] ideſt, velle recedere a dominio ejus.

i Quoniam ab eo, qui fecit illum,] ideſt, a Deo.

k Receſſit cor ejus,] ideſt, hominis, non lingua, vel corpus; ſed cor tuum, *Jer.* 12. Prope eſto ori eorum, & longe a renibus eorum, *Iſa.* 29. Appropinquat populus iſte ore, & labiis ſuis glorificat me; cor autem eorum longe eſt a me. Et hanc litteram ponit Dominus *Matt.* 15. ubi reprehendit Phariſæos de hypocriſi, & ſuperſtitione. Et vere initium ſuperbiæ eſt apoſtatare.

l Quoniam initium omnis peccati eſt ſuperbia.] Sed quæ cauſa eſt iſta? Præterea videtur ſibi eſſe contrarius: Nam ſi initium ſuperbiæ eſt apoſtatare a Deo, & apoſtaſia peccatum eſt, non ergo omnis peccati initium eſt ſuperbia.

Item ſi apoſtatare a Deo eſt initium ſuperbiæ; tunc apoſtaſia erit primum peccatum hominis; non ergo ſuperbia, cujus contrarium habetur in *Gloſ.*

Item hic dicit *Gloſ.* Caveamus cupiditatem, & ſuperbiam, non duo mala, ſed unum, a quo omnis malitia trahit initium; ergo ſuperbia, & avaritia ſunt unum peccatum; ergo non ſunt niſi ſex peccata criminalia.

Solut. Notandum, quod in ſuperbia duo ſunt, & ſimiliter in omni peccato, ſcilicet, averſio a Deo, & converſio ad creaturam, voluntaria non naturalis, & eſt idem in † ſuperbia averſio, & converſio; ſed differunt ratione, ſicut altum, & profundum, & ſemiplenum, & ſemivacuum. *al. † ſubſtantia.* Superbia enim eſt inordinatus amor propriæ excellentiæ, ſive libidinoſa voluntas dominandi. Dicunt ergo, quod averſio a Deo eſt apoſtaſia, & eſt initium ſuperbiæ, inquantum eſt converſio ad propriam excellentiam, & ſic cauſa eſt averſionis a Deo: Nam eo ipſo, quod appetit propriam excellentiam, avertit ſe a Deo, & non aliter. Non enim vult proprie avertere ſe a Deo, niſi per conſequens, quia vult præeſſe, & ideo non ſubeſſe. Unde quidam exponunt hoc de Apoſtaſia Angeli, & ſuperbia hominis, & ſecundum hoc planum eſt, quia apoſtaſia Angeli, initium eſt omnis mali, ut dicit *Aug.* & ita initium ſuperbiæ hominis. Et hoc videtur velle littera, cum dicit: Initium ſuperbiæ hominis eſt, apoſtatare a Deo, ideſt, apoſtaſia prima a Deo: quoniam initium omnis peccati eſt ſuperbia Angeli, ſcilicet, quæ eſt idem, quod apoſtaſia ejus in ſubſtantia, ſed differt in ratione. Nam apoſtaſia dicitur voluntas non ſubeſſendi; ſuperbia voluntas præeſſendi. *al. † exornavit.*

Et ſecundum hoc patet ſolutio ad duo prima.

Aliter poteſt ſolvi de apoſtaſia, & ſuperbia hominis. Superbia enim, ut dictum eſt, idem eſt, quod voluntas præeſſendi; apoſtaſia voluntas non ſubeſſendi.

Verum eſt quod, voluntas præeſſendi prius eſt apprehenſione, & intentione; ſed voluntas non ſubeſſendi prius eſt in aſſecutione: & ita uno modo apoſtaſia eſt initium ſuperbiæ conſummatæ; ſed alio modo ſuperbia eſt initium apoſtaſiæ.

Primo modo, ideſt, ſecundum prioritatem intentionis dicit; quoniam initium omnis peccati eſt ſuperbia.

Secundo modo, ſcilicet, ſecundum prioritatem aſſecutionis, dicit: Initium ſuperbiæ eſt apoſtatare a Deo; Et ſecundum hoc ſic legitur littera.

g Initium ſuperbiæ,] conſummatæ.

h Apoſtatare a Deo,] ideſt, voluntas non ſubeſſendi.

i Quoniam,] ideſt, ideo initium omnis peccati eſt ſuperbia, ideſt, voluntas præeſſendi. Initium, dico, extra ſumptum, occaſionale, ſive mediatum.

Ad ultimum dicimus, quod ſuperbia quandoque large ſumitur; quandoque ſtricte. Large, contemptus ſive inobedientia ſuperioris: & ſic eſt in omni peccato, ſecundum quod dicit *Ambroſius*: Peccatum eſt privatio legis divinæ, & cœleſtium inobedientia mandatorum. Stricte, nimius appetitus propriæ excellentiæ.

Similiter cupiditas large ſumitur inordinata voluntas habendi pecuniam, vel honorem: Stricte ſumitur, ut dicit *Auguſtinus*, inordinata voluntas habendi pecuniam. Secundum quod large ſumitur, ſuperbia, & cupiditas idem ſunt; alio modo diverſa. Sequitur.

m Qui tenuerit illam,] ſuperbiam, ſcilicet.

n Adimplebitur,] in futuro.

o Maledictis,] ideſt, æterna maledictione, quia maledictus erit in corpore, & anima. *Matt.* 25. Ite maledicti in ignem æternum: Boni in præſenti ſuſtinent maledictionem pœnæ, ſed non † pœnam. Unde dictum eſt *Dan.* 9. Stillavit ſuper nos maledictio, & deteſtatio, quæ ſcripta eſt in libro Moyſi. *Ezech.* 21. Et ſtilla ad Sanctuarium, ideſt, parvam pœnam comminare. *al. † plenam.*

Et hoc ſignificatur *Geneſ.* 3. ubi legitur, quod homo unam maledictionem accepit, mulier duas, ſerpens tres.

Et *Deut.* 27. leguntur tredecim maledictiones tranſgreſſorum, de quibus dicitur *Deut.* 28. Venient ſuper te omnes maledictiones iſtæ in futuro. Tres propter tranſgreſſionem fidei Trinitatis, decem propter tranſgreſſionem Decalogi. Sequitur.

p Et ſubvertet eum in finem,] ideſt, æternaliter, id eſt, cauſa ſubverſionis æternæ erit ei ſuperbia. Et bene dicit, ſubvertet, ideſt, ſubtus vertet. Nunc enim ſuperbia per culpam erigitur ſurſum; ſed in fine dejicietur ſubtus per pœnam. *Iſaiæ* 14. Conſcendam ſuper altitudinem nubium: ſimilis ero Altiſſimo: ecce erectio culpæ. Veruntamen in infernum detraheris in profundum laci: ecce dejectio pœnæ.

q Propterea,] ſcilicet ſuperbiam, & apoſtaſiam.

r Exhonoravit Dominus] ideſt, extra ornatum, & honorem conſtituit.

ſ Conventus malorum,] Scribarum, & Phariſæorum, & quorumlibet ſuperborum. Vel Exornavit, ideſt, tollet ornamentum poſſeſſionum, theſaurorum, & ſericorum, & hujuſmodi. Unde 1. *Machab.* 4. Contaminaverunt illud Gentes, & demoliti ſunt illud.

t Et deſtruxit eos uſque in finem,] ideſt, totaliter per Titum,

Digitized by Google

eos uſque in finem. *a* Sedes ducum ſuperborum deſtruxit † Deus, *b* & ſedere fecit mites pro eis. *c* Radices Gentium ſuperbarum *d* areſecit Deus, *e* & plantavit humiles ex ipſis Gentibus. *f* Terras Gentium *g* evertit Dominus, *h* & perdidie eas uſque ad fundamentum, *i* Areſecit ex ipſis, & *k* diſperdidit eos, & *l* ceſſare fecit memoriam eorum a terra. *m* Perdidit Deus memoriam ſuperborum; *n* & reliquit memoriam humilium ſenſu. *o* Non eſt creata hominibus ſuperbia, *p* neque iracundia nationi mulierum. *q* Semen hominum honorabitur hoc, quod timet Deum; *r* ſemen autem hoc exhonorabitur, quod præterit mandata Domini. In *ſ* medio fratrum Rector illorum in honore: & *t* qui timent † Deum, *u* erunt in oculis illius. *x* Gloria divitum honoratorum, & *y* pauperum timor Dei eſt. *z* Non deſpicere hominem juſtum pauperem, & *a* non magnificare virum † peccatorem divitem, *b* Magnus eſt Judex: & *c* potens eſt in honore: & *d* non eſt major illo, qui timet Deum. *e* Servo ſenſato liberi *f* ſervient: *g* & vir prudens *b* & diſciplinatus *i* non murmurabit correptus,

tum, & Veſpaſianum, & Ælium avulſit, vel per Dæmones dimiſive.

a Sedes Ducum ſuperborum, &c.] ut patet de Saule, quem propter ſuperbiam dejecit, 1. *Reg.* 15. Et Nabuchodonoſor. *Dan.* 4.

b Et ſedere fecit mites pro eis,] ideſt, loco eorum, David loco Saul, Cyrum & Darium loco Nabuchodonoſor, *inf.* 11. Multi potentes oppreſſi ſunt valide, & glorioſi traditi ſunt in manus alterorum. De hoc habes *Job.* 12. & 34 *Eccl.* 10. *Ezech.* 21. & 26. *Luc.* 1. Depoſuit potentes, &c. Radices Gentium ſuperbarum] ideſt, templum, & cæremonias Judæorum, honores, divitias, poteſtates.

al. † Dominus.

C

d Areſecit Deus,] ideſt, annihilavit.

e Et plantavit humiles en ipſis Gentibus,] ideſt, Apoſtolos natos en ipſis Judæis.

f Terras Gentium,] id eſt, Judæos gentiliter viventium.

g Evertit Dominus,] per Romanos.

h Et perdidit eas uſque ad fundamentum,] ideſt, ex toto, *Sap.* 5. Ad eremum perducet omnem terram iniquitas eorum: & malignitas evertet ſedes potentium.

i Areſecit ea ipſis,] aliquos.

k Et diſperdidit eos] hoc eſt, in corpore & anima perdidit; vel in diverſis partibus ſparſit.

l Et ceſſare fecit memoriam eorum a terra,] *Pſal.* 9. Periit memoria eorum cum ſonitu.

m Perdidit Deus memoriam ſuperborum,] ideſt, exaltationem nominis, circa quod multum laboraverunt, ſicut dicitur *Gen.* 11. Venite, & faciamus nobis civitatem, & turrim, cujus culmen pertingat ad cœlum: & celebremus nomen noſtrum.

n Et reliquit memoriam humilium ſenſu] ideſt, corde qui humiliter de ſeipſis ſentiunt. *Prov.* 10. Memoria juſti cum laudibus; & nomen impiorum putreſcet.

Gen. 1. *o* Non eſt creata hominibus ſuperbia] ideſt, in hominibus; vel cum hominibus: quia vidit Deus cuncta, quæ fecerat; & erant valde bona. Et 1. *Timoth.* 4 Omnis creatura Dei bona eſt. Sed ſuperbia valde mala eſt. Non eſt igitur creata a Deo; ſed perverſa voluntate ab Angelo, vel in homine reperta, *Sap.* 1. Deus mortem non fecit, ideſt, cauſam mortis.

p Neque iracundia nationi mulierum,] ideſt, iracundia non eſt creata cum mulieribus: quia homo ex natura ſui animal manſuetum eſt.

Moraliter. Moraliter. Notat Auctor, quod fortes & viriles homines ſæpe invadit ſuperbia: molles vero & effœminatos ſæpe moleſtat iracundia. *Epheſ.* 4. Sol non occidat ſuper iracundiam veſtram.

q Semen hominum honorabitur hoc, quod timet Deum] ideſt, timentes Deum honorabuntur in fine: quia hi ſunt generatio rectorum, de qua in *Pſal.* 111. Generatio rectorum benedicetur. *Iſa. ult.* Ad quem reſpiciam, niſi ad pauperculum & contritum ſpiritu, & trementem ſermones meos?

r Semen autem hoc exhonorabitur, quod præterit mandata Domini,] quando, ſcilicet, dicetur eis: Eſurivi, & non dediſtis mihi manducare, &c. *Matth.* 25. Vel in ipſa morte: quia non venient ei obviam Angeli boni, ſicut Juſtis faciunt.

Unde & eorum tranſitus, & obitus appellatur.

ſ In medio fratrum Rector illorum in honore.] Ad litteram, primogenitus vel Prælatus, qui ſe & ſubditos tegit, a ſubditis, vel fratribus honoratur.

t Et qui timent Deum] ut filii.

u Erunt in oculis illius] vel in beneplacito ejus, ideſt, bene placebunt ei. Sicut ſunt oculi matris ſuper filium quocumque vadat: quia ubi amor, ibi oculos. Vel, in oculis illius, ideſt; in cogitatione ejus. Et eſt hoc contra illos, qui nolunt ſuas conſcientias revelare. *Joan.* 10. Cognoſco oves meas, & cognoſcunt me meæ.

x Gloria divitum honoratorum,] ideſt, Juſtorum, qui ſunt divites virtutibus, & honorati a Deo.

y Et pauperum,] ſpiritu (timor Dei eſt) ideſt, divites virtutibus, & pauperes ſpiritu, hoc eſt, Juſti in ſolo Dei timore gloriantur, *ſup.* 1. Timor Domini gloria, & gloriatio, & corona.

z Non deſpicere hominem juſtum pauperem,] rebus vel ſpiritu, ſupple eſt gloria eorum. Hoc eſt contra ſuperbos divites pauperum contemptores, *Job* 12. Deridetur Juſti ſimplicitas, lampas contempta, *Iſa.* 33. Cum deſieris contemnere, contemneris. *Prov.* 17. Qui deſpicit pauperem, exprobrat factori ejus.

al. † Dominum.

Proverb. 17. al. † potentem.

D

a Et non magnificare virum potentem] vel (peccatorem divitem,) ſupple, eſt gloria eorum. Hoc eſt contra adulatores. *Prov.* 24. Qui dicunt impio: Juſtus es, maledicent eis populi, & in terra non lactes quemquam labiis tuis. Et de hoc dicitur *Jacob.* 2. Fratres mei, nolite in perſonarum acceptione habere fidem Domini noſtri Jeſu Chriſti gloriæ: Etenim ſi introierit in conventum veſtrum vir aureum annulum habens in veſte candida: introierit autem & pauper in ſordido habitu, & intendatis in eum, qui indutus eſt veſte præclara, & dixeritis ei: tu ſede hic, bene; pauperi autem dicatis: tu ſta illic, aut ſede ſub ſcabello pedum meorum, nonne judicatis apud voſmetipſos, & facti eſtis Judices cogitationum iniquarum?

b Magnus eſt Judex, &c.] Hic oſtenditur, quod nulla dignitas præponitur timori Domini, Licet enim poteſtas terrena magna ſit, & reverenda; timentem tamen Deum non præcellit.

Unde *infra* 25. Quia magnus eſt, qui invenit ſapientiam, & ſcientiam; ſed non eſt ſuper timentem Deum, timor enim Domini omnibus ſe ſuperpoſuit. Et hoc eſt.

b Magnus eſt Judex, &c.] ideſt, magnæ auctoritatis, & reverentiæ.

c Et potens eſt in honore,] ideſt, in executione judicii, quod eſt honor ejus, juxta illud *Pſal.* 98. Honor Regis judicium diligit.

Vel, Potens eſt in honore, præſtando dignus non in contumeliam, 2. *Cor.* 10. Si amplius aliquid gloriatus fuero de poteſtate noſtra, quam dedit nobis Dominus in ædificationem veſtram, non erubeſcam.

d Et,] quamvis talis eſt, [non eſt major illo, qui timet Deum,] virtute apud Deum, licet ſuperior ſit poteſtate apud homines. *Eccl.* 4. Melior eſt puer pauper, & ſapiens, Rege ſene, & ſtulto, qui neſcit providere in poſterum. *e* Servo ſenſato liberi,] ideſt, filii natura. *f* Servient,] ad litteram. Sæpe evenit hoc, quod ignobilis genere, nobilis tamen fide, moribus, & ſcientia, nobilibus præfertur, *Prov.* 17. Servus ſapiens dominabitur filiis ſtultis, & inter fratres hæreditatem dividet, ut patet in Jephte, *Jud.* 11. Et in Jeroboam, 3. *Reg.* 11.

Ideo dicitur *Prov.* 11. Qui ſtultus eſt, ſerviet ſapienti, *Gen.* 25. Major ſerviet minori.

g Et vir prudens,] qui ſcit diſcernere, & eligere inter bonum & malum.

b Et diſciplinatus,] verbo vel verbere.

i Non murmurabit correptus,] ſicut David correptus a Nathan non murmuravit; ſed dixit, Peccavi Domino, 2. *Reg.* 12.

Et *Job.* 33. Si reſpiciet Deus hominem, & dicet; peccavi, & vere deliqui, & ut eram dignus, non recepi, de hoc dicitur *Prov.* 9.

Argue ſapientem, & diliget te; corripe ſtultum, & odio habebit te.

a Et

a Et inſcius aoa honorabitur] in futuro. Unde 1. *Cor.* 14. Si quis ignorat Deum, & quæ Dei ſunt, ignorabitur in futuro a Deo. Vel ſic : [Et inſcius aon honorabitur] honore prælationis in præſenti. *Prov.* 1. Intelligens gubernacula poſſidebit.

Prov. 11. *b* Noli te extollere in faciendo opere tuo .] Hic arrogantiam prohibet, quia omnis arrogans abominatio apud Deum. *Prov.* 16. Nec ſolum excellentiam prohibet ; ſed, & voluntatem.

Unde dicit :] Noli te extollere] licet alii te extollant. *c* In faciendo opere tuo] ideſt cum feceris, vel nondum facto, 3. *Reg.* 26. Non glorietur accinctus æque, ut diſcinctus. *Luc.* 17. Cum omnia bene

Infr. 19. feceritis, &c. *inf.* 11. In veſtitu ne glorieris unquam, nec ia die honoris tui extollaris.

Sed ſi hoc malum eſt, cur laudavit ſe *Job* 29. & 31. per totum ? Et Ezechias, *Jer.* 38. Et Paulus 2. *Cor.* 11. & 12. Reſponſio. Non ad jactantiam, ſed ad aliorum provocationem, vel ſui conſolationem.

d Et noli cunctari] ideſt, ceſſare a bono opere per puſillaaimitatem, vel acidiam.

e In tempore aaguſtiæ] ideſt, in adverſitate. Tunc enim magis operandum eſt ; quia virtus in infirmitate perficitur, 2. *Cor.* 12.

Uade *infra* 32. Hora ſurgendi non te triſtes. Vel. In tempore anguſtiæ, ideſt, in vita præſeati uſque ad mortem. *Eccl.* 9. Quodcumque poteſt manus tua, inſtanter operare.

f Melior eſt, qui operatur] bona, & bene.

g Et abundat in omnibus] neceſſariis.

h Quam qui gloriatur, & eget pane] ideſt, melius eſt laborare, & acquirere neceſſaria abuadaater, quam jactare ſe de ſcientia, vel de nobilitate ; & neceſſariis indigere.

Unde *Prov.* 12. Melior eſt pauper, & ſufficiens ſibi ; quam glorioſus & indigens pane.

Et poſtea ſequitur: Qui operatur terram ſuam, ſatiabitur panibus: qui autem ſectatur otium, ſtultiſſimus eſt.

i Fili, in manſuetudine ſerva animam tuam] ideſt, humiliter opera pietatis exerce.

Uade *ſupra* 3. Fili, in manſuetudine opera tua perfice. Vel manſuetudinem, & patientiam habe, quæ eſt cuſtodia animæ. *Luc.* 21. In patientia veſtra poſſidebitia aaimas veſtras.

k Et da illi honorem ſecuadum meritum ſuum] ideſt, ſecundum exigentiam meritorum ſuorum expecta retributionem. Vel ſic.

k Da illi honorem] ideſt, honorabilem veſtitum, & victum, & habitaculum.

l Secundum meritum ſuum] ideſt, ſecundum convenientia ordinis, dignitatis, nobilitatis.

m Peccantem in animam ſuam] ideſt, peccatis manifeſtis polluentem animam ſuam.

n Quis ſuſtinebit] ideſt, juſtificabit, vel juſtum putabit ?

o Et quis honorificabit] ideſt, honore dignum putabit.

p Exhonorantem animam ſuam] ideſt, peccatis manifeſtis polluentem, & iafamantem, & coronam gloriæ anferentem, quaſi dicat: nullus.

q Pauper] rebus, vel ſpiritu.

r Gloriatur per diſciplinam, & timorem] ideſt, lætatur in diſcipliaa Domini, & timore ejus.

Unde *Pſal.* 89. Lætati ſumus pro diebus, quibus nos humiliaſti : annis, quibus vidimus mala, 2. *Cor.* 12. Libenter gloriabor in infirmitatibus meis, ut inhabitet in me virtus Chriſti. Vel ſic.

q Pauper gloriatur per diſciplinam, & timorem ſuum] ideſt, humilis per diſciplinam Domini, & timorem ejus, gloria dignus oſteaditur, & gloriam promeretur.

Propter quod dicit *Job* 6. Qui cœpit, ipſe me conterat : ſolvat manuam ſuam, & ſuccidat me ; & hæc mihi ſit conſolatio, ut affligens me dolore non parcat, & non contradicam ſermonibus Juſti.

ſ Et eſt homo, &c.] ſpiritualem, vel temporalem.

a & inſcius non honorabitur. *b* Noli te extollere in *c* faciendo opere tuo ; *d* & noli cunctari in *e* tempore anguſtiæ. *f* Melior eſt, qui operatur, *g* & abundat in omnibus, *h* quam qui gloriatur, & eget pane. *i* Fili, in manſuetudine ſerva animam tuam, k & da illi honorem *l* ſecundum meritum ſuum. *m* Peccantem in animam ſuam *n* quis juſtificabit ? Et *o* quis honorificabit *p* exhonorantem animam ſuam ? *q* Pauper *r* gloriatur per diſciplinam, & timorem ſuum. *ſ* Et eſt homo, qui honorificatur propter ſubſtantiam ſuam. *t* Qui autem gloriatur in paupertate, *u* quanto magis in ſubſtantia ? Et *x* qui gloriatur in ſubſtantia. *y* paupertatem vereatur,

Qui propter ſubſtaatiam temporalem honorat, ideſt, honorandum æſtimabat hominem, acceptor eſt perſonarum : quia ut dicit *Greg.* Accipere perſonam, eſt hominem, non quia eſt, ſed propter aliquid, quod circa ipſum eſt, honorare ; propter ſpiritualem vero ſubſtantiam quæ eſt virtutum, & operum ſtabilitas, honorandus eſt. *Prov.* 12. Subſtantia hominis erit auri pretium. *Prov.* 3. Honora Dominum de tua ſubſtantia. *t* Qui autem gloriatur in paupertate] ia tribulationibus, in neceſſitatibus. *u* Quaato magis in ſubſtantia] ideſt, ia Spe, vel ia re æternæ retributionis, *Rom.* 12. Spe gaudeates, in tribulatione patientes. Vel ſic. *t* Qui autem gloriatur in paupertare] quanto amplius in divitiis.

Ideo dicit Apoſtolus 1. *Tim.* 6. præcipe divitibus hujus ſæculi noa ſublime ſapere, neque ſperare ia incerto divitiarum. *x* Et qui gloriatur in ſubſtantia] ideſt, qui lætatur, & coafidit in abundantia terrenorum. *y* Paupertatem vereatur] ideſt, timeat æternam, vel temporalem ; quia ſuperbum ſequitur humilitas. *Prov.* 29. Vel ſic.

x Qui gloriatur in ſubſtantia] ideſt, lætatur in divitiis.

y Paupertatem vereatur] ut ſciat, & abundare, & penuriam pati in omnibus bene inſtructus. *Phil.* 4.

Vel ſic.

x Qui gloriatur in ſubſtantia] ſpirituali, vel ſcientiæ, vel virtutum.

y Paupertatem] rerum [vereatur] ideſt, honoret ; quia paupertas cuſtodia eſt humilitatis ; & humilitas eſt cuſtos omnium virtutum.

Et, paupertatem vereatur, ideſt, nuditatem virtutum timeat.

Unde 1. *Cor.* 10. Qui ſe exiſtimat ſtare, videat, ne cadat.

C A P. XI.

SApientia *z* humiliati *a* exaltabit caput illius,

EXPOSITIO CAP. XI.

SApieatia humiliati, &c.] In præcedenti capitulo egit Auctor de manſuetudine Præpoſitorum.

In hoc oſtendit de patientia, & moleſtia, & obedientia ſubditorum.

Primo, docet revereri majores.

Secundo, non contemnere minores.

Tertio, prohibet pompam veſtium.

Quarto, non temere judicare pertinentes ad ſe.

Quinto, nihil mali cupere ; & de hoc multum loquitur.

Sexto, memoriam mortis præ oculis habere monet.

Septimo, jubet cavere doloſ hominum, & Dæmonum.

Dicit ergo.

z Sapientia humiliati] ideſt, humiliantis ſe, ideſt, de ſe humilia ſentientis.

a Exaltabit caput illius] in futuro. *Luc.* 14. Qui ſe humiliat exaltabitur.

Vel ſic.

z Sapientia humiliati] ideſt, ſapieatia, qua quis ſe humiliat renuncians mundo, & ſeipſum contemnens propter Deum.

a Exaltabit caput illius] ideſt, Chriſtum, quia fiet Judex cum Domino, *Matth.* 19. Amen dico vobis, quod vos, qui ſecuti eſtis me, &c. Vel ſic.

z Sapieatia] ideſt, humilis ſapientia Prædicatoris.

a Exaltabit] ideſt, Chriſtum. Multum enim exaltat Chriſtum humilis prædicatio. Unde *Pſal.* 63. Accedet homo ad cor altum, & exaltabitur Deus. Ideo dicebat Dominus Diſcipulis ſuis ; Diſcite a me, quia mitis ſum & humilis corde, *Matt.* 11. *Gloſſ.* dicit hic: Sapientia humiliati, ideſt, fides operans per dilectionem ; ergo ſapientia eſt fides. Et dicit *Greg. ſup. Job* 1. Quod Sapientia mentem de æteraorum ſpe, & certitudine reficit ; ergo Sapientia non eſt fides. Quod concedimus ; ſed dicitur fides ; quia eſt ex fide operante per dilectionem. Talis enim fides purificat cor, ut dicitur *Actuum* 15. Cor autem purifica-

ficatum ſapit res ſecundum ſaporem proprium, quod eſt Sapientia.

Simile dicitur *Job* 28. Ecce timor Domini, ipſa eſt Sapientia,

a Et in medio Magnatorum] ad litteram, in præſentia Apoſtolorum, & Prophetarum, & aliorum Sanctorum. *b* Conſedere illum faciet.] Et in judicio. *Sap.* 3. Judicabunt nationes, & dominabuntur populis. Et in gloria. *Prov.* 29. Humilem ſpiritu ſuſcipiet gloria.

Myſtice. Myſtice, exponitur de Chriſto humiliato in Nativitate, & Paſſione, & exaltato in Reſurrectione, & Aſcenſione. *Phil.* 2. Humiliavit ſemetipſum factus obediens uſque ad mortem, &c.

a & in medio Magnatorum *b* conſedere illum faciet.

c Non laudes virum in ſpecie ſua, *d* neque ſpernas hominem in viſu ſuo.

e Brevis in volatilibus eſt apis, *f* & initium dulcoris habet fructus illius.

Propter quod; & Deus exaltavit illum, &c. *Eph.* 2. Reſuſcitavit eum, & conſedere fecit in cœleſtibus.

c Non laudes virum in ſpecie ſua] exteriori, ideſt, juxta corporis ſpeciem, non æſtimes qualitatem mentis.

d Neque ſpernas hominem in viſu ſuo] ideſt, propter habitum, ſtaturam, vel formam, vel in præſentia ſua, 1. *Reg.* 16. Non reſpicias vultum ejus, neque altitudinem ſtaturæ ejus; quoniam abjeci eum: nec juxta intuitum hominis ego judico. *Iſa.* 11. Non ſecundum viſionem oculorum judicabit.

e Brevis in volatilibus eſt apis.] Probatio eſt, quoniam nemo eſt laudandus, vel ſpernendus ſecundum ſpeciem exteriorem. Apis enim contemptibilis eſt exterius; & tamen utilis: & hæc eſt brevis corpore, non valore.

f Et initium dulcoris habet fructus illius] ideſt, dulcorem præcipuum.

Unde *Jud.* 14. Quid melle dulcius?

Myſtice de Chriſto. Myſtice de Chriſto, qui fuit apis, habens mel in ore, id eſt, primo adventu dulcedinem in prædicatione, *Matth.* 11. Venite ad me omnes, qui laboratis & onerati eſtis. *Jo:* 7. Qui ſitit, veniat ad me, & bibat. Sed in cauda, ideſt in ſecundo adventu, habebit aculeum perforantem, & pungentem, cum dicet: Ite, maledicti, &c. *Matth.* 25. Brevis eſt ideſt humilis, *Iſa.* 9. Parvulus natus eſt nobis, &c. Fructus ejus dulcis, humani generis redemptio, angelicæ ruinæ reparatio, januæ Paradiſi reſeratio, *inf.* 24. Flores mei fructus honoris, & honeſtatis.

De B. Virgine. Item de Beata Virgine, quæ comparatur api. quia brevis per humilitatem; fructus ejus dulcis, *Luc.* 1. Benedictus fructus ventris tui.

De B. Jo. Baptiſta. Item de B. Joanne Baptiſta, qui brevis fuit ſui reputatione, *Jo:* 3. Me oportet minui; illum autem creſcere.

Item *Jo:* 1. Ego vox clamantis in deſerto.

Item pungens fuit aſpere corripiens. *Matth.* 3. Progenies viperarum, &c. Et in volatilibus, ideſt, in locuſtis edendis.

Eſca autem ejus erat locuſtæ, & mel ſilveſtre. *Eodem*, Vel in volatilibus, ideſt, inter Eremitas, quorum primus poſt Nativitatem Domini ipſe fuit. *Marci* 1. Fuit Joannes in Deſerto baptizans, & prædicans Baptiſmum pœnitentiæ; Et Diſcipulos habuit Joannes, de quibus *inf.* 27. Volatilia ad ſibi ſimilia conveniunt.

Proprietates apis Prædicatori convenientes. Comparatur etiam api Prædicator propter ejus proprietates.

Eſt enim ſedula: ſic Prædicator ſedulus debet eſſe per ſollicitudinem, *Rom.* 12. Sollicitudine non pigri, ſpiritu ferventes.

Item parca eſt ſibi, & aliis larga; ſic Prædicator ſibi debet eſſe parcus, & aliis largus, *inf. eod.* Eſt qui locupletatur parce agendo, 2. *Cor.* 6. Sicut nullius egentes, multos autem locupletantes.

Item brevis eſt; & Prædicator humilis debet eſſe modicus. *Matt.* 11. Diſcite a me, quia mitis ſum, & humilis corde.

Item vocem habet majorem corpore ſuo; & Prædicator vocem debet habere tam magnam, quod & audiatur a mortuis in peccatis, & in purgatorio. *Iſa.* 40. Exalta in fortitudine vocem tuam, tu, qui evangelizas Sion. *Joan.* 5. Venit hora, & nunc eſt, quando mortui audient vocem filii Dei; & qui audierint, vivent.

Item mel habet in ore; ſic Prædicator dulcedinem debet habere in prædicatione, *Cant.* 4. Favus diſtillans labia tua: mel, & lac ſub lingua tua.

Item in grege eſt omnino ſimilis aliis: ſic Prædicator ſe debet aliis conformare condeſcendendo, 1. *Cor.* 9. Omnibus omnia factus ſum, ut omnes ſalvos facerem.

Item ſub Rege eſt: ſic Prædicator etſi regat alios, ipſe regatur a Chriſto. *Pſal.* 22. Dominus regit me, & nihil mihi deerit, &c.

Item perit uncta oleo: ſic Prædicator ſi ungatur oleo adulationis, moritur ſpiritualiter. *Pſal.* 140. Oleum peccatoris non impinguet caput meum. Multi ungunt, & unguntur hoc oleo. *Oſeæ* 12. Fœdus cum Aſſyriis iniit, & oleum in Ægypto ferebat.

Item reviviſcit aceto; ſic Prædicator recordatione paſſionis Chriſti, & vivit, & alios vivere facit. *Ruth.* 2. Quando hora comedendi fuerit, veni huc & comede panem, & intinge buccellam tuam in aceto.

Item crure ſecat; ſic Prædicator in ſe primo, & poſtea in aliis, quando voluptatem, quæ in femore deſignatur, reſecat. *Can.* 3. Uniuſcujuſque enſis ſuper femur ſuum propter timores nocturnos, 1. *Cor.* 9. Caſtigo corpus meum, &c.

Item ſtimulum habet; Prædicator ſtimulare debet pigros, & excitare, *inf.* 38. Qui tenet aratrum, & qui gloriatur in jaculo, ſtimulo boves agitat, ideſt, pigros.

Item quando vulnerat, moritur, ſic Prædicator, cum nimis acriter corripit, ſcandalizat, & peccat, & ſic moritur. *Prov.* 30.

Qui vehementer emungit, elicit ſanguinem. *Deut.* 19. Si ſecuris fugerit manum, ferrumque lapſum de manubrio amicum ejus percuſſerit, & occiderit: hic ad unam ſupradictarum urbium confugiet, & vivet.

Item caſta manens prolem facit; ſic Prædicator caſtus debet eſſe, *Matt.* 19. Sunt Eunuchi, &c. Et prolem bonorum operum, vel peccatorum converſorum ad Chriſtum debet facere, 1. *Cor.* 4. In Chriſto Jeſu per Evangelium ego vos genui. *Iſa.* 49.

Adhuc dicent in auribus tuis filii ſterilitatis tuæ: anguſtus eſt mihi locus, fac ſpatium mihi, ut habitem.

Item pedes habet caſſos: ſic Prædicator propriam debet deponere voluntatem, & proprium ſenſum: & ſolo ſenſu Scripturæ ſacræ regi, & Domini voluntate. *Naum.* 1. Omnes Optimates ejus confixi ſunt in compedibus. *Job* 37. Nubes ſpargunt lumen ſuum, & luſtrant cuncta per circuitum, quocumque eas voluntas gubernantis duxerit.

Item flores paſcit, non ſtercora: ſic Prædicator ſpiritualia, & cœleſtia paſcit, non temporalia, vel terrena. *Job* 39. De onagro; circumſpicit montes paſcuæ ſuæ, & virentia quæque perquirit, *Cant.* 2. Fulcite me floribus, ſtipate me malis,

Item naſcitur ex corio bovis: ſic Prædicator, mactata in ſe ſuperbia, qui fuit in ſæculo taurus, fiat apis in clauſtro, ut de Saulo factus eſt Paulus: proſtratus eſt Saulus: & ſurrexit Paulus. *Job ult.* Sumite ex vobis ſeptem tauros, & ſeptem arietes; & ite ad ſervum meum Job; & offerte pro vobis holocauſtum, *ſupra* 6. Non te extollas in cogitatione tua ſicut taurus.

Item ſexangulam domum facit, quæ ſignificat ſex officinas, quæ ſunt in religione, Oratorium, Capitulum, Clauſtrum, Refectorium, Dormitorium, Infirmatorium.

Hæc ſunt loca orationis, confeſſionis, ſive correctionis, ſtudii, refectionis, ſomni, medicinæ.

Et de his dicitur in *Pſ.* 83. Quam dilecta tabernacula tua, Domine virtutum, &c. Et *Num.* 24. Quam pulchra tabernacula tua, Jacob, & tentoria tua, Iſrael! Sic in corde Prædicatoris debent eſſe iſtæ ſex manſiones, Oratorium, & Clauſtrum, ideſt, locus orationis, & ſtudii: in rationabili, Refectorium, & Dormitorium, ideſt, locus refectionis, & ſomni: in concupiſcibili, Capitulum, & Infirmatorium, ideſt, locus correctionis, & compaſſionis, in iraſcibili, *Joan.* 14. In domo Patris mei manſiones multę ſunt. Item fumum, & fœtorem, & ſtrepitum fugit: ſic Prædicator fugere debet fumum elationis, & fœtorem luxuriæ, & ſtrepitum mundi. *Job* 39. dicitur de onagro. Tabernacula ejus in terra ſalſuginis, contemnit multitudinem civitatis: vocem exactoris non audit. *Iſa.* 32. Erit vir ſicut qui abſconditur a vento, & celat ſe a tempeſtate, & ſicut rivi aquarum in ſiti. Item lapides fert, ne vento rapiatur: ſic Prædicator peccata ſua, & aliena debet in corde ſuo fortiter portare, ne vento inanis gloriæ rapiatur, ſicut navis. *Jer.* 50. Tollite de via lapides, & redigite in acervos. Item defuncto Rege ſuo pugnat: ita Prædicator pro Chriſto defuncto pugnat contra hoſtes Eccleſiæ. *Job* 39. dicitur de equo: Gloria narium ejus terror, terram ungula fodit, exultat audacter, in occurſum pergit armatis, contemnit pavorem, nec cedit gladio. Item rapax eſt, ſic Prædicator rapit ſibi, & aliis regnum cœlorum, *Matt.* 11.

Regnum

Digitized by Google

Regnum cœlorum vim patitur, &c. Item cedit aliæ api oneratæ; ſic Prædicator juvare debet oneratos peccatis, vel miſeriis, *Gal. c. 6.* Alter alterius onera portate.

Item colit palmam, quæ ſemper viret; ſic Prædicator ſemper viret fide, & fortitudine. *Judic. c. 4.* Erat Debbora Prophetis uxor Lapidoth, quæ judicabat populum in tempore illo, & ſedebat ſub palma, quæ nomine illius vocabatur inter Rama, & Bethel.

Item in frigore putreſcit; ſic Prędicator aliquando ingruente adverſitate putreſcit. *Prov. 20.* Propter frigus piger arare aolnit.

Item apes pedibus ſe connectunt; ſic Prædicatores affectibus. *Act. 4.* Multitudinis autem credentium, &c.

In *a* veſtitu ne glorieris unquam: *b* nec in die honoris tui *c* extollaris: *d* quoniam mirabilia opera Altiſſimi ſolius, *e* & glorioſa, & abſconſa, & *f* inviſa opera illius. *g* Multi Tiranni *h* ſederunt in throno, *i* & inſuſpicabilis k portavit diadema. *l* Multi potentes oppreſſi ſunt valide: *m* & glorioſi *n* traditi ſunt in manus alterorum. *o* Priuſquam interroges, ne vituperes quemquam: & cum interrogaveris, corripe juſte. *p* Priuſquam audias, ne reſpondeas verbum:

Item apis cellam inhabitat; ſic Prædicatores cellam Sacræ ſcripturæ, *Cant. 2.* Introduxit me Rex in cellam vinariam.

Item quaſi cincta eſt; ſic Prædicator fide pectus, caſtitate renes cinctus eſt. *Iſa. 11.*

Erit juſtitia cingulum lumborum ejus, & fides cinctorium renum ejus.

Item melior fit Rex aliorum. *Prov. 1.* Intelligens gubernacula poſſidebit.

Item calida eſt natura: & Prædicator calere debet igne charitatis, de quo *Luc. 12.* Ignem veni mittere in terram; & quid volo, niſi ut accendatur? *Joan. 5.* Erat Joannes lucerna ardens, & lucens.

De hoc ſolet dici in verſibus.

Verſus. *Sedula, parca, brevis, vox major corpore, mel dat:*
In grege, ſub Rege eſt, perit uncta, revivit aceto.
Crure ſecat, ſtimulat, vitam cum vulnere ponit:
Caſta facit prolem, pede caſſa eſt, florida paſcit.
Naſcitur ex tauro, ſex angula mœnia condit,
Fumos, fœtores, ſtrepitum fugit, & lapides fert
In vento pugnat defuncto Rege, rapitque.
Cedit portanti, palmam colit, eſt pigra bruma.
Rex fit in examen, quę plus valet, & calet omnis. Sequitur.

a In veſtitu ne glorieris unquam.] Non prohibet veſtes, ſed gloriam veſtium, & ſuperfluitatem; *1. Pet. 3.* Sanctæ mulieres ſperantes in Domino, non in ornatu veſtium, ornabant ſe. *Luc. 16.* Dives induebatur purpura, & byſſo.

Ubi dicit *Gloſſ.* Niſi veſtium pretioſitas in culpa eſſet, Dominus mentionem de veſtibus divitis non feciſſet. *Ezech. 7.* Scandalum iniquitatis eorum factum eſt, & ornamentum monilium ſuorum in ſuperbiam poſuerunt. *Greg.* Veſtes pompoſas mundus cujus ſunt, retinebit, abuſione ſua alios vanos ſeducturus. Veſtis data eſt pro tegumento membro peccati: & eſt ſignum peccati primi parentis.

Non igitur glorieris de veſte, ſicut nec de fomite peccati celebrato a primis parentibus, propter quem veſtitus eſt adinventus. *b* Nec in die honoris tui] ideſt, ſublimationis temporalis, vel ſpiritualis.

c Extollaris] per elationem, ut Herodes, *Act. 12.*

d Quoniam mirabilia opera Altiſſimi ſolius] & admiratione plena, ut quod pravos, & adeo indignos præficit; & honeſtos, & bonos conculcari permittit. *Eccl. 10.* Eſt malum, quod vidi ſub Sole, & quaſi per errorem a facie Principis egrediens: poſitum ſtultum in dignitate ſublimi, & divites ſedere deorſum. Vidi ſervos in equis; & Principes ambulantes quaſi ſervos ſuper terram.

Item mirabilia ſunt opera Dei: quia neſcit homo, quare tribuat ei honores hujus mundi, vel divitias, vel ſcientias.

Unde Cantor bonæ memoriæ flendo dicebat: Mirabile mihi videtur, quod Dominus dat honores, & divitias ei, quem vult damnari.

Item mirabilia ſunt; quia ipſi mali non deturpant, ſed augent pulchritudinem univerſi.

Unde *Aug. in lib. de vera relig.* De peccatis animæ, vel pœnis non efficitur, ut univerſitas ulla deformitate turpetur.

Eſt enim pulchritudo univerſæ creaturæ per hæc tria inculpabilis, ſcilicet, damnatione peccatorum, exercitatione Juſtorum, perfectione Beatorum. Et non ſolum mirabilia ſunt; ſed

e Et glorioſa, & abſconſa, & inviſa opera illius.] Glorioſa, ideſt, digna gloria, ſive laude. Gloria enim eſt frequens fama cum laude.

Abſconſa, quia nemo poteſt plene inveſtigare cauſam eorum. *Deut. 32.* Nonne hæc condita ſunt apud me, & ſignata in theſauris meis? *f* Inviſa] propter ſenſus humani parvitatem; quia ſicut ſe habet oculus noctuæ ad lucem Solis: ſic intellectus humanus ad manifeſtiſſima naturæ.

g Multi Tyranni ſederunt in throno] ut Saul, 1. *Reg. 15.* Et Aman, *Eſther. 3.* *i* Et inſuſpicabilis] qui nec ſperabat, nec alius, nec ipſe cogitabat.

k Portavit diadema] ut David, 1. *Reg. 16.* Et Mardochæus, *Eſther. 8.* Vel ſic. *g* Multi Tyranni,] id eſt, multi ambitioſi. *h* Sederunt in throno] ideſt, ſedere cupierunt vacante ſede. Vel ſederunt,] jam præſumptione. *i* Et inſuſpicabilis] ideſt, aliquis, de quo nulla erat ſuſpicio. k Portavit diadema] ideſt, fuit electus. *Aug.* Tirannus eſt, qui violenta dominatione opprimit ſubditos. *Chryſ.* Tyrannus eſt, qui alienos ſervos ſibi cogit ſervire.

21. q. 3. c. eorum 25. q. 8. c. ſi. Prov. 18.

Utroque modo ambitioſi recte dicuntur Tyranni: quia tantum donationem quærunt, & tyrannide trahunt ad ſe alios. Notandum autem, quod quatuor de cauſis præficiuntur Tyranni.

Una cauſa eſt, ut Dominus laudetur in eorum humiliatione, & populi oppreſſi ab eis liberatione. *Exod. 9.* Idcirco poſui te, ut oſtendam te in fortitudinem meam, & narretur nomen meum in omni terra.

Secunda eſt, ut Sancti probentur, *Gen. 25.* Major ſerviet minori.

Tertia cauſa eſt, ut gravius & juſtius puniantur. *Eccl. 8.* Interdum dominatur homo homini in malum ſuum.

Quarta eſt, ut recipiant mercedem bonorum, quæ fecerunt. *Ezech. 29.* Merces non eſt reddita ei, neque exercitui ejus de Tyro pro ſervitute, qua ſervivit mihi adverſus eam.

Propterea hæc dicit Dominus Deus: Ecce ego dabo Nabuchodonoſor Regem Babylonis in terra Ægypti, &c.

Hi quatuor opera Dei ſunt mirabilia, glorioſa, abſconſa, inviſa.

Mirabilia, *Jo. 7.* Unum opus feci: & omnes miramini. Glorioſa, *Luc. 13.* Omnis populus gaudebat in univerſis, quæ glorioſe fiebant ab eo. Abſconſa, *inf. 16.* Plurima illius opera ſunt in abſconſis. Inviſa, *Marci 7.* Apprehendens eum Jeſus de turba ſeorſum, miſit digitos ſuos in auricula ejus. Mirabile eſt quod de malo bonum facit. Glorioſum, quod Martyrem inermem Tyrannum vincere facit. Abſconſum, quod prædeſtinatum eſt. Inviſum, quod gratuitum eſt. Sequitur. *l* Multi potentes oppreſſi ſunt valide] ut Aman ſuſpenſus; *Eſther. 7.* Et Sennacherib, *Iſa. 37.* Et Judæi a Tito & Veſpaſiano. *Amos c. 5.* Deprædationem affert ſuper Potentem. *m* Et glorioſi] ideſt, gloriantes in lege, & templo Domini. *n* Traditi ſunt in manus alterorum] ideſt, Romanorum. Vel generaliter. *m* Glorioſi] ideſt, omnes vane gloriantes. *n* Traditi ſunt in manus alterorum] ideſt, Dæmonum. *Prov. 25.* Ne glorioſus appareas coram Rege. Item *Prov. 5.* Ne des alienis honorem tuum. *o* Priuſquam interroges, ne vituperes quemquam: & cum interrogaveris, corripe juſte.] Hic prohibet temerarium judicium, quo multi judicant de aliis ſolis rumoribus, neſcientes cauſas, & circumſtantias peccati, vel facti. Contra quos dicitur *Gen. 18.* Deſcendam, & videbo, utrum clamorem, qui venit ad me, opere compleverint. *Act. 25.* Non eſt conſuetudo Romanis damnare quemquam, niſi qui accuſatur, præſentes habeat accuſatores. *inf. 19.* Qui cito credit, levis eſt corde. *p* Priuſquam audias, ne reſpondeas verbum] ideſt, aliorum cauſas non prius dijudices, quam agnoſcas: vel non prius doceas, quam addiſcas; non prius ſis canalis, quam concha; non prius ſis Didaſcalus, quam Diſcipulus. *Prov. 18.* Qui prius reſpondet, quam audiat: ſtultum ſe eſſe demonſtrat. Unde *Prov. 29.* Vidiſti hominem velocem ad loquendum; ſtultitia magis ſperanda eſt, quam illius correctio. Ideo dicit *Jac. 1.* Sit omnis homo velox ad audiendum; tardus autem ad loquendum, *inf. 18.* dicitur: Antequam loquaris, diſce,

a Et in medio ſeniorum,] Sapientum.
b Ne adjicias loqui,] ideſt; ne multum, vel audacter loquaris, *ſup.* 7. Noli verboſus eſſe in multitudine Præſbyterorum. *c* De ea re, quæ te non moleſtat] ideſt, cujus amiſſio, vel ignorantia debet eſſe cauſa moleſtiæ.
d Ne certaveris] contendendo ſic eſſe, vel nimis curioſe inquirendo. *Hier.* Stultum eſt ſollicitum eſſe circa id, quod ſine periculo ignoratur, *ſup.* 3. In pluribus operibus Dei ne fueris curioſus. Et in judicio peccantium] ideſt, judicium pervertentium.

al. † certeris.

f Ne conſiſtas] ut Aſſeſſor. Vel, non conſiſtas, ideſt, conſentias: Satis enim conſiſtit, qui conſentit. *Dan.* 13. Mundus ego ſum a ſanguine hujus. Vel ſic.

a & in medio Seniorum ne *b* adjicias loqui. *c* De ea re quæ te non moleſtat, *d* ne † certaveris: *e* & in judicio peccantium *f* ne conſiſtas.
g Fili, ne in multis ſint actus tui: *h* & ſi dives fueris, *i* non eris immunis a delicto. Si *k* enim ſecutus fueris, non *l* apprehendes, *m* & non effugies, ſi *n* præcucurreris.
o Eſt homo *p* laborans *q* & feſtinans, & *r* dolens *ſ* impius: & *t* tanto magis non † abundabit. *u* Eſt homo marcidus *x* egens recuperatione, *y* plus deficiens virtute, *z* & abundans paupertate, *a* & ocu-

e In judicio peccantium ne conſiſtas,] ideſt, ne moreris judicare, & punire peccantes cognita veritate: quod ſæpe faciunt Judices cauſa cupiditatis. *Eccl.* 8. Quia non profertur cito contra malos ſententia, abſque ullo timore filii hominum perpetrant mala.
g Ne in multis ſint actus tui.] Prohibiturus avaritiam, prohibet curioſitatem, quæ comes eſt avaritiæ.

Et poteſt legi de his, qui ſimul audiunt diverſas facultates.

Contra quos dicitur *Deut.* 22. Non arabis in bove ſimul, & aſino; nec indueris veſtimento, quod ex lana, linoque contextum eſt.

Idem poteſt legi de his, qui de ſcripturis multiplicandis, aut poſſeſſionibus aliis nimis ſolliciti ſunt.

Contra quos dicitur *Oſ.* 10. Diviſum eſt cor eorum: nunc interibunt. *Luc.* 10. Martha, Martha ſollicita es, & turbaris erga plurima.

Item de his, qui diſpenſationem quærunt, ut habeant plures redditus, & curam ſpiritualium, & temporalium ſimul.

Contra quos dicitur 2. *Tim.* 2. Nemo militans Deo implicat ſe ſæcularibus negotiis. *Matt* 25. Euge, ſerve bone, & fidelis, quia ſuper pauca fuiſti fidelis, ſuper multa te conſtituam. Ideo dicitur *Pſal.* 26. Unam petii a Domino, hanc requiram. *Greg. ſup. Ezec.* Fluvius, qui in multos rivos dividitur, citius a ſuo alveo deſiccatur.
h Et ſi dives fueris] ideſt, eſſe cupieris.
i Non eris immunis a delicto,] quia aut male cupies, aut male retinebis, 1. *Tim.* 6.

Qui volunt divites fieri, incidunt in tentationem, & in laqueum Diaboli.
k Si enim ſecutus fueris] divitias temporales, mente, vel deſiderio, vel corporali diſcurſu.
l Non apprehendes.] Quia, ut dicit *Greg.* Gloria hujus mundi umbræ ſimilis eſt; quia fugientem ſequitur: & fugit ſequentem.

Unde *inf.* 34. Quaſi qui apprehendit umbram, & perſequitur ventum; ſic qui attendit ad viſa mendacia.
m Et non effugies] peccatum, vel faciem Judicis.
n Si præcucurreris] ideſt, feſtinanter cucurreris poſt divitias. *Abac.* 2. Væ qui multiplicat non ſua. *Prov.* 28. Qui feſtinat ditari, non erit innocens.
k Si ſecutus fueris] divitias temporales.
l Non apprehendes] æternas.
m Et non effugies,] divitias æternas, & etiam temporales.
n Si præcucurreris] ad æternas, quaſi dicat; ſi ſequeris divitias temporales: amittis æternas: ſi contemnis temporales: æternas habebis, & temporales.

Unde *Rab. in orig.* In nullo bono deficient, qui ſpirituali fruuntur: nam cum diligimus Dominum, in eo omnia bona reperimus.

Unus eſt, qui quæritur, cum quo omnia bona reperiuntur, & lucrum admirabile, & compendium ſingulare. *Sap.* 7. Venerunt mihi omnia bona pariter cum illa.
o Eſt homo laborans.] Proſequitur de cupiditate, & oſtendit miſerias & ærumnas hominum. Unde dicit: Eſt homo, ideſt, ab homo.
p Laborans] ſeipſum crucians pro divitiis congregandis. *Eccl.* 10.

Labor ſtultorum affliget eos, qui neſciunt in urbem pergere, ideſt, in cœlum; volunt enim pergere onerati.
q Et feſtinans] ditari. *Abac.* Quaſi Aquila feſtinans ad comedendum, omnes ad prædam veniunt. *Prov.* 13. Subſtantia feſtinata ipſa minuetur.
r Et dolens] quia non poteſt tantum acquirere, quantum vellet, ideſt, tam cito, vel quia lacerarent cor ejus ſpinis divitiarum. Contra *Job* 30. Eſſe ſub ſentibus delitias computabant; Sicut Phreneticus, cum inciditur, non ſentit; imo gaudet; *ſ* Impius] in Deum, quia res filiorum ejus, ideſt, pauperum, vel male acquirit, vel injuſte detinet. *Prov.* 28. Qui coacervat divitias uſuris, & fœnore liberali in pauperes, ideſt, contra pauperes congregat eas.

al. † abundat.

Item exponitur hoc de ſcholaribus, qui feſtinant, & laborant, ut ſciant. *o* Eſt homo laborans] vigilando, ſcribendo, ſtudendo, tantum, ut ſciat. *Eccl.* 1. Dedi cor meum, ut ſcirem prudentiam, & doctrinam, erroreſque, & ſtultitiam: & cognovi, quod in his eſſet labor, & afflictio ſpiritus.

Item *in eod.* 6. Omnis labor hominis in ore ejus. Contra quod dicitur *eod.* 5. Hoc mihi viſum eſt bonum, ut comedat quis & bibat de labore ſuo, quo laboravit ſub Sole, ideſt, convertat in ſuam utilitatem, quod audit, vel docet. *q* Et feſtinans] audire multas lectiones, & multos libros cito tranſcurrere; & in fine tantum ſcit, quantum prius ſciebat, vel forte minus. *Prov.* 20. Hæreditas, ad quam feſtinatur in principio, in noviſſimo benedictione carebit. Vel feſtinans, eſſe, vel vocari Magiſter, quod pejus eſt, *Jac.* 3. Nolite plures Magiſtri fieri, fratres mei. *Prov.* 19. Qui feſtinus eſt, pedibus offendet. *r* Et dolens] quod non habet magnas dilectiones de littera. Vel quia non poteſt cito fieri Magiſter. *Job* 21. Deus ſervabit filiis illius dolorem patris. Vel quia non aſſequitur nomen, vel ſtatum Magiſtri ſui. *Pſal.* 126. Surgite poſtquam ſederitis, qui manducatis panem doloris. *ſ* Impius] in cultum Dei; quia propter ſtudii curioſitatem amittit Miſſas, & Matutinas; vel tam feſtinanter dicit, ut nec attentionem, nec devotionem habeat. Unde tali dicit Dominus *Job* 38. Cum me laudarent ſimul aſtra matutina, & jubilarent omnes filii Dei, ſupple, ubi eras? *Eccl.* 8.

Eſt homo, qui diebus, & noctibus ſomnum non capit oculis: & intellexi, quod omnium operum Dei nullam poſſit homo invenire rationem eorum, quæ fiunt ſub Sole; & quanto plus laboraverit ad quærendum, tanto minus inveniet eam. Et hoc eſt, quod dicitur hic.
o Eſt homo laborans, & feſtinans, & dolens impius] ideſt, negligens cultum Dei. *t* Et] quanto magis negligit] tanto magis abundabit] ſcientia & virtute. *Prov.* 11. Expectatio ſollicitorum peribit.

Et *inf.* Impius facit opus inſtabile. Et *inf.* Alii dividunt propria, & ditiores fiunt; alii rapiunt non ſua; & ſemper in egeſtate ſunt. *u* Et homo marcidus] ideſt, æger, vel ſenex, ſicut flos marcidus, cum viriditatem amittit. *x* Egens recuperatione] ſanitatis, vel temporis amiſſi, vel corporis refectione, *ſup.* 2. Crede Deo, & recuperabit te. Vel ſic. *u* Eſt homo marcidus] ideſt, piger, & torpens. *Joſ.* 18. Uſquequo marcetis ignavia? *x* Egens recuperatione,] amiſſi temporis propter pigritiam, vel conformatione, exhortatione, vituperatione erga ſeipſum. *y* Plus deficiens virtute] ideſt, valde deficiens virtute corporis, vel animi. *z* Et abundans paupertate] virtutum. Et] tamen [oculus Dei reſpexit illum in bono] ideſt ad bonam illius. Vel ſic legatur, & melius. *u* Eſt homo marcidus] ideſt, pauper ſine flore mundi. Flos enim dicitur marcidus, cum viriditatem amittit. *x* Egens recuperatione] ideſt, egere ſe cognoſcens Deo, qui recuperabit omnia. *Phil.* 3. Salvatorem expectamus Dominum Jeſum Chriſtum, qui reformabit corpus humilitatis noſtræ, &c.
y Plus deficiens virtute,] quam egens recuperatione divitiarum; & plus dolens de defectu virtutis, quam pecuniæ, vel ſanitatis. *z* Et abundans paupertate,] ideſt, ſciens com-

lus *a* Dei reſpexit illum in bono, *b* & erexit eum ab humilitate ipſius, *c* & exaltavit caput ejus: *d* & mirati ſunt in illo multi, & *e* honoraverunt Deum.

f Bona, *g* & mala, *h* vita, & *i* mors, *k* paupertas, *l* & honeſtas *m* a Deo ſunt.

n Sapientia & diſciplina, & ſcientia legis apud Deum: *o* dilectio, & viæ bonorum apud ipſum.

p Error & tenebræ peccatoribus concreata ſunt: *q* qui autem exultant in malis, *r* conſeneſcunt in malo.

ſ Datio Dei *t* permanet Juſtis: & *u* profectus illius *x* ſucceſſus † habebit in æternum. Eſt *y* qui locupletatur parce agendo, *z* & hæc eſt pars mercedis illius in *a* eo, quod dicit, inveni requiem mihi, *b* & nunc manducabo de bonis meis ſolus: *c* & neſcit, quod tempus prætereat illum, & *d* mors *e* appropinquet, *f* & relinquat omnia aliis, & moriatur, *g* Sta in teſtamento tuo, *h* & in illo colloquere, *i* & in opere mandatorum tuorum *k* veteraſce.

l Ne manſeris in ope-

compati. Vel abundant, divitiis ſpiritualibus, paupertate, ideſt, merito paupertatis, 2. *Cor.* 8. Altiſſima paupertas eorum abundavit in divitias paupertatis eorum. *Prov.* 10. Quaſi pauper cum in multis divitiis ſit.

a Et oculus Dei reſpexit illum in bono.] In bono dicit, quoniam reſpicit oculus Dei in malo pœnæ. *Exod.*
B 13. Reſpiciens Dominus ſuper caſtra Ægyptiorum per columnam ignis, & nubis, interfecit exercitum eorum.

Quandoque eſt in bono, ut hic, & *Gen.* 4 Reſpexit Dominus ad Abel, & ad munera ejus; ad Cain autem, & ad munera ejus non reſpexit.

Et *Luc.* 1. Reſpexit Dominus humilitatem ancillæ ſuæ.

Primus oculus juſtitiæ eſt, ſecundus miſericordiæ.

b Et erexit eum ab humilitate ipſius,] ideſt, ab oppreſſione infirmitatis, & paupertatis.

c Et exaltavit caput ejus] in præſenti, ut patet in *Job ult.* Et in futuro, ut patet in Lazaro, *Luc.* 16.

d Et mirati ſunt in illo multi,] quod tam ſubito de tanta miſeria in tantam gloriam ſublimatus eſt. *Sap.* 5.

Videntes turbabuntur timore horribili, & mirabuntur in ſubitatione inſperatæ ſalutis.

e Et honoraverunt Deum] ſic boni ſublimati, ideſt, laudaverunt, gratias agentes, & de bonis & de malis ab eo receptis.

Utraque enim ſunt a Deo: unde ſequitur.

f Bona] ideſt, proſpera.

g Et mala] ideſt, adverſa.

h Vita] naturæ, gratiæ, & gloriæ.

i Et mors] naturæ, & gehennæ.

k Paupertas] ſpiritualis, vel temporalis vita.

l Et honeſtas] ideſt, opulentia temporalis, vel ſpiritualis.

m A Deo ſunt] principali Auctore: Contra *Sap.* 1.

Deus mortem non fecit. Solut. Deus mortem non fecit, ideſt, cauſam mortis, ideſt, peccatum, quod dicitur mors culpæ.

Item eſt duplex malum, ſcilicet, malum culpæ, & hoc non eſt a Deo: & malum pœnæ, & illud eſt a Deo. *Iſa.* 45. Ego Dominus: & non eſt alter Deus formans lucem, & creans tenebras, faciens pacem, & creans malum.

n Sapientia & diſciplina, & ſcientia legis apud Deum.] Et eſt idem in Deo Sapientia, diſciplina, ſcientia, lex, ſcilicet, divina eſſentia.

Quæ Sapientia dicitur, quia omnia ſapit, & falli non poteſt. Diſciplina, quia docet, & diſciplinat. Scientia, quia ſcit omnia, & ſcire nos facit omnia, ideſt, aliqua. Lex, quia regit, & dirigit omnia.

Et de hac lege dicit *Aug.* Hæc eſt incommutabilis veritas illa, quæ omnium artium lex recte dicitur, & ars Domini potentis Artificis.

o Dilectio, & viæ bonorum apud ipſum] ideſt, Deus diligit bonos, & facit venire ad ſe.

Viæ autem bonorum ſunt pœnitentia, & innocentia, extra quas nullus venit ad ipſum.

Hæ ſunt viæ pulchræ, de quibus *Prov.* 3. Viæ ejus viæ pulchræ, & omnes ſemitæ ejus pacificæ.

Et *eod* 4. Vias, quæ a dextris ſunt, novit Dominus: perverſæ autem, quæ a ſiniſtris ſunt.

p Error & tenebræ peccatoris concreata ſunt] ſimul facta, non a Deo Creatore omnium, ſed a libero arbitrio peccatoris, quaſi dicat Sapientia, & diſciplina, & ſcientia, dilectio, & via continendi ad Deum, eſt in hominibus, non ab ipſis, ſed a Deo: error circa viam, tenebræ, dicit, contra Sapientiam.

Hoc ideo dicit Auctor, ut oſtendat, quia aliter, & aliter ſunt a Deo bona, & mala.

Bona quidem ſunt a Deo ſolo ſimpliciter, ideſt, ex mera gratia ejus: mala vero, ideſt, ſupplicia ab eo irato, & provocato peccatis noſtris.

Unde *Thr.* 3. Se abjecit, & miſerebitur ſecundum

Hugonis Cardin. Tom. III.

multitudinem miſericordiarum ſuarum: Non enim humiliavit ex corde ſuo, & abjecit filios hominum.

q Qui autem exultant in malis,] ideſt, in peccatis ſuis.

r Conſeneſcunt in malo] ideſt, uſque ad canos permanent in malis, ideſt, uſque ad mortem. *Dan.* 13. Inveterate dierum malorum. Vel, Conſeneſcunt in malo, ideſt, aſtutiores ſunt ad mala perpetranda. *Luc.* 16. Filii hujus ſæculi prudentiores ſunt filiis lucis in generatione ſua. al. † habebant. C

ſ Datio Dei,] ideſt, quod dat Deus ſcilicet, gratia, & gloria.

t Permanet Juſtis] quia mitis. Juſti enim in perpetuum vivent: & apud Dominum eſt merces eorum. *Sap.* 5. 1. *Cor.* 13. Charitas nunquam excidit.

u Et profectus illius] pauperis, vel Dei, ideſt, multiplicatio bonorum operum & virtutum.

x Succeſſus habebit in æternum] ideſt, multiplicis mercedis, & æternæ remunerationis. *Sap.* 3. Bonorum operum glorioſus eſt fructus. *y* Et qui locupletatur parce agendo] ideſt, avare congregando. *z* Et hæc eſt pars mercedis illius,] non tota.

a In eo, quod dicit, inveni requiem mihi] in luto divitiarum, ſicut porcus. *Jer.* 48. Fertilis fuit Moab ab adoleſcentia ſua; & requievit in fæcibus ſuis. *Luc.* 12. Anima habes multa bona repoſita in annos plurimos: requieſcere, comede, bibe, epulare. Contra *Pſ.* 127. Labores manuum tuarum manducabis.

b Et nunc manducabo de bonis meis ſolus] ideſt, propter me ſolum congregata. *Eccl.* 4.

Væ ſoli, quia ſi ceciderit, &c. *Job.* 31. Si comedi bucellam meam ſolus, &c.

c Et neſcit, quod tempus prætereat illum,] inutiliter, & damnabiliter. *Deut.* 32. Juxta eſt dies perditionis.

d Et mors] naturæ, vel gehennæ.

e Appropinquet.] Unde *inf.* 13. Memor eſto, quoniam mors non tardabit.

f Et relinquat omnia aliis, & moriatur.] *inf.* 14. Qui acervat animæ ſuæ injuſte, aliis congregat, & in bonis illius alius luxuriabitur. *Prov* 13. Cuſtoditur Juſto ſubſtantia peccatoris. *Pſal.* 48. Ne timueris, cum dives factus fuerit homo, &c. 1. *Tim.* 6. Nihil intulimus in hunc mundum, &c.

g Sta in teſtamento tuo] ideſt, in mandato Dei, quod tibi ſtatutum eſt ad obſervandum; *Exod.* 20. Et in pacto baptiſmali, quod ſtatuiſti, & promiſiſti ſervare. *Pſal.* 118. Juravi, & ſtatui, &c. Vel religionis, quod voviſti. *Pſal* 75. Vovete, & reddite.

h Et in illo colloquere] Deo meditando, & aliis prædicando. *Mich.* 5. Stabit, & paſcet in fortitudine Domini, non in ſua. Non ſtat in teſtamento ſuo, qui pactum violat baptiſmale, vel mandata Dei tranſgreditur, vel votum religionis ſuæ non cuſtodit. *Gal.* 3. Hominis confirmatum teſtamentum nemo ſpernit, ideſt, nullus, qui ſit hæres, renovabit, aut ſuperordinat.

Ubi enim teſtamentum eſt, mors, neceſſe eſt, intercedat teſtatoris; Teſtamentum enim in mortuis confirmatum eſt; alioquin nondum valet, dum vivit, qui teſtatus eſt, *Hebr.* 9. jam multi clauſtrales non ſtant in teſtamento, nondum valet teſtamentum eorum; quia adhuc vivunt ſibi, & mundo, & parentibus.

i Et in opere mandatorum tuorum,] ideſt, tibi datorum. *k* Veteraſce] ideſt, perſevera uſque in finem. Nam qui perſeveraverit uſque in finem, hic ſalvus erit, *Matt.* 10. & 24. Et non alius, quia unus ſolus accipit bravium, 1. *Cor* 9.

l Ne manſeris in operibus peccatorum] maculatione, id eſt, peccantium pravitati ne conſentias: vel ſi forte conſenſeris, opere non impleas; vel ſi feceris, non permaneas; ſed pœnitendo recedas *Mich.* 7. Ne læteris inimica mea ſuper me, quia cecidi: conſurgam, cum ſedero in tenebris, Dominus lux mea eſt.

 a Con-

ribus Peccatorum. *a* Confide autem in Deo, *b* & mane in loco tuo. *c* Facile eſt enim in oculis † Dei ſubito *d* honeſtare pauperem. *e* Benedictio Dei in *f* mercedem Juſti *g* feſtinat: & in *h* honore veloci proceſſus illius fructificat. *i* Ne dicas: quid eſt mihi opus, *k* & quæ erunt mihi ex hoc bona? *l* Ne dicas, ſufficiens † mihi ſum: *m* & quid ex hoc *n* peſſimabor? In *o* die bonorum, ne immemor ſis malorum: *p* & in die malorum *q* ne immemor ſis bonorum: *r* quoniam facile eſt coram Deo in die obitus *ſ* retribuere unicuique ſecundum vias ſuas. *t* Malitia † horæ oblivionem facit luxuriæ † maximæ, & *u* in fine hominis *x* denudatio operum illius. *y* Ante mortem ne laudes hominem quemquam: *z* quoniam in filiis ſuis agnoſcitur vir. *a* Non omnem hominem *b* inducas in *c* domum tuam, *d* multa enim ſunt inſidiæ doloſi. *e* Sicut enim † eructuant *f* præcordia † fœtentium:

a Confide autem in Deo,] qui poteſt erigere, & eripere lapſos. *Jer.* 27. Benedictus, qui confidit in Domino. *b* Et mane in loco tuo,] ideſt, in Deo, qui eſt locus tuus. Vel, in loco tuo, ideſt, Fide, & Charitate, *Eccl.* 10. Si ſpiritus poteſtatem habentis aſcenderit ſuper te, locum tuum ne dimiſeris.

c Facile eſt enim in oculis Domini] Vel [Dei ſubito] ideſt, cito, vel ex improviſo.

al. † Domini. *d* honeſtare pauperem] ideſt, adjuvare, & liberare a miſeria, & preſſura paupertatis, vel infirmitatis, vel tentationis, aut cujuſcumque tribulationis.

e Benedictio Dei,] ideſt, remuneratio.

f In mercedem Juſti feſtinat] *Apocal. ult.* Ecce venio cito, & merces mea mecum eſt, *Gen.* 15. Ego ſum merces tua magna nimis. Vel ſic. al. † non habet mihi.

e Benedictio Dei] ideſt, gratia & cetera bona, quæ tribuit in præſenti, quæ ſunt benedictio ſiniſtræ.

Infr. 18. *g* Feſtinat] ut perducat.

f In mercedem juſti] ideſt, ad gloriam, quam tribuet in futuro juſtis pro mercede laboris, quæ eſt benedictio dexteræ.

Unde ſenſus eſt. Benedictio ſiniſtræ feſtinat ad benedictionem dexteræ, *Prov.* 3. Manſuetis dabit gratiam, gloriam ſapientes poſſidebunt, *Pſ.* 83. Gratiam & gloriam dabit Dominus.

h Et in honore veloci] dativi caſus [proceſſus illius fructificat,] ideſt, Juſto velociter currenti ad bravium æternæ vocationis, proceſſus vitæ ejus fructificat ad honorem illius. Merito enim bonæ vitæ honorabitur a Chriſto honore regni.

Unde *Pſ.* 8. Gloria, & honore coronaſti eum, Domine.

Item honore judicii, *Matth.* 19. Amen dico vobis, quod vos, qui ſecuti eſtis me, &c.

Item honore adoptionis Filiorum, *Sap.* 5. Nos inſenſati vitam illorum æſtimabamus inſaniam, & finem illorum ſine honore; quomodo ergo computati ſunt inter filios Dei, & inter Sanctos ſors illorum eſt?

Item honore, laudationis ipſius Chriſti, *Matth.* 25. Eſurivi, & dediſtis mihi manducare, &c. Venite ergo benedicti.

Item honore angelico, quia pariſicabuntur Angelis, *Matt.* 22 In reſurrectione neque nubent, neque nubentur, ſed ſunt ſicut Angeli Dei.

Et nota, quod dicit, fructificat, quia vita Juſti eſt arbor fructificans, cujus radix eſt fides, ſtipes ſpes eſt, rami charitas extenſa ad omnes, folia ſunt bona verba, fructus opera. Sequitur.

i Ne dicas, quid eſt mihi opus] ideſt, quo indigeo. Hæc enim vox eſt ſuperborum divitum, qui in potentia, & opulentia ſua confidunt.

k Et quæ erunt mihi ex hoc] ideſt, poſt hoc [bona.] Hęc eſt vox infidelium, qui dicunt animam perire cum corpore, nec bona, nec mala eſſe poſt hanc vitam.

De primis dicitur *Apoc.* 3. Dicis, quia dives ſum, & locupletatus, & nullius indigeo. & neſcis, quia miſer es, & miſerabilis, & pauper, & cæcus, & nudus. De aliis dicitur *Sap.* 2. Ex nihilo nati ſumus, & poſt hoc erimus, tanquam non fuerimus, *Prov.* 24. Ne æmuleris impios, quoniam non habent futurorum ſpem.

l Ne dicas; ſufficiens mihi ſum] in conſiliis, in ſcientia, in vita, & nullius auxilio, vel conſilio, vel oratione indigeo.

m Et quid ex hoc peſſimabor,] ideſt, quid mali ex hoc, quod tot, & tanta congregavit, ſuſtinebo? Et quid ex hoc, ideſt, poſt hoc.

n Peſſimabor] ideſt, cum ita ſufficiens ſim, quidnam modo pati poſſum adverſi? *inf.* 38. Memento noviſſimorum, & noli oblivìſci; neque enim eſt converſio; & huic non proderis, & teipſum peſſimabis.

o In die bonorum ne immemor ſis malorum,] ideſt, in tempore proſperitatis, tam ſpiritualis, quam temporalis, memento adverſitatis, quæ præceſſit, vel quæ accidere poteſt. Naturale enim eſt, ut diem ſequatur nox, & e converſo. Unde ſequitur.

p Et in die malorum,] ideſt, adverſitatis ſpiritualis, vel temporalis, vel corporalis. *q* Ne immemor ſis bonorum], ideſt, beneficiorum Dei, vel bonorum æternorum, quæ promittit Dominus diligentibus ſe, vel ſperantibus in ſe. Primum dicit, ut timeas, ſecundum, ut ſperes. al. † animæ

De hoc dicitur *Gen.* 8. Frigus, & æſtus: æſtas, & hyems: nox, & dies non requieſcent, ideſt, infirmitas, & ſanitas: triſtitia, & lætitia; adverſitas, & proſperitas. Quare autem ſic oporteat eſſe memorem bonorum, & malorum, ſubjungit. al. † magnæ.

r Quoniam facile eſt coram Deo in die obitus,] ideſt, mortis, vel adverſitatis. *ſ* Retribuere unicuique ſecundum vias ſuas,] ſive bonum, ſive malum; *Jer.* 32. Aperti ſunt oculi Domini ſuper omnes vias filiorum Adam, ut reddat unicuique ſecundum vias ſuas, ideſt, ſecundum opera ſua. al. † eructant. al. † fœtantium.

t Malitia oblivionem facit luxuriæ maximæ,] ideſt; brevis afflictio adverſitatis delet, & purgat dolorem maximæ voluptatis.

Unde *Prov.* 20. Livor vulneris abſterget mala, & plagæ in ſecretioribus ventris, *Eccl.* 10. Locum tuum ne dimiſeris; quia curatio ceſſare faciet peccata maxima. Et hoc eſt, quod dicitur *infra* 31. Infirmitas gravis ſobriam facit animam.

u Et in fine hominis, ideſt, in die judicii.

x Denudatio operum illius] ideſt, intentionis operum, quæ veſtita erat operibus exterioribus, 1. *Cor.* 3. Nolite ante tempus judicare, quoadusque veniat Dominus, qui & illuminabit abſcondita tenebrarum, & manifeſtabit conſilia cordium, ideſt, ſecretas cogitationes, & voluntates. *y* Ante mortem ne laudes hominem]ſcilicet, adulando, *Prov.* 24. Ne lactes quemquam labiis tuis, ideſt, ne laudes hominem ante mortem ſimpliciter; quia adhuc eſt pugna; ſed finis, non pugna coronat. Neſcit etiam homo an amore, vel odio dignus ſit, ut dicitur *Eccl.* 9. Dicit *Gloſ.* Stultum eſt laudare pugnantem quaſi jam victorem: ille enim, qui bene videtur agere, neſcimus ſi velit, vel ſi poſſit perſeverare. Verumtamen cum boni laudantur, non ipſi, ſed Chriſtus in eis laudatur, qui in eis vivit.

Unde *Gal.* 2. Vivo ego, jam non ego, &c. Et ſubjungit cautiam.

z Quoniam in filiis ſuis agnoſcitur vir,] ideſt, in finalibus, & perfectis operibus, quæ ex pura intentione generat, *Matth.* 7. A fructibus eorum cognoſcetis eos. *a* Non omnem hominem induc in domum tuam,] ideſt, exponas omnia ſecreta domus tuæ omnibus indifferenter, ut Ezechias, 4. *Reg.* 20. Et *Iſa.* 39.

d Multæ enim ſunt inſidiæ doloſi] qui forte in ſpecie peregrini hominis recipitur.

Unde *ſup.* 8. Coram extranea ne facias conſilium: neſcis enim quid pariet.

De hac auctoritate faciunt ſcutum quidam, ſuam inhoſpitalitatem palliantes, advenas, & peregrinos ſuſpicantes latrones.

Myſtice dicitur Prælato. *c* In domum tuam,] ideſt, in Eccleſiam tuam. *b* Non inducas omnem hominem] ſed probatum moribus, & ſcientia, & pauperem.

d Multæ enim ſunt inſidiæ doloſi] ideſt, diaboli, qui ſæpe ſub ſpecie pietatis nepotibus, & extraneis ſuggerit præbendas, aut Eccleſias dari.

Dicit enim: Si quis ſuorum, & maxime domeſticorum curam non habet, fidem negavit, & eſt infideli deterior, 1. *Tim.* 5.

e Sicut enim eructuant] fœtorem.

f Præcordia fœtentium] vel fœtantium, ideſt, fordentium, vel parturientium,

a Et

Digitized by Google

a & ſicut perdix inducitur in † caveam, & ut *b* caprea in laqueum: ſic & *c* cor ſuperborum, & ſicut *d* proſpector videns caſum proximi ſui. *e* Bona enim in *f* mala convertens *g* inſidiatur, & *h* in Electis † imponit maculam. A *i* ſcintilla una augetur ignis: & k ab uno doloſo *l* augetur ſanguis: *m* homo † enim peccator *n* ſanguini inſidiatur. *o* Attende tibi a peſtifero, *p* fabricat enim mala: ne *q* forte inducat ſuper te ſubſannationem in perpetuum. *r* Admitte ad te alienigenam, & *ſ* ſubvertet te in † turbine, & *t* abalienabit te *u* a viis propriis.

C A P. XII.

SI *x* benefeceris, *y* ſcito cui feceris, & erit *z* gratia bonis tuis multa. *a* Benefac Juſto, *b* & invenies *c* retributionem magnam: & ſi *d* non ab ipſo, *e* certe a † Domino.

a Et ſicut perdix inducitur in caveam] quæ eſt ſagaciſſima avis; & tamen decipitur. *b* Et ut caprea in laqueum] quæ acutiſſime videt, & velociſſime currit; & tamen occupatur, & capitur. *c* Sic & cor ſuperborum] fetorem ſpirat, & ſæpe decipitur, licet ſibi ſapiens videatur. Recte autem comparatur perdici, & capreæ ſuperbus. Perdix enim ex voce nomen habet, ut dicit *Iſidor.* Sic ſuperbus ex vocibus adulaorium nomen habet, ſive famam ſibi uſurpat.

al. † foveam.

Item perdix aliena ova fovet, & furatur, ut dicitur *Jer.* 17. Fovit, quæ non peperit; Sic ſuperbus aliorum facta ſæpe ſibi attribuit, ut patet in ſcholaribus, & Magiſtris, qui ſæpe ſcripta aliorum ſurripiunt: & quaſi novum opus publicant. Sed ſicut in perdice, ſic ſæpe accidit in eis. Cum enim perdix pullos de alienis ovis eduxerit, ſtatim ut vocem veræ genitricis audierint, relinquunt perdicem; & revertuntur ad veram genitricem; ſic auditores, qui cum audierint illum, qui ſcripta condidit, relicto ſuperbo Magiſtro, qui ſe de ſcriptis hujuſmodi falſo jactabat, commendant illum, & iſtum vituperant.

al. † imponet.

al. † vero.

Item perdix eſt avis immundiſſima; & tamen a magnatis libenter comeditur: quia ſuperbia natione cœleſtis, &c. Item capreæ ſimilis eſt ſuperbus; Caprea enim habitat in montibus; ſic ſuperbus ſemper eſt in dignitatibus mente, & deſiderio.

Item caprea acute videt, & ſuperbus ſe reputat ſapientem.

Item caprea velociſſime currit: & ſuperbus omnibus ſe præfert: ubicumque vacat dignitas, primus adeſt. Fœtidus autem dicitur ſuperbus; quia ſicut fœtens nunquam de aliis niſi fœtida dicit & ſpurca.

Et licet Auctor omne genus ſuperbiæ hic comprehendat; tamen duplicem ſuperbiam hic ſpecialiter ſuggillat. Unam, quæ ſurgit ex opinione ſcientiæ, quam B. *Bern.* vocat ſuperbiam latam, quæ per capream deſignatur.

De qua dicitur 1. *Cor. c.* 8. Scientia inflat. Et aliam, quæ ſurgit ex divitiis, quam *B. Bern.* vocat ſuperbiam imam, quæ per perdicem ſignificatur.

De qua dicitur 1. *Tim. c.* 6. Præcipe divitibus hujus ſæculi non ſublime ſapere. Sequitur.

d Et ſicut proſpector videns caſum proximi ſui] ſic eſt cor ſuperbi. *e* Bona enim] facta, vel dicta aliena.

f In mala convertens] ideſt, diminuens, vel mala intentione facta aſſerens. *g* Inſidiatur] ut ſi male aliquid fiat, vel dicatur, publicet & augmentet; bonum vero diminuat, & pervertat. *h* Et] ita [in Electis imponit maculam] ideſt, intentionem eorum pervertens.

Sicut Judæi *Matt.* 12. Non ejicit hic Dæmonia, niſi in Beelzebub. Proſpectorem vocat ſuperbum; quia procul aſpicit alios, ſe cunctis ſuperiorem æſtimans. Unde *Job.* 40. Diſperge omnes ſuperbos, & reſpiciens omnem arrogantem humilia.

i A ſcintilla una augetur ignis] ideſt, magnus ignis naſcitur. k Et ab uno doloſo] ideſt, hæretico, vel falſo fratre. *l* Augetur ſanguis] ideſt, hominum perditio, vel peccatum, quod ſanguinis nomine deſignatur. *Oſeæ* 4. Sanguis ſanguinem tetigit, ideſt, peccatum peccato additum eſt. *m* Homo enim peccator] ideſt, hæreticus, vel quilibet ex certa ſcientia peccans. *n* Sanguini inſidiatur] ideſt, vitæ ſpirituali extinguendæ; quia quaſi nihil in conſpectu ejus ſanguis, ut dicitur *ſup.* 8. *o* Attende tibi a peſtifero] ideſt, cave tibi ab hæretico, vel detractore, qui venenum portat in ore, ut ſerpens. *p* Fabricat enim mala] ideſt, cogitat qualiter nocere tibi poſſit aut valeat *Job* 13. Cum Deo diſputare cupio, prius oſtendens vos fabricatores mendacii, & cultores perverſorum dogmatum. *Iſa.* 45. Abierunt in confuſionem fabricatores errorum. Et qualiter attendere moneat a tali peſtifero, ſubdit.

q Ne forte inducat ſuper te ſubſannationem in perpetuum] ideſt, deriſum Dæmonum, qui ſubſannant peccatores: vel Chriſti qui in die judicii impios ſubſannabit. *Prov.* 1. Ego quoque in interitu veſtro ridebo, & ſubſannabo: cum vobis, quod timebatis, advenerit. *r* Admitte ad te alienigenam] ideſt, hæreticum, vel Dæmonem, vel quemlibet perverſorem. *ſ* Et ſubvertet te in turbine] erroris, vel peccati, vel judicii.

Et loquitur ironice, quaſi dicat: ſi admittis alienigenam, ſubvertet te verbo, vel exemplo: ideo conſortium ejus fuge. Contra *Lev.* 19. Si habitaverit advena in terra veſtra, & moratus fuerit inter vos, non exprobretis eis: ſed ſit inter vos quaſi indigena, & diligetis eum quaſi voſmetipſos. al. † tempore.

A

Item *Deut.* 10. Amat Deus peregrinum, & dat ei victum, & veſtitum: & vos ergo amate peregrinos. Solut. Hic loquitur Auctor de alienigena ſpirituali, hæretico, vel Diabolo, vel peccato, qui alienant a Deo. Ibi igitur de alienis litteralibus, in quibus debent exerceri opera miſericordiæ. *t* Et abalienabit te] ſi ei conſentias. *u* A viis propriis] quæ proprie ducunt ad vitam, vel ad Deum. Vel, a viis tuis, ideſt, quæ tibi datæ ſunt, & oſtenſæ, ut in eis ambules. al. † Deo.

E X P O S I T I O CAP. XII.

SI benefeceris, &c.] Duo dicit Auctor in hoc capitulo. Primo docet diſcretionem eſſe ſervandam in eleemoſynis faciendis, oſtendens, cui danda ſit eleemoſyna, Juſto, ſcilicet, & humili bono, & miſericordi; & cui non: & quæ retributio facienti; & quod incommodum facere negligentis; ſub oſtendens, quando & qualiter agnoſci poſſit verus amicus, quod nimis difficile eſt: & quomodo ad falſos amicos nos habere debeamus. Dicit ergo. *x* Si bene feceris] ideſt, benefacere volueris dando eleemoſynas tam corporales, quam ſpirituales. *y* Scito, cui feceri,] ideſt, antequam des, attende cui des.

Unde *inf. eod.* ſecundum aliam tranſlationem, Deſudet eleemoſyna in manu tua, donec invenias, cui des, vel cui date debes. Monet autem Auctor attendere, cui dandum: & non ſolum hoc, ſed & ſimplici animo dare debes.

Unde *Matt.* 6. Attendite, ne juſtitiam veſtram faciatis coram hominibus, ut videamini ab eis.

z Et erit gratia bonis tuis multa,] & ſic erit eleemoſyna tua grata Deo; & tibi bonorum abundantiam, & Dei gratiam conſervabit. Unde *inf.* 17. dicitur; eleemoſyna viri, quaſi ſacculus cum ipſo: & gratiam hominis quaſi pupillam conſervabit; & poſtea reſurget, & retribuet illis retributionem.

a Benefac Juſto] potius, quam injuſto. Nullum enim excludit ab eleemoſyna; ſed Juſtum pauperem præponendum oſtendit injuſto: alioquin omni pauperi dandum eſt.

Unde *Luc.* 6. Omni petenti te tribue. Et *Sen.* Multa perdenda ſunt, ut unum bene detur.

b Et invenies] in futuro. *c* Retributionem magnam] quia pro nummo vitam æternam. *Aug.* Da pauperi, & accipe cœlum, *Eccl.* 11. Mitte panem tuum ſuper tranſeuntes aquas; & poſt multa tempora invenies. Vel ſic. *x* Si benefeceris] pauperi.

y Scito, cui feceris] quia Chriſto, propter quem dediſti. Unde *Matth.* 25. Quamdiu feciſtis uni ex fratribus meis minimis, mihi feciſtis.

z Et erit gratia bonis tuis multa] quia illa ſola eleemoſyna remunerabitur a Deo, quæ Chriſto datur.

a Benefac Juſto] ideſt, Chriſto in membris ſuis.

b Et invenies retributionem magnam] reſpecto illorum, qui dant eleemoſynas pro laude hominum: De quibus dicitur *Matt. c.* 6. Amen dico vobis, receperunt mercedem ſuam. De alio vero dicitur *Matth. c.* 10. Qui recipit Prophetam in nomine Prophetæ, mercedem Prophetæ accipiet, & qui recipit Juſtum in nomine Juſti, mercedem Juſti recipiet. *d* Et ſi non ab ipſo] Juſto paupere. *e* Certe a Domino] qui dicit *Matth. c.* 10.

Quicumque potum dederit uni ex minimis iſtis calicem

a Non eſt ei bene, qui aſſiduus eſt in malis, *b* & eleemoſynam non danti, *c* quoniam & Altiſſimus odio habet peccatores, *d* & miſertus eſt pœnitentibus. *e* Da miſericordi, & *f* ne ſuſcipias peccatorem, *g* & impiis *h* & peccatoribus *i* reddet vindictam, *k* cuſtodiens eos in die vindictæ. *l* Da bono, *m* & non receperis peccatorem. *n* Benefac humili, & *o* non dederis impio. *p* Prohibe panes illi † dare, *q* ne in ipſis *r* potentior te ſit. Nam *ſ* duplicia mala invenies in omnibus bonis, quæcumque feceris illi, quoniam *t* & Altiſſimus odio habet peccatores, & impiis reddet vindictam. Non *u* agnoſcetur in bonis amicus, *x* & non abſcondetur in malis inimicus. In *y* bonis viri *z* inimici illius, in triſtitia *a* & in malitia illius *b* amicus agnitus eſt. Non *c* credas inimico tuo in æternum. *d* Sicut enim † atramentum æruginat *e* nequitia illius.

aquæ frigidæ tantum in nomine Diſcipuli: Amen dico vobis non perdet mercedem ſuam. *a* Non eſt ei bene, qui aſſiduus eſt in malis,] ideſt, qui aſſidue peccat, & peccata peccatis accumulat; quia & ſi exterius dilectus in carne, & honoretur ab hominibus; torquetur tamen, & cruciatur in conſcientia: quia nullum malum erit impunitum.

b Et eleemoſynam non danti,] ideſt, dare valenti, ſed non volenti ſupple, non bene.

B *c* Quoniam, & Altiſſimus odio habet peccatores,] non homines. *Sap.* 11. Nihil odiſti eorum, quæ feciſti. Homines ipſe facit, non peccatores: & ideo homines diligit, ſed peccatores odit.

Unde *Pſ.* 5. Odiſti omnes, qui operantur iniquitatem. Eſt autem duplex odium Dei, ſcilicet, odium ęternę reprobationis. *Malach.* 1. Dilexi Jacob, Eſau autem odio habui. Et eſt

al. † dari. odium temporalis animadverſionis, quo temporaliter punit, vel hominem propriæ voluntati derelinquit: quod eſt maxima ira Dei, ut dicit *Aug.* De hoc dicit *Pſal.* 30. Odiſti obſervantes vanitates ſupervacue. Sed quæ eſt cauſa? Non bene eſt eleemoſynam non danti, quoniam & Altiſſimus odio habet peccatores. Reſponſio. Non dare eleemoſynam peccatum eſt. *Jac.* 2. Judicium ſine miſericordia fiet illis, qui non fecerunt miſericordiam. Sequitur.

d Et miſertus eſt pœnitentibus,] ideſt, de peccatis commiſſis dolentibus, & dimittentibus, ut Petro flenti, *Luc.* 22.

Et Magdalenæ, *Luc.* 7. Et Matthæo ſedenti ad telo-
Pſalm. 31. nium: *Marc.* 2. Et mulieri in adulterio deprehenſæ, *Joan.* 8. David de adulterio pœnitenti, 2. *Reg.* 12. Ideo dixit: Dixi: confitebor adverſum me injuſtitiam meam Domino; & tu remiſiſti impietatem peccati mei. De hoc dicitur *Prov.* 28. Qui abſcondit ſcelera ſua, non dirigetur, qui autem confeſſus fuerit, & reliquerit ea, miſericordiam conſequetur.

e Da miſericordi, & ne ſuſcipias, &c.] Contra *Luc.* 6. Omnipotenti te tribue, *Gal.* 6. Dum tempus habemus, operemur bonum ad omnes, *Prov.* 25. Si eſurierit inimicus tuus, ciba illum. Solut. In homine tria conſideranda ſunt. Gratia, natura, culpa. Propter prima duo ſubveniendum eſt homini, propter tertium, nunquam. Et hoc eſt. Da miſericordi, ideſt, miſerum cor habenti, & miſericordia indigenti.

f Et ne ſuſcipias peccatorem,] ideſt, pro peccato ne ſpernas, ſi indiget. Unde *Gloſſ.* Qui indigenti eleemoſynam tribuit, nec pro delicto ſpernit, vere miſericordiam facit; natura enim reſpicienda eſt, non perſona, ideſt, perſonæ conditio, *g* Et,] quia [impiis,] contra fidem.
h Et peccatoribus,] cum fide.
i Reddet vindictam,] Dominus.
k Cuſtodiens eos in die vindictæ,] ideſt, reſervans eos puniendos in die judicii, quaſi dicat, propter peccatum non eſt ſubtrahenda eleemoſyna peccatori, cum indiget; quia Dominus puniet eum loco & tempore ſuo, cujus eſt punire peccatores. *Ezech.* 9. ſecundum aliam editionem. Mihi vindictam, & ego retribuam. *Hier.* 12. Congrega eos quaſi gregem ad vindictam. *Job* 21. In diem perditionis ſervatur malus, & ad diem furoris ducetur. 2. *Petr.* 2. Novit Dominus pios de tentatione eripere; iniquos vero in diem judicii cruciandos reſervare.
l Da bono,] indigenti.
m Et non receperis peccatorem,] ad eleemoſynam, inquantum peccator eſt. V.G.: Non hiſtrioni, vel maledico, ut dicit *Hier.* Hiſtrionibus dare eſt dæmonibus immolare. Vel ſicut *ſupra*: Non receperis, ideſt propter peccatum ne ſpreveris, quando eleemoſynam des, ſi indiget. Simile legitur *Tob.* 4. Panem tuum, & vinum tuum ſuper ſepulturam juſti conſtitue, & noli ex eo manducare cum peccatoribus, ideſt, pro eo, quod peccatores ſunt, noli communicare. Sicut faciunt illi, qui nutriunt hiſtriones, cum eſuriant Chriſti pauperes: qui autem dat indigenti peccatori, non quia peccator eſt, ſed quia homo eſt: non peccatorem, ſed juſtum nutrivit; quia culpam non diligit, ſed naturam.

Myſtice autem prohibet auctor hæreticis communicare ſocietatem vel verbum doctrinæ. Unde *Matth.* 8. Nolite ſanctum dare canibus. *n* Benefac humili] ideſt, pauperi, humiliter petenti. *o* Et non dederis impio] ideſt, indigenti præponendus eſt juſtus impio in neceſſitatis revelatione. *Greg.* Oportet, ut inſtanter detur, quicquid vera humilitate requiritur. *p* Prohibe panes illi dare] materiales, vel ſpirituales. Et ſubjungit cautam. *q* Ne in ipſis] panibus. *r* Potentior te ſit] ideſt, blaſphemando quod tu prædicas. Vel [Potentior,] ideſt, exercitatior ex ipſa prædicatione tua. Hæretici enim tantum audiunt prædicationem, ut ibi qualiter alios impugnent, vel ipſam doctrinam invertant, conci- C
piant. *ſ* Nam duplicia ma- al. † æramentum.
la invenies in omnibus bo- Pſal. 138.
nis, quæcumque feceris illi] quia ipſum foves in errore ſuo, & ipſe abutitur dono ſuo: & utrumque danti aſcribitur. Vel, Duplicia mala tua perdis, & adverſarium tuum contra te nutris, & armas. *t* Quoniam & altiſſimus odio habet peccatores, & impiis reddet vindictam.] Odit, inquam, in præſenti, non conferendo gratiam, deteſtando vitia, diligendo naturam quod eſt perfecto odio odire.

Unde ſuper illud *Pſal.* 138. Perfecto odio oderam illos, dicit *Gloſſ.* perfecto odio odiſſe eſt, ut nec propter vitia homines oderis, nec propter homines vitia diligas. *u* Non agnoſcetur in bonis amicus] ideſt, in proſperis; quia incertum eſt, utrum perſona, aut fortuna diligatur. *x* Et non abſcondetur in malis] ideſt, in adverſis [inimicus.] Facilius enim in adverſis probatur amicus, & inimicus. Multi enim ſunt amici ſolo nomine, & recedente fortuna inſultant, cui prius adulabantur, ut Semei David 2. *Reg. c.* 16. Unde *Seneca*: Ob hoc præcipue diligenda eſt paupertas: quia facit te ſcire, quis te vere dilexerit: Ille enim vere amicus eſt, qui omni tempore diligit, ut dicitur *Prov.* 17. Falſus vero amicus cum fortuna venit, & cum fortuna recedit. De quo dicitur *ibid.* 29. Divitiæ reddunt amicos; a paupere autem & hi, quos habuit, ſeparantur. *y* In bonis viri] ideſt, in ſucceſſibus. *z* Inimici illius in triſtitia] ſunt. *a* Et in malitia illius] tempore adverſitatis. *b* Amicus agnitus eſt] quia ſi verus amicus eſt, non deſerit, ſed magis diligit.

Si autem deſerit, non erat verus amicus, ſed amicus fortunæ.

De quo dicitur *inf.* 37. Sodalis amico conjucundabitur in oblectationibus, & in tempore tribulationis, adverſarius erit. *c* Non credas inimico tuo in æternum] ideſt, nunquam credas. *Jo.* 13. Non lavabis mihi pedes in æternum.

Sed ſi verum dicit inimicus, nunquid credendum eſt ei? Reſponſio. Si manifeſtum eſt verum, creditur vero, non illi; quia in illo non eſt auctoritas credendi: ſicut eſt in amico, cui quandoque creditur, etiamſi dubia dicat.

Si autem dubium eſt verum, quod dicit examinandum eſt prius, & tunc jam non illi, ſed veritati probatæ creditur.

Myſtice. *c* Non credas inimico tuo in æternum] id Myſtice.
eſt, nunquam acquieſcas hæretico, vel diabolo. Transfigurat enim ſe quandoque in Angelum lucis 2. *Cor.* 11. *Eph.* 5. Nemo vos ſeducat inanibus verbis. Cautam autem, quare non eſt credendum inimico, ſubjungit.
d Sicut enim atramentum æruginat nequitia illius.] Vel ſicut æramentum, alia littera. Nota, rubigo eſt vitium rodens ferrum vel ſegetes quaſi rodigo, quod alio nomine ærugo dicitur ab erodendo, non ab æramento, ut dicit *Iſid.* Contrahitur autem hoc vitium maxime ab atramento, & propter hoc inducit hæc ſimilitudo. Et eſt ſenſus; Sicut atramentum ęruginat, ideſt, ęrugine, ſive rubigine inficit, & corrumpit ferrum; ſic. *e* Nequitia illius,] quos attingere poteſt. Vel ſecundum aliam litteram.
d Sicut ęramentum, &c.] ideſt, ęruginem, ſive rubiginem contrahit qua inficitur. Sic *e* Nequitia illius] ideſt, anima nequam

illius;

illius, inficitur rubigine peccati, vel infidelitatis.

a Et ſi humiliatus vadat curvus, abjice animum tuum] ideſt, ſimulationi ejus non acquieſce.

b Et cuſtodi te ab illo] quia, etſi humiliatus vadat exterius, plenus eſt dolo, *infra* 19. Eſt qui nequiter ſe humiliat; & interiora ejus plena ſunt dolo, *Prov.* 26. Cum ſubmiſerit vocem ſuam, ne credideris ei, quoniam ſeptem nequitiæ ſunt in corde ejus.

c Non ſtatuas,] ideſt, non habeas eum familiarem. Nec ſedeat ad dexteram tuam,] ideſt, non habeas collateralem. Vel.

d Nec ſedeat ad dexteram tuam,] ideſt, in bonis tuis illum non præficies tibi, ſicut dicitur Chriſtus ſedere ad dexteram Patris, ideſt, eſſe æqualis ei in omnibus ſuis. Et rationem hujus ſubjungit. al. † medebitur.

e Ne converſus] in ſe per amorem illicitum.

f Stet in loco tuo,] ideſt, velit ſibi uſurpare locum dignitatis tuæ. Quod plenius exponens, ſubdit.

g Ne forte converſus in locum tuum inquirat cathedram tuam, quæ eſt locus dignitatis, & Magiſterii.

a Etſi humiliatus vadat curvus, abjice animum tuum, *b* & cuſtodi te ab illo. *c* Non ſtatuas illum penes te, *d* nec ſedeat ad dexteram tuam, ne *e* converſus *f* ſtet in loco tuo, ne *g* forte converſus in locum tuum inquirat cathedram tuam, *h* & in noviſſimo cognoſcas verba mea, & in *i* ſermonibus meis ſtimuleris. Quis † *k* miſerebitur incantatori a *l* ſerpente percuſſo, *m* & omnibus qui appropriant *n* beſtiis, & *o* qui comitatur cum viro iniquo, & *p* obvolutus eſt in peccatis ejus? *q* Una hora *r* tecum permanebit: *ſ* Si autem declinaveris, non *t* ſupportabit te. *u* In labiis ſuis indulcat inimicus: & in *x* corde ſuo inſidiatur, ut ſubvertat te in foveam. In *y* oculis † ſuis *z* lacrymatur inimicus: & ſi *a* invenerit tempus, *b* non ſatiabitur ſanguine. Si *c* incurrerint tibi mala, *d* invenies eum illic priorem. In *e* oculis ſuis lacrymatur inimicus, & *f* quaſi adjuvans ſuffodiet plantas tuas. *g* Caput ſuum movebit, & † *h* plaudebit manu, & *i* multa ſuſurrans *k* commutabit vultum ſuum.

h Et in noviſſimo cognoſcas verba mea,] fuiſſe vera.

i Et in ſermonibus meis ſtimuleris] dolore, quia non odiſti, vel pœnitentiam nimis ſeram habuiſti. *Gloſſ.* Hiſtorice de falſis amicis agit, de quibus cavere debemus. Myſtice vero notat hæreticos, qui non vere amici ſunt, quorum doctrina plena eſt rubigine erroris, & nequitiæ: quorum ſermo ſerpit, ut cancer, 2. *Tim* 2. Non ergo eis conſentiamus, nec poteſtatem aliquam tribuamus, quam ſignificat dextera, ne a loco noſtro, ideſt, a ſtatu fidei rectæ nos dejiciat. Nituntur enim cathedram, ideſt, doctrinam noſtram malitioſe ſubvertere. *k* Quis miſerebitur incantatori a ſerpente percuſſo] ideſt, hæretico, qui officium Doctoris gerit, & ſe dicit Medicum animarum, a Diabolo circumvento? quaſi dicat, quia inſanabilis eſt plaga ejus. Alia littera habet: Quis medebitur incantatori, ideſt, Prælato, vel Prædicatori, qui a cordibus hominum debent extrahere Diabolum, ſicut incantator de cavernis extrahit ſerpentes verbis incantationis, ut dicit *Iſid.* *l* A ſerpente percuſſo,] ideſt, ab hæretico, vel Diabolo decepto? quaſi dicat, nullus, quia ſi ſal infatuatum fuerit, in quo ſalietur? Ad nihilum valet ultra, niſi ut mittatur foras, & conculcetur ab hominibus, *Matt.* 5. *m* Et omnibus, qui appropriant] vel appropinquant, per conſenſum, vel imitationem.

n Beſtiis] ideſt, hæreticis, vel Dæmonibus, qui devaſtant omnia, quis medebitur? *o* Et qui comitatur cum viro iniquo] conſentiendo, vel imitando ipſum.

p Et obvolutus eſt in peccatis ejus] ſicut mortuus in ſudario, cujus typum gerit Lazarus, *Joan.* 11. Vel ſicut avis in laqueo, & cervus in rete, quis medebitur ei? quaſi dicat, difficile eſt talibus ſubvenire ad ſalutem. Adhuc proſequitur de falſo amico.

q Una hora] ideſt, ad tempus, vel ad horam.

r Tecum permanebit] dum ſcilicet, bene tibi fuerit, ſimulabit ſe amicum tuum.

ſ Si autem declinaveris] ideſt, a proſperitate cecideris.

t Non ſupportabit te,] ſubveniendo, vel compatiendo, quia eſt amicus ſolo nomine, ut dicitur *infra* 37. Vel de hæretico.

q Una hora tecum permanebit,] ideſt, ad horam dicet ſe eſſe fidelem.

ſ Si autem declinaveris,] a via juſtitiæ, eum audiendo, & conſentiendo.

t Non ſupportabit,] ideſt, non adjuvabit te, quia nec ſeipſum poterit juvare.

u In labiis ſuis indulcat inimicus] ideſt, lepore verborum allicit:

x Et in corde ſuo inſidiatur, ut ſubvertat te in foveam,] erroris. Planum eſt hoc tam de hæretico, quam de falſo amico. De quorum utroque dicitur *Prov.* 5. Favus diſtillans labia meretricis, & nitidius oleo guttur ejus, noviſſima autem ejus amara, quaſi abſynthium, *Prov.* 11. Simulator ore decipit amicum ſuum.

y In oculis ſuis lacrymatur inimicus] ideſt, coram te. Vel, In oculis ſuis, ideſt, ſuperficialiter, non ex corde.

z Lacrymatur inimicus,] quaſi compatiens.

a Et ſi invenerit,] ideſt, opportunitatem nocendi. al. † tuis

b Non ſatiabitur,] ideſt, quaſi ſitiens ſanguinem tuum effundet. Sic Joab Abner dolo interfecit in Hebron in medio portæ, 2. *Reg.* 3. Et Amaſan ſub ſimulatione oſculi, 2. *Reg.* 20.

c Si incurrerint,] ideſt, adverſitas vel hoſtium incurſus.

d Invenies] ad impugnandum, & ſubvertendum te. al. † plaudet.

e In oculis ſuis lacrymatur] ideſt ſuperficialiter ſe compati ſimulat inimicus.

f Et quaſi adjuvans ſuffodiet plantas tuas] ideſt, ſub plantis tuis foveam fodit, ut corruas. Vel, ſuffodiet plantas tuas] ideſt, ſub ſpecie amici corruere te faciet.

g Caput ſuum movebit,] inſultando tibi, cum cecideris.

h Et plaudet manu,] vel, plaudebit, antiqua grammatica, gaudendo de caſu tuo, ſicut legitur *Thren. cap.* 2. Plauſerunt ſuper te manibus ſuis, omnes tranſeuntes per viam ſibilaverunt, & moverunt caput ſuper filia Jeruſalem.

i Et multa ſuſurrans] ideſt, occulte detrahens tibi.

k Commutabit vultum ſuum] ideſt, vultum ſimulati amici mutabit in vultum aperti inimici.

CAP. XIII.

Qui *l* tetigerit picem, inquinabitur ab ea. *m* Et qui communicaverit ſuperbo, *n* induet

EXPOSITIO CAP. XIII.

Qui tetigerit picem, &c.] In præcedenti capitulo actum eſt de diſcretione amicitiæ. In hoc capitulo agitur de diſcretione ſocietatis. Multum enim nocet mala ſocietas, & multum juvat bona ſocietas. Et primo oſtendit, quod malorum ſocietas fugienda ſit: quia multum coinquinat, ubi dicit: Qui tetigerit, &c. Secundo, oſtendit, quod ſoli Deo adhærendum eſt, *ibi*. Humiliare Deo. Tertio, oſtendit ſocietatem hæreticorum ſpecialiter vitandam, *ibi*: Attende, ne ſeductus in ſtultitia mulieris. Quarto, oſtendit qualiter oportet ſe habere ad potentes, *ibi*: Advocatus a potentiore, &c. Quinto, oſtendit, quod Dei & Sanctorum conſortium appetendum eſt, *ibi*: Omni vita tua dilige Deum. Sexto, oſtendit, quod non eſt ſocietas divitis, & pauperis, vel Juſti, & peccatoris, *ibi*: Sicut communicabit lupus agno. Septimo, & ultimo oſtendit, quomodo mali poſſint a bonis agnoſci, aliter enim non poſſet vitari eorum ſocietas, *ibi*: Cor hominis immutat faciem illius. Dicit ergo.

l Qui tetigerit picem, &c.] ipſo tactu, quia macula, vel malus odor remanet in manu, etiam ejecta pice.

m Et qui communicaverit ſuperbo] conſentiendo, vel cohabitando.

n Induet ſuperbiam,] quaſi veſtimentum, ideſt, omnibus membris, factis, dictis, & geſtibus, ſuperbia denigrabit. Hæc eſt veſtis peregrina, quæ peregrinari facit a Domino. De qua dicitur *Sophon.* 1. Viſitabo ſuper omnes, qui induti ſunt veſte peregrina: & viſitabo ſuper omnem, qui arroganter ingreditur ſuper limen. Veſtis vero domeſtica eſt juſtitia. De qua dicitur *Job* 29. Juſtitia indutus ſum, & veſtivi me ſicut veſtimento. *Proverb. ult.* Stragulatam veſtem facit ſibi mulier fortis, byſſus, & purpura indumentum ejus. Sicut pix non eſt tangenda, ſic malorum ſocietas eſt fugienda, maxime infirmi, qui adhuc ſeducibiles ſunt. Nimis enim difficile eſt eſſe in medio ignis, & non comburi; imo miraculum, ut tribus pueris, *Daniel.* 3. Unde *Proverb.* 6. Nunquid poteſt homo abſcondere ignem in

ſinu

ſinu ſuo, ut veſtimenta illius non ardeant: aut ambulare ſupra prunas, ut non comburantur plantæ ejus, *Cor.* 15. Corrumpunt mores bonos colloquia mala.
a Pondus] culpæ, vel pœnæ.
b Super ſe tollit, qui honeſtiori ſe,] ideſt, ditiori ſe.

ſuperbiam. *a* Pondus *b* ſuper ſe tollit, qui honeſtiori ſe *c* communicat: Et *d* ditiori te ne ſocius fueris. Quid *e* communicabit cacabus ad ollam? Quando *f* enim ſe colliſerint *f* confringetur. *g* Dives injuſte egit, & *h* fremet, *i* pauper autem læſus k tacebit. *l* Si largitus fueris, *m* aſſumet te: & ſi *n* non habueris, *o* derelinquet te. Si *p* habes, *q* convivet tecum, & *r* evacuabit te: & ipſe *ſ* non dolebit ſuper te. Si *t* neceſſarius illi fueris, *u* ſupplantabit te, *x* & ſurridens *y* ſpem dabit *z* narrans tibi omnia bona, & *a* dicet: quid opus eſt tibi? & *b* confundet te in cibis ſuis, *c* donec te exinaniat *d* bis, & ter: & in *e* noviſſimo † *f* deridebit te. *g* Poſtea videns *h* derelinquet te, & *i* caput ſuum movebit ad te. k Humiliare Deo, & *l* expecta manus ejus. *m* Attende, ne ſeductus in ſtultitia *n* humilieris. *o* Noli eſſe humilis in *p* Sapientia tua, ne *q* humiliatus in ſtultitiam *r* ſeducaris. *ſ* Advocatus a potentiore *t* diſcede: ex *u* hoc enim magis te advocabit. *x* Ne improbus ſis, *y* ne impingaris: & ne *z* longe ſis ab eo, ne *a* eas in oblivionem. Ne *b* retineas ex æquo

c Communicat] ſe pariſicando, vel conſentiendo vel imitando eum.
d Et] ideo, (ditiori te ne ſocius fueris,) te pariſicando ei in expenſis, vel in contractibus, vel in verbis.
e Quid communicabit cacabus ad ollam?] quaſi dicat, non eſt conveniens eorum conjunctio.
f Quando enim ſe colliſerint,] cacabus & olla.
f Confringetur] olla, quæ fictilis eſt, & fragilis, a cacabo æneo, & forti. Sic pauper ſupple a divite opprimitur, & convertitur. Unde ſequitur.
g Dives] contra pauperem.
h Et fremet,] ideſt, indignabitur pauperi.
i Pauper autem] læſus a divite.
k Tacebit] non audens reſpondere, ne magis lædatur, vel quia non habet vocem in conſiſtorio, *Proverbior.* 18. Pauper cum obſecrationibus loquitur, & dives effabitur rigide.
l Si largitus fueris] diviti munera.
m Aſſumet te] ideſt, honorabit te, juxta ſe te vocando. *n* Et ſi non habueris] quid ei largiaris.
o Derelinquet te,] ideſt, non aſſumet te, vel amovebit te ab officio, ſive a loco, in quo te propter munera collocaverat, *Prov.* 19. Multi colunt perſonam potentis, & amici ſunt dona tribuentis, fratres hominis pauperis oderunt eum: inſuper & amici procul receſſerunt ab eo.
Verſus. *Si nihil attuleris, ibis Homere foras.*
p Si habes] divitias, & poſſeſſiones.
al. † communicabit. *q* Convivet tecum,] ideſt, tamdiu habitabit, & † convivabitur tecum.
r Et evacuabit te] emergens, & multa pollicens.
ſ Et ipſe non dolebit ſuper te] cum evacuatus fueris, ideſt, non compatietur tibi. Sicut Principes Præpoſitos ſuos primo blande, & familiariter emergunt: & poſtea capiunt violenter: tandem ejiciunt a Præpoſitura miſerum, & excoriatum. *t* Si neceſſarius illi fueris] in aliquo. *u* Supplantabit te,] ideſt, alliciet, & decipiet blandiens: & tantum faciet laborare, ut non poſſis ſtare ſuper plantas: vel mercedem tuam retinendo.
x Et ſubridens] ideſt, ſimulate arridens tibi.
y Spem dabit] promittendo multa, & magna fallaciter. Sicut Saul David, 1. *Reg.* 18. Dixit Saul ad David: Ecce filia mea major Merob: ipſam dabo tibi uxorem: tantummodo eſto vir fortis, & præliare prælia Domini. Saul autem reputabat, dicens: Non ſit manus mea in eum; ſed ſit ſuper eum manus Philiſthinorum.
z Narrans tibi omnia bona] quæ contulit ſervientibus ſibi. Vel ſi tu ſervis, promittet tibi.
a Et dicet, &c.] quaſi velit idem dare, quod deeſt.
b Et confundet te in cibis ſuis,] ideſt, in conviviis, quæ tu ei facis, ideſt, depauperabit te: vel exeniis, quæ tibi mittet, decipiet te.
c Donec te exinaniat,] ideſt, depauperet te.
d Bis, & ter] ideſt, ſæpe, quamdiu habes, ſcilicet quid ei des, vel commodes. Vel bis, & ter, dicit, ideſt, quinquies: quia quinque modis evacuantur pauperes a divitibus. Nocent enim divites pauperibus aperte, & occulte. Aperte duobus modis, vel ſua auferendo, quod eſt violentia; aut quod meruerunt, non reddendo, quod eſt immiſericordia. Et ita bis exinaniunt aperte. Item occulte nocent per verba duplicia, quod eſt fallacia. Et per facta duobus modis, vel ipſo paupere præſente, & ignorante; ut quando in oculis ejus male ponderant, vel menſurant, quod eſt fraus; vel ipſo abſente, & in ipſis confidente, quod eſt proditio. Et ita ter exinaniunt occulte. Unde quinque filias avaritiæ tangit hic Auctor: Violentiam, immiſericordiam, fallaciam, fraudem, proditionem, eam dicit, bis, & ter, quibus divites avari nocent pauperibus. Nec ſolum hoc facit dives pauperi; ſed poſt depauperationem deridet eum, quod pejus eſt. Unde ſequitur.
e Et in noviſſimo,] ideſt, poſt evacuationem tuam.
f Deridebit te,] ideſt, deridendo dicet, quod guloſus es, & ſtultus, quia omnia conſumpſiſti, *Job* 12. Deridetur Juſti ſimplicitas, &c. al. † deridet.
g Poſtea videns] te attenuatum, ſive bonis denudatum.
h Derelinquet te] ideſt, contemnet te, nec invitabit te, nec aſſumet te ad negotia ſua, nec mittet tibi fercula, ut prius.
i Et caput ſuum movebit ad te,] irridendum. Motio enim capitis ſignum eſt irriſionis. Unde *Pſalm.* 43. Poſuiſti nos in ſimilitudinem Gentibus, commotionem capitis in populis, *Iſa.* 37. Deſpexit te, & ſubſannavit virgo filia Sion: poſt te movit caput filia Jeruſalem.
k Humiliare Deo, &c.] Secunda pars capituli, ubi dehortata familiaritate malorum, ideſt, ſuperborum divitum, hortatur ad ſocietatem, & familiaritatem Dei. Unde dicit.
k Humiliare Deo,] ideſt, humilitatem exhibe Deo, nihil de te præſumendo, omnibus propter Deum te ſubjiciendo, 1. *Pet.* 2. Subjecti eſtote omni humanæ creaturæ propter Deum.
l Et expecta manus ejus] dexteram, qua dabit ſtolam animæ: Et ſiniſtram, qua dabit ſtolam corporis. Vel, expecta manus ejus, quarum una eriget a miſeriis mundi; & altera ſublimabit ad gaudia cœli; quia qui ſe humiliat, exaltabitur, *Luc. cap.* 14.
m Attende, &c.] Tertia pars capituli, ubi oſtendit ſocietatem hæreticorum ſpecialiter eſſe fugiendam.
m Attende, ne ſeductus in ſtultitia] ideſt, erronea doctrina hæreticorum, vel Philoſophorum.
n Humilieris] ideſt, confundaris in præſenti convictus de hæreſi, & in futuro omnibus manifeſtus.
o Noli eſſe humilis,] ideſt, puſillanimis, vel nimium ſimplex.
p In ſapientia tua,] ideſt, in defenſione fidei, & prædicatione, quaſi dicat, ſi ſapientiam habes, viriliter reſiſte hæretico, & prædica fidem.
q Ne humiliatus in ſtultitiam,] ideſt, dejectus in errorem. *r* Seducaris] ideſt, ſeorſum ducaris a via, quæ ducit ad vitam.
ſ Advocatus, &c.] Quarta pars, ubi oſtendit, qualiter ſe oportet habere ad potentes, docens fugiendum eſſe ab eis. Aliquando tamen accedendum, ne omnino venias in oblivionem eorum. Et hoc eſt.
ſ Advocatus a potentiore,] ad convivandum cum eo, vel ad aliquod officium; vel honorem.
t Diſcede,] ideſt, contrahe te excuſando, non ſtatim eundo, vel ingerendo, ut multi faciunt.
u Ex hoc enim magis te advocabit,] ſi prius tamen ex corde vocavit te. Multi enim ſolo ore vocant, non ex corde: & libentius audient excuſationem invitati, quam conceſſionem, *Proverbior.* 15. Melius eſt vocari ad olera cum charitate, quam ad vitulum ſaginatum cum odio.
x Ne improbus ſis] impudenter te ingerendo, & multa convivia quærendo.
y Ne impingaris] ideſt, foras expellaris, *Proverb.* 25. Subtrahe pedem tuum de domo proximi tui, ne quando ſatiatus oderit te.
z Et ne longe ſis ab eo,] ideſt, abſis a divite nimis te elongando.
a Ne eas in oblivionem.] Dives enim facile obliviſcitur quos non videt pauperes. *b* Ne retineas ex æquo loqui cum illo] ideſt, verbis paribus; ſed tantum, & totaliter loquendo, ut ille, quaſi dicat, noli de † paupere loqui cum divite, al. † paupertate.
ſed

Digitized by Google

ſed audi tacens. *a* Ne credas multis verbis illius,] ideſt, non adhibeas fidem omnibus, quæ dicit tibi. Multa enim promittit, quæ non ſolvit: & multa dicit ad tentandum te, & inveſtiganda ſecreta tua. Unde ſequitur. *b* Ex multa enim loquela tentabit te,] ideſt, multa loquetur ad tentandum te.

c Et ſubridens,] ideſt, falſo ridens.

C *d* Interrogabit te de abſconditis tuis,] ut eis cognitis decipiat te; vel improperet tibi.

e Immitis animus illius;] ideſt, crudelis.

f Et conſervabit verba tua,] ideſt,] obſervabit inſidiando, ſi in aliquo reprehendere poſſit. *Pſalm.* 16. Obſervabit peccator juſtum, & ſtridebit ſuper eum dentibus ſuis, *Joan.* 15. Si ſermonem meum ſervaverint, & veſtrum ſervabunt.

al. † inſomnis. al. † vigilabit. *g* Et non parcet de malitia, & de vinculis,] ideſt, ſi aliquid reprehenſibile invenerit, non parcet, quia malitioſe incarceret te, & puniat.

h Cave tibi,] a ſtulta locutione, *i* Et attende diligenter auditui tuo] active, & paſſive, ideſt, his, quæ ipſe audit a te, & his, quæ tu audis ab ipſo, quaſi dicat, attende quid loquaris, & quid audias, ut nec dicas non dicenda, nec audias non audienda. De primo dicitur *Prov.* 21. Qui cuſtodit os ſuum, cuſtodit animam ſuam. De ſecundo dicitur *Prov.* 4. Remove a te os pravum, & labia detrahentia ſint procul a te. De utroque dicitur *infr.* 28. Sepi aures tuas ſpinis, & noli audire linguam nequam, & ori tuo facito oſtia. Et cauſam ſubjungit Auctor. k Quoniam cum ſubverſione tua ambulas] ideſt, cum periculo ſubverſionis tuæ, vel ex verbis tuis, vel ex verbis illius. *l* Audiens vero illa,] ideſt, verba divitis. *m* Quaſi inſomnis,] una dictio, quaſi diligens, & attendens. *n* Vide] ideſt, diſcerne, qualia ſunt, quæ dicit. *o* Et vigilabis,] ideſt, cautus eris, ne decipiaris. Vel, in ſomnis, poteſt eſſe oratio. Et eſt ſenſus.

l Audiens vero illa quaſi in ſomnis] ideſt, ſicut non curas de his, quæ in ſomnis videris; ita non cures de his, quæ a divite audieris.

o Et vigilabis] ideſt, vigilans eris, ideſt, ſapiens. Alia littera habet: Et vigilabit. Et tunc eſt ſenſus.

l Audiens vero illa quaſi in ſomnis,] dicta ſcilicet, obſcure. *n* Vide] ideſt, cave tibi.

o Et quia vigilabit,] ideſt, inſidiabit tibi, ut non intelligas, quæ dicit & decipiat te. Sicut loquebatur David Uriæ 2. *Reg.* 11. Vade in domum tuam, & lava pedes tuos. Ecce poſuit quinque Auctor, quæ oportet habere ad hoc; ut bene te habeas ad divites ſive potentes. Primo, ut non ſis improbus. Secundo, ut non ſis omnino alienus. Tertio, ut non loquaris cum eo experiri. Quarto, ut caveas, quæ loquitur tibi. Quinto, ut caveas, quæ ei loquaris. Sequitur. *p* Omni vita, &c.] Quinta pars capituli, ubi oſtendit, quod Dei & Sanctorum ſocietas, ac familiaritas debet appeti, & amari. Unde dicit: Omni vita tua, &c. ideſt, omni vita tua, ſive proſpera, ſive averſa. *q* Dilige Deum,] propter ſanctorum. Et hoc dicit Auctor, quia quidam ſunt, qui diligunt Deum, dum bene eis eſt; tempore vero tentationis, vel adverſitatis murmurant, & maledicunt Deum, ut Judæi in deſerto. De quibus *Pſal.* 48. Confitebitur tibi, cum benefeceris ei. Et *Luc.* 8. Ad tempus credunt, & in tempore tentationis recedunt. Alii e converſo, tempore proſperitatis obliviſcuntur Deum, & in tempore adverſitatis orant, & requirunt eum. De quibus dicitur *Iſa.* 26. Domine, in anguſtia requirunt te. Propter hoc dixit Joſeph pincernæ: Memento mei, cum bene tibi fuerit, *Gen.* 40. Qui autem vere diligit Deum, omni tempore diligit. Unde *Proverb.* 17. Omni tempore diligit, qui amicus eſt. Et hoc eſt, quod dicit: Omni vita tua dilige Deum. Vel *p* Omni vita tua] ideſt, toto corde, unde vita, & tota anima, unde regnum vitæ, & tota virtute, unde converſatio bonæ vitæ. Et hoc eſt, quod dicitur *Deut.* 6. & *Matth.* 22. Diliges Dominum Deum tuum, &c. *r* Et invoca illum] ideſt, intus corde voca illum per internam, & devotam orationem. *ſ* In ſalute tua,] temporali, vel æterna. Quæ conſiſtit in

loqui cum illo, *a* ne credas multis verbis illius. Ex *b* multa enim loquela tentabit te, *c* & ſubridens *d* interrogabit te de abſconditis tuis. Immitis *e* animus illius, & *f* conſervabit verba tua, *g* & non parcet de malitia, & de vinculis. *h* Cave tibi, & *i* attende diligenter auditui tuo: k quoniam cum ſubverſione tua ambulas. *l* Audiens vero illa *m* quaſi † in ſomnis *n* vide, & † *o* vigilabis. *p* Omni vita tua *q* dilige Deum, & *r* invoca illum *ſ* in ſalute tua. Omne *t* animal diligit ſimile ſibi; ſic & *u* omnis homo proximum ſibi. *x* Omnis caro ad ſimilem ſibi conjungetur: & *y* omnis homo ſimili *z* ſui ſociabitur. *a* Sicut communicabit lupus agno aliquando: ſic peccator juſto: *b* Quæ communicatio ſancto homini ad carnem: *c* aut quæ pars bona diviti ad pauperem? Venatio *d* leonis onager in Eremo: *e* ſic paſcua ſunt divitum paupe.

tribus. In amotione mali, & collatione boni, & confirmatione ejuſdem. Amotio vero mali triplicis, ideſt, præſentis, præteriti, & futuri, Collatio boni triplicis, ideſt, boni gloriæ, naturæ, & gratiæ. Et hæc ſunt petitiones orationis Dominicæ: ſeptimum eſt confirmatio boni collati, & mali amoti. Verbi gratia, amotio mali futuri petitur, *ibi*: Libera nos a malo. Amotio mali præſentis, *ibi*; Et ne nos inducas in tentationem. Amotio mali præteriti, *ibi*. Dimitte nobis debita noſtra, ſicut & nos dimittimus debitoribus noſtris. Collatio boni naturæ petitur, *ibi*; Panem noſtrum quotidianum da nobis hodie. Collatio boni gratiæ, *ibi*: Fiat voluntas tua, ſicut in cœlo, & in terra. Collatio boni gloriæ, *ibi*: Adveniat regnum tuum. Confirmatio omnium, *ibi*: Sanctificetur nomen tuum. Quod dicitur: Pater noſter, qui es in cœlis, captatio eſt benevolentiæ. Quod autem Deum diligere debeamus, oſtendit: quia omne ſimile diligit ſuum ſimile: & nos ſimiles ſumus Deo: facti enim ſumus ad imaginem, & ſimilitudinem ſuam. Et hoc eſt, quod ſequitur. *t* Omne animal diligit ſimile ſibi] naturaliter.

Inf. 27. *2. Cor.* 6.

u Sic & omnis homo proximum ſibi,] ideſt, ſimilem ſibi conditione diligit naturaliter. Unde *Auguſtin. in lib. Soliloquiorum*: Homines amo, non ex eo quod animalia, ſed quia homines ſunt, ideſt, quia rationales animas habent, quas amo, etiam in latronibus. Hic dicit *Gloſſ.* Hoc ad ſuperiora reſpicit, ut divitum, & potentum ſocietatem declines, & ei conjungaris, qui ſtudio, & religione tibi conſors eſt. Hæc eſt enim firma amicitia, quam ſimilitudo virtutum ſociat. Et ita pauper pauperis ſocietatem debet quærere, non divitis. Et hoc adhuc oſtendit per ſimile.

x Omnis caro ad ſimilem ſibi conjungetur,] ideſt, omne ſenſibile diligit ſuum ſimile.

y Et omnis homo] re, & nomine homo.

z Simili ſui ſociabitur] pro amore. Unde *inf.* 27. Volatilia ad ſibi ſimilia conveniunt.

Ruſticus agricolam, miles fera bella gerentem, *Verſus.*
Rectorem dubiæ navita puppis amat.

Sexta pars, ubi oſtendit quod non eſt ſocietas, divitis, & pauperis, vel juſti & injuſti.

a Sicut communicabit lupus agno aliquando, &c.] quaſi dicat: Sicut inconveniens eſt, & periculoſa lupi & agni ſocietas, ſic peccatoris & juſti. Nam ſicut lupus agnum, ſic peccator juſtum devorat. Nondum enim venit tempus illud, de quo dicitur *Iſa.* 65. Lupus & agnus paſcentur ſimul; leo & bos paleas comedent.

b Quæ communicatio ſancto homini ad carnem,] ideſt, peccatorem, ad vomitum revertentem, & peccata depoſita iterum comedentem? Quaſi dicat, nulla.

c Aut quæ pars bona diviti ad pauperem,] ideſt, quæ communicatio, ſive participatio? quaſi dicat, nulla. Unde *ſecunda Corinth.* 6. Quæ participatio juſtitiæ cum iniquitate, aut quæ ſocietas lucis ad tenebras? Aut quæ conventio Chriſti ad Belial? Aut quæ pars fideli cum infideli?

d Venatio leonis onager in eremo,] ideſt, onager aſinus ſilveſtris habitans in eremo, eſt cibus leonis venatione quæſitus.

e Sic paſcua ſunt, &c.] ideſt, ſic divites devorant pauperes & bona eorum.

Unde conqueritur Dominus, *Iſa.* 3. Quare atteritis populum meum, & facies pauperum commoliris? *Mich.* 3. Audite Principes Jacob, & duces domus Iſrael. Nunquid veſtrum eſt judicium, qui odio habetis bonum, & diligitis malum; qui violenter tollitis pelles eorum deſuper eos. Ecce lupo, cani, leoni comparavit Auctor divitem, & pauperem agno, homini ſancto, & onagro. In lupo rapacitas, & fames avaritiæ deſignatur, quæ eſt in divitibus hujus mundi, in agno vero innocentia, & manſuetudo, quæ eſt in pauperibus Chriſti, *Luc.* 10. Ecce ego mitto vos, ſicut agnos inter lupos. In cane ſignificatur detractio, & immunditia ſive loquacitas, & guloſitas, quæ ſunt in divitibus, ut patet in divite epulone, *Luc.* 16. In homine ſancto puritas, & munditia vitæ, quæ ſunt in pauperibus Chriſti *Ap.* 22. Beati, qui lavant

ſtolas

ſtolas ſuas in ſanguine Agni, ut ſit poteſtas eorum in ligno vitæ, & per portas intrent civitatem, hoc ad pauperes. Foris autem canes, & venefici, & impudici. In leone ſignificatur ſuperbia, & crudelitas, quæ ſunt in divitibus hujus mundi: in onagro humilitas, & caſtitas ſignificatur, quæ ſunt in pauperibus Chriſti. Unde *Job* 39. Quis dimiſit onagrum liberum, & vincula ejus quis diſſolvit? Qui dedit ei in ſolitudine domum, & tabernacula ejus in terra ſalſuginis. Contemnit multitudinem civitatis, & clamorem exactoris non audit. Sequitur. *a* Et ſicut, &c.] ideſt, vilitas, paupertas, abjectio, quæ ſunt cuſtos, & nutrix animæ, vel humilitatis. *b* Sic & execratio,] hoc eſt, ſicut ſuperbus abominatur humiles, & humilitatem: ſic dives execratur pauperes, & paupertatem. Abominabile dicitur, quod cordi contrarium eſt, itaut vomitum provocet; ſic humilitas contraria eſt cordi ſuperbo, itaut eam evomat, & repellat a ſe quaſi vile cadaver. Execrabile vero dicitur, quod indignum honore putatur, *Sap.* 2. Circumveniamus juſtum, quoniam inutilis eſt nobis, & contrarius operibus noſtris. Gravis eſt etiam nobis ad videndum, quoniam diſſimilis eſt aliis vita illius.

D

al. † ſuperbe. *Jac.* 31.

c Dives commotus,] ideſt, iratus, & turbatus aliquo caſu, vel infortunio.

d Confirmatur ab amicis ſuis,] ideſt, conſolatur ab his, qui dicunt ſe eſſe amicos, dummodo maneat dives.

e Humilis autem] ideſt, pauper.

f Cum ceciderit] in adverſitatem, vel tribulationem aliquam.

g Expelletur] a familiaritate.

h Et a notis] ideſt, etiam a domeſticis, ut Job ab uxore ſua, & familia ſua. Unde *Job* 19. Noti mei quaſi alieni receſſerunt a me: dereliquerunt me propinqui mei, & qui me noverant, obliti ſunt mei, *Proverb.* 19. Fratres hominis pauperis oderunt eum: inſuper & amici ejus receſſerunt ab eo.

i Diviti decepto,] ideſt, damnificato, vel erranti in aliquo.

k Multi recuperatores] ideſt, damni reſtitutores, vel erroris defenſores.

Pſalm. 9. *l* Locutus eſt ſuperba] dives ſuperbus.

m Et juſtificaverunt illum] ideſt, juſte locutum dixerunt audientes: quia laudatur peccator in deſideriis animæ ſuæ, &c. *n* Humilis] ideſt, pauper.

o Deceptus eſt] ideſt, damnificatus, vel errans in aliquo. *p* Inſuper & arguitur,] quaſi dicat nullus eſt, qui reſtituat ei damnum, vel defendat errorem ejus, imo arguitur, quia dicunt ſtultus eſt: & quia neſcis cuſtodire tua, omne bonum te fugit, & hujuſmodi.

q Locutus eſt ſenſate] pauper, ideſt, ſapienter. *r* Et non eſt datus ei locus] loquendi, vel audiendi, quia.

Juvenalis ſatyra 7. *Rara in tenui facundia panno.*

ſ Dives locutus eſt] ſive bona ſive mala.

t Et omnes tacuerunt] ob reverentiam ejus.

u Et verbum illius uſque ad nubes perducent,] homines mundi, ideſt, extollunt, & magnificant verbum illius quaſi cœleſte, & Angelicum, dicentes: Optime dixit: nunquam ſic locutus eſt homo. Sicut legitur *Act.* 12. de Herode: Herodes veſtitus veſte regali ſedit pro tribunali, & concionabatur ad eos: populus autem acclamabat, Dei voces non hominis.

x Pauper locutus eſt, & dicunt,] homines mundi.

y Quis eſt hic] deſpective. Simile 1. *Reg* 10. Quænam res accidit filio Cis? Numquid Saul inter Prophetas? Et quis eſt pater ejus?

z Et ſi offenderit] aliquem audientium, dicendo quod non placet ei, vel defendendo quod dixit. *a* Subvertent illum] ideſt, ſub pedibus ſuis vertunt conculcando eum, vel ſi ceciderit in ſyllaba cadet in cauſa. Sed ne crederet aliquis, quod ideo omnis dives contemnendus eſſet, oſtendit, quod non omnis, qui habet divitias malus eſt, vel contemnendus. Unde dicit. *b* Bona eſt ſubſtantia,] ideſt, poſſeſſio temporalis Homini,

c Cui non eſt peccatum in conſcientia] ideſt, quæ non eſt contra conſcientiam acquiſita, vel retenta, vel diſpenſata. *d* Et nequiſſima paupertas in ore impii,] ideſt, avari, qui paupertatem, quaſi rem execrabilem, & deteſtabilem malam dicit.

Myſtice. Myſtice. *b* Bona eſt ſubſtantia] naturæ, ideſt, bona naturalia, vel gratiæ, ideſt, bona gratuita, vel gloriæ, ideſt bona æterna, vel Scripturæ, ideſt, ſapientia, meditatione, oratione, locutione, operatione congregata illi.

c Cui non eſt peccatum in conſcientia,] ideſt, homini juſto, qui nihil mali ſibi conſcius eſt. Et nequiſſima paupertas] ideſt, doctrina hæreticorum pauperem facit; quia privat veris divitiis. De quibus dicitur *Prov.* 13. Redemptio animæ viri divitiæ illius.

A

e In ore impii] ideſt, hæretici docentis, vel prædicantis. Vel paupertas ſpiritus eſt nequiſſima in ore impii, ideſt, mali, & avari Doctoris. Commendatio enim paupertatis ſpiritualis in ore avari Doctoris deteſtabilis efficitur. Unde *infra* 25. Non eſt ſpecioſa laus in ore peccatoris.

f Cor hominis, &c.] Septima pars capituli, ubi oſtendit, per quid poſſint agnoſci mali, a quorum ſocietate docuit ſupra eſſe cavendum, dicens, quod in facie hominis legitur mentis qualitas. Nam nimis difficile eſt *crimen non prodere vultu*. Unde facies dicitur vultus, quia voluntatem cordis nunciant extra. Unde: In facie legitur ſecreta mentis voluntas. Dicit ergo. *Ovidius in Metam.*

f Cor hominis immutat faciem illius,] ideſt, ſecundum cordis mutationem mutatur facies. Tanta enim corporis, & animæ harmonia eſt, quod ſecundum animæ mutationem neceſſe ſit mutari corporis qualitatem. Unde *infr.* 19. Ex viſu cognoſcitur vir, & ab occurſu faciei cognoſcitur ſenſatus. Amictus corporis, & riſus dentium, & ingreſſus hominis enunciant de illo, *Prov.* 15. Cor gaudens exhilarat faciem, & mœrore animi dejicitur ſpiritus. Et hoc eſt, quod ſequitur.

g Sive in bono] ideſt, in læto, & jucundo.

h Sive in malo,] ideſt, in triſti, & mœſto. Utrobique enim legitur qualitas cordis in ſpecie faciei. Unde Martialis coquus:

Eſt ſpeculum facies, oculique revelant
Quales ſunt intus meas, animuſque mei.

i Veſtigium cordis boni,] ideſt, bonam cogitationem, & bonam affectionem.

k Et faciem bonam] ideſt, bonam operationem, & bonam locutionem, & honeſtam converſationem.

l Difficile invenies, & cum labore] ſimul in eodem: Non quod non ſint in aliquo, ſed quia in paucis. Nam.

Rara avis in terris, nigroque ſimillima Cygno. *Juvenalis ſatyra* 6.

Quaſi dicat Auctor: dixi, quod ſecundum cor hominis immutatur facies ejus; non tamen ſemper conſonat facies cordi, quia multi ſub ovina pelle cor lupinum gerunt. Et propter illos dicitur: Veſtigium cordis, &c.

res. *a* Et ſicut abominatio eſt ſuperbo humilitas, ſic & *b* execratio divitis pauper. *c* Dives commotus *d* confirmabitur ab amicis ſuis: *e* humilis autem *f* cum ceciderit, *g* expelletur *h* & a notis. *i* Diviti decepto *k* multi recuperatores: *l* locutus eſt † ſuperba, & *m* juſtificaverunt illum. *n* Humilis *o* deceptus eſt: *p* inſuper & arguitur. Locutus *q* eſt ſenſate: & *r* non eſt datus ei locus. *ſ* Dives locutus eſt: & *t* omnes tacuerunt, & *u* verbum illius uſque ad nubes perducent, *x* Pauper locutus eſt & dicunt: *y* Quis eſt hic? *z* Et ſi offenderit, *a* ſubvertent illum. *b* Bona eſt ſubſtantia, cui *c* non eſt peccatum in conſcientia, & *d* nequiſſima paupertas in *e* ore impii. *f* Cor hominis immutat faciem illius, *g* ſive in bono, *h* ſive in malo. *i* Veſtigium cordis boni, & *k* faciem bonam *l* difficile invenies, & cum labore.

CAP. XIV.

BEatus *m* vir, qui non eſt lapſus verbo ex ore ſuo:

EXPOSITIO CAP. XIV.

BEatus vir, qui non eſt lapſus verbo, &c.] Hoc capitulum in quinque partitum eſt. Primo, agit Auctor de quatuor, quæ faciunt beatitudinem vitæ, ideſt, hominem beatum in via, ſcil. modeſtia ſermonis, lætitia mentis, ſtabilitas in adverſis, & ſpes. Secundo, agit de avaritia, *ibi*: Viro cupido, & tenaci. Tertio, agit de largitate, *ibi*: Fili, ſi habes, benefac tecum. Quarto de hominis nativitate, *ibi*: Omnis caro ſicut fœnum. Quinto, de hominis felicitate, *ibi*: Beatus vir, qui in Sapientia morabitur. Præmittens ergo ſignum maximum perfectionis dicit. *m* Beatus vir, qui non eſt lapſus verbo ex ore ſuo.] Hoc eſt enim præcipuum ſignum perfectionis. Unde *Jacob* 3. Si quis in verbo non offendit, hic perfectus eſt vir. Qui hanc perfectionem

fectionem habuerit (*infra Reg.* 3. Crevit Samuel, & Dominus erat cum eo, & non cecidit ex omnibus verbis ejus in terram. Et Job labiis ſuis neque ſtultum quid contra Deum locutus eſt) talis dicitur beatus ſigno vel ſpe. Labitur autem quis verbo, cum aliquid inconſiderate, vel otioſe, vel detractorie, vel adulatorie, vel mendaciter loquitur, quod vitare difficile eſt; & ideo perfectus eſt, qui non eſt lapſus verbo ex ore ſuo. Ex quo labitur, qui cor ſuum habet in ore, ſicut dicitur *inf.* 21. In ore fatuorum cor eorum. *a* Et non eſt ſtimulatus, &c.] vel in conſcientia delicti, ideſt, quem non remordet, vel triſtificat conſcientia pro delicto aliquo, quaſi dicat ille eſt beatus, qui habet modeſtiam linguæ, & lætitiam conſcientiæ, quæ eſt gloria noſtra, ut dicitur 2. *Cor.* 10. Unde ſequitur. *b* Felix, qui non habuit animi ſui triſtitiam] ideſt, qui non eſt per triſtitiam, vel per acidiam in deſperationem lapſus. *c* Et non excidit a ſpe ſua] bona, ideſt a bonis operibus, pro quibus ſperantur æterna præmia. A quibus excidit quis præſumendo, deſperando, perſeverantiam interrumpendo. Hæc triſtitia mala eſt, de qua dicitur *infra* 30. Triſtitiam longe expelle a te: multos enim occidit triſtitia, & non eſt utilitas in illa. Et hoc eſt tertium, quod diximus operari beatitudinem viæ, ſcilicet, ſtabilitas, ſive conſtantia in adverſis. Et quartum eſt ſpes, quod tangitur, cum dicit: Et non excidit a ſpe ſua, quaſi dicat, ille beatus eſt, qui conſtantiam, & ſpem retinet firmiter in adverſis. Sequitur. *d* Viro cupido, &c.] Secunda pars capituli; ubi agitur de avaritia, quam deteſtando dicit eſſe peſtem excruciantem avarum, ne conſequatur fructum laboris ſui: ſicut dicitur *Eccleſ.* 5. Qui amat divitias, fructum non capiet ex eis. Dicit ergo. *d* Viro cupido] ut acquirat. *e* Et tenaci] ut acquiſita retineat. *f* Sine ratione eſt ſubſtantia] acquiſita, & retenta, ideſt, ubi cupidus, & tenax ſine ratione acquirit, & ſine ratione retinet acquiſita, eſt contra rationem. Ratio enim bene diſpoſita dictat, ideo conceſſa temporalia, ut indigentibus diſpenſentur. Propter quod ſcriptum eſt *Pſal.* 111. Diſperſit dedit pauperibus, juſtitia ejus manet in ſæculum ſæculi. Non dicit miſericordia, ſed juſtitia: quia eleemoſynam erogare pauperi, potius eſt reddere ſuum, quam dare alienum. *g* Et homini livido ad quid aurum] conceditur, vel permittitur, cum non poſſit ex eo emere ſapientiam? ſicut dicitur *Prov.* 26. Quid prodeſt ſtulto habere divitias, cum ſapientiam emere non poſſit? nec etiam eo uti poſſit, ſicut dicitur *Eccl.* 6. Eſt aliud malum, quod vidi ſub Sole, & quidem frequens apud homines; vir, cui dedit Deus divitias, & ſubſtantiam, & honorem, & nihil deeſt animæ ſuæ ex omnibus, quæ deſiderat: nec tribuit ei poteſtatem Deus, ut comedat ex eo; ſed homo extraneus vorabit illud. Ad quid igitur aurum datur avaro? Reſpondeo. Ut illud videat, *Eccl.* 5. Quid prodeſt poſſeſſori, niſi quod cernit divitias oculis ſuis. Item, ut ſe coinquinet & animam ſuam damnet, *Abac.* 2. Væ qui multiplicat non ſua, & congregat contra ſe denſum lutum. Item, ut idolum ſibi faciat, *Oſee* 8. Argentum ſuum, & aurum ſuum fecerunt ſibi idola, ut interirent. Item, ut ſatiatus evomat illud, *Job* 20. Divitias, quas devoravit, evomet: & de ventre ejus extrahet eas Deus. Item, ut ferat teſtimonium contra ſe ipſum, & comedat carnes ejus. *Jac.* 5. Aurum, & argentum veſtrum æruginavit, & ærugo eorum erit vobis in teſtimonium, & manducabit carnes veſtras ſicut ignis. Item ad damnationem ſuam, niſi bene diſpenſet. *Matt.* 16. Quid prodeſt homini, ſi univerſum mundum lucretur; animæ vero ſuæ detrimentum patiatur? Item ne in eo confidat, *Baruch.* 3. Ubi ſunt Principes, qui argentum theſaurizant, & aurum, in quo confidunt homines? Propter hæc omnia dicitur *infra* 31. Multi dati ſunt in auri caſus, & facta eſt in ſpecie ipſius perditio illorum.

Prov. 27.

al. † *alii.*

al. † *livid.*

a & non eſt ſtimulatus in triſtitia delicti. *b* Felix, qui non habuit animi ſui triſtitiam, *c* & non excidit a ſpe ſua. *d* Viro cupido, & *e* tenaci ſine *f* ratione eſt ſubſtantia: & *g* homini livido ad quid aurum? Qui *h* acervat ex animo ſuo *i* injuſte, aliis *k* congregat, & in *l* bonis illius alius *m* luxuriabitur. *n* Qui ſibi nequam eſt, *o* cui † alio bonus erit? Et *p* non jucundabitur in bonis ſuis. *q* Qui ſibi invidet, nihil *r* eſt illo nequius, *ſ* & hæc redditio eſt malitiæ illius: *t* Et ſi benefecerit *u* ignoranter, & *x* non volens facit: & *y* in noviſſimo manifeſtat malitiam ſuam. *z* Nequam eſt oculus † invidi, & *a* avertens faciem ſuam, & *b* deſpiciens animam ſuam. *c* Inſatiabilis oculus cupidi in partem iniquitatis *d* non ſatiabitur, donec conſummet injuſtitiam *e* arefaciens animam ſuam.

h Qui acervat ex animo ſuo,] ideſt, affectu ſtudioſo.

i Injuſte,] ideſt, in damnum proximi, vel animo retinendi: quod non caret culpa, licet opere non impleatur.

k Aliis congregat,] quos ignorat, ſicut dicitur *Pſal.* 38. Theſaurizat, & ignorat, cui congregat ea, *Job* 27. Si comportaverit quaſi terram argentum, & ſicut lutum præparaverit veſtimenta; præparabit quidem, ſed juſtus veſtietur illis, & argentum innocens dividet, *Eccl.* 2. Renunciavitque cor meum ultra laborare ſub Sole: Nam cum alius laboret in ſapientia, & doctrina, & ſollicitudine: homini otioſo acquiſita dimittit, qui in eis voluptuoſe vivit. Unde ſequitur hic. B *Job* 27. *Eccl.* 2.

l Et in bonis illius] ut cuſtodis, non ut domini.

m Alius luxuriabitur,] Sicut accidit Rhemis, ubi quidam uſurarius nummos ſuos enumerabat: & audita eſt vox in perſona nummorum: Omnes hic ſumus, ſed cum Galthero Budello ſumus: Et non multo tempore poſt mortuus eſt uſurarius; & Galtherus duxit uxorem ejus, & habuit pecuniam. Et hoc eſt, quod dicitur *Luc.* 12. Stulte, hac nocte animam tuam repetent a te, &c. *Hieronymus.* Sudor mortui, delitiæ ſunt viventis.

n Qui ſibi nequam eſt] fructum laborum ſuorum ſibi ſubtrahens, ut avarus, qui non audet comedere, ne decreſcat acervus.

o Cui alio bonus erit?] Nulli ex intentione, ſed præter intentionem bonus eſt illis, quibus remanent divitiæ: & dæmonibus, quibus immolat animam, & vermibus, quibus nutrit carnem. Unde *Sap.* 10. Cum morietur homo, hæreditabit ſerpentes, & beſtias, & vermes.

p Et non jucundabitur in bonis ſuis,] quia eis uti noluit, vel de eis comedendo, vel aliis diſtribuendo.

q Qui ſibi invidet] ut avarus dolens, ſi de bonis propriis utatur, ſubtrahens ſibi neceſſaria.

r Nihil eſt illo nequius,] quia invidia eſt fera peſſima, quæ devoravit Joſeph, *Gen.* 37.

ſ Et hæc redditio eſt malitiæ illius] avari, vel invidi, quia utrumque vitium ſubjectum ſuum torquet in præſenti: Nam putredo oſſium invidia, *Prov.* 14. Et avaritia intima cordis in terram projicit, *ſup.* 10.

t Et ſi benefecerit] aliquando alios invitando.

u Ignoranter,] ideſt, indiſcrete facit, pro uno præparans quod ſufficit tribus.

x Et non volens,] ideſt, non ex mera voluntate, ſed ex erubeſcentia, vel ex timore. Et hic eſt modus avari, ut nomen avaritiæ fugiat, quandoque ad horam prodigalitatem incurrit.

y Et in noviſſimo manifeſtat malitiam ſuam,] ideſt, avaritiam, facto, vel dicto, vel vultu dolorem effundit de expenſis, quas fecit, vel nimis avare vivendo, ut reſtituatur acervus, vel nimis cupide acquirendo.

z Nequam eſt oculus invidi] omnibus habentibus divitias invidens. Oculus, mens, vel intentio cordis, quibus præbet miniſterium cupiditati. Unde & avaritia, concupiſcentia oculorum dicitur 1. *Joan.* 2. Vel ſic: Nequam eſt oculus invidi,] ideſt avari.

a Et avertens faciem ſuam] ideſt, quia avertit faciem ſuam a paupere, ne in eum faciat miſericordiam. *b* Et deſpiciens animam ſuam,] & ideo nequam, quia deſpicit animam ſuam in hoc, quod non facit miſericordiam ut miſericordiam conſequatur, *Prov.* 28 Qui deſpicit deprecantem, ſuſtinebit penuriam. Vel ſic: Nequam eſt oculus invidi, quia dolet de bono alterius. *a* Et avertens faciem ſuam,] a bono alterius, quod non poteſt videre ſine magno dolore. *b* Et deſpiciens animam ſuam] continuum affligens eam. *Sen.* Vellem, ut omnes invidi oculos haberent in omnes civitates, ut omnium felicitatibus torquerentur, *c* Inſatiabilis oculus cupidi in partem iniquitatis] ideſt, in partem iniquæ inæqualitatis, ut ſcil. ipſe ſuperabundet, & alii egeant. Hæc eſt iniquitas, ideſt, iniqua inæqualitas, de qua *Luc.* 16. Facite vobis amicos de mammona iniquitatis. *d* Non ſatiabitur, donec conſummet injuſtitiam,] ideſt donec impleat injuſtam avaritiam ſuam. Quod nunquam ei erit, *Eccl.* Avarus non implebitur pecunia. *Prov.* 13. Juſtus comedit, & replet animam ſuam, venter autem impiorum inſaturabilis.

e Arefaciens animam ſuam,] ideſt, ſine humore gratiæ,

tiæ,

tiæ, aridam faciens ardore cupiditatis, deſiccans, & præparans ad incendium æternum, ut ruſticus deſiccat ligna, ut melius ardeant, *Iſa.* 33. Spiritus veſter, ut ignis vorabit vos, & erunt populi quaſi de incendio cinis, ſpinæ congregatæ ibi comburentur.

a Oculus malus ad *b* mala; & non *c* ſatiabitur *d* pane, ſed indigens & in *e* triſtitia erit ſuper menſam ſuam. Fili, ſi *f* habes, *g* benefac tecum, & *h* Deo dignas oblationes offer. Memor *i* eſto, quoniam mors non † tardat, & *k* teſtamentum inferorum, quia *l* demonſtratum eſt tibi. *m* Teſtamentum enim hujus mundi *n* morte morietur. Ante *o* mortem *p* benefac amico, *q* & ſecundum vires tuas *r* exporrigens da *ſ* pauperi. Non *t* defraudèris a die bono, & *u* particula † boni diei non te prætereat. Nonne *x* aliis relinques dolores, & labores tuos? In *y* diviſione fortis *z* da, & *a* accipe, & *b* juſtifica animam tuam. Ante *c* obitum tuum operare juſtitiam: *d* quoniam non eſt apud inferos invenire cibum. *e* Omnis caro ſicut fœnum veteraſcet, & ſicut *f* folium fructificans in arbore viridi. *g* Alia generantur, & alia dejiciuntur, ſic

a Oculus] ideſt, mens avari. *b* Ad mala facienda cogitat, ſcil. quomodo poſſit multas divitias acquirere, quod eſt malum ſibi, & malum proximo, *Pſal* 9. Sedet in inſidiis cum divitibus in occulto, &c. *c* Et non ſatiabitur] quia non habet fundum quaſi ſaccus pertuſus. *d* Pane] materiali, vel ſpirituali, ideſt, refectione gratiæ, doctrinæ, & gloriæ. Hoc enim triplici pane veſcuntur filii Dei. Unde & quidam petebat eos ab amico, *Luc.* 11. Amice, commoda mihi tres panes, &c. *e* Et in triſtitia,] quia videt ſe, & ſua comedi. In aliena menſa non triſtatur, quia nihil expendit. Contra quod dicitur *infr.* 35. In omni dato hilarem fac vultum tuum. Vel quod dicit: in triſtitia erit, refertur ad futurum, quando propria conſumetur egeſtate, vel non aggregabitur Sanctis gaudentibus, & epulantibus in gloria, *Iſa.* 65. Ecce ſervi mei comedent, & vos eſurietis: ecce ſervi mei bibent, & vos ſitietis: & ecce ſervi mei lætabuntur, & vos confundemini. *f* Fili, ſi habes.] Tertia pars capituli, ubi damnata avaritia, hortatur ad largitatis virtutem avaritiæ oppoſitam. Sicut enim avarus ſibi nequam eſt, & nulli bonus, ideſt, miſericors, ſic e converſo largus ſibi juſtus eſt, tribuens ſibi rationabiliter neceſſaria, & indigentibus bonus, ideſt, miſericors. Et hoc eſt, quod hortatur hic Auctor. *f* Fili, ſi habes,] divitias.

al. † tardabit.

al. † boni doni.

g Benefac tecum] ideſt, neceſſaria vitæ tibi impende: Unde *infr.* 30. Miſerere animæ tuæ placens Deo. *h* Et Deo dignas oblationes offer] pauperibus propter Deum erogando ſecundum eorum egeſtatem, & tuam facultatem, *Tob.* 4. Quomodo potueris, ita eſto miſericors: ſi multum tibi fuerit, abundanter tribue, ſi exiguum tibi fuerit, etiam exiguum libenter impertiri ſtude. Et quia ad miſericordiam multum excitat memoria mortis. *i* Memor eſto, quoniam mors non tardat] poſt quam nemo poterit utiliter operari. Unde *Joan.* 9. Operamini, dum dies eſt: venit enim nox, quando non licet operari, *Eccl.* 9. Quodcumque poteſt manus tua, inſtanter operare: quia nec opus, nec ratio, nec ſapientia, nec ſcientia erunt apud inferos, quo tu properas, *infr.* 38. Memor eſto judicii mei; ſic erit & tuum: mihi heri, & tibi hodie, *k* Et teſtamentum inferorum] ideſt, promiſſio, vel hæreditas infernalis, vel pactum deſcenſus ad limbum, vel infernum, quod dimiſit Adam filiis ſuis quaſi teſtamentum æternum. *l* Quia demonſtratum] per ſacram Scripturam, *Iſa.* 30. Præparata eſt ab heri Tophet, a Rege præparata profunda & dilatata, *Job* 30 Scio, quia morti trades me, ubi conſtituta eſt domus omni viventi. Et ne aliquis crederet, quod teſtamentum infernale terminabile ſit, ſicut teſtamentum hujus mundi: dicit Auctor, quod non. *m* Teſtamentum enim hujus mundi,] ideſt, hæreditas mundana, quæ teſtamento delegatur, vel felicitas terrena, quam mundus ſuis filiis pollicetur. *n* Morte morietur] ideſt, cito deficiet, q. d. pœna inferni, quam Deus comminatur, ſemper durabit; ſed proſperitas temporalis, quam mundus ſuis filiis duraturam pollicetur mendaciter, cito deficiet. Unde *Prov* 20. Hæreditas ad quam deſtinatur in principio, in noviſſimo benedictione carebit. *Greg.* Momentaneum eſt, quod delectat; æternum quod cruciat. *o* Ante mortem] i. dum tempus eſt bene operandi. *p* Benefac amico tuo,] i. Chriſto, qui dicit *Joan.* 15. Vos amici mei eſtis. *Cant.* 5. Talis eſt dilectus meus: & ipſe eſt amicus meus. Vel pauperis propter ipſum, *Luc.* 16. Facite vobis amicos de mammona iniquitatis. *q* Et ſecundum vires ſuas,] i. ſecundum facultatem ſuam. *r* Exporrigens,] i. extra te porrigens manum tuam, & extendens. *ſ* Da pauperi] hilariter, velociter, abundanter, frequenter. Hilariter: quia hilarem datorem diligit Deus, 2. *Cor.* 9. Unde *inf.* 35. In omni dato hilarem fac vultum tuum. Velociter, quia qui cito dat, bis dat. *Sen.* Quantum addis moræ, tantum ſubtrahis gratiæ. Unde *Prov.* 3. Ne dicas amico tuo: vade, & revertere: cras dabo tibi, cum ſtatim poſſis dare. Abundanter 2. *Cor.* 8. Veſtra abundantia illorum inopiam ſuppleat, ut illorum abundantia veſtræ inopiæ ſit ſupplementum, ut ſit æqualitas. Frequenter *Luc.* 6. Omni petenti te tribue, *Eccl.* 9. Oleum de capite tuo non deficiat. Per hoc autem quod dicit, exporrigens, ſugillat quoſdam ſuperbos, qui manu propria dare eleemoſynam erubeſcunt. Quibus dicit Dominus *Matth.* 12. Extende manum tuam. Et quoſdam carnales, qui eleemoſynam ſuam tantum parentibus carnalibus largiuntur. Contra quos dicitur *Luc.* 6. Omni petenti te tribue. Et *Iſa* 8. Frange eſurienti panem tuum. *t* Non defraudèris a die bono] differendo confiteri, vel pœnitere, vel benefacere in omni tempore præſenti: quod dicitur dies bonus; quia utile eſt ad merendum vitam æternam, 2 *Cor.* 6. Ecce tempus acceptabile, ecce nunc dies ſalutis. *Iſa.* 40. *Jac.* 1. 1. *Pet.* 1.
Unde *Gal.* 6. Dum tempus habemus, operemur bonum ad omnes. Vel ſic: Non defraudèris a die bono,] ideſt non evacues tibi meritum boni operis gloriando: quod eſt oſculari manum ſuam, & iniquitas maxima, & negatio apud Deum, *Job* 31. Vel ſic: Non defraudèris a die bono, i. feſtivo, quin in illo præcipue bona facias, & a malis caveas. *Exo.* 20. Memento, ut diem Sabbati ſanctifices, *Gal.* ſic: Non defraudèris a die bono,] i. a die æternitatis, qui eſt dies bonorum. *u* Et] ideo ut illum invenias, particula boni diei non te prætereat torpentem, & otioſum. Illum enim tempus præterit, quem otioſum dimittit, q. d. nulla ſit hora vacua a bono opere. Gravis enim eſt jactura temporis, quia recuperari non poteſt. Et ſicut non perit capillus de capite; ſic non perit momentum de tempore, quando oporteat rationem reddere, qualiter ſit expenſum. Ideo Apoſtolus dicit *Epheſ.* 5. Videte, fratres, quomodo caute ambuletis, &c.

x Nonne aliis relinques dolores, & labores tuos,] ideſt, divitias, quas cum labore, & dolore congregaſti, quaſi dicat, melius eſt ea dare pauperibus propter Deum, quam relinquere ignotis ſucceſſoribus. *y* In diviſione fortis da, & accipe] ideſt, in diviſione hæreditatis paternæ cum fratribus tuis da illis partem tuam. Vel ſic *y* In diviſione fortis,] ideſt, in dividendo, & diſtribuendo bona tua, quæ ſortitus es. *z* Da] pauperibus eleemoſynam. *a* Et accipe] coronam æternam, *Luc.* 6. Date, & dabitur vobis. Vel ſic.
y In diviſione fortis] ideſt, gratiæ, vel ſcientiæ, quam a Deo ſortitus es. Juxta illud *Prov.* 16. Sortes mittuntur in ſinum, ideſt, gratia in mentem, ſed a Domino temperantur, quia dat pro fructibus prout vult. Da & accipe] da unum, & accipe præmium: da doctrinam, & accipe coronam. Vel da victum temporalem Prædicatori, & accipe ab eo victum ſpiritualem in ratione dati, & accepti. Unde *Gal* 6. Communicet autem is, qui catechizatur verbo, ei, qui ſe catechizat in omnibus bonis, *Phil.* 4. Nulla Eccleſia communicavit mecum in ratione dati, & accepti, niſi vos ſoli. *b* Et juſtifica animam tuam] ideſt, munda per pœnitentiam, & confeſſionem. *c* Ante obitum tuum] ideſt: dum vivis, fac opera juſtitiæ. *d* Quoniam non eſt, &c.] ideſt, opera juſtitiæ, quibus anima reficitur: vel refectionem gratiæ, vel ſapientiæ, vel conſolationis æternæ. Unde *Eccl.* 6. Quodcumque poteſt manus tua inſtanter operare; quia nec opus, nec ratio, &c. De hoc cibo dicitur *Joan.* 6. Operamini non cibum qui perit; ſed qui permanet in æternum.
e Omnis caro, &c.] ideſt, omnis homo cito deficiet, ſicut fœnum cito ſiccatur, *Iſa* 40. Omnis caro fœnum, & omnis gloria ejus quaſi flos fœni. *f* Et ſicut folium fructificans in arbore viridi,] ideſt, fructum tegens, vel fructificans, ideſt, creſcens; ſic eſt omnis caro, ideſt, homo. Unde *Gloſſ.* Sicut fœnum in terra, vel folium in arbore naſcitur, creſcit, vireſcit, ſiccatur, dejicitur; ita caro noſtra naſcitur ex progenie parentum, creſcit in infantia, & pueritia, & floreſcit in adoleſcentia, matureſcit in juventute, areſcit in ſenectute, dejicitur in morte. *g* Alia generantur, & alia dejiciuntur,] ideſt, dum quædam naſcuntur, quædam moriuntur: & dum quædam creſcunt, alia decidunt.

a Sic

Digitized by Google

a generatio carnis, & ſanguis, b alia finitur, & alia naſcitur. Omne c opus corruptibile in d fine deficiet: e & qui illud operatur, ibit cum illo. Et f omne opus electum g juſtificabitur: & qui h operatur illud, honorabitur in illo. i Beatus vir, qui in k ſapientia l morabitur, & m qui in juſtitia meditabitur, n & in ſenſu cogitabit o circumſpectionem Dei. Qui p excogitat vias illius in corde ſuo, & in † q abſconſis illius r intelligens, ſ vadens poſt † illum quaſi t inveſtigator, u & in viis illius conſiſtens. Qui x reſpicit per feneſtras illius, & in y januis illius audiens: z Qui requieſcit juxta a domum illius, & in b parietibus illius c figens palum, d ſtatuet caſulam ſuam ad e manus illius: & f requieſcent in caſula illius g bona per ævum. h Statuet filios ſuos ſub i tegmine illius, & ſub k ramis illius l morabitur: m Protegetur ſub tegmine illius a n fervore, & in o gloria ejus requieſcet.

al. † abſcondita.

al. † illam.

a Sic generatio, &c.] i. generatio hominum, & animalium. b Alia finitur, &c.] Unde *Eccl.* 1. Generatio præterit, & generatio advenit. Generatio carnis dicitur, ad differentiam generationis ſpiritualis, quæ non finitur, ſed permanet in æternum. De qua dicit *Pſ.* 111. Generatio rectorum benedicetur. c Omne, &c.] tendens & ducens ad corruptionem, idest, omne malum. d In fine,] idest, deficere faciet remunerationem vitę æternæ. e Et qui illud &c.] in infernum. Dici videtur potius. Et opus ibit cum operante. Juxta illud *Apoc.* 14. Opera enim illorum ſequuntur illos. Solutio, quia propter opera ibit homo in infernum, dicitur hic. Qui illud operatur, ibit cum illo, quia vero opera ex libero arbitrio ſunt; dicitur *Apoc.* 14. Opera illorum ſe-

D

quuntur illos. Et ita ſimul ardebunt in inferno, & opus, & opifex ejus. Unde *infr.* 27. Conteretur cum delinquente delictum. *Sap.* 14. Quod factum eſt, cum illo, qui fecit, tormenta patietur. f Et omne, &c. idest, omne opus virtutis, quod eſt opus Electorum proprium. g Juſtificabitur,] idest, juſtum eſſe monſtrabitur, quando mercedem juſtitiæ recipiet. h Et qui operatur, &c.] idest, pro illo. Honor autem iſte in hoc eſt, quod filii Dei nominabuntur, & erunt etiam hæredes regni. Unde *Sap.* 5. Ecce quomodo computati ſunt inter filios Dei, & inter Sanctos ſors illorum eſt. i Beatus vir.] Quinta pars capituli, ubi agitur de eo, quod conſummat felicitatem hominis in via, idest, de meditatione legis, & ſapientiæ aſſidua. Unde dicit: Beatus vir, hic ut viator: in futuro, ut comprehenſor: hic ut viator, non ſolum ſpe, ſed & quadam rei prægustatione. k Qui ſapientia] cœli, quæ deſurſum eſt: non mundi, quæ terrena eſt, vel carnis, quæ animalis eſt; vel diaboli, quæ diabolica eſt. l Morabitur] legis meditatione, & temporis impletione. m Et qui in juſtitia] ad faciendam eam non ſolum docendam. Non enim qui juſtitiam docet, juſtus eſt; ſed qui juſtitiam facit. Eſt autem juſtitia, ut dicit Alcuinus, animi nobilitas unicuique tribuens propriam dignitatem. Superiori reverentiam, pari concordiam, minori diſciplinam, Deo obedientiam, tibi ſanctimoniam, inimicis patientiam, miſeris compaſſionem operoſam. n Et in ſenſu cogitabit] idest, in intellectu mentis. a Circumſpectionem Dei,] idest, quod Deus circumſpicit omnia, etiam abſcondita cordis. Unde *Prov.* 16. Omnes viæ hominum patent oculis Domini. Qui hæc cogitat, neceſſario trahitur a peccato, & animatur ad bonum. Unde *Boetius*: Magna indicta eſt nobis neceſſitas bene agendi, qui cuncta gerimus ante oculos Judicis cuncta cernentis, *Heb.* 4. Non eſt ulla creatura inviſibilis in conſpectu ejus: omnia autem nuda & aperta ſunt oculis ejus, ad quem nobis ſermo. p Qui excogitat,] idest, præcepta ejus, opera ejus, judicia ejus; quibus omnibus imus ad ipſum, & ipſe ad nos. Nos ad ipſum, faciendo, operando; ipſe ad nos amando, flagellando. q Et in abſconſis illius,] idest, in cęleſtibus Sacramentis. r Intelligens,] idest, intellectus dono intus legens, qui altiora penetrat, ut dicit *Greg.* ſ Vadens poſt illum] imitando per vitam. t Quaſi inveſtigator] per fidem donec veniat ad apertam viſionem. u Et in viis illius conſiſtens,] idest, ſimul ſtans corde, & opere. x Qui reſpicit per feneſtras illius] idest, per novum & vetus teſtamentum, quæ ſunt feneſtræ, per quas reſpexit nos Dominus illuminando: per quas nos debemus illum reſpicere credendo. Qui igitur reſpicit oculis mentis per feneſtras illius, credendo omnibus, quæ ibi dicuntur, beatus eſt. y Et in januis illius audiens] aure cordis, idest, in fide Trinitatis, vel in Eccleſia militanti, quæ eſt janua Eccleſiæ triumphantis; vel in januis audit, qui Prædicatoribus Chriſti obedit, de quibus dicitur *Iſa.* 60. Qui ſunt iſti, qui ut nubes volant, & quaſi columbæ ad feneſtras ſuas? Per iſtas feneſtras intromiſit radios ſuos Sol juſtitiæ Chriſtus Deus noſter in domum Eccleſiæ. Per has feneſtras qui reſpicit, idest, qui ſurſum aſpicit, audiet in januis Sponſi in die judicii, & in die mortis illam jucundam vocem Sponſi: Venite benedicti, &c. *Matth.* 25. Item beatus eſt. z Qui requieſcit in ſpe vel quiete pectoris. a Juxta domum illius,] idest juxta ſacram Scripturam, in qua tegitur domus, & celatur Eccleſia ſuperficie literæ, b Et in parietibus illius,] idest, in duobus Teſtamentis, c Figens palum] idest, ſcribendi, & addiſcendi ſtudium, quaſi dicat, ille beatus eſt, qui diligenter ſtudet in ſacra Scriptura. Unde *Pſal.* 1. Beatus vir, qui non abiit, &c. ſed in lege Domini voluntas ejus, &c. Vel domus Sapientiæ Eccleſia militans. De qua dicitur in *Pſal.* 83 Beati, qui habitant in domo tua, Domine. Parietes ejus duo populi converſi ad fidem conjuncti in uno angulari lapide Chriſto Jeſu, *Epheſ.* 2. Palus eſt Chriſtus fixus in medio Eccleſiæ, ubi perditi inveniuntur. De quo dicitur *Iſa* 22. Figam illum paxillum in loco fideli, & erit in ſolium gloriæ domus patris ſui, & ſuſpendam ſuper eum omnem gloriam domus ejus, vaſorum diverſa genera. De hac ergo domo ſic exponitur.

z Qui requieſcit juxta domum illius,] idest, qui vivit in pace juxta præcepta, & inſtitutiones Eccleſiæ.

b In parietibus illius,] idest, in duobus populis, vel in duobus generibus hominum qui ſunt in Eccleſia, idest, pœnitentes & innocentes. c Figens palum,] idest, crucem, vel crucifixum, firma fide credens: Ille, inquam, beatus eſt beatitudine vię. Item domus Sapientię Eccleſia triumphans. De qua dicitur in *Pſal.* 121. Lętatus ſum in his quę dicta ſunt mihi: In domum Domini ibimus. Parietes ejus ſunt duo chori, idest, chorus Angelorum, & chorus hominum electorum. Palus iſte Chriſtus, qui eſt ſignum vitæ in medio paradiſi, *Apoc.* 2. Et de hac domo ſic exponitur. z Qui requieſcit juxta domum illius,] idest, qui credit firmiter, & contemplatur ſuaviter gaudia Paradiſi. b Et in parietibus illius figens palum,] idest, Angelorum, & hominum firmamentum ponens, dicitur, ille beatus eſt. De qualibet iſtarum trium domorum dicitur *Prov.* 9. Sapientia ædificavit ſibi domum, excidit columnas ſeptem, idest, ſeptem artes, ſeptem Sacramenta, ſeptem dona. d Statuet caſulam ſuam,] idest, domunculam ſuam, non palatiorum, vel turrium ædificia. e Ad manus illius,] idest, imitationem Sapientiæ, idest, Chriſti, qui & nec domum habuit, ubi caput reclinaret, niſi Virginis uterum, præſepe jumentorum, Crucis patibulum, ſepulchrum mutuatum. f Et requieſcent in caſula illius,] idest, in domo ſapientiæ. g Bona per ævum,] idest, Electi in æternum: Vel caſulam ſuam, dicit mundam, & humilem conſcientiam, in qua bene quieſcit vir juſtus, ad manus illius, idest, ſecundum domum, & operationem Sapientiæ, & talis beatus eſt. Secundum *Gloſſ.* per caſulam accipitur inſula, per quam intelligit Sacerdotii dignitatem, vel docendi auctoritatem, quam habet ad manus illius, idest, opera ſua, juxta opera Sapientiæ, quaſi dicat, ille bonus Sacerdos eſt & bonus Doctor, qui verbo & exemplo inſtituit Eccleſiam ſicut Chriſtus. Et talis. h Statuet filios ſuos,] idest, ſubditos, vel diſcipulos. i Sub tegmine illius,] idest, ſub documentis Sapientiæ, vel ſub protectione Sapientiæ, vel mandatorum cuſtodia, quæ protegit contra hoſtes ſpirituales. k Et ſub ramis illius,] idest, ſub documentis Sapientiæ. l Morabitur] meditando, faciendo. m Protegetur tegmine illius,] idest, ſub protectione illius, idest, ſub miſericordia Sapientiæ protegente. n A fervore] idest, a furore inimicorum, vel a furore vitiorum, vel a diſtrictione futuri judicii. o Et in gloria ejus,] idest, vitam æternam per Sapientiam habebit. Unde *Pſal.* 83. Beati, qui habitant in domo tua, Domine, &c. Hoc erit bonum thema in feſto B. Auguſtini, vel Dionyſii, vel Hilarii. z Qui requieſcit] in domo Sapientiæ, idest, in ſacræ Scripturæ meditatione, &c. quod fecit Aug. qui aſſiduus fuit in meditatione ſacræ Scripturæ, ubi erat tota requies ſua. b Et in parietibus illius] idest, in duobus Teſtamentis exponendis, & intelligendis. c Figens palum] idest, diligens ſtudium. d Statuet, &c.] Sapientiæ, quia dignitatem Sacerdotii ſui confirmavit, operando juxta exempla, & documenta Chriſti. f Et requieſcens, &c.] ejus per ævum, idest, ipſe modo requieſcit in gloria, quam promeruit, pro adminiſtratione ſui Sacerdotii.

h Et ſtatuet, &c.] idest, Canonicus ſub certa regu-

la

Boetius de conſol. lib. 5. pr. 6.

Ja vivendi collocavit, quæ protegit eos contra hoſtes, &c.

EXPOSITIO CAP. XV.

QUi timet, &c.] Hoc capitulum dividitur in quatuor partes. Primo oſtendit, per quæ pervenitur ad ſapientiam, ideſt per timorem, & juſtitiam. Secundo, oſtendit, quæ bona facit ſapientia his,
A qui eam apprehendunt, quia cibat & potat, confirmat, & honorificat, ibi, Cibabit.
al. † bona. Tertio, oſtendit, qui ſunt, qui non veniunt ad ſapientiam, ideſt, ſtulti, & mendaces, per quos etiam non debet alius prædicari, ibi: Homines. Quarto, & ultimu oſtendit, quod peccata
al. † cibavit. hominum non ſuat imputanda Deo qui fecit illos; ſed ipſis hominibus, quia tales facti ſunt, quod poſſunt, & bene & male facere pro libera voluntate, ibi. Non dixeris. Dicit ergo.

a Qui timet] ut filius.
b Facit] ideſt, humilitatis
B opus. Sicut e contra, per illud intelligitur ſuperbia, *Pſ.7.* Domine, Deus meus, ſi feci illud, ideſt ſuperbiam.
al. † illum. E contra ſic legitur, & quidam libri habent. *a* Qui timet Deum] ut filius. *b* Faciet bona,] non tantum vitabit mala. *c* Et qui continens eſt juſtitiæ,] ideſt, ſimul cum aliis virtutibus tenens juſtitiam corde, & ore, & opere. *d* Apprehendet illam] ſcilicet ſapientiam,] ideſt, firmiter tenebit affectu, & intellectu, *Cant* 3. Inveni quem diligit anima mea, tenui eum, nec dimittam. Vel, apprehendet illam, ſcilicet, juſtitiam, ideſt, fructum juſtitiæ, vitam æternam.

C A P. X V.

QUi *a* timet Deum, *b* facit † illud: & *c* qui continens eſt juſtitiæ, *d* apprehendet illam, & *e* obviabit illi, *f* quaſi mater honorificata, & quaſi *g* mulier a virginitate *h* ſuſcipiet illum. † *i* Cibabit illum pane vitæ & intellectus, & aqua *k* Sapientiæ ſalutaris potabit illum. Et *l* firmabitur in illo, & non *m* flectetur, & *n* continebit illum, & non *o* confundetur, & *p* exaltabit illum apud proximos ſuos. Et in *q* medio Eccleſiæ *r* aperiet os ejus, & *ſ* adimplebit † *t* eum Spiritu *u* Sapientiæ, & intellectus: *x* & † ſtola gloriæ † *y* veſtiet illum. *z* Jucunditatem, & *a* exultationem *b* theſaurizabit ſuper illum, & *c* nomine † æterno hæreditabit illum. *d* Homines ſtulti non *e* apprehendent illam: & *f* homines ſenſati *g* obviabunt illi. *h* Homines ſtulti non videbunt eam; *i* longe enim abeſt a ſuperbia, & dolo. Viri *k* mendaces non *l* erunt illius memores, & viri *m* veraces *n* invenientur in illa, & *o* ſucceſſum habebunt uſque *p* ad inſpectionem Dei. Non eſt *q* ſpecioſa laus in *r* ore peccatoris: † *ſ* quia non eſt a Domino miſſus

e Et obviabit,] ideſt, in morte. *f* Quaſi mater honorificata] a filiis, quaſi dicat, ſicut mater honorificata a filiis ſuis, blande ſuſcipit eos; ita juſtitia, vel ſapientia blande ſuſcipiet in morte Juſtum. Unde Jacob dixit; Reſpondebit mihi cras juſtitia mea. *Gen* 30. dicitur autem juſtitia, vel Sapientia mater, quia nutrit Juſtos ſicut filios. Vel obviabit illi, in præſenti per gloriam conſcientiæ, quæ ſequitur opera juſtitiæ. Et obviabit, inquam, quaſi mater honorificata, multitudine bonorum operum. Juſtus enim honorat juſtitiam, qui opera juſtitiæ multiplicat. *g* Et quaſi mulier, &c. munda. *h* Suſcipiet] ut ſponſum, vel ut filium. Et dicitur juſtitia mulier propter fœcunditatem operum; virgo propter integritatem intentionis, & munditiam mentis, quam præſtat. Vel legatur ſic. *e* Et obviat] Sapientia remunerando. *f* Quaſi mater honorificata a filiis,] ideſt, erudita doctrina verbi, & exempli.

g Et quaſi mulier a virginitate] non recedens *h* Suſcipiet illum,] ideſt, ſurſum capiet in præſenti per contemplationem ſecretorum, in futuro per fruitionem æternorum. Et recte ſapientia dicitur, quaſi mulier virgo, quia mollit, & calefacit virum, & tamen remanet virgo. Unde 3. *Reg.* 1. Erat puella pulchra nimis, dormiebatque cum Rege, & miniſtrabat ei. Rex vero non cognovit eam, ideſt, non corrupit. *i* Cibabit,] i. corpore Chriſti, qui eſt panis vitæ, *Jo.6.* Et doctrina verbi Dei, quæ dat intellectum credentibus, in præſenti & in futuro, pane Angelorum cibabit illum, ideſt, ipſa Dei fruitione. De quo pane dicitur *Luc.* 14. Beatus, qui manducabit panem in regno Dei. *k* Et aqua ſapientiæ,] i. gratia Spiritus ſancti, quæ ſitim, & intima cordis vitiorum extinguit & ſordes peccatorum lavat, & ſalutem æternam confert. De qua dicitur *Joan.* 4. Qui biberit ex aqua hac, quam ego dabo ei, fiet in eo fons aquæ vivæ ſalientis in vitam æternam, vel ſalire facientis. *l* Et firmabitur] pane, ſcil. vel Deo. *m* Et non flectetur] ideſt, non cedet perſecutioni, vel tentationi, vel hæreticæ pravitati, conſortatus in illo pane. Hic eſt enim panis, de quo ſcriptum eſt *Pſal.* 10. Et panis cor hominis confirmet. *n* Et continebit,] i. in unitate Eccleſiæ cum aliis fidelibus tenebit. *o* Et non confundetur] confuſione illa ultima, de qua dicit *Jer.* 17. Confundantur qui me perſequuntur, & non confundar ego. *Pſ.* 24. Qui expectant te non confundentur. vel non confundetur,] ideſt, non fruſtrabitur a ſpe, & deſiderio ſuo; quia ſpes non confundit, *Rom.* 4. *ſupr.* 2. Nullus ſperavit in Domino, & confuſus eſt. *p* Et exaltabit,] i. Angelos & homines hic & in futuro. Hic loco, & merito, quia facit eum regnare, & præeſſe. Unde *Pſ.* 7. Per me reges regnant, & legum Conditores juſta decernunt. In futuro loco & præmio, *Matt.* 19. Amen dico vobis, quod vos, qui &c. Item *Matt.*25. Euge ſerve bone & fidelis, &c. *q* Et in medio ſine perſonarum acceptione, ut lignum vitæ in medio Paradiſi. *r* Aperiet] ut magna, & profunda, & aperta loquatur. Ut dicitur *Matth.* 5. Aperiens Jeſus os ſuum docebat eos, &c. *Pſ.77.* Aperiam in parabolis os meum, loquar propoſitiones ab initio. al. † ſtolam. al. † induet.

ſ Et adimplebit] Sapientia ſcilicet. *t* Eum] qui timet Deum. *u* Spiritu Sapientiæ] altero quo intelligat, altero quo ſapiat, altero luceat, altero ardeat, ut ſit lucerna ardens, & lucens. Ardere enim parum eſt, lucere vanum eſt, ardere, & lucere perfectum eſt. Et ideo ſcriptum eſt. Erat Joannes lucerna ardens & lucens, *Jo.* 5 *x* Et ſtola,] vel ſtolam i. dignitatem Sacerdotii, vel miniſterii in præſenti, in futuro ſtola corporis, & animæ. *y* Induet] vel veſtiet illum veſte duplici, *Pr.ult.* Omnes domeſtici ejus veſtiti ſunt duplicibus. *z* Jucunditatem] pacem pectoris in præſenti. *a* Exultationem] pacem æternitatis in futuro. *b* Theſaurizabit ſuper illum] ideſt, abunde dedit illi, ut aliis impertiri poſſit. Unde *Pſ.* 71. Suſcipiant montes pacem populo, & colles juſtitiam. Et *Pſ.* 121. Fiat pax in virtute tua, &c. *c* Et nomine æternitatis] vel æterno hæreditabit illum, ut filius Dei ſit, & dicatur in æternum, *Matt.* 5. Beati pacifici, quoniam filii Dei vocabuntur, *Iſ.* 56. Dabo eis in domo mea, & in muris meis locum, & nomen melius a filiis, & filiabus: nomen ſempiternum dabo eis, quod non peribit. *d* Homines ſtulti] ideſt ſapientes mundi, qui ſtulti ſunt apud Deum; vel hæretici, Judæi, Pagani. *e* Non apprehendent illam] ſcilicet Sapientiam in præſenti, quia in malevolam animam non introibit Sapientia, nec habitabit in corpore ſubdito peccatis, *Sap.* 1. *f* Et homines ſenſati] qui ſenſum habent, quo ſentiant ſuavitatem Paradiſi, & fœtorem inferni. *g* Obviabunt illi,] ideſt, Sapientiæ obediendo. Vel obviabunt illi, illam honorifice ſuſcipiendo. Et qui ſic obviat ei in vita, ipſa obviabit ei in morte, ſuſcipiendo in gloria. Unde *ſupra eodem:* Et obviabit illi, quaſi mater honorificata. Et hoc eſt, quod dicitur *Joan.* 12. Qui mihi miniſtraverit, ideſt, qui me honorificat, honorificabit eum Pater meus, qui eſt in cœlis. *h* Homines ſtulti,] ut prius non videbunt eam, in præſenti per fidem; & ideo nec in futuro per ſpeciem. *i* Longe enim abeſt a ſuperbia, & dolo,] ideſt, ſuperbis, & doloſis, quia Spiritus ſanctus diſciplinæ effugiet fictum, *Sap.* 1. *Jac.* 4 Deus ſuperbis reſiſtit: humilibus autem dat gratiam, *Prov.* 11. Ubi fuerit ſuperbia, ibi erit & contumelia; ubi autem humilitas, ibi & ſapientia. *k* Viri mendaces,] ideſt, hæretici, & quicumque veritatem contemnunt. De quibus dicitur in *Pſal.* 5. Perdes omnes, qui loquuntur mendacium. *l* Non erunt,] quia diligunt eam; & ideo cito a memoria eorum recedit, *ſup.* 1. Execratio peccatoribus ſapientia. *m* Et viri veraces,] ideſt, viri Catholici, & omnes amatores veritatis. *n* Invenientur] ſtabiles credendo, meditando, operando. *o* Et ſucceſſum,] ideſt, profectum virtutum, & meritorum in præſenti. *p* Uſque ad inſpectionem] active, ideſt, uſquequo aſpiciant Deum. Unde *Pſal.* 83. Ibunt de virtute in virtutem, donec videbunt Deum Deorum in Sion. Vel paſſive, uſque ad inſpectionem, ideſt, uſquequo aſpiciantur a Deo in præſenti, per gratiam liberationis, & in futuro per gloriam apertæ manifeſtationis. al. † memoritatis. al. † quamdam.

q Non eſt ſpecioſa laus] prædicationis, vel † jubilationis, ideſt, Deo placita, vel hominibus gratioſa. *r* In ore peccatoris] ideſt, hæretici, cujus os pollutum eſt, vel cujuſlibet autorii. Unde *infra* 21. Narratio fatui, quaſi ſarcina in via. Item 27. Narratio peccantium odioſa. Ideo dicitur in *Pſal.*49. Peccatori dixit Deus; Quare tu enarras juſtitias meas, &c. *ſ* Quia non eſt a Domino miſſus] ut prædicet aliis; & ideo non habet auctoritatem prædicandi. Unde *Rom.* 10. Quomodo prædicabunt, niſi mittantur? Nec eſt al. † narrationis.

contrarium

contrarium quod dicit Apoſtolus *Phil.* 1. Sive per veritatem, ſive per occaſionem annuncietur Chriſtus, & in hoc gaudeo, ſed & gaudebo, quia non gaudebat de opere prædicantium, ſed de profectu audientium. Et vere non eſt a Deo miſſus. *a* Quoniam a Deo, &c.] i. ſacra doctrina a Deo eſt edita,

quoniam a *a* Deo profecta eſt Sapientia. *b* Sapientiæ enim Dei *c* aſtabit laus, & in *d* ore fideli *e* abundabit: & *f* Dominator *g* dabit eam *h* illi. *i* Non dixeris: per k Deum abeſt: *l* quæ enim odit, ne *m* feceris. Non *n* dicas: ille me † implanavit; non enim *o* neceſſarii ſunt ei homines impii. Omne *p* execramentum erroris *q* odit Dominus, & *r* non erit amabile timentibus † Deum. Deus *ſ* ab initio *t* conſtituit hominem, & *u* reliquit illum in manu conſilii ſui. *x* Adjecit mandata & præcepta ſua. Si *y* volueris mandata conſervare, *z* conſervabunt te, & in *a* perpetuum fidem *b* placitam † ſervare. *c* Appoſuit tibi aquam & ignem: *d* ad quod volueris, porrige manum tuam. Ante *e* hominem vita, & mors, *f* bonum & malum. Quod *g* placuerit ei, dabitur illi, quoniam *h* multa ſapientia Dei, & fortis in potentia, & *i* videns omne ſine k intermiſſione. *l* Oculi Domini ad timétes eum & *m* ipſe agnoſcit omnem operam hominis, *n* nemini mandavit impie agere,

& ideo qui illam non habet, non eſt miſſus a Deo. Vel Sapientia profecta, ideſt, filius a Patre genitus. Unde *ſup.* 1. Omnis ſapientiá a Domino Deo eſt, & cum illo fuit ſemper, & eſt ante ævum. Item probat, quod non eſt ſpecioſa laus in ore peccatoris. *b* Sapientiæ enim,] ideſt, viro ſapienti. *c* Aſtabit laus] prædicationis in præſenti ad proximi ædificationem, in futuro ad ejus glorificationem, & teſtificationem. *d* Et in ore fideli] a fide & fidelitate. *e* Abundabit,] ideſt. fructum abundanter faciet. *f* Et dominator] i. Dominus. *g* Dabit eam] laudem vel ſapientiam. *h* Illi] ideſt, fideli, *Pſ.* 67 Dominus dabit verbum evangelizantibus, virtute multa, *Matt.* 25. Habenti dabitur, & abundabit. De hoc dicitur *Iſa.* 55. Quomodo deſcendit imber, & nix de cœlo, & illuc ultra non revertitur, ſed inebriat terram & infundit eam, & germinare eam facit, & dat ſemen ſerenti, & panem comedenti; ſic erit verbum meum quod egredietur de ore meo non revertetur ad me vacuum, ſed faciet quęcumque volui, & proſperabitur in his, ad quæ miſi illud. Et hoc eſt quod dicitur hic. In ure, &c. *i* Non dixeris] excuſando te, & peccatum tuum in Deum refundendo, ut primi parentes. *k* Per Deum abeſt] Sapientia a me: & Domino faciente, & volente, q. d. non iniquitas Deo, ſed tibi imputa ſi ſapientia abeſt: non enim Deo imputanda ſunt peccata tua qui fecit te potentem, ſed tibi, qui factus es potens peccare. Et hoc probat per ſequentia. *l* Quæ enim odit] ideſt, peccata. *m* Ne feceris] & ſic non aberit, ſed aderit tibi ſapientia. Unde *ſup.* 1. Fili, concupiſcens ſapientiam, ſerva mandata; & Deus præbebit illam tibi. *n* Non dicas, &c.] vel (implanavit) ideſt, contra planum, & æquum tortuoſum, & malum me fecit. Vel, implanavit, ideſt, omnia bona a me amovit, quaſi planando me, ſicut tabulæ implanantur, quando litteræ delentur cum cauda ſtili. Vel implanavit, ideſt, ſuaviter tractando me in planum erroris ſtravit, ſecundum quod dicitur: Ille implanat caput illius. Vel implanavit, ideſt, in plano me poſuit, ut currerem per campos licentiæ, quocumque vellem. Sicut dicit *Pſ.* 80. Dimiſi eos ſecundum deſideria cordis eorum: ibunt in adinventionibus ſuis. Vel implanavit, ideſt, dolavit, ideſt, planum me fecit ſine virtutibus, ne proficere poſſem, nec reſiſtere peccatis. Hæc expoſitio magis propria eſt, quia implanare eſt dolare. Et revera non implanavit te Deus ut faceres mala. *o* Non enim neceſſarii, &c.] Unde *Job* 13. Numquid Deus indiget mendacio veſtro, ut pro eo loquamini dolos? Sed etiam neque juſti homines ſunt ei neceſſarii, quia cum ſit Dominus omnium bonorum noſtrorum, non indiget. Unde *Job* 22. Quid prodeſt Deo, ſi juſtus fueris, aut quid confers, ſi immaculata fuerit vita tua. Sed etſi Deo ſecundum ſe non ſunt neceſſarii impii; ſunt tamen neceſſarii corpori ejus, quod eſt Eccleſia. Nam quod lima ferro, quod flagellum grano, quod fornax auro, hoc eſt impius juſto, ut dicit *Aug. Gen.* 25. Major ſerviet minori. *Diogen.* Omnis homo neceſſarium habet, aut valde amicum, aut valde inimicum ad ſui cuſtodiam. De hac materia plenius dictum eſt *Prov.* 17. ibi: Servus ſapiens dominabitur filiis ſtultis. *p* Omne execramentum erroris] ideſt, omnem errorem execrabilem. *q* Odit Dominus, & qui Deum timent & diligunt, ſimiliter. Unde ſequitur. *r* Et non erit, &c.] Quod autem aliqua odiat Deus, habemus *Prov.* 6. Sex ſunt, quæ odit Dominus. Et *inf.* 25. Tres ſpecies odivit anima mea. Contra *Sap.* 12. Nihil odiſti eorum, quæ feciſti. Sol. Mala odit, & illa non fecit, bona fecit, & illa diligit. Per hoc autem quod dicit, execrabilis, innuit, quod multiplex eſt error. Eſt enim error circa ſcientiam, ideſt, hominis falſa opinio. Hic non eſt execrabilis vel odibilis Deo, ut propter illum damnet hominem. Et eſt iterum alius error circa fidem, qui eſt infidelitas: & hic eſt execrabilis, & odibilis Deo. De quo dicitur *Iſ.* 19. Dominus miſcuit in medio ejus ſpiritum vertiginis, & errare fecerunt Ægyptum in omni opere ſuo. Eſt igitur triplex error, ſc. error falſæ opinionis, error infidelitatis, error perverſitatis. Unde *Boetius*: Ad verum lumen naturalis ducit intentio, & ab eodem multiplex error abducit. Item probat quod non ſunt imputanda Deo peccata hominum: quia tales facti ſunt ab eo, qui poſſint vitare peccata, ſi velint, & bona facere ſi vellent. Et hoc eſt, quod ſequitur. *ſ* Deus ab initio,] ideſt, ſexto poſt initium, ſc. ſexto die. *t* Conſtituit hominem,] ideſt, in bonis naturalibus ſtabilivit ſimul, & in gratuitis, ſecundum unam opinionem. *u* Et reliquit illum in manu conſilii ſui,] i. in poteſtate, ſive libertate arbitrii, ut poſſet peccare, & non peccare, ſi vellet. Conſilium autem, ſive liberum arbitrium, eſt poteſtas diſcernendi quid bonum, quid malum, quæ eſt in ratione. Unde *Boetius*: Omne quod ratione uti poteſt, naturaliter habet id judicium, quo decernat, quæ fugienda ſunt, & optanda dignoſcat. Item liberum arbitrium eſt poteſtas inclinandi ſe ad judicandum libera. Judicium enim non cogit ſequi, quod judicatum eſt, ſed dictat, vel conſulit. Unde *B. Petrus in itinerario ſic definit*: Libertas arbitrii eſt ſenſus animæ habens virtutem inclinandi ſe ad quæ voluerit. In hoc, quod dicit ſenſus, tangitur prima poteſtas: In hoc quod dicit virtutem, tangit ſecundam. Et hoc eſt quod dicit *Aug.* Liberum arbitrium eſt facultas rationis, & voluntatis, ideſt, libera poteſtas diſcernendi, & eligendi. In hoc quod dicitur: Reliquit illum in manu conſilii] innuitur coactionis remotio a libero arbitrio. Unde *Aug.* Voluntas eſt animi motus liberi ſui homine non ficto. *x* Adjecit] Deus mandata, &c. ne comederet de ligno ſcientiæ boni & mali, & quod de aliis comederet. Vel mandata naturæ ſcripta in corde, præcepta diſciplinæ data in ſermone, dicens. *y* Si volueris, &c.] ideſt, affectu, vel effectu ſervare, vel cum adjutorio gratiæ ſervare. *z* Conſervabunt te,] ideſt, interius & exterius ſervabunt te ab inſidiis Dæmonum, & a peccato. Item repete. Et ſi volueris. *a* In perpetuum] ideſt, perſeveranter.] *b* Fidem placitam ſervare] corde, & opere, quia fides ſine operibus mortua eſt, *Jac.* 2. Dicitur autem fides placita, fides operans per dilectionem. De qua dicitur *Heb.* 11. Sine fide impoſſibile eſt placere Deo. *c* Appoſuit tibi aquam & ignem] ideſt, refrigerium vitæ æternæ, & tribulationem gehennæ. *d* Ad quod volueris, porrige manum tuam] ideſt, voluntate tua operare, ut ardeas, vel ut refrigerium habeas. *e* Ante hominem vita & mors,] poſitæ ſunt. Vita gloriæ, & mors gehennæ. *f* Bonum & malum Bonum ad vitam, malum ad mortem *g* Quod placuerit ei, dabitur illi,] ideſt, ſi placuerit ei bonum, dabitur ei vita æterna; ſi placuerit ei malum, dabitur ei mors: unde patet quod ex libero arbitrio eſt, ut homo peccet, & damnetur: unde *Deut.* 30. Conſidera, quod hodie propoſuerim in conſpectu tuo vitam, & bonum; & e contrario mortem & malum, *Jer.* 21. Ego do coram vobis viam vitæ, & viam mortis. Sed ne crederet aliquis Deum inſipienter feciſſe hominem, cum potuiſſet eum feciſſe meliorem: ideo ſequitur. *h* Quoniam multa ſapientia Dei, q. d. talem fecit Deus hominem, quia voluit & ſcivit, & potuit. *i* Et videns omnes] ſcilicet, conditiones & merita omnium. k Sine intermiſſione] ideſt, ſimul & continue. Unde *Prov.* 16. Omnes viæ hominum patent oculis ejus. *Boetius*: Omne futurum divinus præcurrit intuitus, & ad præſentiam propriæ cognitionis, retorquet, ac revocat, nec alternat nunc hoc, nunc illud prænoſcendi vices, ſed uno ictu omnes mutationes manens prævenit. *l* Oculi Domini ad timentes eum] ſicut oculi matris ad filium ſuum. Vide *Pſ.* 38. Oculi Domini ſuper metuentes eum, &c. *m* Et ipſe agnoſcit omnem operam hominis,] ideſt, intentionem operum, *Pr.* 15. In omni loco oculi Domini contemplantur bonos, & malos. *n* Nemini mandavit impie agere] Tamen aliquid mandavit, quod impie actum eſt, ut Nabuchodonoſor mandavit, ut cogeret Judęos, & ipſe male illud fecit: quia non ſic, ut mandavit Dominus fecit, *Iſ.* 10. Vę Aſſur, virga furoris mei, & baculus ipſe eſt. In manu ejus indignatio mea: ad gentem fallacem mittam eum, & contra populum furoris mei mandabo illi, ut auferat ſpolia, & dividat prędã. Ipſe

al. † implanabit.

al. † illum.

D

al. † facere.

Boetius l. 5. de conſ. pr. 3

Boetius de conſ. lib. 5. proſ. 6.

autem non ſic arbitrabitur, & cor ejus non æſtimabit. *a* Et nemini, &c.] ideſt, ad peccandum, licet dederit ſpatium, in quo peccatur. Unde nulla eſt potentia ad peccandum, & aliqua eſt, qua peccatur. *b* Non enim, &c.] ideſt, eorum, qui imitantur patres ſuos in infidelitate, & in inutilitate. Infidelitate quoad Deum; inutilitate quoad proximum. Vel infidelium, quia non habent fidem in corde: inutilium, quia non habent fidem in opere.

& *a* nemini dedit ſpatium peccandi. Non enim *b* concupiſcit multitudinem filiorum infidelium, & inutilium.

C A P. XVI.

NE *c* jucunderis in filiis impiis, ſi *d* multiplicentur, nec *e* oblecteris ſupra ipſos, ſi non eſt timor Dei in illis. Non *f* credas vitæ illorum, & *g* ne reſpexeris in labores illorum. *h* Melior eſt etiam unus timens Deum quam *i* mille filii impii. Et k utile eſt *l* mori ſine filiis, quam *m* relinquere filios impios. Ab *n* uno ſenſato *o* inhabitabitur patria, & a *p* tribus impiis *q* deſeretur. *r* Multa † alia vidit oculus meus, & *ſ* fortiora † horum *t* audivit auris mea. In *u* Synagoga *x* peccantium *y* exardebit ignis, & in *z* Gente incredibili *a* exardeſcet ira. Non *b* exoraverunt pro peccatis ſuis antiqui Gigantes, qui deſtructi ſunt confidentes ſuæ virtuti, & *c* non pepercit peregrinationi illorum; ſed *d* percuſſit eos, & *e* execratus eſt illos *f* præ ſuperbia verbi illorum. Non *g* miſertus eſt illis *h* Gentem totam perdens, & *i* extollentem ſe in peccatis ſuis. Et ſicut k ſexcenta millia peditum, qui *l* congregati ſunt in duritia cordis ſui:

A

E X P O S I T I O C A P. XVI.

NE jucunderis, &c.] In hoc capitulo primo oſtendit non eſſe lætandum de multitudine filiorum, niſi fuerint boni. Secundo oſtendit ſe eſſe talem, cui credendum ſit, ibi. Multa alia vidit oculus meus. Tertio oſtendit juſtitiam Dei contra malos duriter ulciſcentem: ibi: In Synagoga, &c. Quarto oſtendit miſericordiæ hominum utilitatem, nam ſecundum miſericordiam unicuique præparatur locus in gloria, ibi: Omnis miſericordia, &c. Quinto oſtendit Deum omnia videre contra illos, qui putant Deum non videre peccata, ibi: Non dicas, a Deo abſcondar. Sexto, & ultimo monet auditorem ad diſciplinam, & obedientiam, ibi: Audi me fili, &c. Dicit ergo. *c* Ne jucunderis in filiis impiis,] ideſt, inobedientibus, vel immiſericordibus, vel Deum non colentibus. *d* Si multiplicentur] ideſt quia multi ſunt. Nam quanto plures ſunt, tanto pejus, *Sap.* 4. Multigena impiorum multitudo non erit utilis. *Iſa.* 9. Multiplicaſti gentem, non magnificaſti lætitiam. *e* Nec oblecteris, &c.] filialis vel initialis, vel ad minus ſervilis, qui eſt initium ſapientiæ. Tales erant filii Eli, ſicut dicitur 1. *Reg.* 2. Porro filii Belial, neſcientes Dominum. De talibus filiis potius eſt dolendum, quam, gaudendum. Unde *Prov.* 10. Filius ſapiens lætificat patrem, filius vero ſtultus mœſtitia eſt matris ſuæ. Nec ſolum gloriari ſolent homines de filiis, quia multi ſunt; ſed quia longævi; ideo ſubdit. *f* Non credas vitæ illorum] ideſt, ne credas, quandiu vivant, quod & in ſenectute corrigantur; ſed potius in pueritia ſunt corrigendi. Unde *ſup.* 7. Filii tibi ſunt, erudi illos a pueritia illorum. *g* Et ne reſpexeris,] quia corrigas, licet eorum labores tibi utiles videantur. Unde *Matt.* 18. Si oculus tuus ſcandalizat te, erue eum, & projice abs te. Vel. Ne reſpexeris, &c.] ideſt, ne ſperes labores illorum emendari in poſterum. Inutiles enim ſunt, & ſine fructu. Unde *Sap.* 2. Fructus illorum inutiles, & acerbi ad manducandum, *Eccl.* 10. Labor ſtultorum affliget eos. Cauſa autem, quare non ſit lætandum in talibus filiis, ſubdit. *h* Melior eſt, &c.] timore filiali. *i* Quam mille filii impii] in parentes, vel in Deum. Timens ſub unitate ponitur; quia nihil timendum eſt, niſi Deus, qui unus eſt, ſicut dicitur *Marc.* 10. Impios ſub millenario ponit propter pluralitatem, & diviſionem eorum, ſicut dicitur in *Pſal.* 19. Cadent a latere tuo mille. k Et utile, &c.] ideſt, minus malum, vel utilius. *m* Quam relinquere] qui nocent ſibi & aliis.

Myſtice. Myſtice. k Utile eſt] ideſt, utilius eſt. *l* Mori ſine filiis,] ideſt, privatum ſine magiſterio, vel operibus. *m* Quam relinquere filios impios] ideſt, pravos Diſcipulos, vel mala opera. Et quod melior ſit unus bonus mille impiis, oſtendit. *n* Ab uno ſenſato] ideſt, ab uno principe ſapienti, & bono. *o* Inhabitabitur patria] ideſt, † prælhabitur multis confluentibus ad terram ejus propter ſapientiam, & bonitatem ejus, ſicut legitur de Ezechia, quo regnante diſperſi de Iſrael confugerunt ad eum. Et de David dicitur 1. *Reg.* 22. Convenerunt ad eum omnes, qui erant in anguſtia conſtituti, & oppreſſi ære alieno, & amaro animo, & factus eſt princeps eorum. Myſtice. *n* Ab uno ſenſato] ideſt, Prælato. *o* Inhabitabitur patria] ideſt, Eccleſia multis fidelibus, bonis Canonicis. *p* Et a tribus impiis,] ideſt, propter tres impios. *q* Deſeretur,] ideſt, deſerta fiet, hoc, a paucis Principibus, & inſenſatis, a ſuis habitatoribus deſeretur. Vel tres impios dicit Judæos, hæreticos, falſos fratres, quorum duo primi impugnant fidem, tertii corrumpunt mores. Vel

al. † præſtabitur.

Myſtice.

melius. Tres impii ſunt hæretici, tyranni, falſi Chriſtiani. Et primi Eccleſiæ fidem violant. Secundi, res Eccleſiæ auferunt. Tertii, mores corrumpunt. Et de his dicitur *inf.* 50. Duas gentes odit anima mea, & tertia non eſt gens, quam oderim, ideſt, odio meo dignam reputaverim. Seir, ideſt, tyranni, Philiſthiim, ideſt, hæretici. Tertia gens, falſi fratres: omnes enim impii ſub ternario ponuntur propter tria genera peccatorum, ad quæ omnia alia reducuntur, quæ ſunt concupiſcentia carnis, concupiſcentia oculorum, & ſuperbia vitæ, 1. *Joan.* 2. ut autem melius credatur ſibi in his, ſubdit. *r* Multa alia vidit oculus meus] ideſt, mens, & intellectus, quaſi dicat, multa expertus ſum, & multoties vidi impletum, quod dixi, & ideo credendum eſt mihi in his. *ſ* Et fortiora his, vel horum,] ideſt, difficiliora, & ſubtiliora his. *t* Audivit auris mea] interior, quæ idem eſt in ſubſtantia, quod oculus interior, ut dicit *Aug.* ſc. intellectus. Sed dicitur oculus inquantum intuetur ſecundum ſe: auris dicitur in quantum recipit a Doctore. De hoc dicitur *inf.* 34. Multa vidi enarrando, & pluſimas verborum conſuetudines, aliquoties uſque ad mortem periclitatus ſum horum cauſa, & liberatus ſum gratia Dei. *u* In Synagoga] ideſt, in irrationabili congregatione. *x* Peccantium] in Deum, vel in ſe, vel in proximum. *y* Exardebit ignis] divinæ ultionis, ſive ignis gehennæ; quia primo exarſit ignis culpæ. Unde *Job* 20. Devorabit eum ignis, qui non ſuccenditur. De hoc dicit *Pſalm.* 105. Exarſit ignis in Synagoga eorum, &c. *z* Et in gente incredibili] active, & paſſive, ideſt, quæ non credit veritati, & cui non poteſt credi. *a* Exardeſcet ira] divinæ indignationis, ſive animadverſionis, quia quaſi indignos animadvertit in peccatores in futuro. De hoc dicit Propheta *Pſal.* 2. Dominus in ira ſua conturbabit eos. *b* Non exoraverunt, &c.] ideſt, diviſi, & confuſi in ædificatione turris Babel, *Gen.* 11. Et per eos ſignificantur omnes terreni & ſuperbi, confidentes ſuæ virtuti, ideſt, in ſua fortitudine corporali. Unde *Pſal.* 58. Confuſi ſunt, quoniam Deus ſprevit eos. *Aug. in lib. de doct. Chriſt.* Superbiæ ſignum eſt illa turris erecta in cœlum, ubi homines impii, non ſolum animas, ſed etiam voces diſſonas habere meruerunt. Quid igitur merentur Prælati, qui de patrimonio crucifixi turres & palatia conſtruunt parentibus ſuis: Gigantes autem fabuloſe dicuntur de terra geniti propter molem corporis, ut dicit *Iſid. in cap. de portentis.* *c* Et non pepercit peregrinationi illorum] ideſt, ipſis, quia peregrini erant a Deo. Vel quia venerant ab Oriente, ut dicitur *Gen.* 11. Vel quamvis peregrini erant in hoc mundo, ſicut omnes homines, 2. *Cor.* 5. Dum ſumus in corpore, peregrinamur a Domino. *d* Sed percuſſit eos] non corporis percuſſione, ſed linguarum confuſione, & locorum diſpoſitione. *e* Et execratus eſt illos,] ideſt, execrabiles illos eſſe reddidit. *f* Præ ſuperbia verbi illorum,] quo dixerunt: Venite, faciamus nobis civitatem, & turrim, cujus culmen pertingat uſque ad cœlum, & celebremus nomen noſtrum. *g* Non miſertus eſt illis] quin puniret confundendo linguas eorum. Tamen ſic puniendo miſertus eſt; quia cum iratus fuerit Deus, miſericordiæ recordabitur *Abac.* 3. *h* Gentem totam perdens] ideſt, diſperdens, & diſpergens. *i* Extollentem ſe in peccatis ſuis] ideſt, quia extollebat ſe in peccando. *k* Et ſicut ſexcenta millia peditum] perdidit ſupple. *l* Qui congregati ſunt in duritia cordis ſui] in deſerto murmurantes contra Moyſen, & contra Dominum. Unde *Num* 14. Omnes homines qui viderunt poteſtatem meam, & ſigna quæ feci in Ægypto, & in ſolitudine, & tentaverunt me jam per decem vices, nec obedierunt voci meæ: non videbunt terram, pro qua juravi patribus eorum: nec quiſquam ex illis, qui detraxerunt mihi, intuebitur illam, quaſi dicat Auctor, ſicut perdidit Dominus ſuperbos Judæos, ita quod nullus intravit terram promiſſio-

al. † talis.

al. † his.

miſſionis ; ita execratur , & perdet omnes impios , ut nullus intret in cœleſtem patriam. *a* Et ſi unus fuiſſet cervicatus ,] ideſt , ſuperbus , & rebellis . *b* Mirum ſi
Ier. 5. fuiſſet immunis] a pœna , quaſi dicat , non fuiſſet immonis a pœna . Divina enim juſtitia æqualitatem ſervat : nec oni , nec pluribus parcit . Nullum enim peccatum dimittitur impunitum ; quia aut homo punit , aut Deus, ut dicit *Gloſſ.* Similiter aec aliquod bonum irremuneratum . *c* Miſericordia enim & ira cum illo] Miſericordia ſu-
al. † hominem. per timentes , ira ſuper contemptores. Sed ne crederet aliquis, quod ira ſua
al. † judicat. mitigari non poſſet ; ideo ſubdit . *d* Potens eſt exoratio] apud Deum , ideſt ex corde veniens oratio , *Jac. ult.* Multum valet deprecatio Juſti aſſidua . Unde legitur *Exod.* 32. quod Moyſes placavit Dominum , quando dixit : Aut dimitte eis hanc noxam , &c. Sed licet Dominus ita ſit exorabilis , juſtus tamen & miſericors . Unde ſequitur . *e* Et effundens] ideſt , extra ſe fundens. *f* Iram] ſuper impœnitentes. *g* Secundum miſericordiam ſuam,] quia ſemper punit citra condignum , ideſt , ad correctionem . Unde *Pſal.* Univerſæ viæ Domini miſericordia, & veritas. *h* Sic correctin illius hominis ,] ideſt , cujuſcumque tibi infligitur correctio , ideſt , pœna corripiens . *i* Secundum opera ſua judicatur,] ideſt , a Judice irrogatur. *k* Non effugiet iram] Dei . *l* In rapinam peccato] ideſt , rapinæ inſiſtens, cujus manus alii non poterant effugere. Vel ſic : Non effugiet in rapinam peccatur] ideſt ,] peccator fugiendo non rapiet ſe , ideſt , non eripiet ſe a Deo puniente . Unde *Amos* 9. Non erit fuga eis , & qui fugerit ex eis, non ſalvabitur. Item *in eod.* 2. Peribit fuga a veloce , & fortis non obtinebit virtutem ſuam. Vel ſic : Non effugiet in rapinam peccator , ideſt , in die judicii , quando omnes boni rapientur in nubibus obviam Chriſto in aera , 1. *Theſſ.* 4. *m* Et non retardabit ſufferentia,] ideſt , patientia , vel ſuſtinentia Dei , vel hominum . *n* Miſericordiam facientis] ideſt , Dei , quaſi dicat , quod Deus ſuſtinet malos proſperari , & bonos affligi , non retardat miſericordiam facientis,] ideſt, Dei , quaſi dicat , quod mali floreat in hoc tempore , & boni affliguntur ; hoc enim ipſum miſericordia Dei eſt . Vel ſic : Sufferentia afflictorum , non retardabit miſericordiam facientis. Unde *Pſal.* 9. Patientia pauperum non peribit in finem . Vel , Sufferentia Dei non retardabit miſericordiam facientis , i. quod Deus differt præmia hominis miſericordiam facientis , non retardabit eum a præmio : quod enim moræ additur , gratiæ additur , & gloriæ : quia quanto major eſt patientia , tanto major eſt corona : *Jac. ult.* Sufferentiam Job audiſtis , & finem Domini vidiſtis . *o* Omnis miſericordia] ratione opus miſericordiæ : vel perfecta miſericordia ,] i. quæ ex charitate procedit . *p* Faciet locum unicuique ſecundum meritum operum ſuorum] i. manſiones in cœlo , 1. *Cor.* 3. Unuſquiſque propriam mercedem accipiet ſecundum ſuum laborem , *Prov.* 18. Donum hominis dilatat viam ejus , & ante Principes ſpatium ei facit . *q* Et ſecundum intellectum peregrinationis illius] ideſt , ſecundum intentionem , & fidem , qua ſe intelligit peregrinum eſſe a Domino . Unde *Cor.* 5. Dum ſumus in hoc corpore , peregrinamur a Domino ; per fidem ambulamus , & non per ſpeciem . *r* Non dicas] in corde tuo . *ſ* A Deo abſcondar] ut non videat peccata mea . *t* Et ex ſummo ,] ideſt , ex tam ſublimi , & remoto loco . *u* Quis mei memorabitur] qui ſum in terra ? Ita dicunt ſuperbi , & adulteri . Unde *Job* 24. Oculus adulteri obſervat caliginem , dicens : Non me videbit oculus , &c. *Iſa.* 29. Væ qui profundi eſtis corde , ut abſcondatis a Domino conſilium , quorum ſunt in tenebris opera , & dicunt , quis videt nos , & quis novit nos ? De hoc habes *Jer.* 16. *Ezech.* 8. Item *Jer.* 23. & *Job* 21. & *inf.* 23. Vel ſic lege : Ex ſummo quis mei memorabitur , quaſi dicat , ex eo , quod Deus ſummis ordinandis intendit , non curat de me , & ceteris inferioribus . Ita dicunt ſtulti ſic Deum occupatum circa cœleſtia , ut non curet infima . Unde *Ezech.* 9. Civitas repleta eſt averſione : dixerunt enim , Dereliquit Deus terram , & Dominus videt . Item *Job* 22. An cogitas quod Deus excelſior cœlo ſit , & ſuper ſtellarum verticem ſublimetur ? Et dicis quid enim novit Deus ? Et quaſi per caliginem judicat , & nubes latibulum ejus , nec terram conſiderat , & circa cardines cœli perambulat . *x* In populo magno non agnoſcar] in die judicii , quaſi dicat , inter tot & tantos latebo , & ſic evadam . Contra quod dicitur *Prov.* 15. Oculi Domini contemplantur bonos , & malos , *Job* 12. Ipſe novit , & decipientem , & eum qui decipitur . *y* Quæ eſt , &c.] & in reſpectu tam immenſæ creaturæ , ideſt , mundi , reſpectu cujus una anima nullius quantitatis eſſe videtur , aut valoris . Et ideo putat homo ſtultus , quod poſſit latere Deum , aut Deum non curare de ipſo . Sed quia hoc ſentire eſt error ; ideo ſubdit . *z* Ecce cœlum , &c.] in univerſali terræ motu ante diem judicii . *f* Montes ſimul & colles , & fundamenta terræ ,] ad litteram , quia tota ſuperficies terræ comburetur , & tantum aſcendet flamma ignis , quantum aſcenderunt aquæ diluvii . Cœlum vocat hoc cœlum aereum , de quo *Matth.* 13. Volucres cœli comederent illud . Cœlum cœlorum ceteros ſuperiores , ideſt , igneum & æthereum , & ſidereum , qui a maximo igne , qui præcedit faciem Judicis , ſolventur , ut dicitur 2. *Pet. ult.*

& ſi *a* unus fuiſſet cervicatus , *b* mirum , ſi fuiſſet immunis . *c* Miſericordia enim & ira cum illo. *d* Potens eſt exoratio , & *e* effundens *f* iram , ſecundum *g* miſericordiam ſuam; ſic *h* correctio illius † hominis ſecundum *i* opera ſua † judicatur . *k* Non effugiet in *l* rapinam peccator : & non *m* retardabit ſufferentia *n* miſericordiam facientis . Omnis *o* miſericordia faciet *p* locum unicuique ſecundum meritum operum ſuorum , & ſecundum *q* intellectum peregrinationis ipſius . *r* Non dicas : A *ſ* Deo abſcondar , & *t* ex ſummo quis *u* mei memorabitur ? In *x* populo magno non agnoſcar . Quæ *y* eſt enim anima mea in tam immenſa creatura ? Ecce *z* cœlum , & cœli cœlorum , *a* abyſſus , & *b* univerſa terra , & *c* quæ in eis ſunt , in *d* conſpectu illius , *e* commovebuntur , *f* montes ſimul , & colles , & *g* fundamenta terræ : & cum *h* conſpexerit illa Deus , *i* tremore concutientur . Et in *k* omnibus his *l* inſenſatum eſt cor , C

Myſtice . *z* Cœlum & cœli cœlorum] ideſt , minores, *Myſtice.*
& majores Angeli . De quibus *Pſal.* 148. Laudate eum cœli cœlorum . *a* Et abyſſus] ideſt , infernus & dæmones infernales. *b* Et univerſa terra] ideſt , univerſi homines nati de terra . *c* Et quæ in eis ſunt ,] ideſt , in cœlo , & in abyſſo , & in terra . *d* In conſpectu illius ,] ideſt , Dei in judicio exiſtentis . *e* Commovebuntur] terrore judicii , *Job* 26. Columnæ cœli contremiſcunt , & pavent ad nutum ejus , *Luc.* 12. Virtutes cœlorum movebuntur . *f* Montes ſimul , &c.] ideſt ſuperbi minores , & majores . *g* Et fundamenta terræ] ideſt , avari in terra fundati . Omnes hi commovebuntur in die judicii . Unde *Johel.* 3. Dominus de Sion rugiet , & de Jeruſalem dabit vocem ſuam , & movebuntur cœli & terra , *Jer.* 4. Vidi montes , & ecce movebantur , & omnes colles conturbati ſunt : deſerta erit omnis terra , & cœli deſuper.

Moraliter . *z* Cœlum] Prædicatores , *Pſal.* 18. Cœli *Moraliter.*
enarrant gloriam Dei , cœli cœlorum ſunt Prælati , qui præſunt eis.

a Abyſſus] peccatores ſine candore gratiæ . *b* Univerſa terra] homines terreni . *f* Montes , & colles ,] ideſt , Principes majores , & minores .

g Et fundamenta terræ ,] ideſt , Cardinales , ſuper quos fundata eſt terra ,] ideſt , Eccleſia , ſicut dicitur 1. *Reg.* 2. Domini ſunt cardines terræ , & poſuit ſuper eos orbem . Omnes iſti commovebuntur in die judicii , imo terrore perterriti . Unde *Iſa.* 29. Confeſtim a Domino exercituum viſitabitur in tonitruo , & in commotione terræ , & voce magna turbinis , & tempeſtatis , *Agg.* 2. Adhuc unum modicum eſt , & ego movebo cœlum , & terra , & aridam , & movebo omnes gentes . *h* Et cum conſpexerit illam Deus] in die judicii . *i* Tremore ,] vel timore concutientur . Unde *Pſal.* 103. Qui reſpicit terram , & facit eam tremere .

k Et in omnibus his] quæ dicta ſunt .

l Inſenſatum eſt cor] ſuperborum , quia non tremit cum aliis , neque habet ſenſum fidei , cum dicat , Deum non videre , vel non curare hæc infima . Sed qui hoc putant , decepti ſunt , quia & ipſe videt , non ſolum exteriora hominum , ſed etiam interiora cordis ; & nemo videt , aut intelligit cogitationes , vel opera ejus : unde ſequitur .

a Et omne cor] tam bonorum, quam malorum. b Intelligitur ab illo] 1. *Reg.* 16. Homo videt ea, quæ parent; Deus autem intuetur cor, *Jerem.* 17. Ego Dominus ſcrutans cor, & probans renes. c Et vias illius] ſcilicet Dei, ideſt, opera, vel conſilia ejus. d Quis intelligit?] quaſi dicat, nullus. Unde *Rom.* 11. O altitudo divitiarum Sapientiæ, & ſcientiæ Dei, &c. *Iſa.* 40. Quis adjuvit Spiritum Domini, aut quis Conſiliarius ejus fuit? *Jer.* 23. Quis affuit conſilio Domini, & vidit, & audivit ſermonem ejus? e Et procellam,] ideſt, ſeveritatem judicii, ſupple, quis intelligit? quaſi dicat, nullus. *Pſal.* 89. Quis novit poteſtatem iræ tuæ &c. f Quam] ideſt, quia illam. g Nec oculus videbit hominis] in præſenti. Et eſt argumentum, quod nemo poteſt in præſenti comprehendere magnitudinem pœnæ æternæ, aut terrorem judicii. Unde *Mal.* 3. Quis poterit cogitare diem adventus ejus; aut quis ſtabit ad videndum eum? Vel ſic. e Et procellam, quam nec oculus videbit hominis,] ideſt, videre poterit in futuro ſine timore. d Quis intelligit] quaſi dicat, nullus; de hac procella dicitur in *Pſal.* 10. Spiritus procellarum pars calicis eorum, *Jer.* 30. Furor egrediens, procella ruens, in capite eorum conquieſcet. Et *in Canonica Judæ*. Quibus procella tenebrarum in æternum eſt ſervata. Et nemo intelligit vias ejus. h Nam plurima opera illius ſunt in abſconſis,] ideſt, abſconſa ſua. Unde *inf.* 34. Pauca vidimus operum ejus. Et poſſet aliquis dicere: Non eſt curandum, ſi ſint abſconſa, quia cum apparuerint, facilius ſuſtinebuntur. Non eſt hoc verum, dicit Auctor. Unde ſubdit. i Sed opera juſtitiæ ejus] ideſt, diſtrictionem judicii juſti ejus, & ſupplicia illata ab eo. k Quis enunciabit, aut quis ſuſtinebit?] quaſi dicat, tam gravia erunt, quod vix poterunt ab aliquo ſuſtineri, *Soph.* 1. Tribulabitur ibi fortis, *Mach.* 3. Quis ſtabit ad videndum eum? *Iſa.* 33. Quis poterit de vobis habitare cum igne devorante, aut quis habitabit ex vobis cum ardoribus ſempiternis? Longe enim eſt teſtamentum,] ideſt, ſcientia, & obſervantia legis. m A quibuſdam] ab illis ſcilicet, qui habent eam in codice deaurato, & lucenti; ſed in corde intelligenti, & compatienti non habent eam. Vel in ore habent ad deſiderium; ſed in manu ad faciendum non habent. Unde *Iſ.* 29. Populus hic labiis me honorat; cor autem ejus longe eſt a me, *Jer.* 12. Prope es tu ori eorum, longe autem a renibus eorum. Vel l Longe eſt teſtamentum] ideſt, promiſſio vitæ æternæ. m A quibuſdam] ideſt, a peccatoribus. Unde *Pſal.* 118. Longe a peccatoribus ſalus, *Luc.* 16. Inter nos & vos chaos magnum firmatum eſt. n Et interrogatio hominum] Active, vel ſcientia, quæ oritur ex interrogatione. o In conſummatione eſt,] ideſt, oſtenditur in operis conſummatione, vel executione. Vel paſſive. Interrogatio hominum, ideſt, quia homines interrogabuntur de operibus ſuis a Deo, vel a propria conſcientia. In conſummatione eſt, ideſt, in morte, vel in die judicii, *Sap.* 1. In cogitationibus impii interrogatio erit, *Pſal.* 10. Dominus interrogat juſtum, & impium. Et quid interrogat, dicitur *Matth.* 25. Eſurivi &c. Et *Iſa.* 5. Quid eſt, quod ultra debui facere vineæ meæ, & non feci? Item *Matth.* 22. Cujus eſt imago hæc, & ſuperſcriptio. p Qui minoratur corde] ideſt, cordis magnanimitate, per puſillanimitatem, vel cordis devotione per tepiditatem, vel cordis audacia per timiditatem, vel cordis tranquillitate per avaritiam, aut cordis munditia per luxuriam. q Cogitat inania] ideſt, vana, & falſa, *Oſee* 7. Factus eſt Ephraim, quaſi columba ſeducta, non habens cor, *Pſal.* 2. Quare fremuerunt Gentes, & populi meditati ſunt inania? r Et vir imprudens] ideſt, non prævidens futurum judicium, nec ſibi providens in futurum. ſ Et errans] in via fidei vel morum. t Cogitat ſtulta] ideſt, quod poſſit impune peccare, vel quod pœna inferni finem habeat; vel quod anima non ſit poſt mortem, & hujuſmodi, *Prov.* 28. Viri mali non cogitant judicium, *in Canonica Judæ*. Vel illis qui in via Cain abierunt, & errore Balaam mercede effuſi ſunt. u Audi me, fili, &c.] Auctor hic utitur tranſitu, invitans ad dilectionem ſapientiæ, dicens: Audi me, fili, aure cordis. x Et diſce diſciplinam ſenſus] non verborum compoſitionem, ſed fidei veritatem, qua ſis Diſcipulus Chriſti. Et nota, quod dicit, audi me, non verba tantum, quaſi dicat, facta mea, quæ melius loquuntur, quam verba, audi, & vide, *Prov.* 8. Filii, audite me, beati, qui cuſtodiunt vias meas. y Et in verbis meis attende in corde tuo,] ideſt, affectu, & intellectu interius quærens fructum in foliis, non folia in fructibus, *Prov* 15. Cor ſapientis quærit ſapientiam, vel doctrinam, qua doceatur, & doceat. *Item* 19. Qui tantum verba ſectatur, nihil habebit. z Et dicam in æquitate diſciplinam,] ideſt, in æquitate conſiſtentem, hoc eſt, ſecundum captum audientium.

al. † omnium.

Matth. 15.

& a omne cor b intelligitur ab illo, & c vias illius d quis intelligit? Et e procellam, f quam nec g oculus videbit hominis? Nam h plurima opera illius ſunt in abſconſis; ſed i opera juſtitiæ ejus quis k enunciabit, aut quis ſuſtinebit? l Longe enim eſt teſtamentum a m quibuſdam, & n interrogatio † hominum in o conſummatione eſt. Qui p minoratur corde, q cogitat inania, r & vir imprudens, & ſ errans t cogitat ſtulta. Audi u me fili, x & diſce diſciplinam ſenſus, & in y verbis meis attende in corde tuo, & z dicam in æquitate diſciplinam, & a ſcrutabor enarrare ſapientiam, & in b verbis meis c attende in corde tuo, & d dico e in æquitate ſpiritus, f virtutes quas poſuit Deus in opera ſua ab initio,

D

Vel æquam diſciplinam, hoc eſt; nec nimis laxam, nec nimis altam, *Prov.* 8. Juſti ſunt omnes ſermones mei, nec eſt in eis aliquid pravum, neque perverſum: recti ſunt intelligentibus, & æqui invenientibus ſcientiam. Vel, dicam in æquitate, ideſt, æqualiter ſine perſonarum acceptione diſciplinam nulli parcendo, nulli adulando, vel detrahendo, *Sap.* 7. Sine fictione didici, & ſine invidia communico. a Et ſcrutabor enarrare ſapientiam,] ideſt, cum diligentia enarrabo aliis ſapientiam non impræmeditatus, vel improviſus. b Et in verbis meis] interius ſenſum, & veritatem. c Attende in corde tuo] non in aure tantum ſonum verborum. Repetitio autem eſt ſignum amoris, & diligentiæ, quoad docentem, & utilitatis, quoad audientem. d Et dico] ideſt, dicere diſpono. e In æquitate ſpiritus] ideſt, non ſuperba, vel erronea, vel effuſa loquacitate: ſed modeſta, & recta intentione, *Prov.* 29. Totum ſpiritum ſuum profert ſtultus; ſapiens differt, & reſervat in poſterum, *Iſa.* 2. Quieſcite ab homine, cujus ſpiritus in naribus ejus. Et quid dicis. f Virtutes, quas poſuit, &c.] ideſt, naturas, ſive potentias, quas indidit Deus cuilibet creaturæ in ipſo initio creationis ejus: verbi cauſa, Angelis, & hominibus poteſtatem ratiocinandi, aliis animalibus potentiam ſentiendi, plantis, & arbuſtis potentiam vegetandi, inanimatis potentiam eſſendi, propter potentias proprias uniuſcujuſque, ut igni indidit potentiam aſcendendi ſurſum, ideſt, levitatem, terræ deſcendendi potentiam, ideſt, gravitatem, & ſic de aliis. Vel Virtutes poſuit in opera ſua,] ideſt, Angelos cuſtodes, *Iſaiæ* 62. Super muros tuos, Jeruſalem, conſtitui cuſtodes. Vel, virtutes vocat pondus, numerum, & menſuram, in quibus omnia diſpoſuit Deus, *Sap.* 11.

g Et in veritate

Aliter ſecundum Rabanum ab illo loco. u Audi me, fili.] Inſtruit Auctor myſtice de inſtitutione Eccleſiæ Gentium, & reprobatione Judæorum. Unde quia gratuita fuit illa inſtitutio, primo invitat nos ad audiendum, dicens:

u Audi me, fili,] ideſt, quicumque vis eſſe filius.

x Et diſce diſciplinam ſenſus,] ideſt, diſciplinam fidei, quam docuit ipſe Chriſtus, & Apoſtoli.

y Et in verbis meis attende in corde tuo,] ideſt, intellectum myſticum verborum meorum interius latentem corde percipe.

z Et dicam in æquitate diſciplinam,] ideſt, doctrinam Chriſti, & Apoſtolorum docentem æquitatem.

a Et ſcrutabor enarrare ſapientiam] Chriſti, quia mundum illuminavit, piſcatores elegit, diabolum ſuperavit, mortem moriendo deſtruxit, & hujuſmodi.

b Et in verbis meis attende in corde tuo.] Repetitio ſignum eſt diligentiæ Doctoris, vel duplicis attentionis, unius affectus, alterius intellectus, quæ utraque neceſſaria eſt auditori.

d Et dico] ideſt, dicere propono.

e In æquitate ſpiritus virtutes, quas poſuit Deus in opera ſua,] ideſt, dona gratiarum, quæ donavit Apoſtolis, quos in principio naſcentis Eccleſiæ elegit.

a Et in veritate

& in *a* veritate enuncio *b* ſcientiam ejus: & in *c* judicio Dei *d* opera ipſius ab initio, & ab *e* inſtitutione † hominum ipſorum diſtinxit *f* partes illorum, & *g* initia ipſorum in *h* Gentibus ſuis. † *i* Ornavit in æternum opera illorum, nec *k* eſurierunt, nec *l* laboraverunt, & non *m* deſtiterunt ab operibus ſuis. *n* Unuſquiſque proximum ſibi non † *o* anguſtiaverit *p* uſque in † ævum. Non ſis *q* incredibilis *r* verbo illius. *ſ* Poſt hæc *t* Deus in terram reſpexit, & *u* implevit illam bonis ſuis. *x* Anima autem omnis vitalis *y* denunciavit ante faciem ipſius, & *z* ipſa iterum reverſio illorum.

C A P. XVII.

Deus *a* creavit de *b* terra *c* hominem, *d* & ſecundum imaginem

a Et in veritate enuncio] ideſt, nunciare diſpono. *b* Scientiam ejus] ideſt, opera ejus, quæ ſcienter, & ſapienter fecit. Vel (ſcientiam ejus) ideſt, ſcientiam a Deo datam; vel de Deo, enunciare diſpono in veritate, ſine admiſtione falſitatis, vel vanitatis, & in veritate vitæ, juſtitiæ, & doctrinæ. *c* Et in judicio Dei] ideſt, in luce diſcretionis qua Deus cuncta condidit, ut dicitur *Gen.* 1. Vidit Deus lucem, quod eſſet bona, & diviſit lucem a tenebris. Ubi dicit Magiſter Hugo de Sancto Victore. Noluit prius dividere, quam vidiſſet. Adducit enim opus in judicium. Contra præcipitantes ſententiam, dicit hoc. *d* Opera ipſius ab initio] ideſt, primo opera ejus enunciare diſpono. *e* Et ab inſtitutione ipſorum] ideſt, operum, vel (hominum.) *f* Diſtinxit partes illorum,] ideſt, membra diverſa, vel potentias eis diſtincte aptavit. *g* Et initia ipſorum] ideſt, initiales poſſeſſiones ſuas. *h* In Gentibus ſuis] diſtinxit, ſupple, ut tribus filiis Noe tres partes mundi, Sem Aſiam, Cham Africam, Japhet Europam, ſecundum alimoniam. *i* Ornavit in æternum opera illorum] ideſt, ita diſpoſuit opera ſua, ut in æternum, ideſt, ſine fine ſtare poſſent. Vel ſic diſpoſuit naturas hominum, ut nunquam deficerent, ſi vellent *k* Nec eſurierunt] in primo ſtatu, in quo ſi manſiſſent, nunquam eſurirent fame affligente eos, licet eſurie naturali appeterent cibos, quia habebant corpora animalia, ideſt, alimonia indigentia. *l* Nec laboraverunt] i. labore non indiguerunt: quia tellus per ſe omnia dabat, & daret, ſi non peccaſſet homo. Unde poſt peccatum dictum eſt ei: In ſudore vultus tui veſceris pane tuo, *Gen.* 3. Et quod legitur *Gen.* 2. Poſuit Deus hominem in Paradiſo voluptatis, ut operaretur, & cuſtodiret illud: opera illa eſſent ad delectationem, non ad neceſſitatem, & ſine labore animi. *m* Et non deſtiterunt ab operibus ſuis] i. tales conditi ſunt, ut nunquam deſiſterent ab operibus ſuis tempore debito, & determinato a Deo, ideſt, generatione filiorum, de qua dictum eſt eis: Creſcite, & multiplicamini, *Gen.* 1. Et a laude Dei, & a dilectione proximi, & hujuſmodi, quæ ſunt proprie opera hominum, a quibus nunquam ceſſarent homines, ſi non peccaſſet Adam; ſicut Sol, & ceteræ ſtellæ non ceſſant a ſuis operibus. *n* Unuſquiſque proximum ſibi] conditionis propinquitate. *o* Non anguſtiaverit] injuriam irrogando, vel ſua auferendo, quia omnia eſſent communia. *p* Uſque in ævum] ideſt, nunquam, quia ſi perduraſſet homo, qualis conditus fuit, nec ipſe alium, nec alius ipſum anguſtiaret; ſed transferretur vivus in Paradiſum gloriæ, ubi nulla coanguſtatio, vel anguſtia poteſt eſſe, quia loquentur in latitudine charitatis, & in Deo, quem totum ſinguli poſſidebunt, ſicut legitur *Ezec.* 47. Poſſidebitis autem eam ſinguli æque, ut frater ſuus. Quia vero hæc hæreditas per fidem habetur, monet ad fidem, dicens. *q* Non ſis incredibilis,] ideſt, incredulus. *r* Verbo illius] quod per me loquitur, *Matth* 10. Non enim vos eſtis, qui loquimini, ſed Spiritus Patris veſtri, qui loquitur in vobis, 1. *Theſſal.* 2. Cum accepiſſetis a nobis verbum Dei, accepiſtis illud, non ut verbum hominum, ſed ſicut vere verbum Dei. *ſ* Poſt hæc] ideſt, poſt prima opera facta. *t* Deus in terram reſpexit,] ideſt, in hominem factum de terra. *u* Et implevit illam bonis ſuis] ideſt, donis gratuitis. *x* Anima autem omnis vitalis] ideſt omne vivens, vel anima hominis, quæ omni vita vivit, ideſt, vegetabili, ſenſibili, rationabili. *y* Denunciavit ante faciem ipſius] ideſt, ſe ei manifeſtavit, & confitetur ipſa ſua exiſtentia, ac ſi ei omnia denunciaret. Et ipſa iterum reverſio illorum] quæ prædixerat, ideſt, animarum, & corporum denunciat ei, quod ipſe ſit Deus, quia ad eum omnia revertuntur, judicanda, glorificanda, vel punienda. Vel ſic expone. *z* Et ipſa] Sapientia, ſcil. [iterum reverſio illorum eſt,] ideſt, ad ipſam omnia revertentur, ſicut ab ea omnia prodierunt. Ipſa enim eſt *α* & *ω*, principium, & finis, *Apoc.* 1. & *ult.*

al. † non habet hominum.

al. † ordinavit.

al. † anguſtiabit.

al. † æternum.

A

Mystice. *a* Et in veritate enuncio,] i. enunciare propono. *b* Scientiam ejus] i. quam ipſe docuit, quæ eſt ſcientia ſalutis. De qua dicitur *Luc.* 1. Ad dandam ſcientiam ſalutis, &c. *c* Et] ita enunciare propono (in judicio Dei opera ipſius ab initio) i. opera, quæ fecit, in principio orientis Eccleſiæ ſapienter, & diſcrete, licet ſtulta putarentur a malis. *e* Et ab inſtitutione hominum ipſorum] i. Apoſtolorum, qui veri homines fuerunt, & nomine, & re. *f* Diſtinxit partes illorum,] ideſt, ſingulis ſingulas mundi partes deſignavit. *g* Et initia ipſorum in Gentibus ſuis] ideſt, prima prædicatio eorum fuit Judæis. Unde dictum eſt eis primo: In viam Gentium ne abieritis, *Matth.* 10. *i* Ordinavit] vel (ornavit in æternum opera illorum) ideſt, opera Apoſtolorum in æternum manſura ornavit ſplendore miraculorum. Unde *Marc. ult.* Prædicaverunt ubique Domino cooperante, & ſermonem confirmante, ſequentibus ſignis. *k* Nec eſurierunt] ideſt, eſuriem corporis non reputaverunt, *Act.* 4. Neque enim quiſquam erat eſuriens inter eos. *l* Nec laboraverunt] i. corporis laborem non reputaverunt, imo cum gaudio labores, & dolores, & contumelias, & injurias propter Dominum ſuſceperunt, *Act.* 5. Ibant Apoſtoli, &c. *m* Et non deſtiterunt ab operibus ſuis,] ideſt, a prædicatione verbi Dei, neque propter dolorem, aut famem, aut ſitim, nec propter Scribarum, & Phariſæorum prohibitionem, *Act.* 5. imo dixerunt: Obedire oportet Deo magis, quam hominibus. *n* Unuſquiſque, &c.] ideſt, nunquam aliquis eorum aliquem hominem moleſtavit, ſed benigne ſemper omnes admonebant ad fidem. *q* Non ſis incredibilis verbo illius] qui ſic operatus eſt, ut audiſti. *ſ* Poſt hæc] ideſt, poſt Apoſtolorum vocationem, & eorum prædicationem Judæis, & Phariſæorum prohibitionem. *t* Deus in terram reſpexit] oculo miſericordiæ, ideſt, in Gentilitatem, quæ erat terra deſerta, & invia. *u* Et implevit illam bonis ſuis, ideſt, doctrina Apoſtolorum, ideſt, virtutibus ac miraculis. *x* Anima autem omnis vitalis,] ideſt, Judæi, & Gentiles per fidem Chriſti juſtificati, viventes in Chriſto, qui prius erant mortui peccato. *y* Denunciavit ante faciem ipſius] ideſt, laudes, & cantica coram Domino cantaverunt, ejus beneficia confitentes. Unde *Act.* 11. Tacuerunt omnes, & glorificaverunt Deum, dicentes: Ergo & Gentibus pœnitentiam dedit Deus ad vitam. *z* Et ipſa iterum reverſio illorum] ideſt, quidam illorum reverſi ſunt iterum ad vomitum. Vel ſecundum aliam litteram. *z* Et ipſa iterum ſubverſio illorum] ideſt, Apoſtolorum, ideſt, Gentilitas converſa fuit; poſtea ſubverſio Apoſtolorum, quia eos morti tradiderunt Gentiles non converſi. Vel ſic (Et ipſa) Sapientia ſcilicet (reverſio illorum) eſt, quia ipſi Apoſtoli poſt prædicationem ſuam reverſi ſunt ad Chriſtum, attribuentes ei virtutem, & fructum ſuæ prædicationis. Unde *Luc.* 10. Reverſi ſunt ſeptuaginta duo cum gaudio dicentes: Domine, etiam Dæmonia ſubjiciuntur nobis in nomine tuo. Et hoc eſt, quod dicitur *Job* 38. Numquid mittes fulgura, & ibunt, & revertentia, dicent tibi: adſumus?

Gen. 1.

E X P O S I T I O C A P. XVII.

Deus creavit, &c.] In hoc capitulo agitur de hominis dignitate ex parte factoris, & de vilitate ejuſdem ex parte materiæ, quia de terra quidem eſt, aut de nihilo. De terra quoad corpus: de nihilo quoad animam. Hoc eſt ejus vilitas. Dignitas vero ejus eſt, quia Dei genus eſt, ſicut dicit Apoſtolus *Act.* 17. Dividitur autem hoc capitulum in duas partes. Primo, agitur de creatione hominis, & magnificentia ei per miſericordiam impenſa. Secundo, exhortatur Auctor ad pœnitentiam per multas rationes. Dicit ergo. *a* Deus creavit,] ideſt, fecit, non Angeli, ut fabulantur quidam Judæi male intelligentes illud *Gen.* 1. Faciamus hominem, &c. *b* De terra] non de cœlo, non de ſubſtantia ſua, ut mentiuntur quidam hæretici. *c* Hominem] quoad corpus. Ideo autem de viliſſimo elementorum factum eſt corpus hominis, ut eſſet humilior, & ideo ſolidior, & ut conjunctio animæ ad corpus eſſet mirabilior, & quodam modo via ad credendam unionem Divinitatis, & humanitatis. *d* Et ſecundum imaginem, &c.] quia creavit quoad animam, quæ eſt imago Dei, non ſolum Patris, aut Filii, aut ſolum gratiæ Spiritus ſancti, ſed totius Trinitatis. Eſt autem triplex imago creata, ſicut dicitur in *Gloſſ.* ſuper *Pſal.* 4. Signatum eſt ſuper nos lumen vultus tui, Domine, ſcilicet, imago creationis, ratio; imago recreationis, gratia, per quam reformatur imago creationis, & imago ſimilitudinis, per quam aſſimilatur Deo trinitas creata, ſcilicet memoria, intelligentia, & voluntas, Memoria Patri, voluntas Spiritui ſancto, & intelligen-

ſuam fecit illum. Et *a* iterum convertit illum in ipſam, *b* & ſecundum ſe *c* veſtivit illum virtute. *d* Numerum dierum, & *e* tempus dedit illi, & *f* dedit illi poteſtatem eorum, quæ ſunt ſuper terram. Poſuit *g* timorem illius ſuper omnem carnem, & *h* dominatus eſt *i* beſtiarum, & *k* volatilium. *l* Creavit ex *m* ipſo *n* adjutorium ſimile ſibi, *o* conſilium, & *p* linguam, & *q* oculos, *r* aures, & *ſ* cor dedit illis *t* excogitandi, & *u* diſciplina intellectus replevit illos. *x* Creavit, & illis ſcientiam ſpiritus, & *y* ſenſu implevit cor illorum, & *z* mala, & bona oſtendit illis. *a* Poſuit oculum ipſorum ſuper corda illorum oſtendere illis magnalia operum ſuorum, ut *b* nomen ſanctificationis collaudent, & *c* gloriari in *d* mirabilibus illius, ut *e* magnalia enarrent operum ejus. *f* Addidit illis diſciplinam, & *g* legem vitæ hæreditavit illos.

tia Filio. Appropriatur hæc trinitas imagini Trinitatis increatæ, propter tria. Primo, quia ſicut ex Patre Filius, & ex Patre, & Filio Spiritus ſanctus, ita ex memoria eſt intelligentia, & ex memoria, & intelligentia eſt voluntas. Secundo, quia tres perſonæ non ſunt majus aliquid, quam quælibet illarum; ita hæ tres non ſunt majus aliquid, quam quælibet illarum. Nam quælibet trium totas tres capit, ut dicit *Aug. in lib. de Trinitate.* Tertio, quia ſicut tres perſonę ſunt una eſſentia, ut dicit *Rab. hic in Gloſſ. & Aug. in lib. de Trinit.* Trinitas igitur increata imago eſt hominis, & exemplar, & homo eſt imago Trinitatis, ideſt, imitago. Et hæc duo exempla, & imitaginem complectitur. Auctor nomina imaginis, cum dicit. [Secundum imaginem, &c.] ideſt, ſecundum exemplar ſui, & ad imitationem ſui. Et ita eſt homo imago Dei, ideſt, ad imaginem. Filius Dei eſt imago, ſed non ad imaginem. Ceteræ creaturæ ſunt ad imaginem, ſed non imago Dei. Angelus vero etſi ſit imago, & ad imaginem Dei, ſicut homo; non tamen ita plene, ſicut homo: quia totum exemplar non repræſentat in ſe, ſicut homo, ſicut alibi monſtratum eſt.

Gen. 2. *a* Et iterum, &c.] ideſt, hominem in terram. Unde *Gen.* 3. Pulvis es, & in pulverem reverteris. Vel aliter. [Convertit, &c.] ideſt, Adam in agrum Damaſcenum, unde aſſumptus fuerat, reduxit. Vel [convertit, &c.] ideſt, convertendum prædixit, *Gen.* 3. Pulvis es, & in pulverem reverteris. *b* Et ſecundum ſe,] ideſt, per ſe, non miniſterio Angelorum, & propter ſe, non propter merita aliquorum. *c* Veſtivit illum virtute] ideſt, creavit illum ſenſu, & ratione pollentem. Vel ſic. *b* Et ſecundum ſe,] ideſt, ad ſui ſimilitudinem. *c* Veſtivit illum virtute,] ideſt, immortalitate, & juſtitia naturali, *Iſa.* 61. Induit me veſtimento ſalutis, & indumento juſtitiæ. *d* Numerum, &c.] ideſt, præfixit † certum numerum diebus Adæ,

al. † æternum. al. † tueretur. & cujuslibet hominis, quibus † viveret in terra, & poſtea aperiretur in cœlum, ſine omni morte, ſi non peccaſſet Adam. Sed quia peccavit, definivit quanto tempore viveret, & poſtea moreretur. Et ita numerus dierum reſpicit ſtatum innocentiæ, tempus ſtatum culpæ reſpicit. Vel poteſt referri ad ſtatum culpæ, quia tunc Deus dedit numerum dierum, ideſt, paucitatem dierum, & tempus, ideſt, mutabilitatem, qui ſi non peccaſſet, haberet ſemper dies innumerabiles, & immutabilitatem, quia non tranſiret cum tempore tranſeunte. Vel totum poteſt referri ad ſtatum innocentiæ. [Dedit illis, &c.] ideſt, dies numerabiles, ideſt, numeros dignos, ideſt, dies bonos. *e* Et tempus dedit illi,] ut eſſet Dominus temporis, & omne tempus ſerviret ei ſine moleſtia, & in tempore. *f* Et dedit, &c.] ideſt, dominationem. Unde *Gen.* 1. Creſcite, & multiplicamini, & replete terram, & ſubjicite eam, & dominamini piſcibus maris, & volatilibus cœli, & univerſis animantibus, quæ moventur ſuper terram, *Pſ.* 8. Omnia ſubjeciſti ſub pedibus ejus, oves & boves, univerſa inſuper, & pecora campi. *g* Poſuit timorem, &c.] ideſt, ſuper omnia animalia terræ, & volucres cœli, & piſces maris. Unde *Gen.* 9. Terror veſter, ac tremor ſit ſuper cuncta animantia terræ, & ſuper omnes volucres cœli cum univerſis, quæ moventur ſuper terram, omnes piſces maris in manu veſtra traditi ſunt. Vel (Poſuit timorem illius ſuper omnem carnem,) ideſt, animam timore armavit ſuper omnes motus carnales, & concupiſcentias. *h* Et dominatus eſt] homo ſcilicet, & in primo ſtatu. *i* Beſtiarum] terræ, & maris. *k* Et volatilium] cœli.

Myſtice dæmonum, & vitiorum. Unde *Gen.* 4. Sub te erit appetitus ejus, & tu dominaberis illius. Hæc de creatione hominis, & poteſtate ejus dicta ſunt: nunc de formatione mulieris ſubjungit, dicens. *m* Ex ipſo,] de coſta viri dormientis. *l* Creavit] ideſt, formavit. *n* Adjutorium ſimile ſibi] ideſt, mulierem ejuſdem ſpeciei, quę juvaret eum ad prolis generationem. Non enim homo per ſe poſſet generare ſine muliere. Unde *Gen.* 2. Non eſt bonum hominem eſſe ſolum: faciamus ei adjutorium ſimile ſibi. *o* Conſilium, & linguam, & oculos, & aures, &c.] ideſt, homini, & mulieri. *t* Excogitandi] ideſt, ad excogitanda bona, & mala, cœleſtia, & terrena, (& diſciplina intellectus replevit eos.) *o* Conſilium] dedit, ideſt, potentiam diſcernendi, & eligendi quod eſt liberum arbitrium. *p* Et linguam] ſervientem libero arbitrio, ideſt, potentiam loquendi. *q* Et oculos] ideſt potentiam videndi. *r* Et aures] ideſt, potentiam audiendi. *ſ* Et cor excogitandi,] ideſt, potentiam cogitandi. *u* Et diſciplina intellectus replevit illos,] ideſt, fide, quæ diſciplina intellectus dicitur, quia captivat illum in obſequium Chriſti, ſicut legitur 2. *Cor.* 10. Vel diſciplina intellectus dicitur prudentia ſpiritus, quæ eſt ars quædam bene vivendi, & perficit intellectum in duobus, ideſt, in diſtinctione, & electione. Vel diſciplina intellectus dicitur timor: quoniam diſciplinat, & reprimit intellectum, ne in nimis alta aſcendat. Unde *Aug. in lib. de Doctr. Chriſt.* Ante omnia opus eſt timore Dei ad cognoſcendum ejus voluntatem, quid nobis appetendum, fugiendumque præcipiat. Et hoc concordat ei, quod dicitur *Iſa.* 11. Replevit eum ſpiritus timoris Domini.

Myſtice. B

Moraliter. Moraliter. *o* Conſilium,] &c. (dedit) hominibus conſilium confeſſionis, linguam prædicationis, oculos contemplationis, aures obedientiæ, cor intelligentiæ. *u* Et diſciplina intellectus replevit illos] ideſt, miſeria, & tribulatione, quæ ſola tribuit intellectum. Unde *Iſa.* 28. Sola vexatio tantummodo dabit intellectum auditui, ideſt, obedienti. Sequitur. *x* Creavit & illis ſcientiam ſpiritus] ideſt, ſcientiam ſpiritualium, ideſt, qua regitur, & perficitur ſpiritus. De quo dicitur *Rom.* 8. Prudentia carnis, mors; prudentia autem ſpiritus, vita, & pax. Et quia hæc ſcientia eligit aſpera, & contraria carni. Ideo dicit *Eccl.* 1. Qui addit ſcientiam, addit & dolorem. *y* Et ſenſu implevit cor illorum] ſcilicet cognitione, ſive ſcientia rerum ſenſibilium, Deus enim naturas, & virtutem herbarum, & animalium, lapidum, & hujuſmodi ſenſibilium docuit eos, ut patet *Gen.* 2. *z* Et mala, & bona oſtendit illis] ideſt, dedit notitiam boni, & mali, ideſt, potentiam eligendi, quod vellent. Unde *ſup.* 15. Appoſui tibi aquam, & ignem; ad quod volueris porrige manum tuam. *a* Poſuit oculum ipſorum ſuper corda illorum oſtendere illis magnalia operum ſuorum,] ideſt, dedit illis mentem rationalem, quæ eſt oculus animæ, quo intelligerent, & cogitationes ſuas, & quæ ſupra ipſam ſunt, magnalia Dei. *b* Ut nomen ſanctificationis collaudent,] ideſt, Filium, per quem Pater nos ſanctificavit, & lavit a peccatis noſtris in ſanguine ſuo, *Apoc.* 1. De quo dicitur *Jerem.* 14. Et nomen ſanctum tuum invocatum eſt ſuper nos. Multi laudant, & commendant nomen potentiæ, qui appetunt dominationem. Alii laudant nomen ſapientiæ, qui appetunt ſcientiam, & deſiderant vocari Magiſtri. Sed pauci laudant nomen ſanctificationis, ideſt, ſine terra, & vocari pauperes. Et tamen dicit *Pſ.* 97. Confitemini memoriæ ſanctificationis ejus, *Levit.* 19. Sancti eſtote, quoniam ego ſanctus ſum. Et oſtendit magnalia ſua. *c* Gloriari] ideſt, ad gloriandum. *d* In mirabilibus illius] non in ſe. Mirabilia ejus ſunt, quod Deus homo eſt, mater virgo, ſummus humilis, immenſus parvus, æternus temporalis, immortalis mortalis, Creator creatura, quod etiam Martyres tot, & tanta tormenta viriliter ſuſtinebant, *Pſ.* 67. Cantate Domino canticum novum, quia mirabilia fecit. Et *Pſal.* 118 Mirabilia teſtimonia tua, ideſt, miraculoſa, *Gal.* 6. Abſit mihi gloriari niſi in Cruce Domini noſtri Jeſu Chriſti. Item oſtendit eis. *e* Ut magnalia enarrent operum ejus. Magnum fuit creare mundum, *Pſal.* 82. quia dixit, & facta ſunt. Sed magnum valde fuit recreare, quia non ſermone, ſed morte propria recreavit, *Eſther* 15. Valde mirabilis es, Domine. *ſ* Addidit illis diſciplinam] ideſt, præceptum diſciplinæ ad litteram, quando dixit: De ligno ſcientiæ boni, & mali ne comedatis, *Gen.* 2. *g* Et legem vitæ hæreditavit illos] ideſt, Gen. 1.
præceptum comedendi de ligno vitæ, tempore ſuo dedit illis, quo vitam hæreditarent, ideſt, inſeparabiliter poſſiderent. Vel (legem vitæ) vocat illud præceptum: Creſcite & multiplicamini, quo vita hominum continuatur. Et quia lex iſta immobilis eſt; ideo dicit hæreditavit illos. Vel [legem vitæ] i. naturalem legem, quæ eſt pars, & regula

vivendi

vivendi, qua hæreditavit illos: quia immobiliter ſcripſit ea in cordibus eorum. Unde *Jer.* 31. Dabo legem meam in viſceribus eorum, & in corde eorum ſcribam eam. Hujus legis duo ſunt Præcepta. Primum eſt, quod non facias alii, quod tibi non vis fieri, *Tob.* 4. Secundum eſt: Quæcumque vultis, ut faciant vobis homines, & vos eadem facite illis, *Matth.* 7. Quod autem emolumentum haberent, ſi ſervaſſent legem iſtam homines, ſubdit.

a Teſtamentum æternum] idest, promiſſionem vitæ æternæ.

b Conſtituit cum illis.] Non dicit, illis, ſed cum illis, quia in libertate, & al. † vobis.
poteſtate eorum dimiſit ſervare, vel non ſervare. Vel melius, quia legem naturalem violaverat homo; ideo ſubjungit de lege ſcripta veteri, vel nova, vel potius de utraque dicens.

a Teſtamentum æternum *b* conſtituit cum illis: & juſtitiam, & *c* judicia ſua oſtendit illis. Et *d* magnalia honoris ejus vidit oculus eorum: & *e* honorem vocis audierunt aures illorum: *f* & dixit illis: *g* Attendite ab † omni iniquo. Et *h* mandavit illis unicuique de proximo. Viæ *i* illorum coram *k* ipſo ſunt ſemper: *l* non ſunt abſconſæ ab oculis ipſius. In *m* unamquamque Gentem præpoſuit Recto-

a Teſtamentum æternum] idest, legem tam novam, quam veterem promittentem æterna.

b Conſtituit cum illis,] idest, conſtanter ſervari ſtatuit, & tamen ſpontanee, *Exod.* 25. Ab homine, qui offert ultroneus, accipietis eas.

Exod. 21. *c* Et juſtitiam, & judicia ſua oſtendit illis.] Juſtitiam dicit præcepta moralia, in quibus conſiſtit juſtitia. Judicia dicit legalia, quæ oportuit ſervari ad tempus, ut eſt: Oculum pro oculo, dentem pro dente, & hujuſmodi. Vel juſtitiam dicit judiciorum executionem, quaſi dicat, Dominus dedit eis judicia, ſecundum quæ judicarent ſe, & alios, & poteſtatem exequendi.

d Et magnalia honoris ejus vidit oculus eorum,] idest, magna opera, & miracula, quibus dignus eſt honore, quæ fecit in Ægypto, & in mari rubro, & in deſerto, & in Jordane, & in terra promiſſionis.

e Et honorem vocis audierunt aures illorum,] idest, vocem buccinæ terribilem, propter quam muti fuerunt ad honorandum Deum, ut legitur *Exod.* 19. Vel [honorem vocis] appellat honorabilia mandata, quæ Dominus mandavit eis per Moyſen, *Exod.* 20. quæ obſervata merentur honorem æternum, & Deum honorari faciunt. Vel (honorem vocis) dicit collocutiones Dei, quibus loquebatur ad eos per Angelos, propter quos populus honorabilis habetur. Vel (honorem vocis) dicit ſpiritualem intelligentiam, quam dedit quibuſdam eorum; alii vero ſolam litteræ vilitatem.

f Et dixit illis] per Moyſen, vel per inſpirationem.

g Attendite ab omni iniquo,] idest, attente cavete vobis ab omni iniquitate, vel a Diabolo, vel homine iniquo, ne vos decipiat, *Matth.* 7. Attendite a falſis Prophetis.

h Et mandavit illis unicuique de proximo] diligendo, *Lev.* 19. Diliges amicum tuum ſicut teipſum, *Joan.* 13. Mandatum novum do vobis, ut diligatis invicem. Vel [de proximo] corrigendo, *Levit.* 19. Non oderis fratrem tuum, ſed publice argue eum, *Matth.* 18. Si peccaverit in te frater tuus, idest, te ſciente, &c.

i Viæ illorum,] idest, cogitationes, & intentiones, & affectiones, & operationes.

k Coram ipſo ſunt ſemper] quia omnia nuda ſunt, & aperta oculis ejus, *Hebr.* 4. Unde *Prov.* 16. Omnes viæ hominum patent oculis ejus.

l Non ſunt abſconſæ ab oculis ipſius] ad puniendum, ſi mali fuerint; vel ad remunerandum, ſi boni fuerint. Unde *Pſal.* 1. Novit Dominus viam juſtorum, & iter impiorum peribit, *Prov.* 15. In omni loco oculi Domini contemplantur bonos, & malos.

m In unamquamque Gentem præpoſuit Rectorem,] idest, Reges in omni provincia, vel Angelos, qui deputantur ad cuſtodiam provinciarum, ut legitur *Dan.* 10. Unde *Deuter.* 32. Statuit terminos Gentium juxta numerum filiorum Dei. Sic habet alia editio. Noſtra habet: Conſtituit terminos populorum juxta numerum filiorum Iſrael. Vel Rectorem,] idest, Doctores vel Prælatos. Unde patet, quod contra ſtatutum Dei faciunt Abbates, & Epiſcopi, qui eximunt ſe a juriſdictione ſuorum Superiorum, qui volunt

eſſe filii Belial, & abſque jugo. *n* Et pars Dei Iſrael facta eſt manifeſta,] idest, ab aliis diſcreta, quia aliæ Gentes colebant idola; Iſrael verum unum Deum.

Unde *Deut.* 32. Pars autem Domini populus ejus: Jacob funiculus hæreditatis ejus.

rem, & *n* pars Dei Iſrael facta eſt manifeſta. Et *o* omnia opera illorum *p* velut Sol in conſpectu Dei, & *q* oculi ejus ſine intermiſſione inſpicientes in viis eorum. Non ſunt *r* abſconſa teſtamenta *ſ* per iniquitatem eorum, & *t* omnes iniquitates eorum in *u* conſpectu Dei. *x* Eleemoſyna viri *y* quaſi ſacculus cum ipſo, & *z* gratiam hominis quaſi pupillam conſervabit, & *a* poſtea reſurget,

o Et omnia opera illorum] exteriora, & interiora, vel doctrina, & opera.

p Velut Sol in conſpectu Dei,] idest, ſicut Sol mundum illuminat, & tamen reſpectu Dei nihil habet luminis; ſic opera, & doctrina Juſtorum mundum illuminant, *Matth.* 5. C
Vos eſtis lux mundi, & Inf. 19.
tamen comparatione Dei nihil ſunt. Unde *Iſa* 64. Facti ſumus, ut immundi omnes nos: univerſæ juſtitiæ noſtræ quaſi pannus menſtruatæ, *Job* 25. Ecce Luna non ſplendet, & ſtellæ non ſunt mundæ in conſpectu ejus; quanto magis homo putredo, & filius hominis vermis? Notatur autem ſtabilitas Juſtorum in hoc, quod dicit: ſicut Sol, qui uniformis eſt, & uniformiter movetur. Unde *infra* 27. Homo ſanctus in ſapientia manet ſicut Sol.

q Et oculi ejus ſine intermiſſione inſpicientes in viis eorum] ſive bonis, ſive malis. Unde *Job* 34. Oculi Domini ſuper vias hominum, & omnes greſſus eorum conſiderant.

r Non ſunt abſconſa Teſtamenta,] idest, promiſſiones Teſtamentorum, vel doctrina Teſtamentorum.

ſ Per iniquitatem,] idest, propter iniquitatem (eorum) quaſi dicat, iniquitates illorum non impedierunt promiſſiones Dei quin redderet, ut promiſit, nec impedierunt doctrinam Teſtamentorum, quin per Apoſtolos prædicaretur fides Chriſti, 2. *Tim.* 2. Verbum Dei non eſt alligatum. Item *Act.* 4. Non poſſumus, quæ videmus, & audivimus non loqui.

t Et omnes iniquitates eorum] qui reſiſtunt verbo Dei.

u In conſpectu Dei] ad puniendum tempore ſuo. Unde *Matth.* 10. Nihil opertum, quod non reveletur, *Pſalm.* 33. Vultus autem Domini ſuper facientes mala, ut perdat de terra memoriam eorum.

x Eleemoſyna viri.] Secunda pars capituli, in qua monet ad pœnitentiam, ſecundum quam redire poteſt homo ad rectitudinem, in qua creatus eſt. Pœnitentiæ vero tres ſunt partes, contritio cordis, confeſſio oris, ſatisfactio operis. Et primo agit de ſatisfactione, deinde de aliis. Satisfactionis autem tres ſunt partes, ſcilicet eleemoſyna, oratio, jejunium. Inter quas eleemoſyna primum obtinet locum. Unde primo agit de illa, dicens: *x* Eleemoſyna viri] corporalis, vel ſpiritualis.

y Quaſi ſacculus cum ipſo] non † contra, ut eleemo- al. † circa.
ſyna Hypocritæ, non poſt ipſum, ut eleemoſyna eorum, qui poſt mortem ſuam faciunt dare, quod viventes nolunt dare. Ipſe plenus pecunia, ad quem in neceſſitate recurrient. Sic ad opera miſericordiæ fit recurſus in neceſſitate, hoc eſt in die mortis, vel in die judicii. Unde *Apocal.* 14. Opera enim illorum ſequuntur illos. *Ambroſius*: Sola miſericordia comes eſt defunctorum. Unde quidam.

Quas dederis, ſolas ſemper habebis opes.

Ideo dicit Dominus *Lucæ* 12. Vendite, quæ poſſidetis, & date eleemoſynam, & facite vobis ſacculos, qui non veteraſcunt, theſaurum indeficientem in cœlis.

z Et gratiam hominis quaſi pupillam conſervabit] eleemoſyna, vel Dominus propter eleemoſynam. Facit enim eum perſeverare in bonis operibus, & gratiam cuſtodit, & facit hominem gratiſſimum, & Deo, & Angelis, & hominibus, *Tob.* 4. Eleemoſyna ab omni peccato, & morte liberat, & non patietur animam ire in tenebras: Fiducia magna erit coram ſummo Deo eleemoſyna omnibus facientibus eam.

a Et poſtea reſurget] cum homine reſurgente in judicio, tanquam granum ſeminatum, quod moritur, & poſtea renaſcitur cum fructu multiplicato, *Corinth.* 9. Qui parce ſeminat, parce & metet: & qui ſeminat in benedictionibus, de benedictionibus & metet.

a Et retribuet,] ideſt, retribui faciet. *b* Illis] qui fecerunt eam.

Eleemoſyna multiplicem habet retributionem. *c* Retributionem] vitæ æternæ.

d Unicuique in caput ipſorum] ideſt, in mentem, quæ coronabitur corona gloriæ. Unde *Johel.* 3. Convertam retributionem veſtram in caput veſtrum, ideſt, ſecundum intentionem ſuam. Habet autem eleemoſyna retributionem multiplicem.

Primo, quia a debito abſolvit. Unde *ſupr.* 4. Declina pauperi ſine triſtitia aurem tuam, & redde debitum tuum.

Secundo, a peccato liberat, *Tob.* 4. Eleemoſyna ab omni peccato, & a morte liberat.

Tertio, animam mundat, *Luc.* 11. Data eleemoſynam, & ecce omnia

al. † Dei. munda ſunt vobis.

Quarto, amicos multiplicat, *Luc.* 16. Facite vobis amicos de mammona iniquitatis.

Quinto, inimicos expugnat, *inf.* 29. Super ſcutum potentis, & ſuper lanceam adverſus inimicum tuum pugnabit.

Sexto, locum præparat in cœlo, *Prov.* 18. Donum hominis dilatat viam ejus, & ante Principes ſpatium ei facit.

& *a* retribuet *b* illis *c* retributionem *d* unicuique in caput ipſorum, & *e* convertet ſe in *f* inferiores partes terræ. *g* Pœnitentibus autem dedit *h* viam juſtitiæ, & *i* confirmavit deficientes *k* ſuſtinere, & *l* deſtinavit illis ſortem *m* veritatis. *n* Convertere ad Dominum, & *o* relinque peccata tua: precare *p* ante faciem † Domini, & *q* minue offendicula. *r* Revertere ad Dominum, & *ſ* avertere ab injuſtitia tua, *t* & nimis *u* odito execrationem, & *x* cognoſce juſtitias, & *y* judicia Dei, & *z* ſta in *a* ſorte propoſitionis, & orationis Altiſſimi Dei.

Septimo, gratiam conſervat, ut hic facit, *infra* 29. idem.

Octavo, abundantiam bonorum temporalium præſtat, *Prov.* 3. Honora Dominum de tua ſubſtantia, & de primitiis omnium frugum tuarum da pauperibus, & implebuntur horrea tua ſaturitate.

Nono, jucunditatem mentis inducit etiam in præſenti. Unde ſequitur.

e Et convertet, &c.] eleemoſyna ſcilicet, vel Deus, ideſt, ad occultas cordis cogitationes ſe convertet conferendo lætitiam. Vel ſic: Convertet] ſe Dominus in die judicii. *f* In inferiores partes terræ] ideſt, judicabit ſecreta voluntatum, & intentionum. Vel. *e* Convertet ſe in inferiores partes terræ] ideſt, malos dabit pœnæ æternæ, detrudens eos in infernum, qui eſt ſub terra, ut dicit *Aug.* Unde *Pſal.* 62. Introibunt in inferiora terræ, partes vulpium erunt. Et *Pſal.* 9. Convertantur peccatores in infernum. Aliqui legunt ſic. *e* Et convertet ſe] eleemoſyna ſcilicet. *f* In inferiores partes terræ] ideſt, ad damnatos. Et eſt argumentum ſecundum eos, qui dicunt, quod ſuffragia Eccleſiæ proſunt damnatis, ut pœna ſit tolerabilior ad tempus. Et hujus opinionis fuit Auctor Præpoſitivus. Cui videtur conſentire *Aug.* qui dicit: Ad hoc valent ſuffragia, ut plena ſit remiſſio, aut tolerabilior ſit damnatio. Vel [inferiores partes terræ] appellant peccatores, qui ſunt in purgatorio, vel adhuc in mundo, quibus proſunt eleemoſynæ; damnati autem ſunt infimæ partes terræ, quibus nihil proſunt ſuffragia, quod magis credo. Sequitur. *g* Pœnitentibus autem dedit] Dominus. *h* Viam juſtitiæ] quæ habet tres dietas, ſcil. cordis contritionem, oris confeſſionem, operis ſatisfactionem. Unde *Exod.* 3. Ibimus viam trium dierum. Et dicit viam juſtitiæ: quia ſoli juſti vadunt per eam. Unde *Sap.* 10. Juſtum deduxit Dominus per vias rectas. *i* Et confirmavit] ideſt, impotentes & infirmos. *k* Suſtinere] ideſt, ad ſuſtinendum labores hujus viæ, dando cor ſine murmuratione, os ſine contradictione, manum ſine rebellione. Et qui hæc tria habet, fortis eſt in labore viæ. Unde *Iſa.* 40. Qui ſperant in Domino, mutabunt fortitudinem, aſſument pennas ſicut Aquilæ: current, & non laborabunt: ambulabunt, & non deficient. Hanc autem virtutem non habet homo a ſe, ſed a Deo. Unde *Iſa.* 40. ante illud: Qui dat laſſo virtutem, & his, qui non ſunt, fortitudinem, & robur multiplicat. Sequitur. *l* Et deſtinavit illis] ideſt, dare promiſit. *m* Sortem veritatis] ideſt, præmia æternæ beatitudinis, quæ ſolis veracibus ſunt promiſſa, & veritate ſoluta, ideſt, a Chriſto, qui eſt via, veritas, & vita, *Jo.* 14. Et cum talis ſit. *n* Convertere ad Dominum,] ideſt, corde & † ore vertere ad Dominum, diligendum, honorandum, imitandum. Unde *Jer.* 4. Si reverteris, Iſrael, ait Dominus, ad me convertere, *Johel.* 2. Convertimini ad me in toto corde veſtro. *o* Et relinque peccata tua] ideſt retro relinque tanquam ſarcinam impedientem: curre in via juſtitiæ. Debet autem ſarcina hæc relinqui per contritionem, relinqui per ſatisfactionem: & tunc demum miſericordia invenitur. Unde *Prov* 28. Qui abſcondit ſcelera ſua, non dirigetur: qui autem confeſſus fuerit, & reliquerit ea, miſericordiam conſequetur. *p* Precare ante faciem Domini] non hominum, ideſt, in conſpectu Dei, ideſt, in ſecreto cordis, ubi videt Deus, *Matth.* 6. Cum oratis, non eritis ſicut hypocritæ, qui amant in Synagogis, & in angulis platearum ſtantes orare, ut videantur ab hominibus. Amen dico vobis, receperunt mercedem ſuam. Tu autem cum oraveris, intra in cubiculum tuum, & clauſo oſtio ora Patrem tuum in abſcondito: & Pater tuus, qui videt in abſcondito, reddet tibi. Sed quia non valet oratio cum peccato, & cum ſollicitudine temporali obvoluta. Sequitur. *q* Et minue offendicula] ideſt, peccata, vel mundi ſollicitudines quæ impediunt orationem. Unde 1. *Cor.* 9. Qui in agone contendit, ab omnibus ſe abſtinet etiam a licitis, 2. *Tim.* 2. Nemo militans Deo implicat ſe ſæcularibus negotiis, *Heb.* 12. Deponentes omne pondus, & circumſtans nos peccatum, per patientiam curramus ad propoſitum nobis certamen, *Jerem.* 4. Si abſtuleris offendicula tua a facie mea, non commoveberis. *r* Revertere ad Dominum,] ideſt, retro vertere ad Dominum, qui te ſequitur fugientem, & clamat: Revertere, revertere, Sunamitis, revertere, revertere, ut intueamur te, *Cant.* 6. *Iſa.* 30. Erunt oculi tui videntes præceptorem tuum, & aures tuæ audient verbum monentis poſt tergum. Hæc eſt via, ambulate in ea, & non declinetis neque ad dexteram, neque ad ſiniſtram. al. † corpore.

Revertere {
- A malo tranſgreſſionis.
- A malo omiſſionis.
- Ad bonum ſatisfactionis.
- Ad bonum ſupererogationis.

Revertere {
- In adoleſcentia per contritionem.
- In juventute per confeſſionem.
- In ſenectute per ſatisfactionem.
- In lecto per ſupererogationem.

Revertere {
- Ab oriente ſuperbiæ per conſiderationem nativitatis.
- Ab occidente accidiæ per meditationem mortis.
- A meridie mundanæ cupiditatis per deſiderium patriæ.
- Ab Aquilone infidelitatis per timorem gehennæ.

Revertere {
- Ancilla ad Dominam tuam, *Gen.* 16. Revertere Agar ad Dominam tuam, & humiliare ſub manu illius.
- Fili prodige ad patrem tuum, *Luc.* 17. Surgam, & ibo ad patrem meum, & dicam ei, peccavi.
- Meretrix adultera ad ſponſum tuum, *Jer.* 3. Fornicata es cum amatoribus multis: tamen revertere.
- Æger ad Medicum, *Oſee* 6 Venite, & revertamur ad Dominum, quia ipſe cepit, & ſanabit nos.

ſ Et avertere ab injuſtitia tua] deteſtando factam, cavendo faciendam, *Ezech.* 18. Cum averterit ſe impius ab impietate ſua, quam operatus eſt, & fecerit judicium, & juſtitiam, ipſe animam ſuam vivificabit. *t* Et nimis,] ideſt, vehementer. *u* Odito execrationem,] ideſt, peccatum execrabile, & homines reddens execrabiles. Vel [execrationem,] ideſt, excommunicationem active, & paſſive, *Sap.* 15. Omne execramentum erroris odit Dominus, & non erit amabile. *x* Et cognoſce juſtitias,] ideſt, juſta præcepta. *y* Et judicia Dei] data populo Iſraelitico, ad recte, & pacifice vivendum, *Exod.* 20. 21. 22. 23. & 24. Juſtitias dicit juſtorum liberationes: judicia, malorum punitiones. Illas agnoſce laudando eum: iſtas cognoſce timendo tibi. Vel [Cognoſce juſtitias] Dei, quibus juſtificatus eſt Chriſtus in paſſione. (Et judicia) Dei, quibus judicatus eſt a Judæis, & Pilato. Hæc cogita, hæc cognoſce, hæc ſtude, hic enim eſt liber vitæ. Huic ſtuduerat Paulus, 1. *Cor.* 2. Non judicavi me ſcire aliud inter vos, niſi Chriſtum Jeſum, & hunc crucifixum. Ab hoc loco ſumptum eſt, quod cantat Eccleſia. Iſte cognovit juſtitiam, & vidit mirabilia magna, & exoravit Altiſſimum, & inventus eſt in numero Sanctorum. Sequitur.

z Et ſta] quaſi pugil fortis ad pugnandum.

a In ſorte propoſitionis, & orationis, &c.] hoc eſt perſeve-

ra in

ra in propoſito tuo, & in oratione Dei, pro mercede hæreditatis æternæ tibi propoſito, quaſi ſorte. Unde *ſupr.* 54. In diviſione ſortis da, & accipe. *Ezech* 2. Sta ſuper pedes tuos, & loquar tecum. Sed multi habent ſpinas in pedibus, ideſt, divitias in affectibus, & ideo ſtare non poſſunt.

In *a* partes vade ſæculi ſancti cum *b* vivis, & *c* dantibus confeſſionem Deo. Non *d* demoreris in errore impiorum. *e* Ante mortem confitere A *f* mortuo *g* quaſi nihil perit confeſſio. *h* Confiteberis vivens, *i* vivus, & *k* ſanus *l* confiteberis, *m* & laudabis Deum, & † *n* gloriaberis in miſerationibus illius. Quam *o* magna miſericordia † Domini, & *p* propitiatio illius *q* convertentibus ad ſe. Nec *r* enim omnia poſſunt eſſe in † hominibus, *ſ* quoniam non eſt immortalis filius hominis, & in † *t* vanitatem malitiæ *u* placuerunt. Quid *x* lucidius Sole? *y* & hic deficiet. *z* Aut quid nequius † excogitavit caro, & ſanguis? ex *a* hoc arguetur. *b* Virtutem altitudinis cœli *c* ipſe conſpicit: *d* & omnes homines terra, & cinis.

Sors propoſitionis eſt vita activa, quæ procul poſita videtur a Deo. Sors orationis eſt vita contemplativa, in qua vacatur Deo. In utraque præcipitur ſtare Doctor, Prælatus, & Prædicator, ſicut dicit Gregorius quod ſignificatur per panes propoſitionis, quibus ſuperponebatur thus orationis. *Lev.* 24.

D

De penit. dist. 1. §. [illegible]

a In partes vade,] paſſibus cogitationis, & deſiderii, ideſt, cęleſtem patriam, ſive æternam quietem, quæ alibi dicitur, ſæculum æternum, vel ſæculum ſæculi, vel ſæcula ſæculorum. *b* Cum vivis,] ideſt, cum viventibus vita gloriæ.

al. † glorificaberis.

al. † Dei.

al. † omnibus.

al. † vanitate.

al. † quam quid.

c Et dantibus confeſſionem,] laudis. Unde *Pſal.* 83. Beati, qui habitant in domo tua, Domine in ſæcula ſæculorum laudabunt te. Et dicitur pluraliter. In partes: quia ibi multæ ſunt manſiones. *Joan.* 14. Hoc conſtans in oratione cogita, quis ſit ſtatus Virginum in gloria, quis Confeſſorum, quis Martyrum, & ſic de aliis, donec pervenias ad Sponſum ut poſſis dicere cum Sponſa: Paululum cum pertranſiſſem, &c. *Cant.* 3. Vel ſæculum ſanctum dicit Eccleſiam militantem, ad differentiam ſæculi nequam. Partes hujus ſæculi ſancti ſunt boni. Non enim omnes, qui ſunt in Eccleſia boni ſunt. Et eſt ſenſus. *a* Vade in partes ſæculi ſancti] ideſt, intuere, & imitare Sanctos.

b Cum vivis,] vita gratiæ.

c Et dantibus confeſſionem,] peccati, vel laudis, non vendentibus, ut faciunt hypocritæ, & ambitioſi, quorum confeſſio extorta eſt timore, non data Deo ſpontanee. Sed ſunt quidam, qui cum bonis ambulant; & tamen aliquando commorantur cum malis. Ideo ſequitur. *d* Non demoreris in errore impiorum,] ideſt, in conſortio impiorum, ne erres cum eis. 1 *Cor.* 15. Corrumpunt mores bonos colloquia mala. Vel ſic. [Non demoreris in errore,] ideſt, in peccato. Unde *ſup.* 11. Ne manſeris in operibus peccatorum.

e Ante mortem confitere,] ideſt, antequam inſtet infirmitas ad mortem. Unde *infr.* 18. Ante languorem adhibe medicinam: & ante judicium interroga teipſum. Et ſubdit rationem. *f* A mortuo,] ideſt, morituro.

g Quaſi nihil perit confeſſio,] ſcilicet, quaſi dicat, ægrotantis ad mortem, quaſi nihil perit, ideſt, valet confeſſio. Nam dolor, & anguſtia mortis totam animam ſibi vendicant, ut nec de peccatis libeat cogitare, ut dicit *Aug.* Vel, [a mortuo,] ideſt, poſt mortem nihil valet confeſſio. Unde *Pſal.* 6. In Inferno autem quis confitebitur tibi? *Eccle.* 9. Nec opus, nec ratio, nec ſapientia, nec ſcientia erunt apud inferos, quo properas. Item, [a mortuo,] ideſt, ab exiſtente in mortali peccato, [perit confeſſio,] ſicut patet in Juda. *Matth* 27. Ideo ſequitur.

h Confiteberis, vivens,] vita naturæ.

i Vivus,] vita gratiæ.

k Et ſanus,] non ægrotans ad mortem.

l Confiteberis,] corde, & ore ſimul fateberis: & ſimul uni omnia fateberis, ut ſit voluntaria, & diſcreta, & integra confeſſio. *Iſa.* 38. Vivens vivens ipſe confitebitur tibi. Poſt confeſſionem autem peccati ſequitur confeſſio laudis. Unde ſubdit.

m Et laudabis Deum,] corde, ore, & opere.

n Et gloriaberis in miſerationibus illius,] ideſt, pro multiplici effectu miſericordiæ illius. Vel in miſeriis, quas pro nobis ſuſtinuit. *Galat. ult.* Abſit mihi gloriari, niſi in Cruce Domini noſtri Jeſu Chriſti.

o Quam magna miſericordia Domini!] qui peccata non quædam, ſed omnia: non ſemel, ſed frequenter, dimittit. *p* Et propitiatio illius,] qua propitium ſe oſtendit peccatoribus quam magna eſt!

q Convertentibus ad ſe,] ideſt, corde, & opere vertentibus ſe ad illum imitandum, honorandum, metuendum. Unde *Pſal.* 38. Quam magna multitudo dulcedinis tuæ, Domine, quam abſcondiſti timentibus te! Nemo igitur dicat. Major eſt iniquitas mea, quam ut veniam merear, cum Cain. *Gen.* 4. Sed convertatur ad Dominum, & miſerebitur ejus, ideſt, cum auditorio ejus vertat ſe ad Dominum, & miſerebitur.

r Nec enim omnia poſſunt eſſe in hominibus,] ut per ſe ſolo libero arbitrio convertantur ad Dominum, quando volunt. Sicut enim vita corporalis non eſt ab homine, & tamen mors poteſt eſſe ab eo ſolo; ita vita ſpiritualis non eſt ab homine, ſed a Deo: & tamen mors ſpiritualis eſt ab eo. Unde *Eccleſ.* 8. Non eſt in hominis poteſtate prohibere ſpiritum, nec habet poteſtatem in die mortis. Vel ſic. Ideo neceſſaria eſt hominibus miſericordia Dei. [Nec enim omnia,] dona, [poſſunt eſſe in omnibus.] In hac enim vita diviſiones gratiarum ſunt. 1. *Cor.* 12. Et unum donum alius, & aliud donum alius habet. Unde 1. *Cor.* 6. Unuſquiſque proprium donum habet ex Deo: alius quidem ſic, alius vero ſic. Et revera nondum omnia ſunt in omnibus.

ſ Quoniam non eſt immortalis filius hominis,] ideſt, homo adhuc quilibet, ſicut in futuro: per quod innuitur, quod quando erit immortalis, omnia erunt in omnibus. Unde *Matth.* 24. Super omnia bona ſua conſtituet eum. *t* Et in vanitatem malitiæ,] tendentes, & ducentes hominem.

u Placuerunt,] ipſi homini. Vel [Malitiæ,] ideſt, pęnales ſollicitudines mundi hujus. [Placuerunt,] homini. [In vanitatem,] ideſt, propter vanitatem comitantem, propter quam ambiuntur prælationes. Hoc modo accipitur malitia. *Matth.* 6. Sufficit diei malitia ſua, ideſt, pęna ſua.

x Quid lucidius Sole?] Hic oſtendit Auctor vanitatem; & mutabilitatem hominis, per mutabilitatem ſuperiorum, de quibus minus videretur. Et hoc eſt.

x Quid lucidius Sole?] quaſi dicat nihil.

y Et hic deficiet,] ergo multo fortius homo, qui eſt pulvis, & cinis. Contra *Iſa.* 39. Erit lux Lunæ ſicut lux Solis, & lux Solis ſeptempliciter erit. Ergo durabit, & non deficiet Sol. Solutio. Sol durabit ſecundum ſubſtantiam; deficiet a curſu, ab officio, ab utilitate. Unde *Iſa.* 60. Non erit tibi amplius Sol ad lucendum per diem: nec ſplendor Lunæ illuminabit te; ſed erit tibi Dominus in lucem ſempiternam. *Apocalypſ.* 21. Civitas non eget Sole, neque Luna, ut luceant in ea. Nam claritas Dei illuminabit eam, & lucerna ejus Agnus eſt. Item *Abac.* 2. Sol, & Luna ſteterunt in habitaculo ſuo, ideſt, ſtabunt. Item deficiet Sol comparatione majorum luminum. *Matth.* 13. Fulgebunt Juſti, ſicut Sol. Ergo Chriſtus multo plus. Item ipſa immutatio Solis in melius, appellatur defectus ejus, ſive mors. Unde *Aug.* In omni re, quæ mutari poteſt, defectus, ſive mors, eſt ipſa mutatio in melius.

z Aut quid nequius excogitavit caro, & ſanguis?] Quid eſt nequius, quam prava cogitatio hominis ex carnis, & ſanguinis corruptione veniens, & peccatum inde procedens? quaſi dicat nihil. Sic accipitur caro, & ſanguis. *Matth.* 16. Caro, & ſanguis non revelavit tibi. 1 *Cor.* 15. Caro, & ſanguis regnum Dei poſſidere non poſſunt. *Rom.* 8. Qui in carne ſunt, Deo placere non poſſunt. Et revera hoc nequam eſt, quia.

a Ex hoc arguetur,] hic ab homine, vel in futuro a Deo, qui ſingulas pravas cogitationes arguet, quas homo non arguerit in præſenti.

b Virtutem altitudinis cęli,] ideſt, perfectionem, & fortitudinem Angelorum cœleſtium, & ceterarum creaturarum cœleſtium.

c Ipſe conſpicit,] ideſt, approbat unumquodque in ſuo ordine.

d Et omnes homines,] ſupple ſunt, [terra, & cinis.] Terra in conditione, & cinis in reſolutione. *Geneſ.* 3. Pulvis es, & in pulverem reverteris. Vel, [terra, & cinis,] ideſt, fragilis conditionis. *Gen.* 18. Loquar ad Dominum meum, cum ſim pulvis, & cinis.

EXPO-

EXPOSITIO CAP. XVIII.

QUi vivit in æternum, &c.] Præcedens capitulum incipit ab hominis creatione; iſtud vero inchoat a mundi inſtitutione. Dividitur autem hoc capitulum in ſex particulas. In prima agit de mundi creatione. In ſecunda docet magis eſſe inſiſtendum laudi, quam
A inveſtigationi Dei. In tertia hortatur ad opera miſericordiæ, *ibi* [Miſeratio hominis.] Quarto, agit de pœnitentia, *ibi*. [Ante judicium.] Quinto, agit de oratione, ſatisfactione, & meditatione, *ibi*. [Non impediaris.] Sexto, docet pugnare contra concupiſcentias, *ibi*: [Poſt concupiſcentias.] Dicit ergo.

CAP. XVIII.

QUI *a* vivit in *b* æternum, *c* creavit *d* omnia *e* ſimul. *f* Deus ſolus juſtificabitur, & *g* manet invictus Rex in æternum. *h* Quis ſufficiet enarrare opera illius? *i* Quis enim inveſtigabit magnalia ejus? *k* virtutem autem magnitudinis ejus *l* quis enunciabit? *m* Aut quis adjiciet enarrare miſericordiam ejus? Non *n* eſt minuere, *o* neque adjicere, nec *p* eſt invenire magnalia Dei. Cum *q* conſummaverit homo, *r* tunc † incipiet: & cum *ſ* quieverit, *t* operabitur.

Quid *u* eſt homo, & *x* quæ eſt *y* gratia illius?

a Qui vivit,] ideſt, Deus, qui vivit, ad differentiam falſorum Deorum, ideſt, Idolorum.

b In æternum,] ad differentiam Deorum adoptivorum, ideſt, hominum, & Angelorum. (al. † incipit.)

c Creavit,] ideſt, ex nihilo fecit, ad differentiam Artificum, qui ex materia operantur.

d Omnia,] contra Manichæos, qui dicunt viſibilia eſſe a malo Deo; & inviſibilia ſola eſſe a bono Deo. *e* Simul,] in materia, quoad corporalia: vel in exemplo, & ſimilitudine, quoad ſpiritualia. Unde *Gloſſ.* Rerum ſubſtantia ſimul creata eſt, ſed non ſimul per ſpecies formata: & quod ſimul extitit per ſubſtantiam materiæ, non ſimul apparuit per ſpeciem formæ. Vel [ſimul,] ideſt, cauſa una, vel aliquid ſimile *Job* 40. Ecce Behemoth, quem feci tecum, ideſt, ſicut te *f* Deus ſolus juſtificabitur,] ideſt, in comparatione omnium aliorum ſolus juſtus videbitur. Unde *Pſal.* 142. Non juſtificabitur in conſpectu tuo omnis vivens. *Job* 4. Nunquid homo comparatione Dei juſtificabitur? Item *in eod.* 25. Nunquid juſtificari poteſt homo comparatus Deo? *Luc.* 18. Nemo bonus, niſi ſolus Deus. *g* Et manet invictus Rex,] quia omnibus potentior, & omnibus ſapientior eſt. *Job* 10. Deus, cujus iræ nemo reſiſtere poteſt: ſub quo curvantur, qui portant orbem. *h* Quis ſufficiet enarrare,] ſcilicet, creationis, diſpoſitionis, † propagationis, recreationis, & glorificationis? quaſi dicat, nullus. (al. † propitiationis.) Unde *ſupr.* 16. Plurima ejus opera ſunt in abſconſis. *Job* 26. Cum vix parvam ſtillam ſermonis ejus audierimus, quis poterit tonitrum magnitudinis ejus intueri? *Pſal.* 9. Narrabo omnia mirabilia tua, ideſt, nulla narrabo, niſi mirabilia. Simile *Joan.* 15. Quæcumque audivi a Patre meo, nota feci vobis, ideſt, nulla nota feci vobis, niſi quæ audivi a Patre meo. Vel narrari poſſunt opera Dei, ſed non enarrari, ideſt, plene extra alios narrari. Unde *Iſa.* 54. Generationem ejus quis enarrabit? Et quod nullus poſſit enarrare, patet. *i* Quis enim inveſtigabit,] ideſt, magna, & mirabilia opera Dei, ut eſt univerſi creatio, ordinatio, gubernatio, filii incarnatio, paſſio, reſurrectio, aſcenſio, & judicium? quaſi dicat, nullus. *Job* 9. Qui facit magna, & inſcrutabilia, quorum non eſt numerus. *Rom.* 11. O altitudo divitiarum Sapientiæ, & Scientiæ Dei, quam incomprehenſibilia ſunt judicia ejus, & inveſtigabiles viæ ejus! *k* Virtutem autem magnitudinis,] ideſt, omnipotentiæ. *l* Quis enunciabit,] ideſt, extra alios nunciabit? quaſi dicat, nullus, niſi filius. Unde *Matth.* 11. Neque Patrem novit quis, niſi filius, & cui voluerit filius revelare. *m* Aut quis adjiciet enarrare,] quia patienter expectat peccatores, & clementer ſuſcipit pœnitentes? Vel, [miſericordiam ejus,] dicit, incarnationis, paſſionis, reſurrectionis & aſcenſionis myſterium, quo toti mundo miſertus eſt, quaſi dicat nullus. Unde Joannes Baptiſta: Non ſum dignus procumbens ſolvere corrigiam calceamenti ejus. *Marc.* 1. *n* Non eſt minuere,] miſericordiam Dei, dicit, per deſperationem, ut Cain, & Judas. *o* Neque adjicere,] per præſumptionem, ut Origenes, qui poſt mille annos omnibus etiam Dæmonibus veniam promittebat, ut dicunt. *p* Nec eſt invenire magnalia Dei,] quare unum ſalvet, alium reprobet: unum affligat, alterum extullat. Propter quod maxime *Apoſtolus* exclamat. O altitudo divitiarum, &c. *Rom.* 11. Vel ſic. *n* Non eſt minuere, neque adjicere,] ideſt, nihil eſt addendum, vel ſubtrahendum Sacræ Scripturæ: perfecte enim tradita eſt ſine diminutione, & ſuperfluitate. *p* Nec,] tamen, [eſt,] ideſt, contigit, invenire magnalia Dei, in Scripturis. De hoc dicitur *Deut.* 4. Non addetis ad verbum, quod loquor vobis, neque auferetis ex eo. *Item* 12. Quod præcipio tibi, hoc tantum facito Domino: nec quicquam addas, neque minuas. *Job* 29. Verbis meis nihil addere audebant. *Eccle.* 3. Non poſſumus eis quicquam addere, nec auferre, quæ fecit Deus. *Apoc.* 21. Si quis appoſuerit ad hæc, apponet ſuper illum Deus plagas ſcriptas in libro iſto. Contra. *Pſal.* 70. Et adjiciam ſuper omnem laudem tuam. Solutio. Eſt additio bona, & eſt additio mala; ſimiliter eſt diminutio bona, & eſt diminutio mala. Addit enim, qui conſilia præceptis adimplendo adjungit. Addit etiam, qui obſcure dicta interpretando fideliter exponit. De utraque additione intelligitur, quod dicit *Pſal.* 70. Adjiciam ſuper omnem laudem tuam. Item addit qui ſenſum de corde ſuo Scripturæ addit: vel qui falſo exponendo Scripturam emollit. Et hæc additio mala eſt. Unde *Jer.* 14. Viſionem mendacem, & divinationem fraudulentam, & ſeductionem cordis ſui prophetant vobis. *Ezech.* 13. Væ Prophetis inſipientibus, qui ſequuntur ſpiritum ſuum, & nihil vident. De hac additione agitur hic. Item diminuit, qui ſuperflua reſcindit: Et hæc diminutio bona eſt. Item diminuit, qui veritatem occultat, vel pervertit, vel qui manum ori ſuo non apponit: Hæc diminutio mala eſt. Et de hac agitur hic. Sequitur. *q* Cum conſummaverit homo,] mandata Dei pie operando.

r Tunc incipiet,] myſteria Scripturæ intelligere. Unde *Pſal.* 118. A mandatis, ideſt, ab impletione mandatorum Dei, intellexi. Vel, [Cum conſummaverit homo,] opus ſuum [tunc incipiet,] aliud. Verbi cauſa. Cum perfecta fuerit meſſis, ſequitur vindemia: & poſt vindemiam ſequitur ſeminandi labor. Unde *Lev.* 26. Apprehendet meſſium tritura vindemiam: & vindemia occupabit ſementem. Vel ſic.

q Conſummaverit homo,] ideſt, cum conſummatus, & perfectus fuerit homo.

r Tunc incipiet,] ideſt, ſe eſſe in inchoatione reputabit: & quaſi nihil egerit, agere illa incipiet. Unde *Greg.* Neſcit mens per teporem veteraſcere: quæ ſemper ſtudet per deſiderium inchoare. Unde *Pſal.* 76. Et dixi: Nunc cœpi. Et *Pſal.* 37. Tota die contriſtatus ingrediebar. Item *Jerem.* 3. Poſt me ingredi non ceſſabis. Et hoc eſt, quod dicitur *Gen.* 1. Factum eſt veſpere conſummationis, & mane inchoationis, dies unus, ideſt, vita una.

ſ Et cum quieverit,] a mundanis curis.

t Operabitur,] opus Dei. *Ezech.* 3. Qui audit, audiat: & qui quieſcit, quieſcat, quaſi dicat, qui vult Sapientiam audire, quieſcat a curis mundanis. Unde *infr.* 38. Tempore vacuitatis ſcribe ſapientiam: & qui minoratur actu, percipiet eam. 2 *Tim.* 2. Nemo militans Deo implicat ſe negotiis ſæcularibus. *Luc.* 9. Nemo mittens manum ſuam ad aratrum, & reſpiciens retro aptus eſt regno Dei.

Myſtice. *q* Cum conſummaverit homo,] ideſt, Chriſtus per paſſionem. (*Myſtice.*)

r Tunc incipiet] per reſurrectionem.

ſ Et cum quieverit,] in ſepulchro.

t Operabitur,] reſurgendo, aſcendendo, Spiritum Sanctum mittendo, de limbo animas liberando.

u Quid eſt homo?] Digniſſima creaturarum, imago Dei; & tamen mutabilis. Quid igitur mirum, ſi alia mutantur? Vel [Quid eſt homo?] ideſt, quam vilis res eſt homo. *Job* 25. Homo putredo, & filius hominis vermis. *Pſal.* 38. Univerſa vanitas omnis homo vivens. Vel.

u Quid eſt homo?] Primo ſperma putidum, poſtea vas ſtercorum, tandem eſca vermium.

x Et quæ,] ideſt, quanta. *y* Eſt gratia illius,] ut aſſumatur a verbo, abluatur a peccato, redimatur a ſupplicio, liberetur a limbo, ſublimetur in cœlo? Unde *Pſalm.* 2. Quid eſt homo, quod memor es ejus,

▲ aut filius hominis

Myſtice, de Chriſto.

u Quid eſt homo?] Deus. *x* Et quæ eſt gratia illius?] Incarnatio, paſſio, reſurrectio, aſcenſio, (*Myſtice.*)

⊕ Spiritus Sancti

a Aut filius hominis, quoniam viſitas eum? a Et quid eſt bonum illius?] Natura. b Et quid nequam illius?] voluntas. Et quid,] ideſt, quantum [bonum illius] a ſe? Nullum. [Et quid nequam illius?] Multum.

Myſtice. ⊙ Spiritus ſancti miſſio. a Et quid bonum illius?]Gloria. b Aut quid nequam illius?] Gehenna. Illud dabit amicis, iſtud paravit inimicis. Per hoc, ut dicit *Gloſ.* omnia mutabilia eſſe oſtendit. Unde ſequitur. c Numerus dierum hominum,] ideſt, quibus vivunt homines in hac vita mortali.

Geneſ. 6. Pſalm. 89.

al. † omnes.

d Ut multum centum anni.] Ut multum dicit, quia aliquando plus, ut Moyſes centum & viginti. *Deut.ult.* Vel quia poſt 80. annos incipit deficere penitus vita hominum. Unde *Pſal.* 89. Anni noſtri ſicut aranea meditabuntur: dies annorum noſtrorum in ipſis ſeptuaginta anni. Si autem in potentatibus octoginta anni, & amplius eorum labor & dolor. Dies enim & nox ſunt quaſi duæ beſtiæ, quæ radicem arboris vitæ hominis inceſſanter corrodunt. Unde *Gen.* 8. Nox & dies non requieſcent.

e Quaſi guttæ aquæ maris deputati ſunt] ideſt, breves, & modici, & quaſi nihil reſpectu æternitatis, ſicut gutta una reſpectu maris nihil eſt. Tria autem tangit quæ vitam humanam comitantur inſeparabiliter: brevitas, inſtabilitas, & amaritudo. Brevitas, ubi dicit: [quaſi guttæ.] Unde *Job* 14. Breves dies. hominis ſunt. Inſtabilitas, ubi dicit, Aquæ. Amaritudo, ubi dicit: [maris.] De his tribus dicitur *Job* 14. Homo natus de muliere brevi vivens tempore, multis repletur miſeriis, qui quaſi flos egreditur, & conteritur, & fugit velut umbra, & nunquam in eodem ſtatu permanet. Et *Gen.* 47. Dies peregrinationis vitæ meæ centum triginta annorum ſunt parvi & mali. f Et ſicut calculus arenæ] qui modicus eſt & ſterilis, & amarus. g Sic exigui anni in die ævi,] ideſt, reſpectu æternitatis. *Sap.* 2. Exiguum & cum tædio eſt tempus vitæ noſtræ. h Propter hoc] ideſt, propter pœnalitatem, & mutabilitatem, & fragilitatem hominum. i Patiens eſt Deus in illis] hominibus, vel diebus expectans eos ad pœnitentiam. Unde *Sap.* 11. Misereris omnium, quoniam omnia potes, & diſſimulas peccata hominum propter pœnitentiam. *Gen.* 6. Non permanebit Spiritus meus in homine, quia caro eſt, ideſt, fragilis, *ſup* 5. Altiſſimus eſt patiens redditor. Sed cum diu expectaverit, tandem feriet. *Iſa.*42. Tacui, ſemper ſilui, patiens fui; ſicut parturiens loquar. k Et effundet ſuper eos miſericordiam ſuam,] ideſt, abundanter & ſuper merita hominum gratiam ſuam tribuet in illis. *Iſa.*44. Effundam Spiritum meum ſuper ſemen tuum, & benedictionem meam ſuper ſtirpem tuam. l Vidit] oculo miſericordiæ, vel videri fecit. m Præſumptionem cordis eorum, quoniam mala eſt:] unde *inf.*37. O præſumptio nequiſſima! unde creata es cooperire aridam nequitiam, ex fomite, ex voluntate, ex diaboli ſuggeſtione: Et quia ſic vidit Deus, vel videri fecit; ideo miſertus eſt.

al. † Dei.

al. † & recte erudit.

al. † feſtinat.

& a quid eſt bonum, aut b quid nequam illius? c Numerus dierum hominum d ut multum centum anni, e quaſi guttæ aquæ † maris deputati ſunt. Et ſicut f calculus arenæ; ſic g exigui anni in die ævi: h Propter hoc i patiens eſt Deus in illis: & k effundet ſuper eos miſericordiam ſuam. l Vidit m præſumptionem cordis eorum; quoniam mala eſt: & n cognovit ſubverſionem illorum; o quoniam nequam eſt. p Ideo adimplevit propitiationem ſuam in illis, & q oſtendit illis viam æquitatis. r Miſeratio hominis ſ circa proximum ſuum: t miſericordia autem † Domini u ſuper omnem carnem. Qui x miſericordiam habet, † y docet & z erudit a quaſi paſtor gregem ſuum: b miſereatur excipiens doctrinam miſerationis, & c qui † feſtinant in judiciis ejus.

n Et cognovit ſubverſionem,] ideſt, malam voluntatem, quæ eſt cauſa ſubverſionis illorum.

o Quoniam nequam eſt] non æqua mala voluntas, quæ dicitur ſubverſio, quia ſicut vas ſubverſum operit lucernam & effundit liquorem diſſimilem; ſic mala voluntas lucem ſapientiæ operit, & liquorem gratiæ effundit: unde *Prov.*15. Cor ſtultorum diſſimile erit, *infra* 21. Cor fatui quaſi vas confractum: & omnem ſapientiam non tenebit. Et quia ita vidit, & cognovit. p Ideo adimplevit propitiationem ſuam in illis] hominibus peccata condonando, gratiam conferendo, filium proprium incarnando.

Unde *Pſal.*11. Propter miſeriam inopum, & gemitum pauperum nunc exurgam, dicit Dominus. *Exod.* 3. Vidi afflictionem populi mei, qui eſt in Ægypto, & clamorem ejus audivi: propter duritiam eorum, qui præſunt operibus: & ſciens dolorem ejus deſcendi, ut liberem eum de manu Ægyptiorum. 1. *Joan.* 4. Miſit Deus filium ſuum propitiationem pro peccatis noſtris. Adimplevit, dicit, quia tunc fuit adimpleta omnis lex & prophetia. Unde *Gal.* 4. ubi venit plenitudo temporis, miſit Deus filium ſuum natum ex muliere, factum ſub lege, ut eos, qui ſub lege erant, redimeret.

q Et oſtendit illis viam æquitatis,] quæ nec ad dexteram inclinat per nimiam omiſſionem, neque ad ſiniſtram per nimiam auſteritatem; ſed per medium æquitatis recte tendit ad patriam. *Sap.* 10. Juſtum deduxit Dominus per vias rectas, & oſtendit illi regnum Dei. *Prov* 4. viam ſapientiæ monſtrabo tibi, & ducam te per ſemitas æquitatis. *Iſa.*30. Hæc eſt via, ambulate in ea, & non declinetis neque ad dexteram, neque ad ſiniſtram.

r Miſeratio hominis circa proximum ſuum,] quaſi dicat, in hac via debet homo ſequi Dominum, ut ſicut ille miſericordiam ſuam effundit ſuper omnes; ita & homo. Unde *Luc.* 6. Eſtote miſericordes ſicut & Pater veſter cœleſtis miſericors eſt. Et hoc eſt: [Miſeratio hominis circa &c.] ideſt, debet eſſe circa omnem, qui nomine proximi intelligitur, ut dicit *Aug. ſup. Luc.* 10. Et quare hoc?

t Miſericordia autem Domini,] ideſt, quia miſericordia Domini.

u Super omnem carnem] ideſt, ſuper omnem hominem bonum & malum: magnum & parvum. *Joel.* 3. Effundam ſpiritum meum ſuper omnem carnem. *Matt.* 5. Qui Solem ſuum oriri facit ſuper bonos & malos, & pluit ſuper juſtos & injuſtos, *Pſal.* 35. Homines & jumenta ſalvabis, Domine, quemadmodum multiplicaſti miſericordiam tuam, Deus. Vel aliter. Multi ſunt, qui libenter dant conſanguineis ſuis, vel vicinis, vel beneficis; pauperibus autem, vel peregrinis non libenter. Hos ſugillat hic Auctor, dicens.

r Miſeratio hominis] humum ſapientis.

ſ Circa proximum ſuum] conſanguineum, vicinum, beneficum ſuum, propter carnem, propter laudem, propter cupiditatem. *Galat.* 6. Operemur bonum ad omnes *ſup.*4. Non ſit manus tua collecta ad dandum. *Matth.* 12. Extende manum tuam. *Luc.* 14. Cum facies convivium, aut cœnam, noli vocare amicos tuos, ideſt, beneficos, neque fratres tuos, neque cognatos, neque vicinos.

t Miſericordia autem Domini ſuper omnem carnem, quaſi dicat, arcta eſt miſeratio hominis; ſed miſericordia Dei longa eſt, & extenſa ad omnes. Differt autem miſeratio & miſericordia, ſicut fons & rivulus. Miſericordia enim quaſi fons eſt in affectu; miſeratio, quaſi rivulus in effectu.

x Qui miſericordiam habet] in affectu.

y Docet & erudit] in effectu, quaſi dicat, ubi eſt fons miſericordiæ, neceſſe eſt, ut erumpat foris rivulus miſerationis.

Unde *Phil.* 2. Si qua conſolatio in Chriſto, ſi quod ſolatium charitatis, ſi qua ſocietas ſpiritus, ſi qua viſcera miſerationis, implete gaudium meum. Ideo bene dicit.

x Qui miſericordiam habet] in corde.

y Docet] ore majores.

z Et erudit] opere minores.

a Quaſi Paſtor gregem ſuum] non alienum, quaſi Paſtor, dicit, non quaſi paſtus, ut Archidiaconi, qui ſunt paſti, non Paſtores.

Unde minatur *Ezech.* 34. Væ paſtoribus, qui paſcebant ſeipſos: nonne greges a Paſtoribus paſcuntur? Ita ſolebat eſſe *Job* 1. Boves arabant, &c. Sed modo a gregibus Paſtores paſcuntur.

b Miſereatur excipiens doctrinam miſerationi,] ideſt, Theologiam, quæ docet miſereri; vel ibi incipit verſus.

b Miſereatur excipiens, &c.] quaſi dicat, ſtudeat Theologus opere adimplere, quod docet ſermone, vel quod audit a Doctore. *Ap.ult.* Qui audit; dicat, veni. c Et qui feſtinant in judiciis ejus] i. qui deſiderant ex cauſa judicia ejus ideſt, Dei, ideſt, qui volunt eſſe magiſtri, & DD. vel Prælati, vel Prædicatores, vel Judices, miſereantur primo ſui: & tunc demum Judices fiant, hoc eſt, primo intendant miſericordiæ & poſt ſtudeant doctrinæ: unde 1. *Tim.* 4.

Atten-

Attendite tibi & doctrinæ. Vel ſic. Qui feſtinant in judiciis] ideſt, qui deſiderant diem judicii, miſereantur modo, ideſt, vacent operibus miſericordiæ, quia ſola miſericordia comes eſt defunctorum, ut dicit *Amb.* Et de ſola miſericordia erit deſcriptio judicii, ut patet *Matth.* 25. *a* Fili in bonis,] ideſt, in bonis datis. *b* Non des querelam,] ideſt, cauſam querelæ, hoc eſt, ſi quid alicui benefeceris, noli exprobrare beneficium vel murmurando dare. *Phil.* 2. Omnia facite ſine murmurationibus, & hæſitationibus, ut ſitis ſine querela. Et *inf.* 19. Ne iteres verbum nequam, & durum. *c* Et in omni dato] tuo, [ne des triſtitiam verbi mali] ideſt, non contriſtes accipientem malo verbo, ne convitio vendas, quod opere donas. Unde *ſup.* 4. Congregationi pauperum affabilem te facito. Et *inf.* 36. Bono animo redde gloriam Deo, & non minuas primitias manuum tuarum.

al. † *utrumque.*
16. qu. 1. c. ſi vere & c. ſeq.

Fili *a* in bonis *b* non des querelam: & in *c* omni dato ne des triſtitiam verbi mali. *d* Nonne ardorem refrigerabit ros? Sic *e* & verbum *f* melius quam datum. Nonne *g* ecce verbum ſuper *h* datum bonum? *i* Sed † utraque cum *k* homine juſtificato. *l* Stultus acriter improperabit, & *m* datus indiſciplinati *n* tabeſcere facit oculos. *o* Ante judicium *p* para juſtitiam tibi: & antequam *q* loquaris, *r* diſce, *ſ* Ante languorem *t* adhibè medicinam *t* & *u* ante judicium *x* interroga teipſum; & in *y* conſpectu Dei invenies propitiationem. *z* Ante languorem *a* humilia te: & in *b* tempore infirmitatis *c* oſtende converſationem tuam.

Non *d* impediaris *e* orare ſemper: & *f* non † veteris uſque ad *g* mortem juſtificari, *h* quoniam merces Dei *i* manet in æternum. Ante *k* orationem præpara animam tuam; & *l* noli eſſe quaſi homo qui tentat Deum. *m* Me-

d Nonne ardorem refrigerabit ros,] quaſi dicat, ſicut enim ros de cœlo veniens Solis ardorem expellit a ſegetibus. *e* Sic & verbum] dulce & benignum refrigerabit pauperem. *f* Melius quam datum] ſolum, vel cum jurgio datum. Unde *Prov.* 17. Melior eſt buccella ſicca cum gaudio, quam plena domus victimis cum jurgio. Item *Prov.* 15. Melius eſt vocari ad olera cum charitate, quam ad vitulum ſaginatum cum odio. *g* Nonne ecce verbum] benignum. *h* Super datum bonum,] ideſt, melius dato? Vel ſuper datum, eſt verbum quaſi condimentum ſuper cibum. *i* Sed utraque] ideſt, verbum dulce, & datum. *k* Cum homine juſtificato] ideſt, homo juſtus dat utrumque; alioquin non eſſet juſtus. *l* Stultus acriter improperabit,] ideſt, cum jurgio dat, & poſt datum improperat. Unde *infra* 20. Exigua dabit, & multas improperabit, & apertio oris illius inflammatio eſt. Hoc autem malum eſt & prohibetur *inf.* 41. Cum dederis, ne improperes. Ita enim facit Dominus. *Jacob.* 1. Qui dat omnibus affluenter, & non improperat. *m* Et datus indiſciplinati,] ideſt, dantis cum jurgio. *n* Tabeſcere facit oculos] recipientis præ pudore. Vel, tabeſcere, ideſt, in lacrymas reſolvere præ dolore. Unde *inf.* 20. Datus inſipientis non erit utilis tibi. *o* Ante judicium,] ideſt, antequam veniat judicium futurum, vel judicium mortis. *p* Para juſtitiam tibi,] ideſt, opera juſtitiæ, & opera miſericordiæ, quæ reſpondeant pro te in judicio. Paravit in judicio thronum ſuum Dominus, dicit *Pſalm* 9. & tu præpara reſponſiones: quia Dominus parat contra te allegationes, & accuſationes. Propter hoc autem dicit. Para juſtitiam, & non para miſericordiam: quia tunc erit forum juſtitiæ; non autem forum miſericordiæ. De judicio mortis dicitur *inf.* 41. O mors, bonum eſt judicium tuum homini indigenti, & qui minoratur viribus, defecto ætate, & cui de omnibus cura eſt: & incredibili, qui perdit ſapientiam mundi, ſcilicet. Vel ſic. *o* Ante judicium,] ideſt, antequam officium judicandi accipias, hoc eſt, magiſterium vel prælationem, vel officium prædicationis. *p* Para juſtitiam tibi] Superioribus obediendo; quia qui non novit eſſe Diſcipulus, neſcit eſſe Magiſter: & qui non didicit ſubeſſe, nunquam ſciet præeſſe. Teipſum diſciplinando prius cum Apoſtolo. 1. *Cor.* 9. Caſtigo corpus meum, & in ſervitutem redigo, ne cum aliis prædicaverim, ipſe reprobus efficiar. Inferioribus condeſcendendo, *inf.* 32. Rectorem te poſuerunt: eſto in illis quaſi unus ex illis. Cum igitur quis vocatur, ut judex, conformetur aliis: videat prius, ſi hæc habeat; alioquin non recipiat. Unde *inf.* 37. Fili, in vita tua tenta animam tuam: & ſi fuerit nequam, non des illi poteſtatem: non enim omnia omnibus expediunt. *q* Et antequam loquaris] docendo. *r* Diſce] quid & qualiter docere debeas, ut prius ſis concha, quam canalis. *Prov.* 18. Qui prius reſpondet, quam audiat, ſtultum ſe eſſe demonſtrat, *ſup.* 11. Prius, quam audias, ne reſpondeas Verbum. Vel ſic. *q* Antequam loquaris,] ideſt, antequam te oporteat reſpondere rationem in die judicii, de omnibus quæ feciſti, quæ dixiſti, & quæ cogitaſti. *r* Diſce] qualiter reſpondeas. Tunc enim non erit utilis Advocatus, ſed quilibet pro ſe loquetur. Ante languorem] ideſt, ante diem judicii, quando licet optari. *t* Adhibe medicinam,] pœnitentiæ vulneribus peccatorum tuorum. Vel, ante languorem mortis, adhibe medicinam bonæ operationis. Vel [*ſ* Ante languorem] ideſt, antequam morbus peccati fiat chronicus per conſuetudinem. *t* Adhibe medicinam] contritionis, confeſſionis, & ſatisfactionis. Nam *ſero medicina paratur*, &c. *ſup.* 10. Languor prolixior gravat medicum: brevem languorem præcidit medicus. Ibi quære de hoc. *u* Et ante judicium] futurum, vel judicium mortis. *x* Interroga teipſum] perſcrutando opera tua, qualia ſint: utrum contra, vel pro te. *Thr.* 3. Scrutemur vias noſtras, & quæramus, & revertamur ad Dominum. *Job* 7. Loquar in tribulatione ſpiritus mei, confabulabor cum amaritudine animæ meæ. Vel ſic. *u* Ante judicium] ideſt, antequam alios judices.

Ovidius de remedio amoris.
Luc. 18.
1. *Theſ.* 5.
al. † *vetaveris.*

x Interroga teipſum] prius judicando. Unde *Cor.* 11. Si noſipſos dijudicaremus, &c. *Matth.* 7. Quid autem vides feſtucam in oculo fratris tui; & trabem in oculo tuo non vides? *y* Et in conſpectu Dei invenies] ideſt, peccatorum remiſſionem hic; & in futuro habebis eum Judicem propitium, quando dicet tibi: Euge, ſerve bone, & fidelis, &c. *Matth.* 25. *z* Ante languorem] mortis, ideſt, antequam infirmitas fiat languor. *a* Humilia te,] per pœnitentiam, quaſi dicat, medicina, quam dixi adhibendam, eſt humilitas pœnitentiæ, quæ conficitur ex his, quæ ſequuntur. *b* Et in tempore infirmitatis] ideſt, tentationis, vel peccati.

c Oſtende converſationem tuam,] ideſt, vitam tuam Sacerdoti per confeſſionem, qui eſt medicus ſpiritualis. Unde *ſup.* 17. Ante mortem confitere. *Luc.* 17. Ite, oſtendite vos Sacerdotibus. *d* Non impediaris] curis ſæculi. *e* Orare ſemper] voce, vel piæ mentis affectu, vel bona operando. 1. *Theſ.* 5. Sine intermiſſione orate. *Ibi Gloſſ.* Nunquam deſinit orare, qui non deſinit juſtus eſſe. Vel, ſemper] ideſt, in horis, & temporibus conſtitutis. *Luc.* 18. Oportet ſemper orare. *Epheſ.* 6. Orantes omni tempore in ſpiritu, & in ipſo vigilantes. Item [Non impediaris orare ſemper] amore parentum, *Matt.* 18. Si pes tuus ſcandalizat te, &c. Vel crapula, *Luc.* 21. Attendite vobis, ne forte graventur corda veſtra crapula, & ebrietate, & curis hujus vitæ. Vel diffidentia impetrandi. *Luc.* 11. Omnis qui petit, accipit. Vel ſocietate etiam ſancta. Chriſtus diſceſſit a Diſcipulis, ut oraret ſolus. *Matt.* 26. *f* Et non veteris,] ideſt, non credas vetari, ſive prohiberi. *g* Uſque ad mortem juſtificari,] ideſt, continuare opera juſtitiæ; ſicut nec Chriſtus dimiſit propter Joannem prohibentem eum, ſicut legitur *Matt.* 3. Joannes prohibebat eum. Reſpondens autem Jeſus, dixit ei; Sine modo ſic enim decet nos adimplere omnem juſtitiam. *h* Quoniam merces Dei,] ideſt, quam Deus dat, ſcilicet, vitam æternam. *i* Manet in æternum] *inf.* 36. Da mercedem, Domine, ſuſtinentibus te: Vel, merces Dei, eſt ipſe Deus. *Gen.* 15. Ego protector tuus, & merces tua magna nimis. *k* Ante orationem præpara animam tuam,] ideſt, iram vel odium, vel rancorem, ſi habes erga aliquem dimittendo: unde *Gloſſ.* Cum ſtas ad orandum, dimitte, ſi quid habes adverſus aliquem: unde *Matth.* 5. Si offers munus tuum ante altare: & ibi recordatus fueris, quod frater tuus habet aliquid adverſum te: relinque ibi munus tuum ante altare, & vade prius reconciliari fratri tuo: & tunc veniens offeres munus tuum, vel, præpara animam tuam, ideſt, cor tuum colligendo, locutiones ſuperfluas fugiendo. *l* Et noli eſſe quaſi] per duplicitatem, bene orando, & male agendo, vel labiis orando & corde per mundum vagando: unde *Deuter.* 6. *Matth.* 4. Non tentabis Dominum Deum tuum. Item tentat Deum, qui cum poſſit aliquid facere, periculoſe omittit. Item *Judith.* 8. arguit eos, qui Deo terminum impoſuerunt, dicens. Qui eſtis vos, qui tentatis Deum? *m* Memento iræ,] ideſt, vindictæ peccatorum.

a In

mento iræ in *a* die † conſummationis, & *b* tempus retributionis in † *c* converſione † facies. *d* Memento paupertatis in *e* tempore abundantiæ, & *f* neceſſitatem paupertatis in die divitiarum. A *g* mane uſque ad † veſperam immutabitur tempus, *h* & hæc omnia citata in oculis Dei. Homo *i* ſapiens in omnibus metuit: & in *k* diebus delictorum *l* attendet ab inertia. Omnis *m* aſtutus *n* agnoſcit Sapientiam: & *o* invenienti eam *p* dabit *q* confeſſionem, *r* Senſati in verbis & ipſi *ſ* ſapienter egerunt & *t* intellexerunt veritatem, & *u* juſtitiam, & *x* imploraverunt *y* proverbia & judicia. *ʒ* Poſt concupiſcentias tuas non *a* eas, & a † *b* voluntate tua avertere. Si *c* præſtes animæ tuæ *d* concupiſcentias ejus, *e* faciet te in gaudium inimicis tuis. Ne *f* oblecteris in turbis, *g* nec in modicis: *h* Aſſidua enim eſt commiſſio illorum. *i* Ne fueris mediocris in *k* contentione ex fœnore, & *l* non eſt tibi nihil in ſæculo

al. † conſumptionis. al † converſatione. al † faciei. *Sap.* 11. D al. † veſperum. al. † voluptate.

a In die conſummationis] ideſt, in die judicii, quod bonis erit conſummatio; ſed malis conſumptio. *b* Et tempus retributionis,] ideſt, opera digna retributione. *c* In converſione] ad Dominum, vel (in converſatione) bona facies, quaſi dicat, memor eſto judicii futuri & bona opera facies in præſenti. Unde *inf.* 31. Cogitatus præſcientiæ avertit ſenſum. *Gloſſ.* ab omni concupiſcentia. 2. *Cor.* 5. omnes nos manifeſtari oportet ante tribunal Chriſti, ut recipiat unuſquiſque prout geſſit in corpore ſuo, ſive bonum ſive malum. *d* Memento paupertatis] præteritæ, in qua natus es: præſentis, in qua conſtitutus es; futuræ, in qua futurus es poſt hanc vitam. *e* In tempore abundantiæ] temporalis, vel ſpiritualis, *ſup.* 11. In die bonorum, ne immemor ſis malorum. *Luc.* 16. Facite vobis amicos de mammona iniquitatis. 1. *Tim.* 6. Præcipe divitibus hujus ſæculi bene agere, divites fieri in bonis operibus, facile tribuere, communicare, theſaurizare ſibi bonum fundamentum in futurum, ut apprehendant vitam æternam. *f* Et neceſſitatem paupertatis, ideſt,] in abundantia tua memento neceſſitatis pauperum, ut eis ſubvenias. Vel (in die divitiarum] ſpiritualium, memento neceſſitatum paupertatis, quæ eſt in inferno, ut non intres in illam. *g* A mane uſque, &c.] quaſi dicat, cito mutatur fortuna, & ideo neceſſarium eſt prædicta facere. Vel, a mane, nativitatis, uſque ad veſperam, mortis. Vel a mane juventutis, uſque ad veſperam, ſenectutis. *Iſ.* 38. De mane uſque ad veſperam. *h* Et hæc omnia citata] ideſt, cito tranſeuntia, vel citata ad judicium, ad quod nos citat Dominus per ipſam rerum mutabilitatem, per flagella, per beneficia, per Scripturam, per inſpirationem, per mortem; & hæc eſt citatio peremptoria. *Eccl.* 12. Cuncta quæ fiunt, adducet Deus in judicium. *i* Homo ſapiens in omnibus] ne Deum offendat. *Prov.* 28. Beatus homo, qui ſemper eſt pavidus. *Job* 9. Verebar omnia mea, *inf.* 25. Beatus homo, cui donatum eſt habere timorem Dei. *k* Et in diebus delictorum] ideſt, in vita præſenti, quæ plena eſt delictis. Vel (in diebus delictorum) ideſt, in vita præſenti, in qua tantum poſſunt purgari peccata. *l* Attendet ab inertia,] quæ eſt pigritudo carnis arte vivendi, *Prov.* 6. Vade ad formicam, o piger. *Gen.* 18. Feſtinavit Abraham ad Saram, &c. Ibi *Gloſſ. Orig.* Sara accelerat, Abraham currit, puer feſtinat: non eſt piger in domo ſapientis. *m* Omnis aſtutus] ideſt, prudens, & diligens in lege Dei. *n* Agnoſcit ſapientiam] ideſt, approbat. Vel, agnoſcit ſapientiam, ideſt, Chriſtum qui in lege continetur. *Prov.* 14. Aſtutus conſiderat greſſus ſuos. *o* Et invenienti eam] ideſt, ſapientiam. *p* Dabit] ipſa ſapientia. *q* Confeſſionem] peccati vel laudis. Confeſſio igitur donum Dei eſt: ſi non habes confeſſionem, nondum inveniſti ſapientiam: ſi non inveniſti, non quæſiſti. *Sap.* 6. Invenitur ab his, qui quærunt eam. Vel, ſi quæſiviſti, non ubi eſt, quæſiviſti; Non invenitur in terra ſuaviter viventium. *Job* 28. Regina Auſtri venit in Judæam a finibus terræ quærere ſapientiam, & videre ſapientem Salomonem. *Matt.* 12. *r* Senſati in verbis] ideſt, qui veritatem intelligunt verborum, & dulcedinem ſentiunt. *ſ* Et ipſi ſapienter,] ut & verbo, & exemplo alios inſtruant. *Act.* 1. Cœpit Jeſus facere, & docere 2. *Cor.* 10. Quales ſumus verbo per epiſtolas abſentes, tales & præſentes in facto. *t* Et intellexerunt veritatem,] ideſt veram promiſſionem. *u* Et juſtitiam,] ideſt, judicii executionem, qua reddet unicuique ſecundum opera ſua. Vel, veritatem, & juſtitiam] ideſt, veram juſtitiam, quæ eſt vera præparatio ſedis Dei, ut dicit *Pſ.* 88. *x* Et imploraverunt,] ideſt, implorando orationibus, & bonis operibus impetraverunt. *y* Proverbia & judicia] ideſt, intelligentiam occultorum, & *inf.* 39. Occulta proverbiorum exquiret Sapiens, & in abſconſis parabolarum converſabitur.

ʒ Poſt concupiſcentias tuas] malas.

a Non eas] per opus aut conſenſum, *ſup.* 5. Non ſequaris in fortitudine tua cordis tui concupiſcentias. *Rom.* 7. Non concupiſces. Ibi *Gloſſ. Aug.* Non concupiſcere omnino, perfecti eſt, non ire poſt concupiſcentias, luctatoris. Quidam præcedunt concupiſcentias, ut illi qui provocant & procurant. Quidam comitantur, qui in cogitationibus illicitis commorantur. Quidam ſequuntur, qui conſentiunt, vel cooperantur. 2. *Reg* 3. Phaltiel ſequebatur Michol plorans. Phaltiel interpretatur evadens a Deo, Michol aqua omnis, ideſt, omnis voluptas communis. *b* Et a voluntate tua avertere,] ideſt, ne ſequaris voluntatem tuam; ſed potius abjice a te, ſi vis ſequi Dominum. *Luc.* 9. Si quis vult venire poſt me, abneget ſeipſum. *Iſa.* 58. Si glorificaveris eum, dum non facis vias tuas, & non invenitur voluntas tua: tunc delectaberis ſuper Domino. *c* Si præſtes animæ tuæ] ideſt, animalitati, ſive ſenſualitati tuæ. *d* Concupiſcentias ejus] quæ ſunt tres, concupiſcentia carnis, concupiſcentia oculorum, & ſuperbia vitæ. *Jo.* 2. Omne quod eſt in mundo, concupiſcentia carnis eſt, &c. a. alit. a. verum.

e Faciet te in gaudium inimicis tuis,] ideſt, dæmonibus, non quod dæmones aliquando gaudeant; ſed gaudium eorum dicitur impletio deſiderii eorum, & deriſio eorum qui irrident homines cum peccare fecerint. *Pſ.* 12. Qui tribulant me, exultabunt, ſi motus fuero. *Abac. inf.* 1. Ipſe de Regibus triumphabit, & tyranni ridiculi ejus erunt. *Judic.* 16 Samſon excœcatus poſitus eſt in ludibrium Philiſthæis. *f* Ne oblecteris in turbis] ſociorum vel famulorum, vel Diſcipulorum, vel nepotum, aut filiorum. *Amos* 6. Væ vobis, qui opulenti eſtis in Sion, & confiditis in monte Samariæ, Optimates capita populorum ingredientes pompatice domum Domini. *Job* 21. Semen eorum permanet coram eis, propinquorum turba, & nepotum in conſpectu eorum. Legitur *Matt.* 9. quod Dominus ejecit turbam antequam ſuſcitaret puellam.

g Nec in modicis,] ideſt, in paucis, ſupple oblecteris, quaſi dicat, nec etiam in multitudine, nec in paucitate ſociorum, ac famulorum oblecteris, ſed in bonitate. *h* Aſſidua enim eſt commiſſio illorum] ideſt, frequenter reſecant, quia unus alium exemplo & verbo trahit ad peccatum. *ſup.* 12. Non eſt ei bonum; qui aſſiduus eſt in malis, Vel ſic.

g In modicis,] ideſt, in peccatis venialibus non oblecteris.

h Aſſidua enim eſt commiſſio illorum] ideſt, peccatorum quorum contemptus poteſt eſſe mortalis, vel multitudo occaſio ruinæ. Unde *Greg.* Vitaſti grandia: cave, ne obruaris arena. *infr.* 39. Qui modica ſpernit, paulatim decidet.

i Ne fueris mediocris] ideſt, tepidus, & piger.

k In contentione ex fœnore] in labore fœnerandi, id eſt, talenti commiſſi multiplicando, quod oportet reddere cum uſura. *Marc.* 25. *Luc.* 19. Vel ſic. Ne fueris mediocris in contentione ex fenore, ideſt, non ſis lentus in contentione, quam ſequitur fœnus habendum in patria. *Luc.* 13. Contendite intrare per anguſtam portam. 1. *Cor.* 9. Omnis qui in agone contendit, ab omnibus ſe abſtinet. Vel ſic.

i Ne fueris mediocris] ſed ſtrenuus & hilaris, & alios ſuperans.

k In contentione ex fenore,] ideſt, erogatione eleemoſynæ, quod eſt Domino fenerare. *Prov.* 19. Fœneratur Domino, qui miſeretur pauperis.

l Et non eſt tibi nihil in ſæculo] ideſt, magnum emolumentum conſequeris ex tali multiplicatione, ſive ex tali contentione, & tali fenore. *Marc.* 10. Nemo eſt, qui reliquerit domum, aut fratres, aut agros propter me, qui non accipiet centies tantum, nunc in tempore hoc; & in futuro ſæculo vitam æternam.

Vel anthypophora eſt. Quaſi ne te excuſes per inopiam: quia ſi non habes pecuniam, ſive poſſeſſionem, quam dare poſſis; habes voluntatem, qua compati potes, quod plus eſt. Et ita (non eſt tibi nihil,] ideſt, eſt tibi aliquid

quod

quod potes dare. *Greg.* Non eſt manus vacua a munere, cujus arca cordis plena eſt bona voluntate.
a Eris enim invidus animæ tuæ] ſi piger fueris, ideſt, volens eam occidere fame, cum non labores, ut vivat.

eris *a* enim invidus † animæ tuæ.

al. † vitæ.

C A P. XIX.

Operarius *b* ebrioſus non *c* locupletabitur, & qui *d* ſpernit modica, *e* paulatim decidet. Vinum *f* & mulieres *g* apoſtatare faciunt *h* ſapientes, & *i* arguunt ſenſatos, & *k* qui ſe jungit fornicariis, erit *l* nequam. *m* Putredo, & vermes hæreditabunt illum, & *n* extolletur in exemplum majus, & *o* tolletur de numero anima ejus. *p* Qui credit cito, *q* levis corde eſt, & *r* minorabitur, & *ſ* qui delinquit in animam ſuam, *t* inſuper habebitur. Qui *u* gaudet iniquitate, *x* denotabitur, & qui *y* odit † correctionem, *z* minuetur vita,

al. † correptionem.

E X P O S I T I O C A P. XIX.

A

Operarius ebrioſus.] Hoc capitulum totum eſt contra maledicos. Quia vero maledicta jaculantur in epulationibus, & potationibus; ideo primo vituperat ebrietatem, & lenocinia. Secundo, prohibet cito credere malum de alio, ibi. Qui cito credit.] Tertio, vetat audita mala repetere, ibi. Ne iteres verbum.] Quarto, jubet corripere juxta formam Domini, *Matth.* 18. Si peccaverit in te frater tuus, &c. ibi. Corripe amicum tuum.] Quinto, jubet indulgere peccanti, ibi. Et da locum timori Altiſſimi.] Sexto, jubet diſcernere veros juſtos, & mendaciter corripientes, ibi. Et non eſt Sapientia nequitiæ diſciplina.] Dicit ergo.

b Operarius ebrioſus,] id eſt, aſſuetus inebriare ſe. *c* Non locupletabitur,] temporalibus divitiis, neque ſpiritualibus, licet operarius multo fortius otio vacans, non locupletabitur, ſi fuerit ebrioſus, *Prov.* 21. Qui diligit epulas in egeſtate erit, & qui amat vinum, & pinguia, non ditabitur. *Epheſ.* 5. Nolite inebriari vino, in quo eſt luxuria. *d* Et qui ſpernit modica,] ideſt, peccata venialia. Verbi cauſa. Verbum otioſum, riſum, potationes, commeſſationes, & cetera hujuſmodi dicit *Gloſſ.* *e* Paulatim decidet,] ideſt, caſui vicinatur. Vel decidet a fervore. Unde *Greg.* Vitaſti grandia: cave ne obruatis arena. Et alibi. Si curate parva negligimus, inſenſibiliter ſeducti audacter majora perpetramus. Vel ſic.

d Et qui ſpernit modica] ideſt, minima inſtituta regularis vitæ. Verbi cauſa; Silentium, inclinationes, & hujuſmodi. *e* Paulatim decidet in contemptum majorum, vel in peccatum mortale. Vita enim clauſtralis eſt ſicut navis, in qua ſi minima deficiant, ideſt, ſtupa, clavus, & cera, & hujuſmodi, paulatim ſubintrat aqua, & demergitur in profundum. Unde *Matt.* 4. Qui ſolverit unum de mandatis minimis, & docuerit ſic homines, minimus vocabitur in regno cælorum, ideſt, in Eccleſia. *f* Vinum, & mulieres] ideſt, ebrietas, vel potius ebrioſitas, & fornicatio.

g Apoſtatare faciunt] ideſt, jugum Domini abjicere.
h Sapientes] multa ſcientes, ut patet in Noe, *Gen.* 9. & in Loth, *Gen.* 19. qui ambo ſemel inebriati deliquerunt. Et Salomon, 3. *Reg.* 11. qui propter mulieres idola in ſenectute adoravit.

Et Adam ne moleſtaret ſuas delicias, pomum vetitum manducavit, *Gen.* 3. De hoc *Oſ.* 4. Fornicatio, vinum, & ebrietas auferunt cor, *Prov.* 20. Luxurioſa res vinum, & tumultuoſa ebrietas.

i Et arguunt,] ideſt, dignos argutione faciunt, ſenſatos prius etiam ſi ſemel ceciderunt in hoc.

k Et qui ſe jungit fornicariis] mulieribus per convictum, quia ex convictu formantur mores.

l Erit nequam] ideſt, non æquus, vel non quis, vel necans quem, ideſt, ſpiritum, 1. *Cor.* 5. Ne commiſceamini fornicariis. Item 2. *Cor.* 6. Nolite jugum ducere cum infidelibus. *m* Putredo & vermes &c.] qui ſe jungit fornicariis, ideſt, inſeparabiliter poſſidebunt.

Putredinem dicit fœtorem gehennæ, vermes, corroſiones damnatæ conſcientiæ, *ſup.* 10. Cum morietur homo, hæreditabit ſerpentes, & beſtias, & vermes, *Iſa.* 14. Subter te ſternetur tinea, & operimentum tuum erunt vermes. *n* Et extolletur in exemplum majus,] ideſt, ſuſpendetur in altum, ad litteram propter furtum vel homicidium, quod cauſa fornicationis ſæpe committitur, ut alii corrigantur. Propter hoc etiam patibula ponuntur in alto loco, ut ab omnibus videantur. Et uxor Loth verſa eſt in ſtatuam ſalis, ideſt, in condimentum, *Gen.* 19. Et hoc eſt, quod dicitur *Prov.* 19. Peſtilente flagellato, ſtultus ſapientior erit. *Job* 17. Poſuit me, quaſi in proverbium vulgi, & in exemplum ſuum coram eis, *Nahum* 3. Contumeliis afficiam te, & ponam te in exemplum, *Ezech.* 5. Eris opprobrium, & blaſphemia, exemplum, & ſtupor in Gentibus. Vel ſic. [Extolletur in exemplum majus] ideſt, fiet exemplum majorum peccatorum, cum ita graviter puniuntur pro fornicatione, quæ etſi eſt majoris infamiæ; tamen eſt aliquando minoris culpæ. *o* Et tolletur de numero] Sanctorum anima ejus, quia immunda, & polluta; Sancti autem mundi, & clari, & digni, *Nam.* 13. Erit manus mea ſuper prophetas, qui vident vana, & divinant mendacium, in conſilio populi mei non erunt, & in Scriptura domus Iſrael non ſcribentur, *Nehem.* 7. Hi quæſierunt Scripturam Genealogiæ ſuæ, & non invenerunt, & electi ſunt de Sacerdotio. *p* Qui credit cito,] ideſt, ſubito ſine deliberatione, qui vel quis, vel ad quid loquatur, vel ſine inſpiratione: quæ tamen lege privata non ducitur. *q* Levis eſt corde] ideſt, ea vitio levitatis cordis eſt, quod homo ſubito credit. Contra 1. *Cor.* 13. Charitas omnia credit.

Item Centurio commendatur, quia cito credidit. *Matth.* 8.

Item *Act.* 2. Factus eſt repente de cœlo ſonus. Ita *Gloſſ.* Neſcit tarda rerum molimina Spiritus Sancti gratia. Solutio. Aliud eſt ipſa promptitudo bonæ voluntatis ad omne bonum; aliud levitas animi.

Cum dicitur: Charitas omnia credit, deſcribitur perfectio bonæ voluntatis prompiæ ad omne bonum; hic deſcribitur levitas animi parata etiam ad mala. Ad ſecundum dicimus, quod facilitas, ſive velocitas credendi cum diſcretione, vel inſpiratione bona eſt, & hæc commendata fuit in Centurione: Facilitas credendi ſine deliberatione mala eſt, & hæc vituperatur hic. Unde 1. *Joan.* 2. Nolite credere omni ſpiritui; ſed probate ſpiritus, ſi ex Deo ſint, *Judith.* 8. Quod facere diſpoſui, probate, ſi ex Deo eſt, *Matt.* 24. Si dixeriat vobis: ecce in deſerto eſt; nolite exire: ecce in penetralibus; nolite credere. Sequitur.

r Et minorabitur] ſenſu, & virtute, fama, & ſubſtantia: Et hoc, quia voluit magnificari, *infr.* 43. Luna ſignum eſt Dei feſti, luminare, quod minuitur in conſummatione. Vel. *p* Qui credit cito] adulatoribus bene de ſe dicentibus: vel detractoribus mala de aliis narrantibus: vel hæreticis falſa dicentibus: vel Philoſophis aut Poetis vana ſcribentibus.

q Levis corde eſt, & minorabitur] intellectu veritatis: Veritas enim vanitati, & falſitati contraria eſt.

ſ Et qui delinquit in animam ſuam] ideſt, in ſeipſum, vel in ſpiritum ſuum, qui eſt anima humanæ naturæ.
t Inſuper habebitur] ideſt, pro ſuperfluo, & inter ſtultos reputabitur, *ſup.* 10. Peccantem in animam ſuam quis juſtificabit? Vel ſic.

ſ Qui delinquit in animam ſuam,] ideſt, qui derelinquit in anima ſua jacula diaboli. *t* Inſuper habebitur] ideſt, in ſuperficie erumpente ſanie infirmus, & peccator manifeſtabitur, & putredo interius.

u Qui gaudet iniquitate] ideſt, in perpetratione iniquitatis ſuæ, vel alienæ.

x Denotabitur,] ideſt, notabilis fiet bis per characterem, ideſt, cauterium ſicut fur, *ſup.* 5. Denotatio peſſima ſuper bilinguem.

Vel denotabitur] ideſt, de nota, in qua ſcriptus erat, delebitur, ut non ſcribatur in groſſa littera. Sicut enim coria Romana litteræ primo ſcribuntur in nota, & poſtea cum approbatæ fuerint in groſſa littera, & bullantur.

Sic in cœleſti coria primo ſcribitur quilibet in notula per gratiam; poſtea vero ſi approbatus fuerit, ſcribitur in groſſa littera per gloriam, & bullatur bulla ſummi Pontificis, quæ non poterit a litteris ſeparari.

y Et qui odit correctionem,] ideſt, qui non vult corrigi.

z Minuetur vita] triplici, naturæ, gratiæ, & gloriæ, *Prov.* 29. Viro, qui corripientem dura cervice contemnit, repentinus ei ſuperveniet interitus, & eum ſanitas non ſequetur, *infr.* 31. Qui defraudat vitam, mors, id eſt, mortale peccatum.

a Et

a Et qui odit loquacitatem] in ſe & aliis loqui, quæ non proſunt, vel audire.
b Extinguit malitiam] detractionis. *Prov.* 25. Ventus Aquilo diſſipat pluvias; & facies triſtis linguam detrahentem. *Pſ.*58. Gladius acutus in labiis eorum, quoniam quis audivit? quaſi dicat, ſi non eſſet auditor, non inveniretur detractor, *inf.* 28. Noli audire linguam nequam, & ori tuo facito oſtia, & ſeras auribus tuis. Item *ibid.*

B

Supr. 10. Si expueris ſuper illam, extinguetur, ideſt, ſi vilipenderis linguam nequam, ceſſabit a detractione.
c Qui peccat in animam ſuam,] ita quod non in alios, polluendo eam pravis cogitationibus & deſideriis malis, & operibus iniquis.
d Pœnitebit,] ideſt, pena eum tenebit in futuro, niſi hic pœnituerit.
e Et qui jucundatur in malitia,] ideſt, qui lætatur, cum male fecerit.

& *a* qui odit loquacitatem *b* extinguit malitiam. *c* Qui peccat in animam ſuam, *d* pœnitebit, & *e* qui jucundatur in malitia, *f* denotabitur. Ne *g* iteres verbum durum & nequam, & non *h* minoraberis. *i* Amico, & inimico *k* noli narrare ſenſum tuum, & ſi *l* eſt tibi delictum, *m* noli denudare. *n* Audiet enim te, & *o* cuſtodiet te, *p* & quaſi defendens peccatum *q* odiet te, & ſic *r* aderit tibi ſemper. *ſ* Audiſti verbum *t* adverſus proximum tuum? *u* commoriatur in te, *x* fidens quoniam non te dirumpet. A *y* facie verbi *z* parturit fatuus, tanquam gemitus partus infantis. *a* Sagitta infixa femori † canis; ſic *b* verbum in corde ſtulti. *c* Corripe amicum, ne forte † non intellexerit, & *d* dicat: non feci; *e* aut ſi fecerit, *f* ne iterum addas facere.

f Deuotabitur] ideſt, de nota libri vitæ delebitur, quando ei dicetur, & aliis impiis: Diſcedite a me maledicti in ignem æternum, qui paratus eſt diabolo & Angelis ejus *Matt.* 25. Vel. Denotabitur] ideſt, notabilis digito monſtrabitur. *Pſal.* 51. Super eum ridebunt & dicent: Ecce homo, qui non poſuit Deum adjutorem ſuum. *g* Ne iteres verbum durum,] ideſt, nequam, & contumelioſum verbum ſi ſemel dixiſti alicui, non repetas. vel quod malitioſe concepiſti, peſſimo facto ne replices. *Prov.* 17. Qui celat delictum, quærit amicitias; qui altero ſermone repetit, ſeparat fœderatos. Vel ſic. (Ne iteres verbum durum & nequam,) ideſt, poſt confeſſionem non committas quæ oporteat iterum confiteri: vel ſi malum de aliquo audiſti, ne repetas aliis referendo, *inf. eod.* Audiſti verbum adverſus, &c. Et *inf.* 42. Non duplices ſermonem auditus. Vel ſic. Ne iteres verbum durum, & nequam,] ideſt, non defendas, quod male dixiſti, vel male feciſti, ſicut Adam, & Eva. Unde *ſup.* 7. Non alliges peccata duplicia. *h* Et non minoraberis] fama vel gratia, vel amiſſione capitis, ideſt, Chriſti, qui eſt caput viri, 1. *Cor.* 11. Vel amiſſione pedum, ideſt, ſanctarum affectionum, *inf.* 32. Qui credit Deo, attendit mandatis, & qui confidit in illo, non minoratus erit.
i Amico, & inimico,] ideſt, Catholico & hæretico.
k Noli narrare ſenſum tuum,] ideſt, pandere occulta. Vel ſic. Amico, vel inimico noli narrare ſenſum tuum, ideſt, cuilibet paſſim non referas, vel reveles ſecretum, ſive conſilium tuum.
Unde *ſup.* 6. Multi pacifici ſint tibi, & conſiliarius ſit tibi unus de mille. Vel amicus, & inimicus ſimul, eſt carnalis amicus, qui amat tua; ſed odit te. Vellet enim quod eſſes mortuus, ut haberet tua, *Mich.* 6. Inimici hominis domeſtici ejus. Tali noli revelare conſilium tuum, *inf.* 37. Noli conſiliari cum ſocero tuo, & a zelantibus te abſconde conſilium. *Mich.* 7. Noli credere amico, & noli confidere in duce.
l Et ſi eſt tibi delictum] occultum. *m* Noli denudare] ideſt, publicare, & prædicare, ſicut legitur *Iſa.* 3. Peccatum ſuum quaſi Sodoma prædicaverunt, nec abſconderunt. Et 2. *Reg.* 16. legitur. Ingreſſus eſt Abſalon ad concubinas patris ſui coram univerſo Iſrael. Vel, Et ſi eſt tibi delictum] occultum (noli denudare) cuilibet paſſim; ſed paucis, & talibus, qui poſſint, & ſciant conſulere, & abſolvere, *ſup.* 11. Non omnem hominem inducas in domum tuam. Confeſſori autem omnia hujuſmodi ſunt revelanda, *Iſaiæ* 47. Denuda turpitudinem tuam, diſcooperi humerum tuum, revela crura, tranſi flumina, *Prov.* 28. Qui abſcondit ſcelera ſua, non dirigetur; qui autem confeſſus fuerit, & reliquerit ea, miſericordiam conſequetur. Vel Confeſſoribus dicitur hoc. *l* Et ſi eſt tibi delictum] cognitum vel commiſſum per confeſſionem.
m Noli denudare,] ideſt, revelare, *Prov.* 11. Qui ambulat fraudulenter, revelat arcana. Cauſam autem quare paſſim non eſt revelandum ſecretum cuilibet, ſubjungit.
n Audiet enim te] inimicus.

o Et cuſtodiet te] ideſt, obſervabit te inſidiando. *p* Et quaſi defendens peccatum] tuum adulatorie, vel inſidioſe, donec totum audiat.
q Odiet te] ideſt, ex odio peccatum nutriet in te, *inf.* 37. A conſiliario malo ſerva animam tuam, ne forte mittat ſudem in terra, & dicat tibi: bona eſt via tua, & ſtet econtrario videre, quid tibi eveniat.
r Et ſic aderit tibi ſemper] inſidiando ore amicus, & corde inimicus, *Num.* 33. Qui remanſerint, erunt vobis quaſi clavi in oculis, & lanceæ in lateribus, & adverſabuntur vobis in terra habitationis veſtræ.
ſ Audiſti verbum] detractionis vel infamiæ.
t Adverſus proximum tuum,] ideſt, quemlibet hominem. al. † carnis.
u Commoriatur in te,] id eſt, quam cito concipitur apud te, moriatur in corde tuo, ut fœtus abortivus, ut nec tu retineas, nec aliis referas. *x* Fidens quoniam non te dirumpet] ut vinum utrem, ſicut legitur de Eliu. *Job* 32. Plenus ſum ſermonibus, & coarctat me ſpiritus uteri mei: En venter meus quaſi muſtum abſque ſpiraculo, quod lagunculas novas dirumpit. *Prov.* 15. Os fatuorum ebullit ſtultitiam. al. † habet non.
Prohibet autem hic Auctor ſecundum genus detractionis. Diſtinguitur enim triplex genus ſuper illud *Pſal.* 100. Detrahentem ſecreto proximo ſuo, hunc perſequebar, &c. *Triplex genus detractionis.*
Primum eſt malum libenter dicere de alio.
Secundum eſt audita mala cum augmento referre.
Tertium eſt libenter audire.
y A facie verbi,] ideſt, ab auditione, vel cogitatione alicujus novelli.
z Parturit fatuus tanquam gemitus infantis,] ideſt, ſicut mulier parturiens cum dolore emittit partum; ita detractor dicit ſe cum dolore referre, quod audivit.
Ait enim: Doleo, quod dico, ſed non poſſum continere.
a Sagitta infixa femori canis; ſic verbum in corde ſtulti] ideſt, ſicut canis infixam ſagittam femori ſuo connititur extrahere, nec quieſcit, donec eam extraxerit; ſic ſtultus non quieſcit, donec evomuerit, quod audivit, vel cogitavit malum de aliquo.
Item canis infixam ſagittam femori ſuo mordet; ſic ſtultus verbum quod audivit, mente pertractat. Sagitta volat, vulnerat, & tranſit; ſed vulnus manet: ſic malum illatum detractore.
Unde *Jer.* 9. Sagitta vulnerans lingua eorum. Detractor autem canis dicitur, quia omnibus oblatrat, quia immundus, *ſup.* 13. Quæ communicatio ſancto homini ad canem? Aliqui libri habent
a Sagitta infixa femori carnis,] quæ cito ſentit dolorem.
b Sic verbum in corde ſtulti] dolorem incutit, donec ejectum fuerit.
c Corripe amicum, ne forte intellexerit] te ſcire, & tacendo fovere.
d Et dicat, non feci] malum, ſcilicet: quia ſi eſſet malum, utique me comprehenderet. Et nota, quod dicit (Corripe amicum) Debet enim peccator dulciter corripi, & amicabiliter, ſicut dicitur 2. *Theſſ.* 3. Nolite quaſi inimicum æſtimare illum; ſed corripite ut fratrem, *Matth.* 18. Si peccaverit in te frater tuus; vade & corripe eum inter te, & ipſum ſolum. Aliqui libri habent ſic.
c Corripe amicum, ne forte non intellexerit] eſſe peccatum, quod facit; vel non eſſe tantum, quantum eſt.
d Et dicat] excuſando ſe, non feci peccatum ſcilicet, *Prov.* 30. Talis eſt via mulieris adulteræ; quæ comedit, & tergens os ſuum dicit: Non ſum operata malum.
e Aut ſi fecerit] ideſt, ſe feciſſe cognoverit, corripe eum.
f Ne iterum addat facere] illud idem quod fecit, *Prov.* 26. ſicut canis, qui revertitur ad vomitum ſuum; ſic imprudens qui iterat ſtultitiam ſuam. Sequitur.

a Corri-

Digitized by Google

a Corripe proximum, ne b forte non dixerit, & ſi c dixerit, ne d forte iteret. e Corripe amicum: f ſæpe enim fit commiſſio, & g non omni verbo credas. Eſt h qui labitur lingua ſua; i ſed non ex animo. Quis k eſt enim, qui non deliquerit in lingua ſua? l Corripe proximum, m antequam commineris, & n da locum timori Altiſſimi: o quia omnis Sapientia timor Dei. Et in illa p timere Deum, & in q omni Sapientia diſpoſitio legis. Et non r eſt ſapientia nequitiæ diſciplina, & ſ non eſt cogitatus bonus t peccatorum prudentia. Eſt u prudentiæ nequitia, & in x ipſa execratio, & y eſt inſipiens, z qui minuitur a ſapientia. b Melior eſt homo, qui † minuitur ſapientia, & c deficiens ſenſu in d timore, quam e qui abundat ſenſu, & ſ tranſgreditur legem Altiſſimi. Eſt g ſolertia certa, & h ipſa iniqua, & i eſt qui emittit verbum certum k enarrans veritatem. Eſt l qui nequiter humiliat ſe, & m interiora ejus n plena ſunt dolo, & eſt o juſtus, qui ſe p nimium q ſubmittit a multa humilitate, & r eſt juſtus, qui ſ inclinat faciem, t & fingit non videre ſe, quod u ignoratum eſt.

a Corripe proximum] peccantem coram te. b Ne forte non dixerit] malum, quod ei imponitur. c Et ſi dixerit] corripe eum. d Ne forte iteret] putans non eſſe malum, quod dixerit; vel non eſſe peccatum, quantum eſt. e Corripe amicum] ideſt, amicabiliter ut tuum amicum. f Sæpe enim fit commiſſio] ideſt, facile peccat, *Prov.* 24. Septies in die cadit juſtus, & reſurgit, *Eccl.* 7. Non eſt juſtus in terra, qui faciat bonum, & non peccet, *Jac.* 3. In multis offendimus omnes. Ideo qui præſunt, leniter debent corrigere peccatores, maxime in principio, *Gal.* 6. Fratres, etſi præoccupatus fuerit homo in aliquo delicto, vos, qui ſpirituales eſtis, hujuſmodi inſtruite in ſpiritu lenitatis; conſiderans teipſum, ne & tu tenteris. g Et non omni verbo credas] adulantis tibi, *Prov.* 1. Fili, ſi te lactaverint peccatores, ne acquieſcas eis. Vel accuſantis alium tibi, *ſupra* 11. Bona in mala convertens inſidiatur, & in Electis imponet maculam. Vel ſic. (Non omni verbo credas) ideſt, non ſemper judices ſecundum verba; ſed prius, quam judices, diligenter inquire veritatem, *Job* 29. Cauſam, quam neſciebam, diligentiſſime inveſtigabam. Quare autem non ſit credendum, ſubdit. h Eſt, qui labitur lingua ſua] dicens non dicenda ſimpliciter, vel ignominiam. i Sed non ex animo] ideſt, non ex certa ſcientia, ſive ex malitia. k Quis eſt enim qui non deliquerit in lingua ſua] vel tacendo, quando loquendum eſſet; vel multis aliis modis, quibus peccatur in lingua, adulando, detrahendo, mentiendo, teſtimonium falſum ferendo, deridendo, clamando: turpia, vana, otioſa, pernicioſa loquendo, jactando, increpando, cantando, legendo, comedendo, propter quæ, & multa alia dicit *Jacob* 3. Linguam nullus hominum domare poteſt: eſt enim inquietum malum, plena veneno mortifero, *inf.* 22. Quis dabit ori meo cuſtodiam, & ſuper labia mea ſignaculum certum, ut non cadam in ipſis, & lingua mea perdat me? l Corripe proximum] peccantem. m Antequam commineris] pœnam. Multo fortius antequam percutias gladio, vel convitio, vel anathemate. Ecce quam pulchrum ordinem ſequitur Auctor. Primo caſtigatur intellectus, *ibi*. (Corripe amicum, ne forte non intellexerit.) Secundo, manus, *ibi*. (Aut ſi fecerit.) Tertio os, *ibi*. (Corripe proximum, ne forte non dixerit.) Quarto, frequentia lapſus, *ibi*. (Corripe amicum: ſæpe enim fit commiſſio.) Quinto, præcipitur ordo evangelicus corripiendi, *ibi*. (Antequam commineris:) Sequitur. n Et da locum timori Altiſſimi,] ideſt, vindictæ Dei, quæ valde timenda eſt, *Rom.* 12. Mihi vindictam, & ego retribuam. Sumptum de *Ezech.* 9. Secundum aliam editionem, *Deut.* 32. Mea eſt ultio, & ego retribuam, *Pſal.* 93. Deus ultionum Dominus. Sed multi hanc auctoritatem volunt auferre Deo: qui de omnibus injuriis ſuis ſe volunt vindicare, *inf.* 37. Qui vindicari vult, inveniet vindictam a Domino. Quare autem dari debeat locus timori Domini, ſubdit. o Quia omnis Sapientia timor Dei,] ideſt, a timore Dei. Unde *ſup.* 1. Initium Sapientiæ timor Domini. Hic autem dicitur ſapientia timor, propter inſeparabilem comitantiam timoris, & ſapientiæ. Simile *Job* 28. Ecce timor Domini ipſa eſt ſapientia. p Et in illa] ſapientia (timere Deum) diſcitur, vel dignoſcitur: dicitur *Gloſſ. Rab.* ſupplet, diſcit homo, quaſi dicat, timor Dei initium, & cuſtos Sapientiæ; Sapientia vero Magiſtra timoris: Docet enim quis timendus eſt, & quis amandus. q Et, &c.] ideſt, lex Domini diſpoſita, & ordinata eſt ſapienter; vel in lege Domini eſt omnis ſapientia, ideſt, perfecta ſapientia. r Et non eſt ſapientia nequitiæ,] ideſt, ſapientia non docet, ut aliquid nequiter fiat, *Jacob.* 3. Quæ deſurſum eſt ſapientia, primum quidem pudica eſt, deinde pacifica. Ex hoc patet, quod Necromantia non eſt ſapientia, niſi forte terrena, animalis, aut diabolica.

C

ſ Et non eſt cogitatus bonus,] in tali diſciplina, ideſt, ſtudium hujuſmodi diſciplinæ malum eſt, *ſup.* 3. Multos ſupplantavit ſuſpicio eorum, & in vanitate detinuit ſenſus illorum.

t Peccatorum prudentia] ideſt, prudentia carnis, vel ſæculi, quam habent, & exquirunt peccatores.

u Eſt prudentiæ nequitia] ideſt, prudentia nequam, vel abuſus prudentiæ, *Rom.* 8. Prudentia carnis inimica eſt Deo: legi enim Dei non eſt ſubjecta. al. † deficit.

x Et in ipſa execratio,] ideſt, ipſa nequitia prudentiæ, ſive prudentia nequam execrabilis eſt *ſup* 17. Nimis odito execrationem.

D

y Et eſt inſipiens,] ideſt, ſimplex modicum ſciens.

z Qui minuitur ſapientia,] ideſt, ſubtili cognitione Myſteriorum, ſed non obſervantia mandatorum: ut Beatus Martinus minus ſapiens fuit in hujuſmodi ſapientia Hieronymo; non tamen minus bonus. Vel ſic.

y Eſt inſipiens] mundo.

z Qui minuitur] divitiis, & humiliatur.

a Sapientia] ideſt, per Sapientiam, relinquens omnia propter ipſam, 1. *Cor.* 3. Si quis inter vos videtur ſapiens eſſe in hoc ſæculo, ſtultus fiat, ut ſit ſapiens.

b Melior eſt homo, qui minuitur ſapientia] ideſt, ſubtilitate quæſtionum, & ſcientia myſteriorum.

c Et deficiens ſenſu,] ideſt, intelligentia Scripturarum.

d In timore] ideſt, habens Dei timorem.

e Quam qui abundat ſenſu,] ſcilicet, ſcientia, & intelligentia Scripturarum.

f Et tranſgreditur legem Altiſſimi] quaſi dicat, melior eſt bona vita ſine ſcientia, quam ſcientia magna ſine bona vita, *Prov.* 12. Melior eſt pauper, & ſufficiens ſibi, quam glorioſus, & indigens pane virtutum.

g Eſt ſolertia certa,) ideſt, aſtutia ad deficiendum ex certo propoſito.

h Et ipſa iniqua] eſt ut in hæreticis, & in arioliſ, & hypocritis; magis autem in Antichriſto, qui caput eſt eorum.

i Et eſt, qui emittit verbum certum] ideſt, verus Prædicator, qui verbum, quod prædicat, rationibus, & auctoritatibus, & operibus ædificat.

k Enarrans veritatem,] juſtitiæ, doctrina vitæ. Propter quod dicitur *Ezech.* 21. Tripliciter gladius interfectorum.

l Eſt qui nequiter humiliat ſe] exterius, ideſt.

m Et interiora ejus,] ideſt, intentio, & deſiderium.

n Plena ſunt dolo) ideſt, nequitia ſimulata, & hypocriſi. Ut *Joab* 2. *Reg.* 20. Et Iſmael *Jer.* 41. Et hæretici omnes, & hypocritæ, de quibus *Matth.* 7. Attendite a falſis prophetis, qui veniunt ad vos, &c.

o Et eſt juſtus] putativus, ſive fictus.

p Qui ſe nimium ſubmittit a multa humilitate,) interiori, ut veram mentiatur humilitatem, *ſup.* 12. Et ſi humiliatus vadat curvus, abjice animum tuum, & cuſtodi te ab illo. *Prov.* 26. Quando ſubmiſerit vocem ſuam, ne credideris ei: quoniam ſeptem nequitiæ ſunt in corde illius. *Gloſſa* exponit de vero Juſto ſic.

o Et eſt juſtus,] verus, ideſt, Chriſtus. *Pſalm.* 10. Juſtus Dominus & juſtitias dilexit. p Qui ſe nimium) ideſt, valde. q Submittit a multa humilitate. *Phil.* 2. Semetipſum exinanivit formam ſervi accipiens. r Et eſt juſtus] nomine tenus hypocrita ſcilicet. ſ Qui inclinat faciem] exteriorem, quaſi ſimplex. t Et fingit non videre] ideſt, ſe neſcire, cum ſciat. u Quod ignoratum eſt) ab aliis. Ex hypocriſi enim dicit, non ſum major patribus meis; malens videri, vel dici humilis, quam ſciens: quia majorem laudem inde conſequitur. Vel ſic. r Et eſt juſtus) magiſter Theologus. ſ Qui inclinat faciem) ſuper quaternum in pulpito. t Et fingit ſe non videre,) ideſt, ſe non reſpicere in quaterno ante ſe poſito. u Quod ignoratum eſt) ideſt, illud quod dicit, quaſi ignoratum aliis, quaſi dicat; quod dico, non video in quaterno; ſed inveni, & corde teneo. Arrogantia eſt hæc. Unde *Job* 15. dicit Eliphaz. Quid noſti, quod ignoremus? quid intelligis, quod neſciamus?

a Et

a Et ſi ab imbecillitate virium,] ideſt, ex infirmitate, vel paupertate, vel loci, vel temporis importunitate. *b* Vetetur peccare] ideſt, malitiam conceptam opere adimplere. *c* Si invenerit tempus,] ideſt, opportunitatem.

B *d* Malefaciendi, malefaciet] *inf.* 20. Eſt qui vetatur præ inopia peccare, & in requie ſua ſtimulabitur. *Job* 39.

Et ſi *a* ab imbecillitate virium *b* vetetur peccare, ſi *c* invenerit tempus *d* malefaciendi, malefaciet. Ex *e* viſu *f* cognoſcitur vir: & ab *g* occurſu faciei *h* cognoſcitur ſenſatus. *i* Amictus corporis, & k riſus dentium, & *l* ingreſſus hominis † enunciant de illo. Eſt † *m* correctio mendax in *n* ira contumelioſi: & eſt *o* judicium, quod non probatur eſſe bonum: & eſt *p* tacens, & ipſe *q* eſt prudens.

C A P. X X.

Quam *r* bonum eſt arguere, quam *ſ* iraſci, & *t* confitentem in *u* oratione non *x* prohibere; *y* concupiſcentia ſpadonis *z* devirginavit juvenculam; ſic *a* qui facit per vim *b* judicium iniquum. Quia *c* bonum eſt correptum *d* manifeſtare pœnitentiam: ſic *e* enim *f* effugies voluntarium peccatum. Eſt *g* tacens, qui *h* invenitur ſapiens, & *i* eſt odibilis qui k procax eſt ad loquendum. Eſt autem *l* tacens non habens ſenſum loquelæ: & eſt *m* tacens ſciens tempus *n* apti temporis. Homo *o* ſapiens tacebit uſque ad tempus: *p* laſcivus autem *q* & imprudens non † *r* ſervabit tempus.

Qui *ſ* multis utitur verbis, *t* lædet animam ſuam, & qui *u* poteſtatem ſibi *x* aſſumit injuſte, *y* odietur.

Cum fuerit tempus, in altum alas erigit ſtruthio, ſcilicet per quem ſignificatur hypocrita. *e* Ex viſu] ideſt, ex vultu viſibili, vel ex ſignis viſibilibus, *f* Cognoſcitur vir,] ideſt, affectus interior viri. *g* Et ab occurſu faciei] ideſt a facie exteriori occurrente oculis hominum. *h* Cognoſcitur ſenſatus,] ideſt diſcernitur ab inſenſato, *ſup.* 13. Cor hominis immutat faciem ejus, ſive in bono, ſive in malo. *Prov.* 17. In facie prudentis lucet ſapientia. *Eccl.* 8. Sapientia hominis lucet in vultu ejus. *Auguſtinus.* Impudicus oculus impudici cordis eſt nuncius.

al. † enunciat. al. † parſatus.

Heu! quam difficile eſt crimen non prodere vultu!

i Amictus corporis,] ideſt, habitus proprius, & ſervorum. k Et riſus dentium] ideſt inordinatus riſus, quo dentes apparent. *l* Et ingreſſus hominis enunciant de illo] ideſt extra nunciant qualis ſit interius. Frequenter enim ex habitu corporis cognoſcitur habitus mentis, vel cordis. Unde Adam poſt peccatum veſtitus fuit pellibus, in ſignum mortalitatis. *Gen.* 3. Et Chriſtus clamyde coccinea in ſignum integræ, ſive intrinſecæ charitatis. *Matth.* 37. Et 3. *Reg.* 14. Dixit Jeroboam uxori ſuæ: Commuta habitum tuum ne cognoſcaris. Sed contra hoc videtur *ſup.* 11. Non laudes virum in ſpecie ſua, nec ſpernas hominem in viſu ſuo. Sol. Ibi vocat auctor ſpeciem, corporis venuſtatem, propter quam non eſt homo laudandus: quia fallax gratia, & vana eſt pulchritudo. *Prov. ult.* Hic autem per actus exteriores docet cognoſcere affectum interiorem. Quales enim fructus apparent, talis eſt & arbor. *Matth.* 7. Non poteſt arbor bona fructus malos facere. *m* Eſt correctio mendax] quæ non eſt ex compaſſione charitatis illius, qui corrigit, nec ab emendatione illius qui corrigitur, ſed ex ira, vel ad oſtentationem fictæ charitatis. *n* In ira contumelioſi,] ideſt contumelias ex ira pro correctione inferentis. *Prov.* 14. In ore ſtulti virga ſuperbiæ, ideſt ſuperba correctio. E contrario virga Aaron amygdala profert: *Num.* 17. *o* Et eſt judicium, quod non probatur eſſe bonum.] Verbi gratia Temerarium, præſumptuoſum, ſuſpicioſum, & indiſcretum. De quibus dicitur *Matth.* 7. Nolite judicare. Vel judicium appellatur correctio, quæ non eſt bona, quando eſt ſine diſcretione & compaſſione. *Lev.* 19. Nolite facere iniquum aliquid in judicio, in regula, in pondere, in menſura. *p* Et eſt tacens] ad litteram, pro tempore. *q* Et ipſe eſt prudens] quia opportunitatem loquendi & tacendi attendit, *inf.* 20. Eſt tacens ſciens tempus, ideſt opportunitatem apti temporis. *Prov.* 17. Stultus ſi tacuerit, ſapiens reputabitur. Vel ſic. Eſt tacens, ideſt, ſine loquacitate cum lenitate corripiens. Et ipſe eſt prudens: *Prov.* 10. In multiloquio peccatum non deerit; qui autem moderatur labia ſua, ſapientiſſimus eſt.

E X P O S I T I O C A P. X X.

Quam bonum eſt arguere, &c.] In hoc cap. agitur de moderatione ſermonis per totum, & diſcretione donationis pariter. Et monet Auctor ad modeſtiam & diſcretionem ſermonis in judicando, in ordinando, in orando, in prædicando, & corrigendo. Unde dicit. *r* Quam bonum eſt arguere] delinquentes, modeſte. 2. *Tim.* 4. Argue, increpa, obſecra. *ſ* Quam iraſci] ſupple, quam bonum eſt iraſci vitiis, & peccatis, iraſci per zelum: De qua *Pſal.* 4. Iraſcimini & nolite peccare. *Chryſ.* Juſta ira mater eſt diſciplinæ. Itaque non peccat, qui ſic peccatis iraſcitur. Sed e contra ubi iratus fuerit, peccat. Vel ſic. *r* Quam, &c.] ideſt melius arguere peccatorem modeſte. *ſ* Quam iraſci] ideſt, quam acerbe increpare, vel quam odire peccatorem.

Lev. 19. Non oderis fratrem tuum in corde tuo, ſed publice argue eum. 1. *Tim.* 5. Peccantem coram omnibus argue. *t* Et confitentem,] peccata ſua, vel laudes Dei. *u* In oratione] cordis, oris, & operis. *x* Non prohibere] bonum eſt. *Prov.* 3. Noli prohibere bene facere eum, qui poteſt: ſi vales, & ipſe bene fac. Orantem prohibet qui inquietat, qui curis ſæcularibus eum implicat, qui ad peccandum invitat. *y* Concupiſcentia ſpadonis] ideſt ſpata violenter caſtrati. *z* Devirginavit juvenculam] ſine fructu ſobolis. *a* Sic qui facit per vim,] ideſt, per violentiam, ideſt. *b* Judicium iniquum] ideſt, indiſcretam correctionem. Vel ad litteram. Iniquum judicium, quaſi dicat, ſicut ſpado maculat virginem & corrumpit, ſed non generat prolem; ita iniquus Judex maculat juſtitiam, & corrumpit normam correctionis, ſine omni fructu emendationis.

Moraliter. Spado Clericus eſt, qui debet eſſe caſtratus propter regnum cœlorum.

Moraliter. al. † ſervabunt.

Sed hujus concupiſcentia devirginat juvenculam, ad litteram, ideſt, Eccleſiam vel animam, *inf.* 30. Portans mercedes iniquitatis, videns oculis & ingemiſcens, ſicut ſpado complectens virginem & ſuſpirans. *c* Quia bonum eſt correptum] ideſt, eum qui correptus eſt de peccato. *d* Manifeſtare pœnitentiam] ideſt, cordis pœnitudinem, per corporis ſatisfactionem, ut ſicut fuit exemplum mali peccando; ſic ſit exemplum boni ſatisfaciendo. *Prov.* 15. Auris quæ audit increpationes vitæ, in medio ſapientium commorabitur. *e* Sic enim] ideſt pœnitentiam manifeſtando. *f* Effugies voluntarium peccatum,] ideſt, actuale peccatum; quia originale peccatum involuntarium eſt. Vel peccatum voluntatis non ſolum operis, ſed & locutionis. *Jer.* 31. Caſtigaſti me, Domine & eruditus ſum.

g Eſt tacens, &c.] Adhuc proſequitur Auctor de moderatione linguæ, & exponens quam taciturnitatem laudet, & quam non. Eſt enim taciturnitas ignorantiæ, quæ non eſt laudabilis. Et eſt taciturnitas prudentiæ, quæ conſiderat tempus loquendi, & tacendi. Et de hac dicit. *g* Eſt tacens] loco & tempore ſuo. *h* Qui invenitur ſapiens] quia loquitur quando debet. Eſt enim tacendi & loquendi tempus. *Eccl.* 3. *Prov.* 10. Qui moderatur labia ſua, prudens eſt. *i* Et eſt odibilis] Deo & hominibus. k Qui procax, &c.] ideſt, præceps vel protervus. *Prov.* 21. Vir impius procaciter obfirmat vultum ſuum; qui autem rectus eſt, corrigit viam ſuam. *l* Eſt autem tacens, &c.] ideſt neſciens loqui, vel non intelligens, cum arguitur. Hoc tacere malum eſt, ſed primum bonum eſt. Unde *Job* 13. Utinam taceretis, ut putaremini ſapientes. *Prov.* 17. Si tacuerit ſtultus, ſapiens reputabitur. *m* Et eſt tacens, &c.] ideſt opportunitatem. *n* Apti temporis] ad loquendum. *Eccl.* 8. Tempus & reſponſionem cor ſapientis intelligit, omni negotio tempus eſt & opportunitas. *o* Homo, &c.] loquendi, & tunc loquitur. Sicut enim ſemper loqui malum eſt, ita ſemper tacere eſt malum. Unde *Gloſſ.* Frænanda eſt lingua, non inſolubiliter liganda. Et hoc eſt, quod dicitur *inf.* 28. Verbis tuis facito ſtateram, & frænos ori tuo rectos. *p* Laſcivus autem,] ideſt, garrulus. *q* Et imprudens, &c.] qui non providet futura, neque quid, vel cui loquatur. *r* Non ſervabit, &c.] ad loquendum. *ſ* Qui multis, &c.] ſuperflue. *t* Lædet, &c.] aliquo genere peccati. *Prov.* 10. In multiloquio non deerit peccatum. Item *in eod.* 14. Ubi verba ſunt plurima, ibi egeſtas frequenter, ſenſus, ſcilicet. *u* Et qui, &c.] ideſt, magiſterii, vel prælationis dignitatem.

x Sibi aſſumit, &c.] ideſt, ingerendo ſe ſine canonica electione vel ſine merito vitæ, & ſcientiæ. *y* Odietur] a Deo, & hominibus. *Heb.* 5. Neque quiſquam ſibi aſſumit honorem, ſed qui vocatur a Deo tanquam Aaron, *ſup.* 7. Noli quærere fieri Judex, niſi valeas virtute irrumpere iniquitates.

Eſt *a* proceſſio in malis *b* viro indiſciplinato, & *c* eſt inventio in *d* detrimentum. Eſt *e* datum, quod non eſt utile: & eſt *f* datum, cujus retributio duplex. Eſt *g* propter gloriam *h* minoratio: & eſt, *i* qui ab humilitate levabit caput. Eſt qui *k* multa redimat modico pretio, & *l* reſtituens ea in ſeptuplum. *m* Sapiens in verbis ſeipſum *n* amabilem facit: *o* gratiæ autem † fatuorum effundentur. † *p* Datus inſipientis non *q* erit utilis tibi: *r* oculi enim illius ſeptemplices ſunt. *ſ* Exigua dabit, & multa improperabit: & *t* apertio oris illius inflammatio eſt. *u* Hodie † fœneratur quis, & *x* cras expetit: *y* odibilis eſt homo hujuſmodi. *z* Fatuo non *a* erit amicus, & non *b* erit gratia in bonis illius.

a Eſt proceſſio in malis] de peccato in peccatum, & de pœna in pœnam. *b* Viro indiſciplinato,] id eſt, abjicienti diſciplinam, quæ eſt ordinata morum correctio, 2. *Tim.* 3. Mali homines & ſeductores proficient in pejus errantes, & in errorem mittentes. Hoc de proceſſione peccatorum. Sed de proceſſione pœnarum dicitur *Job* 24. Ad nimium calorem tranſiet ab aquis nivium, & uſque ad inferos peccatum illius.

B

Eſt autem triplex proceſſio † Diaboli. Prima eſt ſuperborum, quam ducit Behemoth. *Job* 41. Ipſe eſt Rex ſuper univerſos filios ſuperbiæ. Secunda eſt avarorum, quam ducit Leviathan, id eſt, additamentum. Tertia eſt luxuria, quam ducit Diabolus, quia duos uno dolo confundit. Habet autem unuſquiſque, qui eſt in hac proceſſione, triplicem habitum ſibi congruum, qualem decet habere in tali feſto. Eſt autem triplex proceſſio Chriſti generalis. Prima eſt in purificatione cum cereis. Secunda eſt in Ramis Palmarum cum olivis. Tertia eſt in aſcenſione: cum vexillis. In prima ſunt pœnitentes, in ſecunda miſericordes, in tertia contemplantes.

al. † peccati.

al. † impiorum.

al. † Datum.

al. † fœnerat.

c Et eſt inventio] novorum peccatorum, vel deformationis veſtium, vel inutilium cantilenarum, vel extraneorum verborum. *d* In detrimentum] animæ *Pſalm.* 80. Ibunt in adinventionibus ſuis. *Iſa.* 3. Adinventiones eorum contra Deum. *e* Eſt datum, quod non eſt utile] ut quod fit pro humana laude. *Greg.* Vecordia eſt magna agere, & laudi inhiare, & unde cœlum mereri poterat, inde minimum tranſitorii † ſermonis quærere. Vel, eſt datum, quod non eſt utile, ut quod datur hiſtrionibus, *Hieron.* Res pauperum non pauperibus dare, pars ſacrilegii eſt. Item quod datur de uſura, vel de furto, vel de rapina, *inf.* 34. Qui offert ſacrificium de ſubſtantia pauperum, quaſi qui victimat filium in conſpectu patris ſui. Item quod datur cum jurgio vel ex triſtitia *ſup.* 18. In omni dato ne des triſtitiam verbi mali. Item quod datur in peccato mortali, *inf.* 34. Dona iniquorum non probat Altiſſimus. *f* Et eſt datum, cujus retributio duplex] ſcilicet ſtola corporis & animæ *Iſa.* 61. In terra ſua duplicia poſſidebunt. Vel, duplex, ſcilicet, in præſenti victoria vitiorum, in futuro honor ſocietatis Sanctorum. *Prov.* 22. Victoriam & honorem acquiret, qui dat munera. Vel duplex, in præſenti venia peccatorum & augmentum gratiæ: prolongatio vitæ & multiplicatio ſubſtantiæ. *Matt.* 19. Omnis, qui reliquerit domum, vel fratres, &c. propter nomen meum, centuplum accipiet, & vitam æternam poſſidebit, 1. *Tim.* 4. Pietas utilis eſt ad omnia, promiſſionem habens vitæ quæ nunc eſt, & futuræ. *g* Eſt propter gloriam] vitæ æternæ. *h* Minoratio,] id eſt, humiliatio *Prov.* 19. Humilem ſpiritu ſuſcipiet gloria. Vel ſic. *g* Eſt propter gloriam] mundi. *h* Minoratio] virtutum, dejectio in infernum. *Prov.* 29. Superbum ſequitur humilitas: Vel ſic ad litteram.

al. † laudis.

g Eſt propter gloriam] æternam.

h Minoratio] qua fit ſemper minor.

i Et eſt, qui ab humilitate,] id eſt, poſt, vel propter humilitatem exaltabitur, *ſupra* 11. Sapientia humiliati exaltabit caput illius. *Luc* 14. Qui ſe humiliat, exaltabitur. *k* Eſt, qui multa, &c] id eſt, multa peccata modica eleemoſyna. *Luc.* 11. Date eleemoſynam: & ecce omnia munda ſunt vobis, *Dan.* 4. Redime peccata tua eleemoſynis: & iniquitates tuas miſericordiis pauperum. Vel multa tempora modica pœnitentia. *Eph.* 5. Redimentes tempus: quoniam dies mali ſunt. Vel bona æterna, quæ multa ſunt, modica tribulationis patientia, 2. *Cor.* 4. Id quod in præſenti eſt momentaneum & leve tribulationis noſtræ, ſupra modum in ſublimitate æternum gloriæ pondus operatur in nobis. Vel merita præterita & bona gratuita per peccatum amiſſa, modica contritione & confeſſione & ſatisfactione.

Myſtice. Chriſtus omnes Electos redemit modico pretio, id eſt, humilitate paſſionis ſuæ, quod modicum eſt, non valore, ſed virtute, ſed quantitate, & temporis brevitate. *Pſal.* 109. De torrente in via bibet. — *Myſtice.*

l Et reſtituens ea in ſeptuplum] quando loco vitiorum ſubrogat ſeptenarium gratiarum, ut ubi abundabit delictum, ſuperabundet & gratia. *Rom.* 5. Vel, in ſeptuplum, id eſt, perfecte. Simile *Prov.* 6. Deprehenſus reddet ſeptuplum. Vel in ſeptuplum; quia tres vires animæ, & quatuor corporis elementa renovabuntur: & ſeptem dotes dabuntur, *infra* 35. In bono oculo adinventionem facito manuum tuarum: quoniam Dominus retribuens eſt, & ſepties tantum retribuet tibi. *m* Sapiens in verbis] prædicationis, vel doctrinæ, vel correctionis, vel conſolationis, aut conſilii. *n* Seipſum amabilem facit] Deo, Angelis, & hominibus. Unde *ſup* 6. Verbum dulce multiplicat amicos. *Prov.* 16. Qui dulcis eſt eloquio, majora reperiet. E contrario linguoſus odibilem ſe facit. Unde *ſupra* 9. Terribilis eſt in civitate ſua homo linguoſus, & temerarius in verbo ſuo odibilis erit. *Pſ.* 139. Vir linguoſus non dirigetur in terra.

o Gratiæ autem impiorum] vel, fatuorum effundentur, id eſt, dona eorum infructuoſa erunt, vel nullæ grates in donis eorum erunt. Vel, effundentur, id eſt, omnino fundentur extra, quia nihil retinent, ſed toti ſe effundunt, dicendo quicquid ſciunt, *Prov.* 29. Totum ſpiritum profert ſtultus.

Myſtice. *o* Gratiæ impiorum] vel, fatuorum [effundentur] id eſt, dogmata hæreticorum quaſi venenum effundentur. *p* Datus inſipientis] id eſt, uſurarii, qui dat cauſa lucri. *q* Non erit utilis tibi] licet ad tempus videatur utilis. Vel. *p* Datus inſipientis] qui dat cauſa favoris humani. *q* Non erit utilis tibi] quia data improperat. *r* Oculi enim illius ſeptemplices ſunt] id eſt, intentio ejus multiplex eſt, & ad varia emolumenta intendens & ſeptuplo dicit datum ſuum majus, quam ſit. *Zach.* 5. Hic eſt oculus in univerſa terra, id eſt avarus. *ſ* Exigua dabit, & multa improperabit] *Supra* 18. Stultus acriter improperabit: & datus indiſciplinati tabeſcere facit oculos. — *Myſtice.*

Myſtice. Hæreticus exigua veritatis judicia dat, & multa improperia erroris effundit. *t* Et apertio oris illius inflammatio eſt,] id eſt, ſermo improperii illius, multos ad malum incendit, *infra* 41. Cum dederis, ne improperes. *Jac.* 3. Ecce quantus ignis quam magnam ſilvam incendit, & lingua noſtra ignis eſt univerſitas iniquitatis. *u* Hodie fœneratur quis] id eſt, accommodat. *x* Et cras expetit,] id eſt, repetit commodatum importune. *y* Et odibilis eſt homo hujuſmodi.] Importuna retributio non ſolum gratiam commodi annihilat, ſed odium generat.

Moraliter. Qui laborant, vigilant, jejunant, eleemoſynas dant pro eo, fœnerantur ei. *Prov.* 19. Fœneratur Domino, qui miſeretur pauperis. Et horum quidam in præſenti retributionem expectant. Et de illis dicitur. — *Moraliter.*

u Hodie fœneratur quis] Domino, ſcilicet.

x Et cras expetit] mercedem, id eſt, in præſenti. De quibus dicitur *Matth.* 6. Amen dico vobis, receperunt mercedem ſuam. Et *Sen.* Beneficii a te dati nunquam memor eſto; tibi autem collati nunquam immemor. *y* Et odibilis eſt homo hujuſmodi,] Deo & Angelis & hominibus, quia quærit mercedem a Rege cœleſti, & antequam laborem compleverit, vult perſolvi. *Jac.* 5. Ecce Agricola expectat pretioſum fructum terræ, patienter ferens, donec accipiat temporaneum & ſerotinum. Patientes igitur eſtote & vos, confirmate corda veſtra, quoniam adventus Domini appropinquabit. *z* Fatuo,] qui dat non dandum, vel non dat ubi, & quando dandum.

a Non erit amicus] quia neſcit nutrire amicitiam: & quod dono meretur, modo dandi perdit. *b* Et non erit gratia in bonis illius] id eſt, in beneficiis; quia fatue facit.

Myſtice. *z* Fatuo] id eſt, hypocritæ, qui vult in præſenti habere præmium laboris ſui. *a* Non erit amicus] in futuro. *b* Et non erit, id eſt,] retributio apud Deum, qui novit cordis intentionem. Vel in bono. *z* Fatuo] id eſt, Chriſto, qui pro inimicis voluit mori: unde fatuus reputatur a mundo. *Pſalm.* 67. Ibi Benjamin adoleſcentulus in mentis exceſſu, id eſt, in paſſione. — *Myſtice.*

a Non erit amicus.] *Pſal.* 37. Amici mei adverſum me appropinquaverunt & ſteterunt. *Job* 19. Noti mei quaſi alieni receſſerunt a me. *b* Et non erit gratia in bonis illius,] id eſt,

a Qui enim edunt panem illius, falſæ linguæ ſunt. *b* Quoties & quanti irridebunt eum? Neque *c* enim quod habendum erat, *d* directo ſenſu diſtribuit; *e* ſimiliter & quod non erat habendum. *f* Lapſus falſæ linguæ *g* quaſi qui in pavimento cadens: ſic caſus *h* malorum feſtinanter venient. *i* Homo acharis, quaſi *k* fabula vana: & in *l* ore indiſciplinatorum aſſidua erit. Ex *m* ore fatui *n* reprobabitur *o* parabola: non *p* enim dicit illam in tempore ſuo. Eſt *q* qui vetatur præ inopia *r* peccare, & in *ſ* requie ſua *t* ſtimulabitur. Eſt *u* qui perdet animam ſuam præ confuſione, & *x* ab † imprudentia perſonæ *y* perdet eam: perſonæ *z* autem acceptione perdet ſe. Eſt *a* qui præ confuſione *b* promittit amico: & *c* lucratus eſt eum inimicum gratis. *d* Opprobrium nequam in homine mendacium, & in *e* ore indiſciplinatorum *f* aſſidue erit. *g* Potior fur, quam *h* aſſiduitas viri mendacis;

ideſt, in beneficiis quæ mundo contulit, quæ pro mundo ſuſtinuit. *Joan.* 10. Multa bona opera oſtendi vobis ex Patre meo, propter quod illorum me lapidatis. *Jerem.* 12. Reliqui domum meam, dimiſi hæreditatem meam, dedi dilectam meam in manus inimicorum meorum: facta eſt mihi hæreditas mea quaſi leo
C in ſilva, dedit contra me vocem. *Mich.* 2. Nonne verba mea bona ſunt cum eo, qui graditur recte; & e contrario populus meus in adverſarium conſurrexit?

a Qui enim edunt panem illius] fatui, falſæ linguæ ſunt, ideſt, qui beneficia ejus ſuſcipiunt, & ideo non eſt gratia in bonis illius. Falſas linguas vocat adulatores, hiſtriones, Advocatos, qui propter linguæ falſitatem multa beneficia obtinent ſine omni gratia. *Joan.* 13. Qui manducat panem meum, levabit calcaneum ſuum contra me. *Abdias* 1. Viri pacis tuæ, comedunt tecum, ponent inſidias ſubter te. *b* Quoties & quanti irridebunt eum] ideſt: fatuum, prodigum? *c* Neque enim, quod habendum erat] ab alio, ideſt, quod alii dandum erat, & quod dabat.

d Directo ſenſu diſtribuit] ideſt, diſcreta & recta intentione. *e* Similiter & quod non erat habendum] ab alio, ideſt, quod non dandum erat, indiſcrete diſtribuit: & idcirco in bonis illius non erit gratia, neque apud Deum, neque apud homines. *f* Lapſus falſæ linguæ,] ideſt mendacis eſt. *g* Quaſi qui in pavimento cadens.] Et ſicut aliquis cadit in pavimento lubrico de facili; ita de facili labitur quis in lingua. *Jac.* 3. Linguam nullus hominum domare poteſt. Item qui cadit in pavimento fruſtra cadit; quia nullum habet offendiculum impellens, ita qui peccat in lingua, fruſtra cadit, quia nulla eſt ibi cauſa impulſiva, niſi pura libido.

Item pavimentum durum eſt: & qui cadit in eo, graviter læditur. *Sap.* 1. Os, quod mentitur, occidit animam.

Item pavimentum planum eſt: unde qui cadit in eo, cæcus eſt, & ſibi ſoli imputandum eſt. Sic hæreticus propria cæcitate & nequitia cadit in ſemita veritatis & fidei, quæ plana & aperta eſt. *Prov.* 4. Viam Sapientiæ monſtrabo tibi: & ducam te per ſemitas æquitatis: quas cum ingreſſus fueris, non arctabuntur greſſus tui: & currens non habebis offendiculum. Nam &c.

h Sic caſus malorum feſtinanter venient,] ideſt, ſubito, ſicut ſubito cadit quis in pavimento. *Prov.* 6.

Huic extemplo veniet perditio ſua, & ſubito conteretur, nec habebit ultra medicinam.

i Homo acharis,] ideſt, ingratus, vel ſine gratia Dei. *k* Quaſi fabula vana] cujus nulla ſubeſt veritas, ideſt, contemptibilis, & indignus audiri, & totus in verbis ut fabula, & nihil in factis. *Sen.* Sic ſe habet vita hominis, quaſi fabula, non refert, quam longa ſit, ſed quam bona. *l* Et in ore indiſciplinatorum aſſidua erit] fabula vana, ſcilicet, in ore hæreticorum, qui vanis & ſophiſticis argumentis nituntur improbare veritatem. Vel Philoſophorum, qui humana ſapientia credunt ſe omnia poſſe comprehendere, & divina: & evanuerunt in cogitationibus ſuis, & ſtulti facti ſunt. *Rom.* 1. Vel Judæorum, qui legis obſervantias vane teneat, & vana multa & fabuloſa referunt de Meſſia. 1. *Tim.* 4. Ineptas & inanes fabulas devita. *Tit.* 1. Increpa illos dure, ut ſint ſani in fide, non intendentes Judaicis fabulis.

m Ex ore fatui] ideſt, Prædicatoris, vel Doctoris non saliti ſale Sapientiæ. *n* Reprobabitur] ab hominibus & a Deo. *o* Parabola,] ideſt, ſententia vera & magna & congrua ſimilitudine inducta.

p Non enim dicit illam in tempore ſuo,] quia eſt tempus tacendi, & tempus loquendi. *Eccl.* 3. Tempus docendi, vel prædicandi eſt, cum quis bene didicerit, & bene vixerit; alioquin tempus eſt tacendi. *Hieron.* Doctrinæ, vel diſciplinæ pythagoricæ eſt per quinquennium tacere, & poſt eruditos loqui. Item *idem.* Nihil nobis rectum videatur, niſi quod didicimus, & poſt multum ſilentium de Diſcipulis efficiamur Magiſtri. *q* Eſt qui vetatur præ inopia] rerum vel virium. *r* Peccare,] ideſt, peccatum conceptum ad effectum perducere.

ſ Et in requie ſua,] ideſt, inceſſanter a peccato operis. *t* Stimulabitur] ideſt, anxiabitur, quia affectum non poteſt perducere ad effectum *Iſa.* 57. Non eſt pax impiis, dicit Dominus.

u Eſt qui perdet animam ſuam præ confuſione] ideſt, timore temporalis confuſionis. Quidam enim ne confundantur rubore celant peccata ſua in confeſſione. al. † imprudenti perſonæ.

Unde *ſup.* 4. Non confundaris confiteri peccata tua.

x Et ab imprudentia perſonæ] ideſt, propter imprudentiam perſonæ, ideſt, Prælati, qui habet poteſtatem ligandi & ſolvendi, ſed non ſcientiam.

u Perdet eam] *Matth.* 15. Cæcus ſi cæco ducatum præſtet, ambo in foveam cadunt. Vel ſic.

u Eſt qui perdet animam ſuam præ confuſione] quia erubeſcit confiteri fidem nominis Chriſtiani. *Luc.* 9. Qui me erubuerit, & meos ſermones, hunc filius hominis erubeſcet, cum venerit in Majeſtate ſua.

x Et ab imprudentia perſonæ] ideſt, quia imprudenter perſonam potentis timet.

y Perdet eam] *Matth.* 10. Nolite timere eos, qui occidunt corpus. *Iſa.* 51.

Quis tu, ut timeas ab homine mortali, & a filio hominis, qui quaſi fœnum areſcit?

z Perſonæ autem acceptione perdet ſe,] ideſt, perſonatus. Exigit enim hominem virtuoſum & prudentem. Unde *inf.* 21. Os prudentis quæritur in Eccleſia, & verba illius cogitabunt in cordibus ſuis.

a Eſt qui præ confuſione] erubeſcentiæ vitanda.
b Promittit amico] & non ſolvit.
c Et lucratus eſt eum inimicum gratis] ideſt, pro nihilo, vel ſine injuria damni illati. *Eccl.* 5.

Diſplicet Deo infidelis & ſtulta promiſſio. Et bene dicit ſtulta: Stultum enim eſt promittere, quia ſi non reddis, mendax es, & inimicum tibi feciſti; ſi reddis, non accipitur ut datum, ſed ut debitum.

Myſtice. *a* Eſt qui præ confuſione] mortis, vel paupertatis, vel erubeſcentiæ. Myſtice.
b Promittit amico,] ideſt, Chriſto vovens aliquid, & non ſolvens.
c Et lucratus eſt eum inimicum gratis] ideſt, voluntarie: quia voluntarium fuit votum facere: ſed neceſſarium reddere. Unde *Pſal.* 75. Vovete, & reddite, ideſt, ſi voviſtis, reddite *inf.* 29. Repromiſſio nequiſſima multos perdidit diligentes.

d Opprobrium nequam in homine mendacium] ideſt, libido, & conſuetudo mentiendi, quocumque genere mendacii. *Prover.* 17. Non decent ſtultum verba compoſita, nec Principem labium mentiens. *Oſeæ* 12. Ephraim paſcit ventum, & ſequitur æſtum: tota die mendacium, & vaſtitatem multiplicat.

e Et in ore indiſciplinatorum] ideſt, inobedientium, qui nolunt ſervare diſciplinam ſilentii.

f Aſſidue erit,] ideſt, frequenter, *ſupra* 7. Non velis mentiri omne mendacium: aſſiduitas enim illius non eſt bona, *infra* 23. Indiſciplinatæ loquelæ non aſſueſcat os tuum: eſt enim in illa verbum peccati. *Jac.* 1. Si quis putat ſe religioſum eſſe non refrænans linguam ſuam, ſed deducens cor ſuum: hujus vana eſt religio.

g Potior] eſt [fur] ideſt, minus malus.

h Quam aſſiduitas viri mendacis,] ideſt, quam vir aſſidue mentiens. Fur enim poteſt reſtituere, quod abſtulit, ſcilicet, pecuniam; mendax autem non poteſt reſtituere, quod retulit, pacem cordis ſui & famam proximi, *ſup.* 5. Super furem eſt confuſio & pœnitentia: & denotatio peſſima ſuper bilinguem. *Prov.* 6. Non eſt grandis culpa, cum quis furatus fuerit: Furatur enim ut eſurientem impleat animam.

a Perditionem autem] ideſt, æternam damnationem.
b Ambo] ideſt, fur & mendax.
c Hæreditabunt,] ſcilicet, immobiliter, ideſt, hæreditate poſſidebunt, niſi hic in præſenti vita pœnituerint, *Num.* 24. Principium Gentium Amalech, ideſt, lingens ſanguinem, cujus extrema perdentur.
d Mores hominum mendacium] ex conſuetudine.
e Sine honore] ſunt in præſenti. Sed erunt in futuro.
f Et confuſio illorum ſine intermiſſione] quia in æternum confundentur, *Prov.* 19. Qui loquitur mendacia, peribit.

al. † producet. Myſtice. Myſtice. Fur eſt Judæus, qui furatur verum ſenſum de littera. Mendax eſt hæreticus, pejor Judæo, vel Gentili, 2. *Pet.* 2. Melius eſt viam veritatis non agnoſcere, quam poſt agnitionem retrorium converti. Dicit ergo: Potior eſt fur, quam aſſiduitas viri mendacis, ideſt, minus malus eſt Judæus, quam hæreticus. *Prov.* 11. & 28.

al. † correptiones. *a* Perditionem autem ambo hæreditabunt,] *ſupra* 10. Cum morietur homo, hæreditabit ſerpentes, & beſtias, & vermes. *Exod.* 23. *Deut.* 16.

A *d* Mores hominum mendacium,] ideſt, hæreticorum, & hypocritarum, etiam qui exterius mores habent compoſitos.
e Sine honore] cœleſtis gratiæ.
f Et confuſio illorum,] *Sapient.* 3. Sine honore erit noviſſima ſenectus illorum: & ſi celerius defuncti fuerint, non habebunt ſpem, nec in die agnitionis allocutionem. Quod erit eis maxima confuſio.
g Sapiens in verbis] doctrinæ, exhortationis, correctionis, conſilii, confeſſionis, orationis.

a Perditionem autem *b* ambo *c* hæreditabunt. *d* Mores hominum mendacium *e* ſine honore: & confuſio *f* illorum cum ipſis ſine intermiſſione. *g* Sapiens in verbis † *h* producit ſeipſum: & *i* homo prudens *k* placebit Magnatis. Qui *l* operatur terram ſuam, *m* inaltabit acervum frugum: & *n* qui operatur juſtitiam, ipſe *o* exaltabitur, *p* qui vero placet Magnatis, *q* effugiet iniquitatem. *r* Exenia & dona excæcant oculos Judicum, & *ſ* quaſi mutus in ore avertit † correctiones eorum. *t* Sapientia abſconſa, & *u* theſaurus inviſus, *x* quæ utilitas in utriſque? *y* Melior eſt, qui celat inſipientiam ſuam, quam *z* homo, qui abſcondit ſapientiam ſuam.

C A P. XXI.

Filii *a* peccaſti, non *b* adjicias iterum, ſed & *c* de priſtinis deprecare, ut tibi *d* dimittantur. *e* Quaſi a facie colubri fuge peccata,

h Producit ſeipſum] ideſt, procul ducit, in præſenti per diffamam, in futuro per gloriam. Vel producit, ideſt, dilatat ſe per doctrinam proficiendo ſibi, & aliis. Sicut enim lamina auri malleo dilatatur, ſic ſapiens Doctor lingua ſua, quaſi malleo dilatatur, *Jerem.* 23. Nunquid non verba mea ſunt quaſi ignis, dicit Dominus, & quaſi malleus conterens petram? Item, Sapiens in verbis,] ideſt, qui ſaporem ſentit verborum, [producit ſeipſum,] ideſt, extendit per carnis macerationem, & bonam operationem, *ſupra* 18. Senſati in verbis, & ipſi ſapienter egerunt, & intellexerunt veritatem, & juſtitiam. *i* Et homo prudens,] ideſt, diſcipulus obediens. *k* Placebit Magnatis,] ideſt, ſanctis Doctoribus, qui ſunt magni vita, & ſcientia, & doctrina. Vel, homo prudens, ideſt, bonum a malo eliciens, placebit magnatis, ideſt, Angelis, & Apoſtolis, & ceteris Sanctis, qui ſunt jam magnificati in gloria, *Prov.* 32. Qui diligit munditiam cordis propter gratiam labiorum ſuorum habebit amicum Regem.
l Qui operatur terram ſuam] ad litteram, ideſt, qui excolit. *m* Inaltabit acervum frugum] ideſt, altum acervum faciet frugum, *Prov.* 12. Qui operatur terram ſuam, ſatiabitur panibus.

Myſtice. Myſtice. *l* Qui operatur terram ſuam,] ideſt, corpus ſuum vomere pœnitentiæ; extirpando nociva, & inſerendo utilia. *m* Inaltavit acervum frugum] ideſt, virtutum & bonorum operum, *Jer.* 4. Innovate vobis novale, & nolite ſerere ſuper ſpinas, *Oſee* 10. Seminate vobis in juſtitia, & metite in ore miſericordiæ, & innovate vobis novale, *Prov.* 24. Præpara foris opus tuum, & diligenter exerce agrum tuum, 2. *Cor.* 9. Qui adminiſtrat ſemen ſeminanti, & panem ad manducandum præſtabit, & multiplicabit ſemen veſtrum, & augebit incrementa frugum juſtitiæ veſtræ. *n* Et qui operatur juſtitiam,] ideſt, qui facit opera juſtitiæ corde, ore, & opere. *o* Ipſe exaltabitur] in futuro, *Pſal.* 14. Domine quis habitabit in tabernaculo tuo? aut quis requieſcet in monte ſancto tuo? Qui ingreditur ſine macula, & operatur juſtitiam, *Prov.* 22. Victoriam, & honorem acquiret, qui dat munera. *p* Qui vero placet magnatis] ideſt, Sanctus. *q* Effugiet iniquitatem,] ideſt, omne peccatum, vel, iniquitatem judicii, quæ maxime committitur per acceptionem munerum. Unde ſubdit. *r* Exenia, & dona excæcant oculos] interiores, ut non videant veritatem. *ſ* Et quaſi mutus in ore] i. ſicut mutus in ore canis projectus obmuteſcere facit eum, ſic exenia, & dona obmuteſcere faciunt judices, ne judicent veritatem. Mutus, ſicut dicit *Strabus ſup. Exod.* 8. Eſt quoddam genus ranarum, quod dicitur Calamitum, quod projectum in ore canis latrantis ſtatim obmuteſcere eum facit: ſic exenia, i. dona, quæ de longinquo afferuntur, a xenos, quod eſt peregrinum, & dona alia obmuteſcere faciunt Judices, Doctores, Prælatos, & Prædicatores, *Iſa.* 56. Speculatores ejus cæci omnes, neſcierunt univerſi, canes muti non valentes latrare, *Dan.* 5. Munera tua ſint tibi, &c. *Gen.* 14. A filo ſubtegminis uſque ad corrigiam caligæ non accipiam ex omnibus quæ tua ſunt, *Iſa.* 33. Qui excutit manus ſuas ab omni munere, *Job.* 15. Ignis devorabit tabernacula eorum, qui munera libenter accipiunt. De hoc invenies *Exod.* 23. *Deut.* 15. 1. *Reg.* 12. *Iſa.* 5. *t* Sapientia abſconſa] tempore exponendi. *u* Et theſaurus inviſus] ideſt, cuilibet incognitus, ſicut illi theſauri, qui ſunt ultra montem in occaſum, quos ſerpentes cuſtodiunt. *x* Quæ utilitas in utriſque?] quaſi dicat, nullas. *Sen.* Nullius boni ſine ſocio jucunda eſt poſſeſſio. *Prov.* 11. Qui abſcondit frumenta in tempore maledicetur in populis, *Jerem.* 48. Maledictus, qui prohibet gladium ſuum a ſanguine. *Luc.* 11. Nemo accendit lucernam, &c. Bonus incomparabiliter eſt Sapientiæ theſaurus, qui diſtributus recipit incrementum. *Chryſoſt.* Cor ſi non præbuerit membris ſpiritum, velociter extinguetur. Fons ſi genuerit aquas, apud ſemetipſum putreſcit. Ideo dicitur *Prov.* 5. Deriventur fontes tui foras, & in plateis aquas tuas divide. *y* Melior eſt, qui celat inſipientiam ſuam] ideſt, ne profetens eam peccet. *z* Quam homo, qui abſcondit ſapientiam ſuam,] ideſt, qui prædicando & docendo poſſet prodeſſe. Qui enim celat inſipientiam ſuam, quoad hoc ſapienter agit. *Prov.* 17. Stultus ſi tacuerit, ſapiens reputabitur. Sapiens vero, qui abſcondit ſapientiam ſuam, quoad hoc inſipienter agit: quia ſapientia diſtributa recipit incrementum, & propterea injuſte agit cum proximo, & cum Deo, cujus pecuniam abſcondit, quam acceperat erogandam, *Luc.* 19. Serve nequam, quare non dediſti pecuniam meam ad menſam, &c. Inf. 41.

E X P O S I T I O C A P. XXI.

Filii, peccaſti, &c.] In hoc capitulo docet Auctor fugere circumſtantias peccatorum. Et primo docet fugere circumſtantias omnium peccatorum in genere. Secundo ſuperbiæ, *ibi:* Objurgatio. Tertio avaritiæ, *ibi:* Quæ ædificat domum. Quarto luxuriæ, *ibi:* Cor fatui. Quintu temeritatis, *ibi:* Narratio fatui. Dicit ergo.
a Fili, peccaſti] quia non eſt homo, qui faciat bonum, & non peccet, *Eccl.* 7.
b Non adjicias iterum] adjiciendo peccatum, vel iterando, ſed de præteritis age pœnitentiam, & a futuris cave, *ſup.* 3. Qui diligit Deum, exorabit pro peccatis, & continebit te ab illis. Peccata lapides ſunt, & lapis ſuper lapidem ſine cæmento non facit murum, ſed maceriam, vel acervum: quæ quanto altior fuerit, tanto citius & periculoſius ruit; ſic eſt de peccatis. Et de hac materia dicitur *Iſa.* 5. Diruam maceriam ejus *Prov.* 24. Operuerant ſuperficiem ejus ſpinæ, & maceria lapidum ejus deſtructa erat, *Eph.* 2 Ipſe eſt pax noſtra, qui fecit utraque unum, & medium parietem maceriæ ſolvens. *c* Sed & de priſtinis deprecare] Dei miſericordiam. *d* Ut tibi dimittantur, *Matth.* 6. Dimitte nobis debita noſtra, *ſup.* 17. Relinque peccata tua: precare ante faciem Domini, & minue offendicula. *e* Quaſi a facie colubri fuge peccata,] quia melius eſt ea fugiendo vitare, quam reſiſtendo vinci. Sunt autem quædam peccata, quæ tantum fugiendo vincuntur, ut peccata carnis. Unde 1. *Cor.* 6. Fugite fornicationem. Et Loth dixerunt Angeli, qui venerant Sodomam: Salva animam tuam: noli reſpicere poſt tergum tuum: nec ſtes in omni circa regione; ſed in monte ſalvum te fac, *Gen.* 19. Unde quidam: Multo magis fugies peccatum, quam

quam colubrum. Si tibi charior eſt vita animæ, quam corporis, fuge non ſolum morſum, ſed tactum, imo, & acceſſum: parum eſt ſerpentem non ſentire, periculoſum eſt vel habere vicarium.

a Et ſi acceſſeris,] conſentiendo ſuggeſſionibus Diaboli.

a & ſi acceſſeris ad illa, *b* ſuſcipient te. *c* Dentes leonis *d* dentes ejus *e* interficientes animas hominum. *f* Quaſi rhomphæa bis acuta † omnis iniquitas: *g* plagæ illius *h* non eſt ſanitas. *i* Objurgatio & *k* injuriæ † *l* annullabunt ſubſtantiam: & *m* domus, *n* quæ nimis locuples eſt, † *o* annullabitur ſuperbia: ſic *p* ſubſtantia ſuperbi *q* eradicabitur. *r* Deprecatio pauperis ex ore uſque *f* ad aures perveniet: & *t* judicium feſtinato *u* adveniet illi. Qui *x* odit correptionem, *y* veſtigium eſt peccatoris: *z* & qui timet Deum, convertetur ad cor ſuum. *a* Notus a longe potens lingua audaci: & *b* ſenſatus *c* ſcit labi ſe ab ipſo. *d* Qui ædificat domum ſuam impendiis *e* alienis, quaſi qui *f* colligit lapides ſuos in hyeme. *g* Stupa collecta Synagoga

b Suſcipient] in inferno, ut leo prædam ſuſcipit in ſpelunca ſua. *Eccl.* 10. Qui diſſipat ſepem, mordebit eum coluber.

c Dentes leonis] qui terrendi ſunt: quia omnia vorant.

al. † hominis. *d* Dentes ejus] ideſt, colubri, vel Diaboli.

e Interficientes animas,] al. † ad nihilabunt. ideſt, peccare facientes; quæ eſt prima mors, quam ſequitur ſecunda mors gehennæ. Diabolus leoni al. † adnihillabitur. comparatur propter voracitatem, ſive crudelitatem, 1. *Pet.* 5. Adverſarius veſter Diabolus tanquam leo rugiens circuit, quærens quem devoret. Colubro, ſive ſerpenti propter aſtutiam. *Gen.* 3. Serpens erat aſtutior cunctis animantibus. Dentes ejus ſunt hæretici, detractores, ſuggeſtores, animas hominum interficientes. De quibus dicitur *Job* 41. Per gyrum dentium ejus fortitudo. *Joel.* 1. Gens aſcendet ſuper terram meam, fortis, & innumerabilis, dentes ejus ut dentes leonis, & molares ejus ut catuli leonis. *Dan.* 7. Ecce beſtia alia ſimilis urſo in parte ſtetit, & tres ordines erant in ore ejus & in dentibus, ideſt, tres Principes. *f* Quaſi romphæa bis acuta omnis iniquitas,] quia corpori & animæ nocet in præſenti & in futuro, utrumque damnabitur pro iniquitate. *Apoc.* 2. Hæc dicit, qui habet rhomphæam ex utraque parte acutam. Vel, iniquitas, rhomphæa bis acuta dicitur; quia ſecat a dextris, & a ſiniſtris, ideſt, in proſperis & adverſis.

g Plagæ illius] ideſt, plagæ infernales, quas infert iniquitas. *h* Non ſanitas,] poſt hanc vitam, quia eſt interminabilis. *Jer.* 30. Inſanabilis fractura tua, peſſima plaga tua. Item *Jer.* 15. Quare factus eſt dolor meus perpetuus, & plaga mea deſperabilis? *Naum.* 3. Non eſt obſcura contritio tua, peſſima plaga tua. Item plaga inſanabilis iniquitatis in præſenti eſt triplex. Vehementia concupiſcentiæ, inveterata conſuetudo, jactantia peccati. Et de hac triplici plaga dicitur *Iſa.* 1. Vulnus, & livor, & plaga tumens, non eſt circumligata, neque curata medicamine, nec fota oleo. *Jer.* 14. Contrita eſt virgo filia populi mei, plaga peſſima vehementer. *i* Objurgatio] ideſt, convitium, rixa, contentio, lites. *k* Et injuriæ,] ideſt, rapinæ, furta, uſura, violentiæ. *l* Annullabunt ſubſtantiam] corporalem, & ſpiritualem ipſius objurgantis, & injuriantis. Juſtum enim eſt, ut qui verbo & opere alios adnihilat, & ipſe adnihiletur. *Iſa.* 33. Væ qui prædaris, nonne & ipſe prædaberis? *Raban.* Minimæ res concordia creſcunt, maximæ diſcordia dilabuntur.

m Et domus, quæ nimis locuples eſt, annullabitur ſuperbia] ad litteram, ut patet in Saule, qui propter ſuperbiam privatus eſt honore regni 1. *Reg.* 15. Et Nabuchodonoſor. *Danielis* 4.

Mystice. Myſtice. *m* Domus,] Eccleſia, ſive clauſtrum.

n Quæ nimis locuples eſt] divitiis temporalibus.

o Annullabitur ſuperbia.] *Apoc.* 18. Væ, væ, væ, civitas illa magna Babylon, civitas illa fortis: quoniam una hora venit judicium tuum.

Moraliter. Moraliter. *m* Domus, quæ nimis locuples eſt] ideſt, mens ſuperbi, qui de bonis, quæ habet, vel quæ putat ſe habere, annullabitur ſuperbia, *Prov.* 1. Proſperitas ſtultorum perdet eos.

p Sic & ſubſtantia ſuperbi] ſpiritualis & corporalis.

q Eradicabitur] propter ſuperbiam, *ſup.* 10. Sedes Ducum ſuperborum deſtruxit Deus. *Prov.* 15. Domum ſuperborum demolietur Dominus. *Iſa.* 23.

Dominus exercituum cogitavit hoc, ut detraheret ſuperbiam omnis gloriæ, & ad ignominiam deduceret univerſos inclytos terræ.

r Deprecatio pauperis ex ore] cordis proveniens, ipſum deſiderium.

ſ Uſque ad aures] Dei, perveniet. Unde *Pſal.* 10. Deſiderium cordis eorum audivit auris tua, *infr.* 35. Non accipiet Dominus perſonam in pauperem, & deprecationem læſi exaudiet? *Jac.* 5. Ecce merces operariorum veſtrorum, qui meſſuerunt regiones veſtras, quæ fraudata eſt a vobis, clamat: & clamor eorum in auribus Domini Sabaoth introivit. *t* Et judicium feſtinato] ideſt, cito, vel ſubito. *u* Adveniet illi] pauperi, ideſt, ad commodum illius veniet. *Prov.* 22. Neque conteras egenum in porta: quia Dominus judicabit cauſam ejus, & configet eos, qui confixerunt animam ejus. B *Deut.* 7. Reddens Dominus odientibus ſe ſtatim; ita ut diſperdat eos, & ultra non differat, protinus ei reſtituens, quod merentur.

x Qui odit correptionem] pro peccatis, vel exceſſibus, aut negligentiis ſuis.

y Veſtigium eſt peccatoris,] ideſt, comitator, ſive imago Diaboli, qui incorrigibilis eſt. *Prov.* 15. Non amat peſtilens eum, qui corripit: nec ad ſapientes graditur. Et *eodem infra* Qui abjicit diſciplinam, deſpicit animam ſuam; qui autem acquieſcit increpationibus, poſſeſſor eſt cordis.

z Et qui timet Deum convertetur ad cor ſuum,] ut ad ſpeculum, in quo ſpeculetur legem Dei naturaliter ſcriptam *Iſa.* 46. Redite, prævaricatores, ad cor. Vel, ad cor ſuum quærendum, vel inveniendum 2. *Reg.* 7. Invenit ſervus tuus cor ſuum, ut oraret te oratione hac. Vel ad compeſcendum *infra* 30. Contine, & congrega cor tuum in ſanctitate ejus. Vel ad cuſtodiendum, *Jeremia* 5. Audi, popule ſtulte, qui non habes cor. *Proverb.* 4. Omni cuſtodia ſerva cor tuum: quia, &c. ne declines, &c.

a Notus a longe potens lingua audaci] ideſt, vir loquax audacter loquens malum de aliis notus eſt etiam remotus precibus, ſola fama. Quidam enim propter virtutes ſuas famoſi ſunt, & noti, ut Paulus, Petrus, Laurentius, Nicolaus, & hujuſmodi. Quidam propter vitia, ut Tharſites, Darius Herodes, Judas proditor.

b Et ſenſatus] ideſt, ſapiens fide, & moribus edoctus.

c Scit labi ſe ab ipſo] linguoſo audaci, ideſt, præcavere a direptione illius, & declinare ſocietatem ejus, *ſupr.* 8. Cum audace non eas in deſertum.

d Qui ædificat domum ſuam] ideſt, ſumptibus.

e Alienis] ideſt, mutuatis, vel furatis, vel raptis, vel male aliter acquiſitis.

f Quaſi qui colligit lapides ſuos in hyeme,] quaſi dicat, ſicut ſtulte agit, qui colligit lapides ſuos in hyeme ad ædificandum.

Eo quod cito ruit tale ædificium, quia cementum congelatum non colligit lapides; ita ſtulte facit, qui furatur, aut rapit, ut ædificet. *Amos* 3. Percutiam domum hyemalem.

Moraliter. Domus uniuſcujuſque eſt propria conſcientia, quam ædificat impendiis alienis, & lapidibus collectis in hyeme, qui de male acquiſitis, hoc eſt de furtu, uſura, rapina, eleemoſynas facit; & talis ſtultus eſt, ſicut qui colligit lapides ad ædificandum in hyeme, *inf.* 34. Dona iniquorum non probat Altiſſimus, nec reſpicit in oblationes iniquorum, nec in multitudine ſacrificiorum eorum propitiabitur peccatis. *Jer* 22. Væ qui ædificat domum ſuam in injuſtitia. Moraliter.

g Stupa collecta, &c.] ideſt, congregatio peccatorum ſimilis eſt collectioni ſtuparum. Stupa enim vilis eſt; & peccator vilior. *Jer.* 2. Quam vilis facta es nimis iterans vias tuas.

Item ſtupa cito accenditur; ſic peccator accenditur igne concupiſcentiæ, & cito accendetur igne gehennæ, *ſup.* 16. In Synagoga peccantium exardebit ignis. *Dan.* 3. Non ceſſabant miniſtri Regis ſuccendere fornacem napta, & ſtupa. Furnax infernus, Rex Diabolus, miniſtri ejus peccatores, napta luxuria. [Napta genus fomitis eſt apud Perſas, quo maxime nutriuntur incendia: alii dicunt eſſe oſſa olivarum, quæ projiciuntur cum amurca arefacta] ſtupa curarum prolixitas.

Item ſtupa fragilis eſt, & cito rumpitur.

Unde *Judic.* 16. Qui rupit vincula, quaſi quis rumperet filum de ſtupa. *Iſa.* 1. Erit fortitudo veſtra ut favilla ſtupæ.

peccantium & *a* conſummatio illorum flamma ignis. *b* Via peccantium complantata lapidibus: *c* & † in finem illorum inferi, & tenebræ, & pœnæ. Qui *d* cuſtodierit juſtitiam, *e* continebit ſenſum ejus: *f* conſummatio timoris Dei, *g* Sapientia, & ſenſus, Non *h* erudietur, *i* qui non eſt ſapiens in bono, Eſt *k* autem inſipientia, quæ abundat in malo; & *l* non eſt ſenſus, ubi *m* eſt amaritudo. *n* Scientia ſapientis, *o* tanquam inundatio abundabit, & *p* conſilium illius *q* ſicut fons vitæ permanet. *r* Cor fatui *ſ* quaſi vas confractum: & omnem ſapientiam non tenebit. *t* Verbum ſapiens quodcumque audierit. † *u* Scius *x* laudabit, & *y* adjiciet: † *z* Audivit luxurioſus: & *a* diſplicebit illi, & *b* projiciet illud poſt † tergum ſuum. *c* Narratio fatui, *d* quaſi ſarcina in via: Nam in *e* labiis ſenſati invenietur gratia. Os *f* prudentis quæritur in Eccleſia, & *g* verba illius *h* cogitabunt in cordibus ſuis,

a Et conſummatio illorum flamma ignis,] infernalis. Et bene dicit, conſummatio, non conſumptio: quia hic incipit urere flamma ignis: & ibi conſummabitur per pœnam, quæ continue comburet *ſup.* 7. Vindicta carnis impii ignis & vermis. Et *Iſa. ult.* Vermis eorum non morietur, & ignis eorum non extinguetur.

al. † fine.

b Via peccantium complantata lapidibus,] ideſt, vita malorum dura & aſpera, plena doloribus, & peccantium duris operibus. Unde *Baruc.* 4. Delicati mei ambulaverunt vias aſperas, ducti ſunt, ut grex direptus ab inimicis. *Sap.* 5. Laſſati ſumus in via iniquitatis, & perditionis: & ambulavimus vias difficiles *Proverb.* 15. Iter pigrorum, quaſi ſepes ſpinarum.

c Et in finem illorum inferi, & tenebræ, & pœnæ.] Inferi ſuperbis, qui male petierunt ſublimitatem. Tenebræ, avaris, qui male petierunt mundi claritatem. Pœnæ, luxurioſis, qui male dilexerunt carnis voluptatem. Hoc erit eis in finem, ideſt, poſt mortem, vel finaliter, ideſt, æternaliter *ſupra* 9. Uſque ad inferos non placebit impius, ideſt, ibi placebit in pœna, qui diſplicuit in culpa.

d Qui cuſtodierit juſtitiam] ad Deum, ad ſe, ad proximum corde, ore, & opere.

e Continebit ſenſum ejus] ideſt, cum aliis virtutibus ſentiet, & tenebit ſenſum juſtitiæ. Notat intellectum veri, & affectum boni; quorum utrumque confert cuſtodia juſtitiæ, *ſupr.* 15. Qui continens eſt juſtitiæ, apprehendet illam, *Prover.* 27. Qui ſervat ficum, comedet fructus ejus: & qui cuſtos eſt Domini ſui, glorificabitur. *f* Conſummatio timoris Dei,] ideſt, finis conſummati timoris Dei eſt.

g Sapientia & ſenſus,] ideſt, fruitio, & cognitio Dei, *infra* 25. Timor Domini initium dilectionis ejus.

h Non erudietur] ideſt, extra jucunditatem vitiorum ponetur.

i Qui non eſt ſapiens in bono] ideſt, cui bona non ſapiunt. *Sapient.* 1. In malevolam animam non introibit Sapientia.

k Eſt autem inſipientia, quæ abundat in malo,] homine. Hæc eſt ſapientia mundi, quæ ſtultitia eſt apud Deum, 2. *Cor.* 3. Vel in malo, ideſt, ad malum. *Jerem.* 4. Sapientes ſunt, ut faciant mala.

l Et non eſt ſenſus] ideſt, veri boni ſapor.

m Ubi eſt amaritudo] peccati, vel conſcientiæ remordentis. Guſtus enim infectus febre iniquitatis, & amaritudine terrenorum, non poteſt ſentire dulcedinem æternorum. *Oſeæ* 12 Ephraim in amaritudinibus ſuis provocavit me ad iracundiam. *Act.* 8. In felle amaritudinis, & obligatione iniquitatis video te eſſe.

n Scientia ſapientis] ideſt, Chriſti, vel boni Doctoris.

o Tanquam inundatio abundabit] doctrina, & virtutibus, & gaudiis æternis. *Proverbior.* 13. Lex ſapientis fons vitæ. Item *in eod.* 15. Fons vitæ eruditio ſapientis. Vel ſic.

n Scientia ſapientis,] ideſt, Doctoris, vel Prædicatoris qui ſapit res ſecundum quod ſunt.

o Tanquam inundatio] maris, abundabit, dolore & amaritudine, & labore. Juxta illud *Eccl.* 1. Qui addit ſcientiam, addit & dolorem. *Deut.* 33. Inundationes maris, quaſi lac ſugent.

p Et conſilium illius,] ſapientis, ſcilicet.

q Sicut fons vitæ permanet,] ideſt, ſicut fons vivus, qui ſemper ſcaturit, & nunquam ſiccatur. Fons vivus in æſtate frigidas habet aquas, in hyeme calidas, ſemper ſcaturit, & emanat rivulus, & in ſe revertitur, ut iterum fluat. Sic doctrina boni Magiſtri contra æſtum amoris male accendentis refrigerium præſtat, & contra frigus timoris male humilíantis calorem miniſtrat, & ex ea rivulos eruditionis, & correctionis emittens in ſeipſum revertitur: quia facit, quod prædicat faciendum: & cavet quod docet cavendum, *Prov.* 20.

Sicut aqua profunda, ſic conſilium in corde viri, *infra* 39. Benedictio illius quaſi fluvius inundabit *Joan.* 4. Qui biberit aquam, quam ego dabo, fiet in eo fons aquæ ſalientis in vitam æternam.

r Cor fatui,] ideſt, inſipientis.

ſ Quaſi vas confractum: & omnem ſapientiam non tenebit] ideſt, ſicut vas confractum non retinet liquorem purum. Verbi cauſa, Vinum, vel oleum, vel aquam; Ita cor inſipientis non retinet vinum veræ doctrinæ, nec oleum gratiæ, nec aquam Sapientiæ, quæ ei infunditur a Deo & a Doctore; Fæces tamen & lutum & hujuſmodi retinet. Unde *infra* 27. Sicut in percuſſura cribri remanebit pulvis; ſic aporia hominis in cogitatu illius, *Jerem.* 22. Nunquid non vas fictile, & contritum vir iſte Jechonias? Jechonias interpretatur, ſibi fecit, vel præparans Domino.

C

Infr. 11.

al. † veritatis.

al. † ad ſe.

al. † projiciet inſcius.

al. † dorſum.

t Verbum ſapiens quodcumque audierit] utraque ante. *u* Scius] ideſt, ſciens & intelligens.

x Laudabit] corde, ore, & opere, & loquentem beatificans & Deum benedicens. *y* Et adjiciet] verbo audito operis executionem, vel apertam expoſitionem, ſi aliquid obſcurum dixerit: *Loquens hæc contra æmulos*, quorum officium, & intentio eſt aliena dicta carpere. Et nota, quod ſcius non eſt modo in uſu, & res nominis in paucis eſt: ſed ſciolus diminutivum ejus in uſu eſt: quia diminuta eſt in nobis ſcientia veritatis. *Oſeæ* 4. Non eſt ſcientia Dei in terra.

z Audivit luxurioſus] ideſt, voluptatis amator verbum doctrinæ vel prædicationis.

a Et diſplicebit illi,] quia non conſonat ejus ſenſui.

Unde *Prov.* 18. Non recipit ſtultus verba prudentiæ, niſi ea dixeris, quæ verſantur in corde ejus.

b Et projiciet illud poſt tergum ſuum] non curans intelligere, & contemnens implere. *Pſal.* 49. Projeciſti ſermones meos retrorſum. *Zach.* 7.

Averterunt ſcapulam recedentes, & aures ſuas aggravaverunt, ne audirent, & cor ſuum poſuerunt, ut adamantem, ne audirent legem, & intelligerent, *ſup.* 6.

Quam aſpera eſt nimium ſapientia indoctis hominibus: & non permanebit in illa excors: & non demorabuntur projicere illam.

c Narratio fatui,] ideſt, inſipientis doctrina, vel prædicatio.

d Quaſi ſarcina in via] ideſt, gravis & oneroſa audientibus. Gravat autem prædicatio auditores, Vel quia vita Prædicatoris diſplicet, *ſup.* 15.

Gravat Prædicatio auditores.

Non eſt ſpecioſa laus in ore peccatoris. Et *Pſal.* 49. Peccatori autem dixit Deus, Quare, &c. Vel quia nimis aſpera. *Prov.* 27. Grave eſt ſaxum, & oneroſa arena; ſed ira ſtulti utroque gravior. Vel quia mendax. *Prov.* 13. Verbum mendax Juſtus deteſtabitur. Item quia dura. *Prov.* 15. Sermo durus ſuſcitat furorem. Item quia indiſcreta vel impia *inf.* 22. Arenam, & ſalem, & maſſam ferri facilius eſt ferre, quam hominem imprudentem, & fatuum, & impium.

e Nam in labiis ſenſati invenietur gratia] ideſt, doctrina & prædicatio ſapientis eſt glorioſa. *Prov.* 15. Doctrina bona dabit gratiam. *Eccl.* 10.

Verba oris ſapientis gratia; & labia inſipientis præcipitabunt eum. *Luc.* 4. Mirabantur in verbis gratiæ, quæ procedebant de ore illius, & dicebant, &c.

f Os prudentis quæritur in Eccleſia] ideſt, Doctor, vel Prædicator prudens. Non enim decens eſt ſtultum, vel impium exercere officium Doctoris, aut Prædicatoris. *Prov.* 26. Indecens eſt in ore ſtultorum parabola. *Jer.* 15. Si ſeparaveris pretioſum a vili, quaſi os meum eris.

g Et verba illius,] prudentis.

h Cogitabunt in cordibus ſuis,] devoti auditores, ut intelligant, & opere impleant. Non enim auditores legis juſti ſunt apud Deum, ſed factores legis juſtificabuntur. *Rom.* 2,

a tan-

Tanquam *a* domus exterminata; ſic fatuo ſapientia, & ſcientia: *b* inſenſati *c* inenarrabilia verba. *d* Compedes in pedibus, ſtulto, doctrina, & *e* quaſi vincula manuum ſuper manum † dexteram. *f* Fatuus in riſu † exaltat vocem ſuam: vir *g* autem ſapiens vix tacite ridebit. *h* Ornamentum aureum prudenti doctrina, & *i* quaſi brachiale in brachio dextro. k Pes fatui *l* facilis in domum proximi: *m* & homo peritus confundetur a *n* perſona Potentis. *o* Stultus a *p* feneſtra *q* reſpiciet in domum: vir autem *r* eruditus *ſ* foris ſtabit.

a Tanquam domus exterminata, &c.] Sapientia de ſpiritualibus; ſcientia de temporalibus, ideſt, ſicut homines domum exterminatam fugiunt; ſic cor fatui ſapientiam, & ſcientiam refugit, & abhorret. Vel potius ſapientia, & ſcientia refugit cor fatui tanquam domum exterminatam. *Sapient.* 1. Spiritus Sanctus diſciplinæ effugiet fictum. Sicut domus exterminata pluvias non prohibet, fures non arcet, cornicibus patet, ventis quatitur, ruinam minatur, a nullo inhabitatur, nullus theſaurus ibi relinquitur; ſic cor fatui ad pluvias tentationum pervium eſt, fures, ideſt, Dæmones non arcet. *Job* 10. Vade, & venient ſuper eos horribiles. Vento ſuperbiæ quatitur, paulatim ruit in infernum, habitatore Spiritu Sancto caret, nullius theſauri ſpiritualis locus eſt.

al. † deſeræ. al. † inalcat.

b Inſenſati,] ideſt, inſipientis.

c Inenarrabilia verba ſunt,] ideſt, indigna narrari propter vanitatem, qua plena ſunt: vel ſuperſtitionem, aut errorem, in quem inducunt: vel propter indignitatem dicentis. Vel, inenarrabilia, ideſt, impoſſibilia, & difficilia narrari propter multitudinem. *Job* 16. Nunquid habebunt finem verba ventoſa? Aliqui ſic exponunt litteram.

a Tanquam domus exterminata; ſic fatuo ſapientia, & ſcientia inſenſati ſunt verba inenarrabilia,] ideſt, cauſa verborum inenarrabilium.

d Compedes in pedibus ſtulto doctrina] veritatis, quia ligat affectus, & cogitationes, ne procedant uſque ad conſenſum. Unde *ſupra* 5. Injice pedem tuum in compedes illius.

e Et quaſi vincula manuum ſuper manum dexteram] ſtulti, ligans, ne diſſolvatur, ad opera mala. Super manum dexteram dicit, quia dextera operamur, quaſi dicat Auctor: doctrina ſapientiæ refrænat cor ſtultorum a malis cogitationibus, & affectionibus, & manus a malis operibus. Certum eſt enim, quod homo compeditus currere non poteſt per campos licentiæ, nec etiam equitare ſuper equum ſuppede, niſi forte, ut feminæ cum timore cadendi. Item ſonitum facit, cum vadit: & pondus portat in pedibus, vel ligatus manibus operari non poteſt, nec alios percutere, nec ſeipſum defendere. Hæc omnia facit doctrina, *infra* 46. Circumpedes, & femoralia, & humerale poſuit ei, & cinxit illum tintinnabulis aureis plurimis in gyro: dare ſonitum in inceſſu tuo. Hoc enim præceptum dedit ei de affectione pietatis, de obſervantia caſtitatis, de labore operationis, de ſtudio prædicationis.

f Fatuus in riſu exaltat vocem ſuam,] cachinnum faciendo pro riſu: in quo maxima ſtultitia hominis, & inepta lætitia cordis oſtenditur *ſupra* 19. Amictus corporis, & riſus dentium, & ingreſſus hominis enunciant de illo. *Eccl.* 7. Sicut ſonitus ſpinarum ſub olla ardentium; ſic riſus ſtulti.

g Vir autem ſapiens vix tacite ridebit,] ideſt, raro ridebit. Et tunc modeſte. *Job* 29. Si quando ridebam ad eos non credebant mihi. Ubi dicit *Gregorius*. Prælatus ſe debet taliter habere ad ſubditos, ut ridens timeri, & iratus poſſit amari, ne nimia lætitia vilem, & immoderata ſeveritas reddat odioſum. Unde *Proverbiorum* 19. Sicut fremitus leonis; ita & ira Regis. Et ſicut ros ſuper herbam; ſic hilaritas ejus. Nota, Dominus ter fleviſſe legitur. Super civitatis Jeruſalem deſtructione *Lucæ* 19. Super Lazari reſuſcitatione. *Joan.* 11. In cruce. *Hebræorum* 5. Riſiſſe autem non legitur. In quo notatur, quod hic non eſt tempus ridendi, ſed flendi bonis; ſed in futuro erit eis tempus ridendi. Unde *Eccl.* 3. Eſt tempus flendi, & eſt tempus ridendi. *Proverbiorum ultimo* Ridebit in die noviſſimo. *Job* 8. Deus non projiciet ſimplicem, nec porriget manum malignis, donec impleatur riſu os tuum, & labia tua jubilo. E contrario malis eſt modo tempus ridendi; ſed poſtea erit eis tempus in morte æternitatis flendi. *Proverbiorum* 14. Riſus dolore miſcebitur, & extrema gaudii luctus occupat. *Matth.* 14. Ibi erit fletus, & ſtridor dentium.

Dominus ter legitur fleviſſe.

h Ornamentum aureum prudenti doctrina,] ideſt, doctrina viri prudentis eſt ei quaſi ornamentum aureum, ideſt, chara, & pretioſa, ornans eum.

i Et quaſi brachiale in brachio dextero,] ideſt, ornamentum brachii dextri, quaſi dicat, prudens ſapientiam, ſive doctrinam habet quaſi ornamentum pectoris, & operis: quia Sapientia, & cogitationes regit, & opera diſponit. Brachiale, ſive armilla totum brachium circundat: Sic tota vita, & opera Doctoris, atque Prædicatoris, debet ſapientia, ſive doctrina circundari, ut quod docet, faciat: & quod facit doceat, & ut ſemper teneat manum ad os, conflans aurum bonæ operationis cum argento ſanæ prædicationis: Et ſic fiet doctrina ejus ornamentum aureum, & brachiale argenteum. Hoc eſt, quod dicitur *infra* 28. Aurum tuum, & argentum tuum conſla, *inf.* 32. Gemmula carbunculi in ornamento auri. D

k Pes fatui facilis in domum proximi,] ideſt, fatuus libenter, & ſine cauſa ingreditur in domum proximi ſui: Quod malum eſt. Unde *Prov.* 25. Subtrahe pedem tuum a domo proximi tui.

Moraliter. *Moraliter.*

k Pes fatui,] ideſt, cogitatio ſtulti.

l Facilis in domum proximi,] ideſt, libenter explorat conſcientiam proximi, vel alieni, & ſuam raro, aut nunquam ingreditur. *Prover.* 27. Sicut avis tranſmigrans de nidu ſuo; ſic vir, qui relinquit locum ſuum. Item *in eodem* Domum fratris tui ne ingrediaris in die afflictionis tuæ, *infra* 30. Qui diligit filium ſuum, ideſt, cor ſuum, vel ſpiritum ſuum, aſſiduat illi flagella, ut lætetur in noviſſimo ſuo, & non palpet proximorum oſtia.

m Et homo peritus confundetur,] ideſt, erubeſcet.

n A perſona potentis,] ideſt, collocutione, vel familiaritate illius, *ſupra* 3. Advocatus a potentiore diſcede, ex hoc enim magis te advocabit. Item.

k Pes fatui facilis in domum proximi,] ideſt, pes curialis libenter intrat curiam Principis: Sed

m Homo peritus confundetur a perſona potentis,] ideſt, erubeſcet ire ad curiam Principis: Unde *infra* 41. Erubeſcite a Præſidente, & a Potente de mendacio, & a Judice, & a Principe de delicto. Petrus in curia Caiphæ Principis negavit Dominum, ut teſtantur omnes Evangeliſtæ. Unde *ſupra* 9. dicitur: Longe eſto ab homine poteſtatem habente occidendi te.

o Stultus a feneſtra reſpiciet in domum,] ſi non poſſit intrare.

r Vir autem eruditus foris ſtabit,] expectans humiliter, donec ei aperiatur oſtium. *Job.* 31. Si ad oſtium amici mei inſidiatus ſum, ſcortum ſit alteri uxor mea.

Myſtice. *o* Stultus,] ideſt, hæreticus, vel ſtultus Clericus. *Myſtice.*

p Reſpiciet in domum,] ideſt, in Sacram Scripturam.

q A feneſtra,] ideſt, per foramina ſubtilitatis, per quem locum ingrediatur in domum.

r Vir autem eruditus,] ideſt, quiſque Catholicus, vel ſapiens Clericus virtute fortis, & ſcientia eruditus.

ſ Stabit foris,] expectans humiliter, donec Dominus ei oſtium Eccleſiæ aperiat, aut per ſe, aut per alium.

Alioquin qui non intrat per oſtium, & aſcendit aliunde, fur eſt, & latro: & non venit, niſi ut furetur, & mactet & perdat. Furetur aliquam ſubtilitatem fingendo, mactet ſeipſum ſtudendo, perdat auditores decipiendo. *Jerem.* 23. Nolite audire verba Prophetarum qui prophetant vobis, & decipiunt vos: viſionem enim cordis ſui loquuntur, non de ore Domini. *Eodem infra* Propterea ecce ego ad Prophetas, ait Dominus, qui furantur verba mea unuſquiſque a proximo ſuo. Nolebat autem Apoſtolus intrare in domum Sapientiæ per feneſtram, ſed per oſtium. Unde *Coloſſ.* 4. Orantes pro nobis, ut Deus aperiat nobis oſtium ſermonis ad loquendum myſterium Chriſti. Qui per feneſtram reſpicit in domum, lumen Solis, & ſibi, & eis, qui ſunt in domo aufert, vel minuit ad minus; ita qui ſubtilitatibus vacat, & ſibi & aliis, qui eum audiunt, lumen veritatis aufert. Sed contra hoc videtur eſſe illud *Cantic.* 2. En ipſe ſtat poſt parietem noſtrum reſpiciens per feneſtram, proſpiciens per cancellos. Reſponſio. Ipſe eſt intus lux illuminans, *Joan.* 10.

a ſtultitia hominis auſcultare per oſtium, & *b* prudens *c* gravabitur contumelia. *d* Labia imprudentium ſtulta narrabunt: *e* verba autem prudentium ſtatera ponderabuntur. In *f* ore fatuorum cor illorum: & in *g* corde ſapientiam os illorum. *h* Dum maledicit impius Diabolum, *i* maledicit ipſe animam ſuam. *k* Suſurro *l* coinquinabit animam ſuam, & in *m* omnibus odietur: & *n* qui permanſerit, odioſus erit *o* tacitus, & ſenſatus *p* honorabitur.

C A P. XXII.

IN *q* lapide luteo † *r* lapidabitur *ſ* piger: & *t* omnes loquentur ſuper † aſpernationem illius. *u* De ſtercore boum lapidatus eſt piger:

al. † lapidatus eſt.

al. † aſpernationes.

Et faciens reſpicere foras. Unde *Gen.* 8. Cum tranſiſſent quadraginta dies, aperuit Noe feneſtram arcæ, quam fecerat. *a* Stultitia hominis,] eſt, [auſcultare per oſtium,] ideſt, inveſtigare foramina ſubtiliter. Unde *Prov.* 25. Qui perſcrutator eſt Majeſtatis, opprimetur a gloria. *b* Et prudens,] ideſt, Prædicator catholicus, vel ſapiens Scolaris. *c* Gravabitur contumelia] hæreticorum perſcrutantium ſubtilitatem Scripturæ, vel quorumlibet curioſorum. Sed contra *Prover.* 22. Non contriſtabit Juſtum, quicquid ei acciderit. Reſponſio. Eſt gravamen propaſſionis & eſt gravamen paſſionis. Primum turbat, ſecundum conturbat. Primum commune eſt juſtis, & injuſtis, perfectis & imperfectis. Unde 2. *Corinth.* 1. Super modum gravati ſumus, ita ut tæderet nos etiam vivere. Secundum proprium eſt injuſtis, & imperfectis. De primo agitur hic, de ſecundo in Proverbiis. *d* Labia imprudentium ſtulta narrabunt,] quia de ſtulto corde hauriunt, quod loquuntur, *Matth.* 12. Ex abundantia cordis os loquitur. *Iſa.* 32. Stultus fatua loquetur *ſupra eodem* Narratio fatui, quaſi ſarcina in via. *Prover.* 16. Doctrina ſtultorum fatuitas.

e Verba autem prudentium ſtatera ponderabuntur,] ideſt regula fidei, vel ſtatera diſcretionis, ne quid nimis, vel quid minus vel indecens aliquid dicatur *inf.* 28. Verbis tuis facito ſtateram. Et *Prov.* 17. Qui moderatur ſermones ſuos, doctus, & prudens eſt. *f* In ore fatuorum cor illorum,] ideſt, in ornatu verborum eſt tota intentio eorum. *g* Et in corde ſapientium os illorum,] ideſt, locutio ſapientium eſt ſuffulta ſententiis veritatis, non ſuffulta fuco verborum. 1. *Corinth.* 2. Veni non in ſublimitate ſermonis, aut ſapientiæ, annuncians vobis teſtimonium Chriſti. Vel ſic. *f* In ore fatuorum cor illorum,] ideſt, fatuorum verba prius ſunt ad linguam, quam ad limam: quia ſunt præcipites ad loquendum: nec attendunt quid loquantur; ſed ut loquantur, quam cito cogitatio eſt in corde, tam cito loquuntur, vel eſt locutio in ore, *Prov.* 29. Totum ſpiritum ſuum profert ſtultus. *g* Et in corde ſapientium os illorum,] ideſt, ſapientes prius cogitant, & deliberant, quid loqui debeant, quam loquantur. *Prov.* 16. Cor ſapientis erudit os ejus: & labiis ejus addet gratiam. *Pſal.* 36. Os juſti meditabitur Sapientiam; & lingua ejus loquetur judicium.

h Dum maledicit impius Diabolum,] ideſt, cum maledictum, & condemnatum dicit; nihilominus imitatur eum.

i Maledicit ipſe animam ſuam,] ideſt, damnatam, & maledictam oſtendit. Nam ſi Diabolus maledictus eſt; quia malus, qui imitatur eum in malitia, maledictus eſt: quia malus. Et ideo talis cum Diabolum malum, ſive maledictum dicit, ſeipſum maledictum oſtendit. *Rom.* 2 Inexcuſabilis es, o homo omnis, qui judicas: in quo enim alium judicas, teipſum condemnas: eadem enim agis, quæ judicas. Vel ſic. *h* Dum maledicit impius Diabolum,] ideſt, maledicto percutit optans ei malum. *i* Maledicit ipſe animam ſuam,] ideſt, culpæ, & pœnæ, & maledicto ſubjicit: quia peccat. Cum enim Diabolus ſit creatura Dei, non eſt optandum ei malum. Unde nec Sancti audent maledicere Diabolum, ſecundum quod legitur in Canonica Judæ. Cum Michael Archangelus cum Diabolo diſputans altercaretur de corpore Moyſi, non eſt auſus inferre judicium blaſphemiæ; ſed dixit; Imperet tibi Deus. Et *Zach.* 3. Increpet in te Dominus, Satan. Maledicere vero Diabolum non eſt peccatum, ut dicit *Gloſſ.* Unde *Judith.* 5. Maledicite terræ Meroz dixit Angelus Domini, maledicite habitatoribus ejus, Vel maledicere diabolum eſt peccatum ſuum ei imputare. *k* Suſurro,] ideſt, occultus detractor, qui eſt quaſi vermis terræ, vel occultus ſeminator diſcordiæ, *l* Coinquinabit animam ſuam,] cum ore ſuo, quod verbis malis polluit, animam maculabit, & in dictis, & factis ſuis. *m* Et in omnibus odietur,] hominibus, & Angelis, & Deo. *n* Et qui permanſerit,] in errore, ejus, odioſus erit. *Prov.* 6. Sex ſunt, quæ odit Dominus; & ſeptimum deteſtatur anima ejus: Eum, qui ſeminat diſcordias inter fratres. *Rom.* 1. Suſurrones, detractores Deo odibiles *ſupra* 5. Non appelleris ſuſurro in vita tua. Ibi require. *o* Tacitus & ſenſatus,] ideſt, moderatus in verbis, & diſcretus. *p* Honorabitur,] a Deo, & hominibus. *Prov.* 17. Pretioſi ſpiritus vir eruditionis; ſtultus vero ſi tacuerit, ſapiens reputabitur. Item *Prov.* 20. Honor eſt homini, qui ſeparat ſe a contentionibus. *Eccl.* 9. Verba ſapientium audiuntur in ſilentio plus, quam clamor Principis inter ſtultos.

EXPOSITIO CAP. XXII.

IN lapide luteo, &c.] In præcedenti capitulo docuit Auctor fugere circumſtantias peccatorum. In hoc docet, quod præcipitur 1. *Timoth.* 4. ſcilicet, exercitium pietatis in emendandis moribus aliorum. Ponit autem primo tria genera hominum corripiendorum, ideſt, pigros filios indiſciplinatos, filias fatuas, & audaces. Secundo docet flere cum flentibus, *ibi*:] Muſica in luctu.] Tertio docet impios, vel incorrigibiles non docere, vel defendere *ibi*. [Cum ſtulto ne multum loquaris.] Quarto docet blande corripere, ut correptio non declinet in contraria, ſed ſuper omnia ſervetur amicitia, *ibi*. Pungens oculum. Dicit ergo.

q In lapide luteo,] ideſt, pro obſtinatione peccati, quod luteum eſt, & immundum.

r Lapidabitur,] ideſt, graviter punietur, vel duriter corripietur.

ſ Piger] ideſt pedibus æger, qui propter pigritiam non vult operari. *Proverbior.* 13. Vult, & non vult piger. Item *Proverbior.* 20. Propter frigus piger arare noluit. Vel ſic.

q In lapide luteo] ideſt, in lege dura, & lutea propter cæremonialia. *r* Lapidabitur piger,] ideſt, peccator; quia lex peccatores præcipiebat lapidari. *Exod.* 19. Omnis, qui tetigerit montem, morte morietur: manus non tanget illum; ſed lapidibus opprimetur. Vel ſic *q* In lapide tuo,] ideſt, in correptione molli, & blanda, *r* Lapidabitur piger,] ideſt torpens a bono opere licet malum non faciat: quia manus in manu non erit innocens malus. *Prover.* 11. *t* Et omnes loquentur ſuper aſpernationem illius,] quia Deum, & ſeipſum, & homines ſpernit: vel quia aſpernandus eſt ab omnibus, hoc eſt, omnes boni corripient eum, aſpernantes ejus pigritiam ſimul, & malitiam. *Abdias* 1. Contemptibilis es valde, ſuperbia cordis tui extulit te. 2. *Cor.* 2. Sufficit illi, qui ejuſmodi eſt, objurgatio hæc, quæ fit a pluribus: ita ut e contrario magis doneris, & conſolemini. Vel ſic. [Omnes loquentur ſuper aſpernationem illius,] ideſt, de ejus pigritia aſpernanda. Aliqui libri habent. (Super aſpernatione illius,) Et eſt ſenſus. [Omnes loquentur ſuper aſpernatione illius,) qua aſpirat ad otium & torporem, & non ad opus & laborem, hoc eſt, omnes loquentur ad hoc, quod non ſpirat ad cœlum ſcandere per laborem, & volare per contemplationem: ad quod factus eſt. *Job* 5. Homo natus ad laborem, & avis ad volandum.

u De ſtercore boum lapidatus eſt piger,] Boves ſunt Prædicatores, qui jugum Domini jugiter portant: currum Eccleſiæ trahunt: terram cordium peccatorum vomere linguæ ſuæ ſcindunt: ſpinas & tribulos vitiorum evellunt: ſemina verbi Dei erunt: duobus cornibus, ideſt ſcientia duorum Teſtamentorum, vel vita & ſcientia decorantur, De quibus dicitur *Job* 1. Boves arabant: & aſinæ paſcebantur juxta eos. *Deut* 25. & 1. *Cor.* 6. Non alligabis os bovis triturantis. *Proverb.* 14. Ubi non ſunt boves, præſepe vacuum eſt, ubi autem apparent plurimæ ſegetes, ibi manifeſta eſt fortitudo bovis. Stercora boum ſunt verba increpatoria & exhortatoria, quibus ſtercoratur & fœcundatur terra cordium. De quibus dicit *Luc.* 13. Domine, dimitte illam & hoc anno uſque dum fodiam circa illam, & mittam ſtercora, & ſi quidem fecerit fructum, ſin autem in futuro ſuccidas illam. *Beatus Bern.* Quis ignoret eſſe fimum verbum increpatorium: quia ſi non excuſet neceſſitas, minus deceat proferentem? Hoc fimo alios impinguari, alios indurari, ideſt lapidari videmus. O piger

non-

nonne bovinus fimus ſpargitur in agro ſuo ? unde ergo habet lapides.

Eſt igitur ſenſus. [De ſtercore boum,] ideſt, fructuoſa, & utili prædicatione Prædicatorum [lapidabitur] ideſt, indurabitur [piger,] ideſt, torpens, pedibus æger.

a & omnis, qui tetigerit eum, b excutiet manus.

c Confuſio patris eſt d de filio indiſciplinato, † e filia autem † fatua in f deminoratione fiet. g Filia prudens h hæreditas viro ſuo: i nam quæ confundit, in k contumeliam fit genitoris. l Patrem, & m virum confundit n audax: & o ab impiis non minorabitur: p ab utriſque autem q inhonorabitur. r Muſica in luctu ſ importuna narratio, t flagella, & u doctrina in x omni tempore ſapientia.

y Qui docet fatuum, z quaſi qui conglutinat teſtam. a Qui narrat verbum non audienti, quaſi qui b excitat dormientem de gravi ſomno. Cum c dormiente loquitur, qui narrat ſtulto Sapientiam: & in fine d narrationis dicit: quis eſt hic?

Item ſtercora boum ſunt temporalia, quæ Prædicatores verbi Dei, quaſi ſtercora abjiciant, & conculcant, quibus Tobias excæcatus eſt, at legitur *Tob.* 2. De quibus dicitur *Thren.* 4. Qui nutriebantur in croceis, amplexati ſunt ſtercora. *Philip.* 3. Omnia detrimentum feci, & arbitror, ut ſtercora, ut Chriſtum lucrifaciam. *B. Bernard.* Væ miſero, qui dum ſtercoratur, putat ditari, ideſt, ordinari.

al. †, in ſiſta. al. † non habet fatua.

Eſt ergo ſenſus. [De ſtercore] ideſt, pro amore temporalium [lapidabitur] ideſt, increpabitur [piger,] ideſt, propter pigritiam ſuam, *Luc.* 6. Væ vobis divitibus, qui habetis hic conſolationem veſtram, *Jac.* 5. Agite nunc, divites, plorate ululantes in miſeriis veſtris, quæ advenient vobis.

Item [De ſtercore boum] ideſt, pro immunditia peccatorum [lapidabitur,] ideſt, piger punietur [piger] ideſt, propter pigritiam ſuam non vult exire de luto ſtercorum vitiorum, ſed permittit ſe putreſcere, *Johel.* 1. Computruerunt jumenta in ſtercore ſuo, *Proverb.* 6. Uſquequo piger dormis? quando conſurges a ſomno tuo?

a Et omnis qui, &c.] communicando ejus pigritiæ, vel conſentiendo ejus malitiæ.

b Excutiet manus] ſuas, ut projiciat fœtidatem, quæ adhæſit ei ex tactu. Et loquitur metaphorice. Qui enim tangit lutum, vel ſtercus, fœdatur manus; & neceſſe habet excutere, ut projiciat, quod adhæſit ei de luto, *ſupra* 23. Qui tangit picem, inquinabitur ab ea. Multi tangentes ſtercora temporalium potant ſe tangere reliquias. Et tales neceſſe habent excutere manus, ſi volunt beati fieri, *Iſa.* 33. Beatus, qui excutit manus ſuas ab omni munere.

Item. [Omnis, qui tetigerit eum] corripienda [excutiet manus] ſuas, propter punctionem ſpinarum, quas tetigit, vel propter aſtionem ignis, 2. *Reg.* 23. Prævaricatores quaſi ſpinæ evellentur univerſi, quæ tolluntur manibus. Sed quis eas tangere voluerit, armabitur ferro, & ligno lanceato, igneque ſuccenſæ comburentur uſque ad nihilum.

c Confuſio patris eſt] carnalis, vel ſpiritualis.

d De filio indiſciplinato] ideſt, filius indiſciplinatus confundit patrem ſuum: & pater confundi debet, ſi non diſciplinat filium, *Prov.* 10. Filius ſapiens lætificat patrem; filius vero ſtultus mœſtitia eſt matris ſuæ.

e Filia] ideſt, indiſciplinata, vel vaga, & diſſoluta.

f In deminoratione] honoris ſui, & Parentum. Propter quod dicitur *inf.* 42. Super filiam luxurioſam confirma cuſtodiam, ne quando te faciat venire in opprobrium inimicis tuis.

Moralit. Moraliter. Filia fatua eſt erronea conſcientia, quæ ſemper minoratur in bona, *ſup.* 19. Qui cito credit, levis eſt corde, & minorabitur.

Item filia eſt vis animæ, quælibet ſcientia, regula, ſecta, profeſſio quælibet, *ſupra* 8. Filiæ tibi ſunt; ſerva corpus illarum.

g Filia prudens hæreditas] eſt [viro ſuo] ideſt, loco hæreditatis; quia vir ſapiens plus diligit prudentem uxorem ſine hæreditate, quam fatuam cum magna hæreditate. Vel, filia prudens] eſt [hæreditas viro ſuo] id eſt, ſicut vir delectatur in prudenti uxore, & eam non dimittit, niſi per mortem qua ſolvitur, & dividitur & ab hæreditate, & ab uxore, 1. *Cor.* 9. Mulier alligata eſt legi quanto tempore vir ejus vivit: quod ſi dormierit vir ejus; liberata eſt a lege.

Moraliter. g Filia prudens] ideſt, anima fidelis, quæ eſt. h Hæreditas viro ſuo] id ſt, Chriſto, qui excolit, ut homo hæreditatem, *Pſ.* 15. Hæreditas mea præclara eſt mihi. Et quod talis filia hæreditas ſit viro ſuo, probat quaſi per contrarium. Moralit.

i Nam quæ confundit] virum ſuum, faciens eum erubeſcere ſtultitia ſua.

k In contumeliam ſit genitoris] qui eam male erudivit, in domo ſua. Et quando remittitur in domum ſuam a viro ejus, quod eſt patri ejus magna contumelia, *Prov.* 29. Puer, qui dimittitur ſuæ voluntati, confundit matrem ſuam. Ideo dicitur *inf.* 26. In filia non advertente ſe, firma cuſtodiam, ne inventa occaſione abutatur ſe.

l Patrem, & virum confundit audax] filia, ideſt, temeraria, vel effrænis.

Moraliter. n Audax] filia, caro, vel mala voluntas audax ad peccandum. Moralit.

l Confundit patrem] ideſt, affectum.

m Et virum] ideſt, intellectum.

a Et ab impiis non minorabitur] ideſt, a ſimilibus non vituperabitur, vel impios ſuperabit in ſceleribus ſuis; vel a vitiis imputatis non ceſſabit.

p Ab utriſque autem] ideſt, a patre, & viro.

q Inhonorabitur] ideſt, vituperabitur.

r Muſica in luctu importuna narratio.] Sicut dicit *Gl.* hic arguit quoſdam Prædicatores, qui in ſuis ſermonibus deberent facere ſtimulum timoris, vel devotionis ad luctum, & ipſi fabricant fabulas ad riſum. Unde *Ezech.* 33. Sedent coram te populus meus, & audiunt ſermones tuos, & non faciunt eos: quia in canticum oris ſui vertunt illos. *Eccl.* 10. In riſu faciunt panem, & vinum. Item arguit carmina, & cantilenas exequiarum quæ olim in figura fiebant, 2. *Paral.* 35. Omnes cantores, & cantatrices uſque in præſentem diem lamentationes ſuper Joſiam replicant. Item arguit illos, qui in corrigendo tempus, & locum non obſervant; unde dicit.

ſ Importuna narratio] ideſt, correctio, vel prædicatio in tempore non ſuo eſt. r Muſica in luctu] ideſt, melodia in tempore luctus. Modo eſt tempus, & locus lugendi, & ideo non † mimice, vel rhythmice prædicandum eſt; ſed cum fletu, & gemitu, *Iſa.* 40. Loquimini ad cor Jeruſalem, *Jer.* 9. Deducant oculi noſtri lacrymas, & palpebræ noſtræ defluant aquis; quia vox lamentationis audita eſt de Sion, ideſt, de Prædicatore. al. † metrice.

t Flagella, & doctrina in omni tempore ſapientia] ideſt, diſciplina flagelli, & doctrina verbi in omni tempore, tam adverſitatis, quam proſperitatis ſunt cauſa ſapientiæ, *Prov.* 29. Virga, atque correctio tribuit ſapientiam, *Iſa.* 28. Sola vexatio tantummodo dabit intellectum auditui. Et *Tob.* 11. legitur, quod felle poſito ſuper oculos, recuperavit viſum Tobiæ. Vel ſic. t Flagella] ideſt, comminationes pœnæ æternæ. u Et doctrina] ideſt, promiſſio gloriæ æternæ. x In omni tempore ſapientia] ſunt, ideſt, cauſa ſapientiæ audientibus. Unde circa hæc duo maxime debet verſari omnis doctrina, & prædicatio. Unde *Matt.* 13. Omnis ſcriba doctus de theſauro ſuo profert nova, & vetera. Et *Luc.* 10. Samaritanus vulneribus ſauciati infudit vinum ſimul, & oleum.

y Qui docet fatuum] ideſt, incorrigibilem, cui male ſapit correctio.

z Quaſi qui conglutinat teſtam] ideſt, perdit operam, & impenſam, & ſeipſum inſipientem oſtendit, *Prov.* 9. Qui erudit deriſorem, ipſe ſibi injuriam facit. Item *in eod.* 23. In auribus inſipientium ne loquaris; quia deſpicient doctrinam eloquii tui. a Qui narrat verbum non audienti,] ideſt, non attendenti. b Quaſi qui excitat dormientem de gravi ſomno] qui moleſte accipit, & cito ad ſomnum recurrit; ſic fatuus cum corrigitur, graviter audit, & cito ad ſtultitiam ſuam redit, *inf* 32. Ubi non eſt auditus, non effundas ſermonem tuum, *inf.* 25. Beatus, qui narrat juſtitiam auri audienti. c Cum dormiente loquitur, qui narrat ſtulto ſapientiam,] quia ſicut dormiens non audit, quod ei dicitur; ita nec ſtultus. Et comparatur ſtultus dormienti; quia ſicut in dormiente ligati ſunt ſenſus exteriores per ſomnum, ita in ſtulto per ſomnum negligentiæ, & per ſomnum culpæ ligantur ſenſus interiores, ut nihil intelligat, *Abac.* 2. Qui dicit ligno, expergiſcere, & lapidi tacenti; ſurge. d Et in fine narrationis dicit, quis eſt hic?] qui me arguit indiſcrete, id eſt, increpat injuſte, vel monet viam relinquere, vel præſumit me docere? *Exod.* 2. Qui te conſtituit Principem, ac Judicem ſuper nos? *Gen.* 17. Ingreſſus es, ut advena, nunquid

ut ju-

ut judices, *ſup.* 13. Pauper locutus eſt, & dicunt: Quis eſt hic? *a* Supra mortuum, &c.] Hic hortatur Auctor ad compaſſionem. Et tangit breviter tria genera hominum. Bonum mortuum morte naturæ, fatuum viventem vita naturæ, malum mortuum morte culpæ. Omnibus compatiendum eſt,

B & condolendum: quia ipſa natura hoc docet. Unde dicit.

Inf. 38. al. † deficit.

a Supra mortuum *b* plora: † *c* deficit enim lux ejus: & *d* ſupra fatuum plora: *e* deficit enim ſenſu. *f* Modicum plora ſupra mortuum, quoniam *g* requievit. *h* Nequiſſimi enim nequiſſima vita ſuper mortem fatui. *i* Luctus mortui ſeptem † dies: *k* fatui autem, & impii omnes dies vitæ illorum. Cum *l* ſtulto ne multum loquaris: & *m* cum inſenſato ne abieris. *n* Serva te ab illo, ut *o* non moleſtiam habeas: & *p* non coinquinaberis in peccato illius. *q* Deflecte ab illo: & *r* invenies requiem: & *ſ* non † acidieris in ſtultitia illius. *t* Super plumbum quid gravabitur? Et quod illi *u* aliud nomen quam fatuus? *x* arenam & ſalem, & maſſam ferri facilius eſt † ferre, quam hominem imprudentem, & fatuum, & impium. Sicut *y* loramentum ligneum colligatum fundamento ædificii non diſſolvetur: ſic & *z* cor firmatum in cogitatione conſilii.

a Supra mortuum] morte naturæ.

b Plora] ideſt, plorare permitteris, non deſperando tamen de reſurrectione, ſicut dicitur 1. *Theſ.* 3. Ut non contriſtemini, ſicut & ceteri, qui ſpem non habent.

al. † diebus.

c Deficit enim lux ejus,] ideſt, vita corporalis. Sic accipitur lux, *Job* 3. Quare miſero data eſt lux, & vita his, qui in amaritudine animæ ſunt?

Sup. 12. *d* Et ſupra fatuum plora] multo plus.

e Deficit enim ſenſu] ſpirituali, ideſt, prudentia, qua bonum eligitur, & malum fugitur.

al. † acidiaberis. *f* Modicum plora ſupra mortuum] hoc eſt ex compaſſione naturali, non ex deſperatione inconſolabili; quoniam requievit a laboribus, & miſeriis hujus vitæ. *Apoc.* 14. Amodo jam dicit ſpiritus, ut requieſcat a laboribus ſuis. Et ideo potius congaudendum eſſet ei, quia de labore ad requiem: de luctu ad gaudium tranſivit. E contrario naſcenti in mundum condolendum eſt, & compatiendum; quia ingreditur miſerias, & ærumnas multas. Unde Dominus de morte Lazari non ploravit, quin potius dixit: Lazarus mortuus eſt, & gaudeo propter vos. In reſurrectione vero ploravit: quia jam requieſcentem ad miſerias revocabat, *Jo.* 11.

ab † portare,

C

Moralit. 14. Moraliter. *a* Supra mortuum] in peccatis.

b Plora] condolendo. Nec eſt permiſſio, ut prius, ſed præceptum, *inf.* 38. Fili, in mortuum produc lacrymas, & quaſi dira paſſus incipe plorare, *ſup.* 7. Mortuo non prohibeas gratiam: non deſis plorantibus in conſolatione, & cum lugentibus ambula.

c Deficit enim lux ejus] ideſt, vita animæ ſuæ. De qua *Epheſ.* 5. Fuiſtis aliquando tenebræ: nunc autem lux in Domino.

d Et ſupra fatuum plora: deficit enim ſenſu,] ideſt, intelligentia. De his duobus plorandum eſt, ideſt, de defectu gratiæ, & de defectu intellectus. Nam per gratiam vivit affectus, & per intelligentiam vivit intellectus. Unde tunc plene mortua eſt anima, cum deficit, & gratia, & intelligentia. Sed quia debet eſſe luctus conſolabilis, quia de nemine deſperandum eſt, dum eſt in via; ideo additur. *f* Modicum plora, &c.] *Jer.* 31. Quieſcat vox tua a ploratu, & oculi tui a lacrymis, quia eſt merces operi tuo, ait Dominus, & revertentur de terra inimici, & eſt ſpes in noviſſimis tuis, *inf.* 38. Fac luctum ſecundum meritum ejus uno die, vel duobus propter detractionem. *g* Quoniam requievit] a bono opere, & a laude Dei.

h Nequiſſimi enim nequiſſima, &c.] Et pejor eſt vita fatui, quam mors ejus, *infr.* 40. Melior eſt mors, quam vita amara, & requies æterna, quam languor perſeverans. Vita fatui nequam in conſenſu peccati, nequior in opere, nequiſſima in conſuetudine. Item nequam eſt in opere, nequior in defenſione, nequiſſima in gloriatione. *i* Luctus mortui, &c.] ideſt, mortui lugendi ſunt ſeptem diebus. Et tangit morem ſui temporis Auctor. Ante legem vero major erat affectio ad amicos, & major luctus in morte eorum. Unde & Jacob mortuum ploraverunt Judæi quadraginta diebus, & Ægyptii ſeptuaginta diebus, *Gen. ult.* Moyſen vero ploraverunt triginta diebus tantum. *Deut. ult.* Modo minor eſt affectio; vix una hora ploratur amicus mortuus.

k Fatui autem, & impii omnes dies vitæ illorum] lugendi ſunt, quia omnes mali ſunt; illius ob ignorantiam, iſtius propter malitiam.

Moraliter autem ſeptem dies ſunt ſeptem partes mundanæ proſperitatis, ideſt, ſcientia ſæcularis, fama popularis, ſanitas corporalis, voluptas carnalis, abundantia temporalis, ſecuritas mundialis, gloria ſingularis. De quibus *Job* 21. Ducunt in bonis dies ſuos, & in puncto ad inferna deſcendunt, *Pſ.* 101. Dies mei ſicut umbra declinaverunt, *Jer* 20. Maledicta dies, in qua natus ſum; dies, in qua peperit me mater mea, non ſit benedicta. *Moraliter.*

l Cum ſtulto ne multum loquaris,] quaſi dicat, etſi ſtultus ſemper ſit lugendus, non tamen corripiendus, maxime ſi ſit obſtinatus, *ſup.* 8. Ne litiges cum homine linguato, *Prov.* 29. Vir ſapiens ſi cum ſtulto contenderit, ſive iraſcatur, ſive rideat, non inveniet requiem. *m* Et cum inſenſato ne abieris] in vias erroris. Vel ad litteram *ſup.* 8. Cum audace non eas in via. *Prov.* 13. Qui cum ſapientibus graditur, ſapiens erit; amicus ſtultorum ſimilis efficietur.

n Serva te ab illo] cedendo non reſpondendo.

o Ut non moleſtiam habeas] importunitatis illius, ſicut de Jonatha, præcipit Alexander 1. *Machab.* 10. dicens: Nec quiſquam moleſtus ſit ei de ulla ratione, *Gal.* 6. De cetero nemo mihi moleſtus ſit. *Prov.* 27.

p Et non coinquinaberis, &c.] conſentiendo, vel non corrigendo, *ſup.* 13. Qui tetigerit picem, inquinabitur ab ea, *Cor.* 15. Corrumpunt mores bonos colloquia prava.

q Deflecte ab illo] ideſt, recede ab eo, ſicut Abraham a Loth, *Gen.* 13. Et Jacob ab Eſau, *Gen.* 33.

r Et invenies requiem] ſicut illi, non corpore quidem, ſed ſpiritu, *Matt.* 11. Diſcite a me, quia mitis ſum, & humilis corde, & invenietis requiem animabus veſtris.

ſ Et non acidieris in ſtultitia illius] Multi enim contrahunt tædium bonæ vitæ ex convictu ſtultorum, *ſup.* 6. Porta illam, ideſt, Sapientiam, & non acidieris in vinculis illius. Et non ſic acidieris in ſtultitia illius] corrigenda, vel declinanda, *ſup.* 4. Libera eum, qui injuriam patitur de manu ſuperbi, & non acide feras in manu tua.

t Super plumbum quid gravabitur,] ideſt, gravius judicabitur.

u Et quod illi aliud nomen, quam fatuus] quaſi dicat, plumbum grave eſt, ſed fatuus gravior. Plumbum enim portari poteſt, licet cum gravamine; ſed ſtultus ſuſtineri non poteſt, *Prov.* 27. Grave eſt ſaxum, & onerosa arena; ſed ira ſtulti utroque gravior. *x* Arenam & ſalem, & maſſam ferri facilius eſt ferre, quam hominem imprudentem, & fatuum, & impium,] ideſt, multitudinem levium peccatorum, quæ per arenam deſignantur: & fatuam ſapientiam Philoſophorum, quæ per ſalem exprimitur: & duram Gentilium perſecutionem, quæ per maſſam ferri accipitur, facilius eſt ſuſtinere, quam hæreticum imprudentem, qui ſine diſcretione venialia, ſicut arenam bibit peccata: & fatuum, qui Philoſophorum ſapientiam quaſi ſapidam amplexabitur; & impium, qui Dei cultum, & Scripturam Sacram dehoneſtat pervertendo, imprudentem ſibi, fatuum proximo, impium Deo. *y* Sicut loramentum ligneum, &c.] *Rab.* continuat hoc, dicens: Egit Auctor de gravitate fugienda, & incipit agere de gravitate optanda contra levitatem fatui, ſubjungens firmitatem ſapientis, comparans eum loramento firmiter collato. Eſt autem loramentum congeries lignorum firmiter ſibi compaginatorum in fundamento ædificii, vel etiam ſupra fundamentum, dictum a loro.

Myſtice. Per ligna loramenti ſignificantur fideles, qui dant fructum in tempore ſuo: Ædificium eſt Eccleſia: fundamentum fides Chriſti, de quo 1. *Cor.* 3. Fundamentum aliud nemo poteſt ponere, præter id, quod poſitum eſt, quod eſt Chriſtus Jeſus: Vincula ſunt charitas, & doctrina Apoſtolica. Sicut igitur loramentum ligneum firmiter colligatum non diſſolvitur: ſic ædificium Eccleſiæ in fundamento fidei firmiter colligatum & charitate & doctrina Apoſtolica compaginatum indiſſolubile eſt, *Matt.* 7. Omnis qui audit verba mea hæc, & facit ea, aſſimilabitur viro ſapienti, qui ædificavit domum ſuam ſupra petram, & deſcendit pluvia, & venerunt flumina, & flaverunt venti, & irruerunt in domum illam, & non cecidit: fundata enim erat ſupra firmam petram. Et hoc eſt, quod dicit: Sicut loramentum ligneum colligatum fundamento ædificii non diſſolvetur] de facili. *Myſtice.*

z Sic & cor confirmatum in cogitatione conſilii] non diſſolvetur de facili.

Hoc

Hoc eſt, ſicut ædificium ſtabile eſt, & firmum, nec cito ſolvitur a vento, vel pluvia; ſic cor roboratum deliberatis, & conſultis cogitationibus de facili non movetur a tentationum procellis, dummodo ſint cogitationes colligatæ in fundamento fidei, & compaginatæ vinculo charitatis, *Eph.* 4. Supportantes invicem in charitate, ſolliciti ſervare unitatem ſpiritus in vinculo pacis. *a* Cogitatus ſenſati,] ideſt, ſapientis.

b In omni tempore adverſitatis, ſcilicet & proſperitatis.

c Vel] etiam.

d Metu] cujuslibet tribulationis.

e Non depravabitur] declinando ad malum, & omittendo bonum, etiam metu mortis, *Prov.* 28. Juſtus quaſi leo confidens abſque terrore erit.

Item *in eod.* 21. Cogitationes robuſti ſemper in abundantia. Nullum bellum intrinſecum, vel extrinſecum depravare poteſt cor illius hominis, qui mandata Domini cuſtodit juxta divinorum librorum conſilium.

al. † ſtulti

a Cogitatus ſenſati in *b* omni tempore, *c* vel *d* metu *e* non depravabitur. *f* Sicut paleæ in excelſis, & *g* cementa ſine impenſa *h* poſita *i* contra faciem venti *k* non permanebunt: ſic & *l* cor timidum in *m* cogitatione ſtulti *n* contra impetum timoris *o* non reſiſtit. *p* Sicut ornatus arenoſus in *q* pariete limpido: ſic & *r* cor trepidum in cogitatione † ſtulti *ſ* omni tempore non metuet: † ſic & *t* qui in præceptis Dei permanet ſemper. *u* Pungens oculum † *x* deducit lacrymas: & *y* qui pungit cor, *z* profert ſenſum. *a* Mittens lapidem in volatilia dejiciet illa: ſic *b* & qui conviciatur amico diſſolvit amicitiam. Ad *c* amicum, *d* etſi produxeris gladium, *e* non deſperes, *f* eſt enim regreſſus *g* ad amicum. Si *h* aperuerit os triſte, non *i* timeas:

f Sicut paleæ in excelſis] ideſt, in alto loco poſitæ.

g Et cementa] ideſt, ſabulum, ſive arena.

h Sine impenſa poſita] ideſt, ſine admixtione calcis.

i Contra faciem venti,] ideſt, contra impetum venti.

k Non permanebunt] quia cito diſperguntur.

l Sic & cor timidum] quia timet paupertatem vel mortem. *m* In cogitatione ſtulti] non fundatum in charitate, & veritate.

n Contra impetum timoris] ideſt, tentationis timidæ.

o Non reſiſtit] ſed cedit, *Prov.* 28. Fugit impius nemine perſequente. Comparantur autem mali paleis multis rationibus. Primo, ſicut palea cum grano eſt, donec fiat ventilatio areæ; ita mali cum bonis ſunt, donec mundetur area Eccleſiæ, *Matt.* 3. Ipſe vos baptizabit in Spiritu Sancto, & igne, cujus ventilabrum in manu ſua, & permundabit aream ſuam, & congregabit triticum in horreum ſuum; paleas autem comburet igni inextinguibili. Miratur autem *Hier* de hujuſmodi commixtione, 2. *Cor.* 6. Quæ conventio, &c. Quid paleis ad triticum, dicit Dominus, &c. Item palea cibus eſt ignis, & peccatores cibus ſunt ignis infernalis. *Aug.* Si paleam ſequeris, palea efficieris. Cave ergo, ne ab igne inextinguibili comburaris. Item palea omni vento agitatur, ſic mali omni vento circumferuntur. Ab Oriente vento adulationis. Sol enim oriens] ideſt, proſperitas adulatores adducit. *Exod.* 10. Mane facto ventus urens levavit locuſtas, quæ aſcenderunt ſuper univerſam terram Ægypti. Item ab occidente, vento detractionis. Adverſitas enim adulatores expellit, ſed detractores adducit, *Exod.* 10. Oravit Moyſes Dominum, qui flare fecit ventum vehementiſſimum ab occidente, & acceptam locuſtam projecit in mare rubrum. Item a meridie, vento elationis. Item a Septentrione, vento deſperationis. *p* Sicut ornatus arenoſus] ideſt, linitio facta de arena. *q* In pariete limpido,] plano, & polito, ſupple, non hæret.

Mali comparantur paleis.

r Sic & cor trepidum in cogitatione ſtulti] non adhæret. Hoc eſt, ſicut arena non adhæret lapideo parieti, ſed ſtatim defluit; ſic cor ſtulti nulli cogitationi boni adhæret, vel cogitatio cordis, ſed fluit una poſt aliam, ſicut pulvis, *Ezech.* 24. Dedi ſanguinem ejus ſuper petram limpidiſſimam, ne operiretur. Vel poteſt ſuſpenſive legi hoc modo. *p* Sicut ornatus arenoſus] ideſt, pulvis, vel linitio arenoſa. *q* In pariete limpido] ideſt, polito, & exterſo, non hæret. *r* Sic & cor trepidum in cogitatione ſtulti] ideſt, trepidans in fatuis cogitationibus.

ſ Omni tempore non metuet] ideſt, nunquam metuit, id eſt, ſicut arena non adhæret parieti limpido; ſic timor Dei non adhæret cordi ſtulti timodo, timore humano, vel mundano, non divino. Aliqui libri habent [metuet] ſine [non] ſed verius cum non; utrumque tamen verum eſt, quia & metuit, & non metuit; ſed aliud, & aliud.

t Sic & qui in præceptis Dei permanet] nullo tempore metuit, ſupple, humano, vel mundano timore. Vel eſt ſimilitudo per contrarium, ſicut dicitur *Luc.* 16. Fili, recepiſti bona in vita tua, & Lazarus ſimiliter mala.

Et eſt ſenſus: Sicut ſtultus nullo tempore metuit; ſic & qui in præceptis Dei permanet, ideſt, in cuſtodia præceptorum Dei ſemper metuit, ſupple.

Unde *Prov.* 28. Beatus homo, qui ſemper eſt pavidus: qui vero mentis eſt duræ, corruet in malum.

u Pungens oculum] cordis ſtimulo timoris, vel amoris. *x* Deducit lacrymas] compunctionis, vel devotionis, vel compaſſionis. Compunctionis, pro peccatis propriis: devotionis pro Chriſti beneficiis; compaſſionis, pro proximorum miſeriis. Primas lacrymas deducit ſtimulus timoris, Secundas, & tertias ſtimulus amoris. Timor enim & amor ſunt duo calcaria, quibus equus Domini, ideſt, Juſtus quilibet a lateribus pungitur, ut velocius currat. *y* Et qui pungit cor] ſuum, vel auditorum ſtimulum exhortationis, increpationis, & eruditionis. *z* Profert ſenſum] ideſt, intelligentiam Scripturarum. Vel [profert ſenſum] ideſt, ejicit a corde malum ſenſum, quo ſapiebant ei mundana, ut infundatur ei bonus ſenſus, quo ſapiunt ſpiritualia, ſicut vas primo evacuatur malo liquore, ut bono impleatur. Unde *Thren.* 2. Effunde ſicut aquam cor tuum ante conſpectum Domini, leva ad eum manus tuas, 1. *Reg.* 1. Omne, quod inebriare poteſt, non bibi, ſed effudi animam meam in conſpectu Domini. Multi ungunt corda auditorum blandimentis, & pauci pungunt acutis gladiis verbi Dei, *Eccl.* 12. Verba ſapientium ſicut ſtimuli, & quaſi clavi in altum defixi. *Jer.* 48. Maledictus qui facit opus Dei fraudulenter: & maledictus qui prohibet gladium ſuum a ſanguine, *Prov.* 27. Meliora ſunt vulnera diligentis, quam fraudulenta oſcula odientis. Non poteſt autem cor gladio pungi, niſi caro prius vulneretur, & ſanguis fundatur, ideſt, carnalis affectus omnino evacuetur. Propter quod dicit Moyſes *Exod.* 32. Ponat vir gladium ſuper femur ſuum; Ite & redite de porta uſque ad portam per medium caſtrorum, & occidat unuſquiſque fratrem ſuum, & amicum, & proximum ſuum.

al. † ſed & qui.

al. † producet.

a Mittens lapidem in volatilia dejiciet illa] ideſt, diſperget.

b Sic & qui conviciator amico, diſſolvit amicitiam,] ideſt, ſicut jactu lapidis grex avium diſſipatur; ſic verbo convitii vis amicitiæ violatur.

Moraliter. Lapidem mittit in volatilia, qui duram, & indiſcretam increpationem jacit in contemplativos. Talis enim dejiciet eos a volatu contemplationis; ſic illi, qui indiſcrete reprehendere ſolent, vel ſtudentes, vel contemplantes. Item lapidem mittit in volatilia, qui duram, & indiſcretam pœnitentiam injungit juvenibus, qui ſunt leves, & mobiles, ſicut avis. Item lapidem mittit in volatilia, qui duram excommunicationis ſententiam profert in univerſitatem Clericorum. Et talis dejicit eos a volatu, & diſperdit ab invicem, *Jer.* 50. Grex perditus factus eſt populus meus; Paſtores eorum ſeduxerunt eos. *c* Ad amicum etſi produxeris gladium] materialem, ad litteram. *e* Non deſperes] de reconciliatione ejus. *f* Eſt enim regreſſus] ideſt, reconciliatio. *g* Ad amicum] etiam poſt bella crudelia. *h* Si aperuerit os triſte] ad aliquid amarum reſpondendum, vel dure corripiendum. *i* Non timeas] A deſperando

Moraliter.

Myſtice. *c* Ad amicum] i. ad Chriſtum, vel ad membrum ejus. *d* Et ſi produxeris gladium] mali exempli, vel duri verbi, quibus Chriſtus in membris ſuis occiditur, vel læditur ad minus, vel certe moleſtatur. *e* Non deſperes] de ejus reconciliatione. *f* Eſt enim regreſſus ad amicum] per pœnitentiam, *Jer.* 3. Vulgo dicitur: Si dimiſerit vir uxorem ſuam, & recedens ab eo duxerit virum alterum, nunquid revertetur ad eam ultra? Nunquid non polluta erit, & contaminata mulier illa? Tu autem fornicata es cum amatoribus multis: tamen revertere ad me, dicit Dominus. Item *in eod.* 18. Si pœnitentiam egerit Gens iſta ſuper malo ſuo, quod locutus ſum adverſus eam; agam & ego pœnitentiam ſuper malo, quod cogitavi, ut facerem ei, *Ezec.* 18. Quacumque hora, &c. *h* Si aperuerit os triſte] comminando gehennam. *i* Non timeas] ſerviliter, ſed filialiter: quia pater

Myſtice.

Θ eſt, qui

Digitized by Google

△ deſperando de reconciliatione. *a* Eſt enim recordatio priſtinæ amicitiæ, & ideo poterit reconciliari. *b* Excepto convitio, &c.] ideſt, ſuperba dominatione. *e* Et myſterii revelatione, &c.] ideſt, proditione, & ſimulata; detractione.

Eſt enim † *a* recordatio, *b* excepto convitio, & *c* improperio, & *d* ſuperbia, & *e* myſterii revelatione, & *f* plaga doloſa. In his *g* omnibus effugiet amicus. Fidem *h* poſſide cum amico in *i* paupertate illius, ut & in *k* bonis illius læteris. In *l* tempore tribulationis illius *m* permane illi fideli, ut *n* & in hæreditate illius *o* cohæres ſis. *p* Ante ignem camini *q* vapor, *r* & fumus ignis *ſ* inaltatur, ſic & *t* ante ſanguinem *u* maledicta, & contumeliæ, & *x* minæ. *y* Amicum *z* ſalutare non † *a* confundaris: *b* A facie illius non † te abſcondas: & ſi *c* mala † tibi *d* evenerint per illum, † *e* ſuſtine. Omnis, qui *f* audiet, *g* cavebit ſe ab eo. Quis *h* dabit ori meo cuſtodiam, & ſuper *i* labia mea ſignaculum

al. † concordatio. Per iſta quinque penitus fugatur amicus, nec de facili reconciliatur. Diſtat autem inter convitium, & improperium: quia convitium eſt, quando aliquis alii objicit aliquid turpe, quod tamen non eſt peccatum, vel culpa ejus. V. G. Cum dicit eum ruſticum, vel leproſum, vel ſervum, vel filium Sacerdotis, aut uſurarii, aut aliquid hujuſmodi. Improperium autem eſt, cum crimen objicitur. V. gr.: Cum quis vocat alium latronem, vel uſurarium, vel aliud peccatum commiſſum improperat. *g* In his omnibus effugiet amicus] non rediturus ad priſtinum gradum amicitiæ etiam poſt reconciliationem. Unde *ſup.* 12. ſecundum aliam editionem: Amico reconciliato non credas in æternum.

Myſtice. ⊖ Eſt qui comminatur, *Job* 13. Et ſi occiderit me, in ipſum ſperabo.

a Eſt enim recordatio] apud eum humanæ fragilitatis, & callidi, ac violenti adverſarii tentationis, atque imaginis ſuæ, quam nobis indidit, atque ſuæ ingenitæ pietatis, qua nos redimit: & propter hoc facilius reconciliatur, *Gen.* 8. Recordatus eſt Dominus Noe, cunctorumque animantium, & omnium jumentorum, quæ cum eo erant in arca: & adduxit ſpiritum ſuper terram, & imminutæ ſunt aquæ. *b* Excepto convitio] ideſt, blaſphemia, quæ eſt peccatum in Spiritum Sanctum, *Matt.* 12. Qui dixerit contra Spiritum Sanctum verbum, non remittetur ei, neque in hoc ſæculo, neque in futuro. *c* Et improperio] ideſt, impugnatione fraternæ charitatis, *inf.* 31. Verba improperii ne dicas proximo, & ne premas illum in repetendo. *d* Et ſuperbia] ideſt, præſumptione, *inf.* 27. O præſumptio nequiſſima, unde creata es cooperire aridam nequitiam? *e* Et myſterii revelatione,] ideſt, deſperatione, cujus confeſſio inutilis eſt, ut patet in Juda, *Matt.* 27. Peccavi tradens ſanguinem juſtum. Et in Cain, *Gen.* 4. Major eſt iniquitas mea, quam ut veniam merear. *f* Et plaga doloſa;] ideſt, finali impœnitentia, ſive obſtinatione, *inf.* 27. Plaga doloſa doloſi dividit vulnera, ideſt, vix unquam permittit ſanari, ſive ſolidari. *Jer.* 30. Inſanabilis eſt fractura tua, peſſima plaga tua. Item *in eod.* 15. Plaga tua deſperabilis, renuit curari. *g* In omnibus effugiet amicus,] i. Chriſtus, *inf.* 27. Sicut qui dimittit avem de manu ſua; ſic qui reliquiſti proximum tuum, & non eum capies: non illum ſequaris; quoniam longe abeſt: effugit enim quaſi caprea de laqueo, quoniam vulnerata eſt anima ejus; ultra eum non poteris colligare. Sequitur. *h* Fidem poſſide cum amico] imo tunc magis, quia tunc magis indiget. Aliter eſſes ſolo nomine amicus. *k* Ut & in bonis illius læteris] temporalibus, & æternis, *ſup.* 6. Si poſſides amicum, in tentatione poſſide illum. *l* In tempore tribulationis illius] amici. *m* Permane illi fidelis] non recedendo ab eo, ſed affectu, & effectu compatiendo. *n* Ut & in hæreditate illius] æterna. *o* Cohæres ſis,] 2. *Cor.* 1. Sicut ſocii paſſionum eſtis, ſic eritis & conſolationum.

Myſtice. Myſtice. *h* Fidem poſſide cum amico] ideſt, cum Chriſto. *i* In paupertate illius] ideſt, in miſerendo pauperibus, *Matt.* 25. Quamdiu uni ex minimis his fratribus meis feciſtis, mihi feciſtis. *Job* 6. Qui tollit ab amico ſuo miſericordiam, timorem Domini derelinquit. *k* Ut & in bonis illius læteris] in gloria, quæ ſunt bona pauperum. *Matt.* 5. Beati pauperes ſpiritu, quoniam ipſorum eſt regnum cœlorum. *l* In tempore tribulationis illius,] ideſt, Chriſti, qui ſæpe tribulatur in membris. *m* Permane illi fidelis] tribulatos juvando, nec pro tribulatione Chriſtum dimittendo, *Luc.* 22. Vos eſtis qui permanſiſtis mecum in tentationibus meis. *n* Ut & in hæreditate illius cohæres.] *Rom.* 8. Si filii, & hæredes quidem Dei, cohæredes autem Chriſti; ſi tamen compatimur, ut & conglorificemur, 2. *Tim.* 2. Si commortui ſumus, & convivemus. ſi ſuſtinebimus, & conregnabimus.

p Ante ignem camini,] ideſt, ante incendium ignis, *q* Vapor & fumus ignis inaltatur,] ideſt, evaporat fumus in altum, quando ſufflatur. *t* Sic & ante ſanguinem,] id eſt, ſanguinis effuſionem. *u* Maledicta, & contumeliæ & minæ,] ideſt, ſicut fumus præcedit ignis incendium, ſic mala verba præcedunt homicidium, *inf.* 27. Effuſio ſanguinis in rixa ſuperborum, & maledictio illorum auditus gravis. Aliter. *p* Ante ignem camini, i. charitatem pœnitentiæ. *q* Vapor] lacrymarum. *r* Et fumus ignis] ideſt, orationis, ſive compunctionis. *ſ* Inaltatur,] ideſt, uſque ad cœlum levatus, *Lev.* 16. Hauriens Sacerdos manu compoſitum thymiama in incenſum, ultra velum intrabit in Sancta, ut poſitis ſuper ignem aromatibus nebula eorum, & vapor operiat oraculum. *t* Sic, &c.] per contrarium, ante ſanguinem, ideſt, ante actum peccati. *q* Vapor] diabolicæ ſuggeſtionis. *r* Et fumus iniquæ cogitationis. *a* Et contumeliæ] iniquæ, vel noxiæ delectationis. *x* Et minæ] perverſæ aſſenſionis, *ſup.* 3. Qui amat piaculum, vel periculum, peribit in illo. *y* Amicum ſalutare non confundaris] maxime poſt reconciliationem, ne aliquid rancoris videatur in corde manifeſte. Sed contra. 4 *Reg.* Si occurrerit tibi homo, non ſalutes eum: & ſi ſalutaverit te, non reſpondeas ei. Et *Luc.* 10. Neminem per viam ſalutaveritis. *Pſ.* 128. Non dixerunt, qui præteribant: benedictio Domini ſuper vos. Solutio: Attendenda eſt cauſa dictorum, ut dicit *Hilarius*, & nulla erit contrarietas. Salutare viatorem in via cum mora, vel ex curioſitate non eſt bonum, ne impediatur ab itinere ſuo, vel a fructu prædicationis. Salutare vero ex amicitia, vel ad conſolandum, bonum eſt; itaut melius non impediatur. Item ſalutare eſt ſalutem optare. Non eſt ſalus optanda in via, ſed in domo, ideſt, in termino viæ. Unde *Luc.* 10. cum dixiſſet. Neminem per viam ſalutaveritis, ſtatim adjunxit: In quamcumque domum intraveritis, primum dicite: Pax huic domui. *b* A facie illius non te abſcondas] avertendo faciem tuam, vel declinando a via, ne illi obvies, quod eſt ſignum odii & rancoris. *c* Etſi mala] ideſt, damna rerum, vel tribulationes, & vexationes. *d* Tibi evenerint per illum,] ideſt, propter illum. *e* Suſtine] patienter, *Prov.* 12. Qui negligit damnum propter amicum, juſtus eſt, ideſt, verus amicus. Hoc enim requirit jus amicitiæ. *f* Omnis, qui audiet,] tibi malum eveniſſe per illum, & te ſuſtinuiſſe patienter. *g* Cavebit ſe ab eo,] ideſt, ab offenſione illius, & tua ſimiliter. Multi enim ſunt, qui propter ſe non timentur, ſed propter amicos. Ideo dicit *Eccl.* 4. Melius eſt duos eſſe ſimul, quam unum: habent enim emolumentum ſocietatis ſuæ, & ſi unus ceciderit ab altero fulcietur.

Myſtice. *y* Amicum,] ideſt, Chriſtum. *z* Salutare,] ideſt, honorare, vel orare. *a* Non confundaris,] ideſt, præ confuſione non prohibearis. Et *b* A facie illius, &c.] celando peccata tua vicario ejus. *Job* 31 Si abſcondi quaſi homo peccatum meum, & celavi in ſinu meo iniquitatem meam. *c* Et ſi mala tibi, &c.] ideſt, propter illum. *e* Suſtine,] patienter, libenter, lætanter, *Matt.* 5. Beati eſtis, cum maledixerint vobis homines, & perſecuti vos fuerint, omne malum adverſus vos mentientes propter me. Gaudete, & exultate, quoniam merces veſtra copioſa eſt in cœlis, *inf.* 29. Perde pecuniam propter fratrem, & amicum, & non abſcondas illam ſub lapide in perditionem. *f* Omnis, qui audiet] te ita lætanter propter Chriſtum, tot & tanta ſuſtinere. Myſtice.

g Cavebit ſe ab eo] ideſt, ab ejus offenſione exemplo tuo, *Iſa.* 2. Quieſcite ab homine, cujus ſpiritus in naribus ejus, quia excelſus reputatus eſt ipſe.

h Quis dabit ori meo cuſtodiam.] Sub interrogatione orat cuſtodiam linguæ ſibi dari, in qua frequenter, & facile cadit homo. Unde *Prov.* 10. In multiloquio non deerit peccatum. *Prov.* 25. Sicut urbs patens, & abſque murorum ambitu; ita vir, qui in loquendo non poteſt prohibere ſpiritum ſuum, quaſi dicat Auctor, nullus poteſt dare mihi cuſtodiam linguæ, niſi tu, Domine. Unde *Pſal.* 140. Pone, Domine cuſtodiam ori meo, &c. *Prov.* 16. Hominis eſt præparare animam: & Domini eſt gubernare linguam. Et hoc eſt. *h* Quis dabit ori meo cuſtodiam, &c.] diſcreti ſilentii. *i* Et ſuper labia mea ſignaculum

al. † confundar. al. † me abſcondam al. † mihi. al. † ſuſtinebo. Pſ. 140.

culum

Digitized by Google

cuſum certum] vel certis temporibus, & locis determinatis poſſunt aperiri, & claudi. Non enim ſemper & ubique loquendum vel tacendum. *Eccl.* 3. Eſt tempus tacendi, & eſt tempus loquendi. Similiter eſt locutus *Num.* 19. Vas, quod non habet operculum, immundum erit. *a* Ut non cadam in ipſis] ideſt, per ipſa quaſi per foramen latum, & apertum, *ſup.* 20. Lapſus falſæ linguę quaſi qui in pavimento cadens, ideſt, dure. Ideo dicitur *Prov.* 21. Qui cuſtodit os ſuum, cuſtodit & linguam ſuam, cuſtodit ab anguſtiis animam ſuam, *inf.* 18. Verbis tuis facito ſtateram, & frænos ori tuo rectos. *b* Et lingua mea perdat me] ideſt, dignum æterna perditione faciat, ut divitem Epulonem, *Luc.* 15. Et multos alios ſimiliter perdidit lingua eorum, *inf.* 28. Multi ceciderunt in ore gladii, ſed non ſic, quaſi qui interierunt per linguam ſuam, illos interfecit gladius alienus, & in corpore, iſtos occidit proprius gladius, & in anima, *Prov.* 18. Mors & vita in manibus linguæ.

certum, ut non *a* cadam in ipſis, & *b* lingua mea perdat me,

C A P. XXIII.

c DOmine, *d* Pater & *e* Dominator vitæ meæ, ne *f* derelinquas me in *g* cogitatu, & conſilio eorum: *h* nec ſinas me cadere in *i* illa exprobratione. *k* Quis ſuperponit in cogitatu meo flagella, & in *l* corde meo doctrinam Sapientiæ, ut *m* ignorationibus eorum non *n* parcat mihi, & non appareant *o* delicta illorum, *p* ne † adincreſcant ignorantiæ meæ, & *q* multiplicentur delicta mea; *r* & peccata mea abundent, *ſ* & incidam in conſpectu adverſariorum meorum, & *t* gaudeat inimicus meus. *u* Domine, Pater, & *x* Deus vitæ meæ, ne *y* derelinquas me in *z* cogitatu illorum. † *a* Extollentiam oculorum meorum ne dederis mihi, & *b* omne deſiderium † averte a me. *c* Aufer a me ventris concupiſcentias, & *d* concubitus concupiſcentiæ ne *e* apprehendant me, & † *f* animo irreverenti, & † *g* infrunito ne *h* tradas me.

al. † accreſcant.

al. † excellentia.

al. † pravum.

al. † animæ.

al. † infrunitæ.

E X P O S I T I O C A P. XXIII.

DOmine pater, &c.] Legitur *Ezech.* 1. quod animalia ibant, & revertebantur, in quo moraliter deſignatur quod Doctores, & Prædicatores cum aliis prædicaverint, atque eos docuerint, debent ad ſeipſos circumſpecta meditatione redire, & ſollicite præcavere, ne in eis inveniatur, quod in aliis reprehendunt, quod ipſi habeant, quod alios debere habere prædicant, ſicut dicit Jacob *Gen.* 30. poſtquam longo tempore paverat oves Laban: Benedixit tibi Deus ad adventum meum; juſtum eſt igitur, ut aliquando provideam domui meæ. Ideo Auctor iſte in præcedenti capitulo oſtenderat, qualiter Doctores & Prædicatores mores, & vitam aliorum debent ordinare, & informare, docet in hoc capitulo ipſos ad ſe redire poſt aliorum inſtructionem, ne cum aliis prædicaverint, ipſi reprobi inveniantur, 1. *Cor.* 9. ſicut dicitur *Rom.* 2. Qui prædicas non furandum, furaris. Primo igitur docet orare, ne crimina, quæ in aliis reprehendunt, in ipſis reperiantur. Et eſt hæc deprecatio principaliter contra quinque, ideſt, ignorantiam, avaritiam, ſuperbiam, luxuriam, & gulam. Secundo docet loqui ſine juramento, ut magis credatur converſationi, quam execrationi, ut exemplo Magiſtri diſcant Diſcipuli non jurare, *ibi* [Doctrinam oris audite, filii.] Tertio docet caſtitatem amplecti, & libidinem deteſtari, *ibi*, [Homini fornicatio, &c.] Dicunt autem aliqui, quod oratio, quæ præmittitur in hoc capitulo, Salomonis ſit ad litteram, contra tres hoſtes ejus, ideſt, Adad Idumæum, & Razor, & Jeroboam, de quibus legitur 2. *Reg.* 11. Sed quia diximus: Salomonem non eſſe Auctorem hujus libri, ideo hoc prætermittimus. Dicit ergo. *c* Domine] cui debetur timor. *d* Pater] cui debetur honor, *Mach.* 1. *e* Et Dominator vitæ meæ] cui debetur amor. *c* Domine] univerſorum creatione. *e* Et dominator vitæ meæ] i. omnium viventium gubernatione. *f* Ne derelinquas me] infirmum & inſcium. *g* In cogitatu & conſilio illorum] ideſt, Dæmonum, qui quærunt animam meam, ut auferant eam, *Jer.* 18. Tu autem, Domine, ſcis omne conſilium eorum in mortem. *h* Nec ſinas me cadere] merito peccatorum meorum. *i* In illa exprobratione] notabili, & terribili. *Matt.* 25. Eſurivi, & non dediſtis mihi manducare. *Iſa.* 14. Quomodo cecidiſti de cœlo Lucifer, qui mane oriebaris? corruiſti in terram, qui vulnerabas gentes? Sive improperium, opprobrium Prælati, & Doctoris, & Prædicatoris, *Jer.* 20. Confundentur vehementer, quia non intellexerunt opprobrium ſempiternum, quod nunquam delebitur. *k* Quis ſuperponit in cogitatu meo flagella] correctionis & diſciplinæ reprimentia ipſum cogitatum, ne procedat uſque ad conſenſum? *l* Et in corde meo doctrinam Sapientiæ] qua dirigantur cogitationes & affectiones in Deum. *Job* 6. Hæc ſit conſolatio mea, ut affligens me dolore non parcat, vel non parcant ipſæ cogitationes, quin remordeant, & torqueant me. *m* Ut ignorationibus eorum] cogitatus & cordis, hoc eſt, in peccatis cogitationum & affectionum ignoranter factis. *n* Non parcat mihi] Deus: quin puniat ſtatim. *o* Et non appareant delicta illorum] i. cogitationum & affectionum per operis conſummationem. Vel [illorum] ideſt, Dæmonum ſuggerentium. *p* Ne accreſcant.] Vel [adincreſcant ignorantiæ meæ] ideſt, peccata mea ignoranter facta, quæ accreſcunt procedendo de cogitatione in delectationem, & adincreſcunt progrediendo de delectatione in conſenſum. *q* Et multiplicentur delicta mea] ideſt, omiſſiones, & negligentiæ meæ augeantur. *r* Et peccata mea abundent] multiplicatione, vel conſuetudine. *ſ* Et incidam in conſpectu adverſariorum] ideſt, Dęmonum, in quorum conſpectu cadit, qui peccatum cogitationis opere conſummat. *t* Et gaudeat inimicus meus] ideſt, Diabolus de caſu meo, non quod Diabolus unquam gaudeat, ſed gaudere dicitur, cum ejus deſiderium adimpletur. Unde *Pſ.* 34. Non ſuper gaudeant mihi, qui adverſantur mihi. Et *Pſ.* 12. Qui tribulant me, exultabunt, ſi motus fuero. In ſumma igitur deſiderat Auctor cogitatui ſuo dari a Deo flagella diſciplinæ, & cordi ſuo doctrinam Sapientiæ, ne per ignorantiam multiplicentur delicta, & peccata, & corruat in manum Dæmonum, *ſup.* 22. Flagella & doctrina in omni tempore Sapientia. Et notandus eſt ordo & proceſſus iſte malorum. Ex ſuggeſtione enim oritur cogitatio, ex cogitatione affectio, ex affectione delectatio, ex delectatione conſenſus, ex conſenſu opus, ex opere conſuetudo, ex conſuetudine neceſſitas, ex neceſſitate deſperatio, ex deſperatione defenſio, ex defenſione gloriatio de peccato, ex gloriatione damnatio. Et hæc eſt catena Diaboli, qui trahit peccatores poſt ſe in infernum. *u* Domine Pater] ut *ſup.* *x* Et Deus vitæ meæ] dator & conſervator. Nec dicitur, Deus mortis meæ, quia non eſt Deus mortuorum, ſed vivorum, *Matt.* 22. *y* Ne derelinquas me] exponendo, vel gratiam tuam retinendo. *z* In cogitatu illorum] ideſt, Dęmonum, vel malorum hominum. Repetitio orationis, intimæ affectionis ſignum eſt, i. timoris, & amoris. *a* Extollentiam oculorum meorum, &c.] i. ſuperbiam non permittas me retinere cordi meo, quæ cito apparet in oculis, *Iſa.* 2. Oculi ſublimes hominis humiliati ſunt, *Prov.* 6. Sex ſunt, quæ odit Deum, & ſeptimum deteſtatur anima ejus. Oculos ſublimes, &c. Vel ſic. [Extollentiam oculorum meorum ne dederis mihi] ideſt, non des mihi, unde elatus videar, & magnus in oculis meis, *Iſa.* 5. Væ qui ſapientes eſtis in oculis veſtris, & coram vobiſmetipſis prudentes. 1. *Reg.* 15. Nonne cum eſſes parvulus in oculis tuis, caput in Tribubus Iſrael factus es? *b* Et omne deſiderium] pravum [averte a me,] *Prov.* 21. Deſiderium occidit pigrum. *c* Aufert a me ventris concupiſcentias] quæ multæ ſunt, & immundæ, *Prov.* 21. Qui amat vinum, & pinguia, non ditabitur. *d* Et concubitus concupiſcentiæ] ideſt, voluptates luxuriæ. *e* Ne apprehendant me] non dicit, ne ſtimulent me, ſed ne apprehendant me, vel illaqueent, ut appatitores Diaboli, *ſup.* 7. Noli facere mala, & non te apprehendent. *f* Et animo irreverenti] ideſt, ſine timore peccati, nec Deum, nec hominem reverenti. *g* Et infrunito] ideſt, indiſcreto & inſipido. Dicitur enim infrunitus ab in, quod eſt, ſine, & frumen fruminis, quod eſt, ſuperior pars palati; quia ſapor ciborum diſcernitur, ſicut dicit *Caſſ.* ſuper illud *Pſal.* 4. A fructu frumenti, vini & olei ſui multiplicati ſunt. Et infrunitus dicitur, quaſi ſine frunio. Eſt autem frunium pulvis corticis quercus contriti, quo coria deſiccantur, qui gallice dicitur tam, & deſfrunire Tanner, & Artifices illi frunones. Et ita animus infrunitus eſt, qui non eſt deſiccatus ab humore carnalis concupiſcentiæ. Vel infrunitus dicitur, quaſi ſine fræno, vel ſine fronte, vel ſine froneſi. Unde verſus.

Infruniti viri ſi vis per quinque notare.
Frons, froneſis, frumen, frunio, fræna dabunt.

Eſt ergo ſenſus. *f* Animo irreverenti] ideſt, reverentiam non habenti. *g* Et infrunito] ideſt, inſipido, ſine frumine diſcretionis; & fluido, ſine frunio caſtitatis: & effronti, ſine fronte verecundiæ; & effræni, ſine fræno temperantiæ; & imprudenti, ſine froneſi prudentiæ.
h Ne tradas me] ideſt, ne tradi permittas.

a Doctri-

a Doctrinam oris b audite, filii, & c qui cuſtodierit illam d non periet labiis ſuis: e nec ſcandalizabitur in operibus nequiſſimis. In f vanitate ſua g apprehenditur h peccator: & i ſuperbus, & maledictus k ſcandalizabitur in † illis. l Jurationi non aſſueſcat os tuum; m multi enim caſus in illa. Nominatio n vero Dei non ſit aſſidua in ore tuo, & o nominibus Sanctorum non admiſcearis: quoniam non p eris immunis ab eis: q ſicut enim ſervus interrogatus r aſſidue, a ſ livore non minuitur: ſic t omnis jurans, & nominans in u toto a peccato non purgabitur. x Vir multum jurans y implebitur iniquitate: & non z diſcedet a domo illius a plaga. Et ſi b fruſtraverit fratrem, c delictum illius ſuper ipſum erit: & ſi d diſſimulaverit, e delinquit dupliciter: & ſi in vacuum f juraverit, non g juſtificabitur. h Replebitur enim retributione i domus illius: Eſt & k alia loquela l † e contrario in m mortem: non n inveniatur in hæreditate Jacob. o Etenim a miſericordibus p omnia hæc auferentur, & in q delictis non † volutabuntur,

al. † illo.

al. † contraria mortis.

al. † volutabunt.

a Doctrinam oris,] ideſt, diſciplinam verborum.
b Audite filii] ideſt, diſciplinam verborum.
b Audite filii] ideſt, Sacræ Scripturæ, quæ eſt os Domini, *Joſ.* 9. & *Iſa.* 30.
b Audite filii,] quaſi dicat: hæc doctrina filiorum eſt, aliæ ſunt ſervorum. Item.
a Doctrina oris,] ideſt, Doctoris, vel Prædicatoris, qui eſt os Domini, *Jer.* 15.
b Audite filii,] ſcilicet, nequaquam doctrinam operis facite, *Matth.* 23. Super cathedram, &c. Et videtur loqui contra quoldam, qui ſine Doctore volunt addiſcere Theologiam.
c Et qui cuſtodierit illam] in corde, & opere.
d Non periet labiis] aliud docendo, & contrarium faciendo.

Unde *in lib. Proſperi*: bene docere, & male vivere, nihil aliud eſt, quam ſe ſua lingua damnare. Vel, [Non periet labiis ſuis] falſa docendo, & male dicendo, vel perjurando, vel dettahendo, vel adulando, vel turpiter loquendo. e Nec ſcandalizabitur in operibus nequiſſimis] ideſt, in peccatis aliorum, quæ ſunt mala in cogitatione, pejora in locutione, peſſima, ſive nequiſſima in operatione, *Pſ.* 128. Pax multa diligentibus legem tuam, & non eſt illis ſcandalum. Multi tamen offendunt ad feſtucam, quod eſt pejus, ad opera pietatis. Vel active: [Non ſcandalizabitur in operibus nequiſſimis,] ideſt, non faciet opera nequiſſima in operatione, quæ ſunt ſcandalum aliorum, maxime puſillorum, *Matt.* 18. Quicumque ſcandalizaverit unum de puſillis iſtis, &c. *Prov.* 15. Via juſtorum abſque offendiculo.
f In vanitate ſua] ideſt, in deſiderio voluptatis ſuæ, vel potius in triplici vanitate, ideſt, curioſitatis, voluptatis, cupiditatis.
g Apprehenditur] a Diabolo, vel a morte.
h Peccator] ideſt, luxurioſus. Et ſuperbus, & maledictus] ideſt, avarus malo pœnæ, & culpæ addictus.
k Scandalizabitur in illis] labiis ſcilicet, vel operibus nequiſſimis, *Ezech.* 18. Projicite a vobis omnes iniquitates veſtras, & non erit vobis iniquitas veſtra in ruinam.
l Jurationi non aſſueſcat os tuum,] *Gl.* vetat juramentum, ne fiat perjurium.

Unde *Matt.* 5. Nolite jurare, neque per cœlum, neque per terram. Tamen non videtur hic Auctor prohibere juramentum, ſed aſſuefactionem, ſive aſſiduitatem jurandi.

Unde ſuper illum locum *Matth.* 25. Ego autem dico omnino non jurare dicit *Gl.* quod malum eſt, prohibet ſcilicet, appetitum jurandi, & aſſiduitatem: jurare etiam per creaturam ponendo ſpem in eam, jurare falſum, jurare pro vero, aut pro levi cauſa, quod autem licitum eſt, hoc permiſit, jurare in neceſſitate; quod vero utile eſt, conſuluit omnino non jurare. In quibus autem liceat jurare, poteſt his verbis retineri.

Pax. & fama, fides, reverentia, cautio, damns.
Defectus veri tibi dant jurare licenter.

Verſus. Quibus autem non liceat jurare, patet ſic.

Otia jurandi, fervor jurandi nocebant.
Illicitum factum, mos, neglectus dolus, error.

Unde *inf.* 27. Loquela multum jurans horripilationem capiti ſtatuet, & irreverentia ipſius obturatio aurium. Dicitur autem omne juramentum tres habere comites, veritatem, judicium, & juſtitiam, ut dicit *Hier. ſup.* illud *Jer.* 4. Et jurabis: vivit Dominus in veritate, & in judicio, & in juſtitia. Veritatem dico rei, vel adminus conſcientiæ, judicium, ideſt, diſcretionem, juſtitiam, ideſt, juſtam cauſam jurandi.
m Multi enim caſus in illa] juratione, vel aſſiduitate.
n Nominatio vero Dei non ſit aſſidua in ore tuo] in jurando: ſed orando, legendo, pſallendo, prædicando, ſit continua. Contra *Deut.* 6. Per nomen ejus jurabis. Solutio. Non prohibet jurare, ſed aſſiduitatem.

o Et nominibus Sanctorum non admiſcearis] aſſueſcendo jurare per eos. Factis vero Sanctorum per imitationem admiſceri bonum eſt. p Quoniam non eris immunis ab eis] ideſt, a peccato aſſiduæ jurationis per nomina Sanctorum. Et dicit *Deut.* 5. Non uſurpabis nomen Dei tui fruſtra, quia non erit impunitus, qui ſuper re una nomen ejus aſſumpſerit.
q Sicut enim ſervus interrogatur,] ideſt, tormentis caſtigatus.

Inf. 25. *de jurejur. c. & ſi Chriſtus.*

r Aſſidue,] ideſt, frequenter.
ſ A livore non minuitur,] ideſt, a crimine livoris, ideſt, invidiæ, vel a nequitia propter livorem verberis.
t Sic omnis jurans, & nominans] & nomen Dei, & Sanctorum jurando.
u In toto a peccato non purgabitur] vel potius polluetur, vel fruſtra jurando, vel irreverenter, vel indiſcrete, vel levi cauſa, *Sap.* 14. Non enim jurantium eſt virtus; ſed peccantium pœna perambulat ſuper injuſtorum prævaricationem. x Vir multum jurans,] ideſt, aſſuetus jurare. Vel multum jurans] mendaciter, vel inutiliter.
y Implebitur iniquitate.] Unde *inf.* 27. Loquela multum jurans horripilationem capiti ſtatuet.
z Et non diſcedet a domo illius] ideſt, a corpore, vel a mente.
a Plaga] vindictæ, 2. *Reg.* 3. Nec deficiat de domo Joab fluxum ſeminis patiens, & leproſus, & tenens fuſum. b Et ſi fruſtraverit fratrem] ideſt, deceperit, vel circumvenerit jurando doloſe, vel falſo.
c Delictum illius ſuper ipſum erit] ideſt, pœna pro delicto deceptionis ejus, *Prov.* 12. Non inveniet fraudulentus lucrum, & ſubſtantia hominis erit auri pretium.
d Et ſi diſſimulaverit] manifeſtare veritatem jurando.
e Delinquit dupliciter.] Primo, quia per ſimulationem celat veritatem. Secundo, quia per falſitatem ſimulatam alios mittit in errorem. Unde *Aug.* Simulata æquitas non eſt æquitas, ſed duplex iniquitas; *Prov.* 11. Simulator ore decipit amicum ſuum.
f Et ſi in vacuum juraverit] ideſt, ſine cauſa.
g Non juſtificabitur] ideſt, non juſte jurabit, imo injuſte. h Replebitur enim retributione] i. pœna reſpondenti peccato. i Domus illius] i. corpus, vel conſcientia, quod erit in inferno, ubi nec ignis extinguetur, nec vermis morietur, *Iſa. ult.*
k Eſt & alia loquela, &c.] Hic prohibet Auctor perjuria, blaſphemias, turpiloquia, improperia, quæ ſunt loquelæ impiorum. Juſti enim unam habent loquelam, ſcilicet, ſimplicem veritatis affectionem, de qua *Gen.* 11. Erat terra labii unius & ſermonum eorumdem. Sed quia ubique forte erigitur turris Babel, ideo multiplicatæ ſunt linguæ, & pauciſſimi retinent linguam hebræam. Una loquela eſt lingua blaſphema, de qua dicit, Eſt & alia loquela, a loquela juramenti. l E contrario] ideſt, contraria loquelæ juramenti: quia in juramento invocatur Deus teſtis: in blaſphemia vero Diabolus. Et talis loquela eſt. m In mortem] loquentis, hoc eſt, peccatum in Spiritum Sanctum, *Matt.* 12. Spiritus blaſphemiæ non remittetur, 1. *Jo:* 5. Eſt peccatum ad mortem, non pro illo dico, ut roget quis. n Non inveniatur in hæreditate Jacob] blaſphemia, vel blaſphemus, ideſt, in Eccleſia militante, vitia ſupplantante. *Num.* 23. Non eſt idolum in Jacob, nec invenietur ſimulacrum in Iſrael.
o Etenim a miſericordibus,] ideſt, ab Electis, qui ſibi & aliis miſericordes ſunt. p Omnia hæc] perjurium, blaſphemia [auferentur,] *Pr.* 11. Benefacit animæ ſuæ vir miſericors. Item *Prov* 19. Homo indigens miſericors eſt: Compatitur enim miſeris, quia ipſe miſer eſt. q Et in delictis non volutabunt] ideſt, non permanebunt, nec involveat ſe in volutabro voluptatis ſicut ſus in luto, 2. *Pet.* 2. Canis reverſus ad vomitum, & ſus lota, &c.

a Indi-

a Indiſciplinoſæ loquelæ non b aſſueſcat os tuum: eſt c enim in illa verbum peccati. d Memento patris, & matris tuæ: in e medio enim Magnatorum f conſiſtis, ne g forte obliviſcatur te Deus in conſpectu illorum: & h aſſiduitate tua i infatuatus improperium patiaris: & k maluiſſes non naſci, & diem l nativitatis tuæ maledicas. m Homo aſſuetus in verbis improperii, in n omnibus diebus ſuis non erudietur. o Duo genera p abundant in peccatis, & q tertium r adducit iram & perditionem. ſ Anima † calida t quaſi ignis ardens non extinguetur, u donec aliquid † deglutiat: & x homo nequam in y ore carnis ſuæ, z non deſinet, a donec incendat ignem, b Homini fornicario c omnis panis dulcis, non d fatigabitur tranſgrediens uſque e ad finem. Omnis f homo, qui tranſgreditur lectum ſuum g contemnens in animam ſuam, & h dicens: quis me videt? i Tenebræ circumdant me, & k parietes cooperiunt me, & nemo circumſpicit me, l quem vereor? m delictorum meorum non memorabitur Altiſſimus, & n non † intellexit, o quoniam omnia videt oculus illius; p quoniam expellit a ſe timorem Dei q hujuſmodi hominis timor, & r oculi hominum timentes illum: & non ſ cognovit, quoniam oculi Domini multo plus lucidiores ſunt ſuper Solem, t circumſpicientes omnes u vias hominum, & profundum x abyſſi, & y hominum corda intuentes in abſconditas partes.

C

al. † callida.

al. † glutiant.

Exod. 19.

al. † intellexit.

a Indiſciplinoſæ loquelæ,] ideſt, inductæ, & inconſideratæ. b Non aſſueſcat os tuum,] ideſt, modeſtiam & diſciplinam cuſtodi, maxime in verbis, *Col.* 4. Sermo veſter ſemper in gratia ſale ſit conditus, *Eph.* 4. Omnis ſermo malus ex ore veſtro non procedat; ſed ſi quis bonus eſt ad ædificationem, *ſup.* 2. Opprobrium nequam in homine mendacium, & in ore indiſciplinatorum aſſidue erit.

c Eſt enim in illa, &c.] ſcilicet, perjurii, vel detractionis, vel adulationis, aut ſcurrilitatis, vel aliquid hujuſmodi, *Prov.* 10. In multiloquio non deerit peccatum.

d Memento patris, &c.] Prohibita verboſitate, inſtruit de reverentia parentibus exhibenda, quæ frequenter impeditur per malam linguam. Unde dicit: [Memento patris & matris tuæ] tam carnalium, quam ſpiritualium, ut eos honores modo debito. *Exod.* 20. Honora patrem tuum, & matrem tuam, *Prov.* 19. Qui affligit patrem & fugat matrem, ignominioſus erit, & infelix.

e In medio enim Magnatorum] ideſt, Angelorum, Archangelorum, Apoſtolorum, Patriarcharum, Prophetarum, Prælatorum.

f Conſiſtis] vallatus undique doctrinis, & exemplis eorum; ſic Sacerdos in Miſſa: ſic Scholaris in cella inter libros.

g Ne forte obliviſcatur te Deus in conſpectu illorum] in die judicii, quando omnibus Sanctis videntibus, dicet malis: Nunquam novi vos; diſcedite a me, qui operamini iniquitatem, *Matt.* 7.

h Et aſſiduitate tua] ideſt, aſſidua iniquitate.

i Infatuatus improperium patiaris] æternæ damnationis, quia fine caret, *Jer.* 20. Confundentur vehementer, quia non intellexerunt opprobrium ſempiternum, quod nunquam delebitur.

k Et maluiſſes non naſci] ideſt, non natus fuiſſe, quam illud opprobrium pati, *Matth.* 26. Bonum erat ei, ſi natus non fuiſſet.

l Et diem nativitatis tuæ maledicas] ad litteram, vel proſperitatis, vel peccati, qua natus es mundo, vel Diabolo, *Job* 3. Pereat dies, in qua natus ſum, & nox, in qua dictum eſt: conceptus eſt homo, *Jer.* 20. Maledicta dies, in qua natus ſum; dies, in qua peperit me mater mea non ſit benedicta. E contrario, Pharao, Antiochus, Herodes celebraverunt dies nativitatis ſuæ, ideſt, temporalis ſublimationis, *Gen.* 40. *Mach.* 6. *Marc.* 6.

m Homo aſſuetus in verbis improperii] ut Nabal, 1. *Reg.* 25. Et Semei 2. *Reg.* 16.

n In omnibus diebus ſuis non erudietur] quia ſpernit omnes docentes, vel corripientes ſe, *Prov.* 29. Vidiſti hominem velocem ad loquendum, ſtultitia magis ſperanda eſt, quam illius correctio.

o Duo genera] peccatorum, ſcilicet, gula, & garrulitas.

p Abundant in peccatis,] i. inter peccata graviora ſunt.

q Et tertium] ideſt. luxuria, quæ naſcitur ex duobus.

r Adducit iram ad perditionem] *Job* 31. Ignis eſt uſque ad conſumptionem devorans, & omnia eradicans genimina.

ſ Anima calida] ideſt, mens avari, quæ ſemper ardet concupiſcentia terrenorum. t Quaſi ignis ardens non extinguetur, donec aliquid deglutiat] ideſt, avide recipiat, & cito reponat in arca. De hoc dicitur *Prov.* 30. Tria ſunt inſaturabilia: & quartum, quod nunquam dicit, ſufficit. Infernus, os vulvæ, & terra: quæ non ſatiatur aqua. Ignis vero nunquam dicit, ſufficit. Hic maledictus & infernalis ignis nulla aqua extingui poteſt, neque aqua tribulationis, neque aqua Sapientiæ in Clericis, etiam Theologis; quia aqua craſſa eſt permixta ſterquilinio divitiarum temporalium, *Ezech.* 32. Flumina eorum, quaſi oleum adducam, ait Dominus. Et ideo aqua eorum magis incendit ignem cupiditatis, *Sap.* 16. Quod mirabile erat in aqua, quæ omnia extinguit, plus ignis valebat. Vel ſic ad litteram.

ſ Anima callida] ideſt, aſtuta & prudens in terrenis.

t Quaſi ignis ardens non extinguetur] ab ardore cupiditatis.

u Donec aliquid deglutiat] Nec etiam tunc extinguitur, ſed ad horam forte compellitur, & poſtmodum magis ardet, *ſup.* 14. Inſatiabilis eſt oculus cupidi in parte iniquitatis; & non ſatiabitur, donec conſumet injuſtitiam, ideſt, injuſtam vitam ſuam uſque ad mortem. x Et homo nequam] i. ſuperbus, nulli æqua, vel æquus. y In ore carnis ſuæ, i. in elatione cordis carnalis tumens. z Non deſidet] inferre contumeliam. a Donec incendat ignem] odii, & inimicitiæ, *ſup.* 20. Apertio oris illius inflammatio.

b Homini fornicario] id eſt, fornicationi aſſueto.

c Omnis panis] ideſt, omnis voluptas [dulcis,] *Prov.* 9. Aquæ furtivæ dulciores ſunt, & panis abſconditus ſuavior.

d Non fatigabitur] *Rab.* [Non ceſſabit tranſgrediens] mandata Dei.

e Uſque ad finem] vitæ ſuæ. Alia littera habet [Donec moriatur in lecto ſuo] *Rab.* Donec lethale peccatum opere perficiat.

f Omnis homo, qui tranſgreditur lectum ſuum] adulterando.

g Contemnens in animam ſuam] ideſt, per contemptum peccans in animam ſuam, & vili pretio, dans, ideſt, modica voluptate, *Prov.* 6. Pretium ſcorti vix eſt unius panis.

h Et dicens, quis me videt?] quaſi dicat nullus videt me.

i Tenebræ circumdant me] interiores, & exteriores.

k Et parietes cooperiunt me, & nemo circumſpicit me] & ideo ſecure poſſum implere libidinem meam.

l Quem vereor?] quaſi dicat, nullum vereor, etiamſi viderit me.

m Delictorum meorum non memorabitur Altiſſimus.] Unde *ſup* 16. Ex ſummo quis mei memorabitur?

n Et non intellexit] ille miſer.

o Quoniam omnia videt oculus illius,] *Prov.* 16. Omnes viæ hominum patent oculis ejus.

Et de hoc *Job* 24. Oculus adulteri obſervat caliginem, dicens: Non me videbit oculus; & cooperiet vultum ſuum.

Et *Iſa.* 47. Fiduciam habuiſti in malitia tua, & dixiſti: Non eſt, qui videat me.

Cauſam autem, quare non intellexit avarus, vel luxurioſus Deum omnia videre, ſubjungit.

p Quoniam expellit a ſe timorem Dei] qui eſt plenitudo Sapientiæ, *ſup.* 1.

q Hujuſmodi hominis timor] ideſt, humanus, vel mundanus, qui non poteſt eſſe ſimul cum timore Dei.

r Et oculi hominum timentes illum] ideſt, quod homines videntes, & ſcientes peccatum illius timent eum, & timor mundanus vel humanus, quem ipſe adulter habet, expellunt ab eo timorem Dei.

ſ Et,] ideſt, [non cognovit, quoniam oculi Domini multo plus lucidiores ſunt ſuper Solem,] ideſt, incomparabiliter.

t Circumſpicientes] ideſt, undique aſpicientes.

u Omnes vias hominum] ideſt, cogitationes & affectiones, & opera.

x Et profundum abyſſi [ideſt, cor peccatoris ſine byſſo, vel ſine baſe, *Jer.* 17. Profundum eſt cor hominis & inſcrutabile, & quis cognoſcet illud?

y Et hominum corda intuentes in abſconditas partes] i. an-

gulos

gulos conſcientiarum, qui ſunt hominibus abſconditi. *a* Domino enim Deo, antequam crearentur, omnia ſunt agnita; ſic & poſt perfectum reſpicit omnia,] quaſi dicat, omnia cognoſcit æqualiter, ſive futura, ſive præterita.

Omnia enim nuda & aperta ſunt oculis ejus, *Heb.* 4. Et de materia habes *Prov.* 5. Reſpicit Dominus vias hominis, & omnes greſſus illius conſiderat. Item 16. Omnes viæ hominum, &c. Item 24. Qui inſpector eſt cordis, ipſe intelligit, & ſervatorem animæ tuæ nihil fallit. *Iſa.* 48. Ego primus & ego noviſſimus, *Rom.* 4. Vocat ea, quæ non ſunt, tanquam ea, quæ ſunt.

D

al. † vindicabitur.

al. † ſperabit.

b Hic] ſtultus adulter.

c In plateis civitatis judicabitur] ideſt, publice punietur.

al. † peccabit.

Unde & adulteri in quibuſdam partibus caſtigantur per plateas civitatis nudi.

Myſtice. Myſtice. *b* Hic] adulter.

c In plateis civitatis judicabitur] ideſt, per latam viam & ſpatioſam voluptatis ad judicium venitur, ubi publice punietur.

d Quaſi equinus pullus fugabitur, & ubi non ſperavit, apprehendetur] ideſt, ſicut pullus ſumendus de equitia fugit, ne capiatur, & tamen tandem capitur & ligatur & infrænatur; ita iſte licet fugiat in præſenti pœnas & moleſtias, ad ultimum capietur, *Zach.* 14. Erit ruina equi & muli & cameli & aſini & omnium jumentorum.

e Et erit dedecus omnibus] maxime ſuis, *Prov.* 19. Dolor patris filius ſtultus. Ita etiam infamatur tota religio pro uno, & totus Clerus pro uno Clerico, *Jer.* 10. Comederunt Jacob, & conſumpſerunt eum, & decus ejus diſſipaverunt.

f Eo quod non intellexerit] ideſt, intelligere neglexerit. *g* Timorem Domini,] qui frænat voluptatem, *Pſ.* 118. Confige timore tuo carnes meas.

h Sic & mulier omnis relinquens virum ſuum] peccabit ſicut vir. Vir tamen magis peccat aliis paribus, quia robuſtior, & diſcretior eſſe debet. Unde & caput mulieris dicitur vir, 1. *Cor.* 11. Multa tamen peccata committit adultera mulier, quæ enumerat Auctor, dicens.

i Et ſtatuens hæreditatem ex alieno matrimonio] ideſt, filium ſuſceptum de altero viro, participem facit hæreditatis proprii viri, ac ſi eſſet filius ejus. Et hoc eſt furtum. k Primo enim in lege Altiſſimi incredibilis fuit] quæ dicit: Non mœchaberis, *Exod.* 20.

l Et ſecundo virum ſuum dereliquit] relinquens eum pro adultero, abutens corpore ſuo, cum non habeat poteſtatem ejus, ſed vir, 1. *Cor.* 7.

m Tertio in adulterio fornicata eſt] ideſt, polluta.

n Et ex alio viro] ideſt, ex adultero.

o Filios ſtatuit ſibi] ideſt, viro ſuo. Et ita peccat in quatuor. Adulterans in Deum, legem illius infringendo: in virum, corpus ſuum ei auferendo, & ſeipſam adulterio polluendo: in filios proprios cohæredem illegitimum eis faciendo, & ita exhæredando.

p Hæc in Eccleſiam adducetur] ideſt, in congregationem hominum, ut ejus peccatum ab omnibus reprobetur, & ipſa ab omnibus confundatur, *Iſa.* 57. Accedite huc filii auguratricis, ſemen adulteræ & fornicarii. Vel tangit morem Judæorum, qui ſuſpectam de adulterio adducebant ad Synagogam, ut dicitur *Num.* 5. Si ſpiritus Zelotypiæ concitaverit virum contra uxorem ſuam, quæ vel polluta eſt, vel falſa ſuſpicione impetitur, adducet eam ad Sacerdotem, & offeret oblationem pro illa.

q Et in filios ejus reſpicietur] ſicut in filios Aquilæ & corvi, ideſt, de eis fiet diſcuſſio: & ſi illegitimi inventi fuerint, exhæredabuntur.

Myſtice. Anima peccatrix adultera eſt.

p Hæc in Eccleſiam adducetur] ideſt, in congregationem hominum in die judicii. *q* Et in filios ejus reſpicietur] i. ad opera ejus, ut ſecundum ea judicetur, *Apoc.* 14. Opera enim illorum ſequuntur illos.

a Domino enim Deo, antequam crearentur, omnia ſunt agnita: ſic & poſt perfectum reſpicit omnia. *b* Hic in *c* plateis civitatis † judicabitur; *d* quaſi pullus equinus fugabitur: & ubi non † ſperavit, apprehendetur. Et *e* erit dedecus omnibus, *f* eo quod non intellexerit *g* timorem Domini. Sic & *h* mulier omnis relinquens virum ſuum, † & *i* ſtatuens hæreditatem ex alieno matrimonio. k Primo enim in lege Altiſſimi incredibilis fuit, & *l* ſecundo virum ſuum dereliquit, *m* tertio in † adulterio fornicata eſt, & *n* ex alio viro *o* filios ſtatuit ſibi. Hæc in *p* Eccleſiam adducetur, & in *q* filios ejus reſpicietur. Non *r* tradent filii ejus radices, & *ſ* rami ejus *t* non dabunt fructum. *u* Derelinquent in maledictum *x* memoriam illius, & *y* dedecus illius *z* non delebitur. Et *a* agnoſcent qui *b* derelicti ſunt, quoniam nihil *c* melius, quam timor Dei: *d* & nihil dulcius, quam *e* reſpicere in mandatis Domini. *f* Gloria magna eſt ſequi Dominum,

r Non tradent filii ejus radices] ideſt, diu non vivent; ſicut arbor, quæ non eſt firmiter radicata, *Iſa.* 5. Radix eorum, quaſi favilla erit; & germen eorum, quaſi pulvis, *Sapient.* 3. Filii adulterorum in conſummatione erunt, & ab iniquo thoro ſemen exterminabitur.

Item *in eodem* 4. Adulterinæ plantationes non dabunt radices altas, nec ſtabile firmamentum collocabunt, *Job* 27. Si multiplicati fuerint filii ejus, in gladio eruat, & nepotes ejus non ſaturabuntur pane. Ubi *Gregor.* Panem doctrinæ, quem habere nolunt ad comeſtionem, habere non valent ad refectionem.

al. † adultero.

ſ Et rami ejus] ideſt, filii filiorum.

t Non dabunt fructum] prolis, vel boni operis, *Sap.* 4. Conterentur rami inconſummati, & fructus illorum inutiles, & acerbi ad manducandum, & ad nihilum apri.

a Derelinquent in maledictum] ideſt, in opprobrium, & deteſtationem.

x Memoriam illius,] ideſt, matris ſuæ, quia non timuit Deum, ut non adulteraretur.

y Et dedecus illius] ideſt, matris adulteræ.

z Non delebitur.] Contra *infr.* 41. Nomen impiorum delebitur.

Solut. Delebitur de libro vitæ, ſed non delebitur opprobrium eorum a memoria eorum, *Prov.* 6. Opprobrium illius, ideſt, adulteri, non delebitur. *Jer.* 23. Dabo vos in opprobrium ſempiternum, & in ignominiam ſempiternam, quæ nunquam oblivione delebitur.

a Et agnoſcent] filii adulteræ.

b Qui derelicti ſunt] a Deo in infernum. Tunc enim pœna oculos eorum aperiet, quos culpa clauſerat. Agnoſcent, inquam.

c Quoniam nihil melius, quam timor Dei.] Contra 1. *Cor.* 13. Manent tria hæc, fides, ſpes, charitas: major autem horum eſt charitas.

Item timor eſt initium Sapientiæ, ergo Sapientia melior eſt. Solutio. Nihil melius, quam timor Dei, nihil utilius incipienti, nihil cautius proficienti, nihil tutius pervenienti.

Unde *Jud. ult.* Qui timent te, magni erunt apud te. Et *inf.* 25. Timor Domini omnibus ſe ſuperponit.

d Et nihil dulcius] palato ſpirituali.

e Quam reſpicere in mandatis Domini,] ad faciendum ea.

Sed nunquid dulcius eſt reſpicere in ipſum Chriſtum, in quem & ipſi Angeli deſiderant proſpicere, 1. *Pet.* 1. Revera dulcius Chriſtum reſpicere, quam in mandatis ejus: ſed ad hoc non reſpicit comparatio Auctoris, ſed ad mundi dulcedines, quibus omnibus dulcius eſt reſpicere in mandatis Dei.

Unde *Pſalm.* 118. Quam dulcia faucibus meis eloquia tua ſuper mel ori meo. *Prov.* 15. Favus mellis labia compoſita. Hinc dicit *Hieron.* Ama ſacras litteras, & carnis delicias non amabis. Sicut enim dulce eſt oculis carnalibus videre lumen Solis, ita dulce eſt, imo dulcius oculis ſpiritualibus videre mandata Dei; quia mandata lucerna eſt, & lex lux, *Prov.* 6. *Eccl.* 11. Dulce lumen & delectabile eſt oculis videre Solem. Qui non habet hoc lumen, in tenebris ambulat: qui vero habet, poteſt ſequi Deum. Unde ſequitur.

f Gloria magna eſt ſequi Dominum,] ideſt, imitari eum operibus virtutum, *Job* 23. Veſtigia ejus ſecutus eſt pes meus, ideſt, unitatem, veritatem, bonitatem, quæ ſunt veſtigia Trinitatis relucentia in creaturis, *Epheſ.* 5. Eſtote imitatores Dei, ſicut filii chariſſimi, & ambulate in dilectione, ſicut & Chriſtus dilexit nos. *Joan. ult.* dicitur Petro: Sequere me, non mea: ſequere, non præcede, vel recede. Sequuntur autem eum quidam uno pede tantum, ſcilicet, pœnitentes: alii utroque, ſcilicet, Innocentes, *Apoc.* 14. Hi ſequuntur Agnum, quocumque ierit.

Unde *Jo.* 10. Bonus paſtor cum proprias oves emiſerit, ante ea;

eas vadit, & omnes illum ſequuntur, quia ſciunt vocem ejus: alienum autem non ſequuntur, ſed fugiunt ab eo, quia non noverunt vocem alienorum. Quare autem ſit gloria magna ſequi Dominum oſtendit.

a Longitudo enim dierum aſſumetur ab eo] ab his, qui ſequuntur eum, ideſt, æternitas, ad quam ducit eos, qui ſequuntur eum, *Prov.* 3. Præcepta mea cor tuum cuſtodiat, longitudinem enim dierum, & annos vitæ, & pacem apponent tibi.

a longitudo enim dierum aſſumetur ab eo.

CAP. XXIV.

b SApientia *c* laudabit *d* animam ſuam, *e* & in † Domino honorabitur, & in *f* medio populi ſui *g* gloriabitur, & in *b* Eccleſiis Altiſſimi *i* aperiet os ſuum, & in k conſpectu virtutis illius gloriabitur, & in *l* medio populi ſui *m* exaltabitur, & in *n* plenitudine ſancta *o* admirabitur:

A al. † Deo.

EXPOSITIO CAP. XXIV.

SApientia laudabit animam ſuam, &c.] Hæc eſt pars libri, in qua quaſi hymnus, vel canticum Sapientiæ decantatur. Quæ bene ſequitur ad precedens capitulum, in quo oris vitia prohibentur. Tunc enim pure, & digne poſſunt cantari cantica, cum fuerint purgata labia decantantis. Unde & Iſaiæ, & Jeremiæ antequam mitterentur prædicare, labia purgata fuerunt, *Iſa.* 6. *Jer.* 1. Sunt autem hujus capituli ſeptem partes. Primo ponit Auctor novem bona, quæ facit Sapientia. Secundo, commendatur Sapientia ab Auctore. *ibi*. (Ego ex ore Altiſſimi.) Tertio, commendatur ex opere obedientiæ, & inhabitatione nobili, *ibi*. (Tunc præcepit, & dixit mihi, &c.) Quarto, commendatur ex incomparabili decore, & ſuavitate, *ibi*. (Quaſi Cedrus exaltata ſum, &c.) Quinto, ex nobili, & utili generatione, *ibi*. (Ego mater pulchræ dilectionis.] Sexto, ex boni multiplicis affluentia, *ibi*. Poſuit David puero ſuo, &c.) Septimo, ex perpetuitate, & largitate, *ibi*. (Ego Sapientia effudi flumina, &c. Sunt autem hujus cantici ſeptem ſolemnes expoſitiones, quæ ſunt ſeptem columnæ domus Sapientiæ. De quibus dicitur *Prov.* 9. Sapientia ædificavit ſibi domum, excidit columnas ſeptem. Prima expoſitio eſt de ſacra Scriptura, & infuſa univerſaliter, hoc eſt, de Theologia, & ancillis ejus. Secunda de Sapientia genita, & humana, ideſt, de Chriſto, qui eſt Dei virtus, & Dei Sapientia, 1. *Cor.* 1. Tertia eſt de B. Virgine. Quarta de Eccleſia. Quinta de fideli anima. Sexta de Angelica natura. Septima de Salomone. Nos igitur primo proſequemur Sapientiam ſcriptam. Dicit ergo. *b* Sapientia,] ſacræ Scripturæ. *c* Laudabit animam ſuam,] ideſt, ſpiritualem intelligentiam, quæ eſt in littera, ſicut anima in corpore. Sicut enim corpus ſine anima mortuum eſt, & fœtidum; ſic littera ſola ſine ſpirituali intelligentia mortua, imo cauſa mortis eſt, 2. *Cor.* 3. Littera occidit, Spiritus autem vivificat. Vel ſic. *b* Sapientia laudabit,] ideſt, laudabilem faciet. *d* Animam ſuam,] ideſt, animam, in qua eſt, ſecundum amorem, & cognitionem, *Sap.* 9. Per Sapientiam ſanati ſunt, quicumque placuerunt tibi, Domine, a principio, *Prov.* 8. Melior eſt Sapientia cunctis opibus pretioſiſſimis, &c.

e Et in Domino honorabitur,] ideſt, in Chriſto, vel in viro juſto, qui ſibi, & ſuis dominatur.

f Et in medio populi ſui,] & ſapientium.

g Gloriabitur,] ideſt, glorioſa monſtrabitur.

b Et in Eccleſiis Altiſſimi aperiet os ſuum,] ideſt, os ſapientis ad prædicandum, & laudandum Deum. k Et in conſpectu virtutis illius gloriabitur,] ideſt, ex præſentia virtutis ſuæ, ideſt, humilitatis, & patientiæ glorioſa monſtrabitur, *Prov.* 19. Doctrina viri per patientiam dignoſcitur, & gloria ejus eſt iniqua prætergredi. *l* Et in medio populi ſui exaltabitur,] ideſt, in medio ſapientium, qui eam exaltant, diſputando, prædicando, ſtudendo, bene vivendo. *n* Et in plenitudine ſancta admirabitur,] ideſt, mirabilis videbitur, ideſt, in Chriſto, ubi plene fuit, de cujus plenitudine nos omnes accepimus, *Joan.* 1. *Pſal.* 138. Mirabilis facta eſt ſcientia tua ex me. Vel (In plenitudine ſancta admirabitur) ideſt, in plenitudine bonorum operum mirabilis prædicabitur. Illius enim ſapientiam admirabuntur homines

Δ qui bonis operibus

Allegorice, vel myſtice de Chriſto. Myſtice de Chriſto. Et primo oſtendit Auctor opera ejus poſt carnis aſſumptionem. Secundo, opera ejus ante incarnationem, & de exitu ejus a patre, *ibi* (Ego ex ore Altiſſimi prodivi) Tertio, oſtendit, quæ præcepta receperit Chriſtus a Patre, *ibi* (Tunc præcepit & dixit mihi) Quarto, quomodo Eccleſiam confirmavit, *ibi*. (Et ſic in Sion firmata ſum) Quinto, agit de diverſis generibus Sanctorum, & donis eorum, *ibi*; (Quaſi Cedrus exaltata ſum) Sexto, monet Sapientia tranſire ad ſe, *ibi*: Tranſite ad me omnes. (Septimo commendat ſub typo arborum, *ibi*. Qui implet. Dicit ergo.

b Sapientia,] ideſt, Chriſtus Dei virtus, & Dei Sapientia. 1. *Cor.* 1.

c Laudabit animam ſuam,] ideſt, laudabilem demonſtrabit per doctrinam, & opera ſua, *Matth.* 11. Diſcite a me &c.

e Et in Domino honorabitur,] ideſt, cum Patre, & Spiritu, ut Deus adorabitur.

f Et in medio populi ſui,] ideſt, in medio credentium.

g Gloriabitur,] ideſt, glorificabitur, quia in oſtenſione miraculorum ad laudem Dei provocabit credentes.

Unde *Luc.* 7. Accepit omnes timor, & magnificabant Deum, dicentes, quia Propheta magnus ſurrexit in nobis.

b Et in Eccleſiis Altiſſimi,] ideſt, in congregationibus fidelium.

i Aperiet os ſuum,] ad docendum, *Matt.* 5. Aperiens Jeſus os ſuum, docebat eos, &c.

k Et in conſpectu virtutis illius gloriabitur,] ideſt, in oſtenſione potentiæ Altiſſimi, & in miraculis glorificabitur. Unde *Luc.* 18. Omnis plebs, ut vidit, dedit laudem Deo.

l Et in medio populi ſui,] ideſt, Chriſtiani.

m Exaltabitur. Unde *Pſ.* 98. Exaltate Dominum Deum noſtrum, & adorate ſcabellum pedum ejus, quoniam ſanctum eſt. Vel.

l In medio populi ſui,] ideſt, populi Judaici, de quo natus eſt ſecundum carnem.

m Exaltabitur,] in Cruce. Et de hac exaltatione dicitur, *Joan.* 12. Ego ſi exaltatus fuero a terra, omnia traham ad meipſum.

n Et in plenitudine ſancta,] ideſt, in plenitudine ſanctitatis, & bonitatis.

o Admirabitur,] paſſive. Omnes enim mirabantur ſanctitatem, & bonitatem illius, vel in plenitudine Sanctorum admirabilis erit. Unde *Pſal.* 67. Mirabilis Deus in ſanctis ſuis, & glorioſus in Majeſtate ſua.

Θ *a* Et in multitudine

De B. Virgine. *b* Sapientia,] ideſt, Chriſtus. *c* Laudabit,] ideſt, laude dignam efficiet. *d* Animam ſuam,] ideſt, animam B. Virginis, quæ ſpecialiter ſua fuit, & ejus animæ intimius, & unitius copulata. Qui enim adhæret Deo, unus ſpiritus eſt cum eo, 1. *Cor.* 6. Unde dicit Simeon *Luc.* 2. Et tuam ipſius animam pertranſibit gladius: Tuam ipſius animam, dicens, unam ipſorum animam inſinuavit. Vel (laudavit animam] ideſt, laudare fecit, *Luc.* 1. Magnificat anima mea Dominum. Sed videtur, quod caro ejus magis deberet laudare, & laudari, quam anima, quia de carne Virginis ſumpſit Filius Dei carnem, non de anima animam. Sed dicendum, quod pretioſior eſt, & fructuoſior ſpiritualis conceptio Chriſti in anima, quam corporalis in carne. Sine illa enim hæc inutilis foret. Animam igitur Virginis laudavit Dominus pro bonis naturalibus, & bonis gratuitis, pro carnis gubernatione, pro cœleſtium contemplatione, & ejus capacitate. *e* Et in Domino honorabitur,] ideſt, a Domino, ideſt, Angeli ſalutatione in Domini conceptione, in ejus portatione, in ejus partu, in ejus lactatione, *Luc.* 11. Beatus venter, qui te portavit, & ubera, quæ ſuxiſti. *f* Et in medio populi ſui gloriabitur,] in Chriſti nativitate apud Bethlehem, ubi erat Tribus ejus, ubi Angeli cantaverunt: Gloria in excelſis Deo, ubi omnes, qui audierunt, mirati ſunt: & de his, quæ dicta erant a Paſtoribus ad ipſos, *Luc.* 2. Vel in aſſumptione. *b* Et in Eccleſiis Altiſſimi aperiet os ſuum,] ſcilicet, purificatione, quando in templo filium, & hoſtias præſentavit Simeoni. Tunc enim os ſuum aperuit, in oratione, in laude, in gratiarum actione. k Et in conſpectu virtutis illius gloriabitur,] ideſt, viſo miraculo mutationis aquæ in vinum. *Joan.* 2.

l Et in medio populi ſui exaltabitur, quando mulier dixit Domino: Beatus venter, qui te portavit, &c. *Luc.* 11. *n* Et in plenitudine ſancta admirabitur,] in paſſione, quando omnia completa fuerunt, mirabilis fuit, quia imperterrita, quia filio ſuo pendenti in Cruce aſtitit, & in ipſa ſola fides illibata permanſit.

qui bonis operibus ſuffulciuntur. *a* Et in multitudine Electorum habebit laudem.] Electi quidem laudant Sapientiam; reprobi vero vituperant eam, *ſup.* 1. Execratio peccatoribus, Sapientia.

b Et inter benedictos] a Deo. *c* Benedicetur,] ideſt, bona dicetur, vel bene & recte prædicabitur. *d* Dicens] Ego ex ore Altiſſimi, &c.] Nota. Octo poſuit Auctor de ſapientia, ſed unum bis ponitur. Laudabitur, honorabitur, glo- al.† prodii. riabitur, aperiet os, exaltabitur, admirabitur, habebit laudem, & benedicetur. Et hæc ſeptem ponit *Joan. in Apoc.* 7. quaſi ordine retrogrado: Benedictio, & claritas, & ſapientia, & al. † ne-ram. gratiarum actio, honor, & al. † altis. virtus, & fortitudo Deo noſtro in ſæcula ſæculorum.

& in *a* multitudine Electorum habebit laudem, & inter *b* benedictos *c* benedicetur, dicens: *d* Ego ex ore Altiſſimi † prodivi, *e* primogenita ante omnem creaturam. *f* Ego feci in cœlis, ut *g* oriretur *h* lumen *i* indeficiens, & *k* ſicut nebula *l* texi omnem † carnem. *m* Ego in † Altiſſimis habitavi:

Fortitudo cauſa eſt laudis, virtus vero cauſa honoris, honor vero cauſa gloriationis, gratiarum actio cauſa eſt apertionis oris, ſapientia vero cauſa eſt exaltationis, claritas cauſa eſt admirationis, benedictio vero activa cauſa eſt, & laudis, & benedictionis paſſive: nam qui benedicit, benedici meretur. Sequitur.

d Ego ex ore Altiſſimi prodivi,] ad Doctores, & ſapientes immediate. Verbi gratia. Ad Moyſen, Salomonem, David, & ceteros, & per ipſos ad minores, *Eccl. ult.* Verba ſapientium ſicut ſtimuli, & quaſi clavi in altum defixi, quæ per Magiſtrorum conſilium data ſunt a Paſtore uno, *Joan.* 1. Lex per Moyſen data eſt.

e Primogenita ante omnem creaturam,] ideſt, dignior omni creatura, *Sap.* 7. Neminem diligit Deus, niſi eum, qui cum Sapientia inhabitat. Hæc enim ſpecioſior eſt Sole, & ſuper omnem diſpoſitionem ſtellarum: luci comparata prior invenitur.

f Ego feci in cœlis,] ideſt, in cœleſtibus Angelis.

g Ut oriretur] eis, (lumen indeficiens) ideſt, cognitio indeficiens. Angeli enim multa diſcernunt per prædicationem Eccleſiæ. *Eph.* 3. Ut innoteſcat Principatibus, & Poteſtatibus in cœleſtibus per Eccleſiam multiformis Sapientia. *k* Et ſicut nebula texi omnem carnem,] ideſt, ſicut nebula tegit omnem terram, & abſcondit lucem Solis; ſic ego figuris, & ænigmatibus abſcondi myſticam intelligentiam hominibus carnalibus, qui non habent oculos aquilinos, ut ultra nubem Solem aſpiciant, *Pſal.* 17. Tenebroſa aqua in nubibus aeris, id eſt, obſcura eſt Scriptura in lege, & Prophetis, *Job* 28. Abſcondita eſt Sapientia ab oculis omnium viventium; volucres quoque cœli latet, ideſt, Angelos, vel contemplativos viros. *m* Ego in altiſſimis, &c.] ideſt, in viris ſanctis, & in Patriarchis, & Prophetis, & Apoſtolis, & Expoſitoribus ſanctis, qui fuerunt alti converſatione, altiores contemplatione, altiſſimi deſiderii extenſione. Vel certe

Myſtice de Chriſto. ✠ *a* Et in multitudine Electorum habebit laudem,] ideſt, ab Electis, qui multi ſunt, laudabitur. Unde *Pſ.* 116. Laudate Dominum omnes Gentes: laudate eum omnes populi.

b Et inter benedictos,] ideſt, inter Sanctos, qui jam receperunt benedictionem dexteræ.

c Benedicetur,] ideſt, bonus ſuper omnes dicetur, Unde Apoſtolus: Qui eſt ſuper omnia Deus benedictus in ſæcula.

Rom. 9. *d* Ego ex ore Altiſſimi prodivi,] ideſt, de ſubſtantia Patris, & a Patre ſubſtantialiter exivi, ut verbum ejus.

e Primogenita ante omnem creaturam] non tempore, ſed æternitate, ſed dignitate. Loquitur enim de æterna generatione filii, *Exod.* 4. Primogenitus meus Iſrael. Vel (primogenita) ideſt, ante quem, & poſt quem nullus alius genitus eſt ab eo, *Pſ.* 44. Semel locutus eſt Deus *Job* 33. Semel loquitur Deus, & ſecundo idipſum non repetit, *Pſal.* 44. Eructavit cor meum verbum bonum.

f Ego feci in cœlis,] ideſt, ſupra cœlos, exiſtens in cœlo, ſcilicet, ſanctæ Trinitatis, ideſt, in ſinu Patris.

g Ut oriretur,] in terra.

h Lumen,] rationis, & intelligentiæ.

i Indeficiens] ex ſe. Vel ſic.

f Ego feci in cœlis, ut oriretur] in terra, de B. Virgine.

h Lumen,] ideſt, filius, qui dicit *Joan.* 8. Ego ſum lux mundi. *i* Indeficiens,] ſecundum Deitatem. Vel ſic ordina litteram.

f Ego feci, ut in cœlis,] ideſt, ut in Angelis, & in Sanctis.

g Orietur lumen,] gratiæ, & intelligentiæ.

k Et ſicut nebula texi omnem carnem,] ideſt, carnem meam, quæ data eſt pro omni carne, ideſt, pro omni homine texi nebula paupertatis, infirmitatis, mortalitatis. Vel ſic.

k Et ſicut nebula,] ideſt, carne aſſumpta. *l* Texi omnem carnem,] ideſt, ab omni homine carnali, lumen Deitatis abſcondi. Carnales enim lumen Deitatis ſub nebula humanitatis non viderunt. *Pſal.* 17. Poſuiſtis tenebras latibulum tuum, 3. *Reg.* 8. Dominus dixit, ut habitaret in nebula, *Iſa.* 19. Ecce Dominus aſcendet ſuper nubem levem, & ingredietur Ægyptum. Et de hac dicitur *infr.* 43. Medicina omnium in feſtinatione nebulæ. Diviſa nebula apparet Sol; diviſa carne Chriſti in morte, apparuit Sol Deitatis in reſurrectione. Nebula terram fœcundat, & caro Chriſti Eccleſiam. Deſcenſus nebulæ ſignum eſt ſerenitatis; & incarnatio Chriſti cauſa fuit illuminationis fidei, & æternæ claritatis. Nebula ardorem Solis miteſcit, & caro Chriſti iram Patris compeſcit. Sequitur. *m* Ego in altiſſimis habitavi,] ideſt, in æqualitate Patris, & Spiritus ſancti, ſuper omnem creaturam, quo voluit aſcendere Lucifer, ſed

De B. Virgine. ✠ *a* Et in multitudine Electorum habebit laudem,] in reſurrectione, & in aſcenſione, quando inter Apoſtolos prædicatrix, & conſolatrix eorum permanſit, *Act.* 1.

b Et inter benedictos benedicetur,] in ſua aſſumptione, quando ſuper omnes choros Angelorum benedicta collocata eſt. Videtur ergo, quod Dominus B. Virginem laudat, & honorat, populus glorificat, Eccleſia exaltat, Angelica virtus glorificat, multitudo Sanctorum in ejus ſpeculatione paſcitur. Electi omnes ſuæ ſalutis cauſam gratiarum actione proſequuntur, benedicti Patres ſupra ſe, & prope ſe eſſe lætantur.

Et notantur hic octo privilegia ejus. (Et in Deo honorabitur) quia humilis (& in medio populi ſui gloriabitur) quia reſidens ſolitaria (& in Eccleſiis Altiſſimi aperiet os ſuum) quia tacens (& in conſpectu virtutis illius gloriabitur) quia ſtrenua (& in medio populi ſui exaltabitur) quia pia (& in plenitudine ſancta admirabitur) quia mater, & virgo (& in multitudine electorum habebit laudem) quia prudens (& inter benedictos benedicetur) quia mitis, & pauper.

Dicens. *d* Ego ex ore Altiſſimi prodivi,] & omnis creatura ex ore Altiſſimi prodiit, quia ipſe dixit, & facta ſunt, ipſe mandavit, & creata ſunt univerſa, cur ergo pro laude Virginis ponitur, quod omnibus eſt commune? Reſponſio. Quia ipſa eſt principium Chriſti, qui eſt os Patris, & quia de ipſa ſpecialiter dixit tota Trinitas, *Gen.* 2. Non eſt bonum hominem eſſe ſolum, faciamus ei adjutorium ſimile ſibi. *e* Primogenita ante omnem creaturam,] ideſt, dignior omni creatura pura. *f* Ego feci in cœlis, ut oriretur lumen indeficiens,] ideſt, genui Chriſtum, qui eſt in cœlis lumen indeficiens, *Apoc.* 21. Claritas Dei illuminat eam, & lucerna ejus Agnus eſt, *Joan.* 8. Ego ſum lux mundi. Multi etiam Sancti ſunt in cœlis interceſſione ejus, qui nunquam ibi fuiſſent niſi per eam, quorum corpora fulgent, ut Sol, *Matt.* 13. k Et ſicut nebula texi omnem carnem,] ab ardore iræ Dei. Et comparatur nebulæ B. Virgo propter novem, quæ in his verſibus notantur.

Tranſlucens, tenuis, rorans, fecundat, obumbrat,
Infrigidat, mediat, ſine ventis exit ab undis.

Tranſlucens eſt, quia radios Solis recipit quaſi feneſtra criſtallina in arca Noe, *Gen.* 6. Tenuis per humilitatem, *Cant.* 3. virgula fumi. Rorans per charitatem, *Iſa.* 26. Ros lucis ros tuus. Fœcundat Eccleſiam, *Oſee* 13. Ero quaſi ros, & Iſrael germinabit, ſicut lilium. Obumbrat contra ardorem Solis, ideſt, tentationes, vel perſecutiones, *Pſ.* 130. Per diem Sol non uret te, neque Luna per noctem. Infrigidat exemplo caſtitatis, *Jer.* 6. Interrogate de ſemitis antiquis, quæ ſit via bona, & ambulate in ea, & invenietis refrigerium animabus veſtris. Mediat inter Deum, & homines, quaſi Advocata, 3. *Reg.* 2. Pete mater mea, neque enim fas eſt, ut avertam faciem tuam. Sine ventis, ideſt, ſine pompa, & ſine tentatione inanis gloriæ. Exit ab undis mundanæ tempeſtatis, & exire facit confidentes in ſe. Unde & Maria ſtella maris dicitur. Et de hac nebula dicitur *Job* 26. Qui tenet vultum Solis ſui, & expandit ſuper illud nebulam ſuam. *m* Ego in altiſſimis habitavi,] ideſt, in mandatis charitatis, in conſiliis perfectionis, in contemplationibus

ſione. Vel certe alti fuerunt, quoniam ſupra totum mundum fuerunt: altiores, quia ſupra ſeipſos fuerant: altiſſimi, quia cum Deo in cœleſtibus habitant, *Phil.* 4. Noſtra converſatio in cœlis eſt.

a Et thronus meus] ideſt, judicium, & magiſterium meum.

b In columna nubis,] ideſt, Prælatis, & Magiſtris, qui ſunt recti, plani, erecti, ſtabiles, fortes, patientes, ut columna, *Gal.* 2. Jacobus, & Cephas, & Joannes, qui videbantur columnæ eſſe Eccleſiæ, dextras dederunt mihi, & Barnabæ ſocietatis. Nubis autem non lapidis columna dicitur, quia non debent eſſe duri, ſed manſuete pluere doctrinis, coruſcare miraculis, tonare minis.

& *a* thronus meus in *b* columna nubis. *c* Gyrum cœli *d* circuivi *e* ſola, *f* & profundum abyſſi *g* penetravi, & in *h* fluctibus maris *i* ambulavi, & in k omni terra ſteti. Et in *l* omni populo, & in omni gente *m* primatum habui, & *n* omnium excellentium, & humilium *o* corda *p* virtute calcavi.

c Gyrum cœli,] ideſt, motus planetarum, & curſum ſiderum.

d Circuivi] per aſtronomiam inveſtigando.

e Sola] ideſt, ſolitaria ſine curis temporalibus, quæ multum retrahunt ab hujuſmodi inveſtigatione. Unde *inf.* 38. Sapientiam ſcribe in tempore vacuitatis.

f Et profundum abyſſi penetravi] menſurando per Geometriam.

h Et in fluctibus maris ambulavi,] ideſt, ambulare docui per Aſtrologiam, & naturalem ſcientiam, quæ Aſtronomiæ ſubalternantur.

k Et in omni terra ſteti] per artem calculandi, ideſt, per Arithmeticam, & Muſicam, quæ omnium calculationem, ac proportionem docent.

l Et in omni populo, & in omni genre primatum habui] per Rhetoricam, & Moralem ſcientiam.

n Et omnium excellentium, & humilium corda virtute calcavi] diſputando, & convincendo per Logicam, & Phyſicam.

Δ *a* Et in his omnibus]

Myſtice de Chriſto. ϴ Lucifer, ſed cecidit in profundum laci, *Iſa.* 14.

a Et thronus meus] ideſt, filius, ſecundum Deitatem.

b In columna nubis,] ideſt, in Chriſto homine, vel in B. Virgine, vel in Eccleſia militante, 1. *Tim.* 5. Scias, quomodo oporteat te in domo Dei converſari, quæ eſt Eccleſia Dei vivi, columna & firmamentum veritatis. Columna recta eſt, & domum ſuſtentat, *Pſal.* 24. Dulcis, & rectus Dominus. De nube vero procedunt tonitrua, coruſcatio, & pluvia. Sic de Chriſto terror judicii, coruſcatio miraculorum, & pluvia doctrinæ.

e Gyrum cœli circuivi ſola] imo tota Trinitas. Solutio. Hoc dicit, quia omnia creata ſunt in ſapientia, quæ attribuitur Filio. Et fit excluſio eſſentialis, ſicut *Matth.* 11. Nemo novit Patrem, niſi filius.

De hoc dicitur *Iſa.* 40. Qui ſedet ſuper gyrum terræ, & habitatores ejus ſunt quaſi locuſtæ, quæ extendit velut nihili cœlos.

f Et profundum abyſſi,] ideſt, omnia, quæ ſub terra ſunt.

g Penetravi] intelligentia, & potentia, *Job* 38. Nunquid ingreſſus es profundum maris, & in noviſſimis abyſſi deambulaſti? quaſi dicat, non, ſed ego ſolus. Unde & hic ſequitur.

h Et in fluctibus maris ambulavi] etiam ſecundum humanitatem, *Matth.* 14. Quarta vigilia noctis venit ad eos ambulans ſuper mare, *Job* 9. Qui extendit cœlos ſolus, & graditur ſuper fluctus maris.

k Et in omni terra ſteti] ideſt, in terra viventium, & in terra morientium, & in terra mortuorum, & in cœlo, & in inferno, & in mundo, *Pſal.* 138. Si aſcendero in cœlum, tu illic es: ſi deſcendero in infernum, ades.

l Et in omni populo, & in omni Gente,] ideſt, in omni rationali creatura.

m Primatum habui,] ideſt, poteſtatem, ſive dominationem.

n Et omnium excellentium, & humilium] ideſt, Judæorum, & Gentilium, vel Nobilium, & ignobilium, vel Angelorum, & hominum.

o Corda] non res, vel corpora.

p Virtute calcavi] malos dejiciendo, bonis virtutis veſtigia imprimendo, *Deut.* 33. Negabunt te inimici tui, & tu eorum colla calcabis.

ϴ *a* in his omnibus)

Δ templationibus ſupercœleſtium, inter choros Angelorum, in conſortio Apoſtolorum, in montana, ubi manſit

De B. Virgine. tribus menſibus cum Eliſabeth cognata ſua, *Luc.* 1. *Pſal.* 8. Exaltata eſt magnificentia tua ſuper cœlos, ideſt, ſuper Angelos.

a Et thronus meus in columna nubis,] ideſt, poteſtas mea ſtabilis eſt, ut columna, & toti mundo utilis, ut nubes, quæ Solis ardorem temperat, & terram irrorat, & fæcundat. Hæc eſt enim columna nubis, quæ proceſſit, & protexit filios Iſrael per deſertum: ita ſtabilis, ut nec ab ipſis peccatoribus recederet. Sic B. Virgo multos in peccato protegit. Ipſa enim eſt Advocata peccatorum. Item columna illa mobilis ſtatione ſua loca caſtrorum monſtrabat, ut legitur *Num.* 9. ita B. Virgo ſignata eſt in exercitu Chriſtiano. Unde *Cant.* 6. Quæ eſt iſta quæ progreditur quaſi Aurora conſurgens; pulchra, ut luna, electa ut Sol, terribilis ut caſtrorum acies ordinata?

Item ſcit Beata Virgo, ubi locus eſt aptus quieti exercitus Chriſtiani, ubi ſcilicet, non ſunt leones, nec ſerpentes, nec vermes, ſed fontes, & prata, & arbores. Si ergo vadis ad tabernam, vel ad lupanar, non te ducit iſta columna, ſed ibi eſt ſcorpio, & dipſas, & ſerpens flatu adurens, *Deut.* 8. Vel ſic.

a Thronus meus in columna nubis,] ideſt, ſedes mea in cœlo juxta Chriſtum hominem. Ipſa enim Virgo eſt Berſabee, ideſt, puteus ſatietatis, vel puteus ſeptem, de quo dicitur 3. *Reg.* 2. Poſitus eſt thronus matri Regis, quæ ſedit ad dexteram ejus.

c Gyrum cœli circuivi ſola,] ideſt, Chriſtum, qui eſt gyrus continens omnia, *Jer.* 31. Creavit Dominus novum ſuper terram: femina circumdabit virum.

Item cœlum, Eccleſia, gyrus cœli, perfectio Eccleſiæ. Hanc circuit B. Virgo continendo, confovendo, conſervando. *f* Et profundum abyſſi penetravi] ideſt, profunditatem Scripturæ, *Gen.* 1. Tenebræ erant ſuper faciem terræ, vel abyſſi, ideſt, in errore Scripturæ, vel litteræ, non in fundo myſteriorum, ubi lux eſt permaxima, ubi B. Virgo ſuper omnes profundius vidit.

Item profundum abyſſi eſt cor peccatoris obſcurum, profundum, inveſtigabile, *Jer.* 17. Profundum eſt cor hominis, & inſcrutabile. Hujus abyſſi profundum penetravit B. Virgo gladio amoris, cum pro peccatoribus exoravit. *h* Et in fluctibus maris,] ideſt, inter adverſa mundi, & amaritudines paupertatis.

i Ambulavi] non dejecta, ſed ſemper proficiens.

k Et in omni terra ſteti] quaſi Sol fixus ad omnes expandens radios pietatis. Nota, in mari ambulat B. Virgo, & in terra ſtat; cur non in mari navigat, & in terra equitat? reſponſio. Quia ipſa eſt navis hujus maris, per quam omnes perveniunt ad portum ſalutis, *Gen.* 6. Fac tibi arcam de lignis levigatis.

Item ipſa eſt caſtellum, quod in terra ſtat, quaſi refugium omnium, *Luc.* 10. Intravit Jeſus in quoddam caſtellum, ideſt, in Virginis uterum.

Item in omni terra ſtat B. Virgo, ideſt, ſtationem habet, quia ubique terrarum Eccleſias habet, *Iſa.* 40. Gens, & regnum, quod non ſervierit tibi, peribit. In omni terra dicit, quia eſt terra quæ teritur, & eſt terra, quæ geritur, & eſt terra quæ quæritur. In omni terra ſtat B. Virgo, & ſtetit. In prima per laudabilem converſationem, in ſecunda per virginitatis amorem, in tertia per jugem contemplationem. Et in omni populo, & in omni Gente primatum habui, ideſt, Eccleſias Archiepiſcopales, ubi poteſtates ſunt, de quibus *Mich.* 5. Suſcitabimus ſuper eum paſtores, & octo Primates homines, qui paſcent terram Aſſur in gladio. *n* Et omnium excellentium] vel (ſublimium, & humilium corda virtute calcavi) ideſt, Reges, & Principes mihi, vel potius filio meo ſubjugavi precibus, & meritis meis. Vel aliter.

l In omni populo, & in omni Gente primatum habui,) ideſt, inter omnes Sanctos, & omnes Angelos principatum obtinui, ut ſicut ad primatum recurritur pro omni gravamine & afflictione. Unde *B. Bern.* Ille ſolus, B. Virgo laudes tuas ſileat, qui te invocatam in ſuis neceſſitatibus non ſenſerit affuiſſe. *n* Et omnium excellentium, & humilium corda virtute, &c.) greſſibus piæ viſitationis, quibus viſitat ipſa B. Virgo amicos, & familiares ſuos, & omnes, qui in corde ſuo Chriſtum habent per fidem, & amorem, libenter viſitat B. Virgo: quæ eſt mater, quæ non viſitat libenter filium ſuum, ſine magno comitatu cœleſtium bonorum. Unde *Philo* dicit de ipſa, *Sap.* 7. Venerunt mihi bona omnia cum illa, & innumerabilis honeſtas per manus illius. De greſſibus illius, quibus viſitat orantes ſe, Beata Virgo, dicitur *Cant.* 7. Quam pulchri ſunt greſſus tui in calceamentis, filia

Et in his *a* omnibus *b* requiem quæſivi, *c* & in hæreditate † Domini *d* morabor. *e* Tunc *f* præcepit, & dixit mihi *g* Creator omnium, & qui *h* creavit me *i* requievit in *k* tabernaculo meo, & *l* dixit mihi: In *m* Jacob inhabita, & in *n* Iſrael hæreditare, & in *o* Electis meis *p* mitte radices. Ab *q* initio, & ante *r* ſæcula *ſ* creata ſum, & uſque *t* ad futurum ſæculum *u* non

△ *a* Et in his omnibus] artibus, ſive ſcientiis. *b* Requiem quæſivi,] ideſt, finem ſtudii, & laboris, & non inveni. *c* Et] ideſt, ſed (in hæreditate Domini) ideſt, in Theologia. *d* Morabor] non tantum ſtudendo, ſed docendo, prædicando, & ſecundum ejus regulam vivendo. *e* Tunc] quærebam requiem, ubi non erat.

al. † ejus. *f* Præcepit, & dixit mihi Creator omnium] illud, quod ſequitur: in Jacob inhabita, &c. Sed interponit.

h Et qui creavit me, requievit in tabernaculo meo,] ideſt, in me, quæ ſum ſicut tabernaculum ejus. Tabernaculum quidem teſtimonii, *Exod.* 28. Aaron, & filii ejus, quando ingrediuntur tabernaculum, utantur ſeminalibus lineis. *l* Et dixit mihi: In Jacob inhabita,] ideſt, in pœnitentibus qui ſupplantant vitia. *n* Et in Iſrael hæreditare,] ideſt, in contemplativis. *o* Et in electis meis mitte radices] ideſt, in Doctoribus, & Prælatis, quos præ aliis elegit ſibi Dominus ad diſpenſandam ſapientiam aliis. Unde & in eis non ſolum debent folia, vel rami, ſed & radices altius figi. Folia, dico, verba, ramos opera, radices amorem, & cognitionem, quarum altera figitur in terra affectus, altera in territorio intellectus. *q* Ab initio] ideſt, a filio, qui eſt initium omnium creaturarum. Vel, ab initio mundi. *r* Et ante ſæcula] id eſt, ante omne tempus. *ſ* Creata ſum,] ideſt, prævifa creari. Simile 2. *Tim* 1. Gratia data eſt nobis in Chriſto Jeſu ante tempora ſæcularia, nunc autem manifeſtata per illuminationem Salvatoris noſtri, *Eph.* 1. Elegit nos in Chriſto ante mundi conſtitutionem. Sequitur. *t* Et uſque ad futurum ſeculum non deſinam] exclusive, vel incluſive poteſt legi. Excluſive quidem, quia in futuro ſæculo non erit neceſſaria doctrina, quia omnes erunt docibiles Dei, *Joan.* 6. Unde *Jer.* 31. Non docebit ultra vir fratrem ſuum, & vir proximum ſuum, dicens: Cognoſce Dominum; omnes enim cognoſcent me a minimo uſque ad maximum, ait Dominus. Incluſive autem,

△ quia Sapientia

Myſtice de Chriſto. Θ *a* Et in his omnibus] prędictis, ideſt, cęlis, mari, terra, nebula, carne. Vel, in his omnibus, ideſt, Gentibus, ex quibus eſt Eccleſia congregata. *b* Requiem quæſivi,] quia non bello ſubjugavi, niſi forte prædicatio, & doctrina bella dicantur, quibus expugnavit tam Judæos, quam Gentiles, *Iſa.* 30. In tympanis, & citharis, & in bellis præcipuis expugnabit eos. *c* Et in hæreditate Domini morabor] quaſi dicat, in omnibus requiem quæſivi; ſed in ſola hæreditate Domini inveni, in Gentibus, quæ crediderunt Apoſtolis, *Pſalm.* 2. Dabo tibi Gentes hęreditatem ſuam, *Iſa.* 19. Hæreditas mea Iſrael, ideſt, populus Chriſtianus fide videns Deum. Vel. *a* In omnibus] hominibus, & mulieribus. *b* Requiem quæſivi] ſed in hæreditate Domini morabor, ideſt, in B. Virgine, in cujus ventre novem menſibus requievi, cujus mentem Deitate replevi. *e* Tunc,] id eſt, ex tempore incarnationis. *f* Præcepit] Pater, vel Deus Trinitas mihi, ut docerem, & prædicarem ſalutem Gentibus, & Judæis, *Iſa* 61. Spiritus Domini ſuper me, *Joan.* 14. Diligo patrem, & ſicut mandatum dedit mihi Pater, ſic facio. *h* Et qui creavit, &c.] ſcilicet Deus. *i* Requievit] per unionem. *k* In tabernaculo meo] ideſt, in corpore, & anima mea, in qua plenitudo Deitatis habitavit corporaliter, ideſt, ſolide, *Col.* 2. *l* Et dixit mihi] homini nato. *m* In Jacob inhabita, & in Iſrael hæreditare,] ideſt, in Judæa converſare, & Judæis prædica, qui ſunt nati ex Jacob, qui & Iſrael dictus eſt, *Gen.* 32. Hinc eſt, quod ipſe dixit *Matt.* 15. Non ſum miſſus niſi ad oves, quæ perierunt domus Iſrael. Vel ſic. *m* In Jacob inhabita] ideſt, in Judæis. *n* Et in Iſrael hæreditare] ideſt, in Gentibus converſis, quas ſicut hæreditatem propriam poſſedit, *Pſal.* 2. Dabo tibi Gentes hæreditatem tuam, & poſſeſſionem tuam terminos terræ. *o* Et in electis meis] ideſt, in prędeſtinatis. *p* Mitte radices] fidei vel ſapientiæ, ideſt, amorem, & timorem, *Job.* 29. Radix mea aperta eſt ſecus aquas, *Eccl.* 1. Radix Sapientiæ eſt timere Deum.

q Ab initio & ante, &c.] homo, ideſt, pręviſa creari, quaſi dicat, ego ſum verus homo, & tamen ab æterno, *Joan.* 8. Antequam Abraham fieret, ego ſum.

t Et uſque ad futurum ſęculum non deſinam] ideſt, nunquam, *Apoc.* 1. Ego ſum Alpha & Omega, principium, & finis.

De B. Virgine. Θ Et in habi-

△ Principis, *Iſa.* 60. Dominum Majeſtatis meæ glorificabo. Et iterum *infr.* 30. Locum pedum meorum glorificabo. Gloriam & pulchritudinem iſtorum greſſuum ſentiunt ſoli excellentes, & humiles. Excellentes in converſatione, ſed humiles reputatione.

a Et in his omnibus, &c.] odiens & fugiens lites, inquietudinem, & tumultum. B Unde Sponſus pro ipſa zelans dicit, *Cant.* 2. 3. 8. Adjuro vos filiæ Jeruſalem, per capreas, cervoſque camporum, ne ſuſcitetis, neque evigilare faciatis dilectam, donec ipſa velit. Quærit autem B. Virgo requiem, non quidem requiem pigri, quæ eſt otium, vel ignavia, ſed duplicem requiem, activorum ſcilicet, de qua dicitur *Iſa.* 28. Hęc requies mea, reficite laſſum, & contemplativorum, de qua dicitur *Job* 39. Requies menſæ tuæ erit plena pinguedine. Menſam dicit triplicem, lectionem, orationem, meditationem. Pinguedinem dicit devotionem, exultationem, lacrymarum, vel cordis effuſionem. Hac requie ſolebat olim abundare thalamus B. Virginis, ideſt, clauſtra ſibi ſpecialiter deputata, ubi modo tumultus, & cauſarum lites jugiter audiuntur. Unde timendum eſt, ne exierit inde B. Virgo quęrens ſibi requiem, & beatus, in cujus domo requiem invenerit, nam ibi manebit. Conſtat quod non ſine Filio ſuo, nec Filius ſine Patre, nec Pater ſine Spiritu ſancto.

c Et in hęreditate Domini morabor] ideſt, in illis qui ſunt hęreditas Domini, quos Dominus excolit, & cuſtodit, ut hęreditatem ſuam. Qui ſunt illi? Contemplativi. Unde *Iſa.* 19. Hereditas mea Iſrael.

e Tunc pręcepit, & dixit mihi] quando ſcilicet requiem quęrebam.

g Creator] omnium creaturarum. *h* Et qui creavit me] ſingulare templum ſibi. *i* Requievit] novem menſibus, & ſex diebus. *k* In tabernaculo meo,] ideſt, in utero meo, *Sap.* 7. In ventre matris figuratus ſum caro, decem menſium tempore, ideſt, novem, & parte decimi. De hoc tabernaculo dicitur *Iſa.* 33. Oculi tui videbunt Jeruſalem civitatem opulentam, tabernaculum, quod nequaquam transferri poterit. *Apoc.* 21. Ecce tabernaculum Dei cum hominibus, & habitabit cum eis. Sed quia poſſet Dominus pręcepiſſe ei per nuncium, ſequitur.

l Et dixit mihi] ore proprio.

m In Jacob inhabita] ideſt, in conſideratione & in imitatione vitæ ejus. *n* Et in Iſrael hæreditare] ideſt, in imitatione illius immobiliter perſevera. Vel aliter.

m In Jacob inhabita] ideſt, in populo quem dilexi, *Mal.* 1. Jacob dilexi, quaſi dicat, cum juſtis ſit habitatio tua.

n Et in Iſrael hęreditare] ideſt, in clauſtris, ubi Jacob luctatur cum Angelo, & vincens Iſrael appellatur, & ſcalam vidit dormiens, & caſtra Dei obviam habet ſæpe, *Gen.* 32 Unde & Angelus dixit Joſeph, qui fugerat in Ægyptum: Surge, & accipe puerum & matrem ejus, & vade in terram Iſrael, defuncti enim ſunt, qui quærebant animam pueri, *Matt* 2. *o* Et in Electis meis] ideſt, in bonis cœleſtibus, quæ ſolis Electis ſervantur. *p* Mitte radices] cordis, ideſt, intentionem, & deſiderium. Anagogice in his tribus, Jacob, Iſrael, Electis ſignificantur bona gloriæ. Per Jacob, qui cum duabus turmis regreſſus eſt de Meſopotamia in terram promiſſionis, ſignificatur gaudium gratæ ſocietatis. Per Iſrael gaudium viſionis Dei. Per Electos gaudium evaſionis pœnarum infernalium. In his radices cordis mittendæ ſunt, ut creſcant, & numquam deficiat arbor ſanctæ converſationis. *q* Ab initio,] ideſt, ab æterno. *ſ* Creata ſum,] ideſt, præviſa creari quodam privilegiato modo. Vel, ab initio creationis mundi creata ſum, ideſt, præfigurata creari per creationem lucis, de qua factum eſt corpus Solis, ut dicunt quidam. Vel, ab initio temporis gratiæ creata ſum, ideſt, generata ſum. Vel. *q* Ab initio] ideſt, a Deo. *r* Et ante ſæcula] id eſt, ab ęterno. *ſ* Creata ſum,] in pręſcientia Dei. *t* Et uſque ad futurum ſęculum] quod eſt ſęculum Beatorum. *u* Non deſinam] miſeris ſubvenire, humiles introducere,

△ propec-

Δ quia Sapientia ſecundum eſſentiam ſuam manebit.
a Et in habitatione ſancta,] ideſt, Eccleſia militante.
b Coram ipſo miniſtravi] panem vitæ, & intellectus, & potum Sapientiæ ſalutaris, piſcem fidei, ovum ſpei, panem charitatis, fercula morum, & excoia contemplativorum.
d Et ſic] ideſt, per tale miniſterium frequenter exhibitum.
e In Sion,] ideſt, in viris ſpeculativis, firmata ſum. Sapientia enim niſi ſit in uſu, cito elabitur, & quanto plus miniſtratur, tanto altius confirmatur. *g* Et in civitate ſanctificata] ideſt, in Eccleſia militante, vel in mente purificata.

deſinam, & *a* in habitatione ſancta *b* coram ipſo *c* miniſtravi. *d* Et ſic in *e* Sion *f* firmata ſum, & in *g* civitate ſanctificata ſimiliter *h* requievi, *i* & in Jeruſalem *k* poteſtas mea. Et *l* radicavi in *m* populo honorificato, *n* & in parte Dei mei *o* hæreditas illius, *p* & in plenitudine Sanctorum *q* detentio mea. *r* Quaſi Cedrus exaltata ſum in Libano, Δ creſco in altum, &

Sup. 1. *h* Similiter requievi,] ſicut Sion.
i Et in Jeruſalem,] ideſt, Doctoribus, & Prælatis, qui jam vident pacem æternitatis.
k Poteſtas mea] ideſt, auctoritas docendi, & judicandi.
l Et radicavi,] ideſt, radices poſui, amorem ſcilicet & cognitionem, etiam & timorem: quia radia Sapientiæ timere Deum.
m In populo honorificato] ideſt, in Doctoribus, & Prælatis, qui honore magiſterii, & prælationis ſunt honorificati. *n* Et in partes Dei mei] ideſt, in credentes, qui ſunt pars Domini. *o* Hæreditas illius] Sapientiæ, vel Dei. *p* Et in plenitudine Sanctorum detentio mea] ideſt, inter plenos ſanctitate detineor, & non elabor ab eis ſicut elapſa ſum a Salomone, propter mulieres ſuas, & a multis aliis. *r* Quaſi Cedrus exaltata ſum in Libano,] ideſt, ſicut Cedrus creſcit in altum in Libano, qui eſt mons Phœnicis; ſic ego

De Chriſto. Θ *a* Et in habitatione ſancta,] ideſt, in Eccleſia.
b Coram ipſo miniſtravi,] ideſt, ritum veræ religionis diſpoſui. Vel ſic.
a Et in habitatione ſancta,] ideſt, in cœnaculo.
c Miniſtravi,] lavando pedes Apoſtolorum, *Job* 13. Unde *Matt.* 20. Non veni miniſtrari, ſed miniſtrare.
d Et ſic,] ideſt, miniſtrando, vel ut dixerant Prophetæ.
e In Sion,] ideſt, Eccleſia. *f* Firmata ſum] a primo Juſto uſque ad noviſſimum, *Matth. ult.* Vobiſcum ſum omnibus diebus uſque ad conſummationem ſæculi. *g* Et in civitate ſanctificata,] ideſt in Eccleſia, vel in B. Virgine. *h* Similiter requievi] ideſt, uniformiter. Licet enim nos diſſimiliter requieſcamus in eo, & diſſimiliter habeamus eum, ipſe tamen ſemper ſimiliter ſe habet ad nos, quantum eſt in ſe, *Iſa.* 28. Hæc eſt requies mea, reficite laſſum, & hoc eſt refrigerium meum.
i Et in Jeruſalem,] ideſt, in Eccleſia triumphante.
k Poteſtas mea] innoteſcit, quia ibi omnino ſit voluntas ejus. Unde *Pſal.* 70. Introibo in potentias Domini, Domine, memorabor juſtitiæ tuæ ſolius. Ad litteram.
i In Jeruſalem poteſtas mea] manifeſtata eſt, quia in ea reſurrexit, aſcendit, Spiritum ſanctum miſit, multa miracula potenter exercuit.
l Et radicavi] ideſt, radices virtutum infixi.
m In populo honorificato] ideſt, in populo Chriſtiano nomine Chriſti, & gratia honorato, & gloria honorando, *Pſal.* 138. Nimis honorati ſunt amici tui, Deus.
n Et in partes Dei mei] ideſt, in gaudia æternæ beatitudinis. *o* Hæreditas illius] ideſt, populi honorati ſe extendit, non volens hic habere hæreditatem ſuam. Unde *ſup.* 17. Sta in ſorte propoſitionis, & orationis Altiſſimi Dei, & in partes vade ſæculi ſancti, cum vivis & dantibus confeſſionem. Vel, Hæreditas illius, id eſt, Chriſti, ideſt, populus Chriſtianus, eſt in partes Dei mei,] ideſt, pars Dei, *Deut.* Pars autem Domini populus ejus. Omnes aliæ nationes partes ſunt Dæmonum. Unde *Pſal.* 62. Ipſi vero in vanum quæſierunt animam meam, introibunt in inferiora terræ, tradentur in manus gladii, partes vulpium erunt. *p* Et in plenitudine Sanctorum detentio mea,] ideſt, ad plenitudinem Sanctorum perficiendam eſt intentio mea. Ad hoc enim venit Chriſtus, ut Sanctorum numerus perficiatur. Vel, In plenitudine Sanctorum detentio mea, ideſt, Sancti plene detinent me, & in quibus quieſco, *Prov.* 8. Deliciæ meæ eſſe cum filiis hominum. Vel detinent me, ne percutiam peccatores, *Exod.* 32. Dimitte me, ut iraſcatur furor meus. Modo pauci ſunt, qui teneant eum, *Iſa.* 64. Non eſt, qui conſurgat, & teneat me. *Ezech.* 21. Quæſivi de eis virum, qui interponeret ſepem, & ſtaret oppoſitus contra me pro terra, ne diſſiparem eam, & non inveni. Vel, In plenitudine Sanctorum detentio mea] ideſt, ad hoc detentus ſum a Judæis, & crucifixus, ut plena ſanctitas ſit in eis, *Jo.* 17. Ego pro eis ſanctifico meipſum, ut ſint & ipſi ſanctificati in veritate.
r Quaſi Cedrus exaltata ſum in Libano, &c.] Multos ſeptenarios ponit Auctor in commendatione Sapientiæ, i. Θ Chriſti & *De B. Virgine.* Δ pro peccatoribus orare. Unde ſequitur.
a In habitatione ſancta,] ideſt, ſancte converſando.
b Coram ipſo miniſtravi] ut dictum eſt, miſeris ſubveniendo, humiles ſublimando, pro peccatoribus exorando; quod miniſterium valde placet Deo. Unde *inf.* 26. Mulier fortis oblectat virum ſuum, & annos vitæ illius in pace implebit, *Prov.* 31. Conſideravit ſemitas domus ſuæ, & panem otioſa non comedit. *d* Et ſic,] ideſt, taliter miniſtrando.
e In Sion,] ideſt, in ſpecula contemplationis. *f* Firmata ſum,] ideſt, confirmata. Per miniſterium enim activæ confirmatur anima juſta in arce contemplativæ. Unde & Jacob per luctam cum Angelo meruit Iſrael appellari. *Gen.* 32. Unde *auctoritas*. Non eſt Iſraelita, qui non fuerit Jacobita. *g* Et in civitate ſanctificata] ideſt, in vita activa. *h* Similiter requievi] ſicut in contemplativa, ideſt, a peccato ceſſavi, vel requiem æternam quæſivi, vel Chriſtum requieſcere feci, *Iſa.* 28. Hæc requies mea, reficite laſſum. Requieſcit etiam in bonis activis in bona operatione, & oratione per mentis lætitiam, ſicut in contemplativis in contemplatione. Unde *Pſal.* 96. Lux orta eſt Juſto, & rectis corde lætitia. *i* Et in Jeruſalem] ſuperna. *k* Poteſtas mea] videndi, audiendi, guſtandi, ſentiendi, quæ hic nullatenus comprehendi poſſunt. Hæc poteſtas datur poſt requiem activæ, & contemplativæ. Primo enim dictum eſt: In habitatione ſancta coram ipſo miniſtravi, deinde: Et ſic in Sion firmata ſum, poſtea: Et in civitate ſanctificata ſimiliter requievi. Et nunc demum addit: Et in Jeruſalem poteſtas mea, imperandi, & faciendi quod volo, & quos volo introducendi. Regina quidem eſt illius civitatis, & filius ejus Rex. Item ſi tu es Jeruſalem, ideſt, videns, & inquirens pacem, ipſa B. Virgo habet in te imperium, & poteſtatem: quia in præcepto ejus obtemperas, & quicquid præceperit illa, *Joan.* 2. Quodcumque dixerit vobis, facite. *l* Et radicavi,] id eſt, radices poſui, ideſt, plantaria virtutum inſerui.
m In populo honorificato] ideſt, in populo timente Deum, *ſup.* 1. Radix Sapientiæ timere Deum. Item *ſup.* 10. Semen hominum honorabitur hoc, quod timet Deum, *Job* 29. Radix mea aperta eſt juxta aquas, ideſt, populos.
n Et in parte Dei mei;] ideſt, Dei, qui eſt meus filius. *o* Hæreditas illius] ideſt, Regnum cœlorum, q. d. illi, qui ſunt partes filii mei, habebunt regni hæreditatem. Unde *ſup.* 17. In partes vade ſæculi ſancti, cum vivis, & dantibus confeſſionem. Vel ſic. *n* Et in parte Dei mei] ideſt, in manſione regni cœleſtis.
o Hæreditas illius tendit,] ideſt, populus honorificatus, qui eſt ejus hæreditas, *Deut.* 32. Pars Domini populus ejus, Jacob funiculus hæreditatis ejus. *p* Et in plenitudine Sanctorum,] ideſt, inter plene Sanctos.
q Detentio mea] paſſive, ideſt, inter tales detineor, & quieſco, quibus nihil ſanctitatis deeſt. De quibus dicit *Pſal.* 72. Et dies pleni invenientur in eis. Hypocritæ autem ſunt vacui veritate, ſed pleni vanitate: apud tales non detinetur mater veritatis. Tyranni pleni ſunt crudelitate, ſed vacui pietate: nec apud tales detineri poteſt mater pietatis. Superbi pleni ſunt vento, ſed vacui humilitate. Luxurioſi pleni ſunt luto, ſed vacui caſtitate. Avari pleni ſunt loculis, ſed vacui charitate; nec apud tales detineri poteſt aliquatenus B. Virgo, exemplar humilitatis, decus caſtitatis, fons charitatis. Vel ſic. *p* Et in plenitudine Sanctorum detentio mea,] active, ideſt, ego detineo Sanctos in plenitudine ſua, ne minuatur, detineo Chriſtum, ne eis peccantibus iraſcatur, detineo Dæmones, ne noceant, detineo virtutes, ne fugiant: detineo merita, ne pereant. Singularis eſt ipſa in tali detentione, *Iſaiæ cap.* 64. Non eſt, qui invocet nomen tuum, qui conſurgat, & teneat te. *r* Quaſi Cedrus exaltata ſum in Libano.] Quæ prius ſe comparaverat civitati

▲ creſco in altum, & proficio in corde mundo, & candido. Et comparat ſe Cedro Sapientia. Nam ſicut reſina Cedri liniti libri non tinea, nec vetuſtate deficiunt; ſic Sancti Sapientia delibuti, nec tinea voluptatis, nec vetuſtate cupiditatis tabeſcunt. Unde *Luc.* 12. Sint lumbi veſtri præcincti, & lucernæ ardentes in manibus veſtris.

a Et quaſi † Cypreſſus in monte Sion. Quaſi *b* palma exaltata ſum in

al. † cupreſſus, vel cypariſſus.

a Et quaſi Cypreſſus in monte Sion,] ideſt, ſicut Cypreſſus exaltatur, ideſt, creſcit in altum in monte Sion, qui eſt in Jeruſalem; ſic ego Dei Sapientia exaltor in contemplativis. Unde *Ezech.* 1. Elevatis animalibus, elevabuntur pariter & rotæ ſequentes ea. Cypreſſus medicinalis eſt, & venuſta frondibus; ſic Sapientia decorem habet in verbis, & etiam medicinam, *Ezech.* 47. Erunt fructus ejus in cibum, & folia in medicinam. Unde legitur *Ezech.* 1. quod ſpiritus vitæ erat in rotis. *b* Quaſi palma exaltata ſum in Cades,] ideſt, ſicut palma creſcit in altum in Cades, ſic ego Sapientia proficio, & creſco in altum in Sanctis. Cades enim interpretatur ſancta, vel mutata, vel tranſlata. Palma centenaria facit fructum, & in modum palmæ humanæ ramos habet, & coronat victores: ▲ ſic Sapientia annoſa

De Chriſto.

⊖ Chriſti, & membrorum ejus. Primo ponit ſeptem arbores in deſignatione ſeptem donorum, quibus Chriſtus repletus fuit in ipſo inſtanti conceptionis ſuæ, *Iſa.* 11. Ponit etiam ſeptem loca arborum in deſignatione diverſorum ſtatuum Eccleſiæ, vel Sanctorum. Sed locum ultimæ arboris non ponit, ſcilicet, Cinnamomi, per quam ſignificatur donus timoris: ad deſignandum, quod timor non habet proprium locum: ſed cum omnibus aliis locum habet. Et ideo de ſolo timore dicit Iſaias: Et replevit eum ſpiritus timoris Domini. Cedrus alta eſt, imputribilis, odorifera, & ſerpentes fugat, & ſignificat donum ſapientiæ, quod uſque ad altitudinem Deitatis attingit, nec putreſcit, odorem paradiſi ſentit, motus carnales expellit. Cypreſſus procera eſt, & venuſta, & medicinalis, & ſignificat donum intellectus, quod uſque ad contemplationem cœleſtium, & ſpiritualium ſe extendit, mundam efficiens animam, & venuſtam. Palma alta eſt, & annoſa, & ideo ſignificat donum conſilii, quod in antiquis eſt.

Unde *Job* 12. In antiquis Sapientia, & in multo tempore prudentia. Roſa, quia rubet, ſignificat donum fortitudinis, cujus ſpecies eſt patientia Martyrum. Oliva, quia pinguis eſt, ſignificat donum pietatis. Platanus juxta aquam, quia habet folium ad modum ſcutorum, ſignificat donum ſcientiæ, cujus eſt defendere fidem, & bene converſari in medio pravæ, & perverſæ nationis. Cinnamomum, quia rugoſum, & humile, & cineræ coloris eſt, ſignificat donum timoris, quod in memoria mortis maxime humiliat ad pœnitentiam faciendam. Locus Cedri Libanus eſt, locus Cypreſſi Sion.

Per hæc duo loca ſignificatur vita contemplativorum, nam in Libano naſcitur thus devotionis, quæ eſt Sapientia. Sion interpretatur ſpecula, quæ eſt intellectus. Cades interpretatur mutata. Jericho interpretatur odor. Et per hæc duo loca ſignificatur vita activorum, quæ ſunt in mutatione curarum, ſed odore bonæ converſationis fragrant, per campos, & plateas ſignificatur idem, ideſt, vita, ſive ſtatus activorum, in quibus vigent maxime conſilium, & fortitudo, & ſcientia, & pietas, ſicut in contemplativis ſapientia, & intellectus. Cinnamomum locum non habet, quia timor omnibus ſe ſuperpoſuit, *inf.* 25.

Secundo ponit Auctor ſeptem aromata gumoſa, in figura ſeptem beatitudinum. Hoc eſt Balſamum, Myrrham, Storacem, Galbanum, Ungulam, Guttam, & Thus. Octavo ponit Balſamum, quod & primo poſitum eſt, quia ultima beatitudo redit ad caput, *Matt.* 5.

Tertio, duas arbores, ideſt, terebinthum & vitem, quæ ſignificant duas vitas, ideſt, contemplativam, & activam, quæ donis, & beatitudinibus perficiuntur.

Quarto, ponit ſeptem flumina in deſignatione ſeptem virtutum, quatuor Cardinalium, & trium Theologicarum.

Sex propriis nominibus exprimit, ſeptimum nominat pluribus nominibus, per quæ charitas deſignatur, quæ nihil proprium habet, ſed omnia communia. Unde & vocatur aquæductus.

Quinto loco ponit Auctor ſeptem promiſſiones in figura ſeptem petitionum. Rigabo, inebriabo, enarrabo, penetrabo, inſpiciam, illuminabo, effundam. Quod vero ſequitur: Et relinquam, & non deſinam, hoc eſt, Amen, ideſt, ſine fine.

Item ſeptem ſtatus Eccleſiæ.
- Primus ante diluvium.
- Secundus uſque ad Circumciſionem.
- Tertius ad legiſdationem.
- Quartus ad Regum unctionem.
- Quintus ad tranſmigrationem.
- Sextus ad Chriſti nativitatem.
- Septimus ad extremi judicii examinationem.

Loquitur autem Sapientia, ideſt, Chriſtus de ſe, nunc ſecundum Deitatem, nunc ſecundum humanitatem, nunc ſecundum membra ſua. Dicit ergo: Quaſi Cedrus exaltata ſum in Libano, ideſt, in contemplativis devotis. *a* Et quaſi Cypreſſus in monte Sion] ideſt, contemplativis ſpeculativis.

b Quaſi palma exaltata ſum in Cades,] ideſt, in Cruce, in Reſurrectione, in Aſcenſione, vel in bonis activis. ⊖ Et quaſi plantatio

De B. Virgine.

A ut eſſet civium fiducia, nunc ſe comparat horto, vel viridario, ut ſit ſpes, & lætitia clauſtralium, *Cant.* 4. Hortus concluſus ſoror mea. Hic eſt nemus Abrahæ, de quo *Gen.* 21. Abraham plantavit nemus in Berſabee, ideſt, in Maria Virgine, & invocavit ibi nomen Dei æterni, ideſt, invocari fecit. Nec ſolus Abraham hoc nemus plantavit in Maria Virgine, imo totus chorus Angelorum, & chorus Patriarcharum, & Prophetarum, prophetando, erudiendo, obſequendo. Cedro ſe comparat primo Virgo Maria, quia Cedrus Libani materia fuit templi, & Beata Virgo corporis Chriſti, quod eſt ſecundum templum, *Joan.* 2. Solvite templum hoc, &c.

Proprietates Cedri convenientes B. Virgini.

Item Cedrus ſine vermibus eſt, quia imputribilis, & B. Virgo ſine verme fomitis, vel conſcientiæ fuit poſt conceptum Domini.

Item Cedrus ſemper viret, ita B. Virgo ſemper viruit per virginitatis viriditatem.

Item Cedrus odore ſuo fugat ſerpentes, & B. Virgo dæmones.

Item Cedrus magnas, & altas habet radices; & B. Virgo ſimiliter altas, & magnas radices habuit, ex quibus orta eſt Abraham, Jeſſe, David. Unde *Iſa.* 11. Egredietur virga de radice Jeſſe.

Item Cedrus ſervat libros a tineis; & B. Virgo ſacram Scripturam ſervat, ne corrumpatur ab hæreticis.

Item Cedrus odorifera eſt, & odor humilitatis B. Virginis totam reſperſit Eccleſiam, imo uſque ad cœlum veniens deduxit in terris filium Dei, *Cant.* 1. Cum eſſet rex in accubitu ſuo, nardus mea dedit odorem ſuum.

Item Cedrus alta ſuper omnes arbores eſt; & B. Virgo ſuper omnes mulieres eſt, *Prov. ult.* Multæ filiæ congregaverunt divitias, tu ſupergreſſa es univerſas.

Item Cedrus in Libano oritur, & creſcit; & B. Virgo in triplici candore virginitatis duplicis innocentiæ.

Item pes Crucis Dominicæ fuit de Cedro; & B. Virgo quaſi fixa ſemper aſtitit pedi Crucis, *Joan.* 19. Stabat autem juxta Crucem Jeſu mater ejus Maria, & ſoror matris ejus. Sunt igitur novem proprietates, propter quas B. Virgo Cedro comparatur, quæ notantur duobus verſibus.

Verſus.

Materies templi, ſine verme, virens, fugat hydros,
Radix magna, libros ſervans, odor, alta, Crucis pes.

Decima eſt, quod in Libano ereſcit. Et propter has dicit: Quaſi Cedrus exaltata ſum in Libano, ideſt, in mundo, in cœlo, in ordine Ciſtercienſium: quia omnes Abbatiæ illius ordinis ſunt fundatæ in honore illius. Sequitur.

a Et quaſi Cypreſſus in monte Sion] ideſt, in Eccleſia Cypreſſus conſolidat hernioſos, quibus viſcera deſcendunt inferius; ſic monita & exempla B. Virginis conſolidant nos, ne per avaritiam viſcera noſtra projiciamus in terram, *ſup.* 10. Nihil iniquius quam amare pecuniam: hic enim & animam ſuam venalem habet, quoniam in terram projecit intima ſua.

Item Cypreſſus mollis eſt, & B. Virgo mitis, & ad miſericordiam flexibilis. Unde ſicut de Cypreſſo fiunt tabulæ ad ſcribendum, menſæ ad manducandum, lecti ad dormiendum, manubria cultellorum ad tenendũ; ita B. Virgo nobis in diverſis neceſſitatibus auxiliatur, & liber eſt, & refectio, & quies, & mediatrix ad filium. Item Cypreſſus odorifera eſt, ſicut Cedrus; & B. Virgo, ſicut prius. Item Cypreſſus recta eſt; & B. Virgo recta, imo rectiſſima per dilectionem, *Cant.* 1. Recti diligunt te. Item Cypreſſus durum habet fructum, & fructus B. Virginis, ideſt, Chriſtus durus cibus eſt indigne ſumentibus, 1. *Cor.* 11. Quicunque indigne accipit. Et *Joa.* 6. Durus eſt hic ſermo. *b* Quaſi Palma exaltata ſum in Cades] ideſt, in Eccleſia, vel ſpecialiter in corde templariorum, quorum Eccleſiæ omnes fundatæ ſunt ad honorem ejus. Cades enim interpretatur tranſlata, vel ſancta, vel tollens mare, quod bene convenit templariis, qui tolluntur,

A & tranſic-

A ſic ſapientia annoſa fructificat, *Sap.* 4. Cani ſunt ſenſus hominis, *Job* 12. In antiquis eſt ſapientia, & in multo tempore prudentia. Palmas habet, quia bonum operari docet, poſt agonem præſentis vitæ victores coronandos denunciat, 2. *Tim.* 2. Qui certat in agone, non coronabitur, niſi qui legitime certaverit, *Apoc.* 3. Qui vicerit dabo ei ſedere mecum in throno, *inf.* 25. Corona ſenum in multa peritia. Sed certe hæc corona non habebitur niſi in Cades, ideſt, in ſanctitate vitæ. Sequitur.

D

Cades *a* & quaſi plantatio roſæ in Jericho, *b* quaſi oliva ſpecioſa in campis: & *c* quaſi platanus exaltata ſum juxta *d* aquam in *e* plateis. *f* Sicut cinnamomum, & balſamum aromatizans, odorem dedi.

a Et quaſi plantatio roſæ in Jericho,] ideſt, ſicut roſæ plantatæ in Jericho, pulchre florent, & redolent ſuaviter; ſic ego ſapientia plantata in odore virtutum, & defectu mundi, floreo, & redoleo per doctrinam, & bonam famam. Jericho enim interpretatur, odor ejus, ſive Luna, 2. *Cor.* 2. Bonus odor Chriſti ſumus Deo in his qui ſalvi fiunt. *b* Quaſi oliva ſpecioſa in campis] ideſt, ſicut oliva ſpecioſa creſcit in campis cultis, & frugibus aptis; ſic ego ſapientia creſco, & ſpecioſa fio in mentibus bene cultis, & frugibus bonorum operum plenis. Oliva ſignum pacis eſt, & miſericordiæ, & pinguis eſt: ſed cantarides, ideſt, muſcæ lucentes, & fœtentes libenter comedunt florem ejus; ſic ſapientia pacifica eſt, & miſericordia plena, pinguis devotione, *Jac.* 3. Quæ deſurſum eſt ſapientia, primum quidem pudica eſt: deinde pacifica, plena miſericordia, & fructibus bonis. Sed maledictæ muſcæ inanis gloriæ hujus olivæ pinguedinem maculant, *Eccl.* 10. Muſcæ morientes perdunt ſuavitatem unguenti. Dicit autem *Rab.* quod olea eſt arbor, oliva fructus, ſuccus oleum, Græce oleon. Sed hic oliva pro arbore ponitur, ſicut in *Pſ.* 51. Ego ſicut oliva fructifera in domo Dei. Sequitur.

c Et quaſi platanus exaltata ſum juxta aquam in plateis,] ideſt, ſicut platanus bene creſcit in loco humido; ſic ego ſapientia in corde gratioſo. Platanus a latitudine foliorum ſic vocata eſt.

Platus enim Græce, latum dicitur Latine, & habet folia mollia, ſcutis ſimilia; unde quot habet folia, tot habet ſcuta; ſic Sapientia, quot habet verba, tot habet ſcuta contra hæreticos, contra peccatores, contra tentationes, *Cant.* 4. Sicut turris David collum tuum, quæ ædificata eſt cum propugnaculis, mille clypei pendent ex ea, omnis armatura fortium. Plateæ ſunt corda juſtorum, lata charitate.

De quibus dicitur *Tim.* 13. Omnes plateæ Jeruſalem ſternentur auro, & per vicos ejus alleluja cantabitur. Aqua in platea eſt gratia in corde lato, & pleno. Et in tali creſcit Sapientia, & fructificat.

Unde *Pſalm* 1. Et erit tanquam lignum quod plantatum eſt ſecus decurſus aquarum, quod fructum ſuum dabit in tempore ſuo, *Jerem. c.* 17. Erit quaſi lignum, quod tranſplantatur ſuper aquas, quod ad humorem mittit radices.

f Sicut cinnamomum, & balſamum aromatizans odorem dedi,] ideſt, ſicut cinnamomum redolentiam habet, cum frangitur, & vinum pigmentat; ſic ego Sapientia cum frangor fideli expoſitione, odorem ſalutiferum emitto, & vinum pœnitentiæ, ſive compunctionis ſuave fa-

De Chriſto. ⊖ *a* Et quaſi plantatio roſæ in Jericho,] ideſt, in morte, vel in Martyribus.

b Quaſi oliva ſpecioſa in campis] non in montibus, ideſt, in juſtis, & humilibus, *Cant.* 2. Ego flos campi, & lilium convallium. *Oſ. ult.* Et erit quaſi oliva gloria ejus, & odor ejus ut Libani.

c Et quaſi platanus exaltata ſum juxta aquam] doctrinæ, vel gratiæ.

e In plateis] charitatis, *Prov.* 1. Sapientia foris prædicat, in plateis dat vocem ſuam.

f Sicut cinnamomum, & balſamum aromatizans odorem dedi] in pœnitentibus. Magdalena enim Chriſtum fragrantem fecit. *Luc.* 7.

De B. Virgine. & transferuntur ultra mare, ut ſancti fiant. Palma vero centenaria facit fructum, qui rubicundus eſt, ſicut B. Virgo, licet ætate temporis juvenis, tamen in figuris, & prophetiis annoſa, fructum tulit benedictum, & dulcem; ſed in cruce rubicundum, *Cant.* 7. Dixi, aſcendam in palmam, & apprehendam fructus bonos.

a Et quaſi plantatio roſæ in Jericho,] quod interpretatur Luna, ideſt, Eccleſia. Unde *Apoc.* 12. Signum magnum apparuit in cœlo, mulier amicta Sole, & Luna ſub pedibus ejus. Comparat autem ſe roſæ Beata Virgo: quia roſa pulchra eſt, imo pulcherrima florum, ſic B. Virgo pulcherrima mulierum.

Et reſpondet Salomon *Prov.* 7. Abiit via longiſſima, ſacculum pecuniæ ſecum tulit; in die plenæ Lunæ reverſurus in domum ſuam, &c.

Item roſa rubea eſt in colore; ſed candida in natura, *Cant.* 4. Sicut fragmen mali punici, ita genæ tuæ abſque eo quod intrinſecus latet.

Item redolet roſa; ita & B. Virgo famæ ſuæ odore totam pigmentat Eccleſiam, *Cant.* 4. Odor veſtimentorum tuorum, ſicut odor thuris.

Item roſa frigida eſt, & B. Virgo exemplo ſuæ caſtitatis refrigerium præſtat contra æſtum libidinis, *Jer.* 18. *De Sacr. Unct. cap. antiq.*
Numquid de petra deficiet nix Libani, ideſt, de firma mente refrigerium Virginis? *Cant.* 4. Fons hortorum puteus aquarum viventium, quæ fluunt impetu de Libano, ideſt, de candore ſanctæ Virginis.

Item roſa ſtiptica eſt, ideſt, reſtrictoria fluxus capitis, quem in ſe bene reſtrinxit B. Virgo, & in nobis per exemplum.

Quater enim tantum legitur in Evangeliis fuiſſe locuta. Angelo, *Luc.* 1. Eliſabeth, & Filio, *Luc.* 2. Miniſtris in nuptiis, *Joan.* 2.

Item de ſpinis naſcitur roſa non ſpinoſa, & B. Virgo de Judæis incredulis non incredula. Unde ſicut ſpina roſam genuit; ita Judæa Mariam.

Item roſa in Vere poſt Hyemem apparet; ſic gloria Beatæ Virginis in præſenti vita non apparuit, ſed poſt Aſſumptionem.

Unde *Cant.* 1. Nigra ſum, ſed formoſa. Nigra in mundo, formoſa in cœlo.

Item roſa modica in ſtatura, & B. Virgo humilis, *Luc.* 1. Reſpexit humilitatem ancillæ ſuæ.

Item roſa grana crocea habet inter folia, quæ ſignificant charitatem Virginis, quam geſſit in corde, in verbo, in opere. Sequitur. *b* Quaſi oliva ſpecioſa in campis] ſupple exaltata ſum per miſericordiam, & A
pietatem. Pietas enim trahebat eam, quando concepto Salvatore abiit in montana cum feſtinatione ut ſerviret Eliſabeth in partu ejus, *Luc.* 1. Et pietas aperuit os ejus, quando dixit filio ſuo in nuptiis: Fili, vinum non habent, *Joan* 2. Oliva cana eſt; B. Virgo prudens, q. d. Cani ſunt ſenſus hominis. Et *inf.* 26. Mulier ſenſata, & tacita non eſt immutatio animæ eruditæ. Item oliva ſuam coronam ſervat diu, & B. Virgo ſpem, charitatem, & fidem numquam dimiſit.

Item oliva fructum facit in frigore pinguem; & B. Virgo in hyeme peperit Salvatorem.

Item oliva Cantarides nutrit, ideſt, muſcas fœtentes, & lucentes; & B. Virgo multos Canonicos nutrit lucentes ſcientia, ſed fœtentes vita, lucentes veſtibus, ſed fœtentes moribus: cum econtrario doceat *Aug.* in regula eorum, non affectatis veſtibus placere, ſed moribus. Exemplum in vitis Patrum de juvene propter quem obturavit Angelus ſuas nares in ſepultura mortui peregrini.

Item oliva amara eſt in radice, ſed dulcis in fructu; & B. Virgo peccati originalis amaritudinem habuit in *Hoc non tenetur ab Eccleſ.*
ſua conceptione, propter quod etiam Eccleſia non celebrat ejus conceptionem; qui autem celebrant, reſpectum habent ad ejus ſanctificationem in utero matris, ſummam autem delectationem habuit in Chriſti nativitate.

Item folia olivæ ſanant cancrum oris, & verba B. Virginis detractionem & adulationem, & turpiloquium curant. De hac naſcitur oleum, ad infirmos, oleum gratiæ, oleum ad cathecumenos, oleum ſapientiæ, oleum ad inungendum Reges, & Sacerdotes, oleum lætitiæ.

Unde *Cantic.* 1. de oleo hujus olivæ dicitur: Oleum effuſum nomen tuum, *Jerem.* 11. Olivam uberem, pulchram, fructiferam, ſpecioſam vocavit Dominus nomen tuum. *c* Et quaſi platanus exaltata ſum juxta aquam in plateis,] civitatum, vel Eccleſiarum. Juxta aquam dicit, non in aqua; quia conjugata fuit, ſed non uſa conjugio.

Vel ſic: Quaſi platanus exaltata ſum, a terrenis ad cœleſtia.

d Juxta aquam] ideſt, juxta filii ſui doctrinam, quam jugiter audiebat, & gratiam ejus, qua plenus erat.

e In plateis] Jeruſalem civitatis ſupernæ.

f Sicut cinnamomum, & balſamum aromatizans odorem dedi] pietatis, & humilitatis, quæ in cinnamomo ſignifica-

△ ais ſuave facio. Unde 4. *Reg.* 2. legitur, quod ſal Eliſæi aquas ſanavit, & potabiles fecit. Et *in eod.* 4. Farina appoſita ollæ, amaritudinem dulcoravit. Balſamum vero odorem habet, & corpora mortuorum a putrefactione conſervat, & ſignificat perſeverantiam, quam ſapientia monſtrat *Matt.* 10. & 24.

a Quaſi myrrha electa dedi ſuavitatem odoris, *b* & quaſi ſtorax, & *c* galbanus, & ungula, & gutta, & *d* quaſi Libanus non inciſus † evaporavi habitationem meam, *e* & quaſi balſamum non miſtum *f* odor meus.

al. † vaporavi.

Qui perſeveraverit uſque in finem, hic ſalvus erit. Vel ſignificat ipſam ſapientiam, quæ odorem habet, & a putredine conſervat. Eſt autem Cinnamomus arbor ſic dicta, quaſi Cannamomus, quia ejus cortex ad modum cannæ eſt rotundus, & cum frangitur ſpiramentum viſibile emittit ad modum nebulæ, vel pulveris. Alia littera ponit aſpaltum pro cinnamomo. Et eſt Aſpaltum arbor modica odorifera, rubea, vel rufi coloris, ſpinas habens candidas, de cujus radice fit unguentum. Balſamus ſimiliter eſt arbor odorifera. Et in omnibus ſapientia deſignatur, quæ & pigmenta ſuavitatis & unguenta ſanitatis miniſtrat. Sequitur. *a* Quaſi myrrha electa dedi ſuavitatem odoris] per ſpontaneam carnis mortificationem, quam doceo. *Col.* 3. Mortificate membra veſtra, quæ ſunt ſuper terram. Myrrha vero arbor eſt in Arabia quinque cubitus habens, ſimilis albæ ſpinæ, cujus gutta viridis eſt & amara: & myrrha dicitur, & quæ ſponte emanat, pretioſior eſt, & electa dicitur, quæ vero per inciſionem corticis manat, vilior eſt, & minoris efficaciæ. *b* Et quaſi ſtoraa,] quæ utilis eſt contra pulmonis vulnera, ſic ſapientia contra locutionis peccata. Eſt autem ſtorax arbor Arabiæ, de cujus virgis fluit lacryma munda & albida, qua Solis calore ſiccata fit unguentum, quod etiam dicitur ſtoraa. *c* Et galbanus & ungula, &c.] Galbanus arbor eſt Syriæ aromatica, cujus ſuccus galbanum dicitur, utile contra morbum caducum, ſic ſapientia remedium eſt contra cupiditatem, per quam cadit homo in terram. Ungula ſpecies eſt aromatica, humano ungui ſimilis. Unde & *Exod.* 30. dicitur onycha. Onya autem Græce dicitur unguis Latine. Valet autem ungula contra manuum ſcabiem, ſic ſapientia contra rapacitatem, *Luc.* 3. Neminem concutiatis, neque calumniam faciatis, eſtote contenti ſtipendiis veſtris. Gutta arbor eſt, quæ & aromatica dicitur, quæ lacrymam ſtillat in arenis. Cujus duo ſunt genera. Unum quod eſt ſimile thuri maſculo, quod dicitur ſtracon, & maxime approbatur. Et aliud quod eſt pingue & arenoſum, quod pyrama dicitur. Curat utraque omnes duritias, ſic ſapientia omnem mentis duritiam curat. *Ezech.* 11. Auferam cor lapideum de carne eorum, & dabo eis cor carneum. *d* Et quaſi libanus non inciſus vaporavi habitationem meam] Hic libanus mons eſt, hic libanus arbor eſt, hic libanus thus eſt. Unde *Cant.* 4. Ubi nos habemus: Vadam ad montem myrrhæ, & ad collem thuris: alia littera habet, ad collem Libani. Hic ponitur Libanus maſculine pro arbore, unde dicitur quaſi libanus non inciſus, quando deberet dici, quaſi libanus non inciſa. Sed per hoc mittit nos Auctor ad ſenſum ſpiritualem. Eſt autem libanus ſimilis lauro in cortice, & foliis, quæ in Autumno emanat thus album inciſo cortice, quod integre palmea recipitur, in vere autem emanat non inciſo cortice thus, quod calore congelatum ipſi cortici adhęreat candidum, quod maſculum dicitur, & ab arbore cultello raditur, & hæc eſt prima vindemia thuris, in hyeme vero fit ſecunda vindemia thuris, quod inciſo cortice emanat ab arbore rubeum priori non comparabile. Juvat autem thus viſum & memoriam, ſic ſapientia ingenium, ſive intelligentiam capacem, & memoriam tenacem perficit, & confortat, quæ duo faciunt litteratum. Et eſt intelligentia, quaſi vas in quo recipitur ſapientia manans a Chriſto, quaſi ex arbore Libani, & memoria quaſi vas, in quo recipitur Sapientia, & conſervatur. Et hæc ſunt duæ tabulæ, in quibus ſcripta eſt lea, intelligentia capax, & memoria tenax. Eſt ergo ſenſus: Quaſi Libanus non inciſus, evaporat, ideſt, emittit thus, ſic ego evaporavi, ideſt, emanavi in habitatione m a intelligentia capaci, & memoria tenaci, thus odoriferum devotionis, quod & intelligentiam & memoriam reficit & confortat. Vel evaporavi, ideſt, calefeci. *e* Et quaſi balſamum non miſtum odor meus] ideſt, ſicut balſamum non miſtum odorem reddit eximium, ſic ſapientia non miſta hypocriſi, vel avaritiæ, vel luxuriæ, vel ſuperbiæ, odorem bonæ famæ, longe, lateque emittit, 2. *Cor.* 2. Bonus odor Chriſti ſumus Deo in his, qui ſalvi fiunt, & in his qui pereunt.

Eſt autem Balſamus arbor in Judæa rutæ ſimilis in foliis, ſed albioribus, ſemper manentibus, & more vineæ colitur, adminiculo ſuſtentatur, ut vitis Myrto ſimilis, ſed viti ſimilior coma ſemper virens, duobus cubitis eminens. Arbor Balſamus, vel Balſamum dicitur, lignum xylobalſamum, ſuccus opobalſamum, fructus ſive ſemen carpobalſamum, cujus cortea vinculis ferreis aſtrictus emittit guttas eximii odoris. Inciditur autem arbor lapideis, vel offeis cultellis, quia ferri tactus noxius eſt ei, & per inciſionem emanans lacryma pannis laneis excipitur: paucæ vero, & præcipue lacrymæ in cornu excipiuntur: ſemen autem vini guſtum habet, colore rufum.

Gratia prima, & præcipua lacrymæ, ſecunda ſemini, tertia cortici debetur, minima ligno. Hujus arboris gutta cum melle, vel cum oleo cyprino adulteratur, & dicitur Balſamum miſtum, purum vero dicitur Balſamum, non miſtum.

Cognoſcitur autem purum a non puro. Purum enim ſine melle, ſi cum lacte coagulaverit. Sine oleo, ſi inſtillata aqua, vel permiſta facile reſolvatur: vel perfuſum aqua facile reſolvitur, veſtem laneam non maculat, aquis non ſupernatat, ardente Sole in manu ſuſtineri non poteſt; quando vero cum melle miſtum eſt, tunc aqua perfuſum non facile reſolvitur. Hæc omnia in ſapientia diligens lector poterit invenire. Sequitur.

△ *a* Ego quaſi terebinthus

Θ *Luc.* 7. *Joan.* 12. Quaſi myrrha electa dedi ſuavitatem odoris] in mortificantibus carnem ſuam. De Chriſto.

b Et quaſi ſtorax, & galbanus, & ungula, & gutta] exaltata ſum, ſupple, in modeſtis, in manſuetis, in caſtis, in largis. Storaa enim vitium pulmonis curat, ideſt, loquacitatem, galbanum curat apoſtema iracundiæ; & ungula ſcabiem luxuriæ curat: gutta chiragram avaritiæ. *d* Et quaſi Libanus non inciſus evaporavi habitationem meam,] ideſt, ſicut Libanus evaporando reſinam ipſum locum odoriferum facit; ita ſapientia habitationem ſuam, ideſt, Eccleſiam, vel mentem humanam fragrantem reddit.

Item Chriſtus Balſamo comparatur, quia conſervat a putredine, & quia omni re pretioſius eſt, & quia nulli liquori miſcibile eſt, niſi melli, vel oleo, ideſt, humanæ naturæ, quæ ſupereminet aliis creaturis; vel comparatur ſtoraci, quia reumata curat, & tuſſim, ideſt, cogitationes, & curas ſuperfluas.

Vel comparatur galbanus, quia arteticam malarum affectionum ſanat. Et virgulæ, quia facit candidas facies conſcientiarum. Et guttæ, quia pellit omnes inflaturas, & tumores ſuperbiæ.

Item Chriſtus fuit cedrus in conceptione, ideſt, magnus, & parvus Cypreſſus in nativitate, ideſt, altus & flexus. Palma in prædicatione, ideſt, ſucciſus & dulcis. Roſa in paſſione, ideſt, humilis & rubens. Oliva in Reſurrectione, ideſt, lenis & lucens. Platanus in Aſcenſione, aſperitatem perſecutionis non timens. Cinnamomum in Pentecoſta, late odorem ſpargens. Sequitur. *e* Et quaſi balſamum non miſtum] alii liquori. *f* Odor meus] ideſt, prædicatio mea, quia ſine miſtura vanitatis, & falſitatis, & ſimulationis fuit, humanitas etiam aſſumpta a deitate

Θ miſta non fuit Deitati

△ tur & Balſamo. *a* Quaſi myrrha electa dedi ſuavitatem odoris] per voluntariam paupertatem, & carnis macerationem.

b Et quaſi ſtoraa, & galbanus, & ungula, & gutta, & quaſi Libanus non inciſus evaporavi habitationem meam, & quaſi balſamum non miſtum odor meus.] Ecce ſeptem gummi aromaticis ſe comparat B. Virgo, per quæ ſignificantur ſeptem virtutes ſpeciales, quibus exaltata fuit, & exaltantur quotidie, qui imitantur eam. De B. Virgine.

Per Balſamum, quod charum eſt, & calidum, ſignificatur fervor charitatis. Per myrrham electam voluntaria paupertas.

Per ſtoracem, quod lippitudinem oculorum ſanat, ſignificatur virtus diſcretionis.

Per Galbanum, quod apoſtemata ſanat, ſignificatur humilitas. Per Ungulam, quæ candida eſt, & ſcabiem purgat, ſignificatur virtus abſtinentiæ. Per guttam, quæ arteticam ſanat, ſignificatur virtus ſtrenuitatis. Per Libanum non inciſum, candor virginitatis.

Per Balſamum non miſtum, quod ſecundo repetitur, perſeverantiæ virtus. Sequitur.

△ *a* Ego

Digitized by Google

a a Ego quaſi terebinthus extendi ramos meos.] Terebinthus arbor eſt, cujus reſina chariſſima eſt, & naſcitur in Syria, & in Macedonia. In Syria major eſt flores habens racemoſos ſicut oliva, & folia denſa, emittens animalia quaſi culices: de cujus cortice reſina abundanter emanat. In Macedonia vero brevis eſt arbor iſta, ſed fructuoſa.

a Ego quaſi terebinthus extendi ramos meos; b & rami mei honoris, & gratiæ. c Ego quaſi vitis fructificavi ſuavitatem odoris, d & flores mei e fructus † honoris, & honeſtatis.
f Ego mater pulchræ dilectionis, g & timoris, h & agnitionis, & i ſanctæ ſpei. In k me gratia omnis l vitæ, & m veritatis: in n me omnis ſpes vitæ, & o virtutis.
p Tranſite ad me q omnes r qui concupiſcitis me, ſ & a generationibus meis † t adimplemini;

C Sunt autem duo genera terebinthi maſculus, ſcilicet & femina. Maſculus infructuoſus eſt. Feminæ vero duo ſunt genera. Alterum fructum habet rubeum, lentis magnitudine, alterum habet fructum pallidum, fabæ magnitudine, & odore jucundo. Valet autem terebinthus contra morbum aurium; ſic ſapientia inobedientiæ malum purgat. Eſt igitur ſenſus. a Ego quaſi terebinthus extendi ramos meos.] Ideſt, auctoritates, & diſtinctiones, & ſententias Scripturæ multiplici intelligentia, atque multiplici expoſitione. Unde *Dan.* 12. Pertranſibunt plurimi, & multiplex erit ſcientia. b Et rami mei honoris, & gratiæ] ideſt, ſunt honorabiles, & gratioſi: vel honoris, & gratiæ collativi, & in præſenti, & in futuro. c Ego quaſi vitis fructificavi ſuavitatem odoris,] ideſt, ſicut vitis aquam convertit in vinum, quod lætificat cor hominis, & germinat virgines, *Zach.* 9. ſic ego Sapientia quaſi vitis fructificavi ſuavitatem odoris, ideſt, fructum facio ſuavem, & odoriferum, collationem gratiarum, ſalutem animarum, regimen Eccleſiarum. De quo dicitur *Jo.* 15. Ego poſui vos, ut eatis, & fructum afferatis, & fructus veſter maneat, *Luc.* 8.

al. † odoris.

al. † implemini.

Pſalm. 103.

Quod autem in terram bonam, hi ſunt, qui in corde bono, & optimo audientes verbum, retinent, & afferunt fructum in patientia. d Et flores mei] ideſt, eloquia mea ſunt. e Fructus honoris, & honeſtatis,] ideſt, dant honorem, vel odorem bonæ famæ, & honeſtatem bonæ vitæ, vel odorem Paradiſi ſentire faciunt, & honeſtatem ſanctæ converſationis docent. f Ego mater pulchræ dilectionis] ideſt, gratuitæ, qua gratis diligitur Deus, & proximus. g Et timoris] filialis, & ſervilis. h Et agnitionis] ſpiritualis. i Et ſanctæ ſpei,] ideſt, firmæ, & ſalutaris. k In me gratia omnis vitæ, & veritatis] prædicatur, vel docetur, quaſi dicat ego doceo gratis viam veritatis: vel doceo gratiam homini bonam a Deo factam, quæ eſt via veniendi ad veritatem. n In me omnis ſpes vitæ, & virtutis,] i. virtuoſæ vitæ, ideſt, vitæ gratiæ, & gloriæ docetur, & prædicatur. p Tranſite ad me] audiendam, & diſcernendam, & faciendam. q Omnes, qui concupiſcitis me] non apparentiam, non divitias, non honores, ſed me, *Exod.* 3. Tranſibo, & videbo viſionem hanc magnam, quare non comburatur rubus. ſ Et a generationibus meis adimplemini,] ideſt, virtutibus, quarum ego mater. Vel generationes Sapientiæ ſunt terrenorum contemptus, cœleſtium appetitus, agnitio veritatis, dilectio bonitatis.

▲ Spiritus enim meus

De Chriſto.

Θ miſta non fuit Deitati, ſed in unitate perſonæ ſalvata utraque natura in ſua puritate. a Ego quaſi terebinthus extendi ramos meos,] ideſt, brachia in cruce, quæ arbor terebinthus dicitur, ideſt, quercus nigra, quæ arbor brevis eſt, ſed medicinalis, *Gen.* 3. Dederunt omnes Jacob deos alienos, quos habebant, & inaures, quæ erant in auribus eorum; at ille infodit eos ſubter terebinthum, quæ eſt poſt urbem Sichem. b Et rami mei honoris, & gratiæ] collativi, gratiæ in præſenti, & honoris in futuro, *Oſeæ ult.* Ero quaſi ros, & Iſrael germinabit quaſi lilium, & erumpet radix ejus ut Libani, ibunt rami ejus, ideſt, candidi, & perfecti. c Ego quaſi vitis fructificavi ſuavitatem odoris, ideſt, ſuavem Evangelii prædicationem. *Joan.* 15. Ego ſum vitis vera. d Et flores mei.] Ideſt decor honeſtæ converſationis, & fragrantia bonæ operationis, vel opinionis; ſunt etiam Fructus odoris, vel honoris, & honeſtatis, quia ſatiant & reficiunt eos, qui Chriſtum ab eo recipiunt: flores Chriſti fructus ſunt, ſicut ficus, quæ ſola inter arbores fructus habet pro floribus. Unde *Matth.* 24. Ab arbore fici diſcite parabolam. Vel fructus poteſt eſſe genitivi caſus. Et eſt ſenſus. d Flores mei fructus.] Ideſt, qui procedunt, & parturiunt ex ſe fructum vitæ æternæ, hoc eſt, & opera, & doctrina, ſunt honoris & honeſtatis collativi, & de his floribus dicitur *Cant.* 2. Fulcite me floribus. Item *in eod.* 7. e Videamus, ſi floruit vinea, ſi flores fructus parturiunt. Item Chriſtus habet flores roſarum in Martyribus. Flores liliorum in Virginibus. Flores violarum in Confeſſoribus, quorum fructus ſunt gaudia æterna. De quibus dicitur *infra* 39. Florete flores, quaſi lilium, date odorem, & frondete in gratiam. Item in ſeipſo habuit lilium virginitatis, roſam charitatis, violam humilitatis. Unde *Cant.* 2. Ego flos campi, & lilium convallium. f Ego mater pulchræ dilectionis.] Ideſt, charitatis. g Et timoris] filialis.
h Et agnitionis] ſpiritualis, & fidei.
i Et ſanctæ ſpei,] quæ eſt de æternis bonis.
k In me gratia omnis] operationis, cooperationis, & conſummationis.
l Vitæ] triplicis, naturæ, gratiæ, & gloriæ. m Et veritatis triplicis ſimiliter, vitæ, doctrinæ, & juſtitiæ. 1. *Cor.* 15. Gratia Dei ſum, id quod ſum: & gratia Dei in me vacua non fuit; ſed abundantius illis omnibus laboravi, non autem ego, ſed gratia Dei mecum. n In me omnis ſpes vitæ] gloriæ. o Et virtutis] per quam habetur vita. *Joan.* 14. Ego ſum via, veritas, & vita, *Act.* 17. In quo vivimus, movemur, & ſumus.
p Tranſite ad me] non ad mea.
q Omnes, qui concupiſcitis me] ut panem, quo ſaturemini. *Joan.* 6. Ego ſum panis vitæ: & vinum, quo inebriamini. *Joan.* 15. Ego ſum vitis vera. Ut lucem, qua illuminamini. *Joan.* 8. Ego ſum lux mundi: qui ſequitur me, non ambulat in tenebris; ſed habebit lumen vitæ. Ut Medicum, quo curemini. *Matth.* 9. Non eſt opus valentibus Medico, ſed male habentibus. Ut patrem a quo reficiamini. *Matth.* 11. Venite ad me omnes, qui laboratis, & onerati eſtis, & ego reficiam vos.
ſ Et a generationibus meis,] ideſt, prædicatione eorum, quos genui, 1. *Cor.* 4. In Chriſto Jeſu per Evangelium ego vos genui.
t Adimplemini] ſpiritu timoris, & amoris.

Θ a Spiritus enim meus *De B. Virgine.*

▲ a Ego quaſi terebinthus extendi ramos meos,] ideſt, exempla operum ad umbram refrigerii faciendam contra æſtum libidinis.
b Et rami mei honoris, & gratiæ] collativi gratiæ in præſenti, & honoris in futuro.
c Ego quaſi vitis fructificavi ſuavitatem odoris,] ideſt, ſuavem odorem ſanctæ converſationis cum jucunditate mentis, quæ eſt in vino; ſive in vite ſignificatur.
d Et flores mei fructus odoris, vel honoris, alia littera, & honeſtatis.] Flores B. Virgin. ſunt virtutes ejus, viola humilitatis, roſa charitatis, lilium virginitatis. Et hæ ſunt fructus honoris, & honeſtatis imitantibus eam, quia tales illius virtutibus reficiuntur.
f Ego mater pulchræ dilectionis] ideſt, Chriſti, qui eſt pulchra dilectio. *Infra Joan.* 4. Deus charitas eſt, &c. Vel ſic: ego mater pulchræ dilectionis,] ideſt, gratuitæ, quæ pulchra dicitur ad differentiam carnalis, vel mercimonialis, quæ turpis eſt.
g Et timoris] filialis.
h Et agnitionis] ſpiritualis.
i Sanctæ ſpei] quæ nihil ſperat, niſi ſanctum.
k In me gratia omnis] operans, cooperans, conſummans.
l Vitæ activæ,] & contemplativæ, vel vitæ innocentiæ, & pœnitentiæ.
m Et veritatis] triplicis, vitæ, doctrinæ, & juſtitiæ, *Luc.* 1. Ave gratia plena, *Prov.* 11. Mulier gratioſa inveniet gloriam.
n In me omnis ſpes vitæ] gloriæ.
o Et virtutis] viæ. Et ideo ſequitur.
p Tranſite ad me] omnia, quæ mundi ſunt, tranſiliendo, ſicut cervus ad fontem properans.
q Omnes] non quidam, non pauci: ſed omnes.
r Qui concupiſcitis me] honorare.
ſ Et a generationibus meis adimplemini] ideſt, operibus meis, quaſi dicat, qui volunt me honorare, ſtudeant me imitari. Hæc eſt enim vera veneratio, ipſius imitatio.

▲ a Spiritus

▲ *a* Spiritus enim meus] ideſt, ſpiritualis intellectus. *b* Super me] inanis gloriæ, videlicet inflationem ſcientiæ dulcis. Unde *Pſal.* 118. Quam dulcia faucibus meis eloquia tua. *c* Et hæreditas mea] ideſt, merces mea ultima. *d* Super mel] dulcedinis temporalis eſt. Et favum] carnalis voluptatis.

a Spiritus enim meus *b* ſuper mel dulcis, *c* & hæreditas mea *d* ſuper mel *e* & favum. *f* Memoria mea in *g* generatione ſæculorum. *h* Qui edunt me, *i* adhuc eſurient: *k* & qui bibunt me, *l* adhuc ſitient. *m* Qui audit me, *n* non confundetur: *o* & qui operantur in me, *p* non peccabunt. *q* Qui elucidant me, *r* vitam æternam habebunt. Hæc *ſ* omnia *t* liber vitæ

Vel ſic. *c* Et hæreditas mea] ideſt, Theologia, qua filiis ſuis Sapientia laceat. *d* Super mel] inanis Philoſophiæ. *e* Et favum] ſæcularis ſcientiæ, ubi miſta ſunt mella elationis & cæra ambitionis. *f* Memoria mea in generatione ſæculorum] durabit, *Deut.* 32. Concreſcat ut pluvia, doctrina mea, fluat, ut ros, eloquium meum. *h* Qui edunt me] ſibi incorporando intellectu & affectu. *i* Adhuc eſurient] me, quia quanto profundius ſentitur Sapientia, tanto ardentius concupiſcitur. *k* Et qui bibunt me] ſitim mundanæ, & carnalis concupiſcentiæ in ſe eatinguendo. *l* Adhuc ſitieat] quia non omnino extingui poteſt hæc ſitis maledicta in præſenti. Vel, adhuc ſitient me, quia quanto plus ſcit homo, tanto magis ſitit, & deſiderat amplius ſcire. Unde *Eccl.* 1. Non ſatiatur oculus viſu, nec auris auditu. Contra. *Joan.* 4. Qui biberit de aqua hac, quam ego dabo ei, non ſitiet in æternum. Sol. Duplex eſt ſitis, defectus, & deſiderii. De ſiti defectus loquitur Dominus. *Joan.* 4. De ſiti deſiderii, agitur hic. Editur autem Sapientia, ubi difficilis eſt, bibitur vero, ubi facilis eſt. Ibi eſt panis, quia confirmat; & hic eſt aqua, quia refrigerat. *m* Qui audit me] aure obedientiæ, & intelligentiæ, quæ ſunt aures cordis. *n* Non confundetur] mala confuſione. *o* Et qui operantur in me] ideſt, ſecundum documenta mea. *p* Non peccabunt] dum ſequuntur regulam meam. *q* Qui elucidant me] fideliter, faciliter, utiliter exponendo. *r* Vitam æternam habebunt] *Dan.* 12. Qui docti fuerint, fulgebunt quaſi ſplendor firmamenti, & qui ad juſtitiam erudiunt multos, quaſi ſtellæ in perpetuas æternitates. *ſ* Hæc omnia] quæ dicta ſunt. *t* Liber vitæ] continet, & docet, ideſt, ſacra Scriptura, quæ docet bene vivere.

Joan. 21.

▲ Unde *Gen.* 19. dicitur

Per C. 21. 26. ʘ *a* Spiritus enim meus] ideſt, ſpiritus gratiæ, qui communis eſt Patris, & Filii. *b* Super mel dulcis] ideſt, ſuper omnem mundanum, vel carnale deſiderium. Vel ſpiritus Chriſti dicitur prædicatio Evangelii. *Joan.* 6. Verba quæ ego loquor vobis, ſpiritus, & vita ſunt. Vel ſpiritus eſt gratia inſpirata, *Pſal.* 50. Spiritum rectum innova in viſceribus meis. Et hic uterque Spiritus dulcis eſt ſuper mel ſæcularis ſcientiæ, vel inanis Philoſophiæ. *Pſal.* 118. Quam dulcia faucibus meis eloquia tua, ſuper mel ori meo. *c* Et hæreditas mea] ideſt, regni jucunditas, quam ſoli filii hæreditabunt. *d* Super mel & favum] ideſt, incomparabiliter omni voluptate præſenti dulcior, quia non oculus vidit, nec auris audit, nec in cor hominis aſcendit, quæ præparavit Deus diligentibus ſe; *Iſa.* 54. *Pſal.* 126. Cum dederit
1. Cor. 2. 9 Dilectis ſuis ſomnum, ecce hæreditas Domini filii, merces, fructus ventris. *f* Memoria mea] ideſt, Sacramentum Euchariſtiæ, vel documentum Sacræ Scripturæ. *g* In generatione ſæculorum] *Matth.* 24. Cœlum & terra tranſibunt; verba autem mea non tranſibunt. *Prov.* 10. Memoria Juſti cum laudibus, *inf.* 46. Memoria Joſiæ in compoſitione odoris facta eſt. *Iſa.* 26. Nomen tuum, & memoriale tuum in deſiderio animæ. *Oſ.* 14. Memoriale ejus ſicut vinum Libani. Benedicit, ſicut, quia ſpecies vini ibi eſt, non veritas. *h* Qui edunt me] in via. *i* Adhuc eſurient] quia non eſt hæc ſatietas, ſed modica prægustatio. Satiabor autem, cum apparuerit gloria tua. Sed contra. *Joan.* 4. Qui biberit de aqua hac, quam ego dabo ei, non ſitiet in æternum. Item *in eodem* 6. Qui veniet ad me, non eſuriet, & qui credit in me, non ſitiet in æternum. Sol. Duplex eſt fames, & duplex ſitis. Una defectus, altera affectus, ſive deſiderii. Prima malorum eſt, ſecunda bonorum. De prima loquitur Dominus in Joanne; de ſecunda loquitur hic. Edere autem Chriſtum, aut bibere, eſt in eo delectari: in quo qui plus delectatur, plus deſiderat delectari. Ibi ſimul ſunt fames & ſatietas: & ideo fames ſine defectu & ſatietas ſine faſtidio. Et hoc eſt. *h* Qui edunt me, adhuc eſurient, & qui bibunt me, adhuc ſitient.] Editur etiam & ſacramentaliter in altari, editur ſpiritualiter fide. Credere enim in ipſum eſt edere eum. Unde *Aug.* Ut quid paras dentem & ventrem? crede & manducaſti. Sic edere & bibere ipſum non ſatiat; ſed magis famem & ſitim excitat. Unde & de hoc verum eſt: Qui edunt me, adhuc eſurient, &c. Sequitur. *m* Qui audit me,] ideſt, doctrinam meam, obediendo. *n* Non confundetur] mala confuſione; ſed coronabitur corona gloriæ. 3. *Reg.* 10. Beati viri tui, beati ſervi tui, hi qui ſtant coram te ſemper, & audiunt Sapientiam tuam. *Luc.* 11. Beati, qui audiunt verbum Dei, & cuſtodiunt illud. *o* Et qui operantur in me] manente fide, ſpe & charitate. *p* Non peccabunt] moraliter tales exiſtentes. Unde *Joan.* 3. Omnis, qui in Deo manet, non peccat. Vel. *o* Qui operantur in me] ideſt, propter me. *p* Non peccabunt] ſic faciendo. *q* Qui elucidant me,] non ſe, non Platonem, & aperte & diſtincte prædicando, docendo verbo & exemplo. *r* Vitam æternam habebunt] cum quadam excellentia dignitatis. Unde *Dan* 12. Qui docti fuerint, fulgebunt quaſi ſplendor firmamenti: & qui ad juſtitiam erudiunt multos, quaſi ſtellæ in perpetuas æternitates. *ſ* Hæc omnia] quæ dicta ſunt, ideſt, arbores, loca, aromata, flumina, eſt. *t* Liber vitæ,] ideſt, Chriſti. De quo *Iſa.* 8. Sume tibi librum grandem; & ſcribe in eo ſtylo hominis. Et *Pſal.* 128. Et in libro tuo omnes ſcribentur. Hunc librum elucidat, qui Chriſtum prædicat: hunc librum audit, qui Chriſtum imitatur. Vel ſic. *r* Hæc omnia] continet. *ſ* Libes vitæ] ideſt, liber Sacræ Scripturæ.

ʘ *a* Et Teſtamentum Altiſſimi.

▲ *a* Spiritus enim meus ſuper mel dulcis,] ideſt, in ea ſpiritualis delectatio excedit omnem terrenam delectationem. *c* Et hæreditas mea,] ideſt, gloria æterna. *d* Super mel & favum,] ideſt, ſuper omnem dulcedinem temporalem. Unde B. *Bern.* Adeo dulcis eſt De B. Virg. ſerm.
ſpiritus, ut nec ejus dulcedini prævalere queat ipſa amariſſima mortis amaritudo. Quid ergo non temperet illa dulcedo, quæ mortem facit dulciſſimam? quæ reſiſtere poterit aſperitas unctioni, quæ mortem facit ſuaviſſimam? *f* Memoria mea in generatione ſæculorum] manet, ideſt, quamdiu præſens ſæculum durabit, in quo generatio præterit, & generatio advenit. *Infr.* 49. Memoria Joſiæ in compoſitione odoris facta eſt opus pigmentarii: in omni ore quaſi mel indulcorabitur ejus memoria, & ut muſica in convivio vini. Quanto magis memoria B. Virginis? Quanta bona conferat jugis memoria B. Virginis, multa exempla manifeſtant. De Theophylo converſo, ſuper cujus tumulo Eccl. 1.
inventa eſt arbor folia pulcherrima habens, in quibus ſcriptum erat aureis litteris: Ave Maria. *h* Qui edunt me] converſatione me imitando, & ſibi incorporando. *i* Adhuc eſurient,] ideſt, magis deſiderabunt me edere. *k* Et qui bibunt me] exemplo meo æſtum, & ſitim libidinis extinguendo in ſe.

l Adhuc ſitient] potum meum: ipſa enim eſt fons ſignatus, puteus aquarum viventium. *Cant.* 4.

m Qui audit me,] Ideſt, qui credit meo conſilio. *Jo.* 2 Quodcumque dixerit vobis, facite. *n* Non confundetur] mala confuſione, qua ſoli impii confundentur. *Jer.* 17. Confundantur, qui me perſequuntur, &c. Vel qui ſalutat me, audiet me reſalutantem, & non confundetur, ideſt, non erubeſcet, quia reſalutatur. Non enim quemlibet reſalutat B. Virgo; ſed qui eam digne ſalutat.

a Et qui operantur in me,] ideſt qui colunt me.

p Non peccabunt] ideſt, peccato non peribunt, ut paret in Theophylo. B. Virgo quaſi vinea eſt in qua tot vites ſunt, quot virtutes. Et quidam colunt, ſive operantur in ea humilitatem, alii virginitatem, alii pietatem, & ſic de aliis. *q* Qui elucidant me,] vitam meam verbo, & exemplo prædicando.

r Vitam æternam habebunt,] ad litteram, vel vitam contemplativam, quæ perpetua eſt. Vel, vitam æternam, ideſt, duram. Lapides enim dicuntur æterni, ideſt, duri, ideſt, qui Beatam Mariam prædicat, vitam debet ducere duram, ſicut ipſa.

ſ Hæc omnia liber vitæ,] ideſt, horum omnium, quæ diximus, ſimilitudinem & rationem continet in ſe B. Virgo, quæ eſt liber vitæ, liber grandis *Iſa.* 8. Libes

▲ gene-

Digitized by Google

▲ Unde *Gen.* 16. dicitur, puteus viventis, & videntis. *a* Et Teſtamentum Altiſſimi] ideſt, novum Teſtamentum & vetus continet, ſupple, in quo eſt, *b* Et agnitio veritatis,] quaſi dicat, liber continens hæc omnia, non eſt littera Teſtamenti, ſed agnitio veritatis. *c* Legem mandavit Moyſes in præceptis juſtitiarum,] id eſt, legem dedit Moyſes, in qua ſunt præcepta juſtitiarum, ideſt, juſte vivendi, ſibi, Deo, & proximo. *d* Et hæreditatem,] ideſt, terram promiſſionis. *e* Domui Jacob,] ideſt, ſucceſſoribus, ſive filiis Jacob dedit Dominus. *f* Et Iſrael promiſſiones,] de adventu Chriſti, de redemptione humani generis, de æterna hæreditate habenda. *g* Poſuit David puero ſuo,] ideſt, propoſuit, vel promiſit. *i* Excitare Regem ex ipſo fortiſſimum,] ideſt, Salomonem, vel Chriſtum, qui de ſemine ejus fuit. *k* Et in throno honoris,] ideſt, in ſede regali. *l* Sedentem in ſempiternum] hoc non videtur convenire Salomoni; & ideo *Gloſſ.* tantum exponit de Chriſto. De quo dicitur *Iſ.* 9. Super ſolium David, & ſuper regnum ejus ſedebit, ut confirmetur illud, & corroboret in judicio & juſtitia a modo & uſque in ſempiternum. Sed poteſt exponi. [In ſempiternum] ideſt, in toto tempore vitæ ſuæ, quia non fuit amotus a regno, ſicut Saul: nec amiſit partem regni, ſicut filius Roboam. *m* Qui implet, &c.] quatuor flumina ex uno fonte prodeuntia aſſimilat Sapientiæ. Nam ſicut illa flumina abundant aquis, gemmis, auro, ligno aloes; ita Sapientia multa continet pretioſa reſpondentia illis. Jordanem quintum fluvium comparat Sapientiæ. Nam per Jordanem Baptiſmus figuratur, quem Sapientia prædicat neceſſario tranſeundum ad hoc, ut perveniatur in terram promiſſionis. *Marc. ult. Joan.* 3. Phyſon interpretatur caterva, vel oris mutatio: quia magnis fluminibus repletur, & colorem ſuum in diverſis locis commutat: qui Ganger alio nomine dicitur a Gangaro Rege Indiæ, quam præterfluit. Et hoc totum Sapientiæ convenit eleganter. Omnia enim flumina ſcientiarum ipſi influunt, & ad ipſam audiendam ex omni parte mundi catervatim ruunt Clerici. Ipſa mutat os; quia quod dicit hic hiſtorice, exponit allegorice, vel tropologice. Tigris flumen eſt velociſſimum, quod ſecundum Joſephum dicitur, Diligat, quod ſonat acutum, vel anguſtum, & vadit contra Aſſyrios. Et hoc iterum bene convenit Sapientiæ, quia velociter currit. *Heb.* 4. Vivus. *Matth.* 7. Quam anguſta. *Luc.* 13. Contendite. *Jacob* 4. Deus. Quia velox eſt acuta, & anguſta & contra ſuperbos etiam vehitur. Euphrates frugifer, vel fructuoſus interpretatur. Hoc iterum Sapientiæ convenit, quia fructifera eſt & fructuoſa. De cujus fructibus alibi dictum eſt *Prov.* 3. Primi, & puriſſimi fructus ejus. Geon qui & Nilus dicitur, interpretatur hiatus terræ, vel terreus; quia turbidus eſt, & circuit Æthiopiam, quæ interpretatur caligo, vel tenebræ. Et hoc iterum convenit Sapientiæ, quæ turbida eſt, ideſt, obſcura, ubi minatur ſupplicia æterna. Et circuit peccatores monendo, terrendo, promittendo. Dicit ergo. *m* Qui implet] ſcilicet. Deus de quo locutus eſt *ſup.* *n* Quaſi Phyſon, &c.] qui decem flumina in ſe recipit ſecundum *Iſidorum*. Et tribus modis mutatur in colore: quia alibi clarus, alibi obſcurus, alibi turbidus eſt. In quantitate etiam mutatur: quia alibi magnus, alibi parvus, alibi diffuſus eſt: in ſapore, ideſt, in ſenſu. Etiam mutatur in qualitate; quia alibi frigidus, alibi calidus eſt. Hoc totum reperies in Sapientia.

▲ D *a* & Teſtamentum Altiſſimi *b* & agnitio veritatis. *c* Legem mandavit Moyſes in præceptis juſtitiarum: d & hæreditatem *e* domui Jacob, *f* & Iſrael promiſſiones. g Poſuit *h* David puero ſuo *i* excitare Regem ex ipſo fortiſſimum, k & in throno honoris *l* ſedentem in ſempiternum. *m* Qui implet, quaſi *n* phyſon ſa-

▲ Et ſicut tigris in diebus

De Chriſto. ⊖ *a* Et Teſtamentum Altiſſimi] novum & vetus. *b* Et agnitio veritatis.] Hæc tria idem ſunt, Liber vitæ, Teſtamentum Altiſſimi, agnitio veritatis. Liber vitæ, quia vitam promittit æternam facientibus eum. *Ezech.* 20. Dedi eis præcepta mea, & judicia mea, quæ faciens homo vivat in eis. Teſtamentum Altiſſimi: quia ſignatum ſigillis ſeptem. *Apoc.* 5. Et confirmatum morte teſtatoris. *Hebr.* 9. Ubi Teſtamentum eſt, mors neceſſe eſt intercedat teſtatoris, teſtamentum enim in mortuis confirmatum eſt. Agnitio veritatis dicitur, quia ſola facit cognoſcere veritatem, & inter ſcripturas ſola continet veritatem. *c* Legem mandavit Moyſes in præceptis juſtitiarum] ideſt, præcepit juſte vivere, peccata cavere; Deo ſervire, proximum diligere. *Deut.* 33. Legem præcepit nobis Moyſes, hæreditatem multitudinis Jacob. *d* Et hæreditatem domui Jacob] promiſit, ideſt, luctantibus.

f Et Iſrael promiſſiones] de adventu Chriſti, de redemptione generis humani. *Iſa.* 28. Ecce ego mittam in fundamenti Syon lapidem angularem, probatum, pretioſum in fundamento fundatum. *Deut.* 18. Prophetam de gente tua, & fratribus tuis, ſicut me ſuſcitabit tibi Dominus Deus tuus, 2. *Reg.* 7. Nunc ergo, Domine Deus, tu es Deus, & verba tua erunt vera.

g Poſuit] ideſt, propoſuit, vel promiſit.

h David puero ſuo excitare Regem ex ipſo fortiſſimum, & in throno honoris ſedentem in ſempiternum] ideſt, Chriſtum. 2. *Reg.* 23. Dixit vir, cui conſtitutum eſt de Chriſto Dei Jacob egregius Pſaltes Iſrael. 1. *Paral.* 17. Cum impleveris dies tuos, ut vadas ad patres tuos, ſuſcitabo ſemen tuum poſt te, quod erit de filiis tuis, & ſtabiliam regnum ejus. Ipſe ædificabit mihi domum, & firmabo ſolium ejus in ſempiternum. *Pſal.* 131. Juravit mihi Dominus David veritatem, & non fruſtrabitur eum, de fructu ventris tui ponam ſuper ſedem tuam.

m Qui implet quaſi Phyſon ſapientiam] ideſt, mundum ſapientia Evangelicæ prædicationis.

⊖ Et ſicut tigris in *De B. Virgine.*

▲ generatione. *Matth.* 1. Ideſt, apotheca gratiarum. Pelles vero, de quibus liber iſte factus eſt, ſunt antiqui Patres: Abraham, Jeſſe, David, quos computat Matthæus. Tres autem Reges, Ochozias, Joas, Amaſias; ibi non ponuntur, licet eſſent de generatione ejus, quia mali erant, & malæ pelles in tam pretioſo libro non debent poni. In hoc libro tot ſunt litteræ, quot virtutes, & qui non habet virtutes, neſcit litteras, & neſcit legere in hoc libro. *Iſa.* 29. Dabitur liber neſcienti litteras, diceturque ei, lege, & reſpondebit, neſcio litteras.

a Et Teſtamentum Altiſſimi] eſt liber vitæ, ideſt, Beata Virgo. Teſtamentum eſt ultima voluntas defuncti in ſcripto redacta, ſigillis in ſubſcriptione teſtium confirmata. Ultima Chriſti voluntas fuit, qua pendens in Cruce Mariam matrem ſuam Joanni, ut matrem: & Joannem matri ſuæ, ut filium commendavit. Hæc voluntas ſcripto redacta fuit. *Joan.* 19. Teſtes, Centurio, Maria, Joannes, Angeli. Ipſe Lucifer, qui Cruci aſſiſtebat. Sigilla ſeptem ſunt ibi, quæ habes *Apoc.* 5.

b Et agnitio veritatis] quia ipſa plenarie agnovit veritatem, & nos agnoſcere facit.

c Legem mandavit Moyſes in præceptis] *Joan.* 1. Lex per Moyſen data eſt. In præceptis juſtitiarum dicit, non miſericordiarum, quia tranſgreſſores abſque ulla miſericordia puniebat. *Hebr.* 10. Irritam faciens quis legem Moyſi, ſine ulla miſeratione duobus, vel tribus teſtibus moritur.

d Et hæreditatem domui Jacob] non Eſau. 11. Et Iſrael promiſſiones] vitæ æternæ, vel Chriſti naſcituri de Virgine, quæ eſt hæreditas Jacob, & promiſſio Iſrael, liber vitæ, Teſtamentum Altiſſimi, agnitio veritatis. Arca Noe, *Gen.* 6. Arca fœderis. *Exod.* 25. Urna aurea, *Exod.* 16. Rubus ardens, non combuſtus. *Exod.* 3. Virga Aaron ſicca, & florida, *Num.* 17. Vellus Gedeonis. *Judic.* 6. Templum Salomonis. 3. *Reg.* 6. Funda David, 1. *Reg* 17. De quo ſequitur.

g Poſuit David puero ſuo excitare Regem ex ipſo fortiſſimum] ideſt, promiſit David, quod Chriſtus naſceretur ex ipſo, *Pſal.* 131. De fructu ventris tui ponam ſuper ſedem tuam.

k Et in throno honoris ſedentem in ſempiternum] 2. *Reg.* 23. Dixit vir, cui conſtitutum eſt de Chriſto Dei Jacob, *Luc.* 1. Et Regni ejus non erit finis.

m Qui implet quaſi Phyſon ſapientiam,] ideſt Virginem ſapientem donis gratiarum, quæ ſignificantur per aquas Phyſon. Aquæ enim Phyſon ortum habent a Paradiſo, & in arenis ejus gemmæ pretioſæ inveniuntur, & dona gratiarum a Chriſto oriuntur, pro quarum operibus præmia æterna donantur. Phyſon interpretatur os papillæ, quod ſemper videtur eſſe clauſum & tamen lac emittit, ſic os Beatæ Virginis, quod ſemper clauſum fuit per ſeram ſilentii, & tamen quandocumque loquebatur, dulce verbum emittebat. *Sap.* 8.

Non habet amaritudinem converſatio illius. Ruſtici barbati non hauriunt de pupilla, ſed pueri, ſic conſolationis, vel viſitationis dulcedinem non recipiunt a B. Virgine, niſi pueri a puritate. De quibus *Iſa.* 8.

Ecce ego, & pueri mei, quos dedit mihi Dominus.

Item Phyſon circuit terram Evilath, & Beata Virgo circuit dolentes conſolando eos. Unde & Maria ideſt, maris Stella dicitur.

A *a* Et ſicut

Digitized by Google

▲ a Et ſicut Tigris in diebus novorum] ſeminum. Tunc enim inundat ille fluvius, qui & Tigris appellatur propter velocitatem.
b Qui adimplet quaſi Euphrates ſenſum] ideſt, Sapientiam. Sicut Euphrates repletur aquis, ſic Sapientia ſenſu multiplici. c Qui multiplicat] ſenſum, ſive Sapientiam.

pientiam, a & ſicut Tigris in diebus novorum. b Qui adimplet quaſi Euphrates ſenſum. c Qui multiplicat d quaſi Jordanis in e tempore meſſis. f Qui mittit diſciplinam g ſicut lucem, h & aſſiſtens i quaſi Geon in k die vindemiæ. l Qui perficit primus ſcire ipſam, m & infirmior non n inveſtigabit eam. A o mari enim † p abundabit cogitatio ejus:

D d Quaſi Jordanis in tempore meſſis] multiplicat aquas ſuas, tunc enim excreſcit Jordanis, ita quod, inundat ſuper ripas alvei ſui propter nivium reſolutionem, ut dicitur *Joſue* 3. Jordanis autem a duobus fontibus nominatur, Jor & Dan, quibus fœderatis colligitur, & naſcitur ſub Libano, & dividit Arabiam & Judæam, & juxta Jericho influit mari mortuo. Hieronymus aliter dicit ſuper *Reg.* 1. quod Dan eſt viculus in Tribu Dan, juxta quem oritur Jordanis, unde & nomen habet.

Joſue 3.

al. † abundavit.

f Qui mittit diſciplinam] verborum, & verberum. g Sicut lucem,] quia ejus diſciplina tam verborum, quam verberum illuminat bonos. h Et aſſiſtens] ideſt, in ſe permanens,
i Quaſi Geon in die vindemiæ] ideſt, ſicut Geon in tempore vindemiarum repletur aquis, ita Deus Sapientia replet ſenſibus, & diverſis ſententiis. Dicitur autem Geon a ge quod eſt terra, quia ſecum trahit limum, propter quem & fecundus eſt, unde & Nilus dicitur.
l Qui perficit primus ſcire ipſam] Sapientiam, ideſt, qui perfecte ſcire facit ſapientiam. Primus dicit quia liberum arbitrium cooperatur Deo principaliter agenti. Unde 2. *Cor.* 3. Non quod ſumus ſufficientes cogitare aliquid a nobis, quaſi a nobis, ſed ſufficientia noſtra ex Deo eſt.
m Et infirmior non inveſtigabit eam] ideſt, qui infirmum habet ingenium, vel patientia, aut gratia caret, quæ eſt ſanitas animæ. Unde, *inf.* 30. Salus animæ in ſanitate.
o A mari enim abundabit cogitatio ejus, & conſilium illius in abyſſo magna,] ideſt, profundior.

▲ eſt ſapientia ad

De Chriſto. ⊖ a Et ſicut tigris in diebus novorum] ſeminum.
b Qui adimplet quaſi Euphrates ſenſum] ideſt, ſicut Euphrates aquis replet alveum, & terram adjacentem infundit, & fecundat.
c Qui multiplicat] Eccleſiam numero credentium, vel doctrinam multiplicitate ſenſuum.
d Quaſi Jordanis] multiplicat aquas ſuas.
e In tempore meſſis,] ideſt, in tempore gratiæ. *Joan.* 5. Levate oculos veſtros; & videte regiones, quia albæ ſunt jam ad meſſem.
f Qui mittit diſciplinam] per Apoſtolos, ideſt, doctrinam duram, ſcilicet, contemnere ſuavia, diligere moleſtia, contemnere divitias, diligere paupertatem, fugere honores, quærere vilitatem. Et tamen
g Sicut lucem] fugantem, tenebras culpæ; & ignorantiæ.
h Et aſſiſtens] ſuis in tribulationibus eorum.
i Quaſi Geon] qui & Nilus dicitur.
k In die vindemiæ] ideſt, in tempore perſecutionis, quando in torculari tribulationis preſſi Martyres, in cellaria Domini reponuntur. 1. *Thren.* 1. Torcular calcavit Dominus virgini filiæ Juda, *Apoc.* 14. Miſit Angelus falcem acutam, & vindemiavit vineam terræ.
l Qui perficit primus ſcire ipſam] Sapientiam, ideſt, Chriſtum, ideſt, perfecte primus facit ſcire: Multi enim ante Chriſtum docuerunt, Moyſes, Prophetæ, ſed ſolus Chriſtus perfecte docuit, quia ſeipſum perſonalem demonſtravit, quem lex & Prophetæ obſcure prædixerant eſſe venturum.
m Et infirmior,] Ipſo Chriſto, ideſt, homo infirmus.
n Non inveſtigabit eam] Sapientiam, ideſt, Chriſtum, ut perfecte comprehendat. *Matth.* 11. Nemo novit filium, niſi Pater.
o A mari enim abundabit cogitatio ejus] ideſt, ſicut impoſſibile eſt menti humanæ cognare guttas maris, vel bibere totum mare; ſic impoſſibile eſt, & longe amplius intellectu capere magnalia Dei, *Job* 36. Ecce Deus magnus vincens ſcientiam noſtram, numerus annorum ejus inæſtimabilis. *Eccl.* 8. Intellexi, quod omnium operum Dei nullam poſſit homo invenire rationem eorum, quæ fiunt ſub Sole: & quanto plus laboraverit ad quærendum, tanto minus inveniet. *Iſaia* 55. Sicut exaltati ſunt cœli a terra; ita exaltatæ ſunt cogitationes meæ a cogitationibus veſtris, &c.

⊖ Et conſilium illius

De B. Virgine. A a Et ſicut Tigris in diebus novorum] ſeminum, vel meſſis hordeaceæ, quaſi dicat, ſicut Tigris in diebus novorum ſeminum implet aquis alveum; ſic Dominus B. Virginem implevit aquis gratiarum. *Luc.* 1. Ave gratia plena. Tigris nutrit piſces homines devorantes, ut legitur *Tob.* 6. Et virgo nutrit ad litteram in Eccleſiis ſuis raptores, & devoratores pauperum. *Iſa.* 3. Populum meum exactores ſui ſpoliaverunt, & mulieres dominatæ ſunt eis. Et *infra* 1. Vos depaſti eſtis vineam meam, & rapina pauperum in domo veſtra. Tigris interpretatur velox, vel ſagitta, & vadit contra Aſſyrios, & B. Virgo quaſi ſagitta Domini, deſtruxit ſuperbos 4. *Reg.* 13. Sagitta ſalutis Domini, & ſagitta ſalutis contra Syriam. Niſi B. Virgo ſagitta eſſet, non diceret Sponſus *Cant.* 4. Vulneraſti cor meum in uno oculorum tuorum, & in uno crine colli tui. b Qui adimplet quaſi Euphrates ſenſum] Beatæ Virg. ſpiritualibus ſenſatis, ideſt, coloribus, odoribus, ſaporibus ſpiritualibus. Colores ſpirituales ſunt, fides paſſionis, color rubeus: caſtitas mentis, color albus: odor ſpiritualis, virtus diſcretionis: ſapor ſpiritualis donum ſapientiæ, virtus charitatis. His repleta fuit B. Virgo abundanter. Unde & Euphrates interpretatur abundantia. *Iſa.* 30. Dabitur pluvia ſemini tuo, ubicumque ſeminaveris in terra, & panis frugum terræ erit uberrimus & pinguis.
c Qui multiplicat quaſi Jordanis,] ideſt, ſicut Jordanis in tempore meſſis multiplicat aquas ſuas, ut dicitur *Joſue* 3. Ita Chriſtus tempore gratiæ multiplicat aquas gratiarum in Virgine, & in omnibus cultoribus ejus multiplicat quotidie. Per Jordanem tranſivit populus Iſraeliticus in terram promiſſionis, & adhuc populus Chriſtianus per Beatam Virginem tranſit in terram conſolationis, quæ eſt terra viventium, ipſa enim eſt porta Paradiſi.
f Qui mittit diſciplinam ſicut lucem,] quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum, *infra* 50. Lux Dei veſtigium ejus eſt. *Joan.* 1.
h Et aſſiſtens quaſi Geon in tempore vindemiæ.] Ad litteram, quando Sol tranſit per Virginem, Geon qui & Nilus dicitur, omnes exitus ſuos revocat: & cum ingreſſus fuerit libram Sol, tunc Nilus totus intra ripas ſuas colligitur, nec perfundit terram, quia in tempore vindemiæ eſt, & ideo dicitur aſſiſtens, ideſt, non effluens, ſic Beata Virgo in tempore vindemiæ, ideſt in die Judicii aſſiſtet filio ſuo, nec inundabit, vel perfundet corda arida peccatorum aquis gratiarum.
l Qui perficit primus ſcire ipſam] ideſt, Beatam Virginem perfecte ſcire facit omnia. Primus autem dicit, quia aliqua innoteſcunt Beatæ Virgini per Angelos. Verbi gratia. Cum orantes dicimus: Ave Maria gratia plena, Angeli noſtri offerunt ei preces noſtras, ut legitur *Tob.* 12. Sed valde probabile & credibile; quia prius per Filium, qui omnia ſcit, antequam fiant, petitiones noſtræ innoteſcant Beatæ Virgini, quam per Angelum. *Amos* 3. Non faciet Dominus verbum, niſi revelaverit ſervis ſuis Prophetis. Quid igitur putas de matre ſua, quæ eſt magna Propheteſſa? *Iſa.* 8. Acceſſi ad Propheteſſam, & concepit & peperit filium.
m Et infirmior,] ideſt, firmus meare.
n Non inveſtigabit eam,] ideſt, gratiam & gloriam.
o A mari enim] ideſt, plus quam mare.
p Abundabit cogitatio ejus,] quam cogitat de pace, & ſalute noſtra, *infra* 50. In diebus ipſis emanaverunt putei aquarum: & quaſi mare adimpleti ſunt ſupra modum. Vel, cogitatio ejus, ideſt, de ea, major enim & melior eſt, & excelſior quam cogitationes. Quis enim ſufficiat cogitare profunditatem humilitatis ejus, ut mater Dei ſalutatur ab Angelo, & reſpondet: Ecce ancilla Domini. *Luc.* 1. Quis æſtimare valeat immenſitatem pietatis ejus? filium crucifigi videt, nec reclamat, nec revocat, ſciens per mortem filii ſalutem generis humani operatam. Quis comprehendere poſſit excellentiam charitatis? A filio increpatur: Quid mihi, & tibi eſt, mulier? Et tamen defectum vini miſerans conſuluit miniſtris: Quæcunque dixerit vobis, facite, *Joan.* 2. Unde ſequitur hic.

▲ a Et conſi-

ᴀ Eſt Sapientia ad inveſtigandum, quam mare. *b* Ego Sapientia effundi flumina] doctrinarum, quibus fœcundarur, & potatur tota Eccleſia. *d* Ego quaſi trames aquæ immenſæ defluo] per univerſum orbem. *f* Ego quaſi fluvius Dorix] qui & Araxes dicitur, a rapacitate ſua ſic dictus. Unde cum Alexander tranſgreſſurus ſuper eum pontem fabricaſſet, ſtatim inundando evertit. Interpretatur autem Dorix medicamentum generationis, quod & Sapientiæ convenit, quæ omni generationi medicamenta ſalutis oſtendit. *g* Et ſicut aquæductus exivi de Paradiſo] ideſt, a Chriſto, vel a Deo *ſup.* 1. Omnis ſapientia a Domino Deo eſt. *h* Dixi, rigabo hortum plantationum,] ideſt, Eccleſiam, quam plantavit Dominus. *k* Et inebriabo partus mei fructum] ideſt, bona opera, quæ parit Sapientia per doctrinam. *m* Et ecce factus eſt mihi trames abundans] ideſt, abundans curſus doctrinæ. Trames enim eſt, ubi curſus aquæ magis abundat. *n* Et fluvius meus] ideſt, doctrina mea. *o* Propinquabit ad mare] inferni, vel pœnitentiæ: quia illum minatur, hanc hortatur. *p* Quoniam doctrinam quaſi antelucanum illumino omnibus,] ideſt, luminoſam doctrinam omnibus præbeo, quæ fugat tenebras, ſicut antelucanum, ideſt, Aurora. *t* Et enarrabo illam uſque in longinquum,] ideſt, uſque ad finem

al. † defluvio. al. † meum. al. † non habet ecce. al. † appropinquavit.

a & conſilium illius in abyſſo magna. *b* Ego Sapientia *c* effudi flumina. *d* Ego quaſi trames aquæ immenſæ † *e* defluvio. *f* Ego quaſi fluvius Dorix, *g* & ſicut aquæductus exivi de Paradiſo. Dixi, *h* rigabo † *i* hortum plantationum, & *k* inebriabo *l* partus mei fructum. Et † *m* ecce factus eſt mihi trames abundans, *n* & fluvius meus † *o* propinquabit ad mare. Quoniam *p* doctrinam *q* quaſi antelucanum *r* illumino *ſ* omnibus, *t* & enarrabo

ᴀ mundi: quia numquam ceſſabit

De Chriſto. ϴ *a* Et conſilium illius in abyſſo magna] Sacræ Scripturæ. Unde *Pſal.* 35. Judicia tua abyſſus multa. *Rom.* 11. Quis cognovit ſenſum Domini, aut quis Conſiliarius ejus fuit? *b* Ego Sapientia effudi flumina] Evangelicæ prædicationis per univerſum mundum. Sicut enim de uno fonte procedunt quatuor flumina Paradiſi; ſic a Chriſto quatuor Evangelia, quæ totam Eccleſiam infondunt, & fecundant. Et notatur hic largitas Sapientiæ, ſive Chriſti, qui dicit ſe non tantum dediſſe aquas doctrinæ, ſed effudiſſe. Et non guttas ſed integra flumina. *Ezech.* 32. Puriſſimas reddam aquas eorum, & flumina eorum quaſi oleum adducam, ait Dominus Deus. *Iſa.* 48. Utinam attendiſſes ad mandata mea: facta fuiſſet, quaſi flumen pax tua, & juſtitia tua, ſicut gurgites maris. Item *Iſa. ult.* Ecce declinabo ſuper eam, quaſi fluvium pacis, & quaſi torrentem inundantem gloriam Gentium, quam ſugetis. *d* Ego quaſi trames aquæ immenſæ defluo, vel de fluvio] in corda humilium, qui nullum obicem opponunt. *Iſa.* 41. Egeni & pauperes quærunt aquas, & non ſunt, lingua eorum ſiti aruit: ego Dominus exaudiam eos, aperiam in ſupremis collibus flumina, & in medio camporum fontes. *f* Ego quaſi fluvius Dorix] ideſt, abundans medicina omnium. Dorix enim interpretatur medicamentum generationis, *infr.* 43. Medicina omnium in feſtinatione nebulæ. *g* Et ſicut aquæductus exivi de Paradiſo] ideſt, a ſinu Patris. *Joan.* 16. Exivi a Patre, & veni in mundum. *Pſal.* 18. A ſummo cœlo egreſſio ejus. *h* Diai rigabo hortum plantationum] ideſt, Eccleſiam, quam ipſe Dominus plantavit doctrina ſua, & rigavit ſanguine proprio, paſtinavit prædicatione Apoſtolorum. Item rigavit ſanguine Martyrum, & putavit doctrina, & eruditione Sanctorum, & circumſepſit cuſtodia Angelorum. *Iſa.* 5. Vinea facta eſt Dilecto meo, in cornu filio olei, & ſepivit illam, & lapides elegit ex ea. *Gen.* 2. Plantaverat Dominus Deus Paradiſum voluptatis a principio, in quo poſuit hominem, quem formaverat. *k* Et inebriabo partus mei fructum] ideſt, fideles pinguedine charitatis. Specialiter autem Clericos & Prælatos, quos Eccleſia peperit Chriſto, *Jer.* 31. Inebriabo animas Sacerdotum pinguedine, & populus meus bonis meis adimplebitur. *Cant.* 5. Comedite, amici, & bibite: & inebriamini chariſſimi. *m* Et ecce factus eſt mihi trames abundans] ideſt, via recta per univerſum orbem, non modica; ſed copioſa, & abundans multitudine converſorum. *Iſa.* 33. Locus fluviorum rivi latiſſimi, & patentes. *Iſa.* 60. Leva in circuitu oculos tuos, & vide, omnes iſti congregati venerunt tibi &c. *n* Et fluvius meus] ideſt, prædicatio mea, vel fides, vel charitas. *o* Propinquavit ad mare] ideſt, Gentilitatem, vel peccatores, non ut amareſceret, ſed ut maris ſaporem mutaret. *Ezech.* 47. Aquæ iſtæ intrabunt mare, & exibunt, & ſanabuntur aquæ. *Matth.* 9. Non veni vocare juſtos, ſed peccatores. *p* Quoniam doctrinam quaſi antelucanum illumino omnibus] ideſt, modicum per fidem in futuro erit clara meridies. Unde *Iſa.* 58. Erumpet quaſi mane lumen tuum, & ſanitas tua citius orietur. Et poſtea ſequitur; Orietur in tenebris lux tua, & tenebræ tuæ erunt ſicut meridies. Antelucanum eſt quarta vigilia noctis præcedens diem. Prima vigilia intempeſtum, ſecunda conticinium, tertia gallicinium, quarta antelucanum, finis eſt noctis, & initium diei, *Matth.* 14. Quarta vigilia noctis venit ad eos Jeſus ambulans ſuper mare. *t* Et enarrabo illam uſque in longinquum,] ideſt, longo tempore, vel in omni terra. *Iſa.* 60. Filii tui de longe *De B. Virgine.*

ϴ venient & filiæ tuæ

ᴀ *a* Et conſilium illius in abyſſo magna] ideſt, profundum eſt, & de profundo charitatis proveniens conſilium ejus. *Jer.* 23. In noviſſimis diebus intelligetis conſilium meum, quod modo deſpicitis, ſicut dicitur *Prov.* 1. Deſpexiſtis omne conſilium meum. *b* Ego Sapientia,] ideſt, per Sapientiam.

c Effudi flumina] gratiarum in terra Eccleſiæ.

d Ego quaſi trames aquæ immenſæ] venientes.

e De fluvio] dulci, non de mari amaro, quaſi dicat, ego ſum recta via, per quam aquæ gratiæ fluunt in Eccleſiam.

f Ego quaſi fluvius Dorix] quod interpretatur medicamentum generationis. Eva enim percuſſit, & vulneravit genus humanum, & B. Virgo ſanavit, *inf.* 43.

Medicina omnium in feſtinatione nebulæ. Et ſicut aquæductus exivi de Paradiſo] ideſt, ab Eccleſia militante per mortem corporis directa in cœlum, illuc ducens aquas miſeriarum, & tribulationum totius generis humani, ipſas filio exponendo, & pro ipſis orando. Vel, exivi de Paradiſo] ideſt, a Chriſto per creationem, & recreationem, aquas Deitatis humano generi afferens. Comparatur autem B. Virgo aquæductui, quia longa, ideſt, longanimis fide, & patientia, quia integra, per omnimodam caſtitatem, quia occulta per ſollicitudinem, quia fuſilis per pietatem, quia vehit aquas noſtras ad Deum, & aquas Dei ad nos, ut diximus. Per iſtum aquæductum, tantum influunt aquæ gratiarum in civitatem Eccleſiæ, quam Diabolus incidere conatur, cum auxilium Beatæ Virginis nobis auferre conatur *Judith.* 7. Porro Holofernes dum circuit per gyrum, reperit quod fons, qui influebat, aquæductum illorum a parte Auſtrali extra civitatem dirigeret, & incidi præcepit aquæductum illorum, quod fit præcipue, quando contra munditiam peccamus.

h Diai, rigabo,] rore cœleſti.

i Hortum plantationum,] ideſt, mentes novitiorum, vel omnium Religioſorum.

k Et inebriabo] vino lætitiæ ſpiritualis.

l Partus mei fructum] ideſt filios, ideſt, imitatores filii mei in humilitate, in manſuetudine, in charitate. *Cant.* 8. Dabo tibi poculum ex vino condito, & muſtum malorum granatorum meorum. *Jer.* 31. Conſolabor eos, & lætificabo a dolore ſuo, & inebriabo animas Sacerdotum pinguedine.

m Et ecce factus eſt mihi trames abundans] ideſt, via recta plena hominibus, qui ad litteram in ſolemnitatibus, & in miraculis Beatæ Virginis, vel ejus meritis, & orationibus recto tramite vadunt ad eam in cœlum. Vel trames Virginis eſt clauſtrum Ciſtercienſium abundans omnibus victualibus, & viris religioſis, & armis ſpiritualibus.

n Et fluvius meus] ideſt, populus ad me fluens.

o Propinquavit ad mare] pœnitentiæ. *Eccl.* 1. Omnia flumina intrant in mare.

p Quoniam doctrinam] morum & fidei.

q Quaſi antelucanum] quod pellit tenebras.

r Illumino] orationibus & prædicationibus meis.

ſ Omnibus] qui appropinquant ad mare. Ad litus enim juxta mare citius apparet aurora, quam exiſtentibus inter montes ſuperbiæ & opulentiæ. *Sap.* 16. Oportet prævenire Solem ad benedictionem tuam & ad ortum lucis te adorare.

t Et enarrabo, &c.] tam temporis, quam locorum: quia uſque ad finem ſæculi, & in omnes partes mundi doctrina B. Virginis enarratur, ſed non omnes obediunt. *Iſa.* 53. Quis credidit auditui noſtro? *Supra eodem.* Uſque ad futurum

ᴀ turum

A mundi, quia nunquam ceſſabit doctrina Sapientiæ.
a Penetrabo omnes inferiores partes terræ] ideſt, uſque ad extrema mundi, ideſt, uſque ad infimos peccatores. Penetrabo. dicit, quia vivus eſt ſermo Dei, & efficax, & penetrabilior omni gladio ancipiti. *Heb.* 4.

c Et inſpiciam omnes dormientes,] in delictis, & in delictis ſuis. *d* Et illuminabo omnes ſperantes in Domino] quia tales recipiunt lumen doctrinæ. Multi vero occludunt ei feneſtras ſuas, & expellunt a ſe.
f Adhuc doctrinam quaſi prophetiam effundam,] ideſt, certam, & evidentem Prophetiam: Prophetia enim interpretatur videns.
g Et relinquam illam quærentibus Sapientiam] quaſi hæreditatem.
i Et non deſinam] effundere illam doctrinam.
k In progenies illorum uſque in ævum ſanctum] ideſt, uſque in ſæculum futurum.

illam uſque in longinquum.
a Penetrabo *b* omnes inferiores partes terræ, *c* & inſpiciam omnes dormientes, *d* & illuminabo *e* omnes ſperantes in Domino.
f Adhuc doctrinam quaſi prophetiam effundam, & *g* relinquam illam *h* quærentibus Sapientiam: *i* & non deſinam in *k* progenies illorum *l* uſque in ævum ſanctum. *m* Videte, quoniam *n* non † ſolum mihi laboravi, *o* ſed omnibus exquirentibus veritatem.

m Videte, quoniam non ſolum mihi laboravi, ſed omnibus exquirentibus veritatem] vitæ, doctrinæ, juſtitiæ. Verba ſunt Auctoris *infra* 23. Reſpicite, quoniam non ſolum mihi laboravi; ſed omnibus exquirentibus diſciplinam. Sic omnis Chriſtianus non ſibi, ſed omnibus debet laborare, ſcribendo, docendo, militando, etiam inimicis ſubveniendo. Neque enim oculus tuus ſibi ſoli videt, ſed omnibus membris: auris non ſibi ſoli audit, ſed toti corpori. Tu ergo fac ſimile.
Ꝺ venient, & filiæ tuæ de latere ſurgent. *Ezec.* 12. In tempora longa iſte prophetat.
a Penetrabo omnes inferiores partes terræ,] ideſt, corda carnalium perſcrutabor, *Heb* 4. Vivus eſt ſermo Dei, & efficax, & penetrabilior omni gladio ancipiti. Vel. Penetrabo omnes inferiores partes terræ, in deſcenſu ad inferos. *Job.* 38. Nunquid apertæ tibi ſunt portæ mortis, oſtia tenebroſa vidiſti?

De Chriſto.

c Et inſpiciam omnes dormientes,] in morte, vel in peccato. 1. *Reg.* 23. Etiam ſi in terram ſe obſtruxerit, perſcrutabor eum.
d Et illuminabo] luce fidei, & doctrinæ. *e* Omnes ſperantes in Domino] *Eph.* 5. Surge, qui dormis, & exurge a mortuis; & illuminabit te Chriſtus. *f* Adhuc doctrinam quaſi Prophetiam effundam,] ideſt, abundanter, vel extra ſenſum litteralem fundam. Doctrina quaſi Prophetia eſt, quando obſcura eſt, vel parabolica. Prophetæ enim in figuris & in parabolis fere omnia locuti ſunt; Sicut & Dominus locutus eſt in parabolis *Matth.* 13. Sine parabolis non loquebatur eis, ut adimpleretur quod dictum eſt per Prophetam. Aperiam in parabolis os meum, eructabo abſcondita a conſtitutione mundi. Vel ad litteram quaſi Prophetiam doctrinam effudit Dominus: quia poſt aſcenſionem ejus multi prophetaverunt, ut *Joannes in Apoc* Et filiæ Philippi. *Act.* 21. De quibus dicitur *Joel* 2. Erit poſt hæc, effundam de ſpiritu meo ſuper omnem carnem, & prophetabunt filii veſtri, & filiæ veſtræ. *g* Et relinquam illam] in ſcriptis. *h* Quærentibus Sapientiam] creatam & increatam. *i* Et non deſinam in progenies illorum] ut arbor fructum facere, & ut flumen fluere aquam gratiæ & doctrinæ. *l* Uſque in ævum ſanctum] ideſt, uſque in aliud ſæculum, quando omnes erunt docibiles Dei. Nec indigebunt doctrina *Luc.* 1. Miſericordia ejus a progenie in progenies timentibus eum. *Apoc.* 22. Oſtendit mihi fluvium aquæ vivæ ſplendidum tamquam cryſtallum procedentem de ſede Dei. *m* Videte quoniam non ſolum mihi laboravi,] in mundo; ſed omnibus exquirentibus veritatem vitæ, juſtitiæ, & doctrinæ. Hæc eſt vox Chriſti in die Judicii, & eſt concluſio hujus capituli: quia nemo debet ſibi ſoli laborare, neque etiam vivere 1. *Cor.* 10. Ego per omnia omnibus placeo, non quærens quod mihi utile eſt, ſed quod multis, ut ſalvi fiant. Item nota. Chriſtus exivit de Paradiſo, per incarnationem, rigavit hortum, tradens Baptiſmum, inebriavit, miracula faciendo, factus eſt trames, in prædicando, propinquavit ad mare, patiendo, moriendo, doctrinam quaſi antelucanum illuminavit, reſurgendo, enarravit in longinquum, Apoſtolos mittendo, penetravit inferiora terræ, ad inferos deſcendendo, illuminavit ſperantes,

Joan. 6.

aſcendendo, effudit doctrinam ut prophetiam, in Pentecoſte Spiritum Sanctum mittendo.
A turum ſæculum non deſinam. *a* Penetrabo,] radiis luminis, vel gladio compunctionis. *b* Omnes inferiores partes] ideſt, corda peccatorum. Ad litteram enim tria ſunt loca in mundo, quæ infima, ſive inferiora dicuntur, ideſt, cloaca, Infernus, medium ſive centrum terræ. Cloaca eſt cor avari, ideſt, receptaculum omnium ſtercorum eorum, & ſordium immundorum, ideſt, temporalium divitiarum, quæ *Phil.* 3. ſtercora dicuntur ab Apoſtolo. *Ezech.* 31. Conſolata ſunt in terra infima ideſt, in cloaca, omnia ligna voluptatis, ideſt, avari, avidi, qui delectantur odore ſtercorum. Infernus eſt cor invidi, vel ambitioſi, plenum omni genere tormentorum. *Prov.* 27. Infernus, & perditio nunquam replentur. Centrum terræ, quod maxime diſtat a cœlo, eſt cor ſuperbi. De quo *Iſa.* 14. Projectus es de ſepulchro tuo quaſi ſtirps inutilis, ſicut pollutus, & obvolutus cum his, qui interfecti ſunt gladio, & deſcenderunt in profundum laci. Hæc omnia penetrat Beata Virgo radio luminis, vel gladio compunctionis, quam eis impetrat aliquando. *c* Et inſpiciam omnes dormientes] ſomno contemplationis, eos promovendo, vel ſomno mortis, qui in purgatorio ſunt, & qui in cœlo, & qui in inferno, illos adjuvando, iſtis congratulando. Item dormientes ſomno pigritiæ ad temporalia. *Eph.* 5. Surge, qui dormis, & exurge a mortuis. *d* Et illuminabo omnes ſperantes in Domino,] non in auro, in quo confidunt homines. *Baruch.* 3. Non in lumine. *Jer.* 17. Benedictus vir, qui confidit in Domino, & erit Dominus fiducia ejus. *f* Adhuc doctrinam quaſi Prophetiam effundam] per Prædicatores, & Doctores, ideſt, certe, & ſine falſitate, ut Prophetæ, vel per ſe effundit Beata Virgo doctrinam quaſi Prophetiam, quando nobis impetrat notitiam futurorum. *g* Et relinquam illam quærentibus Sapientiam] ideſt, Chriſtum, vel notitiam de divinis. *i* Et non deſinam] effundere doctrinam. *k* In progenies illorum,] ideſt, ſperantium in Domino. *l* Uſque in ævum ſanctum] ideſt, uſque perveniant in æternam gloriam, ubi non indigebunt doctrina, quia facie ad faciem videbunt omnia in ipſo ſpeculo divinæ Sapientiæ. *m* Videte.] In Scripturis, in exemplis, in miraculis meis. *n* Quoniam non ſolum mihi laboravi] ſed toti Eccleſiæ. Talis enim eſt labor charitatis. 1. *Cor.* 13. Charitas non quærit, quæ ſua ſunt. Item dicitur, *infr.* 33. *o* Sed omnibus exquirentibus veritatem] vitæ, doctrinæ, juſtitiæ, non vanitatem, non voluptatem, non dignitatem. Vel, veritatem, ideſt, Chriſtum. *Joan.* 14. Ego ſum via, veritas, & Vita. 1. *Cor.* 10. Nemo quod ſuum eſt, quærat.

De B. Virgine.

al. † fili. Inf. 83.

A

al. † bene.

CAP. XXV.

IN tribus *p* placitum eſt ſpiritui meo, quæ *q* ſunt probata coram Deo, & hominibus.
r Concordia fratrum: *ſ* & amor proximorum: *t* & vir & mulier ſibi † conſentientes,

EXPOSITIO CAP. XXV.

IN tribus placitum eſt, &c. In præcedenti capite actum eſt de ſancta muliere, ideſt, Beata Virgine, vel Sapientia Dei. In hoc capitulo agitur de non ſancta, ideſt, Synagoga, vel hæretica pravitate. Et primo agit de concordia, quæ eſt una bona mulier. Secundo de diſcordia, quæ eſt valde mala, & odioſa mulier, *ibi:* Omnis plaga triſtitia cordis, &c. Dicit ergo. *p* In tribus placitum eſt ſpiritui meo,] ideſt, tria placent ſpiritui meo, & multo plura, ſed hæc ſpecialiter. *q* Quæ ſunt probata] ideſt, approbata coram Deo & hominibus. *r* Concordia fratrum] carnalium, vel ſpiritualium. Quæ in tribus conſiſtit, in uniformi habitu, victu & ſenſu, *Prov.* 18. Frater, qui juvatur a fratre, quaſi civitas firma.
ſ Et amor proximorum] loco, ſanguine, profeſſione, natura. *t* Et vir & mulier ſibi conſentiens] in bono.

Myſtice. Vir, ſuperior ratio, mulier inferior. Hi ſi in timore Dei, & dilectione ſibi conſenſerint, quicquid petierint fiet eis. Unde *Matth.* 18. Dico vobis, quod ſi duo ex vobis conſenſerint de omni re, quam petierint, fiet eis a Patre meo, qui in cœlis eſt.

Myſtice.

a Tres

Digitized by Google

a Tres ſpecies *b* odivit anima mea, *c* & aggravor valde animæ illorum, *d* Pauperem ſuperbum, *e* & divitem mendacem, *f* & ſenem fatuum, & inſenſatum. *g* Quæ in juventute tua non congregaſti, quomodo in ſenectute tua invenies? Quam *h* ſpecioſum canitiei judicium, *i* & Presbyteris cognoſcere conſilium. Quam *k* ſpecioſa veteranis ſapientia, & glorioſis intellectus & conſilium. *l* Corona ſenum multa peritia, & *m* gloria illorum *n* timor Dei. *o* Novem inſuſpicabilia cordis *p* magnificavi, *q* & decimum dicam in lingua *r* hominibus. *ſ* Homo qui jucundatur in filiis, *t* vivens *u* & videns ſubverſionem inimicorum ſuorum. *x* Beatus, qui habitat cum muliere ſenſata, *y* & qui lingua ſua non eſt lapſus, *z* & qui non ſervivit indignis ſe. *a* Beatus qui invenit amicum verum, *b* & qui enarrat juſtitiam *c* auri audienti. Quam *d* magnus, qui *e* invenit Sapientiam, & *f* ſcientiam, ſed non eſt *g* ſuper timen-

a Tres ſpecies,] ideſt. tria genera hominum peccatorum. *b* Odivit anima mea,] ideſt, ratio vel voluntas, vel potius rationalis voluntas mea. *c* Et aggravor valde animæ illorum] quia mihi contraria ſentiunt & cupiunt. *d* Pauperem ſuperbum] ad litteram quia eo nihil intolerabilius. *e* Et divitem mendacem] qui non ſolvit promiſſa cum poſſit, & qui bonis ſibi a Deo conceſſis abutitur. *f* Et ſenem fatuum & inſenſatum] qui propter tempus deberet eſſe ſapiens; quia in antiquis eſt ſapientia, & in multo tempore prudentia. *Job* 12.

Myſtice. Myſtice hæc tria ad Diabolum referuntur, qui pauper eſt virtutibus, & omni bono; & tamen ſuperbus. *Job* 41. Ipſe eſt Rex ſuper univerſos filios ſuperbiæ. Ipſe eſt dives promiſſione, & mendax ſolutione. *Joan.* 8. Cum loquitur mendacium ex proprio loquitur, quia mendax eſt, & pater ejus. Ipſe eſt ſenex. *Job* 40. Ipſe eſt principium viarum Domini. Et tamen fatuus; quia ad ſui damnationem ſuadet aliis malum. Item myſtice. Pauper ſuperbus, caro laſciviens indigens alimentis, indumentis, elementis, hic dirimit concordiam fratrum. Dives mendax, mundus eſt: dives quidem eſt: quia omnia tempora ſua ſunt; Et mendax, quia pellere promittit egeſtatem, & ipſe auget. *Oſ.* 12. Ephraim paſcit ventum, & ſequitur æſtum, tota die mendacium & vaſtitatem multiplicat, hic deſtruit ventum, vel amorem proximorum. Senex fatuus eſt Diabolus; ſenex, quia primus inter creaturas Dei eſt. Fatuus, quia bona, quæ habuit non ſervavit; vel quia bona male ſapiunt ei. Hic perturbat ſenſum viri & mulieris. Hic dicitur fatuus ſimul & inſenſatus, intellectu inſenſatus, in affectu fatuus. Item pauper ſuperbus, dives mendax, ſenex fatuus eſt hypocrita. Pauper in veritate, dives in oſtenſione, ſenex in exteriori converſatione, ſuperbus mente, mendax ficta ſimulatione, fatuus & inſenſatus ſui, & aliorum deceptione. *g* Quæ in juventute tua non congregaſti, quomodo in ſenectute tua invenies?] Nullo modo. *Rab.* Qui in juventute non diſcit Sapientiam, in ſenectute non habet fructum ejus, Unde *Prov.* 20. Egeſtatem operata eſt manus remiſſa; manus autem fortium parat divitias. Item *Prov.* 20. Propter frigus arare noluit, mendicabit ergo æſtate & non dabitur ei, Ideo dicitur *ſup.* 6. Fili, a juventute tua excipe doctrinam, & uſque ad canos invenies Sapientiam. *h* Quam ſpecioſum canitiei Judicium] ideſt, quam decens & quam honeſtum eſt canum caput habere diſcretionem. *i* Et Presbyteris cognoſcere conſilium] quam ſpecioſum eſt, ſupple, ideſt, ſcire conſulere aliis. *Rab.* Audiant hoc *Pſalm.* 110. Presbyteri & Eccleſiarum præpoſiti: quia non licet eis ignorare legis ſcientiam & ſapientiam. *k* Quam ſpecioſa veteranis ſapientia & glorioſus intellectus & conſilium] ideſt, quam ſpecioſos, & quam glorioſos efficit Sapientia & intellectus & conſilium veteranos, ad litteram. Sicut enim bene ſedet gemma in auro; ſic ſapientia in capite cano. *Job* 12. In antiquis eſt ſapientia, & in multo tempore prudentia. Unde & ſequitur. *l* Corona ſenum multa peritia] ideſt, abundans ſcientia eſt cauſa coronæ gloriæ ſenibus, vel etiam exaltationis & honoris in præſenti, ſecundum quod dicitur *Prov.* 1. Intelligens gubernacula poſſidebit. *m* Et gloria illorum,] ideſt cauſa gloriæ illorum. *n* Timor Dei] ideſt, timor, quo timetur Deus, ut Deus, vel qui datur a Deo. Ecce quinque dona Spiritus Sancti tangit hic Auctor. Sapientiam, intellectum, conſilium, ſcientiam, & timorem. Alia duo, ſcilicet, fortitudinem & pietatem non exprimit, ſed donum fortitudinis comprehendit ſub glorioſo intellectu, non eſt enim glorioſus intellectus, ſed valde inglorioſus, quem non roborat animi & operum fortitudo. Unde dicit *Int.* Intellectus bonus omnibus facientibus eum. Pietatem ſimiliter comprehendit ſub multa peritia. Scientia enim non eſt multa, ſive abundans peritia, cui non eſt pietas ſociata. Vult ergo Auctor dicere, quod decens eſt, ut ſenex ſeptem donorum uſibus ſtudeat emicare, ut poſſit dici veraciter illud *Iſa.* 4. In B die illa, ideſt, in tempore ſenectutis, apprehendent ſeptem mulieres virum unum, qui in juventute fuit diſperſus in multa. *o* Novem inſuſpicabilia cordis] ideſt, quæ ad cor pertinent, vel quæ cor non poteſt ſuſpicari, quæ ſunt ab omni ſuſpicione falſitatis aliena. *Sup.* 14.

p Magnificavi,] ideſt magna judicavi.

q Et decimum dicam in lingua] ideſt, aperte.

r Hominibus] rationem habentibus.

Primum eſt pietas, quæ facit lætanter operari bonum. Unde *Pſalm.* 111. Jucundus homo, qui miſeretur, & commodat.

Secundum eſt zelus quo fit victoria vitiorum.

Tertium eſt caſtigatio carnis, quæ pacem facit inter rationem, & ſenſualitatem, quæ jugem habent diſcordiam. *Gal.* 5. Caro concupiſcit adverſus Spiritum, & ſpiritus adverſus carnem. Sed debet caro caſtigari, ut ſubjiciatur ſpiritui, & fiat pax.

Unde *Gen.* 3. dicit Dominus mulieri: Sub viri poteſtate eris, & ipſe dominabitur tui.

Quartum eſt modeſtia ſermonis. Quintum eſt magnanimitas, qua quis magna facere, vel pati audet, ut non ſerviat diabolo, vel peccato. Sextum eſt fidelis amicitia, quæ in ſolo amore conſiſtit. Septimum eſt prudentia, ſive diſcretio doctrinæ, qua quis conſiderat, & attendit, quid & cui loquatur.

Octavum eſt ſapientia contemplandi. Nonum eſt ſcientia operandi, hæc ſunt novem inſuſpicabilia, ideſt, ab omni mala ſuſpicione aliena.

Decimum autem quod lingua dicetur, eſt timor Dei, qui decimum dicitur, ideſt, perfectio aliorum. Novenarius enim imperfectus numerus eſt, donec ad denarium venerit, onde ſicut unitas addita novenario perficit ipſum, ut fiat denarius, ſic timor additus prædictis novem inſuſpicabilibus perficit ipſa, & cuſtodit, & promovet. Dicit ergo. Novem inſuſpicabilia cordis magnificavi, & decimum dicam in lingua hominibus quæ ſunt.

ſ Homo qui jucundatur in filiis,] ideſt, in bonis operibus, ecce pietas.

t Vivens] vita Scripturæ, quæ eſt fides, ut dicitur *Abac.* 2. Juſtus in fide ſua vivet. *u* Et videns ſubverſionem inimicorum ſuorum,] ideſt, dæmonum, vel vitiorum, ecce zelus adjunctus fidei, qui hujuſmodi victoriam operatur. *x* Beatus, qui habitat cum muliere ſenſata] ideſt, diſciplinata, ecce carnis caſtigatio, quæ pacem ſpiritus operatur. *y* Et qui lingua ſua non eſt lapſus.] In peccati foveam, ecce modeſtia. *Jac.* 3. Qui non offendit in verbo, hic perfectus eſt vir. *z* Et qui non ſervivit indignis ſe] ideſt, dæmonibus vel vitiis quibus ſervus efficitur quis, cum peccat, *Joan.* 8. Qui facit peccatum, ſervus eſt peccati, 2. *Pet.* 2. A quo quis ſuperatus eſt, hujus & ſervus eſt, ecce magnanimitas.

a Beatus, qui invenit amicum verum] ideſt, Chriſtum, qui eſt verus amicus, quia omni tempore diligit, *Prov.* 17. Qui dixit *Joan.* 15. Servus neſcit quid faciat Dominus ejus, vos autem dixi amicos: quia omnia, quæ audivi a Patre meo, nota feci vobis. Ecce fidelis amicus.

b Et qui enarrant juſtitiam] ideſt, verbum Dei juſtum, & rectum.

c Auri audienti] ideſt, diſcipulo obedienti, qui auris dicitur, quaſi totus obediens, quia in omnibus, & per omnia debet obedire, quæ non ſunt contra Deum. Unde dicitur *Matth.* 13. Qui habet aures audiendi audiat: Ubi triplex auditus innuitur, qui debet eſſe in quolibet diſcipulo. Auditus intentionis, auditus intelligentiæ, auditus obedientiæ. Ecce prudentia, ſive diſcretio doctrinæ. *d* Quam, magnus] apud Deum eſt.

e Qui invenit ſapientiam] contemplandi divina, & in eis delectandi. *f* Et ſcientiam] operandi, quæ facit irreprehenſibiliter converſari in medio pravæ, & perverſæ nationis, ecce octavum, & nonum, ſcilicet Sapientia contemplationis, & ſcientia operationis.

g Sed non eſt ſuper timentem Deum,] ideſt, promiſſa non prævalent ſuper timorem Dei. Quia.

a Timor

a Timor Dei ſuper omnia ſe ſuperpoſuit,] quaſi cuſtos in ſpecula, ne latrunculis Syriæ ideſt, motus elationis, & inanis gloriæ ſubintrent, & quaſi repreſſorium ſuper tectum domus, ne ventus favoris popularis extollat in aera. Unde *Eccl.* 7. Qui timet Deum, nihil negligit *ſup.* 1.

tem Dominum. *a* Timor Dei ſuper omnia † ſe ſuperpoſuit. *b* Beatus † homo, cui donatum eſt habere timorem Dei. *c* Qui tenet illum, *d* cui aſſimilabitur? *e* Timor Dei initium dilectionis ejus; *f* fidei autem initium agglutinandum eſt ei. *g* Omnis plaga *h* triſtitia cordis eſt; *i* & omnis malitia *k* nequitia mulieris. Et *l* omnem plagam, & *m* non plagam videbit cordis, & *n* omnem nequitiam, & *o* non nequitiam mulieris, & *p* omnem obductum, & non *q* obductum odientium, & *r* omnem vindictam, & *ſ* non vindictam inimicorum,

al. † non habet ſe.
al. † non habet homo.

Timor Domini ſcientiæ religioſitas religans os & cor & manum. *Job.* 9. Verebar omnia opera mea ſciens quod non parceres, delinquenti, *ſup.* 23. Nihil melius quam timere Deum. Omnibus igitur operibus & virtutibus, & donis neceſſarius eſt timor. Et ideo *Iſa.* 11. Inter dona ultimo ponit timorem quaſi finem. Unde *Prov.* 22. Finis modeſtiæ timor Domini. Timor Dei in clauſtro, vel caſtro animæ eſt Janitor, vel Abbas, ſine licentia cujus nullus intrat, nullus exit. *b* Beatus homo, cui donatum eſt habere timorem Dei,] quia in timore Dei omnia dona poſſidentur, *inf.* 40. Timor Domini, ſicut Paradiſus benedictionis. *Prov.* 28. Beatus homo, qui ſemper eſt pavidus, qui autem mentis eſt duræ, corruet in malum. *c* Qui tenet illum] ideſt, timorem Dei penes ſe, ut cuſtodem ſui fideliſſimum, & janitorem caſtri ſui ſapientiſſimum. *d* Cui aſſimilabitur?] Reſponſio. Regi coronato. Unde *ſup.* 1. Corona Sapientiæ timor Domini. *e* Timor Dei initium dilectionis ejus.] Planum eſt hoc de timore ſervili: quia ipſe eſt initium charitatis extra ſumptum. Nam ſicut ſeta filum; ſic timor ſervilis introducit charitatem, ut dicit *Aug.* utens illa auctoritate 1 *Joan.* 4. Charitas perfecta foras mittit timorem. Item planum eſt de timore initiali: quia ipſe eſt initium charitatis intra ſumptum. Sed hoc nihil ad propoſitum. Agit enim hic Auctor de timore filiali oſtendens, quod timori nihil præponitur. Quomodo autem hic timor ſit initium charitatis, non ſatis elucet. Sed dicimus, quod hujus timoris duæ ſunt partes, ſcilicet, timor ſeparationis, & timor offenſæ. Timor ſeparationis, quanto magis timet ſeparari a Deo, quem diligit, tanto magis cavet ſibi a peccato. Et timor offenſæ, quanto magis timet offendere Deum, tanto amplius expellit peccatum & reliquias peccati, quibus remotis dulcius ſapit ei Deus: & quanto dulcius ſapit ei Deus: tanto amplius diligit. Et ita quantum ad illam majoritatem dilectionis timor filialis eſt initium charitatis. *f* Fidei autem, &c.] ideſt, fides, quæ eſt initium, ideſt, prima virtutum aſſocianda eſt timori. Per fidem enim cognoſcitur illud, quod timendum eſt & diligendum. Unde timor ſine fide non eſt initium dilectionis. *g* Omnis plaga] ideſt, perfecta, & conſummata plaga. *h* Triſtitia cordis eſt,] ideſt, infidelitas, quæ eſt cauſa triſtitiæ. Unde *Gloſſ.* Non eſt major gratia, quam vera lætitia mentis: & non eſt major plaga, quam triſtitia fraudulenti cordis in idololatria, vel hæreſi: quia in ejus nequitia omnis malitia eſt. Vel ſic. *g* Omnis plaga] ideſt, omne peccatum cauſaliter. *h* Triſtitia cordis eſt,] ideſt, vermis conſcientiæ, corrodens interius, & triſtitiam faciens. *i* Et omnis malitia] ideſt, perfecta malitia. *k* Nequitia mulieris,] malæ, ad litteram. Vel Mulieris, ideſt, carnis, ſive ſenſualitatis, quæ omnia mala ſuggerit. Vel ſic. *i* Omnis malitia] ideſt omne malum. *k* Nequitia mulieris] originalis eſt: quia ex peccato mulieris primæ habuit originem omne malum.

l Et omnem plagam, & non plagam videbit cordis, &c.] Tribus modis exponitur hoc. Primo ſic. Homo ſapiens. *l* Omnem plagam cordis & non plagam cordis videbit] ideſt, cognoſcet, quid ſit plaga cordis, & quid non. Peccatum plaga eſt cordis, infirmitas vero plaga eſt corporis non cordis, imo quandoque ſanitas. Unde *inf.* 31. Gravis infirmitas ſobriam reddit animam. *n* Et omnem nequitiam & non nequitiam mulieris] ideſt, ſenſualitatis, vel animæ mollis, & effeminatæ, videbit ſapiens, ideſt cognoſcet quid eſt nequitia ſenſualitatis, & quid non.

p Et omne obductum & non obductum odientium] videbit, ideſt, diſcernet, inter obductum & non obductum odientium. Obductum dicit hypochriſim, vel adulationem, quæ vulnera peccatorum obducit, & ſaniem intro includit. *r* Et omnem vindictam, & non vindictam inimicorum] videbit: vel ſciet, de quibus inimicis ſumenda eſt hæc vindicta; & de quibus non: & quando ſumenda eſt: & quando non.

Secundo exponitur ſic, Homo malitioſus, & inſipiens quem innuit Auctor per hoc, quod † nullum nominat. al. † idem.
l Omnem plagam cordis] ſui videbit, ideſt, intelliget, & cognoſcet.

m Et non videbit plagam cordis] ſui, ad correctionem & emendationem, quaſi dicat, homo malitioſus plagam cordis ſui intelligit; ſed non corrigit: videt ad cognoſcendum; ſed non videt ad corrigendum. Unde *Gloſſ.* dicit, videt plagam cordis ſui, qui injuriam ſuæ pravitatis intelligit; ſed non videt, quia per pœnitentiam non corrigit ſe. *n* Et] iterum videbit, [omnem nequitiam mulieris,] ideſt, ſenſualitatis, vel pravæ voluntatis, vel animæ mollis & effeminatæ.

o Et non videbit nequitiam mulieris] ita quod mulieris bis ſumatur, ſicut *ſup* cordis, quaſi dicat, homo malitioſus videt nequitiam ſuam, & non videt. Videt, quia intelligit, ſed non videt, quia non corrigit. *p* Et omnem obductum odientium] ideſt, dejectionem & deſtructionem impiorum odientium Deum videbit. *q* Et non obductum odientium] videbit, hoc eſt, videbit pœnam impiorum, ut intelligat: ſed non videbit, ut caveat. *r* Et omnem vindictam & non vindictam inimicorum] ideſt, dæmonum, vel quorumlibet iniquorum, hoc eſt, intelligit vindictam Judicis in malos; & tamen non intelligit ut fugiat illam, vel ut corrigat ſe. Tertio modo exponitur de ſtulto homine, qui damna temporalia, vel corporalia videt, & intelligit, & fugit, quantum poteſt; ſed damna ſpiritualia, nec videt, nec intelligit, nec metuit. Dicit ergo.

l Omnem plagam] corporalem, vel temporalem, ideſt, damnum corporis, vel poſſeſſionis, videbit.

m Et non plagam videbit cordis,] ideſt, injuriam ſuæ pravitatis. Et ideo periculoſe ægrotat, qui talis eſt: quia cum ignoratur morbus, non quæritur Medicus. Plaga corporis ſtatim videtur, unde cito curritur ad Medicum. Plaga cordis, quæ multo gravior eſt, non videtur, nec ſentitur: unde nec quæritur Medicus. *Jerem.* 8. Numquid reſina non eſt in Galaad, aut Medicus non eſt ibi; quare ergo non eſt obducta cicatrix filiæ populi mei? *n* Et omnem nequitiam] illarum mulierum videbit. *o* Et non nequitiam mulieris] propriæ videbit vir uxoris. Credit enim ſe habere unam de tribus, & non ſunt in tota civitate, niſi tres bonæ mulieres. Vel ſic. *n* Omnem nequitiam] aliorum videbit. *o* Et non nequitiam mulieris] propriæ, ideſt, uxoris ſuæ videbit, hoc eſt, cito percipit homo malitiam, qua aliquis extraneus molitur ei malum; ſed malitiam uxoris ſuæ machinantis ei malum non cito percipit. Unde dicit *Mich.* 7. Ab ea quæ dormit in ſinu tuo cuſtodi clauſtra oris tui. Quia ut dicit auctoritas: Nulla peſtis efficacior ad nocendum, quam familiaris inimicus. Exemplum de Samſone. *p* Et omnem obductum odientium] ideſt, ſimulationem, & fraudulentiam eorum qui odiunt eum, videbit. *q* Et non obductum] uxoris ſuæ odientis eum videbit. Vel obductus nomine accipitur mors: quia tunc obducuntur & clauduntur ſenſus corporales. Unde *ſup.* 5. Nihil proderunt in tempore vindictæ & obductionis, ideſt, mortis. Eſt igitur ſenſus.

p Omnem obductum odientium] ideſt, mortem aliorum malorum videbit. *q* Et non obductum] ſuum videbit. Videt ſtultus quotidie alios mori in peccatis ſuis; & de morte ſua non cogitat: Imo facit ſicut porcus qui cum videt alios duci ad macellum, & occidi, parum grunnit: & ſtatim oblitus comedit furfur ſuum, & involvit ſe in lutum, ut prius.

r Et omnem vindictam inimicorum] videbit, & non vindictam ſui ipſius videbit. Hoc eſt videt, quod Deus juſte vindicat ſe de aliis inimicis ſuis; & non videt vindictam aliquando de ſe ſumendam. Et hoc eſt, quod magis conſiderat, & attendit feſtucam, quæ eſt in oculo fratris ſui, quam trabem, quæ eſt in oculo ſuo, ſicut, dicitur *Matth.* 7. Vel ſic.

r Omnem vindictam] quæ in præſenti infertur a Deo, vel ab homine, videbit. *ſ* Et non vindictam inimicorum] ideſt, quæ infertur inimicis in futuro. Illam inquam non videt: vel vindictam, quæ infertur ſibi, vel ſuis videt & reputat,

Digitized by Google

reputat, ſed illam, quæ infertur in inimicos ſuos non videt, nec reputat ſufficere. Sequitur. *a* Non eſt caput] *al. † fu-nes.* quia in capite colubri eſt totum venenum ejus. Colligit enim in † caput, ut nocendo effundat. *b* Et non eſt ira ſuper iram mulieris] ideſt, non eſt ira tam mala, tam *Prov. 21.* nociva, ut ira mulieris.

Non *a* eſt caput nequius ſuper caput colubri: & non *b* eſt ira ſuper iram mulieris. *c* Commorari leoni, & draconi placebit, quam habitare cum muliere nequam. *d* Nequitia mulieris immutat faciem ejus, & † *e* obcæcavit vultum ſuum tanquam urſus, & quaſi *f* ſaccum oſtendet † ſe in medio proximorum. *g* Ingemuit vir ejus, & *h* audiens *i* ſuſpiravit *k* modicum. *l* Brevis omnis malitia ſuper malitiam mulieris: † ſors *m* peccatorum † *n* cadat ſuper illam. Sicut *o* aſcenſus arenoſus in pedibus veterani: ſic *p* mulier linguata *q* homini quieto. Ne *r* reſpicias in mulieris ſpeciem, & *ſ* non concupiſcas mulierem in ſpecie. *t* Mulieris ira, & irreverentia *u* confuſio magna.

Coluber ſibilat, ut noceat; at mulier cantat, & blanditur, ut occidat. *Prov.* 5. Non intenderis fallaciæ mulieris. Favus enim diſtillans labia meretricis, & nitidius oleo guttur ejus, noviſſima autem illius ama- *al. † obfuscabit.* ſa quaſi abſynthium. Item ut dictum eſt, coluber venenum colligit in caput; ſic mulier ornatum mere- *al. † non habet ſe.* tricium venenoſum nimis portat in capite ut ſupra naturam baſiliſci etiam primo videntes ſe interficiat. *Prov.* 7. Conſidero vecordem juvenem, qui tranſit per plateas. Et ecce mulier occurrit illi meretricio habitu præparata ad decipiendas animas.

Myſtice. Myſtice. Coluber eſt diabolus, quaſi colens umbras, *al. † prima.* ideſt peccatores. *Job* 40. Sub umbra dormit. Caput colubri eſt † prava ſuggeſtio Dæmonis. *Gen.* 3. Ponam inimicitias inter te, & mulierem, ipſa conteret caput tuum. Mulier, hic eſt ſenſualitas ſive caro; ira mulieris, concupiſcentia carnis; nequam eſt ſuggeſtio dæmonis. Sed nequior eſt concupiſcentia carnis: quia corpus & animam polluit. 1. *Cor.* 6. Omne peccatum quodcumque fecerit homo, extra corpus eſt; qui autem fornicatur, in corpus ſuum peccat. *c* Commorari leoni & draconi placebit, quam habitare cum muliere nequam.] Quod non ponit, magis, quod tamen neceſſe eſt intelligi ad perfectionem ſententiæ, ſignificat, quod aliquando contingit habitare cum leone, & dracone ſine periculo; ſed cum muliere nequam nunquam contingit. Item ſi leo vel draco noceant, non nocent niſi corpori; mulier nequam ſubſtantiam annihilat, corpus polluit, vocem acerbat, vires diminuit, oculos orbat, & animam quod pejus eſt, necat. Unde verſus.

Verſus. *Femina corpus, opes, animam, vim, lumina, vocem,*
Polluit, annihilat, necat, eripit, orbat, acerbat.

Comparatur autem mulier leoni propter calorem, propter iracundiam, propter libidinem. Draconi, quia perſequitur Elephantes, ideſt, caſtitates hominum. Leo aperte nocet, draco occulte nocet; mulier nequam, & aperte & occulte.

Myſtice. Myſtice. Per leonem ſignificatur Princeps crudelis, per draconem, hæreticus, per mulierem nequam, carnis voluptas, ſcientia ſecularis, mundi vanitas, mala ſocietas. Leo ſubſtantiam aufert, hæreticus fidem; hæc mulier perdit & ſubſtantiam & fidem, & mores. Unde minus malum eſt habitare cum illis, quam cum iſta. Unde *Prov.* 25. Melius eſt habitare in terra deſerta, quam cum muliere rixoſa, & iracunda. *d* Nequitia mulieris immutat faciem ejus,] ideſt ex nequitia mulier ſcit immutare faciem ſuam unguentis, & cultu vano, ut videatur pulchra, cum ſit turpiſſima. Unde Poeta.

Auferimur cultu, gemmis, auroque teguntur.
Ovid. de remedio amoris. *Omnia, pars minima ipſa puella ſui.*

4. *Reg.* 9. Porro Jezabel introitu Hieu audito depinxit oculos ſuos ſtibio, & ornavit caput ſuum, & reſpexit per feneſtram, ingredientem Hieu. *Jer.* 4. Cum veſtieris te coccino, & ornaveris te monili aureo, & pinxeris ſtibio oculos tuos, fruſtra componeris. *e* Et obcæcavit vultum ſuum] qui habet corrigiam largam ſuper naſum; ita mulier peplum, quo celat turpitudinem ſuam. Nota urſus crudelis eſt, & debilis in capite, fortis in renibus, ictibus impinguatur, pelvi calida excæcatur. Sic mulier mala crudelis eſt ſibi, viro, & filiis. Sibi, quia perdit ſe; viro, quia cum eo recipit adulterum; filiis, quia exhæredat eos. Unde *ſup.* 9. Ne des fornicariis animam tuam in ullo, ne perdas te, & hæreditatem tuam. Item mulier debilis eſt in capite, ideſt in ratione, fortis in renibus, ideſt in facienda voluptate, ictibus diſciplinæ impinguatur in anima, calore luxuriæ, quaſi pelvi excæcatur. *f* Et quaſi ſaccum oſtendet ſe in medio proximorum] i. ita ſe teget peplo, & aliis ornamentis, ut nihil poſſit de ea videri, niſi ſaccus pretioſus plenus luto, hoc eſt, de ſubſtantia ejus nihil poteſt videri; ſed tantum ſaccus, ideſt ornamentum exterius videtur 1. *Pet.* 3. Mulieres ſubditæ ſint viris ſuis, quarum non ſit extrinſecus capillatura, aut circumdatio auri, aut indumenti veſtimentorum cultus; ſed qui abſconditus eſt cordis homo in incorruptibilitate quieti, & modeſti ſpiritus, qui eſt in conſpectu Dei locuples. Vel ſic. *e* Obcæcavit vultum ſuum tanquam urſus] ideſt, multis ornamentis tegit ſe coram extraneis. *f* Et quaſi ſaccum oſtendet ſe in medio proximorum] i. in vili habi- *al. † mors. al. † cadet.* tu erit in domo ſua inter domeſticos ſuos, quare hoc? niſi quia pulchra vult videri & magis placere extraneis, quam viro, & domeſticis ſuis. *g* Ingemuit vir ejus] propter ſumptuoſitatem veſtium ejus. *h* Et audiens] fama ejus. *i* Suſpiravit] præ dolore. D

k Modicum] quia † invitus audit infamiam ejus. Et ſic *g* Ingemuit vir ejus] ægrotans. *h* Et audiens] ipſa ge- *al. † ultimus.* mitum viri. *i* Suſpiravit modicum] ſuperficialiter, non ex corde, ut videatur dolere de infirmitate viri; cum tamen gaudeat, & vellet jam eſſe mortuum: & forte jam alium in mente deſponſavit. *l* Brevis omnis malitia ſuper malitiam mulieris] ideſt, reſpectu malitiæ malæ mulieris: quia quem ſemel oderit, vix aut nunquam diliget de cetero, *inf.* 42. Melior eſt iniquitas viri, quam mulier benefaciens.

Et brevis eſt omnis malitia ſuper malitiam mulieris, ideſt, plura mala fiunt propter luxuriam, quam propter aliud peccatum.

Myſtice. *l* Brevis, &c.] Parva eſt omnis malitia ad *Myſtice.* comparationem idololatriæ, & pravitatis hæreticæ; quia non peccat per fragilitatem carnis, ſed per ſuperbiam mentis. *m* Sors peccatorum] i. pœna infernalis debita peccatoribus, de qua *Pſ.* 33. dicit: Mors peccatorum peſſima. Vel. [Sors peccatorum] eſt gehenna, quæ dicitur ſors juſtorum, quia ſine acceptione perſonarum redditur, vel datur ut ſors. *n* Cadat ſuper illam] mulierem malam, ideſt, ſubito veniet interitus ſicut dolor. 1. *Theſſ.* 5. Cum dixerint pax, & ſecuritas, tunc repentinus eis ſuperveniet interitus, ut dolor in utero habentis, & non effugient. *o* Sicut aſcenſus arenoſus in pedibus veterani, ſic mulier linguata] ideſt, garrula. *q* Homini quieto] ideſt, amanti quietem, hoc eſt, ſicut arena inſtabilis, & fluida retardat veterem hominem aſcendentem; ita mulier garrula, & inſtabilis retardat hominem a profectu boni. Vel. *o* Sicut aſcenſus arenoſus, inobediens eſt pedibus veterani. *p* Sic mulier linguata] inobediens eſt homini quieto.

Item aſcenſus arenoſus ſæpe ruere facit veteranum aſcendentem: ſic mulier linguata hominem quietum. Notatur autem hic triplex gravitas.

Grave eſt enim aſcendere: gravius eſt quando aſcenſus eſt lubricus, ſive arenoſus; graviſſimum eſt, quando aſcenſor eſt debilis, & infirmus, ut ſenex.

Sic mulier garrula gravis eſt in ſe, gravior homini volenti eam corrigere, ſed graviſſima eſt homini volenti quieſcere. Inceſſanter enim retrahit a quiete, ſicut arena veteranum volentem aſcendere, retrahit ab aſcenſu. *r* Ne reſpicias in mulieris ſpeciem] quia ut dicit *Greg.* Non licet intueri, quod non licet concupiſci. *ſ* Et non concupiſcas mulierem in ſpecie] ideſt, propter ſpeciem tantum.

Multis enim ſpecies mulieris extitit occaſio damnationis *ſup.* 9.

Propter ſpeciem enim mulieris multi perierunt: & ex hoc concupiſcentia, quaſi ignis exardeſcet. Ibi invenies de hac materia ſatis.

Myſtice. *r* Ne reſpicias in mulieris ſpeciem] ideſt hæ- *Myſtice.* reticam doctrinam, fuco verborum adornatam. *ſ* Et non concupiſcas mulierem in ſpecie] ideſt, non conſentias hæretico propter verborum compoſitionem. *Prov.* 6. Non concupiſcat pulchritudinem mulieris alienæ cor tuum, ne capiaris nutibus illius.

t Mulieris ira, & irreverentia.] Ira contra virum, irreverentia contra Deum.

u Confuſio magna] eſt, ideſt cauſa confuſionis æternæ, quæ magna dicitur, quia coram omnibus erit, & fine carebit.

a Mulier ſi primatum habeat] ideſt, dominium, vel magiſtratum. *b* Contraria eſt viro ſuo] quia non vult quod ipſe vult. Unde ad litteram oſtendit, quod noxius eſt primatus mulieris, quæ debet ſubjici, & non præponi. Dictum eſt enim illi, Sub viri poteſtate eris, & ipſe dominabitur tui. *Gen.* 3. Unde 1. *Tim* 2. Mulier in ſilentio diſcat cum omni ſubjectione: Docere autem mulieri non permitto, neque dominari in virum.

Myſtice. Myſtice. *a* Mulier] iſta, eſt Synagoga hæreticorum, quę *b* Si primatum habeat, contraria eſt viro ſuo] id eſt, Chriſto, vel Doctori Catholico perverſa ſentiendo, & prava docendo.

Moraliter. Moraliter. *a* Mulier] eſt ſenſualitas, ſive caro: vir ejus ratio, ſive ſpiritus. Mulier iſta ſi dominatum habet in domo animæ. *b* Contraria eſt viro ſuo] ideſt rationi, ſive ſpiritui. *Gal.* 6. Caro concupiſcit adverſus ſpiritum, &c. *Sap.* 9. Non des mulieri poteſtatem animæ tuæ, ne ingrediatur in virtute tua, & confundaris. *c* Cor humile] ideſt, dejectum vili cogitatione, & pravo deſiderio.

a Mulier ſi primatum habeat, *b* contraria eſt viro ſuo. *c* Cor humile: & *d* facies triſtis, & *e* plaga mortis, *f* mulier nequam. *g* Manus debiles, & *h* genua diſſoluta, *i* mulier quæ non beatificat virum ſuum. A *k* muliere *l* initium factum eſt peccati: & *m* per illam omnes morimur. Non *n* des aquæ tuæ *o* exitum, nec *p* modicum: *q* mulieri nequam *r* veniam prodeundi. Si non *ſ* ambulaverit ad manum tuam, *t* confundet te in conſpectu inimicorum, A *u* carnibus tuis abſcinde illam, *x* ne ſemper *z* te abutatur.

C A P. XXVI.

MUlieris *a* bonæ *b* beatus vir: *c* numerus enim annorum illorum *d* duplex: *e* Mulier fortis *f* oblectat virum ſuum: & *g* annos vitæ illius in pace implebit.

d Et facies triſtis] ſine lætitia ſpirituali.

e Et plaga mortis] corporis & animæ & famæ.

f Mulier nequam] ad litteram. Hæc tria incommoda facit mala mulier. Cor dejicit, faciem triſtificat, mortem corporis, & animæ famem irrogat.

Et etiam ipſa cor habet humile, ideſt, abjectum & vile, inquinatum illecebris voluptatis, & faciem triſtem ſimulat, ut decipiat, & plagam mortis æternæ infert. *Sup.* 9. Omnis mulier quæ eſt fornicaria, quaſi ſtercus in via ab omnibus conculcabitur prætereuntibus.

g Manus debiles, & genua diſſoluta mulier, quæ non beatificat virum ſuum] ideſt adultera, quæ ſemper virum ſuum vituperat, & adulterum laudat, habet manus debile ad operandum, & genua diſſolota] ideſt diviſa ad fornicandum. *Ezec.* 16. Diviſiſti pedes tuos omni tranſeunti, & multiplicaſti fornicationes tuas. Vel ſic.

g Manus debiles] ideſt, opera debilia.

h Et genua diſſoluta] greſſus inſtabiles habet.

i Mulier quæ non beatificat virum ſuum] ideſt anima quæ non obedit Chriſto, vel prædicatori, vel Prælato ſuo. *Iſa.* 35. Confortate manus diſſolutas, & genua debilia roborare. *Heb.* 12. Remiſſas manus, & ſoluta genua erigite. *k* A muliere initium factum eſt peccati] ideſt, ab Eva, quæ Deo inobediens fuit. *Gen.* 3. *m* Et per illam omnes morimur] ideſt ab illa cauſam neceſſario moriendi contrahimus. 2. *Reg.* 14. Omnes morimur: & quaſi aquæ, quæ non revertuntur, in terram dilabimur. *Rom.* 5. Per unum hominem peccatum in hunc mundum intravit; & per peccatum mors. Vel ſic

k A muliere] ideſt, ſenſualitate, ſive a carne.

l Initium factum eſt peccati] ideſt primi motus ſunt ab ea. *m* Et per illam omnes morimur] ſpiritualiter, cum ei conſentimus. *n* Non des aquæ tuæ] quam tibi vis ſervare, ut eſt aqua ciſternæ.

o Exitum nec modicum] quia per modicum foramen tota evacuaretur ciſterna.

q Nec mulieri nequam veniam] ideſt libertatem prodeundi extra domum. Dina enim licentiam prodeundi habuit; ideo & virginitatem amiſit: & cauſa ſtragis magnæ fuit. *Gen.* 34. *inf.* 26. In filia non avertente ſe, firma cuſtodiam, ne inventa occaſione abutatur ſe.

Myſtice. Myſtice. *n* Non des aquæ tuæ] ideſt, doctrinæ tuæ.

o Exitum] a limite veritatis, & rectitudinis.

p Nec modicum] deviando a tramite rectæ doctrinæ. Quæ in tribus conſiſtit. In ſuggillatione vitiorum, in plantatione fidei, & ædificatione morum.

Joan. 1. Propter quod *Jer.* quando mittebatur ad prædicandum excuſando ſe, ter dicit, A, a, a, quaſi dicat, neſcio vitia ſuggillare, neſcio fidem plantare, neſcio mores ædificare. *q* Nec des mulieri nequam] ideſt, ſenſualitati, vel pravæ voluntati. *r* Veniam prodeundi] in opus. Unde *ſup.* 18 Poſt concupiſcentias tuas non eas; & a voluntate tua avertere. *ſ* Si non ambulaverit ad manum tuam] ideſt ad voluntatem tuam, ideſt ſi tibi ſubdita non fuerit, & tu non texeris eam.

t Confundent te in conſpectu inimicorum] ideſt, dæmonum, vel infidelium, hoc eſt, damnabit animam, denigrabit famam, diripiet ſubſtantiam, faciet te in deriſum. *Prov.* 18. Qui timet adulteram, ſtultus eſt, & inſipiens, *inf.* 42. Supra filiam luxurioſam, firma cuſtodiam, ne quando faciat te in opprobrium venire inimicis. *u* A carnibus tuis abſcinde illam] ideſt opere conjugali, nec des operam voluptati tempore afflictionis. *x* Ne ſemper] ideſt omni tempore.

z Abutatur te] trahens ad carnis voluptatem tempore continendi. *Eccl.* 3. Eſt tempus amplexandi, & tempus longe fieri ab amplexibus. *Joel.* 2. Egrediatur Sponſus de cubili ſuo, & Sponſa de thalamo ſuo. A

E X P O S I T I O

C A P. XXVI

MUlieris bonæ, &c.] In cap. præcedenti actum eſt de muliere mala: In hoc agitur de muliere bona, & mala.

Dividitur autem hoc capitulum in ſeptem partes.

In prima commendatur bona mulier.

In ſecunda agitur de muliere zelotypa, ibi: A tribus, &c.

In tertia de muliere ebrioſa, ibi. Mulier ebrioſa.

In quarta de muliere fornicaria, ibi: Fornicatio mulieris.

In quinta de filia ſtulta cuſtodienda, ibi. In filia avertente.

In ſexta extollit bonam mulierem, ibi. Gratia mulieris ſedulæ.

In ſeptima agit Auctor de avaritia, & de inopia, quæ a mala muliere oriuntur, ibi. In duobus contriſtatum eſt cor meum, &c. Dicit ergo.

a Mulieris bonæ] ideſt, benignæ & piæ, & caſtæ, & modeſtæ. *b* Beatus vir] ideſt, felix. Talis enim vir ſemper jucundus eſt, & Rex in domo ſua. *Prov.* 12 Mulier ſapiens corona eſt viro ſuo. *c* Numerus enim annorum illorum] ideſt, viri & mulieris.

d Duplex] ad litteram. Diutius enim vivunt vir, & mulier bona; merito pietatis, quæ promiſſionem habet vitæ, quæ nunc eſt, & futuræ. 1. *Tim.* 4. Et propter lætitiam, quam habent pariter concordantes.

Animus enim gaudens floridam facit ætatem. *Prov.* 17. E contra triſtitia minuit vitam, *inf.* 40. Multos occidit triſtitia, & non eſt utilitas in illa; zelus, & iracundia minuent dies, & ante tempus ſenectam agitatus adducet.

e Mulier fortis] ideſt, titillationes carnis, & ſuggeſtiones dæmonis fortiter elidens.

f Oblectat virum ſuum] ideſt, lætificat.

g Et annos vitæ illius] ideſt, ad finem cum pacis plenitudine adducet.

Myſtice. *e* Mulier] bona & fortis, B. Virgo, pia, Myſtice. & caſta, & benigna, & modeſta. Pia in opere, benigna in corde, modeſta in ſermone, caſta in opere & in mente, fortis in laborum, & tribulationum firma perpeſſione; de qua *Prov.* 11. Mulier gratioſa inveniet gloriam.

Hæc ſine dubio virum ſuum Joſeph & beatificavit, & lætificavit. *Prov.* 12. Mulier ſapiens corona eſt viro ſuo.

Item mulier bona & fortis, Eccleſia bona in activis, fortis in contemplativis, *ſap.* 7. Noli diſcedere a muliere ſenſata & bona, quam ſortitus es in timore Dei.

Hæc beatificat & lætificat virum ſuum, ideſt, Chriſtum, prædicando, operando, laudes cantando, gratias referendo.

Item mulier bona & fortis, parochia tua, vel religio tua. *Prov* 5. Lætare juvenis cum muliere adoleſcentiæ tuæ. Sed dicit Salomon contra mutatores Eccleſiarum, vel deſertores pro præbendis. *Prov.* 18. Qui expellit mulierem bonam, expellit bonum. Item mulier bona & fortis, eſt anima juſti; bona in actione boni, fortis in tolerantia mali. *Prov.* 19. A Domino eſt proprie uxor prudens. Vir ejus, intellectus verus. *Joan.* 4. Voca virum tuum. Item mulier bona & fortis eſt ſanctimonialis bona, & virum devota, ut ſus caſta, ut pergamenum obediens. Fortis ut caſtrum. *Can.* 4. Sicut turris David collum tuum, quæ ædificata eſt cum propugnaculis: ut miles 2. *Mac.* 7. Femineæ cogitationi maſculinum immittens animum: ut mors. *Cant.* 7. Fortis eſt, ut mors dilectio; vir ejus Chriſtus. *Oſ.* 2. Deſponſavi te mihi

in fide

in fide, 1. *Cor.* 11. Deſpondi enim vos uni viro Virginem caſtam exhibere Chriſto. *a* Pars bona mulier bona] i. mulier fidem conjugii ſervans, eſt bona pars conjugii, & vir eſt alia pars, *Gen.* 2. Erunt duo in carne una, *Eph.* 6. Idem.

Myſtice. Myſtice. *a* Pars bona] i. hæreditas Dei. *b* Mulier bona] i. Eccleſia. *Deut.* 32. Pars Domini populus ejus. *c* In parte bona timentium Deum] i. aſcripta in ſorte timentium Deum. *d* Dabitur viro ſuo ſactis bonis] i. in remuneratione bonorum operum dabitur viro bona uxor. Non enim eſt modica retributio bona uxor. *Prov.* 19. Domus, & divitiæ dantur a parentibus a Domino autem proprie uxor prudens. Vel ſic. In parte bona timentium Deum] i. in æterna vita, quæ eſt pars timentium Deum.

B *d* Dabitur] i. retribuetur. *e* Viro pro ſactis bonis] ſuæ mulieris: Bona enim conjugum communia ſunt: ſed peccata propria 1. *Cor.* 7. Sanctificatur vir infidelis per mulierem fidelem; & ſanctificatur mulier infidelis per virum fidelem. *f* Divitis autem, & pauperis &c.] ſcilicet eſt & in omni tempore vultus. Unde *Pr.* 15. Secura mens quaſi juge convivium. Item *Prov.* 12. Non contriſtabit juſtum, quicquid ei acciderit. *Eccl.* 9. Oleum de capite tuo non deficiat, ideſt gaudium de mente. *Phil.* 4. Gaudete in Domino ſemper. *g* A tribus timuit cor meum] ideſt, tria timorem incutiant cordi meo. *h* Et in quarto facies mea metuit] quaſi dicat, tria ſunt mihi timenda, ſed quartum magis. Hoc notat per modum loquendi. Ubicumque ita loquitur, ſignificat quartum graviſſimum eſſe. Deinde ſubjungit illa quatuor. *i* Delaturam civitatis] ideſt proditionem: Delator enim proditor dicitur 2. *Mac.* 4. Simon autem prædictus pecuniarum & patriæ delator male loquebatur de Onia, *inf.* 38. Propter delaturam autem amare fer luctum illius uno die. *k* Et collectionem populi] ideſt, conſpirationem contra Dominum ſuum. Quam prohibet Salomoni *Prov. ult.* mater ſua.

al. † infidelis.

Ne dederis ſubſtantiam tuam mulieribus, & divitias tuas ad delendos Reges. *l* Et calumniam mendacem] id eſt falſam accuſationem, quæ ſæpe fit contra divit ſubditos a Dominis ſuis. Unde *Oſ.* 5. Calumniam patiens eſt Ephraim fractus judicio. *m* Super mortem] corporis. *n* Omnia] prædicta gravia ſunt. Unde *inf.* 30. Melior eſt mors, quam vita amara. Deinde ſubjungit quartum, quod eſt graviſſimum, dicens. *o* Dolor cordis, & luctus] ideſt, cauſa doloris cordis, & luctus *p* Mulier zelotypa] ideſt ſuſpicioſa, active & paſſive, ideſt quæ male ſuſpicatur de viro, vel de qua vir male ſuſpicatur. *Eccl.* 7. Inveni amariorem morte mulierem, quæ laqueus venatorum eſt. In his prophetavit Auctor diſſipationem Eccleſiaſticæ veritatis, quæ fit ex quatuor.

Primum eſt falſitas fratrum, qui ſunt in Eccleſia nomine, non numine: numero, non merito, de quibus ſcriptum eſt.

Diſſipatio Eccleſiaſtica veritatis, fit ex quatuor. *Inf.* 6.

Confitentur ſe noſſe Deum; factis autem negant, cum ſint abominati & incredibiles: Ecce delatura civitatis.

Secundum eſt perſecutio Gentilium & hæreticorum: Et hæc eſt collectio populi.

Tertium eſt blaſphemia Judæorum: Et hæc eſt calumnia mendax.

Quartum quod eſt graviſſimum eſt diſſenſio ſchiſmatis: de qua *Theſ.* 2. Ne quis vos ſeducat ullo modo, quoniam niſi venerit diſſenſio primum, & revelatus fuerit homo peccati, ſupple, non veniet dies Domini. *q* In muliere zelotypa flagellum linguæ] i. detractionis, vel contumeliæ. *r* Omnibus communicans] i. nulli parcens a detractione, vel contumelia. *Sap.* 1. A detractione parcitæ linguæ, quoniam ſermo obſcurus in vacuum non ibit. *Job.* 5. A flagello linguæ abſconderis. *ſ* Sicut boum, &c.] quod movetur, vel trahitur, vel portatur a bobus, *t* Ita, & mulier nequam]

a Pars bona *b* mulier bona, in *c* parte bona timentium Deum, *d* dabitur *e* viro pro factis bonis: *f* divitis autem, & pauperis cor bonum, in omni tempore vultus illorum hilaris. A *g* tribus timuit cor meum: & in *h* quarto facies mea metuit: *i* Delaturam civitatis, & *k* collectionem populi, & *l* calumniam mendacem, *m* ſuper mortem *n* omnia gravia: *o* Dolor cordis, & luctus, *p* mulier zelotypa. In *q* muliere † zelotypa flagellum linguæ, *r* omnibus communicans. *ſ* Sicut boum jugum, quod movetur: *t* ita & mulier nequam: *u* qui tenet illam quaſi *x* qui apprendit ſcorpionem. *y* Mulier ebrioſa, ira magna: & *z* contumelia, & turpitudo illius non † tegetur. *a* Fornicatio mulieris in extollentia oculorum, & in palpebris illius agnoſcetur. In *b* filia non † avertente ſe *c* firma cuſtodiam, ne *d* inventa occaſione abutatur ſe. Ab *e* omni irreverentia † oculis *f* cave, & ne *g* mireris, ſi te neglexerit. Sicut *h* viator ſitiens ad fontem os aperiet, & ab *i* omni aqua proxima biber, & *k* contra omnem palum ſedebit, & contra *l* omnem ſagittam aperiet pharetram, *m* donec deficiat.

i. ſicut vix poteſt moveri jugum boum inſimul conjunctorum; ita mulier nequam vix poteſt moveri a ſuo propoſito. Vel. *ſ* Sicut boum jugum, quod movetur] huc & illuc propter boum inæqualitatem. *t* Ita, & mulier nequam] ſcil. ſicut jugum boum inæqualium cito diſſolvitur, quia unus altero fortior; ita conjugium cito deſtruitur cum muliere nequam. *u* Qui tenet illam] ſecum in domu. *x* Quaſi qui apprehendit ſcorpionem] qui capite blanditur, & pungit cauda, nec lædit ut nocitur, niſi tangatur; ſed cum tangitur, erigit aculeum, & fundit venenum. Sic mulier, ad litteram, ornatu capitis, & verborum blanditiis allicit; ſed in fine turpiter, & lethaliter vulnerat corpus, & animam uno ictu. *Prov.* 5. Favus diſtillans labia meretricis, & nitidius oleo guttur ejus: & noviſſima illius amara, quaſi abſinthium. *y* Mulier ebrioſa ira magna] ideſt, cauſa eſt iræ magnæ viro ſuo, & parentibus ſuis. Nam ſi ebrioſa eſt, & meretrix neceſſario. Unde *Chr.* Mulier ſi commeſſatrix eſt; meretrix eſt. Item omnia ſecreta viri ſui revelat. *Prov.* 31. Nullum ſecretum eſt; ubi regit ebrietas. Item ſemper litigat cum viro ſuo. *Prov* 20. Luxurioſa res vinum, & tumultuoſa ebrietas. *z* Et contumelia, & turpitudo illius non tegetur] ideſt, non latebit, imo patebit omnibus. Ebrietas enim aperta recludit. *a* Fornicatio mulieris in extollentia oculorum, &c] quibus vincti luxurioſi ſunt. *Aug.* Impudicus oculus impudici cordis eſt nuncius, *ſup.* 19. Ex viſu cognoſcitur vir. *Prov.* 6. Homo apoſtata vir inutilis, graditur ore perverſo, annuit oculis, terit pede. *Iſ.* 3. Pro eo quod filiæ Sion elevatæ ſunt, & ambulaverunt extento collo, & nutibus oculorum ibant, decalvabit domus verticem filiarum Sion. *b* In filia non avertente ſe] a procis, ideſt, non intelligente procos. *c* Firma cuſtodiam,] ut non habeant liberum exitum, q. d., non modo uxorem ſed filiam cuſtodi, *ſup.* 7. Filiæ tibi ſunt? ſerva corpus illarum. *d* Ne inventa occaſione abutatur ſe] fornicando. *Thr.* 4. Adoleſcentibus impudice abuſi ſunt, & pueri in ligno corruerunt. *e* Ab omni irreverentia oculis] illius, ſcilicet filiæ tuæ. *f* Cave] ne habeat oculos irreverentes, ideſt, vagos, & excelſos. Nullum enim pejus ſignum eſt in puellis, quam extollentia, & vagacitas oculorum *inf.* 31. Nequius oculo quid creatum eſt? *Jer.* 3. Frons meretricis facta eſt tibi: erubeſcere noluiſti. *Prov.* 6. Sex ſunt, quæ odit Dominus, oculos ſublimes, &c. Vel. *e* Ab omni irreverentia oculis] tuis cave, hoc eſt, ne irreverenter reſpicias eam. *g* Et ne mireris, ſi te neglexerit] talis filia. Poſtquam enim fuerit fornicata, non veretur patrem nec matrem, *ſup.* 22. Patrem & virum confundit audax filia. *h* Sicut viator ſitiens ad fontem os aperiet, &c.] Auctor hic turpitudinem rei verborum venuſtate palliat. Vult enim dicere, quod filia fatua ſe exponit omni immunditiæ, ut compleat ardorem luxuriæ ſuæ; ſicut viator ſitiens bibit de omni aqua quam invenit, licet immunda, ut refrigeret ſitim ſuam, ſicut dicitur *Ezec.* 16. Ad omne caput viæ ædificaſti ſignum proſtitutionis tuæ, & abominabilem feciſti decorem tuum, & diviſiſti pedes tuos omni tranſeunti. Et hoc eſt, quod dicitur hic. *h* Sicut viator ſitiens ad fontem os aperiet] ut bibat. *i* Et ab omni aqua proxima bibet] licet ſit immunda, propter nimiæ ſitis ardorem; ita filia fatua immunditias ſuæ libidinem etiam cum proximo, ideſt, cum affini, vel conſanguineo expellere deſiderat. *Prov.* 9. Aquæ furtivæ dulciores ſunt. *Lev.* 18. Omnis homo ad proximam ſanguinis ſui non accedat. *k* Et contra omnem palum ſedebit] viator propter umbram; ita filia fatua ad omnem arborem ponit tentorium luxuriæ ſuæ, *Jer.* 2. In omni colle ſublimi, & ſub omni ligno frondoſo tu proſternaberis meretrix. *l* Et contra omnem ſagittam aperiet pharetram,] ideſt, omni homini ſe exponit. Littera turpis eſt. *m* Donec deficiat] ideſt, uſque ad

al. † contegetur. *Inf.* 42. al. † advertente. al. † oculorum ejus.

a Gratia mulieris ſedulæ *b* delectabit virum ſuum & *c* oſſa illius *d* impinguabit, *e* Diſciplina illius † *f* datum Dei eſt. *g* Mulier ſenſata, & *h* tacita *i* non eſt immutatio *k* eruditæ animæ. *l* Gratia ſuper gratiam *m* mulier ſancta, & *n* pudorata. Omnis *o* autem ponderatio non *p* eſt digna continentis animæ. Sicut ſol *q* oriens in mundo in altiſſimis † Dei: ſic *r* mulieris bonæ ſpecies in *ſ* ornamento domus ejus. *t* Lucerna ſplendens ſuper candelabrum ſanctum, & *u* ſpecies faciei ſuper *x* ætatem ſtabilem, *y* Columnæ aureæ ſuper baſes argenteas, & pedes firmi ſuper *z* plantas ſtabilis mulieris. *a* Fundamenta æterna ſuper petram ſolidam, & *b* mandata Dei in corde mulieris ſanctæ. *c* In duobus contriſtatum eſt cor meum, & in *d* tertio iracundia

mortem: laſſari poteſt, ſatiari nequaquam, *Oſeę* 4. Comedent, & non ſaturabuntur: fornicati ſunt, & non ceſſaverunt. *a* Gratia mulieris ſedulæ,] i. diligentis & devotæ. *b* Delectabit virum ſuum] ad litteram, non carnali voluptate, ſed magis ſpirituali. Unde dicitur *Pr.* 12. Mulier diligens corona eſt viro ſuo. *c* Et oſſa illius impinguabit] i. dulcis ei videbitur, ſicut medulla oſſium. Vel. *c* Oſſa illius *d* impinguabit] lætitia, & robore; thema eſt de S. Cæcilia, de qua legitur Cæcilia famula tua, quaſi ovis tibi argumentoſa deſervit. Hæc gratia delectavit virum ſuum, quia convertit ad Chriſtum. *c* Et oſſa illius impinguabit] i. vires & virtutes; quia oleo & chriſmate eum inungi fecit. *e* Diſciplina illius] mulieris ſedulæ. *f* Datum Dei eſt] *Prov.* 19. Domus & divitiæ dantur a parentibus, a Domino autem proprie uxor prudens. Diſciplina autem eſt, ut dicit *Tullius*, ordinata morum correctio. Et hæc miſericordia a Deo eſt: quia omne datum optimum, & omne donum perfectum deſurſum eſt deſcendens a Patre luminum, *Jac.* 1. *g* Mulier ſenſata] ſapiens & diſcreta.

al. † datus.

al. † non habet Dei.

h Et tacita] ideſt, in locutione modeſta. *i* Non eſt immutatio] in melius. *k* Eruditæ animæ,] i. viro prudenti, quaſi dicat, vir prudens non poteſt commutare in melius uxorem ſenſatam, & tacitam. Vel ſic. Mulier ſenſata & tacita, i. non immutat animum viri eruditi provocando, vel offendendo. Specialiſſime autem convenit hoc B. Virgini, quæ dicitur mulier antonomaſtice, *Jo.* 2. Quid mihi & tibi eſt mulier? Quæ ſenſata fuit, quærendo modum fiendi quod audiebat. Quomodo fiet iſtud? *Luc.* 1. Senſatior conſentiendo, & reſpondendo audito modo: Ecce ancilla Domini, fiat mihi, &c. Senſatiſſima fuit poſtea Deum laudando, & magnificando, & gratias referendo de ſuſcepto beneficio. Magnificat anima mea Dominum, &c. *Luc.* 1. Tacita fuit, quia nonniſi quinquies legitur locuta fuiſſe. Ad Angelum interrogando, & reſpondendo, *Luc.* 1. ad filium increpando: Quare feciſti nobis ſic? *Luc.* 2. Item ad filium in nuptiis pro defectu vini rogando: Vinum non habent, *Jo.* 2. Ad Eliſabeth, *Luc.* 1. Salutabit Eliſabeth. Item ad miniſtros conſilium dando: Quæcumque vobis dixerit, facite. *Joan.* 2. Et ſpecialiſſime ſibi conveniunt, quæ dicuntur his verſibus.

De B. Virgine.

Verſus.

Compatiens, verecunda, ferax, ſpecioſa, pudica,
Subdita, clauſa, timens, humilis, pia, ſedula, prudens.

Hæ ſunt duodecim ſtellæ coronæ ejus. De quibus dicitur *Apoc.* 12. Signum magnum apparuit in cœlo: mulier amicta Sole, & Luna ſub pedibus ejus, & in capite ejus corona ſtellarum duodecim.

l Gratia ſuper gratiam] i. munda, & firma.

n Et pudorata,] ideſt, verenda. Gratia enim eſt munditia, ſuper quam eſt verecundia, quaſi dicat, duplex gratia eſt mulier ſancta & verecunda. Et ideo ſibi & viro acquirit gratiam æternam ſuper gratiam in præſenti, *Joan.* 1. Gratia pro gratia.

Myſtice. [Gratia ſuper gratiam] ideſt, ſuper omnes gratioſas gratioſa eſt. *m* Mulier ſancta & pudorata,] ideſt, B. Virgo, quæ gratiam habuit virginitatis, & ſuper hanc gratiam fecunditatis, quod fuit ei ſingulariſſimum. Unde *Prov. ult.* Multæ filiæ congregaverunt divitias: tu ſupergreſſa es univerſas, *Prov.* 11. Mulier gratioſa inveniet gloriam. *o* Omnis autem ponderatio] cujuſcumque rei temporalis, i. omnis res temporalis quanticumque ponderis, i. valoris ſit. *p* Non eſt digna continentis animæ,] ideſt, ad comparationem animæ continentis. Et non dicit: Non eſt digna corporis continentis, ſed animæ continentis. Continentia enim corporis ſine continentia mentis eſt quaſi lampas ornata ſine oleo, ſicut habuerunt virgines fatuæ, quæ veniente Sponſo cœperunt oleum mendicare, & dictum eſt eis: Ite potius ad vendentes, & emite vobis. Et poſtea dictum eſt eiſdem a Sponſo. Neſcio vos, *Matt.* 25. *Heb.* 12. Pacem ſequimini cum omnibus, & ſanctimoniam, ſine qua nemo videbit Deum, *Sap.* 4. O quam pulchra eſt caſta generatio cum claritate! Inde eſt, quod votum continentiæ non habet diſpenſationem; quia non habet compenſationem. *q* Sicut Sol oriens in mundo in altiſſimis Dei] gyrans in æſtate circa meridiem.

Myſtice.

r Sic, & mulieris bonæ ſpecies] piæ, & caſtæ, & pudoratæ.

ſ In ornamento domus ejus] i. familiæ ſuæ, ideſt ſicut Sol in meridie illuminat mundum, ſic virtuoſa mulier illuminat domum ſuam. *t* Lucerna ſplendens ſuper candelabrum ſanctum] i. in Eccleſia ſancta. *u* Et ſpecies faciei] i. compoſitio exterioris converſationis. *x* Super ætatem ſtabilem] i. addita maturitati, quæ eſt ætas ſtabilis, q. d., ſicut lucerna ſplendens poſita ſuper candelabrum illuminat, & ornat Eccleſiam; ſic ſpecioſa & matura mulier illuminat domum ſuam. *y* Columnæ aureæ] collocatæ ſuper baſes argenteas: non moventur ad pulſum venti, & templi fabricam ſuſtinent, ſpecioſæ ſunt, & pretioſæ; ita bona mulier ſtabilis eſt, non diſcurrens, familiæ ſuæ onus & gravamina portat, & ſublevat; ſpecioſa eſt Deo, & pretioſa viro. Specioſa eſt, quia munda: Pretioſa, quia magno pretio empta, ideſt pretioſo ſanguine, quaſi agni immaculati, & incontaminati Chriſti 1. *Pet.* 1. *a* Fundamenta æterna ſuper petram ſolidam, & mandata Dei in corde mulieris ſanctæ.

D

Hoc eſt ſicut fundamenta poſita ſuper firmam petram immobilia ſunt; ſic mandata Dei in corde mulieris ſanctæ immobilia ſunt, ita fixa ſunt ibi per amorem, & circumſpectionem. *Luc.* 2. Erat Anna Propheti ſſa filia Phanuel, quæ non diſcedebat de templo, jejuniis, & orationibus, ſive obſecrationibus ſerviens die ac nocte.

Myſtice de B. Virgine. *q* Sicut Sol oriens, &c.] Et comparatur his quatuor, ideſt, Soli, lucernæ, columnæ, fundamento.

Myſtice.

Soli comparatur, quia ſicut Sol toti mundo lumen dat, ita B. Virgo toti Eccleſiæ gratiam præſtat, & impetrat: tollatur Sol, & eſt miſerabilis mundus: tollatur B. Virgo, & eſt miſerabilis Eccleſia. *Cant.* 6.

Quæ eſt iſta, quæ progreditur quaſi aurora conſurgens, pulchra ut luna, Electa ut Sol?

Quaſi Aurora fuit in nativitate ſua, ut Luna in conceptione Domini, ut Sol in nativitate Domini, terribilis ut caſtrorum acies ordinata in purificatione.

Comparatur lucernæ, quia ſicut lucerna lucem habet in teſta, ita B. Virgo lucem veram habet intra ſua viſcera, ſed non abſcondit eam, ſed in aperto poſuit, ut ab omnibus videretur. *Luc.* 11. Nemo accendit lucernam, & in abſcondito ponit, neque ſub modio, ſed ſuper candelabrum, ut qui ingrediuntur lumen videant.

Columnæ aureæ comparatur propter rectitudinem, propter ſtabilitatem, propter fundamentum Eccleſiæ.

Fundamento comparatur propter humilitatem, propter compaſſionem, propter ſecreti, ſive ſolitudinis amorem. Dicit ergo.

q Sicut Sol oriens in mundo in altiſſimis Dei, ſic mulieris bonæ ſpecies] ideſt, B. Virginis.

ſ In ornamentum domus ejus] ideſt, Eccleſiæ, religionis, conſcientiæ, & Scripturæ.

t Lucerna ſplendens ſuper candelabrum ſanctum] ideſt, Eccleſiam.

u Et ſpecies faciei ſuper ætatem ſtabilem] ideſt converſatio ſancta cum maturitate mentis.

y Columnæ aureæ ſuper baſes argenteas, & pedes firmi] ideſt, affectus ſancti.

z Super plantas ſtabilis mulieris] quæ affectu & compaſſione nos firmiter ſuſtentant.

a Fundamenta æterna ſuper petram ſolidam] ideſt, fidenter, & firmiſſima.

b Et mandata Dei in corde mulieris ſanctæ,] ideſt, abſcondita, & fixa per amorem, & operationem. *Luc.* 2. Maria autem conſervabat omnia verba hæc conferens in corde ſuo.

c In duobus contriſtatum eſt cor meum] potiſſime.

d Et in tertio iracundia mihi advenit,] ideſt, ira gravis, non quidem vitii, ſed ira zeli, quæ contra peccata

deſtruen-

deſtruenda inflammatur. Computat illa tria. *a* Vir bellator] ideſt fortis, & patiens multa pro Chriſto. *b* Deficiens] a ſtatu rectitudinis. *c* Per inopiam] mentis, ideſt puſillanimitatem. Ecce primum. *d* Et vir ſenſatus] ideſt ſcientia, & ſenſu ſeminatus. *e* Contemptus] a ſeipſo per negligentiam, vel ab aliis propter malam vitam. Ecce ſecundum. *f* Et qui tranſgreditur a juſtitia ad peccatum] ideſt qui ſæpe patitur recidivum. Hoc eſt tertium graviſſimum. Unde ſequitur. *h* Deus paravit eum] ideſt ad pœnam æternam. Vel aliter. *a* Vir bellator,] contra mundum, contra carnem, contra diabolum, ideſt Juſtus. Vel contra hæreticos, contra Tyrannos, contra fratres falſos, ideſt ſapiens Prædicator. *b* Deficiens per inopiam] paupertatis, ad litteram. Hoc eſt primum, de quo iraſcitur Auctor. Secundum eſt. *d* Vir ſenſatus contemptus] a mundo. *Eccl.* 10. Eſt malum, quod vidi ſub Sole, & quaſi per errorem egrediens a facie Principis, poſitum ſtultum in dignitate ſublimi, & divites divitiis virtutum, ſedere deorſum, vidi ſervos in equis, & Principes ambulantes, quaſi ſervos ſuper terram. *f* Et qui tranſgreditur a juſtitia] quam concepit in corde. *g* Ad peccatum] quod voluntas ſuadet in carne. Ecce tertium. *h* Deus paravit eum] pœnę, quia ipſe prius ſe paravit ad rhomphæam culpæ. *i* Duæ ſpecies] hominum, vel officiorum. k Difficiles] ad explendum. *l* Et periculoſæ] ad peccatum, mihi apparuerunt. Et poſtea ponit ea. *m* Difficile exuitur negotians a negligentia] mendacii, vel perjurii. Vel a negligentia, ideſt a contemptu, vel neglectu Dei, & proximi.

al. † perſura.

Perpetrat enim perjurium contra Deum, & dolum contra proximum. *n* Et non juſtificabitur] ideſt, non erit immunis. *o* Caupo] vini venditor. *p* A peccatis labiorum] ideſt turpiloquio, execramento, perjurio, mendacio, quaſi dicat, iſta duo genera hominum, negotiatores, & caupones, difficile habent officium, vel negotium, quod via ſine periculo animæ poteſt expleri.

Myſtice.

Myſtice. *i* Duæ ſpecies] ideſt duæ ſpecioſæ res. *k* Difficiles, & periculoſæ mihi apparuerunt] ideſt, prælatio, & magiſterium, quæ abſque difficultate & periculo expleri non poſſunt. *m* Difficile exuitur negotians] ideſt, Prælatus, cui tradita ſunt quinque talenta, ut in eis negotietur, *Luc.* 19. Negotiamini, dum venio. Primum talentum eſt negotium, vel officium inſtructionis, ſecundum officium coertionis, tertium officium inſtitutionis, quartum officium interpellationis, quintum officium ſacramentationis. *n* Et non juſtificabitur caupo] ideſt Magiſter caute, potans. *p* A peccatis labiorum,] quia vix eſt aliquis, qui diſcernat quid, & cui, & quando, & quomodo doceat.

Propter quod dicitur *Jac.* 3. Nolite plures magiſtri fieri, fratres, ſcientes, quoniam majus judicium ſumitis.

mihi advenit. *a* Vir bellator *b* deficiens *c* per inopiam, & vir *d* ſenſatus *e* contemptus, *f* & qui tranſgreditur a juſtitia *g* ad peccatum, Deus *h* paravit eum ad rhomphæam. *i* Duæ ſpecies *k* difficiles, & *l* periculoſæ mihi apparuerunt. *m* Difficile exuitur negotians a negligentia, & non *n* juſtificabitur *o* caupo a *p* peccatis labiorum.

C A P. XXVII.

PRopter *q* inopiam *r* multi deliquerunt, & *ſ* qui quærit locupletari, *t* avertit oculum ſuum. *u* Sicut in medio compaginis lapidum palus figitur, ſic & inter medium venditionis, & emptionis anguſtiabitur peccatis. *x* Conteretur cum *y* delinquente delictum. Si non in *z* timore Domini *a* tenueris te inſtanter, *b* cito *c* ſubvertetur domus tua. Sicut in † *d* percuſſura cribri *e* remanebit pulvis: ſic *f* aporia *g* hominis in *h* cogitatu illius.

E X P O S I T I O C A P. XXVII.

PRopter inopiam, &c.] Dictum eſt in fine precedentis capituli de negotiatore, & caupone, ideſt de Prelato, & Doctore, quia vix poſſunt vitare peccatum, de quibus adhuc in hoc capitulo agit interpolate, nunc de hoc, nunc de illo.

Primo loquitur contra avaritiam negotiatoris, cum dicit: Propter inopiam multi. Secundo loquitur contra vitia cauponis *ibi*: Sicut ruſticatio. Tertio revertitur ad nundinas negotiatorum, ad quas, quaſi volucres convolant mercatores, *ibi*; Volatilia ad ſibi. Quarto redit iterum ad cauponem, & prohibet riſum diſſolutum, jurationem, rixam, & hujuſmodi, *ibi*; In medio. Quinto prohibet revelare confeſſiones, *ibi*: Qui denudat arcana. Sexto loquitur contra dolum utriuſque communiter, *ibi*: Annuens oculo. Dicit ergo. *q* Propter inopiam] corporalem, vel ſpiritualem. *r* Multi deliquerunt] furando, rapiendo. *Prov.* 30. Mendicitatem, & divitias ne dederis mihi, &c. ne egeſtate compulſus furer, & perjurem nomen Dei mei. Contra *ſup* 20. Eſt qui præ inopia vetatur peccare. Sol. ideſt, peccatum conceptum opere adimplere. *Prov.* 6. Qui adulter eſt propter cordis inopiam, perdet animam ſuam. *Chryſ.* Superbia non eſt, niſi ex puſillanimitate. *ſ* Et qui quærit] in mundo. *t* Avertit oculum] interiorem a Deo, exteriorem, a paupere, *ſup.* 11. Si dives fueris, non eris immunis a delicto, 1. *Tim.* 5. Qui volunt divites fieri incidunt in tentationem, & in laqueum Diaboli. *Prov.* 4. Oculi tui recta videant: & palpebræ tuæ præcedant greſſus tuos. *u* Sicut in medio compaginis lapidum palus, &c.] tam vendens, quam emens, hoc eſt ſicut palus inter lapides muri, vel acervi fixus undique opprimitur lapidibus; ſic mercator, tam emptor, quam venditor undique peccatis opprimitur. Unus jurat, quod non dabit pro tanto: alter jurat, quod non dabit, niſi tantum: Unus jurat, quod valet centum, alter jurat, quod non valet ſexaginta. *Iſa.* 24. Sicut emens; ſic ille, qui vendit. *Rab.*: Actus peſſimus, non res honeſta damnatur. Ille negotiator abominandus eſt, qui propter immoderatam ambitionem merces ſuas plus onerat perjurio, quam pretio. Leo Papa: Difficile eſt inter vendentis, & ementis commercium non intervenire peccata. *Ezech.* 27. Carthaginenſes negotiatores tui [loquitur ad Tyrum,] a multitudine cunctarum divitiarum, argento, ferro, ſtanno, plumboque repleverunt nundinas tuas, & Thubal, & Moſoch ipſi inſtitores tui. Carthaginenſes, ſcrutantes, vel conſummati, ſeu cives ſolemnes, aut urbane meditantes. Thubal, ductus ad luctum, vel converſus ad univerſa, vel deferens: vel deſertus. Moſoch, captura, vel capiens pretio incolatus. Vel

Myſtice, exponitur de Simoniacis, ubi tam emptor, quam venditor peccatis opprimitur. *Ezech.* 7. Qui emit, non lætetur; & qui vendit, non lugeat. *Dan.* 13. Anguſtiæ mihi ſunt undique. Ita dicit ambitioſus, & cupidus, ex una parte angit amor præbendæ, ex altera parte timor gehennæ: Exterius angit honoris cupiditas, interius mordet conſcientiæ anxietas. *x* Conteretur,] ideſt, damnabitur in inferno. *y* Cum delinquente delictum,] ideſt, reatus, ſive macula, quia actus peccati ceſſabit, ſed reatus manebit, quaſi rubigo animæ faciens ipſam cremabilem a gehenna: *ſup.* 14. Omne opus corruptibile in fine deficiet, & qui operatur illud, ibit cum illo. *Sap.* 14. Similiter odio ſunt Deo impius, & impietas ejus. Etenim, quod factum eſt cum illo, qui fecit, tormenta patietur, 2. *Paral. ult.* Ne ſimul perdas mecum iniquitatibus meis. Si ergo vis hoc evadere, time Deum. Unde ſequitur. *z* Si non in timore Domini,] qui eſt cuſtos virtutum. *a* Tenueris te inſtanter,] ideſt, perſeveranter, & fortiter. *b* Cito,] ideſt, ſubito. Myſtice.

c Subvertetur domus tua,] pax conſcientiæ, vel virtutum ædificium, ubi quieſcere debes, ut in domo tua. *Prov.* 19. Timor Domini ad vitam, & in plenitudine commorabitur abſque viſitatione peſſimi.

d Sicut in percuſſura,] vel pertuſura cribri, ideſt, in cribro pertuſo, ideſt, perforato.

e Remanebit pulvis] groſſus, ideſt, paleæ: vel quiſquiliæ, & lapides.

f Sic aporia] ideſt, paupertas.

g Hominis:] avari remanet.

h In cogitatu illius,] quia quantumcumque habeat, ſemper cogitat & vertit in corde ſuo paupertatem, quam timet. *Rab.*: Avaro deeſſe videtur, quod habet; ſicut quod non habet, dum timet amittere, quod poſſidet, *Eccl.* 5. Avarus non implebitur pecunia. Quare? *Aggei* 1. Qui merces congregavit, miſit eas in ſaccum pertuſum. Aliter.

d Sicut in percuſſura cribri remanebit pulvis] quando concuſſum fuerit huc atque illuc.

f Sic aporia hominis] ideſt, pondus peccati, quod aporiat hominem virtutum divitiis, remanet. *h* In cogitatu illius] ideſt, in corde, vel conſcientia illius. Loquitur ſpiritualiter, verbi cauſa. Quæſtoris palatii, vel officialis Prælati. Nam pecunia, quam injuſte acquirit, Domini ſui eſt, ſed peccatum ſibi remanet ſicut pulvis cribro: grano exeunte. Ideo autem cor hujuſmodi hominum comparatur

cribro, quia non niſi ſordes, remanent, vel retinet. Item cribrum ſi in aqua ponitur, ſtatim impletur aqua, cum extrahitur, ſtatim evacuatur; Sic cor multorum, dum audiunt prædicationem, vel lectionem, plenum eſt aqua compunctionis, vel devotionis; ſed domum cum redierint, auditorum memoriam perdiderunt. Unde *ſup.* 21. Cor fatui, quaſi vas confractum, omnem ſapientiam non tenebit. Item timor, & tentatio cribrum dicitur: quia ſicut cribrum grana ſeparat a paleis; ſic timor, ſic tentatio ſordidas cogitationes ſeparat a mundis. Unde *Gloſſ.* dicit hic: Sicut cribrum grana a paleis ſecernit; ita timor Dei ſordidas cogitationes a corde expellit. Et de tentatione dicitur *Luc.* 22. Petre, ecce Sathanas expetivit vos, ut cribraret, ſicut triticum.

De ſpuit. diſt. a. c. ß enim. — al. † cor. — B — al. † cois laudes.

a Vaſa figuli probat fornax, & *b* homines juſtos tentatio tribulationis. Sicut *c* ruſticatio de ligno *d* oſtendit fructum illius, ſic *e* verbum ex cogitatu † *f* cordis hominis, *g* Ante ſermonem non † *h* laudes virum, hæc enim *i* tentatio eſt hominum. Si *k* ſequaris juſtitiam, *l* apprehendes illam, & *m* indues quaſi poderem honoris, *n* & inhabitabis cum ea, *o* & proteget te in ſempiternum, *p* & in die agnitionis *q* invenies firmamentum.

r Volatilia ad ſibi *ſ* ſimilia conveniunt, *t* & veritas ad *u* eos, qui operantur illam, *x* revertetur. *y* Leo *z* venationi *a* inſidiatur ſemper, *b* ſic peccata *c* operantibus iniquitatem.

a Vaſa figuli probat fornax] ideſt oſtendit, quale eſt: quia ſi probum, ſolidatur; ſi reprobum, crepat. *b* Et homines juſtos tentatio tribulationis] probat, ideſt probatos demonſtrat. Solidatur enim, & probatur, & deputatur Juſtus in fornace tribulationis. De hoc quære *ſup.* 2. Sicut ruſticatio de ligno.] Redit Auctor ad cauponem oſtendens, quod ſicut fructificatio arborum manifeſtat diligentiam cultorum: ſic ſtultus in populo oſtendit ſedulitatem Doctorum, ſive Prædicatorum. Unde *Prov.* 14. Ubi plurimæ ſunt ſegetes, manifeſta eſt fortitudo bovis. Et hoc eſt. *c* Sicut ruſticatio de ligno] ideſt cultura ruſtici circa lignum, id eſt, circa arborem. *d* Oſtendit fructum illius] ligni, cum hypallage, ideſt ſicut fructus ligni oſtendit operam ruſticationis circa ipſum. *e* Sic verbum ex cogitatu] id eſt, cum deliberatione evulſum.

f Cordis hominis] oſtendit. Ex abundantia enim cordis os loquitur, *Matth.* 12.

Item ibidem. Ex fructu cognoſcitur arbor. *Item* 7. A fructibus eorum cognoſcetis eos. Vel ſine hypallage poteſt legi ſic.

c Sicut ruſticatio de ligno] ideſt, circa lignum.

d Oſtendit fructum illius] ideſt, facit arborem illam fructificare.

e Sic verbum ex cogitatu,] procedens oſtendit cor hominis.

Nam quale eſt verbum, tale judicatur cor loquentis. Vel, Cor hominis, ideſt audientis, quaſi dicat; ſicut ruſticatio ligni facit ipſum fructificare; ſic prædicatio verbi Dei facit corda auditorum fructificare.

Mens enim uniuſcujuſque eſt lignum quod ad humorem Scripturæ, vel doctrinæ mittit radices ſancti propoſiti. Ruſticatio vero eſt verbi divini prædicatio, *Luc.* 13. Arborem fici habebat quidam plantatam in vinea ſua, & venit quærens fructum in illa, & non invenit.

Dixit autem ad cultorem vineæ; Ecce anni tres ſunt, ex quo venio quærens ficum in ficulnea hac, & non invenio, Succide ergo illam: ut quid etiam terram occupat?

At ille reſpondens, dixit illi: Domine, dimitte illam, & hoc anno uſque dum fodiam circa illam, & mittam ſtercora: & ſiquidem fecerit fructum; ſin autem, in futurum ſuccides eam.

Ecce jam multis annis, non ſolum quatuor, ſed & viginti, ſed triginta, ſed quadraginta expectavit nos Dominus; Dedit cultores, Prædicatores, Doctores; Dedit ligones, lectiones, diſputationes, increpationes; Appoſuit ſtercora, abundantiam temporalium, frequentiam prædicationum comminationum, & conſolationum; Dedit & cuſtodiam Angelorum, & Prælatorum, & adhuc fructum non facimus, ſed labruſcas. *Iſa.* 5. Vinea facta eſt Dilecto meo in cornu filio olei: Et ſepivit eam, & lapides elegit ex ea: plantavit vineam electam: & ædificavit turrim in medio ejus, & torcular extruxit in ea: & expectavit, ut faceret uvas, & fecit labruſcas, *ſup.* 7. Non oderis laborioſa opera, & ruſticationem ab Altiſſimo creatam. *g* Ante ſermonem] ideſt, ante finem ſermonis. Nihil enim magis manifeſtat hominem, quam ſermo. *Eccl.* 7. Melior eſt finis orationis, quam principium. Vel, ante ſermonem, ideſt, ante rem ſermone dignam. *g* Non collaudes] ideſt, non multum laudes. *h* Virum] hominem, etiamſi vir dicatur. *i* Hæc enim tentatio eſt hominum] ideſt, probatio, quales ſint: ſtulti, an ſapientes. Si enim gloriatur homo, cum laudatur: vel ſi dolet, cum vituperatur, patet, quod ſtultus eſt. *Prov.* 27. Quomodo probatur in conflatorio argentum, & in fornace aurum; ſic probatur homo ore laudantium. Vel ſic. [Hæc enim tentatio eſt hominum] ideſt, laudare alios, vel præcipitare ſententiam de aliis. k Si ſequaris juſtitiam] corde, ore, & opere. *l* Apprehendes illam] ideſt fructum, vel perfectionem illius. *m* Et indues quaſi poderem honoris] illam non quaſi ſcapulare, ideſt ex omni parte juſtitiam habebit, ad Deum, ad ſe, & ad proximum, in cogitatione, in locutione, & in operatione, *Job* 39. Juſtitia indutus ſum, & veſtivi me ſicut veſtimento. *Eph.* 6. State ſuccincti lumbos veſtros in veritate, & induti loricam juſtitiæ. Lorica enim undique tegit corpus. *Sap.* 11.

Item poderis eſt veſtis talaris, ut dicitur, *Exod.* 28. & ſignificat finalem perſeverantiam juſtitiæ, *Gen.* 37. Fecit Jacob Joſeph tunicam polymitam, vel talarem, *Apoc.* 1. Vidi ſimilem filio hominis veſtitum podere.

Item poderis eſt veſtis Pontificis. *Sap.* 18. In veſte poderis, quam habebat Aaron, totus erat orbis terrarum. *Pſ.* 131. Sacerdotes tui induant juſtitiam. Ideo dicitur hic; Poderis honoris. *n* Et inhabitabis cum ea] ideſt ipſa habitabit tecum, in corde, in ore, & in opere perſeveranter. *o* Et proteget te in ſempiternum] a morte æterna. *Prov.* 11. Non proderunt divitiæ in die ultionis: juſtitia autem liberabit a morte. Item *Prov.* 15. In abundanti juſtitia virtus maxima eſt. *p* Et in die agnitionis] ideſt, in die judicii, quando illuminabuntur abſcondita tenebrarum, & revelabuntur conſilia cordium, 1. *Cor.* 4. Quando ipſe Dominus agnoſcet ſuos, quos hic videtur ignorare. *q* Invenies firmamentum] ideſt firmum juſtitiæ præmium, vel firmam de ſalute fiduciam. E contra dicitur de injuſtis, *Sap.* 3. Non habebunt ſpem, nec in die agnitionis allocutionem illam, ſcilicet; Venite benedicti, &c. *r* Volatilia ad ſibi ſimilia conveniunt] mercatores in nundinis, qui dicuntur volatilia; *Matt.* 15.
quia velociter currunt ad nundinas. Vel. *r* Volatilia] ideſt, contemplativi viri. *ſ* Ad ſibi ſimilia conveniunt] ad Clauſtrales in clauſtro localiter, ad Sanctos in cœlo mentaliter, *Phil.* 3. Converſatio noſtra in cœlis eſt.

Myſtice. Myſtice. *r* Volatilia] ideſt Sanctorum animæ quotidie morientium, pennatæ donis, & virtutibus. *ſ* Ad ſibi ſimilia conveniunt] in cœlo, ideſt, ad Angelos, quibus quotidie ſociantur, *Gen.* 15. Abraham aves non dimiſit. *t* Et veritas] vitæ, juſtitiæ, & doctrinæ.

u Ad eos, qui operantur illam] non tantum dicunt.

x Revertetur] ideſt, præmium pro illa dabitur in futuro operantibus illam. *Eph.* 4. Veritatem facientes in charitate creſcamus in illo.

Myſtice. Myſtice. *t* Veritas] ideſt, Chriſtus. qui eſt via, veritas, & vita, *Joan.* 14. *u* Ad eos, qui operantur] id eſt, qui faciunt opera ejus.

x Revertentur] in fine mundi, ut eos aſſumat ſecum in gloria, & in corpore, & in anima, *Luc.* 12. Et vos ſimiles hominibus expectantibus Dominum ſuum, quando revertatur a nuptiis. *y* Leo venationi] ideſt aliis feris, quæ ſunt ejus venatio.

a Inſidiatur ſemper.] Unde *ſup.* 13. Venatio leonis onager in Eremo.

b Sic peccata operantibus iniquitatem] ideſt, iniquam voluntatem ad opus ducentibus inſidiantur, ut in laqueum mortis præcipitent.

Myſtice. Myſtice. *y* Leo] ideſt Diabolus, crudelis, ut leo, 1. *Pet.* 5. Adverſarius veſter Diabolus, tanquam leo rugiens, circuit quærens, quem devoret.

z Venationi] ideſt Religioſis, qui ſunt ejus deliciæ, *Abac.* 1: Incraſſata eſt pars ejus, & cibus ejus electus.

a Inſidiatur ſemper] nocte, & die, ut patet in beato Antonio.

b Sic peccata] ideſt Dæmones, qui præſunt peccatis.

c Operantibus iniquitatem] i., inſidiantur, ut in peccato capiant: & ſecum rapiant in infernum. *Thr.* 1. Vigilavit jugum iniquitatum mearum in manu ejus, & convolutæ ſunt, & impoſitæ collo meo, quaſi catena ferrea, qua pecca-

Digitized by Google

a Homo † ſanctus in *b* ſapientia manet, *c* ſicut Sol: *d* nam ſtultus, ſicut *e* Luna † mutatur. In *f* medio inſenſatorum ſerva verbum tempori: in *g* medio autem cogitantium *h* aſſiduus eſto, *i* Narratio peccantium k odioſa: & *l* riſus illorum in *m* delictis peccati. *n* Loquela multum jurans *o* horripilationem capiti ſtatuet: & *p* irreverentia ipſius *q* obturatio aurium. *r* Effuſio ſanguinis in *ſ* rixa ſuperborum: & *t* maledictio illorum *u* auditus gravis. *x* Qui denudat arcana amici, *y* fidem perdit: & non *z* inveniet amicum ad *a* animum ſuum. *b* Dilige proximum, & *c* conjungere fide cum illo. Quod ſi denudaveris *d* abſconſa illius, non *e* perſequeris poſt eum. *f* Sicut enim homo, qui perdit amicum ſuum, *g* ſic qui perdit amicitiam proximi ſui. Et *h* ſicut qui dimittit avem de manu ſua; ſic qui reliquiſti proximum tuum, *i* & non eum capies. Non illum k ſequeris: quoniam *l* longe abeſt. *m* Effugit enim quaſi caprea de laqueo: quoniam *n* vulnerata eſt anima ejus. *o* Ultra eum

peccator trahitur in infernum. *a* Homo ſanctus] ideſt, mundus & firmus. *b* In ſapientia manet] ideſt, in contemplatione æternæ veritatis. *c* Sicut Sol] uniformiter, licet leo, vel peccatum ei inſidietur, & quicquid ei ac-
al. † ſenſatus. ciderit non avertit eum a contemplatione & amore æternæ veritatis. *Prov.* 12. Non contriſtabit Juſtum, quicquid ei acciderit.

al. & immutatur. C *d* Nam ſtultus] qui æternis temporalia præponit in amore ſuo. *e* Sicut Luna mutatur] de cogitatione in cogitationem, de deſiderio in deſiderium, de peccato in peccatum. *Pr.* 15. Cor ſtultorum diſſimile erit.

Myſtice. Sup. 23. Myſtice. *a* Homo ſanctus] ideſt, Chriſtus qui eſt Sol juſtitiæ. *Malac. ult.* *b* In ſapientia ſicut Sol] ideſt, uniformiter: quia nunquam crevit, nunquam decrevit: ab æterno omnia ſcivit ſcientia increata; & ab ipſo inſtanti creationis animæ ſuæ omnia ſcivit ſcientia creata. *d* Nam ſtultus] ideſt, Antichriſtus. De quo *Zach.* 11. Adhuc ſume tibi vaſa paſtoris ſtulti, ideſt, Antichriſti. *e* Sicut Luna mutatur] quæ lucet inferius, ſed non ſuperius, ideſt Antichriſtus in terrenis lucebit, non in cœleſtibus. Item de nocte lucet, non de die; ita Antichriſtus peccatoribus lucebit, non juſtis. Item Luna quanto magis accedit ad Solem, tanto magis decreſcit: ita adveniente Chriſto, vel appropinquante ad judicium, deſtruetur omnino Antichriſtus 2. *Theſſ.* 2. Revelabitur ille iniquus, quem Dominus Jeſus interficiet ſpiritu oris ſui, & deſtruet illuſtratione adventus ſui.

Moraliter. Moraliter. *a* Homo ſanctus] ideſt, Prælatus religioſus. *b* In ſapientia] refectionis propriæ, & inſtructionis alienæ. *c* Manet ſicut Sol] ideſt, immutabiliter, quicquid dicatur, vel fiat ei, non amittit dulcedinem contemplationis, nec lumen inſtructionis. *d* Nam ſtultus] Prælatus. *e* Sicut Luna mutatur] ſecundum dicta aliorum, vel facta ſubditorum. Luna ſæpe eclipſatur & lumen mendicat; ſic ſtultus Prælatus ſæpe turbatur, & laudes etiam hominum quærit. *f* In medio, &c.] opportuno & apto ad loquendum; conſiderata enim locutio ſæpe nocet infirmis. Unde *ſup.* 20. Homo ſapiens tacebit uſque ad tempus. *g* In medio autem cogitantium] legem Dei. *h* Aſſiduus eſto] ideſt in conſortio ſapientium, qui non tantum legem Dei cogitant, ſed & dicunt, & faciunt; *ſup.* 6. In multitudine Presbyterorum prudentium ſta, & ſapientiæ illorum ex corde conjungere, ut omnem narrationem Dei poſſis audire. Per hoc, quod dicit Auctor: In medio inſenſatorum ſerva verbum tempori; in medio autem cogitantium legem Dei aſſiduus eſto, innuit, quod bonum eſt aſſidue cogitare legem Dei; ſed non aſſidue loqui. Eſt enim tempus loquendi, & tempus tacendi. *Eccl.* 3. *i* Narratio peccantium] id eſt, doctrina, vel prædicatio male viventium.

k Odioſa] fuit, & eſt, & erit. Ideo non ponit tempus, ut ad omne referatur. Nec dicit, cui odioſa, ut intelligatur omnibus; Deo, Angelis, & hominibus, *ſup.* 15. Non eſt ſpecioſa laus in ore peccatoris, imo gravis & oneroſa. Unde *ſup.* 21. Narratio fatui, quaſi ſarcina in via. *Greg.* Cujus vita deſpicitur, reſtat, ut ejus prędicatio contemnatur. *l* Et riſus illorum] ideſt, gaudium, quo gaudent de ſcientia, vel divitiis ſuis. *m* In delictis peccati] ideſt, in omiſſionibus, & in peccato fit. Unde *Eccl.* 2. Riſum reputavi errorem, & gaudio dixi: Quid fruſtra deciperis? Vel ſic. *l* Riſus illorum] ideſt, de eis eſt. *m* In delictis peccati] quia homines irrident eos, & ſcandalizantur in prædicatione eorum, propter vitam ipſorum: & ita delinquent in peccatum illorum. *n* Loquela multum jurans] ideſt, frequens juratio. *o* Horripilationem capiti ſtatuet] ideſt, menti ipſius jurantis, vel audientium. *p* Et irreverentia ipſius] jurantis, qui nec Deum, nec homines reveretur. *q* Obturatio aurium] audientium eſt. Cauſaliter horripilatio typus eſt quartanæ, quæ eſt longa & gravis infirmitas; ſicut rigor tertianæ, & frigus quotidianæ. Notat ergo Auctor in illo verbo, quod jurans frequenter & irreverenter, diuturna pœna punietur, & horridas & rigidas cogitationes, quæ per Pilos deſignantur, ut dicatur horripilatio horror pilorum. Ideo dicitur *ſup.* 23. Jurationi non aſſueſcat os tuum; multi enim caſus in illa; *r* Effuſio ſanguinis] ideſt homicidium. *ſ* In rixa ſuperborum] ideſt, ea rixa ſuperborum proveniens. Nam inter ſuperbos ſemper jurgia ſunt. *Prov.* 13. Unde fiunt homicidia. *t* Et maledictio illorum] qua rixantes adinvicem ſibi detrahunt & maledicunt, & concordes aliis maledicunt. *u* Auditus gravis] ideſt gravis eſt ad audiendum. Aliter. *r* Effuſio ſanguinis] ideſt improperatio & vilificatio generis. *ſ* In rixa ſuperborum.] Unus enim alii improperat vilitatem generis. *t* Et maledictio illorum auditus gravis] id eſt digna gravi audito, quo audiunt. Ite maledicti, &c. *Matt.* 25. *x* Qui denudat arcana amici] id eſt, qui revelat ſecreta ſibi ab amico commiſſa in confeſſione, vel in conſilio. *y* Fidem perdit] ideſt fidelem amicitiam illius, qui ſecreta ſua ſibi commiſerat, ut amico, ſecundum quod *ſup.* 22. dicitur. Fidem poſſide cum amico. Vel, fidem perdit, ideſt credulitatem: quia indignum ſe facit, ut aliquod ſecretum ſibi credatur. *Pr.* 11. Qui ambulant fraudulenter, revelat arcana; qui autem fidelis eſt, celat amici commiſſum. *z* Et non inveniet amicum] quem amiſit propter revelationem ſecretorum ejus. *a* Ad animum ſuum] ideſt, ſecundum animum ſuum, hoc eſt, non poteſt ei reconciliari. Proditio enim ſecretorum maxime diſſolvit amicitiam: & vix invenit reconciliationem. Unde *ſup.* 22. Eſt recordatio ad amicum excepto convitio, & improperio & ſuperbia, & myſterii revelatione.

Myſtice. *x* Qui denudat arcana amici] ideſt, Chriſti, ideſt, ſecreta Scripturæ indignis. *y* Fidem perdit] ideſt deſtruit, & in ſeipſo: quia peccat faciens contra illud præceptum Dei: Nolite ſanctum dare canibus, *Matt.* *Tob.* 12. Sacramentum Regis abſcondere bonum eſt. Myſtice. *z* Et non inveniet amicum] ideſt aliquem audientium. *a* Ad animum ſuum] quia nullum aſſentit ei. Item. *x* Qui denudat arcana amici] ideſt ſuggeſtiones & conſilia Diaboli, qui ſe multa promittendo promittit amicum. *y* Fidem perdit] eo quod amplius non vult ei aliquod ſecretum committere. *z* Et non inveniet] eum, ideſt, Diabolum. *a* Amicum ad animum ſuum,] qui prius dicebat ſe amicum ejus in ſuggeſtionibus ſuis. De quo *ſup.* 6. Eſt amicus, qui convertitur ad inimicitiam. *b* Dilige proximum] tibi ex conditione naturæ, ideſt, omnem hominem affectu & effectu. *c* Et conjungere fide] fidelitate cum illo, ideſt eſto ei fidelis amicus, ſubveniendo cum indiget, ſecreta ejus celando. *d* Quod ſi denudaveris abſconſa illius] i. ſecreta ſive conſilia. *e* Et non perſequeris poſt eum] i. non perfecte aſſequeris ejus amicitiam. *f* Sicut enim homo, qui perdit amicum ſuum] ex toto in morte. *g* Sic qui perdit amicitiam proximi ſui] per proditionem & detectionem ſecretorum ejus, q.d. ſicut mors aufert amicum irrevocabilem; ſic proditio ſecretorum aufert amicitiam irrevocabiliter. *h* Et ſicut qui dimittit avem] avolare de manu ſua; ſic qui reliquiſti proximum tuum, i. amiſiſti ejus amicitiam per culpam tuam. *i* Et non eum capies] ſicut nec ille avem, hoc eſt, ejus amicitiam non recuperabis. k Non illum ſequeris] quod minus eſt, quam capere. *l* Quoniam longe abeſt] a te, non ſpatio, ſed animo. *m* Effugit enim] quę poſtquam evaſerit, nunquam redit ad ipſum. *Pr.* 6. Eruere quaſi damula de manu, quaſi avis de inſidiis aucupis. *n* Quoniam vulnerata, &c.] i. animus ejus lęſus eſt propter ſui ſecreti proditionem. *o* Ultra eum non poterit] i., connectere tecum vinculo amicitiæ. Vel colligare, ſcilicet, vulnus, quod ei inflixiſti prodendo ſecreta ejus, non poteris de cetero, quia inſanabile eſt vulnus hujuſmodi.

non poteris colligare, † ſed *b* maledicti eſt concordatio.

c Denudare autem amici myſteria, *d* deſperatio eſt animæ infelicis.

e Annuens oculo fabricat iniqua, & *f* nemo eum abjiciet. In *g* conſpectu oculorum tuorum † *h* conculcabit os ſuum, & ſuper *i* ſermones tuos admirabitur.

k Noviſſime autem pervertet os ſuum, & in l verbis † tuis dabit ſcandalum.

m Multa audivi, & non *n* coæquavi ei: & Dominus *o* odiet illum.

p Qui in altum mittit *q* lapidem, ſuper *r* caput ejus cadet: & *ſ* plaga doloſa doloſi *t* dividet vulnera.

u Et qui foveam *x* fodit, *y* incidet in eam; & qui *z* ſtatuit lapidem *a* proximo ſuo, offendet in eo: *b* & qui laqueum † *c* alio *d* ponit, *e* peribit in illo. Facienti *f* nequiſſimum † conſilium *g* ſuper ipſum devolvetur, & non *h* agnoſcet unde *i* adveniet illi. *k* Illuſio & improperium ſuperborum, & *l* vindicta, ſicut *m* leo inſidiabitur illi.

n Laqueo peribunt, qui *o* oblectantur caſu Juſtorum: *p* dolor autem conſumet illos, antequam moriantur.

q Ira & *r* furor, *ſ* utraque execrabilia ſunt: & *t* vir peccator *u* continens erit illorum.

CAP. XXVIII.

QUi *x* vindicari vult a *y* Domino in-

b Sed maledicti eſt concordatio] ideſt, poſt multa verba fiet recordatio reconciliationis amicitiæ, non poſt proditionem ſecretorum. Unde *ſup.* 22. Si produxeris gladium verbi duri, non deſperes: eſt enim regreſſus ad amicum. *e* Denudare autem amici myſteria] ideſt, ſecreta, *d* Deſperatio eſt animæ in-
al. † & felicis] ideſt, inducit deſperationem de reconciliatione amicitiæ.
Prov. 10. *Prov.* 20. Et, qui revelat myſteria, & ambulat fraudulenter; & dilatat labia ſua, ne commiſcearis. *e* Annuens oculo, &c.] Deſcribit hic proditionem, quæ non ſolum verbis, ſed etiam nutibus oculorum ſecreta revelat: poſtea jurat, quod nunquam dixe-
al. † conculcabis; rit alicui. Fit autem hæc
D annutio oculi ob multa, quandoque in deriſionem, quandoque in proditionem,
al. † ſuis. quandoque in deceptionem; Æquivoca enim eſt annuitio oculi, & cum ille, cui fit, accipit in una ſignificatione annuens dicit,
Prov. 16, Eccl. 1. quod annuebat contrarium: de quolibet iſtorum dicitur hic. *e* Annuens oculo fabricat, &c.] ideſt, fabricat, ſive machinatur do-
Pſalm. 9. los. *Prov.* 6. Homo apoſtata vir inutilis graditur ore perverſo, annuit oculis, terit pedem. *Item* 20. Qui annuit oculo, dabit dolorem, ideſt, punietur, *inf.* 11. Attende tibi a peſtifero, fabricat enim mala. *f* Et nemo] ideſt, reprehendet. Delicatas enim habemus aures ad audiendum malum; quia laudatur peccator in deſideriis animæ ſuæ, & iniquus benedicitur. Nemo enim hodie implet illud præceptum Domini: Si peccaverit in te frater tuus, &c. *Matth.* 18.
g In conſpectu oculorum tuorum] ideſt, coram te. *h* Conculcabit os ſuum] ideſt, comprimet ad docendum. Vel, Conculcabit, alia littera, ideſt, dulcia & bona loquetur coram te, & in corde ſuo cogitabit dolos, *ſup.* 12. In labiis ſuis indulcat inimicus; & in corde ſuo inſidiatur, ut ſubvertat te in foveam. *i* Et ſuper ſermones, &c.] quaſi laudans *ſup.* 12. Dives locutus eſt, & omnes tacuerunt: & verbum illius uſque ad nubes perducent. k Noviſſime autem, &c.] ad maledicendum ei, quem prius laudabat præſentem. *Mich.* 3. Prædicant pacem; & ſi quis non dederit in ore eorum quippiam, ſanctificant ſuper eum prælium. *l* Et in verbis tuis, &c.] Multi enim ſcandalizabuntur in eum, qui mala loquitur de illo, qui videtur ſibi eſſe familiaris. *m* Multa audivi] mala. *n* Et non coæquavi ei] ideſt, proditori. *o* Et Dominus odit illum] ſpecialiter, quaſi dicat, graviſſimum malum eſt proditio, & hujus ſignum eſt, quia Dominus odit eum. *Prov.* 6. Sex ſunt, quæ odit Dominus, Unum eſt cor machinans cogitationes peſſimas. *p* Qui in altum] ideſt, in Deum, vel Prælatum. *q* Mittit lapidem] detractionis, vel maledictionis, vel convitii, vel ſtultæ reprehenſionis. *r* Super caput] ideſt, in eum vindicta perveniet. *Eccl.* 10. In ſecreto cubiculi tui ne maledixeris Principi: quia aves cœli portabunt vocem tuam. *ſ* Et plaga, &c.] ideſt detractoris, vel proditoris. *t* Dividet vulnera] peccatorum ſuorum, ideſt augebit, ſive multiplicabit. Vel dividet, dicit: quia unam partem pœnæ dabit animæ. & alteram corpori quia duplici contritione conteretur: & erit ſicut diplois confuſio ejus. *u* Et qui foveam] perditionis. *x* Fodit] aliis. *y* Incidet in eam] primus. Omnis enim doloſus primo ſibi nocet. *Pſal.* 6. Lacum aperuit, & effodit eum: & incidit in foveam, quam fecit. *z* Et qui ſtatuit lapidem] ideſt, ſcandalum.
a Proximo ſuo, &c.] primus reus æterni tormenti. *b* Et qui laqueum] deceptionis. *c* Alio] ideſt alii. *d* Ponit] ad decipiendum. *e* Peribit in illo] ideſt propter illud. Vel, in illo, ad litteram ſicut Golias proprio gladio decapitatus eſt. 1. *Reg.* 17. Et Aman ſuſpenſus eſt in patibulo, quod paraverat Mardochæo, *Eſth.* 7. *Prov.* 26. Fere idem dicitur: Qui fodit foveam, incidet in eam: & qui volvit lapidem, & revertetur ad eum. Similiter idem dicitur *Eccl.* 10. Qui fodit foveam, incidet in eam: & qui diſſipat ſepem, mordebit eum coluber. *f* Facienti nequiſſimum, &c.] contra proximum ſuum. *g* Super ipſum] vel hic, vel in futuro. Exemplum de Achitophel, 2. *Reg.* 17. *Iſa.* 19. Sapientes conſiliarii Pharaonis dederunt conſilium inſipiens. *h* Et non agnoſcet] in præſenti pœnitendo & confitendo. *i* Unde adveniet illi] in futuro. *Iſa.* 47. Veniet ſuper te malum, & neſcies ortum ejus & irruet ſuper
te calamitas quam non po- al. † alii.
teris expiare. k Illuſio] ideſt, qua ſuperbi illudunt al. † conculcatum.
hominibus humilibus, ideſt pauperibus, & improperant eis vilitatem, & paupertatem; vel qua Dominus deridebit ſuperbos, & improperabit bona, quæ fecit pro eis. *l* Et vindicta] Dei pro his. *m* Sicut leo inſidiabitur] proditori, ſive doloſo. *Prov.* 3. Ipſe deludet illuſores. *Pſal.* 2. Qui habitat in cœlis irridebit eos. *Iſa.* 33. Cum deſieris contemnere contemneris. *n* Laqueo] æternæ perditionis. *o* Peribunt, &c.] corporali, ſive ſpirituali. *Prov.* 17. Qui in ruina lætatur alterius, non erit impunitus. Et de hoc *ſup.* 8. Noli de inimico mortuo gaudere, ibi quære de hoc. *p* Dolor autem
conſumet, &c.] Exem- A
plum de Joram, 2 *Paral.* 21. Qui longa conſumptum tabe, Deut. 32. Rom. 12.
ita ut egereret etiam viſcera ſua, languore pariter, & vita caruit. Exemplum de Antiocho 2. *Mach.* 9. Exemplum de Herode Agrippa. *Act.* 12. *q* Ira] per vitium. *r* Et furor] perturbans animum. *ſ* Utraque execrabilia] apud Deum, & homines. *t* Et vir peccator] ideſt aſſuetus peccare. *u* Continens erit illorum] quaſi vaſculum, & habitaculum. *Pr.* 27. Iram non habet miſericordiam, nec furor erumpens.

EXPOSITIO CAP. XXVIII.

QUi vindicari vult, &c.] In hoc toto cap. agit Auctor de iracundia, & inimicitia: & ponit tres partes iracundiæ, & inimicitiæ. Prima, quærere ultionem, ſive ſe velle vindicare. Secunda movere lites, quas ira ſemper vel comitatur, vel generat. Tertia, contumeliis & detractionibus deſervire. De prima agitur, ubi dicit: Qui vindicari vult, &c. De ſecunda, *ibi*: Abſtine te a lite. De tertia, *ibi*: Suſurro & bilinguis, &c. Remedia igitur dans contra hanc triplicem plagam iracundiæ dicit. *x* Qui vindicari vult] de illatis injuriis. *y* A Domino inveniet vindictam] qui judicabit in æquitate pro manſuetis terræ. *Iſa.* 11. Quaſi dicat: nemo debet ſibi uſurpare ultionem. ſed debet Domino reſervare, cujus ſolius eſt hoc facere ſine culpa *Heb.* 10. Mihi vindictam: & ego retribuam. *Deut.* 32. Mea eſt ultio. Nec vult Dominus alicui homini, vel Angelo hanc poteſtatem communicare. *Iſa.* 42. Ego Dominus, hoc nomen meum, gloriam meam alteri non dabo. Eſt autem ultio triplex. Quædam eſt ex ira. Et hæc eſt mala & prohibita tam in lege, quam in Evangelio. *Lev.* 19 Non quæras ultionem, nec memor eris injuriæ civium tuorum. *Rom.* 12. Non volmetipſos defendentes, chariſſimi; ſed date locum iræ. Secunda eſt ex humana infirmitate: Et hæc permiſſa eſt tam in lege, quam in Evangelio, cum moderamine tamen inculpatæ tutelæ, *Luc.* 18. Vindica me de adverſario meo. Tertia eſt ex zelo juſtitiæ, Et hæc eſt bona. *Jer.* 17. Confundantur, qui me perſequuntur, &c. *Apoc.* 6. Uſquequo, Domine, ſanctus, & verus non judicas, & non vindicas ſanguinem noſtrum? Prima voluntas eſt reprobanda, ſecunda miſeranda, tertia commendanda. Sed perfectius eſt non quærere vindictam, ſed pro injuriantibus orare, & ipſis benefacere, *Matt.* 5. Dictum eſt antiquis, oculum pro oculo, dentem pro dente; ego autem dico non reſiſtere malo; ſed ſi quis te percuſſerit in dexteram maxillam præbe ei & alteram. Et poſtea ſubdit: Diligite inimicos veſtros, benefacite his, qui vos oderunt. *Heb.* 12. Acceſſiſtis ad montem Sion, & civitatem Dei viventis, & teſtamenti novi, Mediatorem Jeſum, & ſanguinis aſperſionem melius loquentem, quam Abel. Nam ſanguis Abel clamat vindictam,

Geneſ.

Digitized by Google

Geneſ. 4. Vox ſanguinis Abel fratris tui clamat ad me, &c. Sanguis vero Jeſus clamat miſericordiam, *Luc.* 23. Pater, dimitte illis, quia neſciunt quid faciunt. Innuens ibi Auctor hanc perfectionem, dicit: Qui vindicari vult, quaſi dicat, non omnes volunt hoc: A Domino inveniet, &c. qui omnes in jurias vindicat ſine culpa, loco & tempore ſuo.

a Et peccata illius,] ideſt, injuriantis. *b* Servans] Dominus ad pœnitendum.

c Servabit,] ad puniendum, ſi non pœnituerit hic, *ſup.* 5. Altiſſimus patiens redditor eſt, *Job* 21. In diem perditionis ſervabitur malus, *Iſa.* 42. Tacui, ſemper ſilui, patiens fui, ſicut parturiens loquar. *d* Relinque] i. dimitte injuriam & rancorem. *e* Proximo tuo nocenti te,] ideſt, tibi. Nec dicit, qui nocuit tibi, ſed nocenti, præſentialiter, & quando ſolet ira ultionis magis ferveſcere, *Matth.* 6. Si non dimiſeritis hominibus, nec Pater veſter dimittet vobis peccata veſtra.

al. † Tabitudo.

f Et tunc deprecanti,] pro peccatis tuis dimittendis.

g Tibi peccata ſolventur,] a Domino, ſicut cera ſolvitur ad ignem, & glacies ad Solem. Dominus & Sol & ignis eſt, *ſupra* 3. Sicut in ſereno glacies ſolventur peccata tua, *Luc.* 6. Dimitte & dimittetur vobis.

al. † teſtamenti.

B

h Homo homini] ſimili ſibi natura & conditione. *i* Reſervat iram] ad vindicandum ſe. *k* A Deo] longe ſibi diſſimili. *l* Quærit medelam,] ideſt, veniam peccatorum ſuorum, & offenſarum ejus, q. d. ſi homo homini non dimittit, qualiter audet rogare Deum, ut ſibi dimittat? *Matt.* 18. Serve nequam, omne debitum dimiſi tibi, quoniam rogaſti me: nonne oportuit & te miſereri conſervi tui? *m* In hominem ſibi ſimilem,] i. fragilem & conſervum. *n* Non habet miſericordiam,] indulgentiæ, vel beneficentiæ. *o* Et de peccatis ſuis] quibus offendit Deum. *p* Deprecatur] ut ſibi dimittat Deus, q. d. fruſtra, quia niſi dimiſerit fratri, non dimittet ei Deus. *q* Ipſe dum caro ſit,] ideſt, fragilis & miſerabilis. *r* Reſervat iram] in corde ſuo contra fratrem ſuum. *ſ* Et propitiationem] ideſt, peccatorum remiſſionem petit a Deo, q. d. præſumptio eſt, & orationis fruſtratio, *Matt.* 5. Si offers munus tuum ante altare, & ibi recordatus fueris, quia frater tuus habet aliquid adverſum te: relinque ibi munus tuum ante altare, & vade prius reconciliari fratri tuo: & tunc veniens offeres munus tuum.

t Quis exorabit pro delictis illius] cum effectu impetrationis? Quaſi dicat, nullus. Ecce fraternum odium ſimile eſt peccato in Spiritum ſanctum. De quo ſimiliter *inf.* *Joan.* 5. Eſt peccatum ad mortem, non pro illo dico, ut roget quis. *u* Memento noviſſimorum,] ideſt, mortis, judicii, ſuppliciorum inferni, & gaudiorum Paradiſi.

x Et deſine inimicari,] i. deſines, *ſup* 7. In omnibus operibus tuis memorare noviſſima tua, & in æternum non peccabis. *y* Beatitudo enim & mors imminent in mandatis.] Beatitudo ſervantibus, mors æterna contemnentibus ipſa. Alia littera habet: Tabitudo in bono, ideſt, liquefactio cordis, ut *Pſal.* 118. Tabeſcere me fecit zelus tuus, vel meus. *z* Et mors] æterna.

a Imminent in mandatis ejus,] ſervatis, vel non reſervatis.

b Memorare timorem Dei,] ideſt, timendum & tremendum judicium Domini. *c* Et non iraſcaris] ideſt, non iraſceris proximo, *Matth.* 5. Qui iraſcitur fratri ſuo, reus erit judicio, *Pſal.* 89. Quis novit poteſtatem iræ tuæ, &c. *d* Memorare teſtamentum, &c.] ideſt, præceptum, quo dixit: Dimittite & dimittetur vobis, *Matt.* 6. & *Luc.* 6. *e* Et deſpice ignorantiam proximi,] i. non cures, quod tibi fecit, ac ſi per ignorantiam fecerit. Peccatum enim ignorantiæ facilius dimittitur, 1. *Tim.* 1. Blaſphemus fui & perſecutor, & contumelioſus; ſed miſericordiam Dei conſecutus ſum, quia ignorans feci. *f* Abſtine te a lite,] ideſt, iram, ex qua lis oritur, tempera, vel reſcinde. *g* Et minues peccata,] ideſt, minus peccabis. Ipſum enim litigare eſt peccatum, maxime cum eſt ex ira. *h* Homo enim iracundus,] ideſt, ad iram pronus.

veniet vindictam, & *a* peccata illius *b* ſervans *c* ſervabit. *d* Relinque proximo *e* tuo nocenti te: & tunc *f* deprecanti tibi *g* peccata ſolventur. *h* Homo homini *i* reſervat iram, & k a Deo quærit *l* medelam. *m* In hominem ſibi ſimilem *n* non habet miſericordiam: *o* & de peccatis ſuis *p* deprecatur, *q* ipſe dum caro ſit, *r* reſervat iram; *ſ* & propitiationem petit a Deo. *t* Quis exorabit pro delictis illius? *u* Memento noviſſimorum, *x* & deſine inimicari. † *y* Beatitudo enim, & *z* mors imminent *a* in mandatis ejus. *b* Memorare timorem Dei, & non *c* iraſcaris proximo. d Memorare † teſtamentum Altiſſimi, *e* & deſpice ignorantiam proximi. *f* Abſtine te a lite, g & minues peccata. Homo enim *h* iracundus *i* incendit litem, & vir k peccator *l* turbabit amicos, & in *m* medio pacem habentium *n* immittit inimicitiam. Secundum enim *o* ligna ſilvæ: ſic ignis exardeſcit: & ſecundum *p* virtutem *q* hominis: ſic *r* iracundia illius erit: *ſ* & ſecundum ſubſtantiam ſuam exaltabit iram ſuam. *t* Certamen feſtinatum *u* incendit ignem, & *x* lis feſtinans *y* effundit ſanguinem, & *z* lingua teſtificans *a* adducit mortem. *b* Si ſufflaveris, *c* quaſi ignis exardebit, & *d* ſi expueris ſuper illam, *e* extinguetur: *f* Utraque ex *g* ore proficiſcuntur. *h* Suſurro, & *i* bilinguis k maledictus. *l* Multos enim turbavit pacem habentes. *m* Lingua tertia *n* multos *o* commovit, & *p* diſperſit illos de Gente in

Secunda pars.

i Incendit litem,] opprobriis, & contumeliis & maledictis, *Jac.* 1. Ira viri juſtitiam Dei non operatur. *Prover.* 15. Vir iracundus provocat rixas. *k* Et vir peccator,] ideſt, detractor, ſive ſuſurro, ſeminans inter fratres diſcordias.

l Turbabit amicos,] ſeminando diſcordias inter eos.

m Et in medio pacem habentium] invicem. *n* Immittit inimicitiam,] ideſt, diſcordiam, per quam fiunt adinvicem inimici, qui erant prius amici. *o* Secundum, &c.] ut ſi plura & ſicciora ſunt ligna, major & clarior erit ignis. *p* Et ſecundum virtutem,] ideſt, potentiam. *q* Hominis] iracundi.

Prov. 26.

r Sic iracundia illius erit,] ut quanto fuerit major potentia iracundi, tanto major erit iracundia ejus.

ſ Et ſecundum, &c.] ideſt, ſecundum quantitatem opulentiæ erit motus iracundiæ. Ecce potentia & opulentia fomenta ſunt iracundiæ. Unde *Prover.* 26. Cum defecerint ligna, extinguetur ignis, & ſuſurrone ſubtracto jurgia conquieſcunt. Sicut carbones ad prunas, & ligna ad ignem; ſic homo iracundus ſuſcitat rixas. *t* Certamen feſtinatum,] ideſt, cito prorumpens ad opprobria & convitia. *u* Incendit ignem,] iracundiæ, & furoris. *x* Et lis feſtinans,] ideſt, feſtinanter de verbis prorumpens ad verba. *y* Effundit ſanguinem, ad litteram, vel effundet ſanguinem, ideſt, peccatum ſuum oſtendet. *z* Et lingua, &c.] † jurans de vindicta ſumenda. Obteſtans, alia litera, quaſi dicat, maledictus ſis, ſi non percuſſeris me, per Deum interficiam te. *a* Adducit mortem, quia fatuus, quod male juravit, pejus vult adimplere. *b* Si ſufflaveris] ideſt, ſi ex flatu ſuperbiæ contra iracundum verba protuleris. *c* Quaſi ignis exardebit] qui creſcit, & accenditur ex flatu. *d* Si expueris ſuper illam,] linguam teſtificantem, vel obteſtantem, ideſt, molliter & blande reſponderis ei. *e* Extinguetur ignis iracundiæ,] q. d. immoderata locutio excitat iram; moderata extinguit, *Prov.* 15. Reſponſio mollis frangit iram; ſermo durus ſuſcitat furorem. *Eod.* 18. Mors, & vita in manibus linguæ. *f* Utraque,] ideſt, mors & vita. *g* Ex ore proficiſcuntur,] *Luc.* 3. Ex ipſo ore procedit benedictio & maledictio. Ex ore moderato vita; ex ore immoderato mors, ut patet in Nabal & Abigail uxore ejus, 1. *Reg.* 25. Ille verbis duris excitavit contra ſe iram David, unde mortem incurrit; illa verbis ſuavibus mitigavit iratum, unde & ſublimari promeruit. Sic Roboam verbis magnificis contra ſe populum excitavit, 3. *Reg.* 12. Sic Gedeon verbis ſuavibus & humilibus Ephraim iratum pacificavit. *Jud.* 8. *h* Suſurro] ideſt, latenter diſcordias ſeminans. *i* Et bilinguis] ideſt, aliud coram, aliud clam loquens, ſicut ſerpens, qui habet linguam biſurcatam. Vel bilinguis, ideſt, quandoque verum, quandoque falſum dicens. *k* Maledictus,] ideſt, maledictione dignus, illa ſcilicet: Ite maledicti, &c. *Matt.* 25. Et quare maledictus? *l* Multos enim, &c.] diſcordias ſeminando. *m* Lingua tertia] ideſt, lingua hæretica, quæ veteri, nec novo teſtamento concordat, ut prima lingua ſit veteris teſtamenti, ſecunda novi, tertia hæretici.

al. † minans.

n Multos] Catholicos in unitate fidei concordantes.

o Commovit,] a loco ſuo, i. a fidei veritate. *p* Et diſperſit de gente] Chriſtiana, in gentem hæreticam, vel de regione

Δ in re

Aliter. *m* Lingua tertia] ideſt, lingua Advocati, quæ eſt tertia ab actore & reo. *n* Multos &c.] milites, ruſticos, Clericos, Monachos ad lites & bella. *p* Et diſperſit illos de gente in gentē, per appellationes, per varias occaſiones, vel de pauperatos

Aliter.

Θ inen-

Digitized by Google

▲ in regionem. *a* Civitates muratas divitum,] ideſt, Juſtorum conſcientias firmas, & virtutum vallo munitas. *b* Deſtruxit,] ducendo in errorem.
c Domos Magnatorum,] ideſt, mentes fidelium.
d Effodit] fundamentum fidei ſubtrahendo. *e* Virtutes populorum,] credentium.
f Concidit,] vinculum charitatis ſolvendo.
C
g Et Gentes fortes, in fide, vel opere: *h* Diſſolvit,] a capite Chriſto. *i* Lingua tertia,] ideſt, lingua hæretica. *k* Mulieres viratas,] ideſt, animas viriles, & fortes. Vel juratas, ideſt, firmas, ſecuras, ac ſi juratum eſſet. *l* Ejecit,] ab unitate Eccleſiæ Catholicæ. *m* Et privavit illas, &c.] ideſt, fructu laborum, quo prius dignæ ſperant: vel quem promereri poterant, ſi manſiſſent in fide.

al. † juratas.

n Qui reſpicit illam,] linguam, ideſt, audiendo conſentit. *o* Non habebit requiem] æternam. Vel.
n Qui reſpicit illam,] ideſt, qui attendit illi.
o Non habebit requiem,] pectoris; incipit enim vacillare in fide. *p* Nec habebit amicum,] Chriſtum.
q in quo requieſcat,] nunc ſpe, tandem re.

Gentem. *a* Civitates muratas divitum *b* deſtruxit, & *c* domos Magnatorum *d* effodit: *e* Virtutes populorum *f* concidit: & *g* Gentes fortes *h* diſſolvit. *i* Lingua tertia *k* mulieres † viratas *l* ejecit, & *m* privavit illas laboribus ſuis. *n* Qui reſpicit illam, *o* non habebit requiem: nec *p* habebit amicum, *q* in quo requieſcat; *r* flagelli plaga livorem facit: *ſ* plaga autem linguæ; comminuet oſſa. *u* Multi ceciderunt in ore gladii: *x* ſed non ſic, *y* quaſi qui interierunt per linguam ſuam. *z* Beatus, qui tectus eſt *a* a lingua nequam: *b* qui in iracundiam illius non tranſivit, & *c* qui non attraxit jugum illius, & in *d* vinculis ejus non eſt ligatus. *e* Jugum enim illius *f* jugum ferreum eſt, & *g* vinculum illius vinculum æreum eſt. *h* Mors illius mors nequiſſima, *i* & utilis potius † infernus, quam illa, *k* Perſeverantia illius non *l* permanebit, *m* ſed obtinebit *n* vias injuſtorum. *o* In flamma ſua non comburet juſtos.
p Qui † derelinquunt Dominum, *q* incident in illam: *r* & exardebit *ſ* in illis, & non *t* extinguetur.
u Et immittetur in illos, quaſi *x* leo: & quaſi *y* pardus lædet illos.

Aliter. Θ mendicos & vagos fecit: *a* Civitates muratas divitum deſtruxit] temporaliter, & ſpiritualiter, ideſt, Eccleſias & clauſtra Religioſorum divitum divitiis temporalibus, & ſpiritualibus. *c* Et domos Magnatorum,] Abbatum, Epiſcoporum, Principum. *d* Effodit,] quia theſauros abſconditos effodi fecit ad cauſas peragendas. Unde *ſup.* 21. Objurgatio & injuriæ annullabunt ſubſtantiam, & domus, quæ nimis eſt locuples, annullabitur ſuperbia, quia non vult ſuccumbere in cauſa. *e* Virtutes populorum concidit,] ideſt, ſtudium & robur dicentium diviſit & diſſipavit. *g* Et gentes fortes,] in fide & contemplatione: *h* Diſſolvit,] ab opere Dei, & a clauſtro. *i* Lingua tertia,] ideſt, lingua vetulæ ſtupri mediatrix, quæ eſt tertia inter puellam, & juvenem. *k* Mulieres viratas,] ideſt, habentes viros, & vires. *l* Ejecit] a domo ſua, a lecto viri, a ſtatu virtutis. *m* Et privavit illas laboribus ſuis] ſpiritualibus & temporalibus, quos prius habuerunt. *n* Qui reſpicit illam,] ideſt, qui attendit verbis & promiſſionibus illius. *o* Non habebit requiem,] pectoris, vel æternitatis. *p* Nec habebit amicum, in quo requieſcat] ſcilicet, virum ſuum, in quo prius quieſcebat amando. *r* Flagelli plaga livorem facit,] in corpore ſine ſanguinis effuſione. *ſ* Plaga autem linguæ,] tertiæ, vel contumelioſæ, vel detractoriæ. *t* Comminuet oſſa] ideſt, virtutes, vel mentis fortitudinem, quaſi dicat, pejor eſt plaga linguæ, quam flagelli: quia flagellum corporis oſſa lædit; ſed lingua oſſa animæ comminuit: & tamen lingua miſera non habet os aliquod. Unde verſus:

Verſus. *Verbum lingua parens os terit oſſa carnes.*

Nec ſolum pejor eſt plaga linguæ, quam plaga flagelli, imo & pejor, quam plaga gladii. Unde ſequitur.
u Multi ceciderunt in ore gladii,] ideſt, cæſione, vel devotatione gladii. *x* Sed non ſic,] ideſt, non tam graviter. *y* Quaſi interierunt per linguam ſuam,] quia lingua non ſolum corpus, ſed animam occidit; gladius vero ſolum corpus, *Jer.* 9. Sagitta vulnerans lingua eorum, dolum locuta eſt: in ore ſuo pacem cum amico loquitur, & in corde ſuo ponit ei inſidias. *z* Beatus, qui tectus eſt] clypeo patientiæ, galea ſapientiæ. *a* A lingua nequam,] hæretica, detractoria, contumelioſa, lingua Advocati, lingua vetulæ. *b* Qui in iracundiam illius non tranſivit,] hoc eſt, in peccatum, hoc eſt, ille beatus eſt, qui propter verba linguæ nequam non eſt motus ad peccatum.
c Et qui non attraxit jugum illius,] ideſt, qui linguæ nequam ſe non ſubdidit per timorem. Ille enim jugum linguæ portat & trahit, qui contumelias timet, vel laudes quærit. Unde *B. Bern.* Jugum linguæ trahit, qui ſecundum linguas hominum operatur, aut vivit. Hujuſmodi jugum non trahebat Apoſtolus 1. *Cor.* 4. Mihi pro minimo eſt, ut a vobis judicer, aut ab humano die.
d Et in vinculis ejus non eſt ligatus,] ideſt, in peccatis illius aſſuetus. Quot enim peccata linguæ, tot ſunt vincula ejus, verbi gratia, adulatio, detractio, contentio, murmuratio, otioſa locutio, maledictum, perjurium, mendacium, vaniloquium, turpiloquium, &c. hujuſmodi, quibus multi trahuntur ad infernum. Neque de facili ſolvi poſſunt hæc vincula, poſtquam in conſuetudinem deducta fuerint. Unde ſequitur. *e* Jugum enim illius] linguæ nequam.
f Jugum ferreum eſt,] ideſt, durum, & indomabile. Ferrum enim omni metallo durius, & omnia domat, & a nullo domatur; ſic lingua nequam, *Jac.* 3. Omnis natura beſtiarum, & volucrum, & ſerpentium domantur a natura humana, linguam autem nullus hominum poteſt domare. *g* Et vinculum illius æreum eſt,] ideſt, durabile & tinnulum, ſicut æs. Diſtat autem inter jugum & vinculum linguæ: Nam jugum dicitur timor malæ linguæ; vinculum conſuetudo male loquendi. Jugum trahit, qui malam linguam metuit: vinculis alligatur, qui vitio linguæ ſubjacet. Vir juſtus neutrum habet, quia nec male loqui novit de aliis, nec quod de ſe male loquantur alii, metuit. Hinc eſt, quod dicit Salomon *Prov.* 4. Remove a te os pravum, & detrahentia labia procul ſint a te. *h* Mors illius mors nequiſſima,] ideſt, pœna, quæ pro iſta infligitur in inferno, graviſſima eſt. Vel mors illius mors nequiſſima, ideſt, vitium illius nequiſſimum eſt.

al. † infernus.

D

al. † relinquunt Deum.

i Et utilis potius infernus, quam illa,] ideſt, quævis pœna grandiſſima minor eſt, quam plaga linguæ. Sic accipitur infernus in *Pſ.* 85. Eruiſti animam meam ex inferno inferiori, ideſt, ex profunda tribulatione. Vel ad litteram, infernus utilior eſt, quam lingua nequam, ideſt, minus nocens. Infernus enim non nocet, niſi malis; lingua vero nequam nocet bonis & malis. Præterea ſicut carcer utilis eſt in civitate ad puniendum noxios, & ad terrendum alios; ita infernus viris juſtis & patientibus utilis eſt, ſed præter intentionem ejus eſt. Et ideo utilior eſt infernus, quam lingua nequam. *k* Perſeverantia illius] linguæ, ideſt, pertinacia procacitatis illius. *l* Non permanebit,] ideſt, non diu durabit in hac vita, quia omnis iniquitas oppilabit os ſuum. Vel ſic. *k* Perſeverantia illius non permanebit,] in viro juſto, hoc eſt, licet juſtus aliquando cadat vitio linguæ; non perſeverat in illo caſu, ſed ſtatim reſurgit. *m* Sed obtinebit,] procacitas linguæ nequam. *n* Vias injuſtorum,] ideſt, vitam, vel opera injuſtorum tenebunt finaliter uſque ad mortem.
o In flamma ſua, &c.] lingua nequam. Quid mirum? Juſti armati ſunt clypeo fidei & patientiæ, in quo recipiunt omnes ictus linguæ inflammatæ, *Eph.* 6. In omnibus ſumentes ſcutum fidei, in quo poſſitis omnia tela nequiſſimi ignea extinguere. Malos vero comburit, *Jacob* 3. Ecce quantus ignis, quam magnam ſilvam incendit, & lingua noſtra ignis eſt.
p Qui derelinquunt Dominum,] per impatientiam.
q Incident in illa,] ut in foveam, vel puteum bituminis. Incidere autem in linguam nequam dicitur, vel qui nequiter loquitur, vel qui impatiens eſt ad ipſam.
r Et exardebit] flamma linguæ. *ſ* In illis] qui eam inciderint, ideſt, erit cauſa ardoris eorum in inferno. Nam qui hic ardent in malitia, in æternum cruciabuntur in inferni flamma. *t* Et non, &c.] quia in inferno non invenitur, cum quo ejus flamma poſſit extingui: quod manifeſtum eſt per divitem, qui guttam aquæ ſuæ linguæ petiit infundi de digito Lazari, nec potuit impetrare, *Luc.* 16. *u* Et immittetur in illos,] flamma linguæ, qui in eam inciderint. *x* Quaſi leo,] devorans eos. *y* Et quaſi pardus, &c.] linguam nequam. Comparatur autem leoni, quia nulli parcit: pardo, quia variis & diverſis modis nocet, *Oſee* 13. Ego ero eis quaſi leæna, & quaſi pardus in via Aſſyriorum, *Jer.* 13. Si mutare poteſt Æthiops pellem ſuam, aut pardus varietates ſuas.

a Sepi

a Sepi aures tuas,] Docuit non loqui mala, modo docet non audire mala; utrumque enim malum eſt. Unde dicit: Sepi aures tuas ſpinis, ideſt, (aculeis timoris Dei, ne audiant vanitatem, varias cantilenas. Vel. Sepi aures tuas ſpinis,) ideſt, verbis duræ reprehenſionis. *b* Et noli audire linguam nequam] ideſt, adulatoriam, vel detractoriam. Qui enim duriter reprehenderet adulatores, & detractores, cum adulantur, vel detrahunt, ſilerent confuſi, *Prov.* 24. Ventus Aquilo diſſipat pluvias, & facies triſtis linguam detrahentem. Non enim libenter opponit adulator, vel detractor linguam ſuam ad ſpinas. Et ideo ſi vis vitare detractores, & adulatores, fac auribus tuis ſepem ſpinarum, ideſt, durarum reprehenſionum, de qua dicit *Eccl.* 5. Qui diſſipat ſepem, mordebit eum coluber, *Iſa.* 58. Suſcitabis fundamenta generationis, & generationis, & vocaberis ædificator ſepium, avertens ſemitas iniquitatis, *Naum.* 3. Parvuli tui quaſi locuſtæ locuſtarum, quæ conſident in ſepibus in die frigoris: Sol ortus eſt, & avolaverunt. Bene dicit, quod locuſtæ in die frigoris conſident, & orto Sole avolant, quia adulatores, & detractores triſtes facti non cantant, ſed hilariter audient.

a Sepi aures tuas ſpinis, & *b* noli audire linguam nequam, *c* & ori tuo facito oſtia, & *d* ſeras auribus tuis. *e* Aurum tuum & argentum tuum conflа: *f* & verbis tuis facito ſtateram, *g* & frænos ori tuo rectos; *h* & attende ne forte *i* labaris in lingua, † & k cadas in *l* conſpectu inimicorum *m* inſidiantium tibi: & ſit *n* caſus tuus inſanabilis in mortem.

al. † tua.

C A P. XXIX.

QUi *o* facit miſericordiam, *p* fœneratur proximo ſuo: *q* & qui prævalet manu, *r* mandata ſervat. *ſ* Fœnerare *t* proximo tuo in *u* tempore neceſſitatis illius: *x* & iterum *y* redde proximo in *z* tempore ſuo.

Myſtice. Myſtice. *a* Sepi aures tuas ſpinis,] quibus coronatus fuit Dominus, ideſt, memoria Dominicæ paſſionis.

b Et noli audire linguam nequam,] ideſt, blaſphemam, & contumelioſam.

c Et ori tuo facito oſtia,] diſcreti ſilentii, ut quandoque claudatur, quandoque aperiatur ad loquendum pro loco, & tempore, quaſi dicat: non ſemper ſit os tuum clauſum, nec ſemper apertum. Unde *Pſ.* 140. Pone, Domine, cuſtodiam ori meo, & oſtium circumſtantiæ labiis meis, *Num.* 19. Vas, quod non habet operculum, nec ligaturam deſuper, immundum erit. *d* Et ſeras auribus tuis facito, ut aliquando aperiri poſſint ad audiendum; aliquando claudi, ne audiant ſanguinem, *Iſa.* 33. Qui obturat aures ſuas, ne audiat ſanguinem: & claudit oculos ſuos, ne videat malum; iſte in excelſis habitabit, *ſup* 12. dictum eſt de hoc. e Aurum tuum, & argentum tuum confla] i. ſapientiam, & eloquentiam ſimul junge, ut non ſit ſapientia muta, nec ſit eloquentia ſtulta. Item aurum tuum, & argentum tuum conflare eſt bonam operationem ſanæ doctrinæ ſociare. Et tunc fit ſpecies electri, ideſt, elegans, & fructuoſa doctrina, *Act.* 1. Cœpit Jeſus facere, & docere, *Matt.* 5. Qui fecerit, & docuerit, hic magnus vocabitur in regno cœlorum, *Prov.* 25. Aufer rubiginem de argento, & egredietur vas doctrinæ puriſſimum. *f* Et verbis tuis facito ſtateram,] diſcretionis, ut nihil indiſcretum loquaris, ut prius veniat ſermo tuus ad limam, quam ad linguam, *ſup.* 21. Verba prudentium ſtatera ponderabuntur. *g* Et frænos ori tuo,] ideſt, rectum moderamen conſilii, modeſtiæ, & abſtinentiæ, contra adulationem, detractionem, maledictum, præcipitationem, atque caſtrimargiam, *Job* 30. Poſuit frænum ori meo. *Greg.* Boni viri fræno conſilii refrænant præcipitationem verbi. Hoc frænum apponit *Apoſt.* ori noſtro, ubi dicit: Omnis ſermo malus non procedat ex ore veſtro; ſed ſi quis bonus eſt ad ædificationem fidei, ut det gratiam audientibus, *Eph.* 5.

h Et attende] qualiter, vel quid, aut cui loquaris.

i Ne forte labaris] ideſt, in verbo male prolato.

k Et cadas] caſu ſpirituali, & periculoſo.

l In conſpectu inimicorum,] i. Dæmonum, vel æmulorum. *m* Inſidiantium tibi] ideſt, ad te capiendum.

n Et ſit caſus tuus, &c.] æternum, *ſup.* 20. Lapſus falſæ linguæ, quaſi qui in pavimento cadens. Caſus Juſtorum, & maxime Prælatorum, & Prædicatorum, & Doctorum periculoſus eſt propter exemplum. Unde *Prov.* 25. Fons turbatus pede, & vena corrupta, Juſtus cadens coram impio.

EXPOSITIO CAP. XXIX.

QUi facit miſericordiam, &c.] Sicut dicitur *Dan.* 4. Iniquitas miſericordiis pauperum redimitur, & vitatur. Et ideo quia Auctor in prædicto capitulo de caſu linguę nequam dixerat, quod eſt inſanabilis in mortem: ne quis deſperatione periret, ſubjungit de miſericordia, per quam reſurgitur a caſu, & vitatur. Dividitur autem totum capitulum in quatuor partes. In primo hortatur ad mutuum faciendum pauperibus tempore neceſſitatis, licet multi male reſtituant mutuatum, ſicut ipſe Auctor oſtendit in littera. In ſecundo hortatur ad eleemoſynam faciendam, quod majus eſt, quam mutuum dare, *ibi*: Conclude eleemoſynam. In tertia hortatur ad fidejuſſionem faciendam proximo ad cavendam ingratitudinem, & ſtultam promiſſionem, *ibi*: Vir bonus fidem facit proximo. In quarta & ultima agit Auctor de parcitate victus, & veſtitus ſervanda, & de fraudulentia hoſpitum præcavenda, *ibi*: Initium vitæ hominis. Dicit ergo: *o* Qui facit miſericordiam] Hypallage eſt, ideſt: *p* Qui fœneratur,] ideſt, qui accomodat pecuniam, vel rem aliam neceſſariam proximo indigenti.

o Facit miſericordiam,] ideſt, opus miſericordiæ. Sicut enim datum, ita & mutuum opus miſericordiæ eſt, cum ſit gratis, & propter Deum, *Luc.* 6. Benefacite & mutuum date, nihil inde ſperantes, & erit merces veſtra multa. Melius legitur ſine hypallage.

o Qui facit miſericordiam,] ideſt, aliquod opus miſericordiæ. Viſito, poto, cibo, redimo, colligo, condo, tego, ideſt, veſtio, colligo in hoſpitio, condo, ideſt, in ſepulchro.

p Fœneratur proximo ſuo,] ideſt, Chriſto, multo plus accepturus: pro nummo, regnum: pro tecto, cœlum: pro pane, & vino, ſatietatem refectionis æternæ: pro unica tunica, gloriam immortalitatis, pro una ſepultura mortui, requiem æternam, *Prov.* 19. Fęneratur Domino, qui miſeretur pauperis, & viciſſitudinem ſuam reddet ei.

q Et qui prævalet manu,] ideſt, munificentia largitatis.

r Mandata ſervat,] de miſericordia facienda excellentius, quam ille, qui dat mutuo: plus enim eſt dare, quam commodare, *Luc.* 6. 51. Quod ſupereſt, date eleemoſynam: & ecce omnia munda ſunt vobis, *Heb.* 12. Remiſſas manus, & ſoluta genua erigite, *Prov.* 10. Egeſtatem operata eſt manus remiſſa; manus autem fortium divitias parat. Ideo dictum eſt *ſup.* 4. Non ſit porrecta manus tua ad accipiendum, & ad dandum collecta. Ibi per totum capitulum de hac miſericordia ſatis dictum eſt.

ſ Fœnerare,] ideſt, gratis commoda.

t Próximo tuo,] ideſt, omni homini.

u In tempore neceſſitatis illius,] hoc eſt, ad neceſſitatem ejus revelandam, non ad voluptatem explendam, *Pſal.* 111. Jucundus homo, qui miſeretur & commodat.

x Et iterum redde proximo tuo in tempore ſuo,] ideſt, ſecundo & tertio redde pauperi, ideſt, commoda, quod ei debes in tempore neceſſitatis ſuæ. Pauperi enim neceſſitatis tempore debetur eleemoſyna dati, vel mutui. Unde *ſup.* 4. Declina pauperi aurem tuam ſine triſtitia, & redde debitum tuum. Et tamen hoc debitum gratia eſt, cum gratis redditur. Unde *ſup.* 3. Qui reddit gratiam, meminit in poſterum debitorem. Eleemoſyna eadem ratione, qua dicitur ſenus, dicitur & ſemen, quia cum multiplici lucro redditur, 1. *Cor.* 9. Qui parce ſeminat, &c. Vel aliter poteſt legi, ut fiat ſermo ad debitorem. Alternatim enim monet Auctor, nunc divites ad mutuandum pauperibus, nunc pauperes ad reſtituendum divitibus, quod poſſunt. Unde cum dixiſſet diviti: Fœnerare proximo tuo, alloquens debitorem, adjunxit. *x* Et iterum,] tu debitor. *y* Redde proximo,] qui tibi commodavit. *z* In tempore ſuo, ideſt, in tempore ſtatuto, vel cum potes.

Myſtice. *ſ* Fœnerare proximo tuo] ideſt, Chriſto, ideſt, ejus filiis, ideſt, pauperibus miſericordiam impendendo. Myſtice.

x Et iterum redde proximo,] ideſt, Chriſto. *z* In tempore ſuo,] ideſt, in tempore gratiæ, dum tempus eſt operandi. Chriſtus ergo & debitor, & creditor noſter eſt. Debitor quidem noſter eſt omnium, quæ pro ipſo dedimus, *Luc.* 10. Curam illius habe, & quodcunque ſupererogaveris, ego cum rediero, reddam tibi. Item creditor noſter eſt, qui mutuavit nobis corpus, & animam, & omnia, quæ habemus, *Sap.* 15. Qui ſpiritum mutuatus eſt, is finxit illos, *Luc.* 7. Duo debitores erant cuidam fœneratori. *ſ* Fœnerare,] ergo (proximo,) ideſt, Chriſto. a In tempore neceſſitatis illius,] ideſt, modo, quia indiget in membris ſuis.

x Et iterum redde proximo,] quia ipſe mutuavit tibi.

z In tempore ſuo,] ideſt, cum locus & opportunitas fuerit.

a Con-

a Confirma verbum] operis executione, diligenti examinatione, veteris, ac novi Teſtamenti auctoritate. *b* Et fideliter age cum illo,] ideſt, ſac quod dicit, & crede, quod audis. Vel monet debitorem, ut fidem ſervet creditori ſuo. Unde dicit: O tu debitor.

a Confirma verbum,] ideſt, firmiter ſerva, quod promiſeris.

B

b Et fideliter age cum illo,] ideſt, cum creditore tuo.

c Et in omni tempore invenies, quod tibi neceſſarium eſt,] ideſt, libenter accommodabit tibi creditor, cum verum ei dixeris; ſed pauci veri, ſive fideles inveniuntur hodie, *Prov.* 21. Multi homines miſericordes vocantur; virum autem fidelem quis inveniet?

d Multi quaſi inventionem æſtimaverunt fœnus,] ideſt, commodatum, ſive mutuatum ſibi.

e Et præſtiterunt moleſtiam his, qui ſe adjuverunt,] mutuando, quod neceſſarium erat, gratis ſine uſura. In hoc ſunt fere omnes, & maxime nobiles, omne mutuum inventionem putant, *Mich.* 7. Princeps poſtulat, & Judex in reddendo eſt.

f Donec accipiant, oſculantur manum dantis,] ideſt, adulantur, & blandiuntur creditoribus ſuis, quouſque mutuaverint eis.

a Confirma verbum, & *b* fideliter age cum illo, & *c* in omni tempore invenies, quod tibi neceſſarium eſt. *d* Multi quaſi inventionem æſtimaverunt fœnus, *e* & præſtiterunt moleſtiam his, qui ſe adjuverunt: *f* Donec accipiant, oſculantur manus dantis, *g* & in promiſſionibus humiliant vocem ſuam, *h* & in tempore redditionis *i* poſtulabit tempus, *k* & loquetur verba tædii, & murmurationum, *l* & tempus cauſabitur. *m* Si autem potuerit reddere, *n* adverſabitur: *o* ſolidi vix reddet dimidium, & *p* computabit illud *q* quaſi inventionem. *r* Sin autem *ſ* fraudabit illum pecunia ſua, & *t* poſſidebit illum *u* inimicum gratis, & *x* convitia & maledicta reddet illi: *y* & pro honore & beneficio reddet illi contumeliam. *z* Multi non cauſa nequitiæ *a* non fœnerati ſunt, ſed *b* fraudari gratis *c* timuerunt. *d* Verumtamen ſuper humilem *e* animo fortior eſto, & *f* pro eleemoſyna non *g* trahas illum. *h* Propter mandatum *i* aſſume pauperem: *k* propter inopiam ejus ne dimittas eum vacuum. *l* Perde pecuniam propter fratrem & amicum: *m* & non abſcondas illam *n* ſub lapide in *a* perditionem. *p* Pone theſaurum tuum *q* in præceptis Altiſſimi: *r* & proderit tibi magis, quam aurum. *ſ* Conclude eleemoſynam in † ſinu pauperis: & hæc

al. † corde.

g Et in promiſſionibus humiliant vocem ſuam,] ideſt, humiliter promittunt ſe reddere omnia tempore definito. *h* Et in tempore redditionis,] ideſt, in tempore, quo promiſit ſe reddere.

i Poſtulabit tempus] ideſt, dilationem, & inducias.

k Et loquetur verba tædii, & murmurationum,] contra creditorem.

l Et tempus cauſabitur,] ideſt, temporis chariſtiam, & anguſtiam, vel aeris intemperantiam.

m Si autem potuerit reddere,] ideſt, ſi potens fuerit ad reddendum.

n Adverſabitur,] partem retinendo, vel dicendo commodatum non fuiſſe bonum, argentum non purum, denarios falſos, bladum putridum. Vel ſic

m Si autem potuerit reddere, adverſabitur.

a Solidi vix reddet dimidium,] ideſt, vix reddet medietatem ſummæ ſibi accommodatæ.

p Et computabit illud] mutuum, vel partem mutui.

q Quaſi inventionem,] quia retinet, & non vult reddere. *r* Sin autem, ideſt, ſi non poterit retinere totum, vel partem mutui.

ſ Fraudabit illum pecunia ſua] quia falſam pecuniam, ſi poteſt, reddet ei.

t Et poſſidebit illum,] ſcilicet, creditor debitorem.

u Inimicum gratis,] ideſt, ſine culpa ſua.

x Et convitia & maledicta reddet illi,] ideſt, creditori.

y Et pro honore & beneficio, reddet ei contumeliam.] Et ita videtur Auctor diſſuadere a mutuo. Unde vulgo dicitur: Si commodavi, non recepi; ſi recepi, non totum; ſi totum, non tale; ſi tale, de amico inimicum, *Sap.* 16. Ingrati ſpes, tanquam glacies hybernalis tabeſcet, & diſperiet, tanquam aqua ſupervacua.

z Multi non cauſa nequitiæ] ideſt, avaritiæ.

a Non fœnerati ſunt,] ideſt, nolunt aliis commodare.

b Sed fraudari gratis,] ideſt, ſine culpa ſua.

c Timuerunt,] & propter hujuſmodi timorem miſericordiam mutui excluſerunt, timentes decipi, nolunt miſereri: cum tamen ſcriptum ſit: Omni petenti te tribue, *Luc.* 6. Non eſt plena charitas, quam retardat cupiditas. Unde 1. *Joan.* 4. Qui viderit fratrem ſuum neceſſitatem habere, & clauſerit viſcera ſua ab eo, quomodo charitas Dei manet in eo? Unde & hic ſequitur.

d Verumtamen ſuper humilem,] ideſt, ſuper pauperem.

e Animo fortior eſto,] contra tentationes de non reddendo, vel contra timorem de non recuperando, ut fiat ſermo tam creditori, quam debitori, *Pſal.* 40. Beatus, qui intelligit ſuper egenum, & pauperem. *f* Et pro eleemoſyna non trahas illum] pauperem, ideſt, non protrahas, ſed cito indigenti da, vel commoda, *Sup.* 2. Cor inopis ne affligeris, & non protrahas datum anguſtianti, *Prov.* 3. Ne dicas amico tuo: vade & revertere: cras dabo tibi, cum ſtatim poſſis dare. Vel ſic lege.

f Pro eleemoſyna] mutui, quod feciſti pauperi.

g Non trahas illum] in cauſam, ſi videris impotentem ſolvere.

h Propter mandatum] Domini, *Iſa.* 58. Frange eſurienti panem tuum. Et *Luc.* 6. Date, & dabitur vobis.

i Aſſume pauperem] ad paſcendum non divitem.

k Et propter inopiam ejus non dimittas eum vacuum] munere tuo, quaſi dicat, ſubveni ei, quia inops eſt; non quia ſervus, vel conſanguineus tuus. Vel ſic: Propter inopiam ejus non dimittas eum vacuum, commodo tuo, ideſt, quamvis videas eum inopem & impotentem ſolvere; non ideo dimittas commodare. Facile enim eſt in oculis Domini ſubito honeſtare pauperem, *ſup.* 11. Unde *ſup.* 4. dicitur: Rogationem contribulati ne abjicias, & non avertas faciem tuam ab egeno, ideſt, ab eo, qui eſt egenus.

C

l Perde pecuniam propter fratrem, & amicum,] ideſt, propter pauperem ſuſtinendum, qui frater & amicus tuus eſt.

Vel propter Chriſtum, qui frater tuus & amicus tuus eſt. Frater, quia homo ejuſdem naturæ, *Geneſ.* 45. Ego ſum, ait Joſeph, frater veſter, quem vendidiſtis in Ægyptum. Amicus, quia amat omni tempore affectu & effectu: Etiam amatur, *Cant.* 5. Talis eſt Dilectus meus, & ipſe eſt amicus meus, filiæ Jeruſalem. Perde pecuniam, dicit, ſecundum opinionem cupidi & avari, qui dare pauperi perdere reputat.

Vel, perde temporaliter, ut invenias æternaliter, *Eccl.* 11. Mitte panem tuum ſuper tranſeuntes aquas, quia poſt multa tempora illum invenies.

Vel perde pecuniam, ſicut agricola perdit ſemen, cum ſeminat in bona terra. De qua perditione dicitur *Joan.* 12. Qui amat animam ſuam, perdet eam.

m Et non abſcondas illam,] pecuniam ſcilicet.

n Sub lapide] ad litteram, retro focum, ſicut quidam fecit & ſcripſit: hic ſunt: & alius accepit, & ſcripſit: hic non ſunt, *Matth.* 6. Nolite theſaurizare vobis theſauros in terra. Vel, ſub lapide, ideſt, ſub duritia cordis avari, & immiſericordis. *Sup.* 20. Sapientia abſcondita, & theſaurus inviſus, quæ utilitas in utriſque?

a In perditionem] pecuniæ, vel animæ tuæ. Sæpe enim qui ſic abſcondit pecuniam ſuam, perdit eam ſimul & animam, *Luc.* 12. dixit dives: Congregabo omnia, quę nata ſunt mihi, & bona mea, & dicam animæ meæ: anima, habes multa bona repoſita in annos plurimos: requieſce, comede, bibe, epulare. Dixit autem illi Deus: Stulte, hac nocte repetent a te animam tuam; & hæc, quæ congregaſti, cujus erunt? *p* Pone theſaurum tuum] tam ſpiritualem, quam corporalem. *q* In præceptis Altiſſimi,] i. in uſu pauperum, ſive in operibus miſericordiæ, ſecundum quod præcepit Altiſſimus. Manus enim pauperum ſunt gazophylacium Chriſti, ubi tute ſervatur omnis theſaurus, *Luc.* 12. Vendite, quæ poſſidetis, & date eleemoſynam; facite vobis ſacculos, qui non veteraſcunt, theſaurum indeficientem in cœlis.

r Et proderit tibi magis, quam aurum] abſconditum. *ſ* Conclude eleemoſynam in ſinu pauperis] ideſt, da occulte, *Matth.* 6. Cum facis eleemoſynam noli ante te tuba canere, ſicut hypocritæ faciunt, ideſt, cauſa vanæ gloriæ. Te autem faciente eleemoſynam, neſciat ſiniſtra tua, quid faciat dextera tua, ideſt, illi, qui ſunt a ſiniſtris, neſciant eleemoſynam, quam das a dextris, & pro æternis, *Prov* 21. Munus abſconditum extinguit iras; & donum in ſinu indigna-

a pro te exorabit ab omni malo. *b* Eleemoſyna viri, quaſi ſacculus cum ipſo: *c* & gratiam hominis, quaſi pupillam conſervabit, *d* & poſtea reſurget, *e* & retribuet *f* illis *g* retributionem *h* unicuique in caput illorum. *i* Super ſcutum potentis, & ſuper lanceam adverſus inimicum tuum k pugnabit. *l* Vir bonus *m* fidem facit *n* proximo ſuo: *o* & qui perdiderit, *p* confuſionem derelinquet ſibi. *q* Gratiam fidejuſſoris ne *r* obliviſcaris: *ſ* dedit enim pro te *t* animam ſuam. *u* Repromiſſorem *x* fugit peccator, & *y* immundus. *z* Bona † verba repromiſſoris ſibi, *a* aſcribit peccator, & *b* ingratus ſenſu *c* derelinquit liberantem ſe. *d* Vir repromittit de proximo ſuo: *e* & cum perdiderit reverentiam, *f* derelinquetur ab eo. *g* Repromiſſio nequiſſima *h* multos perdidit † diligentes, & *i* commovit illos, quaſi fluctus maris. k Viros potentes *l* gyrans migrare fecit, & *m* vagati ſunt in Gentibus alienis. *n* Peccator tranſgrediens mandatum Domini, incidet in † repromiſſionem nequam; & qui *o* conatur multa agere, *p* incidet in judicium. *q* Recupera proximum ſecundum *r* virtutem tuam: & *ſ* attende tibi, ne

dignationem maximam. *a* Et hæc pro te exorabit ab omni malo,] idest pauper, cui dabis eleemoſynam, orabit, ut tibi omnia peccata dimittantur, *Tobiæ* 4. Eleemoſyna ab omni peccato, & a morte liberat, & non patitur animam ire in tenebris. *b* Eleemoſyna viri, quaſi ſacculus cum ipſo] idest, res ſive theſaurus repoſitus in ſacculo, ad quem recurritur in neceſſitate. (*Sap.* 17.)

c Et gratiam hominis, quaſi pupillam conſervabit,] i. bene & fideliter, ſicut palpebra conſervat pupillam oculi. Idem & per eadem verba habemus *ſup.* 17.

C *d* Et poſtea reſurget] in die judicii, ſicut granum ſeminatum reſurgit in tempore ſuo. *e* Et retribuet,] idest, retribui faciet. *f* Illis,] idest facientibus eleemoſynam.

g Retributionem] æternam. *h* Unicuique in caput illorum,] i. in mentem, ſive ſecundum intentionem ſuam, *Johel. ultim.* Cito velociter reddam viciſſitudinem vobis ſuper caput veſtrum. Et *inf.* Convertam retributionem veſtram in caput veſtrum.

i Super ſcutum potentis, & ſuper lanceam adverſus inimicum tuum,] i. diabolum. (al. † non habet verba.) k Pugnabit] pro te: Hoc eſt, plus valet eleemoſyna contra inimici jacula, quam arma corporalia: quia hæc dubiam, illa æternam parit victoriam, ut abſorbeatur mors in victoria, 1. *Cor.* 15. Scutum eſt ad protegendum, lancea ad impugnandum; ſic eleemoſyna, & protegit contra jacula diaboli, & impugnat, ac debilitat vires illius. De hac materia ſatis dictum eſt *ſup.* 3. 4. 12. 17.

l Vir bonus,] idest, quicumque Juſtus.

m Fidem facit proximo ſuo,] idest, fidejubet pro proximo ſuo indigenti. Hoc enim opus miſericordiæ eſt, ſicut datum & mutuum.

o Et qui perdiderit] fidem erga proximum, non credens in tantum proximo, ut velit fidem præbere pro ipſo

p Confuſionem derelinquet ſibi,] idest, peccatum, unde confundetur in futuro, niſi pœnituerit.

(*Myſtice.*) Myſtice, *l* Vir bonus,] idest, Chriſtus. *Luc.* 18. Nemo bonus, niſi ſolus Deus. *m* Fidem facit proximo ſuo,] idest, infundit in Baptiſmo, vel in contritione.

o Et qui perdiderit,] hanc fidem. *p* Confuſionem derelinquet ſibi,] æternam, *Jer.* 20. Non intellexerunt opprobrium ſempiternum, quod nunquam delebitur.

Item myſtice de Prælatu. *l* Vir bonus] ſibi & aliis, idest, bonus Prælatus. *m* Fidem,] idest, fidejuſſionem. *n* Facit proximo ſuo,] idest, Chriſtu pro ſubditis, quando curam eorum ſuſcipit.

o Et qui perdiderit] unam de animabus ſibi commiſſis.

p Confuſionem] ſempiternam, derelinquet ſibi. Unde 3. *Reg.* 20. Et cum fugiſſet vir unus, adduxit eum quidam ad me, & ait: Cuſtodi illum, qui ſi lapſus fuerit, erit anima tua pro anima illius, aut talentum argenti appendes, *Prov.* 6. 11. 20. & 27. de hac materia.

q Gratiam fidejuſſoris ne obliviſcaris,] ad litteram, quaſi ingratus, vel nolens liberare eum.

ſ Dedit enim pro te animam ſuam,] idest, res ſuas, quibus ſuſtentatur anima, idest, vitam ſuam obligavit pro te. *u* Repromiſſorem,] idest, fidejuſſorem.

x Fugit peccator] in opere. *y* Et immundus] corde, quando tranſivit terminus ſolutionis.

z Bona verba repromiſſoris,] idest, fidejuſſoris.

a Sibi aſcribit peccator,] idest, malus creditor, ad litteram. Putat enim, quod propter probitatem, aut nobilitatem ſuam debeat ejus fidejuſſor fieri.

b Et ingratus ſenſu,] idest, ſcienter.

c Derelinquit liberantem ſe,] idest, permittit fidejuſſorem ſuum incurrere.

(*Myſtice.*) Z Myſtice. *q* Gratiam fidejuſſoris,] i. Doctoris, vel Prælati. *r* Ne obliviſcaris] neceſſaria vitæ porrigendo, *Deut.* 25. Non alligabis os bovis triturantis in area fruges tuas. Vel ſic: *q* Gratiam fidejuſſoris ne obliviſcaris,] inobediens exiſtendo, *Heb. ult.* Obedite Præpoſitis veſtris; ipſi enim pervigilant, quaſi rationem pro animabus veſtris reddituri. Vel ſic: Gratiam fidejuſſoris,] idest, Chriſti, qui fidejuſſorem ſe conſtituit erga patrem pro tota Eccleſia. Unde *Iſa.* 38. Domine, reſponde pro me. Ne obliviſcaris,] ſed ſemper recogita gratias mente, & opere referendo.

ſ Dedit enim pro te] redimendo, liberando, ſalvando. *t* Animam ſuam] in mortem, *Jer.* 12. Dedi dilectam animam meam in manus inimicorum ejus. Hæc fuit gratia, quam nemo debet oblivisci: quia majorem charitatem nemo habet, quam ut animam ſuam quis ponat pro amicis ſuis, *Joan.* 15. *u* Repromiſſorem,] idest, Doctorem, vel Prælatum vel Prædicatorem, Chriſtum. (al. † diligentes.)

x Fugit peccator, & immundus] idest, hæreticus, & falſus Chriſtianus. Vel. *x* Peccator] quoad peccata ſpiritualia. D

y Et immundus] quoad peccata carnalia; quia non vult ſanari medicina Medici. (al. † promiſſionem.)

z Bona verba repromiſſoris] idest, Prædicationes contra vitia factas.

a Sibi aſcribit peccator,] idest, propter ſe, & contra ſe putat dictas. Unde *ſupra* 11. Bona in mala convertens inſidiatur, & in Electis imponet maculam.

b Et ingratus ſenſu] quem dedit ei Dominus.

c Derelinquit liberantem ſe] idest, volentem liberare a diabolo, quantum in ſe eſt, *Luc.* 6. Ipſe benignus eſt ſuper ingratos, & malos. *d* Vir repromittit de proximo ſuo,] cuſtodiendo, *Luc.* 13. Fodiam circa illam, & mittam ſtercora. *e* Et cum perdiderit reverentiam,] idest, verecundiam, vel timorem Dei.

f Derelinquetur ab eo,] Prælatus a ſubdito, vel ſubditus a Prælato, ſi invenit majus beneficium.

g Repromiſſio nequiſſima,] idest, receptio curæ per ſimoniam, vel per hypocriſim, aut per mendacium, aut propter lucrum temporale.

h Multos perdidit diligentes,] non Deum, non animas, ſed divitias, vel honores.

i Et commovit illos quaſi fluctus maris] per lites & contentiones, aut per remorſum conſcientiæ, *Iſa.* 58. Cor impii, quaſi mare fervens, quod quieſcere non poteſt, & redundant fluctus ejus in conculcationem & lutum, & non eſt pax impiis, dicit Dominus Deus.

k Viros potentes,] idest, magnos Prælatos.

l Gyrans migrare fecit] uſque Romam, montes, & alpes. *m* Et vagati ſunt Gentibus alienis.] Multi enim Prælati ſæpe tranſeunt in montes, & alpes propter honores, & prælationes, qui propter Deum nollent ire uſque ad ſanctum Dionyſium, *Jer.* 50 Grex perditus factus eſt populus meus, paſtores eorum ſeduxerunt eos, feceruntque vagari in montibus, de monte in collem tranſierunt, obliti ſunt cubilis ſui. *n* Peccator tranſgrediens mandatum Domini incidet in repromiſſionem nequam,] quia cum ſit incuratus promittit ſe alios curaturum, *Luc.* 4. Utique dicetis mihi: Medice, cura teipſum. Vel peccator tranſgrediens mandatum Domini, incidit in repromiſſionem nequam, idest, in maledictionem æternam, quam Dominus promiſit tranſgreſſoribus mandatorum ejus, *Deuteron.* 27. Maledictus, qui non permanet in ſermonibus legis hujus, nec eos opere perficit.

o Et qui conatur multa agere] ſimul, vel ſupra vires ſuas.

p Incidet,] ad litteram, in judicium litium, vel æternæ damnationis. Unde *ſup* 11. Fili, ne in multis ſint actus tui, *Exod.* 18. dixit Jethro ad Moyſen: Ultra vires tuas eſt negotium, ſolus illud non poteris ſuſtinere, &c.

q Recupera proximum tuum] largiendo quibus indiget, ſi pauper factus eſt.

r Secundum virtutem tuam,] idest, ſecundum facultatem tuam.

ſ Et attende tibi, ne incidas] in paupertatem, vel in peccatum, vel in manus Domini, *Hebr.* 10. Horrendum eſt incidere in manus Dei viventis.

a Initium

incidas. *a* Initium vitæ hominis *b* aqua & *c* panis, & *d* veſtimentum, & *e* domus protegens *f* turpitudinem. *g* Melior eſt victus pauperis ſub *h* tegmine aſſerum, quam *i* epulæ ſplendidæ in peregre ſine *k* domicilio. *l* Minimum pro *m* magno *n* placeat tibi, & *o* improperium peregrinationis non audies. *p* Vita nequam hoſpitandi de domo in domum: *q* & ubi hoſpitabitur non fiducialiter aget, nec *r* aperiet os. *ſ* Hoſpitabitur, *t* & paſcet, & potabit ingratos: & *u* adhuc amara audiet. *x* Tranſi hoſpes & *y* orna menſam: & *z* quæ in manu habes, *a* ciba ceteros. *b* Exi a facie honoris amicorum meorum: *c* neceſſitudine domus meæ, *d* hoſpitio mihi factus † eſt frater. *e* Gravia hæc homini *f* habenti ſenſum: † *g* correptio domus, & *h* improperium fœneratoris,

a Initium vitæ hominis. *Rab.* Frugalitatem & hoſpitalitatem, & honeſtatem docet Auctor hic, ideſt, ut temperantes ſimus in victu & veſtitu: honeſti in moribus: largi in ſuſcipiendis fratribus. Et in principio reprehendit luxuriam
Inf. 30. cibi & potus, ſuperfluitatem veſtium, exceſſum turrium, & palatiorum: Non enim in principio mundi hæc erant in uſu, ſed pomis arborum, & oleribus herbarum vivebant antiqui: & Deus poſt peccatum primis parentibus tunicas pelliceas fecit. Et *Hier.* Vile oluſculum, & panis crebrarius cibus erat. Et hoc eſt, quod dicit.

a Initium vitæ hominis,] ideſt, initialis, ſive primitiva ſuſtentatio hominis fuit.

b Aqua & panis] uno lac; quia prius lacte puer nutritur, quam aqua, vel pane. Item primus homo nec lacte, nec pane, nec aqua primo uſus eſt; ſed pomis. Unde & dictum eſt ei: De omni ligno Paradiſi comedes. Sol. Initium vitæ hominis, ideſt, ſubſtantialis & principalis ſuſtentatio hominis eſt aqua & panis poſt peccatum. Unde poſt peccatum dictum eſt homini: In ſudore vultus tui veſceris pane tuo, *Gen.* 3. *d* Et veſtimentum] ſine ornatu. *e* Et domus protegens, ideſt, protegere ſufficiens. *f* Turpitudinem,] egeſtionis. Ad litteram, in princi-
Al. † eis. pio faciebant cavernas in terra, vel in arboribus, in quibus ibant ad requiſita naturæ. Et hæc caverna dici-
Al. † correptio, tur hic domus protegens turpitudinem, *Deut.* 23. Habebis locum extra caſtra, ad quem exibis ad requiſita naturæ geſtans paxillum in baltheo, &c. Vel, domus protegens turpitudinem, dicitur tentoria & paſſophoria & cavernæ & ſpeluncæ mon-
Gen. 2. tium, in quibus antiqui habitabant, ſicut legitur *Heb.* 11. In ſolitudinibus errantes, & in montibus, & in ſpeluncis, & in cavernis terræ. Nunc vero fiunt cavernæ ſub terra ad vina frigidius conſervanda, turres jam, & palatia ad habitandum, *Jer.* 22. Væ qui dicit: ædificabo mihi domum latam, & cœnacula ſpatioſa, qui aperit ſibi feneſtras, & facit laquearia cedrina, pingitque ſynopide, *Gloſſ.* ideſt, ſanguine JESU CHRISTI.

Myſtice. Myſtice. *a* Initium vitæ hominis] ſpiritualis,
b Aqua,] Baptiſmi. *c* Et panis] Euchariſtiæ.
d Et veſtimentum] virtutis.
e Et domus protegens turpitudinem,] in converſatione ſancta.
g Melior eſt victus pauperis ſub tegmine aſſerum,] domus propriæ.
i Quam epulæ ſplendidæ in peregre, ideſt, in peregrinatione. Vel, una dictio, ideſt, valde peregre.
h Sine domicilio,] proprio, quaſi dicat, melius eſt tenuem victum ſub vili tugurio cum ſecuritate ſumere, quam ſplendidas epulas in tetris quærere. Unde *Eccl.* 4. Melior eſt pugillus cum requie, quam plena utraque manus cum dolore & afflictione animi, *Prov.* 17. Melior eſt buccella ſicca cum gaudio, quam plena domus victimis cum jurgio.

Myſtice. Myſtice. *g* Melior eſt victus pauperis, &c.] Melior eſt ſenſus ſpiritualis ſub vili littera, quam ambitioſæ Philoſophorum deliciæ, quæ in libris variis continentur, *Prov.* 15. Melius eſt vocari ad olera cum charitate, quam ad vitulum ſaginatum cum odio.

Moraliter. Moraliter. *g* Melior eſt victus pauperis,] ideſt, groſſa prædicatio, vel doctrina, qua vivunt pauperes & ſimplices: *h* Sub tegmine aſſerum,] ideſt, ſub verbis impolitis & rudibus. *i* Quam epulæ ſplendidæ, &c.] ideſt, quam iniquæ Philoſophiæ, & ſermones lucentes & compoſiti ſine ædificatione, hoc eſt, melius eſt prædicare, vel docere groſſam, & utilem Theologiam, quam Tullii, vel Platonis elegantiam, *Pr.* 27. Sufficiat tibi lac caprarum in cibos tuos: & in neceſſaria domus tuæ, & in victum ancillis tuis. *l* Minimum
5 pro magno, &c.] ideſt, ſufficiat tibi, quod habes, licet modicum ſit, ne ſuperflue quæras quod adipiſci non vales. Unde *Eccl.* 7. Quid neceſſe eſt homini majora ſe quærere, cum ignoret, quid conducat ſibi in vita ſua numero dierum peregrinationis ſuæ? Vel ſic.

l Minimum] ideſt, paupertas, vel modica præbenda.

m Pro magno] ideſt, pro cœlo habendo.

n Placeat tibi,] *Tob.* 5. Sufficiebat nobis paupertas noſtra, ut divitias computaremus hoc, quod videbamus filium noſtrum.

o Et improperium peregrinationis non audies,] ideſt quod audiunt peregrini, quando aliqua petunt, quando dicitur eis, trutanni, alienigenæ, quod in lege prohibitum eſt. Unde *Levit.* 19. Si habitaverit advena in terra veſtra, & moratus fuerit inter vos, non exprobreris ei, ſed ſit inter vos quaſi indigena. *p* Vita nequam hoſpitandi de domo in domum,] ut ſcurra vagus. Unde *Luc.* 10. Nolite tranſire de domo in domum. *q* Et ubi hoſpitabitur non fiducialiter,] ideſt, non erit ſecurus, & quicquid faciat, ſive dormiat, ſive vigilet, cum timore facit. Nimis enim difficile eſt ſecuritatem inter ignotos, & maxime hoſpites invenire, *inf.* 36. Cui credit, qui non habet nidum? & deflectens ubique obſcuraverit quaſi ſuccinctus latro exiliens de civitate in civitatem. *r* Nec aperiet os,] ideſt, non audebit loqui, vel contradicere hoſpiti, vel familiæ domus.

Moraliter. *p* Vita nequam hoſpitandi de domo in domum] ideſt, de facultate in facultatem, de libro in librum. Quælibet enim facultas una domus eſt: Quilibet etiam liber Theologiæ una domus eſt. Unde ſugillat hic Auctor multos, qui imperfecte & inſufficienter & malo modo addiſcunt, modo ad domum Ariſtotelis, modo ad domum Hippocratis, modo ad domum Juſtiniani, modo ad domum Gratiani, modo ad domum Moyſi, modo ad domum Pauli & Petri, vel Chriſti currunt, & in nulla habitant. Et talis. *q* Non fiducialiter aget:] Non enim ſic invenitur Sapientia. *r* Nec aperiet os,] ad loquendum, vel docendum, vel prædicandum. Quomodo autem Sapientia quæri debeat, & inveniri queat, dicitur *Prov.* 2. Si quæſieris eam quaſi pecuniam, & ſicut theſaurus effoderis illam; tunc intelliges timorem Domini, & ſcientiam Dei invenies. Sequitur. *ſ* Hoſpitabitur,] in domo aliena. *t* Et paſcet, & potabit ingratos,] ad litteram, familiam domus. *Moraliter*

u Et adhuc amara audiet,] lites ancillarum, vagitus puerorum, computum fraudulentum.

x Tranſi hoſpes, &c.] ſecundum *Gloſſ.* Vox eſt Auctoris, vel Chriſti dicentis hoſpitantibus hujuſmodi.

x Tranſi hoſpes,] redi ad domum propriam.

y Et orna menſam] tuam.

z Et quæ in manu habes,] ideſt, de his, quæ poſſides, & labore tuo acquiris.

a Ciba ceteros,] ideſt, te, filios, & familiam tuam. Melius poteſt legi, ut ſit vox hoſpitis recipientis, qui dicit advenienti.

x Tranſi hoſpes,] ideſt, intra domum meam, & vade ultra in thalamum illum.

y Et orna menſam,] cibis & potibus & diverſis ferculis.

z Et quæ in manu habes, ciba ceteros,] ideſt, de his, quæ habes, da cibum ceteris, ideſt, familiæ domus. Si non dicit hoc verbo, dicit tamen facto, quia quando ille comedit in menſa ſua, venit tota familia, unus poſt alium, ideſt, aliquid facturus, vel dicturus.

b Exi a facie honoris amicorum meorum,] ideſt, amicorum meorum honorabilium. Hoc ſæpe dicitur poſt prandium, vel quando ſupervenit ditior hoſpes, tunc compellitur exire de thalamo honoris: tunc dicitur illi illud *Luc.* 14. Da huic locum.

c Neceſſitudine domus meæ,] ideſt, propter neceſſitatem domus meæ.

d Hoſpitio mihi factus eſt frater,] quaſi dicat, propter familiaritatem confidenter tibi dico ut cedas mihi & illi, & ſis in eo ut frater.

e Gravia hæc] quæ dicta ſunt.

f Homini habenti ſenſum,] rationis. Et ſimiliter gravia ſunt. *g* Correptio domus,] ideſt, familia domus objurgans & maledicens.

h Et improperium, &c.] ideſt, hoſpitis, qui ultra debitum vendidit ſua. Vel.

g Correptio domus,] ideſt, depauperatio domus.

h Et improperium, &c.] ad litteram, hæc prima ſunt, *Prov.* 22. Dives pauperibus imperat: & qui mutuum accipit, ſervus eſt fœnerantis.

EXPO-

Digitized by Google

C A P. XXX.

Qui diligit *a* filium ſuum, *b* aſſiduat illi flagella, ut *c* lætetur in noviſſimo ſuo: & non *d* palpet proximorum oſtia. Qui *e* docet filium, *f* laudabitur in illo: & in *g* medio domeſticorum in *h* illo gloriabitur. *i* Qui docet filium ſuum, in *k* zelum mittit inimicum: & in *l* medio amicorum gloriabitur in illo. *m* Mortuus eſt pater ejus, & *n* quaſi non eſt mortuus: *o* ſimilem enim reliquit ſibi poſt ſe. *p* In vita ſua vidit: & *q* lætatus eſt in illo. In *r* obitu ſuo non eſt contriſtatus: nec *ſ* confuſus eſt coram inimicis. *t* Reliquit enim defenſorem domus *u* contra inimicos, & *x* amicis *y* reddentem gratiam. Pro *z* animabus filiorum *a* colligabit vulnera ſua, & ſuper *b* omnem vocem *c* turbabuntur viſcera ejus. *d* Equus indomitus evadet *e* durus; *f* filius remiſſus *g* evadet præceps. *h* Lacta filium, † & *i* paventem te faciet: *k* lude cum eo, & contriſtabit te. *l* Non corrideas illi, *m* non condoleas: & in *n* noviſſimo *o* obſtupeſcent dentes tui. *p* Non des illi poteſtatem in *q* juventute: & ne *r* deſpicias cogitatus illius. *ſ* Curva cervicem ejus in *t* juventute: & *u* tunde latera ejus, dum infans eſt,

EXPOSITIO CAP. XXX.

Qui diligit filium ſuum, &c.] Hoc capitulum dividitur in quinque partes. Primo agitur de correctione filiorum. Secundo de ſanitate tam corporali, quam ſpirituali, cunctis divitiis præferenda, *ibi*, Melior eſt pauper ſanus.
A Tertio, de pernicioſa taciturnitate ſapientis, *ibi*: Bona abſcondita, &c. Quarto, de triſtitia fugienda, & jucunditate tenenda, *ibi*: Triſtitiam non des animæ tuæ. *(Prov. 13. Ibid. 23.)* Quinto, de contentione, & invidia, & hilaritate, ac † liberalitate *(al. † libertate.)* Prædicatorum ſectanda, ibi: Zelus eſt iracundia. Dicit ergo.

a Qui diligit filium ſuum] tam carnalem, quam ſpiritualem vera dilectione.

b Aſſiduat illi flagella a pueritia, & quamdiu juvenis eſt.

c Ut lætetur in noviſſimo ſuo] tam pater quam filius, quando ſcilicet jam non erit filius ſub virga patris.

d Et non palpet proximorum oſtia,] ſicut ſcurra, vel fornicator, vel ſicut fur. Exemplum de filio, qui comedit naſum patris ſui, cum ducebatur ad patibulum, quia non correxerat eum, *ſup.* 21. Pes fatui facilis in domum proximi ſui. De hoc dicitur *Prov.* 3. Quem diligit Deus, corripit. Item *Hebr.* 12. Et *Prov.* 13. Qui parcit virgæ, odit filium ſuum: qui autem diligit, inſtanter erudit illum. Item *Prov.* 22. Stultitia colligata eſt in corde pueri, & virga diſciplinæ fugabit illam. Item *Prov.* 23. Noli ſubtrahere a puero diſciplinam; ſi enim percuſſeris eum virga, non morietur. Tu virga percutis eum, & animam ejus de inferno liberabis. Item *Prov.* 29. Virga, atque correctio tribuit ſapientiam; puer autem qui dimittitur voluntati ſuæ, confundit matrem ſuam, *ſup.* 7. Filii tibi ſunt, erudi illos, & curva illos a pueritia eorum.

e Qui docet filium ſuum] ſive carnalem, ſive ſpiritualem, ſanam & utilem, ac honeſtam ſcientiam.

f Laudabitur in illo,] *Prov.* 10. Filius ſapiens lætificat patrem ſuum. *g* Et in medio domeſticorum in illo gloriabitur,] ad litteram, *Prov.* 10. Gloria patris filius ſapiens. Vel. *g* In medio domeſticorum, ideſt, Angelorum, & Sanctorum, qui ſunt domeſtici Dei.

h In illo gloriabitur] in futuro, *Prov.* 17. Corona ſenum filii filiorum, & gloria filiorum patres eorum, 1. *Theſſ.* 2. Vos enim eſtis gloria noſtra, & gaudium.

i Qui docet filium ſuum,] ſive carnalem, ſive ſpiritualem. *k* In zelum,] invidiæ (mittit inimicum) occaſionaliter: quia ſe & filium ſuum facit invidioſum; unde invidus efficitur inimicus. *l* Et in medio amicorum gloriabitur in illo,] ideſt, filio de illo bene docto.

m Mortuus eſt pater ejus,] ideſt, filii ſapientis.

n Et quaſi non eſt mortuus,] quia vivit in filio doctrina ejus, & converſatio. *o* Similem enim reliquit ſibi poſt ſe,] qui eum factis & dictis repræſentat, *Prov.* 13. Bonus relinquit hæredes filios ſuos & nepotes.

p In vita ſua vidit] pater filium ſuum bene doctum.

q Et lætatus eſt in illo,] ideſt, de illo.

r In obitu ſuo non eſt contriſtatus] de malo ſucceſſore.

ſ Nec confuſus eſt coram inimicis] corporalibus, ſive ſpiritualibus, *Gen.* 46. dixit pater ad Joſeph; Jam lætus moriar; quia vidi faciem tuam, & ſuperſtitem te relinquo. *Prov.* 23. Exultat gaudio pater Juſti, qui ſapientem genuit, lætabitur in eo. *t* Reliquit enim defenſorem domus,] ideſt, familiæ, conſcientiæ, vel Eccleſiæ.

u Contra Inimicos] Dæmones, hæreticos, & tyrannos. *x* Et amicis,] Deo, & Angelis, Sanctis, & omnibus Chriſtianis. *y* Reddentem gratiam] pro accepto beneficio doctrinæ boni exempli, & laudis. Unde 3. *Reg.* 2. dixit David Salomoni: Sed & filiis Berzellai Galaaditis reddes gratiam. *z* Pro animabus filiorum] ſalvandis.

a Colligabit vulnera ſua] pater vel filius bonus, quaſi dicat: exponet ſe morti pro ſalute filiorum. Colligabit dicit, ideſt, ſimul ligabit, ut notentur paſſio & compaſſio ſimul ineſſe in illo, 2. *Cor.* 11. Quis infirmatur, & ego non infirmor? Item 2. *Cor.* 12. Ego libentiſſime impendam, & ſuperimpendar ego ipſe pro animabus veſtris.

b Et ſuper omnem vocem,] familiæ dolentis, vel plangentis, vel lugentis. *c* Turbabuntur viſcera ejus] compaſſione pietatis, 2. *Cor.* 7. Viſcera ejus abundantius in vobis ſunt. B *d* Equus indomitus evadet] i. extra viam vadet.

e Durus,] ideſt, dure portans, vel irrefrænabilis propter duritiam oris, vel durus ad calcaria.

f Et filius remiſſus,] ideſt, indiſciplinatus, vel ſuæ voluntati dimiſſus.

g Evadet præceps,] extra viam juſtitiæ, hoc eſt, ſicut equus indomitus & durus in præcipitium vadit, & ſe & ſeſſorem interficit: *(al. † [illegible])* ſic filius indiſciplinatus in peccatum ibit; & ſe, & animam ſuam duplici morte occidit. Comparatur autem equo indomito filius ſtultus, propter laſciviam, propter ſuperbiam, propter fervorem, & propter duritiam, *(Sup. 7.)* *Jac.* 5. Equi amatores in feminas, & emiſſarii facti ſunt.

h Lacta filium tuum,] ideſt, ſi lactaveris erudiendo, molliter nutriendo.

i Et paventem te faciet,] ideſt, animo trepidantem. Ille enim pavidus eſt, ut dicit *Iſidorus*, quem fugat trepidatio mentis, qui videt filium errare, & vellet tangere; & non audet propter nimii amoris remiſſionem. Ideo dicit Salomon *Prover.* 24. Ne lactes quemquam labiis tuis. Item *cap.* 56. Vir iniquus lactat amicum ſuum, & ducit eum per viam non bonam. *k* Lude cum eo, & contriſtabit te,] *Prov.* 19. Dolor patris filius ſtultus. Unde *ſup.* 7. dictum eſt; Filiæ tibi ſunt, ſerva corpus illarum, & non oſtende faciem tuam hilarem ad illas, *Jer.* 15. Non ſedi in concilio ludentium, & gloriatus ſum a facie manus tuæ. *Poeta*. Nimia familiaritas parit contemptum. Ideo dicit *Job* 29. Videbant me juvenes, & abſcondebantur.

l Non corrideas illi, ideſt, cum illo ridente non rideas.

m Non condoleas illi,] ideſt, cum illo dolente non doleas.

n Et in noviſſimo,] ideſt, in provectiori ætate illius.

o Obſtupeſcent dentes tui, ſi hoc feceris,] ideſt, dolebis, & inutilis erit correctio, vel increpatio tua. Dentes enim ſtupidi inutiles ſunt ad maſticandum, & dolorem habent, *Jer.* 31. & *Ezech.* 18. ponitur hæc auctoritas in patre. Patres comedebant uvam acerbam, & dentes filiorum obſtupeſcunt. Vel ſic lege.

l Non corrideas illi,] ideſt, non arrideas illi, unde *ſupra* 21. Sapiens vix tacite ridebit, *Job* 29. Si quando ridebam ad eos, non credebant. Et quare?

m Non condoleas] poſtea, cum videris eum propter riſum, & mollitiem tuam diſſolutum & ſtultum.

n Et in noviſſimo,] ideſt, in die judicii.

o Obſtupeſcent dentes tui,] ut nec te valeas excuſare, 1. *Reg.* 3. Heli, quia non corripuit filios ſuos, condemnatus eſt. *p* Non des illi poteſtatem] tui, vel tuorum, vel ſui, vel ſuorum.

q In juventute ſua,] ne abutatur illa, ſicut ille, qui dixit patri ſuo, *Luc.* 15. Pater, da mihi partem ſubſtantiæ, quæ me contingit, &c.

r Et ne deſpicias cogitatus illius,] ideſt, non negligas illum, & corrigere, & verberare, etiam pro malis cogitationibus, cum tibi innotuerint, *Prover.* 22. Stultitia colligata eſt in corde pueri, & virga diſciplinæ fugabit illam. *ſ* Curva cervicem,] ideſt, diſciplinando humilia eum ne ſuperbiat.

t In juventute] quia dum arbor, vel planta tenera eſt, poteſt curvari quocumque volueris, cum autem induruerit, potius frangitur, quam curvetur.

Unde *ſup.* 7. Filii tibi ſunt, erudi illos, & incurva illos a pueritia illorum. *u* Et tunde latera ejus, dum infans eſt] non caput, ne ſtultus fiat, ſed latera, ut caſtus fiat, *infra* 42.

Servo

Servo peſſimo latus ſanguinare, ſuper mulierem nequam bonum eſt ſignum.

a Ne forte induret,] ideſt, creſcat, & durus fiat.

b Et non credat tibi,] volenti corrigere.

c Et erit tibi dolor animæ,] ideſt, magnus dolor pertingens uſque ad interiora animæ.

a ne forte induret, & *b* non credat tibi: & *c* erit tibi dolor animæ. *d* Doce filium tuum: & *e* operare in illo, *f* ne in turpitudinem illius offendas, *g* Melior eſt *h* pauper *i* ſanus, & k fortis *l* viribus, quam *m* dives *n* imbecillis, *o* & flagellatus malitia. *p* Salus animæ in ſanctitate juſtitiæ: & *q* melior omni auro, & argento: & *r* corpus validum, quam *ſ* cenſus immenſus. Non eſt *t* cenſus ſuper cenſum ſalutis corporis: *u* & non eſt † oblectamentum ſuper cordis gaudium. *x* Melior eſt mors, quam *y* vita amara, *z* & requies æterna, quam *a* languor perſeverans. *b* Bona abſcondita in ore clauſo, quaſi *c* appoſitiones epularum circumpoſitæ ſepulchro. *d* Quid proderit *e* libatio *f* idolo? *g* Nec enim manducabit, *h* nec odorabitur: ſic qui *i* effugatur

d Donec filium tuum,] verbis, & exemplis.

e Et operare in illo] flagellis & monitionibus, ſicut cultor in vinea, vel in agro.

f Ne in turpitudinem illius offendas,] ideſt, ne in turpi vita illius ſcandalum patiatis, *ſupr.* 22. Confuſio patris eſt de filio indiſciplinato. *Mich.* 7. Filius contumeliam facit patri.

g Melior eſt pauper ſanus.] Hæc eſt ſecunda pars capituli, in qua oſtendit, quod ſanitas cunctis divitiis præferenda eſt, & etiam eligenda. Unde dicit.

g Melior eſt, licet non dicatur. *h* Pauper,] † cenſu, vel ſpiritu. al. † ſenſu.

i Sanus] mente & corpore.

k Et fortis,] ad agendum, & patiendum.

l Viribus] mentis, & corporis. *m* Quam dives] cenſu, vel ſpiritu. *n* Imbecillis] ad agendum, & patiendum. *o* Et flagellatus malitia,] ideſt, mali ſcientia, qua nullum flagellum gravius eſt, *Prov.* 12. Fortitodo ſimplicis via Domini, & pavor his, qui operantur malum, *Prov.* 12. Melior eſt pauper ſufficiens ſibi, quam glorioſus, & indigens pane. *Prov.* 19. Melior eſt pauper, qui ambulat in ſimplicitate ſua, quam dives torquens labia ſua. Item *Prov.* 28 Melior eſt pauper ambulans in ſimplicitate ſua, quam dives pravis itineribus. *p* Salus animæ in ſanctitate juſtitiæ] ideſt, in firmitate gratiæ juſtificantis animam, *Pr.* 14. Vita carnium ſanitas cordis. *q* Et melior omni auro & argento,] ad litteram, quia ſanitas juſtitiæ liberabit animam a morte æterna; aurum vero & argentum nihil proderunt in die judicii, imo plus nocebunt, *Prov.* 11. Non proderunt divitiæ in die ultionis; juſtitia autem liberabit a morte. Unde dicent divites in die judicii, vel in inferno: Quid profuit ſuperbia, aut divitiarum jactantia quid contulit nobis? *Sap.* 5. Vel, melior eſt omni auro ſapientiæ, & argento eloquentiæ, *Prov.* 3. Melior eſt acquiſitio ejus negotiatione auri & argenti. *r* Et corpus validum,] ad labores honeſtos melius eſt. *ſ* Quam cenſus immenſus,] ideſt, quantumvis magnus. Ecce ordo. Primo anima, ſecundo corpus, tertio cenſus. Sed multi hunc ordinem pervertunt, quia cenſum corpori præponunt, & corpus animæ. *t* Non eſt cenſus ſuper cenſum ſalutis corporis,] ideſt, nullus cenſus æquivalet ſaluti corporis, multo fortius nec ſaluti animæ, quæ eſt juſtitia, & tamen avari plus ſenſum, quam juſtitiam, vel animam diligunt, *ſup.* 10. Nihil iniquius, quam amare pecuniam: hic enim & animam ſuam venalem habet, quoniam in vita ſua projecit intima ſua. *u* Et non eſt oblectamentum ſuper cordis gaudium,] fortiter laborantis in præceptis Dei. Nam etſi corpus attenuatur labore; anima reficitur, & impinguatur charitatis, ac jucunditatis pinguedine, *Pr.* 11. Anima, quæ benedicit, impinguabitur. Multo fortius quæ bene facit. Et qui inebriat, ipſe quoque inebriabitur. *Jer.* 31. Convertam luctum eorum in gaudium, & conſolabor eos, & lætificabo a dolore ſuo, & inebriabo animam Sacerdotum pinguedine, 2. *Cor* 4. Licet is, qui de foris eſt, noſter homo corrumpatur; tamen is, qui intus eſt, renovatur de die in diem. Hoc gaudium pars eſt beatitudinis, & inchoatur hic, ſed in futuro conſummatur, *Iſa.* 66. Gaudete cum Jeruſalem gaudio univerſi, qui lugebatis ſuper eam.

x Melior eſt mors] naturalis.

y Quam vita amara,] ideſt, plena miſeriæ & laboris, quia nihil aliud eſt talis vita, quam mors diuturna, *Eccl.* 4. Laudavi magis mortuos, quam viventes, & feliciorem utroque judicavi, qui nondum natus eſt. Vel ſic. *x* Melior eſt mors] naturæ, vel gratiæ, qua quis moritur mundo, vel peccato.

y Quam vita amara,] ideſt, peccatis plena, quæ amaricare cor faciunt, & ad amaritudinem æternam tendunt, *Pſal.* 115. Pretioſa in conſpectu Domini mors Sanctorum ejus, *Num.* 23. Moriatur anima mea morte Juſtorum, & fiant noviſſima mea horum ſimilia.

z Et requies æterna,] qua Sancti quieſcunt in Deo per fruitionem, vel per contemplationem.

a Quam languor perſeverans,] ideſt, quam vita præſens, vel quam vita activa, in qua eſt longus languor, & turbatio multa, *Luc.* 10. Martha, Martha, ſollicita es, & turbaris erga plurima: porro unum eſt neceſſarium: Maria optimam partem elegit, quæ non auferetur ab ea, ſed perficietur in patria. Et ideo dicitur hic; requies æterna, *ſupra* 10. Languor prolixior gravat. Melior eſt mihi mors, quam vita. Hoc dicit, quia habebat æſtum in capite, ideſt, tribulationem in mente. al. † obleɛtatio. *Sup.* 10. *Inf.* 41.

b Bona abſcondita in ore clauſo,] ideſt in homine habente os clauſum.

c Quaſi appoſitiones epularum circumpoſitæ ſepulchro,] ideſt, ſicut epulæ appoſitæ mortuis in ſepulchris inutiles ſunt; ita ſcientia, & ſapientia abſconditæ inutiles ſunt. Et tangit morem antiquorum, qui olim ſepulchris epulas apponebant, credentes, quod mortui inde comederent, & melius haberent: Quod erat error, ſicut de Bel, de quo dicit *Dan.* 14. Nonne magnus Deus Bel, qui tanta comedit? Et ita innuit Auctor, quod ſicut illi peccant, qui ſepulchris epulas apponunt; ita peccant, qui ſcientiam clauſam tenent. Unde *Prov.* 11. Qui abſcondit frumenta in tempore famis, maledicetur in populis. Sed videtur, quod apponere epulas in ſepulchris non ſit malum. *Tob.* 4. Panem tuum, & vinum tuum ſuper ſepulturam Juſti conſtitue. Sed dicimus, quod Tobias non credidit, quod animæ mortuorum inde comederent; ſed hoc juſſit, ut inde comederent pauperes, & orarent pro animabus ibi ſepultorum. De hoc *ſupr.* 20. Sapientia abſcondita, & theſaurus inviſus, quæ utilitas in utriſque?

d Quid proderit libatio idolo?] quaſi dicat, nihil.

g Nec enim manducabit, nec odorabitur,] quia etſi os habeat, & nares, non tamen comedit, aut odorat.

Myſtice. *d* Quid proderit] libanti, ideſt, homini idololatræ. *Myſtice.*

e Libatio,] ideſt, immolatio, ſive oblatio, facta idolo? Nihil, imo nocebit. Eſt autem triplex idolum myſticum, cui fere totus mundus immolat. Baal, Beelphegor, & Chamos. Baal interpretatur ſuperior: hoc adorant omnes ſuperbi. Beelphegor interpretatur vetuſtas devorans, aut os pellis: ipſe eſt Priapus, ſiva ſimulachrum ignominiæ: hoc adorant, huic immolant omnes luxurioſi. Chamos interpretatur congregans: hoc adorant, & huic immolant omnes avari. Omne enim, quod eſt in mundo, aut eſt concupiſcentia carnis, aut concupiſcentia oculorum, aut ſuperbia vitæ, 1. *Joan.* 2. Et ita totus mundus idololatria eſt, *Jer.* 11. Secundum numerum civitatum tuarum erant Dii tui, Juda. *Triplex idolum.*

Moraliter. *d* Quid proderit libatio,] ideſt, Dominici corporis conſecratio. *Moraliter.*

f Idolo,] ideſt, Prælato malo, qui ſpeciem Prælati habet, & non veritatem? De qua *Zach.* 11. O paſtor, & Idolum derelinquens gregem, *Jer.* 11 Quid eſt, quod Dilectus meus, ideſt, Prælatus in domo mea facit ſcelera multa? Nunquid carnes ſanctæ auferent a te malitias tuas? Non tunc ei proderit libatio, imo nocebit, quia quicunque corpus Domini indigne accipit, judicium ſibi manducat, & bibit, 1. *Cor.* 11. Plus dicitur hic, quia

g Nec manducabit,] quidem utiliter illud, ſed pernicioſe.

h Nec odorabitur,] ideſt, odorem ſuavitatis non ſentiet. Sequitur.

i Sic qui effugatur a Domino,] ideſt, elongatur a Domino in præſenti, & in die judicii fugabitur in infernum.

A Et portans

Myſtice. Exponitur de malo Prælato.

i Sic qui effugatur a Domino,] ideſt, contemnitur, & reprobatur malus Prælatus, quem circumloquitur ſic. *Myſtice de malo Prælato.*

Θ Et porta

A *a* Et portans mercedes iniquitatis, videns oculis, & ingemiſcens,] ideſt, idololatra, qui mercedem iniquitatis portat, ideſt, pęnam pro iniquitate, videns oculis, quod lapis, vel lignum eſt quod adorat, & ingemiſcit, ideſt, intus gemit, quia conſcientia mordet eum.

d Sicut ſpado complectans virginem, & ſuſpirans,] quia non poteſt facere voluntatem, vel voluptatem ſuam, hoc eſt, ſicut complexus virginis inutilis eſt, imo nocivus ſpadoni, ſic adoratio idoli inutilis, & nociva eſt idololatris. Alii legunt hoc de illo, qui abſcondit ſcientiam ſuam, quam poſſet utiliter prædicare. De quo dictum eſt *ſup.* Bona abſcondita in ore clauſo, &c. Et eſt ſenſus. Sic qui effugatur ſervus piger, qui abſcondit pecuniam Domini ſui.

De pig. diſt. ſequi vult

a Et portans mercedes iniquitatis] ideſt, talentum ſibi iniquo, & nolenti multiplicate debitum, vel creditum.

b Videns oculis, & ingemiſcens,] ideſt, intelligens, quid eſſet faciendum, & inde ex acidia ingemiſcens.

d Sicut ſpado complectens virginem,] inutiliter.

a Domino, & *a* portans mercedes iniquitatis: *b* Videns oculis, & *c* ingemiſcens, ſicut *d* ſpado *e* complectens virginem, & *f* ſuſpirans. g Triſtitiam *h* non des animæ tuæ, & *i* non affligas temetipſum in conſilio tuo, k Jucunditas cordis hæc *l* eſt vita hominis, & *m* theſaurus ſine defectione ſanctitatis: & *n* exultatio viri *o* eſt longævitas. *p* Miſerere animæ tuæ *q* placens Deo: & *r* contine, & *ſ* congrega *t* cor tuum in *u* ſanctitate ejus: & *x* triſtitiam longe expelle a te: *y* Multos enim occidit triſtitia: & *z* non eſt utilitas in illa. *a* Zelus, & *b* iracundia *c* minuunt dies. & *d* ante tempus ſenectam *e* adducet cogitatus. *f* Splendidum cor *g* bonum in epulis eſt: *h* epulæ enim illius *i* diligenter fiunt,

C A P. XXXI.

k VIgilia honeſtatis *l* tabefaciet carnes, & *m* cogitatus illius *n* auferet ſomnum. *o* Cogitatus præſcientiæ *p* avertit ſenſum, & *q* infirmitas gravis *r* ſobriam facit animam.

f Et ſuſpirans,] quia generare non poteſt, hoc eſt, ſicut ſpado inutiliter complectitur virginem, ſic ſervus piger inutiliter habet ſcientiam.

Myſtice de malo Prælato.

Θ *a* Et portans mercedes iniquitatis] ideſt, redditus, & proventus prælationis inique acquiſitæ, & inique detentæ.

b Videns oculis] animas ſubditorum perire, res eorum detrahi, peccata publice fieri.

c Et ingemiſcens,] verbo tenus, dicens ſe dolere de ſtrage animarum, nec tamen ſuccurrit, nec reſignat prælationem.

d Sicut ſpado] non habens vim generativam.

e Complectens virginem,] ideſt, prælationem, vel Eccleſia duobus brachiis ambitionis, & cupiditatis.

f Et ſuſpirans] ideſt, aſpirans ad majorem dignitatem, vel majores divitias, *ſup.* 20. Concupiſcentia ſpadonis devirginavit juvenculam, *Deut.* 23. Non intrabit eunuchus attritis, vel amputatis teſticulis, & abſciſſo veretro Eccleſiam Domini. Atteruntur Prælato teſticuli, ideſt, verbum, & exemplum, quibus generare debet, per ignorantiam, amputantur per malam vitam, abſcinditur veretrum per infamiam. Sequitur.

g Triſtitiam] ſæculi, quæ mortem operatur, 2. *Cor.* 7.

h Non des animæ tuæ,] non dicit corpori, nec dicit patiaris, *infr.* 38. Ne dederis in triſtitiam cor tuum, ſed repelle eam a te.

i Et non affligas temetipſum in conſilio tuo,] ideſt, in cogitatu tuo, ſicut quidam Clericus nobilis, qui ſuſpendit ſe cum antela paleſræni ſui ex triſtitia. Et Judas, *Matth.* 27. Et Aman, *Eſther* 7. *infr.* 32. Fili, ſine conſilio nihil facias.

k Jucunditas cordis,] quod eſt ex operibus virtutum, & conſcientiæ puritate, juxta *Pſ.* 96. Lux orta eſt Juſto, &c.

l Hæc eſt vita hominis] ideſt, ſignum vitæ ſpiritualis, *Prov.* 15. Cor gaudens exhilarat faciem, & in mœrore animi dejicitur ſpiritus. Et parum poſt. Secura mens, quaſi juge convivium.

m Et theſaurus ſine defectione ſanctitatis,] ideſt, firmitatis, & puritatis.

n Exaltatio] ideſt, extra ſaltatio bonæ operationis.

o Viri eſt longævitas] per cauſam, ideſt, futuræ vitæ, & etiam præſentis, *Proverb.* 18. Animus gaudens ætatem floridam facit.

p Miſerere animæ tuæ] non alienæ, ſicut multi faciunt, qui bonum, quod aliis exhibent, ſibi magis indigentibus denegant, *Prov.* 11. Benefacit animæ ſuæ vir miſericors, qui autem crudelis eſt, etiam propinquos abjecit. Et quid mirum, cum ſeipſum abjiciat. Unde *ſup.* 14. Qui ſibi nequam eſt, cui bonus? Vel dicit: Miſerere animæ tuæ, non carni tuæ, cui multi ſub ſpecie pietatis, aut diſcretionis miſerentur. *q* Placens Deo] ideſt, ut placeas Deo juſte, & continenter vivendo.

r Et contine] contra luxuriam.

ſ Et congrega] contra avaritiam. *t* Cor tuum] non ſolum corpus.

u In ſanctitate ejus] ideſt, Dei, vel cordis, contra hypocriſim, quæ tantum exterius ſanctitatem habet.

x Et triſtitiam] ſæculi, longe expelle a te, mundum, & quæ mundi ſunt, contemnendo.

y Multos enim occidit triſtitia,] non ſolum ſpiritualiter, ſed & corporaliter, *inf.* 38. A triſtitia feſtinat mors, & cooperit virtutem.

z Et non eſt utilitas in illa.] Liptote. Minus dicit, & plus ſignificat *Rab.* Non poteſt eſſe utilitas, ubi bonorum operum eſt ſterilitas.

a Zelus] invidiæ.

b Et iracundia] immoderata.

c Minuunt dies] vitæ præſentis, ad litteram. Vel, dies vitæ æternæ, quam auferent, *Prov.* 17. Spiritus triſtis exſiccat oſſa. A

d Et ante tempus] determinatum a natura:

e Senectam adducet cogitatus,] maxime de temporalibus. *Boetius.*

Funduntur vertice cani.

f Splendidum cor,] ideſt, lætum, & jucundum.

g Bonum in epulis eſt,] quas dat, vel accipit, quaſi dicat, cum quis dat, vel accipit cibum hilariter, bonum facit convivium.

h Epulæ enim illius] quas dat pauperibus.

i Diligenter fiunt] ideſt, ſtudioſo affectu, *Jer.* 48. Maledictus, qui opus Dei facit negligenter.

E X P O S I T I O C A P. XXXI.

VIgilia honeſtatis, &c.] Hoc capitulum dividitur in tres partes. In prima agit de ſobrietate animæ, quam tria operantur, honeſta vigilia, infirmitas corporis, labor ſanctus. In ſecunda agit de malo, & bono divite, *ibi:* Qui aurum diligit, &c. In tertia de ſobrietate cibi, & potus, *ibi:* Supra menſam magnam, &c. Dicit ergo.

k Vigilia honeſtatis] circa rem honeſtam.

l Tabefaciet carnes] ideſt, conſumet carnales voluptates, & carnalia deſideria, *Job* 19. Pelli meæ conſumptis carnibus adhæſit os meum. Eſt autem vigilia ſtudentium, *Marc.* 13. Vigilate, videte, & orate. Vigilate in cella, videte in libris, orate in Eccleſia. Item eſt vigilia laborantium; *inf.* 38. Omnis faber, & architectus, qui noctem tanquam diem tranſigit, cor ſuum dabit in ſimilitudinem picturæ, & vigilia ſua perficiet opus ſuum. Item vigilia contemplantium 1. *Pet.* 4. Eſtote prudentes, ſobrii, & vigilate in orationibus. Hac triplici vigilia vigilabant Paſtores, de quibus *Luc.* 2. Erant Paſtores in regione eadem, vigilantes, & cuſtodientes vigilias noctis ſuper gregem ſuum, & ecce Angelus Domini ſtetit juxta illos, & claritas Dei circumfulſit illos.

m Et cogitatus illius,] ideſt, de vigilia illa, ſcilicet, honeſtatis.

n Auferet ſomnum] pigritiæ, vel negligentiæ, & etiam culpæ.

a Cogitatus præſcientiæ,] ideſt, prædeſtinationis, & reprobationis.

p Avertit ſenſum,] ideſt, cogitationem, & appetitum ab omni concupiſcentia mala, hoc eſt, qui cogitat præmia bonorum, & ſupplicia malorum, neſciens an ſit prædeſtinatus, vel reprobatus, abſtinet a peccatis. Vel ſic.

a Cogitatus præſcientiæ] Dei, ideſt, quod Deus ſcit, & videt omnia, etiam antequam fiant.

p Avertit ſenſum] a malo, *Boetius*: Magna nobis indicta eſt neceſſitas bene agendi, quia omnia agimus ante oculos Judicis cuncta cernentis, *Prov.* 15. Oculi Domini in omni loco contemplantur bonos, & malos.

q Et infirmitas gravis] corporis.

r Sobriam facit animam,] ideſt, quæ prius fuit ebria vino Babylonis, reducit ad ſobrietatem, 2. *Cor.* 12. Virtus in infirmitate perficitur, *Pſal.* 15. Multiplicatæ ſunt infirmitates eorum, poſtea acceleraverunt, *ſupr.* 11. Malitia unius horæ oblivionem facit luxuriæ maximæ, *Eccleſ.* 10. Curatio

Digitized by Google

ceſſare faciet peccata maxima. *a* Laboravit dives] virtutibus, cui ſatis eſt, quod habet.
b In congregatione ſubſtantiæ] ſubſtantialis, ideſt, bonorum operum, vel præmii æterni. Juxta illud *Pſalm.* 38. Et ſubſtantia mea apud te eſt.
c Et in requie ſua,] ideſt, quam bene vivendo comparavit.
d Repleбitur bonis,] ideſt, præmium bonorum operum, quod nunc ſemiplene habetur per ſpem; ſed tunc plene habebitur per ſpeciem; quia cum venerit, quod perfectum eſt, evacuabitur, quod ex parte eſt, 1. *Cor.* 14.
Sup. 8. *e* Laboravit pauper] ſcientia, vel virtute.
f In diminutione victus] propter diminutionem victus, vel in conſumptione ſui victus, ut filius prodigus, qui ſubſtantiam ſuam vivendo luxurioſe conſumpſit, & poſtea laboravit fame, cuſtodiendo porcos alienos, *Luc.* 15. *g* Et in fine inops fit] ideſt, ſine ope, vel ſine opibus ſpiritualibus, quia poſt hanc vitam, nec habebit opes virtutum, nec opem Sanctorum.
h Qui aurum] materiale, ideſt, divitias temporales.
i Diligit] avare.
k Non juſtificabitur] ideſt, inter Juſtos non computabitur, vel non fiet de injuſto juſtus. Vix enim invenitur, qui male acquiſita velit reſtituere, *Eccl.* 5. Qui amat divitias, fructum non capiet ex eis.
l Et qui inſequitur conſumptionem,] ideſt, luxuriam, & ebrietatem, vel hujuſmodi peccata, quæ corpus, & ſubſtantiam conſumunt.
m Replebitur ex ea] i. pœna debita de eis, *Pſ.* 103. De fructu operum ſuorum ſatiabitur terra, ideſt, anima terrena.
n Multi dati ſunt in auri caſus] ideſt, multi ceciderunt in peccatum, vel in infernum propter aurum.
o Et facta eſt in ſpecie ipſius] i. in imagine de ipſo fabricata.
p Perditio illorum] tam temporalis, quam æterna, *ſup.* 8. Multos perdidit aurum & argentum. *Craſſo* dixerant *Parthi*:
[illegible] Aurum ſitiſti, aurum bibe, 1. *Macb.* 6. legitur de Antiocho, quod perambulabat ſuperiores partes Syriæ, ut pecuniam congregaret, & male mortuus eſt. Et Heliodorus egregie verberatus uſque ad mortem: quia templi ærarium ſpoliabat, 2. *Macb.* 3. Et 1. *Tim.* 6. Qui volunt divites fieri, incidunt in tentationem, & in laqueum diaboli.
q Lignum offenſionis,] ideſt, idolum, in quo offendunt idololatræ.
r Eſt aurum ſacrificantium,] ideſt, avarorum, qui animas ſuas ſacrificant diabolo. Dicitur autem aurum avarorum idolum, quia avari illud quaſi Deum colunt, & amant. Unde *Epheſ.* 5. Avaritia, quod eſt idolorum ſervitus. Vel (aurum ſacrificantium,) ideſt, divitiæ Sacerdotum, ſunt lignum offenſionis, quia in eo multi offendunt, ſicut Adam, & Eva in ligno vetito offenderunt, *Oſee* 4. Populus meus in ligno ſuo interrogavit, quaſi dicat, de auro quæſivit, non de animarum ſalute.
ſ Væ illis, qui ſectantur illud] mente, & corpore diſcurrendo poſt illud, *Abac.* 2. Væ qui congregat avaritiam malam domui ſuæ.
t Et omnis imprudens,] qui neſcit diſcernere inter veras, & falſas divitias. Vel, imprudens, ideſt, improvidens ſibi in futurum. *u* Deperiet in illo] ideſt, in amore.
x Beatus] eſt, dives, virtutibus, & bonis operibus, vel etiam ſubſtantia rerum.
y Qui inventus eſt] in morte, vel in vita.
z Sine macula mortalis peccati, ut Job, Abraham. Sed nunc pauci, vel nulli tales, ideſt, divites ſine macula, *ſup.* 11. Si fueris dives, non eris immunis a peccato, *Matth.* 19. Facilius eſt camelum per foramen acus tranſire, quam divitem intrare in regnum cœlorum. Difficile eſt habere divitias, & non amare, & virtuoſum. Et ideo dicit: Beatus eſt dives, qui inventus eſt ſine macula mortalis peccati.
a Et qui poſt aurum non abiit] mente, vel corpore, ut avari, qui ubique terrarum, imo & ſub terra ſequuntur aurum, *Mat.* 6. Ubi eſt theſaurus tuus, ibi & cor tuum, *ſup.* 11. Si ſecutus fueris, non apprehendes, & non effugies, ſi præcucurreris.
b Nec ſperavit in pecunia] ſæculari, vel temporali.
c Et theſauris] pecuniæ, vel ſcientiæ, vel poſſeſſionum, vel librorum, *Prov.* 11. Qui confidit in divitiis ſuis, corruet, *Iſ.* 30. Portantes ſuper humeros jumentorum divitias ſuas, ſuper gibbum camelorum theſauros ſuos ad populum, qui prodeſſe non poterit, *Job* 31. Si putavi aurum robur meum, & obrizo dixi, fiducia mea.

a Laboravit dives in *b* congregatione ſubſtantiæ: & in *c* requie ſua *d* replebitur bonis ſuis. *e* Laboravit pauper in *f* diminutione victus, & in fine *g* inops fit. Qui *h* aurum *i* diligit, non *k* juſtificabitur, & *l* qui inſequitur conſumptionem, *m* replebitur ex ea. Multi dati *n* ſunt in auri caſus; & *o* facta eſt in ſpecie ipſius *p* perditio illorum. Lignum *q* offenſionis eſt *r* aurum ſacrificantium: væ illis, *ſ* qui ſectantur illud: *t* omnis imprudens *u* deperiet in illo. *x* Beatus dives, qui *y* inventus eſt *z* ſine macula, & *a* qui poſt aurum non abiit, nec *b* ſperavit in pecunia, & *c* theſauris. *d* Quis eſt hic, & laudabimus eum? *e* Fecit enim mirabilia in vita ſua. † *f* Qui probatus eſt in illo, & perfectus inventus eſt, *g* erit illi gloria æterna. *h* Qui potuit tranſgredi; & *i* non eſt tranſgreſſus, & *k* facere mala, & *l* non fecit; Ideo *m* ſtabilita ſunt *n* bona illius in *o* Domino, & *p* eleemoſynas illius *q* enarrabit omnis Eccleſia Sanctorum. † *r* Supra menſam magnam ſediſti: non *ſ* aperias ſuper illam faucem tuam prior.

d Quis eſt hic, & laudabimus eum,] ideſt, dignum laude nunciabimus. al. † Quis.
e Fecit enim mirabilia in vita ſua,] quia mundi pompam vicit, maligni aſtutiam cavit, appetitus proprii concupiſcentiam ſuperavit. Unde *Rab.* Vere martyrii genus eſt voluntaria paupertas. Quid enim mirabilius, aut quod martyrium gravius, quam inter epulas eſurire, inter veſtes algere, paupertate premi inter divitias, quas oſtendit mundus, quas offert malignus, quas deſiderat noſter appetitus? al. † Super.
Mirabile eſt ignem tangere, & non uri: ſpinas colligere, & non pungi: lapides ſupportare, & non lædi. Et divitiæ ignis ſunt, & ſpinæ, & lapides.
f Qui] vel, quis probatus eſt in illo, auro, vel Deo, & perfectus inventus eſt? Raritatem notat hic quis, ſicut *Pſal.* 33. Quis eſt homo, qui vult vitam: diligit dies videre bonos? Probatur autem quis in auro, quando ad tactum ejus maculatur, nec ad viſum ſollicitatur ad appetendum, ſic ille probatus eſt; & perfectus, qui nec habendum concupiſcit, nec habitum male retinet, aut diſpenſat. Rarus eſt talis. *Luc.* 12. Qui putas, eſt fidelis diſpenſator, & prudens, 1. *Cor.* 4. Jam quæritur inter diſpenſatores, ut fidelis quis inveniatur.
g Et erit illi gloria æterna,] quia contempſit hic gloriam mundi. *h* Qui potuit tranſgredi,] præceptum Dei per liberum arbitrium ſibi datum.
i Et non eſt tranſgreſſus] non timore, ſed amore.
k Et facere mala] impune quoad mundum.
l Et non fecit] ſicut David, qui potuit percutere perſecutorem ſuum Saul, & noluit, 1. *Reg.* 24.
m Ideo ſtabilita ſunt,] ideſt, confirmata.
n Bona illius] ideſt, opera, & virtutes.
o In Domino] quaſi in fundamento firmo, *Epheſ.* 2. In quo omnis ædificatio conſtructa creſcit in templum ſanctum in Domino.
p Et eleemoſynas illius,] corporales & ſpirituales.
q Enarrabit omnis Eccleſia Sanctorum] ſicut modo narrat de B. Martino, quod diviſit pallium ſuum pauperi. Et de B. Nicolao, quod puellarum ſtuprum compeſcuit auro ſuo. Hoc tamen ſolet exponi a Magiſtris de Chriſto ſecundum regulam Ticonii.
h Qui potuit tranſgredi,] in membris ſuis.
i Et non eſt tranſgreſſus] in ſe capite.
k Et facere mala] in membris ſuis.
l Et non fecit] in ſe. Sed valde improprius modus loquendi. Non enim concedendum eſt, quod Chriſtus peccat in illo. Sequitur.
r Supra menſam magnam ſediſti] ad epulandum.
ſ Non aperias ſuper illam faucem tuam prior] ad loquendum, vel ad manducandum. Menſa magna dicitur, ubi magna fercula parata ſunt, vel ubi magni convivæ ſunt, vel ubi magnus dominus eſt menſæ, ſicut menſa Regis. Eſt autem triplex menſa, de qua poteſt hoc exponi, menſa naturæ, menſa Scripturæ, menſa Euchariſtiæ. Prima magna, ſecunda major, tertia maxima. Et tertia menſa eſt gloriæ, de qua dicitur *Luc.* 15. Beatus, qui manducabit panem in regno

A Dei. De hoc dicitur

Myſtice. Menſa magna ſacra Scriptura, *Iſa.* 21. Pone menſam, contemplare in ſpecula. Myſtice.
r Supra menſam magnam ſediſti, ut audias, vel doceas.
ſ Non aperias ſuper illam faucem tuam prior,] ideſt, antequam didiceris, ne doceas: ne prius ſis canalis, quam concha, *ſupra* 11. Priuſquam audias, ne reſpondeas verbum, & in medio ſeniorum ne adji-

O cias loqui,

Digitized by Google

a Dei. De hoc dicitur *Prov.* 23. Quando ſederitis, ut comedas coram Principe, diligenter attende, quæ ſunt poſita ante faciem tuam: & ſtatue cultrum in gutture tuo.
a Non dicas ſimulta ſunt,] una dictio, ideſt, ſimulata, ſive ficta.
b Quæ ſuper illam ſunt,] q. d. non dicas ſimulatione largitatis apponi, vel parari, quæ ponuntur in menſa. Vel duæ dictiones. al. † ſimulta.
a Non dicas, ſi multa ſunt] fercula.
b Quæ ſuper illam ſunt] quod ſuperflua ſunt. Multi enim ſunt, qui quælibet multa, dicunt ſuperflua, Sicut Diſcipuli, de quibus dicitur *Matt.* 26. Cum eſſet Jeſus in domo Simonis leproſi acceſſit ad eum mulier habens alabaſtrum ungueuti pretioſi, & effudit ſuper caput ipſius recumbentis. Videntes autem Diſcipuli indignati ſunt, dicentes: Ut quid perditio hæc?
c Memento, quoniam malus eſt oculus nequam,] ideſt, oculus invidi. *ſupra* 14. Nequam eſt oculus invidi, qui corpus totum tenebroſum facit, *Luc.* 11. Si oculus tuus nequam fuerit, totum corpus tuum tenebroſum erit. Oculus intentio, corpus congeries operum. Oculus Doctor, vel Prædicator, corpus plebs, ſive populus, *Prov.* 30. Oculum, qui ſubſannat patrem, & deſpicit partum matris ſuæ, ſuffodiant eum corvi de torrente.

Myſtice. Θ cias loqui. a Non dicas, ſimulta ſunt] ideſt, ficta.
al. † dolorem. b Quæ ſuper illam ſunt,] ſicut multi, qui dicunt ea, quæ non placent eis ad terrorem dicta, non ad veritatem.

Non a dicas † ſimulta ſunt, quæ b ſuper illam ſunt. c Memento, quoniam malus eſt oculus nequam. d Nequius oculo e quid creatum eſt? f Ideo ab g omni facie ſua lacrymabitur, h cum viderit. Ne i extendas manum tuam prior, & k invidia l contaminatus m erubeſcas: n nec comprimaris in convivio, o vino. p Intellige quæ ſunt proximi tui ex q teipſo. r Utere quaſi homo frugi his, ſ quæ tibi apponuntur, ut t non, cum manducas multum, u odio habearis. x Ceſſa prior y cauſa diſciplinæ, & z noli nimius eſſe, ne a forte offendas: & ſi in b medio multorum ſediſti, c prior illis ne d extendas manum tuam, e nec prior poſcas bibere. Quam f ſufficiens eſt homini erudito vinum g exiguum: & in h dormiendo non laborabis ab illo, & non ſenties † laborem. i Vigilia, & k cholera, & l tortu-

c Memento, quoniam malus eſt oculus nequam] hæretici, vel cujuslibet male exponentis Scripturam, & arcum ſacræ Scripturæ, & rigorem enervanter remittentis.
d Nequius oculo] nequam.
e Quid creatum eſt?] Nihil cum lingua mala, valde nequam eſt, *Jacob* 3. Lingua noſtra ignis eſt, univerſitas iniquitatis.
f Ideo] quia nequam eſt invidus.
g Ab omni facie ſua,] ideſt, tota facie ſua lacrymabitur.
h Cum viderit] bona aliorum. Unde Philoſophus: Utinam in omni civitate haberent invidi oculos, & aures, ut de bonis omnium torquerentur. Vel de hæretico, & male exponente Scripturam, exponitur.
f Ideo] quia male intelligit Scripturam.
g Ab omni facie,] ideſt, ab omni qualitate peccati. Vel, ab omni facie, ideſt, coram omnibus lacrymabitur in die Judicii.
h Cum viderit] Judice revelante ea, quæ modo latent.
i Ne extendas manum tuam prior,] ad eſcam, vel potum, vel ad benedicendum, vel ad dandum, quæ ſuper menſam ſunt, maxime cum tu non ſis Dominus menſæ, vel ad feriendum, vel ad ſcribendum, *Gloſſ.* Ne præſumpte aliquid agas.
k Et invidia,] ideſt, impropeno alicujus invidi hoc videntis.
l Contaminatus,] ideſt, convitiatus.
m Erubeſcas] de convitio tibi dicto.
n Nec comprimaris in convivio vini, *Epheſ.* 5. Nolite inebriari vino, in quo eſt luxuria.
Myſtice. Myſtice. n Nec comprimaris in convivio,] ideſt, in ſtudio.
o Vino] ſapientiæ; quia non plus ſapere, quam oportet ſapere, ſed ſapere ad ſobrietatem, *Rom.* 12. *Prov.* 25. Perſcrutator Majeſtatis opprimetur a gloria.

p Intellige, quæ ſunt proximi tui,] ideſt, quid debeas proximo tuo.
q Ex te ipſo.] Illud enim debes ei, quod credis tibi deberi ab aliis poſito in ſtatu illius. Si ergo non vis compelli ad bibendum, non doceas alios, *Eſther* 1. Nec erat, qui nolentes cogeret ad bibendum; ſed ſicut Rex ſtatuerat proponens menſis ſingulos de Principibus ſuis, ut ſumeret unuſquiſque quod vellet, *Tob.* 4. Quod ab alio oderis fieri, vide tu, ne alteri aliquando facias, *Matth.* 7. Quæcumque vultis, ut faciant vobis homines, & vos eadem facite illis.
r Utere quaſi homo frugi] ideſt, quaſi homo temperatus, non quaſi urſus, aut lupus.
ſ His, qui tibi apponuntur,] non quærens alia, neque lautiora, ut voluptuoſi: neque viliora, ut hypocritæ *inf.* 37. Noli avidus eſſe in omni epulatione, & non te effundas ſuper omnem eſcam. Vel
p Intellige, &c.] ideſt, ex tua fragilitate cogita fragilitatem aliorum, ut eis compatiaris. Ideo enim permiſit Dominus Petrum futurum Paſtorem totius Eccleſiæ cadere, ut in caſu ſuo diſceret, quomodo aliis miſereri deberet, *Job* 5. Viſitans ſpeciem tuam non peccabis.
r Utere quaſi homo frugi,] ideſt, quaſi ſobrius, & diſcretus.
ſ His,] quæ tibi apponuntur,] in menſa Sacræ Scripturæ; non quæras nodum in ſcirpo, *Proverb.* 25. Mel inveniſti, comede, quod ſufficiat tibi, ne forte ſatiatus evomas illud.
t Ut non, cum manducas multum,] ideſt, nimium, vel multa fercula, vel diu.
u Odio habearis] a conviviis, & maxime a ſcurris, & a pauperibus, quorum ſunt reliquiæ menſæ.
x Ceſſa prior] loqui, vel comedere.
y Cauſa diſciplinæ,] ideſt, ut des aliis exemplum non comedendi nimis diu. Hoc eſt contra multos ſcholares (myſtice) qui numquam volunt ceſſare a comeſtione Scripturæ, ſed ſemper comedere volunt, & numquam paſcunt, 2. *Tim.* 3. Semper diſcentes, & numquam ad ſcientiam veritatis pervenientes.
z Et noli nimius eſſe,] in conviviis, in diſputationibus, in lectionibus, in ſermonibus, in juſtitiis, & in omni re, quia omne, quod caret menſura, malum eſt, *Eccl.* 7. Noli eſſe multum juſtus.
a Ne forte offendas] alios in tua nimietate.
b Et ſi in medio multorum ſediſti] in menſa.
c Prior illis] maxime majoribus te.
d Ne extendas manum tuam] ad cibum, vel potum.
e Nec prior poſcas bibere.] Loquitur ſecundum morem quarumdam regionum, ubi non apponitur vinum in menſa, niſi cum quæritur in ſcyphis.
f Quam ſufficiens,] ideſt, extra ſuditatem peccati poſito.
g Vinum exiguum,] 1. *Tim.* 5. Modico utere vino propter ſtomachum tuum. *Cato.*

Hoc bibe, quod poſſis, ſi tu vis vivere ſanus.

Ab Adam uſque ad Noe nemo bibit vinum. Item vivebant homines diu. Noe primus plantavit vineam, & primus inebriatus fuit, *Geneſ.* 8. Prohibetur autem in Scriptura dari vinum quatuor generibus hominum. Primo Regibus, *Prov.* 31. O Lamuel, noli dare vinum Regibus. Item Sacerdotibus ingreſſuris ad miniſterium templi, *Levit.* 10. Vinum, & omne, quod inebriari poteſt, non bibetis tu, & filii tui, quando intrabitis in tabernaculum teſtimonii, ne moriamini. Item Nazaræis, *Numer.* 5. Vir, ſive mulier, cum fecerint votum, ut ſanctificentur, & ſe voluerint Domino conſecrare, a vino, & omni, quod inebriare poteſt, abſtinebunt. Item Clauſtralibus, *Jerem.* 35. Jonadab filius Rechab pater noſter præcipit nobis, dicens: Non bibetis vinum vos, & filii veſtri uſque in ſempiternum. *Vinum quatuor generibus hominum prohibetur.*
h Et in dormiendo] ad litteram, non laborabit, &c. ex indigeſtione, *Eccl.* 5. Saturitas divitis non ſinit eum dormire. *Hier.* Cibus ſimplex modicus, minus oneroſus eſt: dives epulis diſtentus, curis anxius, aut vix, aut numquam ſomno fovetur. *Raban.* Tenuis victus tam animæ, quam corporis utilis eſt: ſuperfluus vero econtra, *Luc.* 21. Attendite vobis, ne forte graventur corda veſtra in crapula, aut ebrietate, & curis hujus mundi.
i Vigilia] ideſt, ſuavis ſomni privatio, ſive mentis inquietudo.
k Et cholera,] ideſt, colica, vel vomica paſſio, vel vitæ curtatio. Cholera enim, & vomitus cauſa eſt brevitatis vitæ. Unde *infra* 37. Aviditas appropinquabit uſque ad choleram, &c.
l Et tortura] ideſt, torſiones ventris.

Digitized by Google

a Viro infrunito,] ideſt, guloſo, ſine frunime diſcretionis, vel ebrioſo, ſine frunio, quia nunquam ab humore vini ſiccatur, vel intemperato, ſine fræno temperantiæ, vel inverecundo, ſine fronte verecundiæ, vel inſipienti, ſine fruneſi Sapientiæ. Unde *ſupra* 23. Animo irreverenti, & infrunito ne tradas me.

ra *a* viro infrunito, *b* ſomnus ſanitatis in *c* homine parco. *d* Dormiet uſque in mane, & *e* anima illius cum ipſo *f* delectabitur. Et ſi *g* coactus fueris in *h* edendo multum, *i* ſurge e medio, & *k* vome, & *l* refrigerabit te, & *m* non adduces corpori tuo infirmitatem. *n* Audi me, fili, & ne ſpernas me, & in *o* noviſſimo *p* invenies verba mea. In *q* omnibus operibus tuis eſto velox, & *r* omnis infirmitas non *ſ* occurret tibi. *t* Splendidum in *u* panibus *x* benedicent labia multorum, & *y* teſtimonium veritatis illius *z* fidele. In *a* nequiſſimo pane *b* murmurabit civitas, & *c* teſtimonium nequitiæ illius *d* verum eſt. *e* Diligentes in vino *f* noli provocare; *g* multos enim exterminavit *h* vinum. Ignis *i* probat ferrum durum, ſic *k* vinum corda ſuperborum arguet in ebrietate potatum.

b Somnus ſanitatis,] ideſt, ſomnus ſalubris eſt.

c In homine parco,] ideſt, modeſto, & temperato, *Eccl.* 5. Dulcis eſt ſomnus operanti ſive parum, ſive multum comedat. Semper tamen ſalubrior eſt ſomnus in parco victu. Unde ſequitur in Eccleſiaſte: Saturitas divitis non ſinit eum dormire.

d Dormiet, &c.] temporis, ad litteram. Vel uſque mane reſurrectionis.

e Et anima illius cum ipſo,] ideſt, cum corpore illius.

f Delectabitur] in ſomno contemplationis, quo quieſcit in mundo, & quieſcit in Chriſto.

g Et ſi coactus fueris in edendo multum,] a propria concupiſcentia, vel ab homine aliquo, vel infirmitate, vel cauſa alia.

i Surge e medio] convivantium tecum.

k Et vome] ſeorſum, ut alii non videant: Minus enim malum eſt hoc, quam vomere ſuper menſam.

l Et refrigerabit,] ideſt, alleviabit te. Nam vomitus, ad litteram, ſtomachum purgat, & minuit choleram.

m Et non adduces corpori tuo infirmitatem, quæ ex nimio cibo generatur. Et *inf.* 37 In multis eſcis erit infirmitas, & aviditas appropinquabit ad choleram, *Iſa.* 28 Omnes menſæ repletæ ſunt vomitu, ſordiumque, ita ut non eſſet ultra locus.

Moraliter. Moraliter. *g* Si coactus fueris,] a propria concupiſcentia, quæ ſola cogere poteſt. Juxta illud *Jacob.* 1. Unuſquiſque tentatur a propria concupiſcentia abſtractus, & illectus.

h In edendo multum] cibum carnalis voluptatis.

i Surge e medio] per contritionem.

k Et vome] per confeſſionem.

l Et refrigerabit te] ab æſtu malæ concupiſcentiæ, *Eph.* 5. Surge, qui dormis, & exurge a mortuis, & illuminabit te Chriſtus.

m Et non adduces corpori tuo infirmitatem] pœnæ æternæ, ſed ſecundæ ſtolæ, *inf.* 37. Propter crapulam multi obierunt; qui autem abſtinens eſt, adjiciet vitam.

n Audi me, fili, & ne ſpernas me] ideſt, doctrinam meam; quia etſi turpe eſt, quod docui, tamen utile, alioquin non docerem filium. Simile *Gen.* 49. Audite, filii Jacob; audite Iſrael patrem veſtrum. Et *Prov.* 3. Audite, filii, Sapientiam patris veſtri.

o Et in noviſſimo,] ideſt, tandem, vel in alia vita.

p Invenies verba mea,] ideſt, fructum ex eis percipies, ſi ſervaveris ea, *Matt.* 24. Verba mea non tranſibunt.

q In omnibus operibus tuis] bonis, eſto velox, non procraſtinans, ſicut corvus, *Soph* 2. Vox cantantis in feneſtra, corvus in ſuperliminari, *ſup.* 5. Non tardes converti ad Dominum, nec differas de die in diem. Sed contra. Sine conſilio nihil facias, *inf.* 32. Item *Prov.* 4. Oculi tui recta videant, & palpebræ tuæ præcedant greſſus tuos. Item *Luc.* 14. Quis enim volens turrim ædificare, nonne prius ſedens computat ſumptus, qui neceſſarii ſunt, ſi habeat ad perficiendum? Solut. Eſt velocitas ſtrenuitatis, & velocitas præcipitationis. Prima bona eſt, quia vitium tarditatis excludit. Secunda mala eſt, quia in præcipitium ducit. De prima agitur hic. Unde *inf.* 33. In omnibus operibus tuis præcellens eſto, *Prov.* 6. Si impiger fueris, veniet ut fons meſſis tua, & egeſtas longe fugiet a te, *Prov.* 22. Vidiſti virum velocem in opere ſuo, coram Regibus ſtabit, nec erit ante ignobiles, *Eccl.* 9. Quodcumque facere poteſt manus tua inſtanter operare. Contra ſecundam velocitatem loquuntur aliæ auctoritates. Dicit ergo.

q In omnibus operibus tuis eſto velox] ideſt, ſtrenuus, non moroſus.

r Et omnis infirmitas,] tædii, vel acidiæ, vel impedimentum illud.

ſ Non occurret tibi,] velociter operanti, *Exod.* 15. Si audieris vocem Domini Dei tui, languorem, quem poſui in Ægypto non inducam ſuper te, ideſt, induci non permittam, *Prov.* 4. Currens non habebis offendiculum.

t Splendidum in panibus,] ideſt, hilarem, & docibilem in panibus erogandis pauperibus. Prov.

x Benedicent labia multorum,] ideſt, bona dicent de eo, & bona optabunt ei, *inf.* 35. In omni dato hilarem fac vultum tuum, 2. *Cor.* 9 Hilarem datorem diligit Deus.

Myſtice. Myſtice, *t* Splendidum] virtutibus.

u In panibus] ſacræ Scripturæ diſpenſandis.

x Benedicent labia multorum,] in præſenti, & in futuro.

y Et teſtimonium veritatis illius] ideſt, quam ille prædicat. Vel, veritatis illius, ideſt, veræ honeſtatis illius. D

z Fidele,] ideſt, credibile. Illi enim prædicationi creditur, cui vita atteſtatur, *Jo.* 10. Si mihi non vultis credere, operibus credite, *Prov.* 12. Labium veritatis firmum erit in perpetuum.

Myſtice de Chriſto. Myſtice de Chriſto. *t* Splendidum in panibus,] *Joan.* 6. & *Matth.* 14.

x Benedicent labia multorum] ad litteram, quia dixerunt: Hic eſt vere Propheta, qui venturus eſt in mundum, *Joan.* 6.

y Et teſtimonium veritatis illius fidele,] *Joan.* 10. Opera, quæ ego facio, hæc teſtimonium perhibent de me. Item *Joan.* 5. Ego habeo teſtimonium majus Joanne. Opera enim, quæ dedit mihi Pater, ut perficiam ea: ipſa opera, quæ ego facio, teſtimonium perhibent de me.

a In nequiſſimo pane,] ideſt, ex nequiſſimo corde dato, ideſt, triſti, & avaro.

b Murmurabit civitas,] ad litteram, contra avarum, & triſtem datorem.

c Et teſtimonium nequitiæ,] ideſt, de nequitia illius avari.

d Verum eſt,] quia ſicut dicitur, ita eſt.

Myſtice. Myſtice. *a* In nequiſſimo pane,] doctrinæ, vel prædicationis iniquæ.

b Murmurabit civitas,] ideſt, Eccleſia.

c Et teſtimonium nequitiæ illius] falſi Doctoris.

d Verum eſt,] ideſt, auctoritas teſtificans nequitiam illius eſſe puniendam, vera eſt, *Prov.* 19. Falſus teſtis non erit impunitus, *Matt.* 5. Qui ſolverit unum de mandatis iſtis minimis, & docuerit ſic homines, minimus vocabitur in regno cœlorum. Panis mendacii nequam eſt, *Prov.* 20. Suavis eſt homini panis mendacii, & poſtea implebitur os ejus calculo: Panis detractionis nequior eſt, *Job* 20. Panis ejus in utero illius vertetur in fel aſpidum intrinſecus. Panis hæreſeos nequiſſimus eſt, *Iſa.* 65. Serpenti pulvis panis ejus. De hoc pane, & in hoc pane murmurat civitas Eccleſiæ, *Luc.* 12. Attendite a fermento Phariſæorum, *Joan.* 7. Murmur multum erat in turba de eo. Sequitur.

e Diligentes in vino,] ideſt, intentos calicibus epotandis.

f Noli provocare] ad potandum. Nimis enim etiam ſine provocatione bibunt. Vel, Noli provocare ad iram contendendo cum eis, quia facile iraſcuntur, & ſeſe percutiunt. Ebrius enim primo eſt hilaris, ſecundo ſibi dives videtur, tertio loquitur, quarto furit. Unde verſus.

Tunc venit riſus, tunc pauper cornua ſumit:
Et venus in vinis, ignis in igne furit.

Prov. 23. Cui væ, Cujus patri væ, cui rixæ, cui foveæ, cui ſine cauſa vulnera, cui ſuffuſio oculorum, nonne his qui commorantur in vino, & ſtudent calicibus epotandis?

g Multos enim exterminavit,] ideſt, occidit.

h Vinum,] ideſt, ebrietas vini, quæ ſenſum minuit, iram excitat, libidinem inflammat, animi ſecreta revelat, rationem ſepelit, fortitudinem enervat, animam fugat, *infra* 37. Multi propter crapulam obierunt, *Oſee* 4. Fornicatio, & vinum, & ebrietas auferunt cor, *Prov.* 20. & 23. de hoc.

i Ignis probat ferrum durum] ideſt, mollit, & candeſcere facit.

k Sic vinum corda ſuperborum arguet in ebrietate potatum,] ideſt, extra menſuram, ideſt, ſicut ignis ferrum mollit, & inflammat, ſic vinum extra menſuram potatum corda dura

inflammat

inflammat ad luxuriam, & ad quodcumque facinus impellit, ut patet in Loth, qui poſt ebrietatem commiſit inceſtum, *Geneſ.* 19.

a Æqua vita hominibus vinum,] ideſt, vinum in menſura potatum, æquam, ideſt, ſalubrem vitam facit. Unde *ſupra in eodem*. Quam ſufficiens eſt homini erudito exiguum vinum. Acuit enim ingenium, lætificat mentem, & roborat corpus.

b Si bibas illud moderate] ideſt, cum debita menſura.

c Eris ſobrius] ideſt, acutior ad inveſtigandum. Vinum modice ſumptum acuit ingenium. De vino ſpirituali planum eſt, *Rom.* 12. Non plus ſapere, quam oportet ſapere, ſed ſapere ad ſobrietatem.

al. † & non in ebrietatem. al. † corporis. al. † ſumptum.

a Æqua vita hominibus, vinum in ſobrietate: ſi *b* bibas illud moderate, *c* eris ſobrius. *d* Quæ eſt vita quæ minuitur vino? *e* Quid defraudat vitam? *f* Mors. *g* Vinum in jucunditate *h* creatum eſt, † non in ebrietate ab initio. *i* Exultatio animæ, & † cordis, vinum moderate † potatum. *k* Sanitas eſt animæ, & corporis, ſobrius potus. Vinum *l* multum potatum, *m* irritationem, & *n* iram, & *o* ruinas multas facit. *p* Amaritudo animæ vinum multum potatum. *q* Ebrietatis animoſitas imprudentis offenſio, *r* minorans virtutem, & *ſ* faciens vulnera. In *t* convivio vini non arguas proximum, & non *u* deſpicias eum in jucunditate illius. *x* Verba improperii non dicas illi: & *y* non premas illum in repetendo.

d Quæ eſt vita quæ minuitur vino,] ideſt, quam vilis, & quam infelix eſt? Et loquitur de vita naturæ: nam vita gratiæ, & gloriæ omnino perditur.

e Quid defraudat vitam] naturæ, gratiæ, gloriæ?

f Mors] naturæ, culpæ, miſeriæ. Vel ebrietas inſtar mortis, hominem † ſtultum, & inſtabilem, & inſenſibilem facit. Vel Diabolus *Apoc.* 6. Ecce equus pallidus, & qui ſedebat ſuper eum, nomen illi mors. Item peccatum *Sap.* 1. Deus mortem non fecit, ideſt, peccatum, *Pſ.* 54. Viri ſanguinum, & doloſi non dimidiabunt dies ſuos.

al. † ſepultum.

Item poculum veneni, ideſt, falſæ, & hæreticæ doctrinæ, *Apoc.* 17. Mulier erat circundata purpura, & coccino, & inaurata auro, & lapide pretioſo, & margaritis habens poculum aureum in manu ſua, plenum abominatione, & immunditia fornicationis ejus. Vel, Mors, ideſt, voluptas, 1. *Timoth.* 5. Vidua, quæ in deliciis eſt, vivens mortua eſt.

g Vinum in jucunditate] ideſt, ad jucunditatem.

Gen. 9.

h Creatum eſt, non in ebrietate,] ideſt, ad ebrietatem, ab initio, licet Noe, qui primo plantavit vineam, inebriatus fuerit. *Pſal.* 103. Vinum lætificat cor hominis, moderate ſumptum. *Prov. ult.* Date ſiceram mœrentibus, & vinum his, qui amaro ſunt animo, ut bibant, & obliviſcantur egeſtatis ſuæ, & doloris ſui non recordentur amplius.

Similiter ceteri terreni fructus, creati ſunt ad alimentum hominis, non ad detrimentum. Unde ſic ſumenda ſunt alimenta, quaſi medicamenta; & qui aliter ſumit, male ſumit, 1. *Tim.* 6. Habentes alimenta, & quibus tegantur, his contenti ſimus.

i Exultatio animæ, & cordis, vinum moderate ſumptum, vel potatum,] ideſt, cauſa lætitiæ, affectus, & intellectus. Nam nomine animæ affectus; nomine cordis intelligitur intellectus, *Act.* 4. Multitudinis credentium erat cor unum, & anima una. Hæc duo lætificat ſobrius potus vini, nam & intellectus acutior redditur & affectus promptior, & paratior ad omne bonum.

k Sanitas eſt animæ, & corporis ſobrius potus,] vini per cauſam. Nam ex ſobrio potu vini naturalis vigor corporis reparatur, & in anima bonæ cogitationes, & ſancta deſideria generantur, *Zachar.* 9. Vinum germinans virgines, non meretrices.

l Vinum multum potatum,] vel in multa quantitate, vel in multa fortitudine.

m Irritationem] ideſt, evacuationem ſenſus, vel provocationem ad iracundiam.

n Et iram,] ideſt, motum ad vindictam, vel ad convitia.

o Et ruinas multas facit] tam corporales, quam ſpirituales, *Prov.* 23. Cui rixæ, cui foveæ, cui ſine cauſa vulnera, cui ſuffoſſio oculorum: nonne his, qui commorantur in vino & ſtudent calicibus epotandis?

p Amaritudo animæ vinum multum potatum] ideſt, vinum multum forte, vel in multa quantitate potatum, facit amaritudinem peccati, vel pœnitentiæ in anima, ſive in conſcientia, *Prov.* 23. Ne intuearis vinum, quando flaveſcit, cum ſplenduerit in vitro color ejus, ingreditur blande, & in noviſſimo mordebit, ut coluber, & ſicut Regulus venena diffundet.

q Ebrietatis animoſitas imprudentis offenſio,] active, & paſſive, ideſt, audacia, ſive temeritas, quæ ſurgunt ex ebrietate, offenditur, & offendit alios. Offenſio imprudentis dicitur, quia nullus, niſi ſtultus offenditur ex verbis ebrii. Nec etiam reſpondet ei aliquis, niſi ſtultus, *Prov.* 20. Honor eſt hominis, qui ſeparat ſe a contentionibus, omnes autem ſtulti miſcentur contumeliis, *Prov.* 26. Ne reſpondeas ſtulto juxta ſtultitiam ejus, ne efficiaris ſimilis illi.

r Minorans virtutem,] animæ, & corporis.

ſ Et faciens vulnera] animæ, & corpori, *Oſee* 4. Fornicatio, & vinum, & ebrietas auferunt cor. *Horatius*.

Horat. in Epiſt.

Quid non ebrietas deſignat? operta recludit.
Spes jubet eſſe ratas, ad prœlia trudit inermem.
Sollicitis animis onus eximit, ac docet artes.
Fœcundi calices quem non fecere diſertum?

Prov. 20. Luxurioſa res vinum, & tumultuoſa ebrietas, quicumque in his delectatur, non erit ſapiens.

t In convivio vini non arguas proximum] ideſt, cum bene potatus eſt in convivio, non arguas eum de loquacitate, non improperes ei ebrietatem. Nam calefactus vino cito iraſceretur, & quaſi furioſus percuteret, *ſup.* 8. Cum iracundo non facias rixam, & cum audace non eas in deſertum, *Prov.* 22. Noli eſſe amicus homini iracundo, neque ambules cum viro furioſo. Et ita fecit Abigail, noluit arguere Nabal ſuper ſtultitia ſua, quia ebrius erat uſque in craſtinum, 1. *Reg.* 25.

u Et non deſpicias eum in jucunditate illius,] ideſt, in ebrietate improperando convitia ſua, vel irridendo eum, ſicuti Cham irriſit Noe patrem ſuum, *Gen.* 19. Et Judæi Chriſtum inebriatum in Cruce. Matt. 27.

x Verba improperii non dicas illi] tunc quando tegendus eſt, non revelandus, *Prov.* 17. Qui celat delictum, quærit amicitias. Unde Sem, & Japhet amici facti ſunt Noe, & benedicti, quia cooperuerunt eum. Cham autem maledictus, & ſervituti addictus in filio ſuo, quia oſtenderat pudenda patris ſui.

y Et non premas illum in repetendo] tunc debita tua. Totum iſtud capitulum myſtice, & moraliter poteſt exponi de multiplici vino, & multiplici ebrietate. Eſt enim multiplex vinum, & multiplex ebrietas. Eſt vinum charitatis ſive amoris, *Cant.* 2. Introduxit me Rex in cellam vinariam, & ordinavit in me charitatem.

Multiplex vinum.

Item eſt vinum compunctionis, *Pſal.* 58. Potaſti nos vino compunctionis.

Item eſt vinum lætitiæ ſpiritualis, *Pſal.* 103. Vinum lætificat cor hominis. Item eſt vinum legalis auſteritatis, *Cant.* 1. Meliora ſunt ubera tua vino. Item eſt vinum duræ increpationis, *Luc.* 10. Appropians autem Samaritanus alligavit vulnera ejus infundens oleum, & vinum. Item eſt vinum devotionis, in quod ſæpe vertitur aqua contritionis, vel tribulationis, ſed non niſi in nuptiis in domo Architriclini, *Joan.* 2. Item eſt vinum doctrinæ ſpiritualis, *Zach.* 9. Quid eſt bonum ejus, & quid pulchrum ejus, niſi frumentum Electorum, & vinum germinans virgines? Item eſt vinum humanæ redemptionis, ſcilicet, ſanguinis Domini, quod cum lacte bibi debet, ideſt, cum pietate conſcientiæ, *Iſa.* 55. Venite, emite abſque argento, & abſque ulla commutatione vinum, & lac, *Cant.* 5. Bibi vinum meum cum lacte meo. Item eſt vinum carnalis voluptatis, *Prov.* 20. Luxurioſa res eſt vinum. Item eſt vinum temporalis jucunditatis, *Eph.* 5. Nolite inebriari vino, in quo eſt luxuria. Item eſt vinum infidelitatis, quod propinant hæretici, *Deut.* 32. Fel draconum vinum eorum. Primo vino inebriatus eſt Chriſtus in Cruce. Unde & ad potum illius invitat Sponſa, *Cant.* 5. Comedite, amici, & bibite, & inebriamini chariſſimi. Ultimo inebriabitur Antichriſtus, & omnes ſatellites ejus, *Apoc.* 18. De vino iræ fornicationis ejus biberunt omnes Gentes, & Reges terræ cum illa fornicati ſunt.

EXPOSITIO CAP. XXXII.

Rectorem te poſuerunt.]In præcedenti capitulo egit Auctor de ſobrietate, quæ maxime neceſſaria eſt Prælatis. Unde hic agit de officio prælationis. Dividitur autem hoc capitulum in
A quatuor partes. In prima docet Prælatum habere humilitatem in ſe, & ſollicitudinem circa ſubditos. In ſecunda docet diligentiam prædicandi, & modum, quæ iterum neceſſaria ſunt Prælatis, *ibi*: Loquere major natu. In tertia inſtruit ſubditos circa ſilentium, & patientiam ad audiendum verbum prædicationis, *ibi*: Audi tacens. In quarta docet tam Prælatos, quam ſubditos nihil agere ſine conſilio, *ibi*: Fili, ſine conſilio nihil facias, &c. Dicit ergo.

CAP. XXXII.

a Rectorem te poſuerunt: *b* noli extolli: *c* eſto in illis *d* quaſi unus ex ipſis. *e* Curam illorum habe, *f* & ſic *g* conſidera, & omni *h* cura tua † explicita *i* recumbe, ut *k* læteris *l* propter illos, & *m* ornamentum gratiæ accipias, coronam, & † *n* dignitatem conſequaris † corrogationis. *o* Loquere *p* major natu: *q* decet enim te primum *r* verbum diligentis ſcientiam, & *ſ* non impedias muſicam. Ubi *t* auditus non eſt, non *u* effundas ſermonem; *x* & importune noli extolli in ſapientia tua.

al. † explicata.

al. † dignationem.

al. † congregationis.

a Rectorem te poſuerunt] Rectorem, non dominatorem, non mercenarium, ſed Paſtorem; non carnificem, ſed tutorem; non tyrannum; ſed diſpenſatorem; non Dominum, ſed miniſtrum, 1. *Pet.* 5. Paſcite, qui in vobis eſt, gregem Dei, providentes non coacte, ſed ſpontanee ſecundum Deum, neque turpis lucri gratia, ſed voluntarie, neque ut dominantes in Clericis, *Matth.* 20. Quicumque voluerit inter vos major fieri ſit miniſter veſter, & quicumque voluerit inter vos primus eſſe, erit veſter ſervus. Sicut filius hominis non venit miniſtrari, ſed miniſtrare, 1. *Cor.* 4. Sic nos exiſtimet homo, ut miniſtros Chriſti, & diſpenſatores myſteriorum Dei.

a Te] non tuas divitias, non tuam nobilitatem, non tuam progeniem, ſed (te) ideſt, tuam perſonam. Hodie tamen uno facto Epiſcopo, Epiſcopatur tota parentela. Unde & nomen ſuum amittit tota progenies, & qui prius dicebatur filius fabri, vel Roberti, dicitur nepos Epiſcopi, *Iſa.* 66. Numquid parturiet terra in die una, aut parietur gens ſimul? Verba ſunt Chriſti, vel Eccleſiæ admirantis de tot nepotulis uno partu natis. Unde *Iſa.* 49. Quis genuit mihi iſtos? Ego ſterilis, & non pariens tranſmigrata, & captiva, & iſtos quis enutrivit? Ego deſtituta, & ſola, *Thren.* 1. Quomodo ſedet ſola civitas plena populo, facta eſt quaſi vidua Domina gentium, & iſti ubi erant?

a Poſuerunt,] ut reponi poſſet, ſi res poſtulat, aut tempus. Vel, poſuerunt, ideſt, electum canonice, non receperunt datum coacte, vel ingerentem ſe inverecunde, *Heb.* 5. Nec quiſquam ſumat ſibi honorem, ſed qui vocatur a Deo tanquam Aaron. Contra ingerentes ſe, exemplum eſt *Num.* 16. De Choritis, quos terra vivos abſorbuit, qui volebant ſe ingerere in Sacerdotium. Item 2. *Paralip.* 26. De Ozia Rege, qui ſe ingerens in miniſterium templi, lepra percuſſus eſt.

b Noli extolli,] ideſt, extra alios tolli, vel contra ſtatum tuum tolli. Neque dicit: Non extollaris, ſed noli extolli, ut non ſolum extollentiam exteriorem, ſed etiam interiorem oſtenderet in Prælatis eſſe reprimendam.

c Eſto in illis] non ſupra illos in throno poteſtatis, neque extra illos in cameris privatis, ſed inter illos in dormitorio, in refectorio, in oratorio.

d Quaſi unus ex ipſis,] ita veſtitus, ita procuratus. Hoc eſt contra Abbates, & Priores comedentes in cameris, derelinquentes gregem, *Zach.* 11. O paſtor, & idolum derelinquens gregem, *Joan.* 10. Mercenarius fugit, quia mercenarius eſt.

e Curam illorum habe] verbo, & exemplo inſtruendo, infirmis compatiendo, & neceſſaria providendo, diſſolutos corrigendo, *Luc.* 10. Appropians Samaritanus ſauciato, alligavit vulnera ejus, & curam ejus egit, & altera die protulit duos denarios, & dedit ſtabulario, & ait: Curam illius habe, ideſt, populi tibi commiſſi. Ideo dicitur hic: Curam illorum habe, non aliorum, non tui tantum. Sed quomodo curam habebit de aliis, qui ſeipſum curare neſcit? 1. *Tim.* 3. Si quis domui ſuæ præeſſe neſcit, quomodo Eccleſiæ Dei diligentiam habebit?

f Et ſic] ideſt, curam gerendo de ſubditis.

g Conſidera,] Chriſti affectionem ad ipſos, qui pro eis ſanguinem ſuum fudit. Et ideo de ſingulis rationem exiget a te, *Jerem.* 33. Adhuc tranſibunt greges ad manum numerantis, ait Dominus. Item, conſidera tui conditionem, & gregis infirmitatem, ut compati ſcias, *Galat.* 6. Conſiderans teipſum, ne & tu tenteris, *Job.* 5. Viſitans ſpeciem tuam non peccabis. Item conſidera Dæmonum aſtutias, hæreticorum verſutias, hoſtium inſidias contra te, & gregem tuum, qualiter poſſis evadere. *Act.* 20. Attendite vobis, & univerſo gregi.

h Et omni cura tua,] alia explicita, ideſt, amota, & poſtpoſita.

i Recumbe,] ſuper illos, ut gallina ſuper pullos ſuos, 2. *Timoth.* 2. Nemo militans Deo, implicat ſe negotiis ſæcularibus. Vel ſic.

h Et omni cura tua explicita,] ideſt, conſummata circa proviſionem ſubditorum.

i Recumbe] ad menſam lectionis, vel contemplationis, & cogitatus tui, vel corporalis refectionis. Unde 1. *Paral.* 16. Cum procuraſſet David univerſam multitudinem Iſrael, reverſus eſt, ut benediceret domui ſuæ.

k Ut læteris] hic & in futuro.

l Propter illos,] quos bene docuiſti: quia profectus ſubditorum, gloria eſt Prælatorum, dicit *Greg.*

m Et ornamentum gratiæ accipias coronam,] ideſt, præmium æternæ remunerationis, quod dabitur victoribus, mundi, carnis, & diaboli. Et hoc eſt aurea.

n Et dignitatem conſequaris congregationis,] ſive congregationis, quod idem eſt, ideſt, aureolam pro eis, quos congregaſti in Eccleſia ad ſerviendum Deo. Aurea eſt ſubſtantiale præmium, quod debetur omnibus fidelibus, quod dicitur corona, & ornamentum gratiæ. Corona, quia fine, & principio caret, ut corona; vel quia redditur victoribus. Ornamentum gratiæ dicitur, vel quia pro merito gratiæ datur, ſecundum illud *Joan.* 1. Gratiam pro gratia, vel † gratia coronat, quia igniculus Sion, fit caminus in Jeruſalem, *Iſa.* 31. Gratia fit gloria. Aureola vero non eſt de ſubſtantia præmii, ſed eſt quædam dignitas privilegiata, quæ datur Martyribus, Virginibus, & Prædicatoribus, *Proverb.* 17. Corona ſenum filii filiorum, & gloria filiorum patres eorum. Hæc duo ſignificata ſunt *Exod* 25. Per coronam menſæ, & aureolam ſuperpoſitam coronæ. Sequitur.

al. † gratiam decorat.

o Loquere major natu, decet enim te, primum verbum diligentis ſcientiam] ideſt, ſapientis. Loquitur ſecundum morem antiquum. Conſuetudo enim fuit tres continue prædicare, unum poſt alium. Et qui major erat natu, primo loquebatur, 1. *Cor.* 14. Prophetæ autem duo, aut tres dicant, & ceteri dijudicent. Vel ſic.

o Loquere] prædicando, docendo.

p Major natu,] ideſt, provectus ætate, maturus ſcientia, ſenex vita. Chriſtus enim tricenarius cœpit prædicare, & Ezechiel tricenarius prophetare, & Joſeph tricenarius factus eſt Præpoſitus Ægypti. Hoc eſt contra juvenes Prælatos, *Deut.* 15. Non operaberis in primogenito bovis, *Iſa.* 3. Dabo pueros Principes eorum.

q Decet enim te primum] iſte, qui eſt primus, ætate, vita, ſcientia.

r Verbum diligentis ſcientiam,] ideſt, Dei, qui diligit ſcientiam, 1. *Reg.* 2. Deus ſcientiarum Dominus eſt.

ſ Et non impedias muſicam,] ideſt, conſonantiam, & melodiam, quæ debet eſſe inter cor, & os Prædicatoris, ideſt, vitam, & linguam Doctoris. Nam cum vita non diſcordat voci, dulcis eſt ſymphonia. Hanc ſymphoniam impedit, qui aliter prædicat, & aliter vivit: vel qui pro inani favore canoram eloquentiam prædicationis effundit.

t Ubi auditus non eſt,] ideſt, auditor, qui proficiat.

u Non effundas ſermonem:] Vinum enim pretioſum eſt ſermo Dei. Unde qui loquitur non audienti, vel non proficienti, quaſi qui effudit vinum pretioſum in terram, *Proverb.* 23. In auribus inſipientium ne loquaris: quia deſpicient doctrinam eloquii tui, *ſupra* 22. Qui narrat verbum non audienti, quaſi qui excitat dormientem de gravi ſomno.

x Et importune noli extolli in ſapientia tua.] De ſapientia ſua extollitur, qui ſibi ſapiens videtur, *Iſa.* 5. Væ qui ſapientes eſtis in oculis veſtris, *Rom.* 12. Nolite ſapientes eſſe apud voſmetipſos. Item in ſapientia ſua extollitur, qui de ſua ſcientia ſibi complacendo gloriatur, *Jerem.* 9. Non glorietur ſapiens in ſapientia ſua: importune autem dicit, quia eſt opportuna extollentia, quæ

fit per

fit per ſanctam ſuperbiam, maxime contra hæreticos falſa prædicantes. Unde *ſup.* 13. Noli humilis eſſe in ſapientia tua, ut jam ſuperatus.
a Gemmula carbunculi] intranſitive, ideſt, gemma, quæ eſt carbunculus. Eſt.

a Gemmula carbunculi in *b* ornamento auri, & *c* comparatio Muſicorum in *d* convivio vini. *e* Sicut in fabricatione auri ſignum *f* eſt ſmaragdi: ſic *g* numerus Muſicorum in *h* jucundo, & moderato vino. *i* Audi tacens, & pro k reverentia *l* accedet tibi bona gratia. *m* Adoleſcens *n* loquere in tua cauſa *o* vix, *p* cum neceſſe fuerit, *q* Si bis interrogatus fueris, *r* habeat caput *ſ* reſponſum tuum. In *t* multis eſto quaſi inſcius, & *u* audi tacens ſimul, & quærens. † *x* Et loqui in medio Magnatorum non *y* præſumas, & ubi ſunt *z* ſenes, non multum loquaris: ante *a* grandinem *b* præibit coruſcatio, & ante *c* verecundiam præibit *d* gratia,

b In ornamento auri,] ideſt, ad ornamentum auri. Carbunculus enim incluſus auro in annulo, plus eſt ad decorem auri, quam e converſo, quia plus ſplendoris, & virtutis habet, quam aurum. Vel.
B *a* Gemmula carbunculi] decens eſt.
b In ornamento auri;] ideſt, in ornamento aureo, ideſt, in annulo.
c Et comparatio Muſicorum,] ideſt, conſonantia, ſive melodia inſtrumentorum.]
d In convivio vini] decens eſt, & conveniens, ſecundum judicium carnalium. Quos reprehendit *Iſa.* 5. Cithara, & lyra, & tympanum, & tibia, & vinum in conviviis veſtris, & opus Domini non reſpicitis, *Amos* 6. Væ vobis, qui opulenti eſtis in Sion. Qui comeditis agnum de grege, & vitulos de medio armenti, qui canitis ad vocem pſalterii. Vel ſic.
a Gemmula carbunculi] ſupple, comparantur, vel aſſimilantur, quia ſicut carbunculus ornat aurum; ita conſonantia inſtrumentorum ornat convivium, & jucundius facit. Vel ſicut ſplendor carbunculi præfertur ſplendori auri, ita jucunditas melodiæ inſtrumentorum præfertur jucunditati potantium, & comeſſorum.

Mystice. Myſtice. *a* Gemmula carbunculi] humilitas charitatis. Carbunculus enim quaſi cardo igneus dicitur, omnes gemmas ſplendore præcellens. Qui etiam in tenebris lucet, unde ſignificat charitatem, quæ excellentior eſt ceteris virtutibus. *b* In ornamento auri.] Aurum eſt ſapientia, quæ ornatur charitate, & humilitate.
c Comparatio Muſicorum] eſt concors, & conſona doctrina Prædicatorum. Convivium vini, eſt refectio verbi Dei. Eſt igitur ſenſus: Sicut charitas, & humilitas ornant ſapientiam. Unde hanc duplicem virtutem Dominus Apoſtolis ſpecialiſſime ſervandam commendavit, *Jo.* 13. ſic conſonantia cordis, oris, & operis ornat, & decorat prædicationem verbi Dei. Et ſicut charitas præfertur ſapientiæ, ſic bona vita doctrinæ. Nam cujus vita deſpicitur, reſtat, ut ejus prædicatio contemnatur, ſicut dicit *Greg.* *e* Sicut in fabricatione auri] ideſt, in auro fabricato, ideſt, in annulo aureo.
f Signum eſt ſmaragdi] ideſt, impreſſa eſt ſmaragdus, ſignans & ornans eum.
g Sic numerus Muſicorum] ideſt, multitudo Prædicatorum conſone, & ſuaviter reſonantium.
h In jucundo, & moderato vino,] ideſt, in commoda, & moderata prædicatione verbi divini. Hoc eſt ſicut ſmaragdus ornat annulum, & prævalet auro; ſic conſona vita Doctorum ornat prædicationem eorum, & prævalet vita doctrinæ. Nam plus docent, & monent efficacius exempla, quam verba.

Mystice. Myſtice. Per ſmaragdum, quæ viridis eſt, ſignificatur fides operans per dilectionem, quæ ornat ſapientiam, & doctrinam, ſicut charitas, & humilitas, *Exod.* 28. legitur, quod in primo verſu erat ſmaragdus, in ſecundo carbunculus. Hic e converſo primo ponitur carbunculus, ſecundo ſmaragdus. Reſponſio. Dicimus, quod in ſmaragdo ſignificatur fides Confeſſorum, in carbunculo charitas martyrum. Unde in ſmaragdo nomen Levi ſcriptum erat, in carbunculo nomen Judæ. Quia igitur fides prior eſt charitate; prior eſt ſmaragdus carbunculo, & ideo prior eſt in *Exod.* Quia vero prius fuerunt Martyres, quam Confeſſores, prior eſt carbunculus, quam ſmaragdus, ut hic dicitur.
i Audi tacens] a murmure cordis, a ſtrepitu vocis, a concupiſcentia mundi; in hoc enim triplici ſilentio percipitur doctrina veritatis. Unde & Pythagoras docuit diſcipulos ſuos per quinquennium tacere, & tunc demum loqui: unde *Eccl.* 3. Eſt tempus tacendi, & tempus loquendi, *ſup.* 5. Si eſt tibi intellectus reſponde proximo tuo; ſin autem, ſit manus tua ſuper os tuum. Tacere autem dicitur, qui nec multa loquitur, nec ſuperflua concupiſcit, nec murmurat, nec ſibillat in ſcholis. *Judic.* 5. Cuſtodite vos a murmuratione, quæ nihil prodeſt, *Iſa.* 32. Cultus juſtitiæ ſilentium.

Unde & Chuſi, qui interpretatur ſilentium, diſſipavit conſilium Achitophel, qui interpretatur frater meus vivens, 2. *Regum* 17. Igitur, audi tacens, non dicit, quid, vel quis, ut omnia intelligas tam bona, quam mala, dummodo in tuo ſilentio, nec fidei, nec moribus Eccleſiæ derogetur, *Sap.* 1. Auris zeli audit omnia. *k* Et pro reverentia, &c.] tua, quam ſilenter audiendo exhibes, non ſolum Doctori, ſed etiam verbo Dei. al. † In medio magnatorum loqui.
l Accedet tibi bona gratia,] coram Deo, cujus verbum honoras audiendo, & coram Doctoribus, quos revereris ſilendo.
m Adoleſcens,] ideſt, juvenis ætate, & ſcientia.
n Loquere in tua cauſa] non aliena.
o Vix] ideſt, verecunde, & cum tremore, & raro.
p Cum neceſſe fuerit] ideſt, utile, & inevitabile. Adoleſcens eſt, qui adoleſcit, ideſt, creſcit. Et ſi hic non debet loqui, quid ergo? qui deficit, & decreſcit? *Rab.* Oportet Magiſtrum loqui, & docere; diſcipulum autem tacere, & audire.
q Si bis interrogatus fueris,] ideſt, iterato, vel intente, vel inter multos loqui.
r Habent caput,] ideſt, finem.
ſ Reſponſum tuum,] ideſt, breve ſit, & ſenſatum. Nam in capite ſunt omnes ſenſus. Vel, habet caput, ideſt, auctoritatem principii. Contra illos, qui ſine † al. † auctoritate. themate incipiunt ſermones ſuos, *Pſalm.* 103. De medio petrarum dabunt voces, ideſt, de duobus Teſtamentis, non ab antiphonis, vel reſponſoriis, *Cant.* 5. Caput ejus aurum optimum.
t In multis eſto quaſi inſcius] ideſt, inter multos, maxime inter ſapientes non prætendas te multum ſcire. Contra ſophiſtas, qui volunt videri ſapientes, & in nullo inſcii ſe haberi, *inf.* 37. Qui ſophiſtice loquitur, odibilis erit, & in omnibus defraudabitur.
u Et audi tacens ſimul, & quærens,] ſicut Dominus, *Luc* 2. Invenerunt illum in templo ſedentem, in medio Doctorum audientem, & interrogantem eos. Sed qui quærit, loquitur, quomodo ergo dicit, & audi tacens ſimul, & quærens? Reſpondeo. Tacens, ideſt, præſumptione docendi, vel loquacitate inutili, & quærens neſcita, & utilia.
x Et loqui in medio Magnatorum,] ideſt, ſapientum, vel ſeniorum.
y Non præſumas] ex te.
z Et ubi ſunt ſenes,] ſenſu, non multum loquaris, *ſup.* 7. Noli verboſus eſſe in multitudine Presbyterorum.
a Ante grandinem præibit coruſcatio,] ad litteram. Nubes enim vi ventorum agitatæ, & colliſæ adinvicem coruſcationes, & tonitrua, & fulgura, & grandines generant.
c Et ante verecundiam] de peccatis, ideſt, de collocutione majorum.
d Præibit gratia] quæ illuminat mentem ad cognoſcendum ſuam turpitudinem, & aliorum magnitudinem, unde naſcitur verecundia.

Myſtice. *a* Ante grandinem] Herodianæ perſecutionis, in necem puerorum. Mystice.
b Præibit coruſcatio] illuminationis, & adorationis Magorum. Item.
a Ante grandinem] extremæ examinationis.
b Præibit coruſcatio] Evangelicæ prædicationis, per Henoch, & Eliam. Item.
a Ante grandinem,] dominicæ crucifixionis.
b Præibit coruſcatio] miraculorum, & uſus prædicationis.

Moraliter. *a* Ante grandinem] excommunicationis. Moraliter.
b Præibit coruſcatio] trinæ admonitionis, *Tit.* 3. Hæreticum hominem poſt unam, & ſecundam correctionem devita, ſciens, quia ſubverſus eſt qui ejuſmodi eſt, &c.
c Et ante verecundiam] confeſſionis.
d Præibit gratia] contritionis.

C & pro *a* reverentia *b* accedet tibi bona gratia. Et *c* hora ſurgendi non † *d* te trices. *e* Præcurre autem prior in *f* domum tuam, *g* & illic † advoca te, & illic *h* lude, & *i* age conceptiones tuas, & non in *k* delictis, & verbo ſuperbo. *l* Super his omnibus benedicito Dominum, qui fecit te, & *m* inebriantem te ab omnibus bonis ſuis. Qui *n* timet Deum, *o* excipiet doctrinam ejus, & *p* qui vigilaverint *q* ad illum, invenient *r* benedictionem. † *ſ* Qui quærit legem, *t* replebitur ab ea, & qui *u* inſidioſe agit, *x* ſcandalizabitur † ab ea.

al. † tetricers. al. † te triſtes. al. † advocare, al. † illius. al. † in

a Et pro reverentia] confeſſionis, quam reverenter facis & verecunde.
b Accedet tibi bona gratia] remiſſio peccatorum, augmentum virtutum, roboratio virium, *ſup.* 7. Gravia verecundiæ mulieris ſenſatæ ſuper aurum. Ecce ordo juſtificationis. Ex grandine coruſcatio, ideſt, ex timore cognitio, ex cognitione ſolicitudo, ex ſolicitudine contritio, ex contritione confeſſio, ex confeſſione verecundia, ex verecundia reverentia, ea reverentia gratia bona, ideſt, juſtificatio, & ex hac gloria.
c Et hora ſurgendi] ad matutinas, vel ad opus aliud.
d Non te trices,] ideſt, non tardes tricando capillos, ut puellæ. Vel eſt una dictio. Et eſt ſenſus.
d Te trices,] ideſt, exaſperes te in opere tuo. Tetricus enim aſper eſt, & tetricare, exaſperare. Unde Ovidius:

——— *Tetrices de more puellæ.*

Vel ſic. *c* Hora ſurgendi] de lecto, vel de cella ad horas, vel ad ſigna alia.
d Non te trices,] ideſt, extrices te, primo extendendo unum brachium, poſtea aliud, deinde fricando oculos, poſtea quærendo, vel cogitando, quæ hora eſt, ſicut piger, *Prov.* 5. Uſquequo, piger dormis? Quando conſurges e ſomno tuo? Paululum dormies, paululum dormitabis, paululum conſeres manus tuas, ut dormias, *ſup.* 31. In omnibus operibus tuis eſto velox, & omnis infirmitas non occurret tibi. Alia littera habet.
c Hora ſurgendi] a ſomno peccati.
d Non te triſtes,] ideſt, non ſis triſtis, quia oportet ſurgere ad labores pœnitentiæ ex ſomno peccati. Semper eſt hora ſurgendi, quia brevis eſt hora vivendi, *Rom.* 13 Hora eſt jam nos de ſomno ſurgere, *Pſ.* 126. Surgite poſtquam ſederitis, qui manducatis panem doloris, *Cant.* 7. Surgamus ad vineas.
e Præcurre autem prior in domum tuam] ideſt, in domum conſcientiæ, circumſpecta conſideratione.
g Et illic advoca te,] cogitationes tuas intra te, & ad te colligendo, vel (advocare) deponens, ſecundum antiquam grammaticam, ideſt, advocatus eſto contra teipſum, hic ſit tibi forum.
h Et illic lude] omni tempore, ideſt, ludum tuum aſpice, hic ſit tibi theatrum.
i Et age conceptiones tuas,] ideſt, cogitationes, & affectiones tuas, ideſt, agita circumſpiciendo diligenter, quales ſint, hic ſint tibi ſcholæ, hic diſputa, hic advoca, hic lude, quaſi dicat, cujuſcumque modi homo ſis, omne genus officinæ habes in domo tua.

Si miles es, ibi eſt armamentum, domus ſaltus, in qua ſunt clypei, & haſtæ, & cetera armorum genera Salomonis, *Cant.* 4. Sicut turris David collum tuum, quæ ædificata eſt cum propugnaculis: Mille clypei pendent ex ea, omnis armatura fortium.

Si clericus es, ſcholæ ſunt tibi, templum ibi, 1. *Cor.* 6. An neſcitis, quoniam membra veſtra templum ſunt Spiritus ſancti? Si ruſticus es, ibi eſt ager, & vinea tua, *Prov.* 24. Per agrum hominis pigri tranſivi, & per vineam viri ſtulti, & ecce totum repleverant urticæ.

Si monachus es, clauſtrum habes pulcherrimum, & regulam certam vivendi, *Matth.* 7. Quæcumque vultis, ut faciant vobis homines, & vos eadem facite illis. Quare ergo non habitas in domo tua? Forte quia mimus es, & placet tibi magis aliena domus, quam tua. Unde *ſupra* 21. Pes fatui facilis in domum proximi. Vel mulier garrula, & vaga non valens in domo conſiſtere, *Prov.* 7. Hanc domum ſacratiſſimam, & Deo dicatam quidam faciunt forum rerum venalium, ſive domum negotiationis, *Joan.* 2. Nolite facere domum patris mei domum negotiationis. Alii faciunt ſpeluncam latronum, *Matth.* 21. Domus mea, domus orationis vocabitur: vos autem feciſtis eam ſpeluncam latronum.

Alii faciunt domum lupanaris, ſive proſtibulum meretricum, 2. *Mach.* 4. Auſus eſt Jaſon ſub ipſa arce, ideſt, ſub ratione concupiſcibili gymnaſium conſtituere, & optimos quoſque Epheborum in lupanaribus ponere. De hac domo dicit David, *Pſal.* 15. Domine dilexi decorem domus tuæ, *Sap.* 8. Intrans in domum meam conquieſcam cum illa. Igitur. *e* Præcurre prior] ne adverſarius præveniat te.
f In domum tuam] non alienam.
g Et illic advoca te] ideſt, allega contra te. Tu ſis reus, & Advocatus, conſcientia ſit accuſator, & ratio judex, & timor carnifex.
h Et illic lude] cum Domino, qui ibidem tecum ludit, ſua mirabilia oſtendendo, tibi gaudium, & lætitiam infundendo, *Prov.* 8. Quando appendebat fundamenta terræ, cum eo eram cuncta componens, & delectabar per ſingulos dies ludens coram eo omni tempore, ludens in orbe terrarum.
i Et age conceptiones tuas,] ideſt, bona facienda præcogitando concipe, vel quæ concepiſti bona, opere perfice.

Multi multa bona facienda conceperunt, ſed adhuc facere differunt, *ſupra* 5. Non tardes converti ad Dominum, & ne differas de die in diem, ſubito enim veniet ira illius, &c. *Lucæ* 21. Væ prægnantibus, & nutrientibus, &c.
k Et non in delictis, & verbo ſuperbo] age conceptiones tuas, ideſt, quæ concupiſti facere, facias ſine peccato, & ſine jactantia, *Tob.* 4. Superbiam in tuo ſenſu numquam, aut in tuo verbo dominari permittas.
l Super his omnibus benedicito Dominum, qui fecit te] cum feceris ea.
m Et inebriantem te ab omnibus bonis ſuis,] non uno tantum, *Lucæ* 12. Super omnia bona conſtituet eum.

Hæc inebriatio erit in patria, quando Joſeph, ideſt, Chriſtus fratres ſuos in meridie ſecum comedere faciet, *Gen.* 43. Biberunt, & inebriati ſunt coram eo, *Pſal.* 35. Inebriabuntur ab ubertate domus tuæ, & torrente voluptatis tuæ potabis eos.
n Qui timet Deum] ut filius.
o Excipiet doctrinam ejus,] ideſt, extra alios capiet.

Timor enim filialis vult cavere offenſam Dei. Quod non poteſt fieri ſine doctrina ejus, *Deuteron.* 33. Omnes Sancti in manu illius ſunt, & qui appropinquant pedibus ejus, accipient de doctrina illius, *Pſalm.* 118. A mandatis tuis intellexi.
p Et qui vigilaverint] mente, & corpore.
q Ad illum] timorem Domini habendum. Vel, ad illum Dominum honorandum.
r Invenient benedictionem] ſiniſtræ in præſenti, & dexteræ in futuro, *Cant.* 2. & 8. Læva ejus ſub capite meo, & dextera illius amplexabitur me, *Sap.* 6. Qui de luce vigilaverit ad illam, non laborabit, aſſidentem enim illam foribus ſuis inveniet.
ſ Qui quærit legem,] ideſt, intellectum legis ad faciendum eam.
t Replebitur ab ea] in futuro omnibus bonis, *Pſalm.* 64. Replebimur in bonis domus tuæ, *Pſalm.* 16. Et ſatiabimur, cum apparuerit gloria tua. Modus vero quærendi legem neceſſarius eſt. Non enim tantum quærendo, ſed audiendo, ſtudendo, orando, operando, fideliter, diligenter, humiliter, perſeveranter, *Lucæ* 11. Omnis, qui petit, accipit, & qui quærit, invenit, & pulſanti aperietur, *Proverbior.* 2. Si quæſieris eam quaſi pecuniam, & ſicut theſauros effoderis illam, tunc intelliges timorem Domini, & ſcientiam Dei invenies.

Et nota, quod dicit: Qui quærit legem, non leges. Una enim eſt lex, de qua ſcriptum eſt: Lex Domini immaculata convertens animas, *Deut.* 33. In dextera illius ignea eſt lex.
u Et qui inſidioſe agit, &c.] ut hæreticus, qui pervertit legem infideliter exponendo, vel Doctor fictus nimis emolliendo, vel nimis philoſophice diſputando. *Pſal.* 18.
x Scandalizabitur ab ea] active, & paſſive offendit, & offenditur, quia per viam planam ſanæ doctrinæ neſcit ire, quia ponit offendicula ſua admiſcendo inutiliter alias facultates, vel perverſe exponendo Scripturam, *Oſee ult.* Rectæ viæ Domini: juſti ambulabunt in eis, prævaricatores vero corruent in eis.

a Qui

a Qui timent Deum, *b* invenient judicium juſtum, & *c* juſtitias *d* quaſi lumen accendent. *e* Peccator homo *f* vitabit † correctionem, *g* & ſecundum voluntatem ſuam inveniet comparationem. Vir *h* conſilii non *i* diſperdet *k* intelligentiam, *l* alienus, & ſuperbus non pertimeſcit timorem † Domini. Etiam *m* poſtquam fecit *n* cum eo ſine *o* conſilio & ſuis † inſectationibus arguetur. *p* Fili, ſine conſilio *q* nihil facias: & *r* poſt factum non pœnitebis. *ſ* In via ruinæ non eas; & *t* non offendes in lapides: nec *u* credas te viæ laborioſæ, ne *x* ponas animæ tuæ ſcandalum. Et *y* a filiis tuis cave, & a *z* domeſticis tuis attende. In *a* omni opere tuo crede ex fide animæ tuæ. *b* Hæc eſt enim † conſummatio mandatorum. *c* Qui credit Deo, *d* attendit mandatis: & *e* qui confidit in illo, non † *f* minoratus erit.

al. † correptionem. al. † non habet Domini. al. † inſectionibus. al. † conſervatio. al. † minorabitur.

CAP. XXXIIII.

Timenti *g* Deum *h* non occurrent mala

a Qui timent Deum] filialiter. *b* Inveniet judicium] ideſt, juſtum præmium recipient, hoc eſt, juſte judicabuntur. Simile *Sap.* 6. Qui cuſtodierint juſtitiam, juſte judicabuntur. Argumentum, quod de condigno meremur vitam æternam. *c* Et juſtitias,] ideſt, opera juſtitiæ.

d Quaſi lumen accendent,] ſibi & aliis. *Iſa.* 58. Frange eſurienti panem tuum &c. tunc erumpet quaſi mane, lumen tuum, & ſanitas tua citius orietur.

D

e Peccator homo] ideſt, malitioſus eſt aſſuetus in peccatis. *f* Vitabit correctionem] ſalubrem. *Prov.* 15. Non amat peſtilens eum, qui ſe corripit, nec ad ſapientes graditur.

g Et ſecundum voluntatem, &c.] ideſt, aliquem ſibi ſimilem in eo, ſuper quo corripitur, per quem ſe excuſet. *Iſa.* 10. Numquid non principes mei ſimul Reges ſunt? Numquid non ut Carchamis; ſic Calamo: & ut Arphat; ſic Emath? Numquid non ut Damaſcus, ſic Samaria? *Sen.* Summa malorum eſt, quod vivitur ad exemplum. 2. *Mac.* 4. Per omnia his conſimiles eſſe cupiebant, quos hoſtes, & peremptores habuerant. *Oſ.* 12. Si in Galaad idolum, ergo fruſtra erant in Galgal, quaſi dicat, etſi majores hoc faciunt, numquid ideo non peccant minores? imo, ſed tamen minus. *Matth.* 15. Si cæcus cæco ducatum præſtet, ambo in foveam cadunt. *h* Vir conſilii] quæſitor, auditor, amator, elector, dator, factor.

i Non diſperdet] contemnendo, repugnando, contriſtando, non agendo. *k* Intelligentiam] conſilii ſui quæſiti, vel dati; ſed quod ſibi conſulitur, faciet; & quod ipſe conſulit aliis faciendum, ſimiliter faciet. *Job* 20. Doctrinam, qua me arguis, audiam; & ſpiritus intelligentiæ meæ reſpondebit mihi.

Sed multi petunt conſilium; & cum audierint, quod non ſibi placet, triſtes recedunt, & pejores, quam prius. *Matth.* 19. Magiſter bone, quid faciam, ut habeam vitam æternam?

Et reſpondit Dominus: Si vis ad vitam æternam ingredi, ſerva mandata. Dixit ille. Quæ? Jeſus autem dixit: Non homicidium facies, &c. Dixit illi adoleſcens: Omnia hæc cuſtodivi a juventute mea: quid adhuc mihi deeſt? Ait illi Jeſus: Si vis perfectus eſſe, vade & vende omnia quæ habes, & da pauperibus, & habebis theſaurum in cœlo, & veni, ſequere me. Cum autem audiſſet adoleſcens verba hæc, abiit triſtis. Erat enim habens multas poſſeſſiones. Jeſus autem dixit Diſcipulis ſuis: Amen, amen dico vobis, quia dives difficile intrabit in regnum cœlorum. Moyſes acquievit conſilio Jethro, licet minor eſſet. *Exod.* 18. Et Dominus refecturus turbas conſuluit Diſcipulos ſuos. *Joan.* 6. Cum ſublevaſſet oculos Jeſus, & vidiſſet, quod multitudo maxima venit ad eum, dixit ad Philippum: Unde ememus panes, ut manducent hi? Contra quoſdam eſt hoc, qui nimis confidunt in ſapientia ſua. *Prov.* 3.

Ne innitaris prudentiæ tuæ 1. *Mac.* 2. Ecce Simon frater veſter; ſcio, quod vir conſilii eſt; ipſum audite ſemper; & ipſe erit vobis pater. *l* Alienus & ſuperbus non pertimeſcit timorem Domini] ideſt, Dominum timendum æterna ſupplicia comminantem. Simile *Gen.* 31. Juravit Jacob per timorem patris ſui Iſaac, ideſt per Dominum, qui eſt timendus bonis.

Alienus & ſuperbus dicitur, qui ex ſuperbia alienat ſe a conſilio bono: *Job* 11. Vir vanus in ſuperbiam erigitur. *m* Etiam poſtquam fecit] aliquid bonum. *n* Cum eo] ideſt, cum viro conſilii, ideſt, ſicut ille faceret. *o* Sine conſilio & ſuis inſectationibus arguetur] ideſt pro eo quod ſine conſilio ſapientis facit, propriam ſecutus ſententiam, arguetur, hoc eſt, licet ſuperbus aliquid faciat, ſicut ſapiens faceret, ſi eſſet illud facturus: tamen arguetur, quia ſine conſilio fecit illud, ſecutus proprium ſenſum.

Unde ſequitur.

p Fili, ſine conſilio] ſapientis, vel Sacræ Scripturæ.

q Nihil facias.] Unde *Prov.* 4. Palpebræ, ideſt, diſcretio, & conſilium præcedant greſſus tuos, ideſt, opera tua.

r Et poſt factum non pœnitebis] ideſt, pro facto tuo non tenebis pœnam. *Prov.* 11. Ubi non eſt gubernator, populus corruet: ſalus autem, ubi multa conſilia.

Item *Prov.* 15. Qui agunt omnia cum conſilio, reguntur ſapientia. Verumtamen non ab omnibus quærendum eſt conſilium, quia non a juvenibus, ut Roboam, 3. *Reg.* 12. Nec a multis. Unde, *ſup.* 6. Multi pacifici ſunt tibi, conſiliarius autem ſit tibi unus de mille.

Nec de amicis carnalibus, ut *inf.* 37. Noli conſiliari cum ſocero tuo, & a zelantibus te abſconde conſilium. *ſ* In via ruinæ non eas] ideſt, in via hæreticæ pravitatis vel cujuſcumque peccati, per quod ruit homo in peccatum. *t* Et non offendes in lapides,] ideſt, non ſcandalizaberis in ſcelera aliorum, quæ ſunt dura, ut lapides, & viam morum, ac fidei impediunt, *ſup.* 21. Via peccantium complantata eſt lapidibus.

u Nec credas te viæ laborioſæ] ideſt, viæ peccati, quæ laborioſa eſt, quia ardua in ſuperbis, lutoſa in luxurioſis, ſpinoſa in avaris, petroſa in iracundis, tortuoſa in doloſis, *Pſalm.* 13. Contritio, & infelicitas in viis eorum. *Sap.* 5. Laſſati ſumus in via iniquitatis & perditionis, & ambulavimus vias difficiles.

A

Item nec te credas viæ laborioſæ, ideſt, ſcrutinio inutilium, & ſubtilium quæſtionum, quæ plus habent laboris & vanitatis, quam utilitatis, *ſup.* 3. Altiora te ne quæſieris, & fortiora te ne ſcrutatus fueris.

x Ne ponas animæ tuæ ſcandalum] aliquod prædictorum ne cadas in via, & corruas in infernum.

y Et a filiis tuis cave] ideſt, ne eis ſecreta reveles, *Mic.* 7. Filius contumeliam facit patri, & filia conſurget adverſus matrem ſuam.

z Et a domeſticis tuis attende] ne te decipiant adulando, vel tua ſubtrahendo, *Matth.* 10. & *Mich.* 7. Inimici hominis domeſtici ejus.

a In omni opere tuo crede ex fide animæ tuæ,] ideſt, omni operi tuo ſuſtine fundamentum fidei, non oris, ſed animæ, quæ per dilectionem operatur, *Rom.* 10. Corde creditur ad juſtitiam, ore autem confeſſio fit ad ſalutem. *b* Hæc eſt enim conſummatio mandatorum] ideſt, fides operans per dilectionem. Charitas enim eſt finis præcepti, 1. *Tim.* 1. *c* Qui credit Deo,] ideſt, comminationibus, & promiſſis Dei.

d Attendit mandatis] ejus ut impleat.

e Et qui confidit in illo] ideſt, in Deo.

f Non minoratus erit] ideſt, non minus recipiet, quam ſperavit, ſed plus.

Vel non minoratus erit, ideſt, non minorabitur a merito, & a præmio, *ſup.* 19. Ne iteres verbum durum, & non minoraberis. *Pſalm.* 124. Qui confidunt in Domino, ſicut mons Sion, non commovebitur, &c. *Jerem.* 17. Benedictus vir, qui confidit in Domino, & erit Dominus fiducia ejus.

EXPOSITIO CAP. XXXIII.

Timenti Deum, &c.] In præcedenti cap. egit Auctor de officio Prælatorum. Hic agit de obſequio ſubditorum. Ad illos enim pertinet ſapienter præcipere, ad iſtos humiliter obedire. Dividitur autem hoc cap. in quatuor partes. Primo docet Auctor, quæ conſervant hominem in tentationibus, ſcilicet timor & ſapientia. Secundo oſtendit, quæ dejiciunt ipſum, ſcilicet levitas & fatuitas, ibi, præcordia fatui. Tertio monet omnes, nulli alii dare ſuper ſe poteſtatem, ibi, Audite me, Magnati. Quarto oſtendit, quæ debeantur ſubditis, ibi, Cibaria & virga, & onus aſino, &c. Dicit ergo. *g* Timenti] Deum filialiter. *h* Non occurrent mala] æterna. Non etiam temporalia occurrent ei, ideſt, non contra eum current, ſed cum eo, & pro eo, quia non impediunt, vel retardant curſum ejus ad patriam, ſed juvant, & accelerant, *Job* 5. In ſex tribulationibus liberavit te, & in ſeptima non tanget te malum.

a Sed

a Sed in tentatione] tam interiori, quam exteriori. *b* Deus illum conſervabit.] Notatur ſocietas gratiæ, & liberi arbitrii a caſu, 1. *Cor.* 10. Fidelis eſt Deus, qui non permittet vos tentari ſupra id, quod poteſtis; ſed faciet cum tentatione proventum, 2. *Pet.* 2. Novit Deus vos de tentatione eripere. *c* Et liberabit a malis] culpæ, miſeriæ, & gehennæ.

d Sapiens,] cui ſapiunt res, prout ſunt.

e Non odit mandata & juſtitias,] ideſt, mandata juſtitiæ naturalis. *Matt.* 7. Quodcumque vultis, ut faciant vobis homines, & vos eadem facite illis, *Tob.* 4. Quod ab alio oderis tibi fieri, vide tu ne aliquando alii facias.

Sup. 21. *f* Et non illidetur,] ideſt, illuſionibus Dæmonum, aut carnis, aut mundi non obruetur.

g Quaſi in procella,] fluctuum maris non obruitur, ſicut navis, quaſi dicat, navis quæ habet bonum rectorem, non obruitur in procella; ita Juſtus non obruitur tentationum, aut tribulationum turbine, *Prov.* 22. Non contriſtabit juſtum, quicquid ei acciderit.

a ſed in tentatione *b* Deus illum conſervabit, & *c* liberabit a malis, *d* Sapiens non *e* odit mandata, & juſtitias: *f* & non illidetur *g* quaſi in procella navis.

h Homo ſenſatus *i* credit legi, & *k* lex illi fidelis. Qui *l* interrogationem manifeſtat, *m* parabit verbum, *n* & ſic *o* deprecatus *p* exaudietur, & *q* conſervabit diſciplinam: *r* & tunc *ſ* reſpondebit.

t Præcordia fatui: *u* quaſi rota carri, *x* & quaſi axis verſatilis cogitatus illius. *y* Equus emiſſarius; ſic & amicus ſubſannator ſub *z* omni ſupraſedente hinnit.

Quare *a* dies *b* diem ſuperat, & *c* iterum *d* lux *e* lucem, & *f* annus *g* annum † & Sol *h* Solem? *i* A Domini ſcientia ſeparati ſunt, *k* facto Sole, & præceptum *m* cuſtodiente per *n* Dei ſapientiam dividuntur. Et *o* immutavit *p* tempora, *q* & dies feſtos ipſorum, *r* & in illis *ſ* dies feſtos celebraverunt ad horam, *t* Ex ipſis *u* exaltavit, & magnificavit Deus,

h Homo ſenſatus] ideſt, ſapiens.

i Credit legi Dei] comminanti vel promittenti, non ſibi blandienti.

k Et lex illi fidelis] ideſt, verax in promiſſis, & comminationibus.

l Qui interrogationem manifeſtat] aperte, & diſtincte reſpondendo ad interrogationem ſibi factam.

m Parabit verbum] præmeditando verba congrua reſponſioni. *n* Et ſic] ideſt, præmeditando.

o Deprecatus] Dominum, ut aperiat illi intelligentiam quæſtionis.

p Exaudietur] a Domino. *Jac.* 1. Si quis veſtrum indiget ſapientia, poſtulet a Deo, qui dat omnibus affluenter. *q* Et conſervabit diſciplinam] Domini, ſive verborum corde, ore, & opere. *r* Et tunc] ideſt, poſt meditationem, orationem, & operationem.

ſ Reſpondebit] ſatisfaciendo interroganti. Hæc igitur tria neceſſaria ſunt omni Doctori; præmeditatio, oratio, & operatio. Unde 1. *Pet.* 3. Dominum Chriſtum ſanctificate in cordibus veſtris, parati ſemper ad ſatisfactionem omni poſcenti vos rationem.

t Præcordia fatui] ideſt, interiores cogitationes, & affectiones.

u Quaſi rota carri] quæ ſemper murmurat, & nunquam in eodem ſtatu permanet, & lutum calcat, & quando poſterius elevatur, anterius cadit. *Pſal.* 82. Deus meus, pone illos, ut rotam, & ſicut ſtipulam ante faciem venti.

x Et quaſi axis verſatilis cogitatus illius,] ideſt, circa cor cogitationes volvuntur, ſicut rota circa axem, *Prov.* 26. Sicut oſtium vertitur in cardine ſuo, ita piger in lectulo ſuo, *ſup.* 27. Stultus ut Luna mutatur.

y Equus emiſſarius, ſic & amicus ſubſannator] ideſt, deriſor, vel adulator.

z Sub omni ſupraſedente hinnit] deridendo, vel adulando, hoc eſt, ſicut equus emiſſarius laſcivus, & luxurioſus ad omnem equam hinnit, non diſcernens ſeſſorem ſuum, ita deriſor, & adulator abſque diſcretione irridet omnes bonos, & malos, & omnibus adulatur, *Jer.* 5. Equi amatores in feminas, & emiſſarii facti ſunt, unuſquiſque ad uxorem proximi ſui hinniebat.

a Quare dies diem ſuperat, &c.] Hic oſtendit Auctor omnia ſervare ordinem naturalem, præter hominem ſtultum, qui nullum ſervat ordinem. Unde dicit.

a Quare dies] æſtivalis. *b* Diem ſuperat] hiemalem in caliditate, & quantitate, & claritate. Et intellige de die artificiali. *c* Et iterum lux,] unius ſideris.

c Lucem] alterius ſideris.

d Lux] Solis.

e Lucem] Lunæ, 1. *Cor.* 15. Alia eſt claritas Solis, alia claritas Lunæ, & alia claritas ſtellarum. Stella enim differt a ſtella in claritate.

f Et annus] ſolaris. *g* Annum] lunarem undecim diebus.

h Et Sol Solem] non alium, ſed ſeipſum ſuperat in calore, & in mora. Nunc enim calidior, nunc minus calidus ſentitur, nunc plus moratur in noſtro hemiſphærio, nunc minus. Vel Sol Solem ſuperat, ſecundum duplicem curſum ſuum, naturalem, videlicet, & violentum. Major enim eſt curſus ejus diurnus violentus, quo cum firmamento trahitur, ſecundum quoſdam, quam curſus ejus naturalis, quo contra firmamentum nititur. *i* A Domini ſcientia ſeparati ſunt] dies.

k Facto Sole] ideſt, accedente, vel recedente, a nobis. *l* Et præceptum] ſibi datum, vel inditum de officio ſuo uniformiter peragendo. *m* Cuſtodiente] Sole, ſcilicet. *n* Per Dei ſapientiam dividuntur] dies, ideſt, diſtinguuntur; quia iſte major, ille minor: iſte calidior, ille frigidior. Solus homo præceptum ſibi datum non ſervat. *Jer.* 31. Hæc dicit Dominus, qui dat Solem in lumine diei, ordinem lunæ, & ſtellarum in lumine noctis. al. † a Sole.

o Et immutavit] Dominus, qui dat Solem in lumine diei, ordinem Lunæ, & ſtellarum in lumine noctis.

o Et immutavit] Dominus vel Sol. *p* Tempora] ideſt, temporum qualitates. Nunc enim clarum eſt, nunc obſcurum: nunc calor, nunc frigus. *q* Et dies feſtos ipſorum] temporum. Olim enim feſtus dies erat ſeptimus dies, ideſt, ſabbatum, nunc octavus, ideſt, Dominica. Olim Neomenia, Pentecoſte, & hujuſmodi: nunc pro illis feſta Sanctorum. *r* Et in illis] temporibus. *ſ* Dies feſtos celebraverunt ad horam] ideſt, ad adventum Chriſti. Et tunc apparente veritate ceſſaverunt umbræ.

Myſtice. *a* Dies] ideſt, novum Teſtamentum. Myſtice.

b Diem ſuperat] vetus Teſtamentum conſiliorum additione, promiſſorum ſolutione, & obſcurorum explanatione. *Matth.* 5. Non veni ſolvere legem; ſed adimplere. Vel lux, ideſt, Chriſtus. *Job* 8. Ego ſum lux mundi. Et lux Apoſtoli. *Matth.* 5. Vos eſtis lux mundi. Lux ergo lucem ſuperat, ideſt, Chriſtus Apoſtolos, naturalium bonitate, gratuitorum firmitate, utrorumque utilitate. Item eſt annus gloriæ, ſive æternitatis.

De quo *Pſalm.* 76. Cogitavi dies antiquos, & annos æternos in mente habui. Eſt & annus gratiæ, ſive benignitatis. Ergo annus annum ſuperat: quia major eſt gloria in præmio, quam gratia in merito. Sol vero Chriſtus eſt. *Mal. ult.* Vobis timentibus Deum orietur Sol juſtitiæ. Eſt autem Sol ſecundum utramque naturam. Igitur Sol Solem ſuperat: quia Chriſtus ſecundum Deitatem ſeipſo major eſt ſecundum humanitatem. Hoc Sole facto, ideſt, de Virgine nato, & præceptum cuſtodiente, ideſt, Patri uſque ad mortem obediente, mutata ſunt tempora. Tempus legis in tempus gratiæ: lex per Moyſen data eſt: gratia & veritas per Jeſum Chriſtum facta eſt. *Joan.* 1. Tempus promiſſionis in tempus ſolutionis. *Gal.* 4. Ubi venit plenitudo temporis, miſit Deus filium ſuum unigenitum factum de muliere, factum ſub lege. Dies feſti etiam mutati ſunt. In lege enim dies ſeptimus, menſis ſeptimus, annus ſeptimus feſtivus, & celebris habebatur. Nunc autem octavus ob reverentiam Dominicæ reſurrectionis, qui octava die reſurrexit, & nos octava ætate reſurgemus in gloriam. Unde Patres & Doctores veteris Teſtamenti per ſeptenarium, Patres & Doctores novi Teſtamenti per octonarium deſignantur. Unde *Mic.* 5. Suſcitabimus ſuper eum ſeptem Paſtores, & octo Primates homines. *Eccl.* 11. Da partes ſeptem, necnon & octo.

r Et in illis] temporibus. *ſ* Dies feſtos celebraverunt ad horam] homines uſque ad adventum Chriſti, & tunc ceſſaverunt. Unde *Iſa.* 1. Sabbatum, & feſtivitates non feram. *t* Ex ipſis] diebus.

u Exaltavit, & magnificavit Deus] aliquos feſtivos, & celebres conſtituendo. Vel.

t Ex ipſis] ſideribus.

u Exaltavit & magnificavit Deus] illa altius in cœlo ponendo, & alia majora faciendo: *Gen.* 1. Fecit Deus duo lumi-

Digitized by Google

luminaria magna, luminare majus, & luminare minus, & ſtellas, vel ex ipſis hominibus exaltavit, & magnificavit Deus in præſenti per gratiam, in futuro per gloriam: aliquos humiliavit in gehennam, omnibus juſtam mercedem retribuens. *a* Et ex ipſis] ſideribus. *b* Poſuit in numerum dierum, & annos] ideſt, in diſtinctionem dierum, & annorum. Nam ſecundum curſum Solis, & Lunæ diſtinguuntur dies, & menſes, & anni, ſecundum curſum aliorum ſiderum quidam menſes, & quidam anni, *Gen.* 1. Dixit Deus, fiant luminaria in firmamento cœli, & dividant diem, ac noctem, & ſint in ſigna, & tempora, & annos. Eſt igitur ſumma, quod Deus in lege præcepit obſervantiam dierum, & menſium, & annorum ſecundum curſum Solis, & Lunæ.

al. † non habet annos.

al. † Dominus.

al. † vertit.

Unde Sabbatum, & Neomenia, & Paſcha, & Pentecoſte, menſis ſeptimus, annus ſeptimus, & quinquageſimus celebres erant; ut omnia ſervarent rationem, & ordinem non mutarent. Poſt diſpoſitionem vero ſiderum, & temporum fecit Deus hominem, cui & ordinem ſervandum indixit. Et hoc eſt, quod ſubjungitur.

a & ex ipſis *b* poſuit in numerum dierum, & † annos, & *c* omnes homines de *d* ſolo, & ex terra, unde *e* creatus eſt Adam. In *f* multitudine diſciplinæ † Domini *g* ſeparavit eos, & *h* immutavit vias eorum. Et *i* ex ipſis k benedixit, & *l* exaltavit, & *m* ex ipſis ſanctificavit, & *n* ad ſe applicavit, & *o* ex ipſis maledixit: & *p* humiliavit, & † *q* convertit illos ad *r* ſeparationem ipſorum: *ſ* quaſi lutum figuli in manu ipſius, plaſmare illud, & *t* diſponere. *u* Omnes viæ ejus ſecundum *x* diſpoſitionem ejus: ſic *y* homo in manu illius, qui ſe fecit, & *z* reddet *a* illi ſecundum *b* judicium ſuum. Contra *c* malum *d* bonum eſt, & *e* contra vitam *f* mors; ſic & *g* contra virum juſtum *h* peccator. Et ſic *i* intuere in omnia opera Altiſſimi. k Duo † contra *l* duo, & *m* unum *n* contra unum. Et *o* ego noviſſimus *p* evigilavi, & *q* quaſi qui colligit † acinos *r* poſt vindemiatores. *ſ* In benedictione Dei & *t* ipſe ſperavi, & *u* quaſi qui vindemiat, replevi torcular. † *x* Reſpicite *y* quoniam non mihi ſoli laboravi, ſed *z* omnibus exquirentibus *a* diſciplinam. *b* Audite me, Magnati,

c Et omnes homines] tam nobiles, quam ignobiles.
d De ſolo, & ex terra] plaſmavit, ideſt, de limo terræ, & in illam reſolvet.
e Unde creatus eſt Adam] ideſt, plaſmatus eſt, *inf.* 40. Omnia quæ de terra ſunt, in terram pariter convertentur, *Eccl.* 3. Omnia de terra facta ſunt, & in terram revertuntur.
f In multitudine diſciplinæ Domini] tam verborum, quam verberum.
g Separavit eos] ideſt, diſtinxit alios pro ſua iniquitate condemnans, 1. *Cor.* 12. Quoſdam poſuit Deus in Eccleſia, primo Apoſtolos, ſecundo prophetas, tertio Doctores, deinde Virtutes, &c.
h Et immutavit vias, &c.] quorumdam in melius faciendo, quorumdam in deterius permittendo, & ita verbum ſemel poſitum tenetur æquivoce, quod frequenter fit in Sacra Scriptura, *Pſal.* 118. Inclina cor meum, Deus, in teſtimonia tua, & non in avaritiam, *Amos* 3. Si erit malum in civitate quod non fecerit Deus, *Aug.* Aut ſinendo, ut fiant; aut faciendo, ut ſint.
i Et ex ipſis] hominibus, quoſdam.
k Benedixit] in præſenti benedictione ſiniſtræ, & in futuro benedictione dexteræ.
l Et exaltavit] in præſenti per gratiam, & honorem, & miraculorum operationem, in futuro per gloriam, & omnimodæ miſeriæ liberationem.
m Et ex ipſis ſanctificavit] in utero, vel in Baptiſmo.
n Et ad ſe applicavit] in morte, *Rom.* 8. Quos prædeſtinavit, hos & vocavit; quos vocavit, hos & juſtificavit; quos autem juſtificavit, illos & magnificavit.
o Et ex ipſis maledixit] ideſt reprobavit.
p Et humiliavit] ideſt, ad humiliandum afflixit.
q Et convertit illos,] ideſt, malos.
r Ad ſeparationem ipſorum] ideſt, converti permiſit ad peccatum, quo mali ſeparantur a Deo, & a bonis, ſi non loco, ſaltem animo, & merito, *Rom.* 9. Deus cujus vult miſeretur; & quem vult indurat.
ſ Quaſi lutum figuli in manu ipſius, plaſmare illud] ideſt, formare in vas aliquod.
t Et diſponere] in figura. *u* Et omnes viæ ejus] ideſt, variæ figurationes luti. *x* Secundum diſpoſitionem ejus] ideſt, figuli. *y* Sic homo in manu illius, qui ſe fecit,] ideſt, Dei. Hoc eſt, ſicut figulus de maſſa luti, quam tenet in manu, poteſt pro voluntate ſua facere, quale voluerit vas turpe, vel pulchrum: magnum, vel parvum: quadratum, vel rotundum; ſic Dominus de maſſa humanæ conditionis poteſt formare quales voluerit homines ſine injuria, & contradictione alicujus, *Iſ.* 45. Numquid dicet lutum figulo ſuo, quid facis, & opus tuum abſque manibus eſt?

Item *Iſa.* 64. Et nunc, Domine, pater noſter es tu; nos vero lutum, & fictor noſter, & opera manuum tuarum omnes nos, *Rom.* 9. O homo tu quis es, qui reſpondeas Deo? Numquid dicit figmentum ei, qui ſe finxit, quid me feciſti ſic? An non habet poteſtatem figulus luti ex eadem maſſa facere aliud quidem vas in honorem, aliud vero in contumeliam? *z* Et reddet] Deus. *a* Illi] homini. *b* Secundum judicium ſuum,] ideſt, Dei, vel hominis, hoc eſt, ſecundum quod homo ſeipſum judicaverit, vel ſecundum quod Deus ordinavit, reddet ei.

al. † &. C

c Contra malum] culpæ.
d Bonum eſt,] gratiæ. Vel, *e* Contra malum] pœnæ. *d* Bonum eſt] gloriæ.
e Et contra vitam] naturæ, gratiæ, gloriæ.
f Mors] naturæ, culpæ, miſeriæ, ſive gehennæ.
g Sic & contra virum juſtum] Chriſtum, vel quemlibet. *h* Peccator] Diabolus, Antichriſtus, vel quilibet malus.

al. † racemos.

al. † reſpiciens. Sap. 24.

i Et ſic intuere in omnia opera Altiſſimi,] ideſt, ſi intuearis in omnibus operibus Dei, invenies quamdam qualitatem, ſed a Deo mirabiliter ordinatam. Non enim Deus eſt conditor mali, qui fecit omnia valde bona, *Gen.* 1. Nec etiam mortem fecit, nec lætatur in perditione vivorum, *Sap.* 1. Naturæ bonæ a Deo ſunt, vitia vero a Deo non ſunt, tamen, ordinatio omnis, ſive bonorum, ſive malorum a Deo eſt, *Rom.* 13. Et ex ordinatione malorum ad bona, major eſt univerſitatis pulchritudo, ſic peccator juſto, & impius pio vivit, & ſervit, *Gen.* 25. Major ſerviet minori, *Aug.* Quod lima ferro, quod flagellum grano, quod fornax auro, hoc tribulatio juſto. *k* Duo] mala. *l* Contra duo] bona. Vel. *k* Duo] elementa. *l* Contra duo alia, propter contrarias qualitates. *m* Et unum] malum. *n* Contra unum] bonum. *o* Et ego noviſſimus, &c.] quaſi dicat, ſicut oſtendi omnia ſervare ſuum ordinem; ita & ego ſervavi ordinem, quia ultimus inter Scriptores Sacræ Scripturæ ſcripſi, quaſi labruſcas colligens poſt vindemiatores. Et in hoc vitat Auctor arrogantiam, nec tamen tacet veritatem. Dicit ergo. *o* Et ego noviſſimus,] ideſt, inter ſcriptores ultimus. *p* Evigilavi,] ideſt, operam dedi ad ſcribendum. *q* Et quaſi qui colligit acinos] ideſt, modicos racemos, vel grana racemorum. *r* Poſt vindemiatores] colligentes uvas. *ſ* In benedictione Dei,] ideſt, in magna abundantia collata a Deo. *t* Et ipſe ſperavi,] aliquid colligere poſt ipſos. *u* Et quaſi qui vindemiat, replevi torcular] ideſt, ſicut ceteri Scriptores fructum ſcientiæ protuli, licet diſpariter, quaſi dicat non ſum par antiquis Patribus, qui ante me ſcripſerunt, tamen ſperans de Domino ſcripſi & ego aliqua, licet pauca. *Mich.* 7. Væ mihi, quia factus ſum, ſicut qui colligit in Autumno racemos vindemiæ, ideſt, tempore gratiæ. Poſſet hoc ſatis convenienter aptari Beato Joanni Evangeliſtæ, qui inter Evangeliſtas noviſſimus edidit Evangelium ſuum. Et quaſi acinum collegit, quando Reſurrectionem Lazari recitavit, 11. cap. Alium collegit, quando hiſtoriam Samaritanæ narravit, 4. cap. Alium collegit, quando de probatica Piſcina diſſeruit, 5. cap. Et ita quot ab aliis omiſſa ſcripſit, tot acinos collegit. *x* Reſpiciens] vel reſpicite, ut vos ſimiliter faciatis. *y* Quoniam non mihi ſoli laboravi] ſtudendo, meditando, & ſcribendo. *z* Sed & omnibus exquirentibus;] ideſt, extra ſe, & corde quærentibus.
a Diſciplinam] quæ eſt ordinata morum correctio, *ſup.* 24. Videte, quoniam non ſolum mihi laboravi, ſed omnibus exquirentibus veritatem.
b Audite me,] quaſi dicat, ex quo fideliter omnibus laboravi. Ergo audite me Magnati,] ideſt, qui magni eſtis, vel eſſe cupitis in vita, in ſcientia, & in dignitate.

a Et

Printed in Google

a Et omnes populi, & rectores Eccleſiæ auribus] cordis (percipite) ideſt, perfecte capite doctrinam meam. Quam ſubjungit, dicens.

b Filio & mulieri, &c.] Ad litteram, docet patres, ut filios ſuos regant, & eum diſciplina nutriant, donec veniant ad perfectam ætatem. Docet etiam Rectores Eccleſiæ, ut dignitatem ſuam uſque ad finem laudabiliter teneant, bene vivendo, bene docendo, ut in vita diſcipulos bene nutritos dignos hæredes ſui laboris poſt ſe relinquant. Dicit ergo.

B *b* Filio] tam carnali, quam ſpirituali. *c* Et mulieri] ideſt, uxori tam carnali, quam ſpirituali.

d Fratri] tam carnali quam ſpirituali.

e Et amico] fortunæ.

f Non des poteſtatem ſuper te in vita tua,] ideſt, non vincat te carnalis affectio, ut quemquam permittas tibi dominari.

& *a* omnes populi & rectores Eccleſiæ, auribus percipite. *b* Filio, & *c* mulieri, *d* fratri, & *e* amico non *f* des poteſtatem ſuper te in vita tua, & non *g* dederis alii poſſeſſionem tuam, ne forte pœniteat te, & *h* depreceris pro illis. Dum *i* adhuc ſuperes, & aſpiras, non *k* immutabit te omnis caro. *l* Melius eſt enim, ut filii tui te rogent, quam te *m* reſpicere in *n* manus filiorum tuorum. In *o* omnibus operibus tuis præcellens eſto. Ne *p* dederis maculam in gloriam tuam. In *q* die conſummationis dierum vitæ tuæ, & in *r* tempore exitus tui *ſ* diſtribue *t* hæreditatem tuam. *u* Cibaria & virga, & onus aſino: *x* panis, & diſciplina, & opus ſervo. *y* Operatur in diſciplina, & quærit *z* requieſcere, laxa *a* manus illi, & quærit *b* libertatem, *c* jugum, & *d* lorum *e* curvant *f* collum durum, & *g* ſervum *h* inclinant *i* operationes aſſiduæ.

Sicut legitur 3. *Eſdr.* 4. De Rege, cui mulier ita dominabatur, ut cum ridebat ipſa, & ipſe rideret, & cum triſtis erat, triſtaretur & ipſe, & cum volebat, percuteret eum in facie. Prælatus poteſtatem ſuper ſe omnibus dat, qui male vivit, & male miniſtrat, *Prov.* 5. Non des alienis honorem tuum. *g* Et non dederis alii poſſeſſionem tuam] ideſt, jus ſive dominium poſſeſſionis tuæ. Videtur, quod Auctor hic doceat contra doctrinam Domini, *Matth.* 19. Si vis perfectus eſſe, vade, & vende omnia quæ habes, & da pauperibus. Sol. Dicunt quidam, quod Auctor hic loquitur infirmis: quod patet per hoc, quod ſequitur. Ne forte pœniteat te. Dominus autem in Matthæo loquitur perfectis, quod patet per hoc quod dicit: Si vis perfectus eſſe, & utrobique datur conſilium, non præceptum. Melius poteſt dici, & quod hic loquitur Auctor omnibus tam perfectis, quam imperfectis, quibus dare aliis poteſtatem, vel poſſeſſionem tuam prohibet, non tamen vendere. Qui enim propter Chriſtum omnia dat pauperibus, nihil dat, ſed cariſſime vendit: obolum dat pro regno cœlorum. Unde *Aug.* in perſona Domini loquens, ait: Venale habeo, & quid? Regnum cœlorum. Quibus emitur? Paupertate, regnum: vilitate, gloria: dolore, gaudium: labore, requies: morte, vita.

Item qui dat pauperibus, ſeminat in terra fertiliſſima, *Oſ.* 10. Seminate vobis in juſtitia, & metite in ore miſericordiæ.

Item commodat ad uſuram ipſi Domino, *Prov.* 19. Fœneratur Domino, qui miſeretur pauperis. Nihil igitur dat qui pauperibus erogat, ſed qui pro terreno commoda ſua dat, vel pro favore humano, ille gratis dat, ideſt, pro nihilo: veriſſime ergo dicit.

g Et non dederis alii poſſeſſionem tuam, ne forte pœniteat te] ita dediſſe. *h* Et depreceris pro illis,] quæ dediſti rehabendis. *i* Dum adhuc ſuperes, & aſpiras,] ideſt dum vivis. *k* Non immutabit te omnis caro,] ideſt, carnalis affectus, ut des alii poteſtatem, ſive poſſeſſionem tuam. *l* Melius eſt enim, ut filii tui te rogent] pro aliqua re habenda. *m* Quam te reſpicere] præ inopia. *n* In manus filiorum tuorum,] 2. *Cor.* 8. Non ut aliis ſit remiſſio, vobis autem tribulatio.

Item 2. *Cor.* 12. Non debent filii parentibus theſaurizare; ſed parentes filiis: quod fit, quando ſubditi plura bona faciunt, quam Prælati.

o In omnibus operibus tuis præcellens eſto,] ideſt, omnia præcellenter age, & hoc dicitur maxime ad Prælatos, qui ſicut dignitate, ita morum honeſtate, & ſapientiæ profunditate præcellere debent. Unde *Levit.* 7. Præcipitur, ut in partem Sacerdotis cedat pectuſculum, & armus dexter, & *Joan. ult.* Requiritur a Petro: Simon Joannis diligis me plus his? & *Cant.* 3. En lectulum Salomonis: ſexaginta fortes ambiant ex fortiſſimis Iſrael, omnes tenentes gladios, & ad bella doctiſſimi, 1. *Reg.* 10. Stetit Saul in medio populi, & altior fuit univerſo populo ab humero, & ſurſum.

p Ne dederis maculam in gloriam tuam,] ideſt, ne macules conſcientiam tuam peccato aliquo.

Nam gloria noſtra hæc eſt, teſtimonium conſcientiæ noſtræ, 2. *Cor.* 1. Vel dare maculam in gloriam ſuam, eſt, bonam famam vitæ præteritæ peccatis ſequentibus maculare. Sicut dicitur *inf.* 47. de Salomone. Poteſtatem habuiſti in corpore tuo, dediſti maculam in gloria tua.

q In die conſummationis dierum vitæ tuæ] ideſt, morte imminente, quando jam vita conſummata eſt.

r Et in tempore exitus tui] de mundo, ſive de corpore.

ſ Diſtribue,] ideſt, pluribus tribue. D

t Hæreditatem tuam] in eleemoſynam, *Prov.* 3. Honora Dominum de tua ſubſtantia. Sed numquid expectanda eſt hora mortis de eleemoſyna facienda? Sed infirmis loquitur, qui etiam in morte non audent diſtribuere hæreditatem ſuam pauperibus; ſed totum parentibus dimittunt. Vel ſic lege, & melius.

r In tempore exitus tui] id eſt, in tempore mortis.

ſ Diſtribue] hæredibus tuis. *t* Hæreditatem tuam,] & non ante. Et hoc concordat ei melius, quod *ſup.* dixit: Ne dederis alii poſſeſſionem tuam, ſtultum enim eſt ſe filiis ſuis, vel ſubditis ſubjicere.

u Cibaria, & virga, & onus aſino.] Hic deſcribit auctor qualis debet eſſe ſervorum nutritura, & diſciplina, ut ſcilicet, habeant victum, & veſtitum, nec vacent otio. In quibus non natura deſpicienda eſt, ſed improbitas coercenda. Vere autem ſervi ſunt, qui vitiis ſerviunt; liberi vero ſunt, qui juſtitiæ obediunt. Unde *Joan.* 8. Omnis qui facit peccatum, ſervus eſt peccati.

Item *Joan.* 8. Si filius vos liberaverit, vere liberi eritis. Dicit ergo.

u Cibaria, & virga, & onus aſino,] debentur. Cibaria, ne deficiat: virga, ne laſciviat: onus, ut proficiat. *x* Panis, & diſciplina, & opus ſervo.] Panis, ne ſuccumbat: diſciplina, ne erret; opus, ne inſoleſcat. Et verum eſt hoc, tam de ſervo corporali, quam de ſervo ſpirituali. Utrique enim debetur panis ſuſtentationis, non altilia. Diſciplina inſtructionis, opus ſatisfactionis, aut ſupererogationis.

Moraliter. Tam ſervus, quam aſinus noſter eſt caro noſtra, cui debetur cibus ad ſuſtentationem naturæ, virga diſciplinæ ad repreſſionem laſciviæ, opus & onus ad perfectionem pœnitentiæ, *Prov.* 26. Flagellum equo, & chamus aſino, & virga in dorſo imprudentium. *Moraliter.*

Item *Prov.* 29. Virga atque correctio tribuit ſapientiam; puer autem qui dimittitur voluntati ſuæ, confundit matrem ſuam.

Et *infr.* Qui delicate a pueritia ſua nutrit ſervum ſuum, poſtea ſentiet eum contumacem.

y Operatur in diſciplina,] ideſt, ſub diſciplina poſitus. *z* Et quærit requieſcere] poſt laborem, non rebellare, quaſi dicat, ſi diſciplinatus fuerit ſervus, & ſecundum quod diſciplinatus fuerit, operabitur, & non eriget ſe, vel rebellabit tunc contra te; quia diſciplina, & labor operis ejus ſuperbiam caſtigabunt.

a Laxa manus illi] quaſi dicat, ſi laxaveris illi manus ab opere, vel labore.

b Et quærit libertatem,] non tantum requiem ſecum fecit poſt diſciplinam, & opus. Et ideo bonum eſt ſemper ſervum ſub diſciplina, & in opere cuſtodire.

c Jugum] ut in tauro.

d Et lorum] ut in equo.

e Curvant collum durum] tauri, vel equi.

g Et ſervum] malevolum.

h Inclinant] ideſt, humiliant.

i Operationes aſſiduæ] ſalva naturæ quiete.

Moraliter. *c* Jugum,] ideſt, pondus pœnitentiæ. *Moraliter.*

d Et lorum,] ideſt, rigor diſciplinæ. *e* Curvant,] ideſt humiliant. *f* Collum,] ideſt, elationem ſuperbiæ.

g Et ſervum] ideſt, carnem vitiis ſervire cogentem.

h Inclinant] ad obedientiam ſpiritus.

i Operationes aſſiduæ] ideſt diſciplinæ, vigiliæ, abſtinentiæ. Unde *ſup.* 31. Vigilia honeſtatis tabefaciet carnes, ideſt, carnales concupiſcentias.

a Servo

a Servo malevolo,] ideſt, rebelli Domino ſuo debentur. *b* Tormenta] vel (tortura) flagellorum, ne cervicem erigat. *c* Et compedes] vinculorum, ne effugiat. *d* Mitte illum in operationem, ne vacet] otio. *e* Multam enim malitiam docuit otioſitas,] ideſt, multorum malarum fuit occaſio. Diabolus enim animam otioſam facile inclinat ad vanitatem cogitationum, de vanitate cogitationum ad voluptatem affectionum, & tandem ad conſenſum, & operationem. Unde, *Matt.* 12. Cum Spiritus immundus exierit ab homine, ambulat per loca arida, quærens requiem, & non invenit, tunc dicit, revertar in domum meam, unde exivi, & veniens invenit eam vacantem, ſcopis mundatam, & ornatam, tunc vadit, & aſſumit ſeptem Spiritus ſecum nequiores ſe, & intrantes habitant ibi. Et ideo dicit, *Hieronymus*. Semper aliquid operis facito, ne Diabolus te inveniat otioſum. David enim vacans otio incurrit in adulterium Berſabee, 2. *Reg.* 11.

al. † *tormenta.*

Quæritur, Ægiſthus quare ſit factus adulter?

In promptu cauſa eſt, deſidioſus erat.

Ezech. 16. Hæc fuit Iniquitas ſororis tuæ Sodomæ, ſuperbia, ſaturitas panis, & vini, & otium ipſius, *Pr.* 28. Qui operatur terram ſuam, ſaturabitur panibus, qui autem ſectatur otium, replebitur egeſtate.

al. † *illi. cap.* 7.

a Servo malevolo † *b* tortura, & *c* compedes, *d* mitte illum in operationem, ne vacet. *e* Multam enim malitiam docuit otioſitas. In *f* opera conſtitue eum, ſic *g* enim condecet † illum. *h* Quod ſi non obaudierit, *i* curva illum compedibus, *k* & non amplifices ſuper omnem carnem. *l* Verum ſine judicio nihil *m* facias grave. Si *n* eſt tibi ſervus fidelis, ſit tibi *o* quaſi anima tua. *p* Quaſi fratrem ſic eum tracta: *q* quoniam in ſanguine animæ *r* comparaſti eum. Si *ſ* læſeris eum injuſte, in *t* fugam convertetur; *u* & ſi extollens *x* diſceſſerit, *y* quem quæras, *z* & in qua via quæras illum, neſcis.

CAP. XXXIV.

a VAna ſpes, *b* & mendacium viro inſenſato, *c* & ſomnia *d* extollunt *e* imprudentes. *f* Quaſi qui apprehendit *g* umbram, *h* & perſequitur *i* ventum: ſic *k* & qui attendit *l* ad viſa

f In opera conſtitue eum,] ideſt, ſervum.

g Sic enim condecet illum,] quia ſervus eſt.

h Quod ſi non obaudierit,] ideſt, obedierit.

i Curva illum compedibus,] ideſt, liga illum in vinculis, ne fugiat verberatus.

k Et non amplifices ſuper omnem carnem,] ideſt, non exaltes eum præficiendo aliis hominibus, ſicut Salomon Jeroboam præfecit multis, & tamdem invenit eum rebellem, 3. *Reg.* 11.

l Verum ſine judicio,] ideſt, ſine diſcretione, & deliberatione.

m Nihil facias grave,] contra ſervum tuum, licet malus ſit. Unde, *ſup.* 32. Fili, ſine conſilio nihil facias.

n Si eſt tibi ſervus fidelis,] ideſt, fideliter tua congregans, fideliter conſervans, fideliter diſpenſans.

o Sit tibi quaſi anima tua,] ideſt, ama eum, & ſerva eum ſicut vitam tuam, *ſup.* 7. Servus ſenſatus ſit tibi dilectus, quaſi anima tua.

p Quaſi fratrem, ſic eum tracta,] ideſt, cogita, quod filius Dei eſt ſicut tu, ideoque ſi malus, feriendus eſt, tamen quia frater diligendus. *Matth.* 23. Omnes vos fratres eſtis, unus eſt pater, qui in cœlis eſt.

q Quoniam in ſanguine animæ,] ideſt, ad ſuſtentationem vitæ tuæ, vel pecunia multo labore animæ acquiſita, vel in peccato animæ tuæ.

r Comparaſti eum,] ideſt, emiſti. Argumentum, quod emere hominem in ſervum, peccatum eſt, tamen Apoſtolus videtur permittere, 1. *Cor.* 7. Servus vocatus es, non ſit tibi curæ, ſed ſi potes fieri liber, magis utere, *Coloſ.* 3. Servi obedite per omnia Dominis carnalibus.

ſ Si læſeris eum injuſte] nimis affligendo, vel duriter objurgando, vel vitæ neceſſaria ſubtrahendo.

t In fugam convertetur] ſicut avis de laqueo.

u Etſi extollens,] ideſt, aliquid de rebus tuis tollens.

x Diſceſſerit] a te.

y Quem quæras,] ideſt, qualem, vel in quo habitu.

z Et in qua via quæras illum, neſcis] quia forte mutavit nomen ſuum, & habitum.

EXPOSITIO CAP. XXXIV.

VAna ſpes, &c. Quatuor docet Auctor in hoc capitulo. Primo docet non eſſe credendum ſomniis, auguriis, & divinationibus, ſed potius legi Dei, quæ ſine mendacio conſummatur. Unde *Iſa.* 8. Et cum dixerint ad vos, quærite a Pythonibus, & a divinis, qui ſtrident in incantationibus ſuis, numquid non populus a Deo ſuo requiret viſionem pro vivis, & mortuis, ad legem magis. *Lev.* 19. Non augurabimini, nec obſervabitis ſomnia, &c. Secundo docet, quibus credendum eſt, ſcilicet, expertis, & tentatis. Tales enim vere ſciunt, experientia tentationis, & tribulationis. Natura magiſtra eſt, *Iſa.* 28. Sola vexatio tantummodo dabit intellectum auditui, *ibi*: (Qui non eſt tentatus, quid ſcit) Tertio, docet timere Deum, ponens laudes, & utilitates timoris, *ibi*; (Spiritus timentium Deum) Quarto, docet non facere eleemoſynas de injuſta poſſeſſione, *ibi*:) Immolantis ex iniquo.

Moraliter autem docet non confidere in divitiis temporalibus, quæ ſicut ſomnia vana ſunt, & vacua veritate. Fiunt autem ſex modis imaginationes ſomniorum, ſicut dicit *Greg. in Dialog.* Aliquando ventris plenitudine, aliquando ventris, & capitis exinanitione, aliquando Dæmonis illuſione, aliquando Dei revelatione, aliquando cogitatione ſimul, & illuſione, aliquando cogitatione ſimul & revelatione. Duo prima genera ſomniorum omnes experimento cognovimus, cetera in Scripturis invenimus. De tertio enim dicitur hic; Multos errare fecerunt ſomnia. De quarto dicitur *Gen.* 37. Audire ſomnium, quod vidi, dixit Joſeph fratribus ſuis. *Sex modis fiunt ſomnia.*

Et *Matt.* 2. Defuncto Herode, ecce Angelus Domini apparuit in ſomnis Joſeph. De quinto dicitur *Eccl* 5. Ubi multa ſunt ſomnia, multæ ſunt vanitates. Et *ſup.* parum a. Multas curas ſequuntur ſomnia. De ſexto dicitur *Dan.* 2. Somnium tuum, & viſiones capitis tui in cubili tuo hujuſmodi ſunt, quod poſtea diſſerens Daniel de radice cogitationis inchoavit: Tu Rex in ſtratu tuo cœpiſti cogitare, &c. Non eſt ergo credendum ſomniis, quia quo impulſu fiant, non facile elucet: tamen Sancti illuſiones, & revelationes quodam intimo ſopore diſcernunt, ut ſciant, quid a bono Spiritu percipiant; vel quid ab illuſione patiantur, ut dicit *Greg.* Dicit ergo. *a* Vana ſpes,] ideſt, mendax, & vacua. *b* Et mendacium viro inſenſato,] qui non habet ſenſum diſcernendi, in quo ſperandum ſit, & in quo non, & quæ ſperanda ſint, & quæ non. Hoc eſt, illius ſpes mendax eſt, & vana, qui ſperat in tranſitoriis. Unde *Sap.* 3. Vacua eſt ſpes illorum, & labores ſine fructu. Impii ſpes tanquam lanugo eſt, quæ a vento tollitur.

Item illius ſpes vana eſt, & vacua, qui ſine meritis ſperat pervenire ad regnum: Nam vera ſpes eſt certa expectatio futuræ beatitudinis ex gratia, & meritis proveniens, *Sap.* 16. Ingrati ſpes tanquam hybernalis glacies tabeſcet, & diſperiet, tanquam aqua ſupervacua. *c* Et ſomnia,] ideſt, phantaſticæ rationes, & ſomniorum viſiones. *d* Extollunt] in ſuperbiam. *e* Imprudentes,] qui neſciunt diſcernere inter ſomnia illuſionum, & revelationum. Vel. *c* Somnia,] ideſt, honores, & divitiæ, & deliciæ temporales. *d* Extollunt,] ideſt, extra ſe tollunt. *e* Imprudentes,] qui neſciunt diſcernere inter veritatem, & ſomnium, & ſomnium veritatem dicunt, & falſos honores, falſas divitias, falſas delicias, veros honores, veras divitias, veras delicias opinantur. *Prov.* 13. Eſt quaſi dives, cum nihil habeat, *Iſ.* 29. Somniat eſuriens, & comedit, cum autem fuerit expergefactus, vacua eſt anima ejus. Unde *Pſ.* 75. Dormierunt ſomnum ſuum, & nihil invenerunt omnes viri divitiarum in manibus ſuis. *f* Quaſi qui apprehendit] ideſt, apprehendere intendit. *g* Umbram] quæ vana eſt, & fugit ſequentem & ſequitur fugientem. *h* Et perſequitur] ideſt, aſſequi perfecte nititur. *i* Ventum] qui nec videri, nec teneri, nec apprehendi poteſt, quia tenuiſſimus, & leviſſimus eſt. *k* Sic & qui attendit] ideſt, deſiderium, & attentionem reddit. *l* Ad viſa mendacia] ideſt, ad bona temporalia, quæ recte, & umbra, & ventus, & viſa mendacia dicuntur. Umbra quidem, quia imaginem bonitatis habent, ſed non veritatis.

Item umbra veſpere longior eſt, ſic amor temporalium Sole gratiæ occidente creſcit. Unde *Jer.* 6. Væ nobis, quia declinavit dies, quia longiores factæ ſunt umbræ veſperi. Item umbra ſequitur fugientem, & fugit ſequentem, ſic temporalia, *ſup.* 11. Si ſecutus fueris, non apprehendes, & non effugies, ſi præcucurreris. Ventus autem dicuntur temporalia, quia homines, ſicut nubes agitant, tumultum faciunt, & inflant. *Oſee* 12. Ephraim

paſcit

mendacia. Secundum *a* hoc viſio ſomniorum. *b* Ante faciem hominis *c* ſimilitudo alterius hominis. Ab *d* immundo quid mundabitur? Et *e* a mendace *f* quid verum dicetur? *g* Divinatio erroris, *h* & auguria mendacia, & ſomnia malefacientium, vanitas eſt. Et *i* ſicut parturientis, *k* cor tuum *l* phantaſias patitur: niſi *m* ab Altiſſimo fuerit emiſſa viſitatio, *n* ne dederis in illis *o* cor tuum. *p* Multos enim errare fecerunt ſomnia, *q* & exciderunt ſperantes in illis. *r* Sine mendacio conſummabitur verbum † legis, *ſ* & ſapientia in ore fidelis † *t* complanabitur. *u* Qui non eſt tentatus, *x* quid ſcit? Vir in *y* multis expertus *z* cogitabit multa, *a* & qui multa didicit, *b* enarrabit *c* intellectum. *d* Qui non eſt expertus, *e* pauca † recognoſcit. *f* Qui autem in multis † fatuus eſt, *g* multiplicabit malitiam. Qui *h* tentatus non eſt, *i* qualia ſcit? *k* Qui † implantatus eſt, *l* abundabit nequitia.

paſcit ventum, & ſequitur æſtum. Viſa mendacia dicuntur, viſa quidem, quia in eis ſtat oculus amatoris, cum deberet per ea tranſire ad viſionem Creatoris, ut eſſent via non finis. Unde *Aug.* Væ illis, Domine, qui diligunt nutus tuos pro te. Mendacia vero dicuntur: quia ſatietatem promittunt, & famem pariunt, quia.

Ovid. 1. faſtorum.

Quo plus ſunt potæ, plus ſitiuntur aquæ. *Eccl.* 5. Avarus non implebitur pecunia. *Prov.* 10. Qui nititur mendaciis, hic paſcit ventos: idem autem ipſe ſequitur aves volantes. *Jer.* 8. Apprehenderunt mendacium, & noluerunt reverti. *Pſal.* 4. Filii hominum uſquequo gravi corde, ut quid diligitis vanitatem, & quæritis mendacium?

a Secundum hoc viſio ſomniorum,] ideſt ſimilia ſunt apprehenſio umbræ, & perſecutio venti, & viſio ſomniorum. Nam in omnibus eſt vanitas, & nulla veritas. Et hoc probat, *ſupra*.

b Ante faciem hominis] ſomniantis, vel dormientis.

c Similitudo alterius hominis] apparet, ideſt Diaboli, qui transfigurat ſe in ſpeciem hominis vel mulieris, ut deludat dormientes. Unde *Matth.* 13. Inimicus homo hoc fecit.

al. † Regis. al. † complacabitur.

d Ab immundo quid mundabitur?] ideſt a Diabolo quid mundum proveniet?

e Et a mendace,] ideſt a Diabolo, qui eſt mendax, & pater mendacii. *Joan.* 8.

al. † cognoſcit.

f Quid verum dicetur?] Dicit *Rab.* quod Diabolus nonnumquam ſolet multa vera prædicere, ut ad extremum valeat animam aliqua falſitate laqueare. Item ab immundo Prædicatore quid mundabitur? Nihil *Greg.* Non valet ſordes tergere manus, quæ lutum tenet, *Rom.* 2. Qui prædicas non furandum, furaris.

al. † factus. al. † implanatus.

e Et a mendace] Doctore. *f* Quid verum dicetur?] Illud, quod non faciunt, *Matth.* 23. Dicunt enim, quod non faciunt. *g* Divinatio erroris;] ideſt, ducens in errorem. *h* Et auguria mendacia, &c.] ideſt, quodlibet iſtorum quatuor, divinatio, augurium, mendacium, ſomnium maleficientium. Divinatio erroris dicitur mendax futurorum prædictio, quæ eſt in pſeudoprophetis, qui non ſpiritu Dei illuminati, ſed ſpiritu proprio agitati, futura mendaciter prædicunt.

Unde *Jer.* 23. Non mittebam Prophetas, & ipſi currebant: non loquebar ad eos, & ipſi prophetabant. Eſt etiam divinatio erroris in Dæmonibus, qui in obſeſſis aliquando, quandoque in Pythonibus mendaciter futura prædicunt. Et hæc divinatio, vanitas eſt: quia ei nulla ſubeſt veritas. Augurium eſt maleficium, quo quis ſe ſimulat in garritu, vel in volatu avium perpendere futura, & hoc vanitas eſt. Mendacium poteſt dici maleficium haruſpicum, qui in fibris animalium circa aras ſe ſimulant futura perſpicere: vel aſtronomorum, qui in aſtris futura conſiderant, & hoc vanitas eſt.

Somnium malefacientium eſt, quod ea illuſione Dæmonum fit, & hoc vanitas eſt. Omnia hæc prohibita ſunt in lege, *Lev.* 19. Non augurabimini, nec obſervabitis ſomnia. *Num.* 23. Non eſt augurium in Jacob, nec divinatio in Iſrael, *Deut.* 18. Non inveniatur in te, qui luſtret filium ſuum, aut filiam ducens per ignem, aut qui hariolos ſciſcitetur, aut obſervet ſomnia atque auguria, nec ſit maleficus, neque incantator, nec Pythones conſulat, nec divinos, & quærat a mortuis veritatem. *i* Et ſicut parturientis, &c.] Phantaſiæ parturientium dicuntur phantaſticæ viſiones, quas patiuntur mulieres in partu ex humoribus reſolutis, & fumis aſcendentibus ad cerebrum, ſicut accidit febricitantibus de acuta, ſic cor illius, qui credit auguriis, & divinationibus, & mendaciis, & ſomniis. Sed cum gratia Dei cordi infunditur, quæ mentem illuminat, hæc phantaſmata fugat: quia ſimul eſſe non poſſunt error, & veritas. Et hoc eſt quod dicit.

i Sicut parturientis] mulieris, ideſt, in partu, vel ad partum laborantis, cor patitur phantaſias. Ita.

k Cor tuum] qui credis auguribus, & divinis.

l Phantaſias patitur,] ideſt, a phantaſmatibus immutatur, & trahitur in errorem.

m Niſi ab Altiſſimo fuerit emiſſa viſitatio,] ideſt, gratia illuminans, & diſcernens, & etiam ſomnium, & viſionem. Unde rogat *Pſal.* 105. Viſita nos, Deus, in ſalutari tuo. *n* Ne dederis in illis] divinationibus.

o Cor tuum] ut credas eis.

p Multos enim errare fecerunt ſomnia,] ideſt, falſum pro vero credere.

q Et exciderunt] a veritate, vel a gratia, vel a vita, vel a ſpe (ſperantes in illis) ſomniis. Sicut cuidam olim accidit, qui dum vehementer attenderet ſomniis, ſomniavit ſe diu victurum, cumque multa bona vitæ ſuæ in annos plurimos congregaſſet, repente mortuus eſt, & omnes divitias ſuas reliquit intactas. Sicut etiam legitur de divite ampliante horrea ſua, *Luc.* 12. Et cum omnia congregaſſet, nocte ſubito mortuus eſt. *Eccl.* 5. Ubi multa ſunt ſomnia, plurimæ vanitates.

r Sine mendacio conſummabitur verbum legis,] quaſi dicat, falſa ſunt, & vana auguria, & ſomnia, & ideo non eſt illis credendum, ſed omnia, quæ in lege ſunt, tam nova, quam vetera, vera ſunt, & idcirco credendum eſt legi Dei.

Unde *ſup.* 16. Non ſis incredibilis verbo illius.

Item *ſup.* 33. Homo ſenſatus credit legi Dei, & lex illi fidelis.

ſ Et ſapientia in ore fidelis] Doctoris.

t Complanabitur,] ideſt, plane, & aperte, docebitur. Fidelis autem Doctor dicitur, qui in doctrina ſua quærit tantum Dei honorem, & proximi ædificationem. Et ideo doctrina fidelis in duobus conſiſtit. In increpatione vitiorum, & reſeratione ſecretorum. Unde *Beda ſuper Exodum*, Qui ſermonem facit ad populum, non ſolum increpandis reatibus, nec ſolum reſerandis ſententiis Scripturarum debet inſtare ſecretis, ne tantum de peccatorum correctione diſputans, minus audiatur, vel myſteriorum tantum ſecreta referans, minus proſit. Temperet ergo ex utroque ſermonem, ut ſecretorum cœleſtium pandat ſuavitatem, & morum correctionem, quaſi bis tinctum coccum in habitu ſuo demonſtret.

u Qui non eſt tentatus,] ideſt, tribulatione probatus, & exercitatus.

x Quid ſcit?] quaſi dicat parum, aut nihil, quia ſola vexatio dat intellectum auditui. *Iſ.* 28.

y Vir in multis expertus,] ideſt, exercitatus & eruditus. *z* Cogitabit multa] ad eruditionem aliorum. Experientia enim optima magiſtra eſt.

a Et qui multa didicit] ab alio, vel experimento.

b Enarrabit] aliis.

c Intellectum,] ideſt, doctrinam intelligibilem. *Unde*, 2. *Cor.* 1. Benedictus Deus, qui conſolatur nos in omni tribulatione noſtra, ut poſſimus & ipſi conſolari eos, qui in omni preſſura ſunt per exhortationem, qua exhortamur & ipſi a Deo.

d Qui non eſt expertus] tribulationem, vel in multis exercitatus.

e Pauca recognoſcit,] ideſt, realiter, ideſt, vere cognoſcit.

f Qui autem in multis fatuus eſt,] ideſt, inexpertus, vel inſcius.

g Multiplicabit malitiam,] quia cum ad multa intendat, & ad nulla cor applicet, in omnibus errat. Ideo dictum eſt *ſup.* 11. Fili, ne in multis ſint actus tui, *Gloſſ.* ſic exponit. *f* Qui in multis fatuus eſt,] ideſt, mente mutabilis, actione inſtabilis, fide non firmus.

g Multiplicabit malitiam,] ideſt, varios hæreticorum ſequetur errores, & multis ſerviet impietatibus, & peccatis. *h* Qui tentatus non eſt,] ideſt, tribulationibus exercitatus, & examinatus.

i Qualia ſcit?] quaſi dicat, ſi aliqua vidit, neſcit vere qualia ſunt. Multa enim bona videntur inexpertis, quæ ab expertis mala judicantur.

k Qui implantatus eſt,] ideſt, in Scripturis, & in moribus inſundatus. Vel (Qui implanatus eſt) ideſt, inconſtans, & mutabilis. *l* Abundabit nequitia, &c.]

ideſt, de

idеſt, de cogitatione corruit in delectationem, de delectatione in conſenſum, de conſenſu in opus, de opere in conſuetudinem, de conſuetudine in deſperationem. Unde *ſup.* 2. Væ his, qui perdiderunt ſuſtinentiam, & qui dereliquerunt vias rectas, & diverterunt in vias pravas.

a Multa vidi *b* enarrando, & *c* plurimas verborum conſuetudines. *d* Aliquoties uſque ad mortem *e* periclitatus ſum *f* horum cauſa, *g* & liberatus ſum gratia Dei. *h* Spiritus timentium Deum quæritur, *i* & in reſpectu illius *k* benedicetur. *l* Spes enim illorum in *m* ſalvantem illos, *n* & oculi Dei in diligentes ſe. *o* Qui timet † Dominum, nihil *p* trepidabit, & *q* non pavebit; quoniam ipſe *r* eſt ſpes ejus. *ſ* Timentis Dominum *t* beata eſt anima ejus. Ad *u* quem reſpicit, & † *x* quis eſt fortitudo ejus? *y* Oculi Domini *z* ſuper timentes eum, *a* protector potentiæ, *b* firmamentum virtutis, tegimen *c* ardoris, & *d* umbraculum meridiani, *e* deprecatio offenſionis, & *f* adjutorium caſus, *g* exaltans animam, & *h* illuminans

Ex ſerie ipſa litteræ patet, quod ſoli Juſti tentari dicuntur, qui pro juſtitia ſuſtinent tribulationes, ſive ex mundo, ſive a Dæmone. Adverſus hæc tria regna
C
Sancti continuam pugnam habent, unde *Heb.* 11. Sancti per fidem vicerunt regna, *Job* 7. Militia eſt vita hominis ſuper terram, ut autem facilius credatur Auctori, dicit ſe in multis expertum, & ideo dignum fide. *a* Multa vidi,] idеſt, intellexi. *b* Enarrando,] idеſt, per enarrationem
al. † Deum.
aliorum. *c* Et plurimas verborum conſuetudines,] idеſt, diverſos modos loquendi, quibus conſueverunt loqui Doctores in diverſis facultatibus, & in diverſis terris. *d* Aliquoties uſque ad mortem] corporis. *e* Periclitatus ſum,] idеſt, fatigatus, & periculo mor-
In prolog. Biblia c. 1.
tis expoſitus. *f* Horum cauſa,] idеſt, ut addiſcerem hæc. Sicut narrat *Hier.* de Platone qui Athenis Magiſter extiterat, & potens, cujus doctrinam Academiæ gymnaſia perſonabant, & tamen peregrinus, & diſcipulus factus, malens aliena verecunde diſcere, quam ſua impudenter ingerere. Unde *Jac.* 3. Nolite plures Magiſtri fieri, fratres mei. *g* Et liberatus ſum gratia Dei] non ſapientia, vel fortitudine propria, *Pſ.* 33. Clamaverunt Juſti, & Dominus exaudivit eos, & ex omnibus tribulationibus eorum liberavit eos, 2. *Pet.* 2. Novit Deus pios de tentatione eripere. *h* Spiritus timentium Deum quæritur] idеſt timens Deum ſpirituali timore quæritur a Deo, vel ab Eccleſia, idеſt approbatur a Deo, vel quæritur, quia rarus eſt, vel quæritur, idеſt conqueritur de ſeipſo, *Pſ.* 41. Quare triſtis es, anima mea, & quare conturbas me? Et de Deo, *Pſal.* 21. Deus, Deus meus, reſpice in me: quare me dereliquiſti? *i* Et in reſpectu illius,] idеſt, Dei, active, idеſt, ſi reſpiciat Deum oculo fidei; vel paſſive, idеſt, ſi reſpiciatur a Deo oculo miſericordiæ. *k* Benedicetur,] ſpiritus timentium benedictione, *Pſ.* 33. Oculi Domini ſuper Juſtos. Vel. *i* In reſpectu illius benedicetur,] idеſt, bonus dicetur, idеſt, bonus efficietur, & æterna benedictione dignus. Et eſt iſte reſpectus miſericordiæ, gratiæ collatio, *Joan.* 1. Intuitus eum Jeſus dixit ei: Tu es Simon filius Jona, *Luc.* 22. Converſus Dominus reſpexit Petrum, & recordatus eſt Petrus verbi Domini. *l* Spes enim illorum,] idеſt, timentium Deum, *m* In ſalvantem illos,] idеſt, in Deum, non in mundum. *Pſal.* 122. Sicut oculi ancillæ in manibus Dominæ ſuæ; ita oculi noſtri ad Dominum Deum noſtrum, donec miſereatur noſtri. *n* Et oculi Dei in diligentes ſe,] *Pſal.* 33. Oculi Domini ſuper Juſtos. Et *Pſal.* 31. In via hac, qua gradieris, firmabo ſuper te oculos meos. Etiam in malos ſunt oculi Domini, quia tam bonos, quam malos reſpicit Dominus, *Prov.* 15. In omni loco oculi Domini contemplantur bonos, & malos. Sed bonos ad remunerandum in gloria, malos ad puniendum in gehenna. *o* Qui timet Dominum] filiali timore. *p* Nihil trepidabit] timore humano, vel mundano, vel timore paſſione, licet timore propaſſione, ſive naturali mortem timeat, *Prov.* 28. Juſtus quaſi leo confidens, abſque terrore erit. Item 30. Leo fortiſſimus animalium ad nullius pavebit occurſum. Hinc dicit Dominus Diſcipulis, *Matt.* 10. Nolite timere eos, qui occidunt corpus. Et *Luc.* 12. Nolite timere puſillus grex. *q* Et non pavebit, quoniam ipſe,] idеſt, Deus. *r* Eſt ſpes ejus,] idеſt, timentis Deum. De quo ſubdit. *ſ* Timentis Deum,] filiali, vel initiali timore. *t* Beata eſt anima ejus,] in beatitudine viæ, tandem beatitudine patriæ, *ſup.* 1. Timor Domini, & gloriatio, & lætitia, & corona exultationis.

Item *ſup.* 25. Beatus, cui datum eſt timere Deum. *u* Ad quem reſpicit,] Deus, niſi ad trementem ſe? *Iſa* 66. Ad quem reſpiciam, niſi ad pauperculum, & humilem, & contritum ſpiritu, & trementem ſermones meos? Item (ad quem reſpicit) timens Deum, niſi ad Deum? *x* Et quis eſt fortitudo] niſi Deus? 2. *Reg.* 22. Dominus petra mea, & robur meum. *y* Oculi Domini,] idеſt, miſerationes Domini. *z* Super timentes] ſicut oculi matris ſuper filium ſuum, ut ſi forte ceciderit, ſtatim elevet eum, vel a caſu præcaveat, & poſt ſubjungit Auctor undecim bona, quæ facit Dominus timentibus ſe dicens. *a* Protector,] idеſt, protector potens eſt Dominus timentium ſe, protegens eos po- al. † qui.
tenter ab omni adverſitate. Vel (Protector potentiæ) idеſt, protegens potentia, quam dedit timentibus ſe, ad bene agendum, & ad declinandum a malo. Unde *Pſ.* 83. Protector noſter, aſpice, Deus. Vel, Protector potentiæ,] idеſt, contra potentiam malignorum Spirituum. *b* Firmamentum virtutis,] idеſt, firmans, & confortans virtutem collatam timentibus ſe, vel dans firmamentum virtuti. Multorum enim virtus debilis eſt, quia non habet firmamentum, *Pſ.* 17. Dominus firmamentum meum. *c* Tegimen ardoris,] idеſt, contra ardorem concupiſcentiæ, & diabolicæ inflammationis. Non enim ceſſat Diabolus ſufflare, & incendere prunas concupiſcentiæ in nobis. Unde *Job* 41. Halitus ejus prunas ardere facit, & flamma de ore ejus egredietur, idеſt, inflammans ſuggeſtio, quæ nos omnes incenderet, niſi Dominus præſtaret tegimen ardoris, *Iſa.* 4. Super omnem gloriam protectio, & tabernaculum, & umbraculum diei ab æſtu, & ſecuritatem & abſconſionem a turbine, & a pluvia. Tria ponit. Ab æſtu inflantis ſuggeſtionis Diaboli, & a turbine mundi, a pluvia, idеſt, titillatione carnis. *d* Et umbraculum meridiani,] idеſt, refrigerium contra æſtum perſecutionis urentis, & ferventis, ſicut Sol fervet in meridie.

Unde *Pſal.* 18. In Sole, idеſt, in fervente perſecutione, poſuit tabernaculum ſuum, idеſt, corpus ſuum. Vel. (*Umbraculum meridiani*) idеſt, refrigerium contra incentiva libidinis. Et videtur Auctor tangere quatuor genera tentationum, quæ tangit. *Pſal.* 90. *ibi*. Non timebis a timore nocturno, &c. Primum tentationis genus, leve, ſed occultum, quod dicitur timor nocturnus. *Quatuor genera tentationum.*
Contra hoc eſt protector potentiæ. Secundum genus tentationis leve, ſed apertum, & dicitur ſagitta volans in die. Contra hoc eſt firmamentum virtutis. Tertium genus tentationis eſt grave, & occultum, quod dicitur negotium perambulans in tenebris: Contra hoc eſt tegimen ardoris. Quartum genus tentationis dicitur grave, & apertum, quod dicitur incurſus, & Dæmonium meridianum; Contra hoc eſt umbraculum meridiani. Et ita patet, quod Dominus adjutor eſt in omni tentatione.

Unde 2. *Pet.* 2. Novit Dominus pios de tentatione eripere. Et *Pſal.* 90. Cum ipſo ſum in tribulatione, eripiam eum.

e Deprecatio offenſionis,] idеſt, deprecabilis, ſuper offenſione peccatorum, vel deprecans Patrem pro offenſione hominum. Ipſe enim eſt Advocatus humani generis apud Patrem, ut dicitur 1. *Joan.* 2 Advocatum habemus apud Patrem Jeſum Chriſtum juſtum. *Gloſſ.* ſic exponit. *e* Deprecatio offenſionis,] idеſt, propitiatio pro peccatis noſtris. Unde 1. *Joan.* 2. Ipſe eſt propitiatio pro peccatis noſtris. *Dan.* 9. Tibi Domino Deo noſtro miſericordia, & propitiatio. *f* Et adjutorium caſus,] idеſt, juvans per gratiam, & præcavens a caſu peccati, vel inferni, vel elevans a caſu, ſi forte ceciderint timentes eum.

Unde *Pſal.* 9. Adjutor in opportunitatibus in tribulatione, *Prov.* 24. Septies cadit Juſtus, & reſurgit.

g Exaltans animam,] in creatione, quia creat eam ad imaginem, & ſimilitudinem ſuam. In recreatione, reformando imaginem, & reſtituendo ſimilitudinem. In progreſſu vitæ, perducendo ad perfectionem virtutum. (Exaltans animam) timentium ſe a terrenis per contemptum, ad cœleſtia per deſiderium, 1. *Reg.* 2. De ſtercore elevat pauperem, ut ſedeat cum Principibus, & ſolium gloriæ teneat. *h* Et illuminans oculos] mentis ad cognoſcendum Deum, ſe, & pro-

ximum

oculos, *a* dans ſanitatem, *b* & vitam, & *c* benedictionem. *d* Immolantis ex iniquo, *e* oblatio eſt maculata, *f* & non ſunt beneplacitæ ſubſannationes injuſtorum. *g* Dominus ſolus *h* ſuſtinentibus *i* ſe in *k* via veritatis, & juſtitiæ. *l* Dona iniquorum *m* non probat Altiſſimus, *n* nec reſpicit in † oblationibus iniquorum, *o* nec in multitudine ſacrificiorum *p* eorum propitiabitur peccatis. *q* Qui offert *r* ſacrificium ex ſubſtantia pauperum, *ſ* quaſi qui victimat filium in conſpectu patris ſui. *t* Panis egentium *u* vita pauperis eſt, *x* qui defraudat illum, homo *y* ſanguinis eſt, *z* Qui aufert in ſudore panem, *a* quaſi qui occidit proximum ſuum. *b* Qui effundit ſanguinem, & qui *c* fraudem facit mercenario, fratres *d* ſunt. *e* Unus ædificans, *f* & unus deſtruens, *g* quid prodeſt illis niſi

ximum. Deum, ne deſperet: Se, ne ſuperbiat: Proximum, ne lædat, *Pſalm.* 12. Illumina oculos meos, ne unquam obdormiam in morte.

a Dans ſanitatem,] impaſſibilitatis.

b Et vitam] immortalitatis. *c* Et Benedictionem,] æternæ hereditatis. De qua *Matth.* 25. Venite, benedicti. Vel ſic.

a Dans ſanitatem,] naturæ, quia ſanabiles fecit nationes, *Sap.* 1.

14. qu. 5. c. *Immolans*. Prov. 15. *b* Et vitam] gratiæ. *c* Et benedictionem] gloriæ: quia illic mandavit Dominus benedictionem, & vitam

Pſalm. 132. uſque in ſæculum. Ecce undecim bona, quæ facit Dominus timentibus ſe. Et duodecimum eſt fortitudo, de quo prædixerat (Quis eſt fortitudo ejus) quaſi

al. † oblato. dicat: ipſe eſt fortitudo

14. qu. 5. c. *ſcriptum*. ejus. Et notandus eſt ordo, & proceſſus. Fortitudo eſt Dominus, quia dat fortitudinem, & non tantum dat, ſed etiam protegit, id eſt, conſervat, & confirmat. Unde cum dixiſſet: (Quis eſt fortitudo ejus) ſubjunxit ſtatim. (Protector potentiæ, firmamentum virtutis.) Item juvat contra tentationes, & ſuggeſtiones hoſtis. Nam ſequitur. (Tegimen ardoris, & umbraculum meridiani.) Item orat pro nobis, & relevat a caſu. Unde ſequitur (Deprecatio offenſionis, & adjutorium caſus.) Item dat gratiam bonæ converſationis, & lumen contemplationis. Unde ſequitur. Exaltans animam, & illuminans oculos.) Item dat ſanitatem conſcientiæ, & vitam gratiæ, & benedictionem gloriæ, ſicut dictum eſt. *d* Immolantis ex iniquo,] lucro, ut eſt uſura, furtum, rapina, & hujuſmodi. *e* Oblatio eſt maculata,] coram Deo, non quod ipſum oblatum ſit maculatum; ſed actio offerentis peccatum eſt, quia rem alienam, quaſi ſuam dat, & facit ſe impotentem reſtituere. Sed contra, *Jac.* 16. Facite vobis amicos de mammona iniquitatis. Sol. Iniquum tribus modis dicitur. Iniquitas enim eſt injuſte acquiſitum. Item injuſte retentum. Item utroque modo. De primo iniquo poteſt fieri eleemoſyna, ſive oblatio, ut de meretricio. De ſecundo, & tertio non, verbi gratia, de uſura, & furto, & hujuſmodi. Unde quod dicitur, *Luc.* 16. intelligitur de iniquo primo modo; quod autem hic dicitur, intelligitur de iniquo ſecundo modo, & tertio. Verumtamen ſciendum eſt, quod uno modo poteſt fieri oblatio, ſive eleemoſyna grata Deo, de quolibet iniquo, ſcilicet, per reſtitutionem. Sed contra hoc, quod dictum eſt, ſcilicet, quod de meretricio poteſt fieri oblatio, videtur dici contrarium, *Deut.* 23. Non offeres mercedem proſtibuli. Sed dicimus, quod Moyſes hoc dicit in ſugillationem peccati, & ne per oblationem hujuſmodi crederet ille, vel illa ſatisfeciſſe.

f Et non ſunt beneplacitæ ſubſannationes injuſtorum,] ideſt, oblationes de alieno, quibus videtur offerens Deum deridere offerendo, quod non eſt ſuum, & per hoc volens eum placare: cum dicatur *Prov.* 3. Honora Dominum de tua ſubſtantia. Et *Iſa.* 58. Frange eſurienti panem tuum, non alienum. Ideo dicit Salomon, *Prov.* 15. Victimæ impiorum abominabiles Domino.

Item *Prov* 21. Hoſtiæ impiorum abominabiles ſunt, quæ offeruntur ex ſcelere. *g* Dominus ſolus,] ſupple, adeſt, quaſi adjutor fidelis. *h* Suſtinentibus] ideſt, expectantibus. *i* Se] Deum, ſcilicet.

k In via veritatis, & juſtitiæ,] ideſt, in vera fide, quæ eſt via veritatis, & in vera pœnitentia, quæ eſt via juſtitiæ, *Iſa.* 31. Væ qui deſcendunt in Ægyptum ad auxilium in equis ſperantes.

l Dona iniquorum,] ideſt, de iniquo data. *m* Non probat Altiſſimus] ſed reprobat. *n* Nec reſpicit in oblationibus iniquorum,] ideſt, non ſuſcipit oblationes ab iniquis. Sicut dicitur de Cain, *Gen.* 4. Et non reſpexit Deus ad Cain, nec ad munera ejus. *o* Nec in

al. † injuſtorum. multitudine ſacrificiorum] talium, ideſt, † miniſtrorum, qui offerunt, nec tamen peccata dimittunt. *p* Eorum propitiabitur peccatis] ut per hæc ſacrificia deleantur. Dona, dicit, quæ pauperibus erogantur. Oblationes, quæ altari, vel miniſtris Eccleſiæ offeruntur: Sacrificia, quæ Domino immolantur. Nullum iſtorum, ſi fiat in peccato mortali, vel ex iniquo, valet ad ſalutem, vel peccatorum remiſſionem, *Iſa.* 1. Quo mihi multitudinem victimarum veſtrarum, dicit Dominus: plenus ſum. *q* Qui offert ſacrificium ex ſubſtantia pauperum, quaſi qui victimat filium in conſpectu patris ſui,] ideſt, abominale eſt hujuſmodi ſacrificium.

Unde *Gloſſ.* Vade deteſtabile eſt ſacrificium, quod orbati patris dolori comparatur. Sed ſubſtantia pauperum eſt, quicquid ſuperabundat: ergo peccat, qui illud offert. Reſponſio. Loquitur de rapto, vel de furto. D

Unde ſic debet intelligi. (Qui offert) templo, vel miniſtris.

r Sacrificium ex ſubſtantia pauperum] rapta, vel furata.

ſ Quaſi qui victimat filium in conſpectu patris ſui:] quia offendit Deum ſuſtentationem pauperum auferendo eis. *Rab.* Quidam quanta largiuntur reſpiciunt, ſed quanta rapiunt non attendunt, & ideo quæ largiuntur, in ſacco pertuſo reponunt, *Prov.* 6. Zelus, & furor viri non parcet in die vindictæ, nec acquieſcet cujuſquam precibus, nec ſuſcipiet pro redemptione dona plurima.

t Panis egentium,] ideſt, cibus qualiſcumque. *u* Vita pauperis eſt,] ideſt, ſuſtentatio vitæ. *x* Qui defraudat illum,] pauperem auferendo ſua, vel retinendo mercedem laboris ejus. *y* Homo ſanguinis eſt,] ideſt, homicida, quia ſubtrahit ei victum.

Unde *Aug.* Paſce fame morientem, ſi non paveris, occidiſti. Multo fortius, qui victum ſubtrahit, *Lev.* 19. Non morabitur opus mercenarii tui apud te uſque mane, *Deut.* 24. Non negabis mercedem indigentis, & pauperis fratris tui, ſed eadem die reddes ei pretium laboris ſui ante Solis occaſum, quia pauper eſt, & ex eo ſuſtentat animam ſuam, ne & clamet contra te ad Dominum, & reputetur tibi in peccatum. Nota quatuor peccata, quæ propter enormitatem dicuntur clamare ad Deum: Homicidium, *Gen.* 4. Ecce vox ſanguinis fratris tui Abel clamat ad me de terra, *Job* 16. Terra ne operias ſanguinem meum, nec inveniat locum latendi clamor meus. *Quatuor peccata clamantia ad Deum.*

Item oppreſſio pauperum, *Exod.* 2. Ingemiſcentes filii Iſrael vociferati ſunt, aſcenditque clamor eorum ad Dominum ab operibus, *infr.* 35. Nonne lacrymæ viduæ ad maxillam deſcendunt, & exclamatio ejus ſuper deducentem eas?

Item peccatum Sodomiticum, *Gen.* 18. Clamor Sodomorum, & Gomorrhæorum multiplicatus eſt, & peccatum eorum aggravatum eſt nimis: deſcendam, & videbo utrum clamorem, qui venit ad me, opere compleverint.

Item detentio, vel defraudatio mercedis mercenariorum, *Jac.* 5. Ecce merces operariorum veſtrorum, qui meſſuerunt regiones veſtras, quæ fraudata eſt a vobis, clamat, & clamor eorum in aures Domini Sabaoth introivit. Sequitur.

z Qui aufert in ſudore panem,] ideſt, ſubſtantiam in ſudore acquiſitam.

a Quaſi qui occidit proximum ſuum.] Quia aufert ei victum ſuum. *b* Qui effundit ſanguinem,] ideſt, homicida. *c* Et qui fraudem facit mercenario,] mercedem ejus retinendo.

d Fratres ſunt,] ideſt, ſimiles in ſcelere. Unde *Gloſſ.* Maximum peccatum eſt, ideſt, magnum, quod homicidio comparatur.

e Unus ædificans,] ideſt, pauper ſibi neceſſaria vitæ labore acquirens.

f Et unus deſtruens,] ideſt, raptor ſubſtantiam illius auferens.

g Quid prodeſt illis, niſi labor?] Tamen prodeſt pauperi, ſi patienter ſuſtineat rapinam bonorum ſuorum; ſed raptori non prodeſt labor ſuus, imo nocet.

Aliter poteſt intelligi, & melius. Poſſet enim aliquis dicere; Licet non proſit oblatio offerenti de alieno, prodeſt

deſt tamen viventibus, qui inde ædificantur: prodeſt & pauperibus, qui inde ſuſtentantur, & ideo non omnino reprobanda eſt hujuſmodi oblatio. Et oſtendit Auctor per ſimile, quod hoc nihil eſt, quia ſi unus ædificaret ædificium aliquod, & alius ſecunda die deſtrueret, quicquid ipſe ædificaſſet prima die: uterque laboraret, ille ædificando, ille deſtruendo, & ſi ita ſemper facerent, nihil utilitatis reportarent; quia nihil operis ſtaret, niſi labor ædificandi, & deſtruendi. (al. † prodeſt.) Eodem modo eſt in oblatione de alieno; offerens enim alienum eſt unus ædificans, ſcilicet, proximum videntem, & ipſe idem eſt unus deſtruens pauperem, ſcilicet, cui aufert ſubſtantiam ſuam. Et hoc eſt. (Unus ædificans) idest, raptor offerens alienum. (Et unus deſtruens,) ideſt, raptor rapiens alienum, (Quid prodeſt illi,) ideſt, offerenti, & rapienti alienum, (Niſi labor) quem habet, & offerendo, & rapiendo? (A; al. † legem.) Vel ſic, (Unus ædificans,) ideſt, unus dives de uſura, vel de rapina potens, & Abbatias ædificans. [Et unus deſtruens,] ideſt, pauper contra Deum de paupertate vel infirmitate murmurans. [Quid prodeſt illis, niſi labor?] quaſi dicat, utriuſque labor inutilis eſt, & pœnalis.

(Myſtice.) Myſtice. Unus ædificans] verbo. [Et unus deſtruens] exemplo, [Quid prodeſt illis,] ideſt, illi bene loquenti, & male viventi, [Niſi labor] in utroque, & labor pœnæ æternæ, quem ſibi merentur. Unde in libro Proſperi. Bene loqui, & male vivere, nihil aliud eſt, quam ſe ſua voce damnare.

a Unus orans] ideſt, dives offerens alienum pro facto ſuo Deum benedicens. *b* Et unus maledicens,] ideſt, pauper ſpoliatus querimoniam ſuam contra raptorem ad Deum dirigens. *c* Cujus vocem exaudiet Dominus,] ideſt ad effectum exaudiet? Certum eſt, quod vocem pauperis ſpoliati. Unde *ſupra* 4. Non relinquas quærentibus tibi retro maledicere, maledicentis enim tibi in amaritudine animæ exaudietur deprecatio illius. Et *inf.* 35. Deprecationem læſi exaudiet Dominus.

d Qui baptizatur a mortuo,] ideſt, qui mundatur a peccato aqua compunctionis. *e* Et iterum tangit mortuum,] iterum rediens ad peccatum, ut canis ad vomitum. Quid *f* proficit lavatio illius? Nihil, quia ſequens culpa † pœnitentiam perdit. (al. † præſentiam.) *Jer.* 2. Quam vilis facta es nimis iterans vias tuas. *Prov.* 26. Sicut canis, qui revertitur ad vomitum ſuum; ſic impudens, qui iterat ſtultitiam ſuam. *Rab.* Poſt lavacrum mundus eſſe negligit, qui poſt lacrymas vitæ innocentiam non cuſtodit. Unde *Iſa.* 1. Lavamini: mundi eſtote. *g* Sic homo, qui jejunat in peccatis ſuis,] ideſt, pro peccatis ſuis. *h* Et iterum eadem faciens] vel alia. *i* Quid proficit humiliando ſe] per jejunia, & vigilias, & ceteras abſtinentias, cum non abſtineat a peccatis, quæ eſt vera abſtinentia *Iſa.* 58. Numquid tale eſt jejunium, quod elegi, per diem affligere hominem animam ſuam? Nunquid contorquere quaſi circulum caput ſuum, & ſaccum, & cinerem ſpargere? Nunquid iſtud vocavi jejunium? & quæ ſequuntur. *k* Orationem illius quis exaudiet,] quaſi dicat, Deus non exaudiet illam: quia nubes peccati interpoſita eſt, quæ non ſinit eam tranſire ad Deum. *Thren.* 3. Oppoſuiſti nubem tibi, ne tranſeat oratio.

labor? *a* unus orans, *b* & unus maledicens, *c* cujus vocem exaudiet Deus? *d* Qui baptizatur a mortuo, & *e* iterum tangit mortuum, *f* quid † proficit lavatio illius? Sic *g* homo, qui jejunat in peccatis ſuis, *h* & iterum eadem faciens, *i* quid proficit humiliando ſe? *k* Orationem illius quis exaudiet?

CAP. XXXV.

QUi *l.* conſervat † *m* verbum, *n* multiplicat orationem. *o* Sacrificium ſalutare eſt *p* attendere mandatis, *q* & diſcedere ab omni iniquitate, & *r* propitiationem litare ſacrificiis *ſ* ſuper injuſtitias, *t* & deprecatio pro peccatis *u* recedere ab injuſtitia. *x* Retribuet gratiam *y* qui offert ſimilaginem, *z* & qui facit miſericordiam, *a* offert ſacrificium. *b* Beneplacitum eſt Domino recedere ab iniquitate, *c* & deprecatio pro peccatis recedere ab injuſtitia. *d* Non apparebis ante conſpectum † Domini *e* vacuus. Hæc *f* enim (B; al. † Dei.)

EXPOSITIO CAP. XXXV.

QUi conſervat verbum, &c.] Hoc capitulum in tres partes diviſum eſt. In prima parte hortatur Auctor ad opera miſericordiæ, per quæ lex impletur. In ſecunda dehortatur ab injuſtitia, & injuria proximi, *ibi*: [Noli offerre munera.] In tertia hortatur ad orationem, quæ eſt quaſi cuſtos aliarum duorum. Unde *Pſal.* 33. Diverte a malo, & fac bonum; inquire pacem, *ibi*: [Qui adorat Deum, &c.] Dicit ergo. *l* Qui conſervat,] ideſt corde ſimul, & opere ſervat. *m* Verbum,] ideſt, mandatum charitatis, ſive legem, quia ex mandato charitatis tota lex

dependet, *Matth.* 22. Unde *Rom.* 13. Qui diligit proximum, legem implevit.

n Multiplicat orationem,] quia orat corde, ore, & opere. Vel, [quia multos pro ſe facit orare, totam, ſcilicet, Eccleſiam, & ſpecialiter, quibus ſuffragatur. Vel,] Multiplicat orationem, ideſt, multam vim confert orationi ſuæ: Illa enim oratio efficax eſt, quæ bonis operibus adjuvatur. Unde *Tob.* 12. Bona eſt oratio cum jejuniis, & eleemoſynis. Et hæc tria commendat Dominus, *Matth.* 6. *o* Sacrificium ſalutare,] ideſt, ſalutis effectivum. *p* Eſt attendere mandatis,] ideſt, attente implere mandata Dei moralia: nam cæremonialia in onus data ſunt ad tempus, *Jerem.* 6. Holocauſtomata veſtra non ſunt accepta: victimæ veſtræ non placuerunt mihi. (*Exod.* 22. *Deut.* 16.) *q* Et diſcedere ab omni iniquitate] quaſi dicat, ſolum ſacrificium in duobus conſiſtit, in adimpletione mandatorum, & declinatione prohibitionum: ſive in operatione boni, & declinatione mali *r* Et propitiationem litare ſacrificiis,] ideſt, cor contritum, & humiliatum. *ſ* Super injuſtitias,] ideſt, pro injuſtitiis. Hoc, inquam, eſt ſalutare ſacrificium. Unde *Pſalm* 50. Sacrificium Deo ſpiritus contribulatus, cor contritum, & humiliatum Deus non deſpicies. *t* Et deprecatio pro peccatis] præteritis dimittendis, vel pro futuris præcavendis eſt ſalutare ſacrificium. Item.

u Recedere ab injuſtitia] mente, & opere, ſine quo vana eſt deprecatio, eſt ſalutare ſacrificium, *Iſaia* 1. Quieſcite agere perverſe, diſcite bene agere.

Sed nunquid idem eſt diſcedere ab iniquitate, & recedere ab injuſtitia? Cur igitur uni dicto ſubjungit alterum? Reſponſio. Differt iniquitas, & injuſtitia: Nam iniquitas dicitur reſpectu Dei, injuſtitia reſpectu proximi, peccatum vero etiam reſpectu ſui. Unde *Pſal.* 105. Peccavimus cum patribus noſtris, injuſte egimus, iniquitatem fecimus. Peccavimus in nos, injuſte egimus in proximos, iniquitatem fecimus in Deum.

x Retribuet gratiam,] ideſt, gratum munus Deo exhibet.

y Qui offert ſimilaginem,] ideſt, Euchariſtiam de ſimilagine factam quoad ſpeciem, quæ eſt farina delicata. Vel. [Similaginem,] ideſt, ſubtilem peccatorum cognitionem. Vel [Similaginem] ideſt, conſcientiæ puritatem. *Lev.* 2. Anima cum obtulerit oblationem ſacrificii, ſimila erit ejus oblatio, fundetque ſuper eam oleum, & ponet thus. Tria dicit, Similam, oleum, & thus.

Similam puræ conſcientiæ, ad ſeipſum. Oleum miſericordiæ, ad proximum. Thus devotionis, ad Deum.

z Qui facit miſericordiam] ideſt, opus miſericordiæ.

a Offert ſacrificium.] Nam quod pauperi datur, Deo offertur, *Matth.* 25. Quamdiu feciſtis uni ex fratribus meis minimis, mihi feciſtis.

b Beneplacitum eſt Domino, &c.] mente, & opere, quod facit timor Domini, *Job.* 28. Ecce timor Domini ipſe eſt ſapientia; & recedere a malo intelligentia, ideſt, timor Domini facit recedere a malo, quod eſt initium ſapientiæ, & intelligentiæ.

c Et deprecatio pro peccatis] dimittendis, vel præcavendis, eſt beneplacitum.

Item [recedere ab injuſtitia] ideſt, ab injuria proximi, beneplacitum eſt Domino. Quidam ſic exponunt. [Deprecatio pro peccatis eſt, recedere ab injuſtitia] quia qui orat, ut ſibi peccata dimittantur, ſi vere orat, ideſt, ex corde, fugat peccata.

d Non apparebis ante conſpectum Domini,] ideſt, in conſcientia, ut ſolus Deus reſpicit, vacuus oleo charitatis, ſicut fatuæ virgines, *Matt.* 25. Vel, [Non apparebis ante conſpectum Domini,] in die judicii. *e* Vacuus,] fructu bonorum operum. *f* Hæc enim omnia] quæ dicta ſunt, ſcilicet, recedere ab omni iniquitate, facere miſericordiam, offerre ſacrificium, &c.

Digitized by Google

a Propter Dei mandatum,]adimplendum. *b* Fiunt,] ideſt fieri debent, ideſt, Dominus hæc omnia mandavit fieri. *c* Oblatio juſti,] ideſt eleemoſyna de juſto labore oblata Deo. *d* Impinguat] oleo exultationis. *e* Altare,] ideſt mentem ipſius offerentis, quæ eſt Altare Domini, in quo jugiter offertur Deo ſacrificium acceptum ſpiritus contribulatus. Item. (al. † mandatum.)

c Oblatio Juſti] ideſt, opus juſtitiæ oblatum Deo. *d* Impinguat altare] fidei, ideſt, roborat fidem. Nam fides ſine operibus mortua (2. Cor. 9.) eſt. *Jac.* 2. *f* Et odor ſuavitatis] ex tali oblatione. (Tob. 4.) *g* In conſpectu Altiſſimi,] ideſt in ſecreto cordis, ubi ſolus Altiſſimus conſpicit. Magna enim ſuavitatis dulcedo oritur in corde recte, & juſte operantis. Unde *Pſal.*96. Lux orta eſt juſto, & rectis corde lætitia.

Et *Pſal.*18. In cuſtodiendis illis retributio multa. (al. † datum.) Vel ſic. *e* Oblatio Juſti,] eſt (odor ſuavitatis, &c.) ideſt placens, & accepta coram Deo. Simile *Gen.*8 Ædificavit Noe altare Domino, tollenſque de cunctis pecoribus, & volucribus mundi, obtulit holocauſta ſuper altare, odoratuſque eſt Dominus odorem ſuavitatis, ideſt, placuit ei, & acceptum fuit illud ſacrificium. Unde hic ſequitur. *h* Sacrificium Juſti,] ideſt munus bonorum operum. *i* Acceptum eſt] coram Deo. *k* Et memoriam ejus] Juſti, vel ſacrificii ejus. *l* Non obliviſcetur Dominus] imo ſemper recognoſcet eum, ut filium proprium. *Pſalm.* 111. In memoria æterna erunt Juſti. *Prover.* 10. Memoria Juſti cum laudibus. *m* Bono animo,] ideſt, bona voluntate, & recta intentione. *n* Gloriam redde Deo,] ideſt laudes, & gratiarum actiones, & opera bona, unde Deus glorificetur, hoc enim debemus Deo. Unde *Matth.*5. Sic luceat lux veſtra coram hominibus, ut videant opera veſtra bona, & glorificent Patrem veſtrum, qui in cœlis eſt. Vel. *m* Bono animo] ideſt corde ſimplici, & devoto.

Redde gloriam Deo ideſt peccati confeſſionem, quæ eſt gloria Deo. Unde *Joſ.*7. dixit ad Achor: Fili mi, da gloriam Domino Deo Iſrael, & confitere atque indica mihi, quid feceris. *o* Et non minuas, &c.] ideſt, quas manibus propriis laboraſti,] ideſt, non minus debito offeras. Vel, [Non minuas,] ideſt, de pejoribus non offeras ſicut Cain. *Gen.*4. Vel, [Non minuas primitias manuum tuarum,] ideſt oblationes, & eleemoſynas cum triſtitia, vel murmure, vel tarde, vel cum mora dando. *Exod.* 22. Decimas & primitias non tardabis offerre. Primitias, & decimas offert Deo myſticas, qui initium, & perfectionem bonorum operum Deo attribuit, propter quod etiam caput, & cauda præcipiuntur in ſacrificio igne comburi.

p Primitias,] etiam, [manuum ſuarum] minuit, qui de operibus bonis laudes humanas, vel commodum temporale quærit, quæ æterno præmio poterant remunerari.

q In omni dato,] cordis, oris, & operis. *r* Hilarem fac vultum tuum] ideſt, hilariter da, quicquid dabis. 2. *Cor.* 9. Unuſquiſque prout deſtinavit in corde ſuo, non ex triſtitia, aut neceſſitate. Hilarem enim datorem diligit Deus. *ſ* Et in exultatione,] cordis, oris, & operis.

t Sanctifica decimas tuas,] ideſt, ſanctiores fac ad fruendum de meliori, & hilariter, ideſt ad Dei gloriam offerendo. *u* Da Altiſſimo ſecundum donatum ejus,] ideſt, ſecundum, quod decet eſſe datum ejus, vel ſecundum quod tibi dedit; ſi multum dedit, multum da: ſi exiguum dedit; exiguum da. Nam ſecundum, quod dedit hic, acceptum eſt donum ejus; dummodo bona voluntate, & recta intentione tribuat. Unde de vidua paupercula, quæ minuta duo miſit in Gazophylacium dixit Dominus *Luc.* 21. Amen dico vobis, quia hæc vidua pauper plus quam omnes miſit: *Tob.* 4. Quomodo potueris, ita eſto miſericors: Si multum tibi fuerit, abundanter tribue *ſup.*14. Fili, ſi habes, benefac tecum, & Deo dignas oblationes offer. Vel, ſic. [Da Altiſſimo ſecundum donatum ejus,] ideſt ſicut ſe & ſua dedit tibi; ita te & tua da ipſi. *Iſ.*9. Filius datus eſt nobis, *Prov.* 23. Fili, da mihi cor tuum. Multi ſunt, qui dant ſua Deo, ſed ſe dant Diabolo.

x Et in bono oculo adinventionem facito manuum tuarum,] ideſt, bona & recta intentione perfice bona, quæ excogitaſti ad laudem Dei. *y* Quoniam Dominus retribuens eſt.] *Eccl.* 11. Mitte panem tuum ſuper tranſeuntes aquas; & poſt multa tempora invenies illum. *z* Et ſepties tantum reddet tibi, ideſt perfectam remunerationem, tres dotes animæ, & quatuor corporis. (al. † vindex.) Septenarius enim quia ſeptem dona Spiritus Sanctus (Rom. 2. Act. 10.) demonſtrat, perfectus eſt, & quia interiorem, & exteriorem hominis ſubſtantiam comprehendit, in (al. † precationem.) ternario animam, in quaternario corpus.

nia *a* propter † mandata *b* Dei fiunt. *c* Oblatio Juſti *d* impinguat *e* altare, *f* & odor ſuavitatis eſt in *g* conſpectu Altiſſimi. *h* Sacrificium Juſti *i* acceptum eſt, *k* & memoriam ejus *l* non obliviſcetur Dominus. *m* Bono animo gloriam *n* redde Deo, *o* & non minuas *p* primitias manuum tuarum. In *q* omni dato *r* hilarem fac vultum tuum, & in *ſ* exultatione *t* ſanctifica decimas tuas. *u* Da Altiſſimo ſecundum † donatum ejus: *x* & in bono oculo adinventionem facito manuum tuarum: *y* quoniam Dominus retribuens eſt, *z* & ſepties tantum reddet tibi. *a* Noli offerre munera prava, *b* non enim ſuſcipiet illa. Et *c* noli inſpicere *d* ſacrificium injuſtum: *e* quoniam Dominus † *f* judex eſt, & *g* non eſt apud illum gloria perſonæ. *h* Non accipiet Dominus perſonam in *i* pauperem: *k* & † deprecationem læſi *l* exaudiet. *m* Non deſpiciet preces pupilli, *n* nec viduam, ſi *o* effundat loquelam gemitus. *p* Nonne lacrymæ viduæ *q* ad maxillam deſcendunt, *r* & exclamatio ejus *ſ* ſuper deducentem eas? A *t* maxilla enim aſcendunt, uſque ad cœlum: & *u* Dominus exauditor non *x* delectabitur in illis.

a Noli offerre munera prava] ideſt male adepta, male retenta, vel malo fine. *b* Non enim ſuſcipiet illa] Deus, ideſt non habebit accepta. *Deut.* 23. Non offeres mercedem proſtibuli. Vel ſic.

a Noli offerre munera prava,] ideſt pejora de tuis, ſicut Cain. *b* Non enim ſuſcipiet illa,) ideſt non placebunt illi. *Malach.* 1. Maledictus doloſus, qui habet in grege ſuo maſculum, & votum faciens immolat debile Domino.

c Et noli inſpicere) ideſt approbare. *d* Sacrificium injuſtum] ideſt, de injuſto vel injuſte oblatum.

e Quoniam Dominus) qui omnia videt, & omnia poteſt. *f* Judex eſt] juſtus, reddens unicuique ſecundum opera ſua. Et etiam teſtis fidelis. *Jer.* 29. Ego ſum Judex & teſtis, dicit Dominus.

g Et non eſt apud illum gloria perſonæ] ideſt, nobilitas generis, vel fortitudo, aut pulchritudo corporis, vel divitiæ, vel quodcunque aliud, propter quod glorioſi videntur homines apud mundum: Hæc enim apud Deum non faciunt glorioſum, ſed magis virtutes. Unde *Raban.* Apud Deum non eſt quantitas muneris: nec perſona potentis aſpicitur, ſed diſcretio, & humilitas cordis. *Jer.* 9. Non glorietur ſapiens in ſapientia ſua, & non glorietur fortis in fortitudine ſua, & non glorietur dives in divitiis ſuis. Sequitur.

h Non accipiet Dominus perſonam] divitis, vel potentis. *i* In pauperem,] ideſt, contra pauperem; quia juſtus Dominus, & juſtitias dilexit: æquitatem vidit vultus ejus. *Act.* 10. In veritate comperi, quia non eſt perſonarum acceptor Deus. *Rom.* 2. Non eſt perſonarum acceptio apud Deum. *Prov.* 18. Accipere perſonam impii in judicio non eſt bonum. *Lev.* 19. Non conſideres perſonam pauperis, nec honores vultum potentis.

k Et deprecationem læſi,] pauperis factam contra divitem, vel potentem.

l Exaudiet Dominus.] Unde *ſup.* 21. Deprecatio pauperis ex ore uſque ad aures perveniet, & judicium feſtinato adveniet illi. (Pſalm. 16.)

m Non deſpiciet preces pupilli] de ultione ſumenda.

n Nec viduam] oppreſſam. *o* Si effundat loquelam gemitus] contra oppreſſores ejus. *p* Nonne lacrymæ viduæ] oppreſſæ.

q Ad maxillam deſcendunt] actu, ſed aſcendunt effectu in cœlum.

r Et exclamatio ejus] ideſt, viduæ oppreſſæ conquerentis de oppreſſore.

ſ Super deducentem eas,] in qua oppreſſor, qui propter oppreſſionem facit lacrymari viduam, & pupillos; quos opprimit.

t A maxilla enim aſcendunt uſque ad cœlum] ideſt Deus, qui eſt in cœlis, videt eas ad vindicandum.

u Et Dominus exauditor] querimoniæ illius. *x* Non delectabitur in illis] lacrymis, imo provocabitur ad vindictam contra oppreſſorem. Hæc vidua miſtice eſt Eccleſia quam opprimunt hæretici ejus fidem corrumpendo, Tyranni ſubſtantiam ejus diripiendo, falſi fratres mores ejus pervertendo. Plura non habet Eccleſia, niſi fidem, res, & mores, & ita omnino opprimitur. *Job* 24. Abſtulerunt pro pignore

pignore bovem viduæ. *a* Qui adorat Deum] corde, ore, & opere. *b* In oblectatione ſuſcipietur] a Deo, ideſt, in æterna beatitudine ſuſcipietur a Deo ejus oratio. Unde *Pſal.* 36. Delectare in Domino, & dabit tibi petitiones cordis tui. Vel ſic. *a* Qui adorat Deum] ſicut debet in ſpiritu, & veritate. *Joan.* 4. In oblectatione] quam habet orando. *c* Suſcipietur,] ideſt; ſurſum rapietur per contemplationem, & extaſim. *d* Et deprecatio, &c.] ideſt, uſque ad Deum, qui nobis occultatus eſt. Vel (uſque ad nubes propinquabit) ideſt effectum habebit in nubes, inde pluviam educendo, ut Elias. *Jac. ult.* Vel uſque ad Sanctos, qui dicuntur nubes *Iſa.* 60. Qui ſunt iſti, qui ut nubes volant? *e* Oratio humiliantis ſe] ideſt, peccata diſſolvit. Vel ad litteram, (nubes penetrabit) quia cataractas cœli aperiet, ut pluat. *f* Et donec propinquet] ad Deum, ideſt, donec ad effectum mancipetur a Deo. *g* Non conſolabitur] animas. *h* Et non diſcedet] ab oratione. *i* Donec Altiſſimus aſpiciat] oculo miſericordiæ,] ideſt donec impleat petitionem ejus.

D

k Et Dominus non elongabit] auxilium ſuum ab illo; vel non prolongabit exauditionem; hoc eſt, cito exaudiet. *l* Sed judicabit Juſtos] ideſt pro juſtis. *m* Et faciet judicium, ideſt, ſententiam ſuam executioni mandabit. *n* Et fortiſſimus. *o* Non habebit in illis,] quos nunc tolerat expectando ad pœnitentiam. *p* Patientiam,] ultra judicium; ſed tunc reddet eis ſecundum merita. *Iſa.* 42. Tacui, ſemper ſilui, patiens fui, ut parturiens loquar contra hæreticos, falſos fratres. *q* Ut contribulet dorſum illorum,] ideſt, vitam poſteriorem eorum, qui ſupra dorſum juſtorum fabricaverunt, quæ non ſolum tribulanda dicitur; ſed contribulanda; quia corpus cum anima tribulatur. *r* Et Gentibus,] ideſt, gentiliter viventibus. *ſ* Reddet vindictam,] ideſt pœnam, quam meruerunt. *t* Donec tollat,] de medio. *u* Plenitudinem ſuperborum,] i. omnem multitudinem ſuperborum quæ totum mundum replet, plene eradicet. Et hoc erit in fine mundi. *Iſa.* 2. Dies Domini ſuper omnem ſuperbum, & ſuper omnem arrogantem. *Matth.* 3. Poſt me venturus eſt fortior me, cujus ventilabrum in manu ſua, & permundabit aream ſuam. *x* Et ſceptra iniquorum,] ideſt, poteſtates Tyrannorum,] ideſt, Tyrannos potentes. *y* Contribulet,] ideſt, cum aliis reprobis, corpore, & anima tribulet.

z Donec reddat hominibus] tam bonis, quam malis.

a Secundum actus ſuos.] *Cor.* 2. Omnes nos manifeſtari oportet ante Tribunal Chriſti, ut recipiat unuſquiſque propria corporis, prout geſſit, ſive bonum, ſive malum. *b* Et ſecundum opera Adæ,] ideſt, ſecundum peccatum originale, quod ab Adam contraximus omnes. Et eſt argumentum, quod originale redit. Reſponſio. Non redit originale, ſed punitur cum quolibet, tam juſto, quam injuſto in ipſa morte, quæ omnibus infligitur propter peccatum Adæ. *Rom.* 6. Per unum hominem peccatum in hunc mundum intravit, & per peccatum mors. Vel ſic expone. *c* Et] reddet (ſecundum opera Adæ) ideſt, ſecundum peccata, quibus imitantur homines Adam, & alios anteceſſores ſuos. Simile *Exod.* 20. Ego ſum Deus zelotes vindicans peccata patrum in filios,] ideſt peccata, in quibus filii imitantur patres ſuos. *c* Et ſecundum præſumptionem illius] reddet, ideſt, ſecundum contemptum, & ſuperbiam, qua imitantur illum, hoc eſt, omnes præſumptuoſos puniet ſecundum menſuram præſumptionis ſuæ. *d* Donec judicet judicium plebis ſuæ,] pro illis, & contra ſuperbos qui eos oppreſſerunt, ſententiam dando. *e* Et oblectabit juſtos miſericordia ſua.] *Gloſſ.* ideſt, vita æterna miſericorditer datura. Et videtur quod juſte, quia nulli adulto dabitur ſine meritis. Unde 2. *Timoth.* 4. Repoſita eſt mihi corona juſtitiæ, quam reddet mihi Dominus in illa die juſtus Judex. Reſponſio. Et juſte; & miſericorditer. Juſte, quia pro meritis; miſericorditer, quia ſupra meritum. *Roman.* 8. Non ſunt condignæ paſſiones hujus temporis ad futuram gloriam, quæ revelabitur in nobis. Miſericorditer etiam ratione radicis, quæ miſericorditer datur ante omne meritum: *f* Specioſa miſericordia Dei in tempore tribulationis,] ideſt, in die judicii, ubi tribulabitur fortis, *Sophon.* 1. Vel in tempore tentationis, vel perſecutionis.

g Quaſi nubes pluviæ,] ideſt, generans pluviam.

h In tempore ſiccitatis,] ideſt, ſicut grata eſt, & utilis pluvia tempore ſiccitatis; ſic grata eſt, & utilis Dei miſericordia liberans, vel confortans tempore tribulationis.

a Qui adorat Deum, in *b* oblectatione *c* ſuſcipietur, *d* & deprecatio illius uſque ad nubes propinquabit. *e* Oratio humiliantis ſe nubes penetrabit: & *f* donec propinquet, *g* non conſolabitur: *h* & non diſcedet, *i* donec Altiſſimus aſpiciat. Et Dominus *k* non elongabit, *l* ſed judicabit juſtos, *m* & faciet judicium: *n* & fortiſſimus *o* non habebit in illis *p* patientiam, ut *q* contribulet dorſum illorum, *r* & Gentibus *ſ* reddet vindictam, *t* donec tollat *u* plenitudinē ſuperborum, *x* & ſceptra iniquorum *y* contribulet; *z* donec reddat hominibus *a* ſecundum actus ſuos, *b* & ſecundum opera Adæ, *c* & ſecundum præſumptionem illius: *d* donec judicet judicium plebis ſuæ, *e* & oblectabit Juſtos miſericordia ſua. *f* Specioſa miſericordia Dei in tempore tribulationis, *g* quaſi nubes pluviæ in *h* tempore ſiccitatis.

CAP. XXXVI.

i Miſerere noſtri Deus omnium, *k* & reſpice nos. *l* & oſtende nobis lucem miſerationum tuarum, *m* & immitte timorem tuum *n* ſuper Gentes, quæ non exquiſierunt te, ut *o* cognoſcant *p* quia non eſt Deus, niſi *q* tu, ut *r* enarrent magnalia tua. *ſ* Alleva manum tuam *t* ſuper gentes alienas, ut *u* videant potentiam tuam.

EXPOSITIO CAP. XXXVI.

Miſerere noſtri, Deus omnium, &c.] Hic interſerit Auctor inſtructioni orationem, ſicut *ſupra* 23. in quo docet, quod alternanda ſunt opera activæ, & contemplativæ. Unde Jacob aliquando cum Lia, aliquando cum Rachel dormiebat: Inſtructio ad activam; oratio vero ad contemplativam pertinet. In hoc autem capitulo, manifeſte prophetat Auctor de Chriſti incarnatione, & Gentium illuminatione. Dividitur autem hoc capitulum in quatuor partes. In prima agit de duplici adventu Chriſti. In ſecunda agit ad litteram de gula: myſtice vero de prava doctrina, quæ poſt adventum Chriſti in Eccleſia pullulavit, *ibi*, (Omnem eſcam manducabit.) In tertia agit de luxuria, ideſt, myſtice de ſtultitia eorum, qui difficienter omnem doctrinam ſuſcipiunt, *ibi* [Omnem maſculum ſuſcipiet.] In quarta agit de bona muliere ad litteram; myſtice de Eccleſia Gentium, *ibi*, [Species mulieris exhilarat faciem viri ſui.] Dicit ergo.

i Miſerere noſtri, Deus omnium,] peccata dimittendo. *k* Et reſpice nos,] oculo miſericordiæ gratiam conferendo. (Et oſtende nobis lucem miſerationum tuarum,) ideſt, da nobis auxilium de tribulatione, in quo manifeſte apparent miſerationes tuæ. Vel *l* (Oſtende nobis lucem miſerationum tuarum,) ideſt, Chriſtum in carne manifeſta, in quo luceant nobis miſerationes tuæ. Idem orabat *Pſal.* 84. Oſtende nobis, Domine, miſericordiam tuam, & ſalutare tuum da nobis. Gerit autem Auctor perſonam generalis Juſti, quod patet per hoc, quod dicit, noſtri, & nobis. Et primo orat pro ſe Deum, ut ſe defendat: deinde ut inimicum reprimat ſalubriter, ita ut Deum cognoſcat, & idola relinquat. Unde dicit.

m Et immitte timorem tuum,] in quo timearis a tuis.

n Super Gentes quæ non exquiſierunt te,] ideſt, extra alia quæſierunt. Cum enim idololatræ eſſent, Deos inter omnia, non Deum ſuper omnia colebant.

o Ut cognoſcant,] illuminati fide. *p* Quia non eſt Deus,] naturaliter.

q Niſi tu.] *Pſal.* 95. Quia omnes Dii Gentium Dæmonia, Dominus autem cœlos fecit. *Jer.* 10. Dii, qui cœlos, & terram non fecerunt, pereant de terra, & de his, quæ ſub cœlo ſunt. Ad hoc autem cognoſcant.

r Ut enarrent] aliis (magnalia tua) incarnationem tuam, paſſionem, reſurrectionem, aſcenſionem. Spiritus Sancti miſſionem, miraculorum operationem, & cetera beneficia tua magna, & magnifica opera tua.

ſ Alleva manum tuam,] ideſt, potentiam tuam. *t* Super gentes] eorum ſuperbiam, & malitiam reprimendo, vel miracula operando.

u Ut videant potentiam tuam,] ideſt, flagella potentiæ tuæ ſentiant, & miracula virtutis tuæ videant, quibus viſis correcti convertantur ad Deum, & idola relinquant. Deprimit manum ſuam Dominus, cum non flagellat malos, vel quando non facit miracula. Allevat, cum flagellat, vel cum miracula operatur.

a Sicut enim in conſpectu eorum ſanctificatus es in nobis,] ideſt, ſanctus oſtenſus, in Ægypto, in mari rubro, in deſerto, in Jordane, in terra promiſſionis, multa miracula faciendo ipſis Gentibus videntibus.

> *a* Sicut enim in conſpectu eorum ſanctificatus es in nobis: ſic in *b* conſpectu noſtro magnificaberis in illis, ut *c* cognoſcant te, ſicut & nos cognovimus: *d* quoniam non eſt Deus *e* præter te, Domine. *f* Innova ſigna *g* & immuta mirabilia. *h* Glorifica manum, & *i* brachium dextrum. *k* Excita furorem, & *l* effunde iram. *m* Extolle adverſarium, & *n* affige inimicum.

b Sic in conſpectu noſtro magnificaberis in illis,] converſis ad fidem: expreſſa eſt prophetia de vocatione Gentium. *c* Ut cognoſcant te] cognitione veræ fidei, unum, & verum Deum: (ſicut, & nos cognovimus.) Loquitur Auctor in perſona omnium fidelium deſiderantium Gentium converſionem. *d* Quoniam non eſt Deus] B alius. *e* Præter te Domine.] *Iſa.* 44. Ego primus, & ego noviſſimus, & abſque me non eſt Deus.

Item *Iſa.* 45. Ego Dominus, & non eſt alter Deus. *f* Innova ſigna,] ideſt per Chriſtum fac miracula tempore gratiæ, quæ per eumdem feciſti tempore legis, & Prophetarum. *g* Et immuta mirabilia,] ideſt in melius muta, ut rota in rota eſſe manifeſtetur, & in umbra veritas, & in ſigno res aperta legatur: & ſic idem Deus veteris, & novæ legis eſſe credatus. Vel ſic. *f* Innova ſigna, & immuta mirabilia,] ut ſcilicet, illa, quæ ſignificant venturum, ſignificent præteritum, vel præſentem, & qui creditur venturus, naſciturus, moriturus, reſurrecturus, aſcenſurus, Spiritum Sanctum miſſurus, genus humanum redempturus, credatur jam natus, paſſus, mortuus, ſurrexiſſe, aſcendiſſe, Spiritum Sanctum miſiſſe, genus humanum redemiſſe: Hæc mutatio dexteræ Excelſi. Vel ſic. *f* Innova ſigna, & immuta mirabilia,] ideſt, mutatione mirabili, & admirabili fac nova ſigna, & inveterata renova.

Primo enim mirabiliter de ſolo viro facta eſt mulier: nunc [Gen. 2.] vero mirabilius de ſola muliere factus eſt vir. Unde *Jer.* 31. Novum fecit Dominus ſuper terram, femina circumdabit virum. Mirabiliter Deus fecit hominem ad imaginem, & ſimilitudinem ſuam; mirabilius factus eſt ad imaginem, & [Num. 17. Num. 21.] ſimilitudinem hominis. Mirabiliter virga Aaron arida fronduit & fructum fecit: mirabilius Virgo manens integra filium peperit. Mirabiliter ſerpens in palo vulneratos ſanavit: mirabilius Chriſtus in Cruce omnes credentes curavit. Mirabiliter Elias filium viduæ ſuſcitavit. 3. *Regum* 17. Mirabilius Deus Pater Filium a mortuis revocavit. Mirabiliter Samſon Philiſtæos moriendo proſtravit, mirabilius Chriſtus moriens mortem ipſam, & Dæmones ſuperavit. Mirabiliter Jonas ex utero ceti exiliit: mirabilius Chriſtus ab inferis reſurrexit. Mirabiliter Elias in curru igneo in Paradiſum aſcendit; mirabilius Chriſtus immortalis factus in Cœlum aſcendit. Ibi Eliſæus Eliam aſcendentem quærebatur, hic Apoſtolorum cœtus Chriſtum aſcendentem mirabatur. Ibi Elias aſcendens dimiſit pallium, hic Chriſtus ad dexteram Patris, miſit Spiritum Sanctum. Hæc eſt ſignorum innovatio, & mirabilium immutatio. Impleta eſt ergo petitio Jeſu filii Sirach. Innovata ſunt ſigna, immutata ſunt mirabilia. Ecce nova facio omnia, dicit Dominus. *Apoc.* 21. Pro hujuſmodi pſallit Propheta.

Pſal. 97. Cantate Domino canticum novum; quia mirabilia fecit. Item per mulierem peccatum ortum habuit: & ita mulier ſignum fuit peccati. Innovatum eſt ſignum, quia per mulierem eliminatum eſt peccatum, & facta eſt mulier ſignum virtutis. Unde *Judith.* 14. Una mulier Hebræa fecit confuſionem in domo Regis Nabuchodonoſor. Et inventa eſt mulier quam quærebat Salomon. *Prov. ult.* Mulierem fortem quis inveniet? procul, & de ultimis finibus pretium ejus. Ultimos fines dicit Angelos, & homines. Angeli enim in terra viventium, homines in terra morientium converſantur.

Et ipſa accepit ab Angelis, vel cum Angelis virginitatem, cum hominibus fœcunditatem, & hoc eſt pretium ejus: Per virginitatem evaſit illam maledictionem; In dolore paries. Per fecunditatem aliam: Maledicta ſterilis, quæ non parit. Sic Crux ſignum fuit pœnæ, non ſignum gloriæ. Unde *Apoſtolus*. Mihi autem abſit gloriari, &c. *Galat.* 6. Immutata ſunt ergo mirabilia, & innovata ſigna. *h* Glorifica manum,] ideſt, filium glorioſum in carne manifeſta, vel dignum gloria demonſtra. *Iſa.* 5. Rorate cœli deſuper, &c. *Iſa.* 64. Utinam dirumperes cœlos, & deſcenderes. Hujus manus quinque ſunt digiti, imo ipſa eſt quilibet quinque digitorum. Pollex, qui roratur in oleo, ideſt, pollens, & præ omnibus unctus oleo gratiarum.

Unde *Pſalm.* 47. Unxit te Deus, Deus tuus oleo lætitiæ. Pollex ſuper omnes digitos eſt, & omnibus fortior; ſic Chriſtus ſuper omnes homines eſt. *Joan.* 3. Qui de cœlo venit, ſuper omnes eſt.

Et fortior omnibus. *Job* 9. Si fortitudo quæritur, robuſtiſſimus.

Item ipſe eſt index; quia prædicando viam ſalutis indicavit, & per ſe & per Apoſtolos. Unde per *Michæam* 6. dicit: Indicabo tibi homo, quid ſit bonum.

Item ipſe eſt medius, quia mediator Dei, & hominum, in ſe reconcilians ima ſummis.

Unde *Joan.* 1. Medius veſtrum ſtetit, quem vos neſcitis. *Deuter.* 5. Ego ſequeſter, & medius fui inter Deum, & vos.

Item Medicus fuit, quia infirmos curavit. *Matth.* 4. Circumibat Jeſus totam Galilæam docens in Synagogis eorum & prædicans Evangelium regni, & ſanans omnem languorem, & omnem infirmitatem in populo, *inf.* 38. Honora Medicum propter neceſſitatem.

Item fuit auricularis in ſurdorum aurium apertione, quando mittens digitum in auriculam ſurdi, ſanavit eum. *Marc.* 7. Chriſtus igitur pollex fuit pollens chariſmatum plenitudine. Index in prædicatione. Medicus in generis humani reconciliatione. Medicus in infirmorum curatione. Auricularis in ſurdorum aurium apertione. Propter hoc dicit *Eccleſ.*

h Glorifica manum,] ideſt oſtende digitos iſtos. *i* Et brachium dextrum,] ideſt, filium, quo Pater poteſtates aereas debellavit, & captivum populum liberavit.

Unde *Pſal.* 135. Qui eduxit Iſrael de medio eorum in manu potenti, & brachio excelſo. *Iſa.* 53. Brachium Domini, cui revelatum eſt (In brachio fit minutio ſanguinis pro ſanitate totius corporis; ſic Deus Pater in brachio dextero ſibi minuit pro ſanitate corporis Eccleſiæ. *k* Excita furorem,] Diaboli, vel populi Judaici contra Chriſtum, non malitiam impertiendo, ſed ſigna, & miracula faciendo, & incredulos convertendo; propter quod furebant, & diabolus, & Judæi contra Dominum, Unde de Pharaone dicit Dominus *Exod.* 7. Idcirco poſui te, ut oſtenderem in te fortitudinem meam.

Et *Rom.* 9. In hoc ipſum excitavi te, ut oſtenderem in te virtutem meam.

l Et effunde iram.] Diabolum, & Judæos contra Dominum deſævire amplius, & amplius permittendo. Hæc eſt enim maxima ira Dei, quod peccati fræna relaxat. Unde *Ezech.* 16. Auferetur zelus meus a te, & quieſcam; nec iraſcar amplius, &c.

m Extolle adverſarium,] ideſt, extolli permitte in ſuperbiam diabolum, vel populum Judaicum. *n* Et affl ge inimicum,] ideſt, diabolum, dæmones de corporibus expellendo, in quo maxime diabolus torquebatur. Unde *Matthæi* 8. Quid nobis, & tibi, Jeſu?

Aliter. *k* Excita furorem] tuum contra diabolum, ejus malitiam compeſcendo. *Aliter.*

Quaſi dormire videtur Deus, quando permittit diabolum deſævire in ſuos.

Matth. 8. Ecce motus magnus factus eſt in mari, ita ut navicula operiretur fluctibus: ipſe vero dormiebat, & acceſſerunt ad eum Diſcipuli ejus, & ſuſcitaverunt eum dicentes: Domine, ſalva nos, perimus. *Pſal.* 77. Et excitatus eſt tanquam dormiens Dominus, tanquam potens crapulatus a vino.

Item *Pſal.* 79. Excita potentiam tuam Domine, & veni, ut ſalvos facias nos.

l Et effunde iram, in Judæos incredulos graviter puniendo. *Pſalm.* 78. Effunde iram tuam in Gentes, quæ te non noverunt, & in regna, quæ nomen tuum non invocaverunt.

m Extolle adverſarium,] ideſt, eleva de ſordibus peccatorum populum Gentilem, qui uſque ad adventum Chriſti Deo adverſarius fuit.

n Et affige inimicum,] ideſt populum Judaicum, qui non vult credere, nec pœnitere. (Feſtina tempus,] ideſt, cito adimple promiſſum. Vel ſic.

m Extolle adverſarium,] ideſt Antichriſtum extolli permitte ſupra omne, quod dicitur Deus, aut quod colitur: ita ut in templo Dei ſedeat oſtendens ſe, tanquam ipſe ſit Deus.

2. *Theſſal.* 2. *n* Et affige Inimicum,] ideſt, Antichriſtum, quem poſtea Dominus JESUS interficiet ſpiritu oris ſui. 2. *Theſſ.*

Digitized by Google

Quid nobis, & tibi Jeſu fili Dei? cur veniſti huc ante tempus torquere nos? *a* Feſtina tempus,] gratiæ, tempus plenitudinis, ut veniat Chriſtus populum ſuum liberare. *b* Et memento finis,] ideſt, memento, quod finis mundi prope eſt, & jam cito mitte filium. 1. *Joan.* 2. Filioli mei, noviſſima hora. 1. *Cor.* 10. Scripta ſunt hæc ad correctionem veſtram, in quos fines ſæculorum devenerunt.

Aliter. Θ Oris ſui. 2. *Theſſal.* 2. *a* Feſtina tempus,] ultimæ perſecutionis, ideſt, feſtinanter fac tranſire, ne deficiant Electi in tribulatione, quæ revera nimia erit. *Matth.* 24. Orate, ne fuga veſtra fiat hyeme, vel Sabbato, erit enim tribulatio magna, qualis nunquam fuit ab initio Mundi uſque modo, neque fiet: & niſi breviati fuiſſent dies illi, non fieret ſalva omnis caro: ſed propter Electos breviabuntur dies illi. Et ita exaudita eſt oratio Auctoris.

a Feſtina tempus, & memento finis,] ideſt, Electorum tuorum, qui erunt in fine mundi. *c* Ut enarrent mirabilia tua,] facta in adventu Chriſti, Deum hominem, Virginem Matrem, immortalem mortuum, cæcum videntem; claudum ambulantem, & hujuſmodi. *d* In ira flammæ,] in igne Gehennæ. *e* Devoretur, qui ſalvatur,] in temporalibus, ideſt, qui vult hic ſalvare ſe, perdetur in inferno *Luc.* 9. Qui voluerit animam ſuam ſalvam facere, perdet eam. *Jo.* 12. Qui amat animam ſuam; perdet eam. *f* Et qui peſſimant plebem tuam,] ideſt de plebe tua peſſime æſtimant, vel plebem tuam verbo, vel exemplo corrumpunt, vel male tractant. *g* Inveniant perditionem,] æternam. *h* Contere caput Principum & inimicorum,] ideſt, diabolum Regem Tyrannorum inimicorum Chriſti, & Eccleſiæ. *Gen.* 3. Ipſa conteret caput tuum; & tu inſidiaberis calcaneo ejus. *i* Dicentium; non eſt alius præter nos,] quia ſe tantum reputant dominos in mundo, & non Deum. Sicut Pharao. *Exod.* 5. Quis eſt Dominus, ut audiam vocem ejus; & Iſrael dimittam? Neſcio Dominum: & Iſrael non dimittam. *Iſa.* 5. Nunquid habitabitis vos ſoli in medio terræ? k Congrega,] in unitate fidei. *l* Omnes Tribus Jacob] ideſt fideles de Gentibus ſignatos per Jacob, vel omnes pœnitentes vitia ſupplantantes, vel reliquias Judæorum in fine. *Iſa.* 10. Si fuerit populus tuus Iſrael, quaſi arena maris; reliquiæ convertentur ex eo. *m* Et cognoſcant, quia non eſt Deus, niſi tu] Creator omnium.

n Ut enarrent,] alus nondum converſis.

o Magnalia tua] ideſt, opera tua magna, mortuorum ſuſcitationem, cæcorum illuminationem, prædicationem, fatigationem, mortis paſſionem, reſurrectionem, aſcenſionem, & cetera hujuſmodi.

p Et hæreditabis eos,] ideſt firmiter poſſidebis, ut hæreditatem; vel dabis te eis, ut hæreditatem.

q Sicut ab initio,] ideſt ſicut antiquos patres poſſediſti pacifice.

r Miſerere, &c.] Expleta oratione contra peccatores, & caput eorum diabolum, vel Antichriſtum, orat Auctor in perſona generalis Juſti pro ſtatu Eccleſiæ, & ſalute fidelium dicens: *r* Miſerere plebi tuæ,] ideſt, Eccleſiæ tuæ, quam vocat Auctor plebem propter multitudinem, & humilitatem. *t* Super quam] tuendam. *u* Invocatum eſt nomen tuum,] quia a Chriſto dicti ſunt Chriſtiani. Vel ſic. *t* Super quam,] ideſt, pro qua tuenda.

u Invocatum eſt nomen tuum,] ideſt, auxilium tuum. Nam quando Eccleſia in tribulatione eſt, invocat ſtatim nomen Domini dicens: *Pſal.* 78. Adjuva nos, Deus ſalutaris noſter, *Jerem.* 14. Tu in nobis es, Domine, & nomen ſanctum tuum invocatum eſt ſuper nos, ne derelinquas nos Domine Deus noſter.

x Et] iterum, miſerere (Iſrael) ideſt, fidelis populi Deum contemplantis. *y* Quem coæquaſti,] ideſt, per fidem uniſti, vel cohæredem feciſti. *z* Primogenito tuo,] ideſt, Chriſto, qui eſt primogenitus mortuorum, & Princeps Regum terræ. *Apoc* 1. Vel ſic: *r* Miſerere,] veniam præſtando. *ſ* Plebi tuæ,] ideſt, populo Judaico.

a Feſtina tempus, *b* & memento finis, ut *c* enarrent mirabilia tua. In *d* ira flammæ *e* devoretur, qui ſalvatur: *f* & qui peſſimant plebem tuam, *g* inveniant perditionem. *h* Contere caput Principum & inimicorum *i* dicentium: non eſt alius præter nos. k Congrega *l* omnes Tribus Jacob: & *m* cognoſcant, quia non eſt Deus, niſi tu, ut *n* enarrent *o* magnalia tua: *p* & hæreditabis eos, *q* ſicut ab initio. *r* Miſerere *ſ* plebi tuæ, *t* ſuper quam *u* invocatum eſt nomen tuum, & *x* Iſrael, *y* quem coæquaſti *z* primogenito tuo. *a* Miſerere civitati ſanctificationis tuæ *b* Jeruſalem, civitati requiei tuæ. Reple *c* Sion inenarrabilibus d virtutibus tuis, & *e* gloria tua *f* populum tuum. *g* Da teſtimonium, quia *b* ab initio creaturæ *i* tuæ ſunt: & k ſuſcita precationes, quas locuti ſunt in nomine tuo *l* Prophetæ priores. *m* Da mercedem, † Domine, ſuſtinentibus te, ut *n* Prophetæ tui *o* fideles *p* inveniantur: & *q* exaudi orationes ſervorum tuorum: ſecundum *r* benedictionem Aaron *ſ* da populo tuo,

t Super quam invocatum eſt nomen tuum,] ideſt, auxilium tuum, non falſorum Deorum.

x Et] miſerere. (Iſrael,) ideſt Gentilis populi ad fidem converſi.

y Quem coæquaſti,] ideſt comparaſti, vel aſſociaſti.

z Primogenito tuo,] ideſt, populo Judaico, qui primo credidit. *Exodi* 4. Hæc dicit Dominus, filius meus primogenitus Iſrael.

a Miſerere civitati ſanctificationis tuæ,] ideſt Eccleſiæ, quam ſanctificaſti, ideſt lavaſti, ideſt purificaſti in Sanguine tuo, & ceteris Sacramentis. Vel Sanctificationis tuæ] ideſt, in qua ſanctificaris, ideſt, ſanctus demonſtratis per cultum ſanctum & devotionem. Et quæ ſit illa civitas, oſtendit, cum ſubdit. C

b Jeruſalem civitati requiei tuæ,] ideſt, in qua requieſcis approbando fidem & opera ejus. *Iſa.* 28. Hæc requies mea, reficite laſſum, *ſupra* 24. Et in civitate ſanctificata ſimiliter requievi, ideſt, uniformiter. al. † non habet Domine.

c Reple Sion,] ideſt Eccleſiam bona cœleſtia contemplantem. *d* Virtutibus tuis inenarrabilibus,] ideſt Angelis ad cuſtodiendum eam in pace: vel miraculis ad corroborandum eam in fide. vel donis gratuitis ad proficiendum in virtute: vel notitia triplici Scripturarum ad intelligendum divina. Omnia hæc inenarrabilia dicuntur, quia ab homine non poſſunt narrari. *Rom.* 11. O altitudo divitiarum Sapientiæ, & ſcientiæ Dei!

e Et gloria tua,] ideſt laude tua, vel notitia filii qui eſt gloria tua, ſicut dicitur in *Pſal.* 56. Exurge, gloria mea. Vel miraculorum præſentia reple.

f Populum tuum,] ut credatur ei, & in te per eum. *g* Da teſtimonium,] ideſt per incarnationem, manifeſta filium, quem remuneratorem bonorum, & punitorem malorum teſtantur & Scripturæ & creaturæ. Vel (Da teſtimonium) veritatis tuæ, per miracula vel per Martyres. Martyr enim interpretatur teſtis.

h Quia ab initio creaturæ) mundi. *i* Tuæ ſunt,] ideſt tuæ voluntati ſubjectæ, ad faciendum de eis quicquid volueris. *Eph.* 2. Ipſius factura ſumus creati in Chriſto Jeſu in operibus bonis. k Et ſuſcita precationes quas locuti ſunt in nomine tuo] ideſt in fide nominis tui. *l* Prophetæ priores,] ideſt, adimple petitiones & deſideria Prophetarum expectantium, & deſiderantium, & rogantium Chriſti adventum. *Exod.* 4. Mitte, Domine quem miſſurus es. *Num.* 24. Heu quis victurus eſt, quando iſta faciet Dominus? *Iſa.* 16. Emitte Agnum, Domine Dominatorem terræ, de petra deſerti ad montem filiæ Sion. Item *Iſa.* 44. Utinam dirumperes cœlos, & deſcenderes. *Pſal.* 143. Inclina cœlos tuos, & deſcende. *Cant* 1. Oſculetur me oſculo oris ſui. Et Simeon, quando veniet; putas, videbo: putas durabo. O ſi me inveniet illa nativitas. *l* Et hæc deſideria recitat Dominus *Luc.* 10. Beati oculi, qui vident, quæ vos videtis, dico enim vobis, quia multi Prophetæ & Reges voluerunt videre, quæ vos videtis, & non viderunt. *m* Da mercedem, Domine, ſuſtinentibus te,] ideſt, expectantibus adventum Chriſti. *Iſa.* 7. Expectabo Dominum, qui abſcondit faciem ſuam a domo Jacob: & præſtolabor eum. *Mich.* 7. Expectabo Deum Salvatorem meum.

n Ut Prophetæ tui,] qui hoc promiſerunt. *Iſa.* 7. Ecce virgo concipiet, &c. *Jerem.* 31. Novum faciet Dominus, &c. *Abacuc.* 2. Si moram fecerit, expecta eum; quia veniens veniet, & non tardabit. *Aggæi* 2. Veniet deſideratus cunctis Gentibus. Et multi

o Fideles,] ideſt, veraces. *p* Inveniantur,] impleta eorum promiſſione. *q* Et exaudi orationem ſervorum tuorum,] ideſt, imple deſideria Sanctorum adventum Chriſti expectantium, & deſiderantium. Vel Orationes, dicit petitiones orationis Dominicæ. Sanctificetur nomen tuum, adveniat regnum, &c. *r* Secundum benedictionem Aaron,] ideſt, benedictionem purificatam in benedictione Aaron, qua Dominus benedixit ei, vel ipſe benedixit populum Judaicum. *ſ* Da populo tuo,] ideſt, credenti

& *a* dirige nos in *b* viam juſtitiæ; † & *c* ſciant omnes, qui habitant terram, *d* quia tu es † Deus conſpector ſæculorum. *e* Omnem eſcam manducabit venter & *f* eſt cibus cibo melior. *g* Fauces contingunt cibum † feræ & *h* cor † inſenſatum verba mendacia. *i* Cor pravum *k* dabit triſtitiam; *l* & homo peritus *m* reſiſtet *n* illi. *o* Omnem maſculum *p* excipiet mulier: *q* & eſt filia *r* melior † filio. *ſ* Species mulieris *t* exhilarat faciem viri ſui: & *u* ſuper omnem concupiſcentiam hominis; *x* ſuperducet deſiderium. † *y* Si eſt lingua curationis, eſt *z* & mitigationis *a* & miſericordiæ, *b* non eſt vir illius ſecundum *c* filios hominum. *d* Qui poſſidet mulierem bonam. *e* inchoat poſſeſſionem: *f* adjutorium ſecundum illum eſt, *g* & columna, ut *h* requies

in te, Hæc eſt virga de radice Jeſſe, cujus flos, & fructus fuit Chriſtus, præfigurata in virga Aaron, quæ fronduit, & floruit, & fructum fecit. (Da populo tuo,] in te credenti, & tibi ſervienti.

a Et dirige nos,] ſperantes in te. *b* In viam juſtitiæ]qua venitur ad te, per quam nemo vadit, niſi dirigatur ad te, *Prov.* 16.

al. † te. Cor hominis diſponit viam ſuam; ſed Domini eſt dirigere greſſus ejus. *Jeremia* 10. Scio Domine, quia non eſt hominis via ejus, nec viri eſt, ut ambulet, & dirigat greſſus ſuos.

al. † non habet Deus. *c* Et ſciant omnes, qui habitant terram,] idest, omnes Gentes.

al. † non habet feræ, nec feræ. al. † ſenſatum. *d* Quia tu es Deus, &c.] ideſt cogitator præteritorum, & futurorum, ſicut præſentium. Unde *ſup.* 33. Domino meo, antequam crearentur omnia cognita ſunt, ſic & poſt perfectum reſpicit omnia.

al. † filiæ. *e* Omnem eſcam manducabit venter,] ideſt manducando recipiet.

al. † ſic. *f* Et,] tamen, (eſt cibus cibo melior,) quaſi dicat, venter omnem eſcam manducabit, ideſt, manducando recipiet; ſed guttur comedentis inter eſcas diſcernit; erunt enim omnia munda mundis.

Myſtice. Myſtice. *e* Omnem eſcam manducabit venter,] ideſt, omnem doctrinam mens admittit.

f Et eſt cibus cibo melior,] ideſt, doctrina una, doctrina alia verior, & utilior *Job* 12. Auris verba dijudicat, & fauces comedentis ſaporem. *g* Fauces contingunt cibum feræ,] carnes, ferarum, ſcilicet, aprorum, cervorum, damularum, & hujuſmodi. *h* Et cor inſenſatum verba mendacia,] recipit, vel contingit, ideſt, ſicut fauces pro deliciis comedunt carnes ferinas; ſic cor inſenſatum verba mendacia, quaſi delicias recipit, vel cogitat. *Prov.* 20. Suavis eſt homini panis mendacii. Alia littera habet.

g Fauces contingunt cibum feræ,] ideſt, ad ferendum in ore, & maſticandum diu cum quadam ſuavitate ſaporis; ſic.

h Et cor ſenſatum,] diu ſervat, & retinet meditando verba mendacia, ut tandem evomat ea aliis referendo.

i Cor pravum,] ideſt, intellectus erroneus, & affectus perverſus.

k Dabit triſtitiam,] corrodentis conſcientiæ, & indeficientis pœnæ. Vel.

i Cor pravum] hæreticorum prava machinans.

k Dabit triſtitiam,] ideſt, prædicationes erroris, quæ eſt Eccleſiæ cauſa triſtitiæ. *l* Et homo peritus,] in jure divino. *m* Reſiſtet] ſcuto fidei, & gladio verbi Dei.

n Illi,] ideſt, hæreticæ pravitati. Vel *l* Homo peritus,] in ſui, & Dei cognitione. *m* Reſiſtet illi,] ideſt, pravo cordi. *o* Omnem maſculum excipiet mulier] parturiens, vel concipiens cum magno gaudio, licet triſtitiam habeat pariendo. *Jo.* 16. Mulier cum parit triſtitiam habet: quia venit hora ejus: cum autem peperit puerum, jam non meminit preſſuræ propter gaudium: quia natus eſt homo in mundum. *q* Et] tamen (eſt filia melior filio) quandoque.

Myſtice. Myſtice. *o* Omnem maſculum] ſive ſubtilem, ſive rudem, ideſt, ſermonem omnem divinum omni bono fœcundantem. *p* Excipiet mulier,] ideſt, Eccleſia, vel fidelis anima. *q* Et eſt filia,] ideſt, rudis, & ſimplex doctrina, *r* Melior filia,] ideſt, ſubtili ſermone. Unde *Jud.* 3. legitur, quod Sangar vomere uno interfecit ſexcentos Philiſtæos. Aod vero gladio unum ſolum. Item *Judic.* 15. Samſon in mandibola aſini mille Philiſtæos occidit. Talis enim ſermo, & rudis, & impolitus uſque ad cor penetrat; politus vero ſermo aures paſcit. Ideo dicit *Iſa.* 40. Loquimini ad cor Jeruſalem, & advocate eam, Vel ſic.

o Omnem maſculum,] ideſt, omnem Prædicatorem auditorum animas impregnantem.

p Excipiet mulier] ideſt, anima mollis, & effeminata. Unde alius dicit, ego ſum Pauli, alius ego ſum Cephæ; alius ego ſum Apollo, 1. *Cor.* 5.

q Et eſt filia] ideſt, Chriſti gratia.

r Melior filio,] ideſt, quolibet miniſtro. Vel.

q Filia,] ideſt, anima contemplativa.

r Melior eſt filio] ideſt, viro activo. Contra *infra* 24. Melior eſt iniquitas viri, quam mulier benefaciens. Solut. Hic melior, ideſt, jucundior. Unde *Geneſ.* 29. Lia fœcundior; ſed Rachel pulchrior.

ſ Species mulieris,] quæ in duobus conſiſtit, in colore vivido, & in membrorum compoſitione.

t Exhilarat faciem viri ſui,] ideſt, lætificat virum ſuum.

u Super omnem concupiſcentiam hominis,] ideſt, quam habebat homo.

x Superducet deſiderium,] illius, ideſt, ad ſe ducet, ideſt, inter omnia concupiſcibilia ſpecies mulieris magis trahit deſiderium viri. Unde *ſupr.* 9. Propter ſpeciem mulieris multi perierunt, & ex hoc concupiſcentia quaſi ignis exardeſcit.

Myſtice. *ſ* Species mulieris,] ideſt, Eccleſiæ, vel fidelis animæ, quæ in duobus conſiſtit, ideſt, in fidei vivacitate, & morum honeſtate. Myſtice.

t Exhilarat faciem viri ſui,] ideſt, Chriſti, vel Prælati, qui de profectu ſubditorum gaudet.

u Et ſuper omnem concupiſcentiam hominis ſuperducet deſiderium,] ideſt, ſuper omne concupiſcibile placet. Unde *Prover.* 8. Deliciæ meæ eſſe cum filiis hominum. *Cant.* 2. dicit Sponſus ad Sponſam: Oſtende mihi faciem tuam: ſonet vox tua in auribus meis. Vox enim tua dulcis, & facies tua decora.

y Si eſt lingua curationis,] corrigendo.

z Eſt & mitigationis] conſolando. *a* Et miſericordiæ,] compatiendo, ideſt, eſſe debet. Non enim debet eſſe ſatyrica tota prædicatio, ideſt, tota de reprehenſione, neque poetica, ideſt, tota de conſolatione, ſed miſta, ideſt, blande corripiens, & juſte blandiens.

Unde *Ezech.* 41. Duas facies habebat Cherub, faciem hominis juxta palmam ex una parte, & faciem leonis juxta palmam ex alia parte expreſſam per omnem domum in circuitu, *Luc.* 10. Appropians Samaritanus alligavit vulnera ſauciati infundens vinum, & oleum. Vinum quidem mordacis correctionis, & oleum blandæ conſolationis. Et in arca fœderis fuerunt ſimul virga, & manna. *b* Non eſt vir illius] prædictæ mulieris.

c Secundum filios hominum,] ideſt, ſimilis fortunæ aliis hominibus, qui ſæpe propter malas uxores rixantur, & iraſcuntur; ipſe vero quietus manet cum uxore quieta.

Myſtice. De Eccleſia. *b* Non eſt vir illius,] ideſt, Chriſtus.

c Secundum filios hominum,] ideſt, ſimilis filiis hominum, quia verax eſt, & omnis homo mendax. Et filius hominis, alii omnes filii hominum: ſine peccato conceptus, natus, & converſatus: ceteri omnes in peccato concepti, *Iſaiæ* 53. Qui peccatum non fecit, nec inventus eſt in ore ejus dolus, *infra* 44. Non eſt inventus ſimilis illi in gloria, qui conſervaret legem Excelſi.

d Qui poſſidet mulierem bonam,] ideſt, benignam in corde, modeſtam in ſermone, piam in opere, caſtam mente, & corpore.

e Inchoat poſſeſſionem,] hinc incipit eſſe dives. Magnus enim theſaurus eſt bona uxor, *Prov.* 12. Mulier diligens corona eſt viro ſuo.

Myſtice. *d* Qui poſſidet mulierem bonam,] ideſt, voluntatem rationi conſonam, ſive carnem ſpiritui ſubditam. Myſtice.

e Inchoat poſſeſſionem,] ideſt, incipit habere gratiam, quod habiturus eſt per gloriam, 1. *Joan.* 3. Chariſſimi, nunc filii Dei ſumus: & nondum apparuit, quid erimus, *ſup.* 26. Mulieris bonæ beatus vir.

f Adjutorium ſecundum illum eſt,] bona uxor, & ſecundum voluntatem illius, *Geneſ.* 2. Non eſt bonum hominem eſſe ſolum: faciamus ei adjutorium ſimile ſibi. Ad litteram, & myſtice. Litteralis enim uxor adjutorium eſt viro ſuo in procreatione filiorum. Et Eccleſia ſimiliter Chriſto in converſione peccatorum, 1. *Cor.* 3. Dei adjutores ſumus.

g Et columna,] ideſt, firmamentum infirmitatis.

h Ut requies,] laboris, ideſt, bona uxor firmamentum eſt viro ſuo contra infirmitatem: ſicut eſt eidem requies poſt laborem. Et Eccleſia ſimiliter Chriſto eſt columna

ſuppo-

ſupportando infirmos, & requies recreando laſſos. *Iſa.* 28. Hæc requies mea, reficite laſſum, & hoc refrigerium eſt meum. *Pſal.* 131. Hæc requies mea, in ſæculum ſæculi, hic habitabo, quoniam elegi eam.

a Ubi non eſt ſepes,] ideſt murus fidei, qui Sanctorum prædicatione fundatur.

b Diripietur] a dæmonibus. *c* Poſſeſſio] virtutum & meritorum. *Eccl.* 10. Qui diſſipat ſepem, mordebit eum coluber. Vel *a* Ubi non eſt ſepes,] ideſt, cuſtodia Angelorum, vel Prelatorum. *b* Diripietur] ab hæreticis, a Tyrannis, a dæmonibus.

al. † Qui. al. † Quis.

c Poſſeſſio] temporalis, vel ſpiritualis. De hac ſepe dicitur *Iſa.* 5. Oſtendam vobis, quid ego faciam vineę meæ: auferam ſepem ejus, & erit in direptionem.

Sup. 6.

d Et ubi non eſt mulier] bona. *e* Ingemiſcit egens,] ideſt pauper mendicans: quia non invenit, qui ei det eleemoſynam. Mulieres enim naturaliter miſericordiores ſunt, quam viri. Unde *Thren.* 4. Manus mulierum miſericordium coxerunt filios ſuos: facti ſunt cibus earum.

Ubi *a* non eſt ſepes, *b* diripietur *c* poſſeſſio: *d* & ubi non eſt mulier, *e* ingemiſcit egens. † *f* Cui *g* credit qui *h* non habet nidum? Et *i* deflectens *k* ubicumque obſcuraverit, *l* quaſi ſuccinctus latro *m* exiliens de civitate in *n* civitatem.

CAP. XXXVII.

Omnis *o* amicus *p* dicet: & ego amicitiam copulavi: *q* ſed eſt amicus ſolo nomine amicus. *r* Nonne triſtitia ineſt uſque ad mortem? *ſ* Sodalis autem *t* & amicus *u* ad inimicitiam convertentur. O *x* præſumptio nequiſſima, *y* unde creata es cooperire aridam † nequitiam, & *z* doloſitatem illius? *a* Sodalis *b* amico *c* conjucundabitur in oblectationibus: & in † die *d* tribulationis *e* adverſarius erit. *f* Sodalis amico condolet cauſa ventris, *g* & contra hoſtem *h* accipiet ſcutum. *i* Non obliviſcaris amici tui in *k* animo tuo: *l* & non immemor ſis illius in operibus tuis. *m* Noli conſiliari cum ſocero tuo: *n* & a zelantibus

Myſtice. *d* Ubi non eſt mulier,] ideſt, Spiritus Sancti gratia, vel Sapientium doctrina.

e Ingemiſcit egens] pane ſpirituali.

f Qui] egens, ſcilicet. *g* Credit] ei. *h* Qui non habet nidum] fidei, vel tranquille, in quo fideles Catholici requieſcunt. De quo nido dicit. *Job* 29. In nidulo meo moriar: & ſicut palma multiplicabo dies. *Pſal.* 83. Paſſer invenit ſibi domum, & tutur nidum, ubi reponat pullos ſuos. Alia littera.

f Quis credit] ei, ſcilicet, [qui non habet nidum] fidei, ideſt, hæretico, quaſi dicat, infelix, & nihil eſt qui credit hæretico. Aliqui libri habent. *f* Cui credit] ille, ſcilicet. *h* Qui non habet nidum] ideſt certam manſionem, ut ſcurra, quaſi dicas, nullus. *i* Et deflectens] a via veritatis. *k* Ubicomque obſcuraverit] ideſt, obſcuritas erroris, vel tentationis eum duxerit. *l* Quaſi ſuccinctus latro] ad jugulandum alios.

m Exiliens de civitate] Dei. *n* In civitatem.] Diaboli, vel de uno errore in alium errorem circumlatus omni vento doctrinæ *Epheſ.* 4.

EXPOSITIO CAP. XXXVII.

Omnis amicus, &c.] In hoc capitulo agit Auctor de ficta & doloſa amicitia, vel ſocietate. Dividitur autem in Quatuor Partes. Primo invehitur contra doloſos, ac fictos amicos. Secundo oſtendit, cum quibus non eſt ineundum conſilium; & cum quibus ſit, *ibi:* (Noli conſiliari cum ſocero tuo.) Tertio de Sophiſta & Sapiente agit, *ibi:* (Qui Sophiſtice loquitur, &c.) Quarto moralem ponit inſtructionem, dehortans de ambitione & crapula. *ibi:* (Fili, in vita tua tenta animam tuam, &c.) Dicit ergo.

o Omnis amicus] & verus & falſus. *p* Dicet, & ego amicitiam copulavi,] ideſt, ſe verum amicum prohibebitur.

q Sed eſt amicus ſolo nomine amicus] & non re. *Tullius.* Vera amicitia in ſolo amore conſiſtit. Amor autem omnia communia facit, ille vero verus amicus eſt, qui omnia bona ſua aliis communicat, & mala aliorum facit ſua. Qui aliter amat, fictus eſt amicus, & nomine tenus. *Sup.* 6. & 12. de falſo amico dictum eſt ſatis; & ideo nihil de hoc hic.

r Nonne triſtitia ineſt uſque ad mortem] in falſa amicitia, quæ creditur eſſe vera? quaſi dicat, magnum malum eſt & valde dolendum, quod ubi fides ſperatur, invenitur malignitas: ubi ſperatur amicitia invenitur perverſitas.

ſ Sodalis autem] ſocius menſæ. *t* Et amicus] fictus, ſive putativus, ſive fortunæ. *u* Ad inimicitiam convertentur] de facili, vel modica occaſione, *ſup.* 6. Eſt amicus, qui convertitur ad amicitiam; & eſt amicus qui odium, rixam & convitia denudabit. Item *ſup.* 12. In oculis tuis lacrymabitur inimicus: & ſi invenerit tempus, non ſatiabitur ſanguine. *x* O præſumptio nequiſſima,] ideſt ſimulata, ſive palliata hypocriſis, quæ fingis amicitiam eſſe, ubi non eſt. *y* Unde creata es cooperire aridam nequitiam,] ideſt, malitiam, quæ animam facit aridam ſine pinguedine charitatis.

z Et doloſitatem illius] nequitiæ, vel ſimulationis; quia doloſus, & ſe, & alios decipit. Miratur Auctor, unde habeat ortum hypocriſis, quæ malitiam palliat, & inimicum facit amicum.

a Sodalis] ſocius menſæ. *b* Amico] active.

c Conjucundabitur in oblectationibus,] ideſt in negotio voluptatis, vel in tempore proſperitatis.

al. † malitiam.

d Et in die tribulationis,] ideſt in tempore adverſitatis. *e* Adverſarius erit] illi, cui prius ſe fingebat amicum. Unde *Poeta.* *Donec eris felix, multos numerabis amicos. Tempora ſi fuerint nubila, ſolus eris.* *Proverbior.* 19. Divitiæ addunt amicos plurimos, a paupere enim & hi, quos habuit, ſeparantur. *Greg.* In proſperis ignoratur, an perſona, vel proſperitas diligatur. Et hoc eſt, quod dicit *ſup.* 12. Non agnoſcetur in bonis amicus. *Sen.* Ob hoc præcipue diligenda eſt paupertas; quia facit ſcire, quis tenere diligat.

al. † tempore.

Ovidius 1. triſtium.

f Sodalis amico condolet cauſa ventris,] ideſt, cauſa comeſſationis. *g* Et contra hoſtem] amici ſui.

h Accipiet ſcutum,] ideſt arma defenſionis tempore proſperitatis pro gula non pro amicitia; verus autem amicus toto corde & opere diligit non verbo tantum. Unde 1. *Joan.* 3. Non diligamus verbo, neque lingua; ſed opere, & veritate. *i* Non obliviſcaris amici tui,] ideſt illius, qui amat te. *k* In animo tuo,] ideſt in oratione tua. Oratio enim eſt pius affectus animi in Deum directus pro bonis æternis adipiſcendis. *l* Et non immemor ſis illius in operibus tuis,] ideſt in eleemoſynis tuis. Vel ſic. *i* Non obliviſcaris amici tui, illius, qui dicit, ſe amicum tuum.

k In animo tuo,] ideſt, attende & conſidera in animo tuo, qualis ſit, qui te dicit amicum tuum, antequam te credas illi. *l* Et non immemor ſis illius in operibus tuis,] ideſt diligenter attende, qualiter tractet, & procuret opera tua, antequam amicum appelles. 1. *Joan.* 4. Chariſſimi, nolite omni ſpiritui credere; ſed probate ſpiritus, ſi ex Deo ſunt. *Matth.* 8. A fructibus eorum cognoſcetis eos. *Gregor.* Probatio dilectionis, exhibitio eſt operis. *m* Noli conſiliari. Secunda pars capituli, in qua primo oſtendit, cum quibus amicis non ſunt tractanda conſilia. Et ponit novem perſonas, cum quibus non eſt habendum conſilium dicens: (Noli conſiliari cum ſocero tuo,) ideſt cum patre vel quolibet conſanguineo uxoris tuæ, maxime de ipſa caſtiganda, vel veſtienda, quaſi dicat, non de omnibus conſulendus eſt ſocer: quia ſæpe carnalis affectus imperat rationi. *Jer.* 9. Unuſquiſque a proximo ſuo ſe cuſtodiat: & in omni fratre ſuo non habeat fiduciam. *Mich.* 7. Noli credere amico, & noli confidere in Duce. Ab ea, quæ dormit in ſinu tuo, cuſtodi clauſtra oris tui.

Moraliter per ſocerum, qui ex parte feminea affinis eſt, intelligitur omnis homo femineum, & mutabilem habens animum, cum quo non eſt conſiliandum: quia cito corrumpi poteſt ab adverſario homo hujuſmodi, & revelat conſilia. Unde *ſupr.* 6. Multi pacifici ſint tibi, & Conſiliarius ſit tibi unus de mille, ideſt, aliquis de perfectis. *Moraliter.*

Moraliter, ſocer tuus carnalis affectus, pater uxoris tuæ, ideſt concupiſcentiæ. Iſtius conſilio non eſt credendum, nec cum eo conſilium pertractandum de pœnitentia vel de aliquo bono faciendo. Quod manifeſte docuit Jacob *Gen.* 31. Qui ignorante Laban ſocero ſuo cum filiis & uxoribus atque pecoribus ſuis receſſit de Meſopotamia in terra Chanaan. Legitur *Judic.* 19. Quod Levita quidam credidit ſocero ſuo, ut cum eo, 3. diebus maneret in via, amiſit uxorem ſuam a Gabaonitis oppreſſam, unde poſtea ſtrages magna populi ſecuta eſt. Imo dicit Auctor. *m* Noli conſiliari cum ſocero tuo,] ideſt conſilium ab eo quærere, nec tuum conſilium ei revelare. *n* Et a zelantibus te,] ideſt tibi invidentibus, vel nimis ardenter diligentibus, ut eſt uxor, & filii, & familia. *Moraliter*

a abſconde conſilium, Omnis b Conſiliarius c prodit d conſilium, e ſed eſt Conſiliarius in ſemetipſo. A f Conſiliario malo g ſerva animam tuam.

h Prius ſcito, quæ ſit illius neceſſitas, & i quid ipſe in animo ſuo cogitabit: k Ne forte mittat ſudem in terram, l & dicat tibi: bona eſt † vita tua: m & ſtet e contrario videre, n quid tibi eveniat. Cum o viro irreligioſo p tracta de ſanctitate: q & cum injuſto de juſtitia, & r cum muliere de his, quæ æmulatur. Cum ſ timido de bello, t cum negotiatore de trajectione. u Cum emptore de venditione, cum viro x livido y de gratiis agendis. Cum z impio de pietate, a cum inhoneſto de honeſtate. b Cum operario agrario c de omni opere, d cum operario annuali de e conſummatione anni, f cum ſervo pigro de multa operatione. g Non attendas his in h omni conſilio. i Sed cum viro ſancto aſſiduus eſto, k quemcumque cognoveris obſervantem timorem Dei, cujus l anima eſt ſecundum animam tuam, m Quicumque titubaverit in n tenebris, non condolebit tibi. Et o cor boni conſilii p ſtatue tecum. q Non eſt enim tibi aliud plus illo: r Anima viri ſancti enunciat aliquando vera, quam ſ ſeptem circumſpectores ſedentes in excelſo t ad ſpeculandum. Et in his u omnibus x deprecare Altiſſimum, ut dirigat in veritate viam tuã.

a Abſconde conſilium,] quia non conſulunt tales, niſi quod placere quærunt, vel credunt illi, qui conſulit eos. b Omnis Conſiliarius prodit,] ideſt proponit conſilium ſuum, quaſi dicat, diverſi diverſa ſentiunt. c Sed eſt Conſiliarius in ſemetipſo, ideſt manens fixus, & ſtabilis, & fidelis, quaſi dicat, non omnibus credendum eſt, quia non omnes ſtabiles, & fideles inveniuntur in conſiliis
B ſuis. Ille Conſiliarius verus eſt, qui ſibi, & aliis conſulit facere, quod Deo placet, quod eſt unicum conſilium infuſum a Spiritu Sancto, de quo Dominus per *Pſal.* 61. Conſilium meum cogitaverunt repellere. Vel ſic. b Omnis Conſiliarius] ideſt fere, c Prodit,] ideſt revelat, d Conſilium,] id-
al. † vita, eſt ſecretum ſibi commiſſum. Vel, c Prodit conſilium,] ideſt prodigioſe dat conſilium. e Sed] tamen, (eſt Conſiliarius in ſemetipſo,) ideſt, verus & immutabilis, licet rarus. f A Conſiliario malo] qui contra ſalutem animæ conſulit. g Serva animam tuam,] ideſt conſenſum animæ tuæ. Hoc eſt, non conſentias ejus conſilio, ſicut Roboam, qui relicto conſilio ſenum, acquievit conſilio juvenum, 3. *Reg.* 13. Vel. A Conſiliario malo] qui male vivit. g Serva animam tuam,] ideſt ſecretum animæ tuæ. Hoc eſt, non reveles ſecreta tua. b Prius ſcito quæ ſit illius neceſſitas] quare velit eſſe amicus tuus, vel familiaris: utrum privata vel communis utilitas, quaſi dicat, prius attendendum eſt, qualis eſt homo, quam amicitia copulanda. Unde *Rab.* Prævidenda eſt Conſiliarii prudentia, fides, voluntas, & religio. i Et quid ipſe in animo ſuo cogitabit,] cito prius, quam amicitiam familiaritatis cum eo copules. Sed quomodo poterit hoc fieri, cum ſolus Deus moverit cogitationes hominum? Reſponſio per ſigna exteriora, & per interrogationes ab eo, & ab aliis, qui noverunt eum.

k Ne forte mittat ſudem in terram,] ideſt, confirmet conſilium ſuum pro terreno commodo. Et loquitur Auctor tranſumptive, tangens quod feræ ſudibus capiuntur, quaſi dicat: ideo primo conſidera, qualis ſit Conſiliarius, quam ei conſentias, ne forte ſit terrenum ejus conſilium, & te per cupiditatem figat in terram, vel occidat, ſicut feram per terrenum oſtium.

l Et dicat tibi, bona eſt vita tua,] ideſt bene facis i bonum conſilium dedi tibi.

m Et ſtet e contrario videre,] ideſt, ut videat.

n Quid tibi eveniat,] de conſilio ſuo, ut ſi bene evenerit, laudetur; ſi male, irrideat, & dicat: non feciſti eo modo, quo dixi tibi: quod maxime Medicorum eſt, & Advocatorum. o Cum viro irreligioſo, &c.] Tres ſpecies Conſiliantium poſuit Auctor, a quibus abſcondi præcepit conſilium: adhuc ponit plures alias, cum quibus ſimiliter docet non eſſe conſiliandum, loquens ironice *hucuſque:* (Non attendas his in omni conſilio, &c.] Dicit ergo.

o Cum viro irreligioſo,] ideſt cum diſſoluto, qui non habet in ſe religionem, nec amat in aliis:

p Tracta de ſanctitate] vitæ amplectenda, vel ſervanda; quaſi dicat: ſi vis intrare religionem, vel ſanctitatem vitæ incboare, non quæras conſilium ab irreligioſo, quia potius diſſuaderet, quam ſuaderet, cum neſciat bona religionis. Multi enim vident noſtras cruces, qui non vident noſtras unctiones, dicit *B. Bern.*

q Et cum injuſto de juſtitia,] facienda, vel ſervanda.

r Et cum muliere de his, quæ æmulatur,] ideſt, quod odit, vel quod diligit. Nimis enim odit, quod odit: & diligit, quod diligit: ita quod omnino affectio imperet rationi.

ſ Cum timido de bello,] faciendo, vel ineundo, & nunquam conſulet, non ex amore, ſed ex timiditate. t Cum negotiatore de trajectione,] ideſt de mercium tranſportatione ad forum; & conſulit, quod non portentur: vellet enim, quod nullus alius haberet ibi merces, niſi ipſe, ut carius venderet. Eſt autem trajectio ipſa tranſportatio mercium, & ipſa pecunia data pro tranſportatione.

u Cum emptore de venditione,] ideſt de pretio rei vendendæ; *Emptor enim ſemper minuit pretium, quod venditor auget. Proverbior.* 20. Malum eſt, malum eſt, dicit omnis emptor, & cum
receſſerit glorjabitur. x Cum viro livido,] ideſt, invido, vel ingrato. C

y De gratiis agendis] & dicit, quod non ſunt agendæ gratiæ.

z Cum impio de pietate,] quæ conſiſtit in tribus: In cultu Sanctorum, in reverentia parentum, in ſubventione miſerorum.

a Cum inhoneſto de honeſtate,] morum.

b Cum operario agrario] qui eſt beſtialis & ſilveſtris, & nihil ſcit, niſi de agricultura. c De omni opere] alio, vel de malitia, & ſtudio: & dicet otium eſſe.

d Cum operario annuali,] ideſt, in conducto ad annum. e De conſummatione anni,] ideſt, de opere conſummando in anno, & dicit, non poſſe perfici in anno, quod in menſe deberet perfici, vel fieri.

f Cum ſervo pigro,] ad operandum, (de multa operatione) quaſi dicat, ſtultum eſt de hujuſmodi rebus, ſive negotiis, quæ dicta ſunt, conſiliari cum dictis hominibus; ſic ſtultum eſt cum omnibus habere conſilium. Et ideo ſequitur.

g Non attendas his] ſupradictis.

h In omni conſilio,] ideſt noli de omnibus conſiliari cum illis: quia neſciunt, & ideo vilipendunt.

i Sed cum viro Sancto aſſiduus eſto] quia ex convictu formantur mores *Pſal.* 17. Cum Sancto Sanctus eris.

k Quemcumque cognoveris obſervantem timorem Dei,] filialem, qui ab omni malo revocat, & ad bonum impellit: nam timere facit offenſam & quærere benevolentiam. l Cujus anima eſt ſecundum animam tuam,] ideſt, qui eſt ſecundum cor tuum, ut tua voluntas ſit ipſius voluntas, & e converſo. Hæc eſt enim vera amicitia unio voluntatum.

m Quicumque titubaverit,] in fide, vel in jure dubius.

n In tenebris non condolebit tibi,] ideſt non compatietur tibi lapſo in tenebris vitiorum: vel quia infidelis eſt: vel quia inſcius eſt juris, & neſcit conſulere.

o Et cor boni conſilii,] ideſt Conſiliarium habentem zelum & ſcientiam.

p Statue tecum,] ut ſecundum ejus conſilium omnino facias, quaſi dicat, Conſiliarium elige fidelem zelum habentem, & ſapientem. *Tob.* 4. Conſilium ſemper a ſapiente require. q Non eſt enim tibi plus illo,] ideſt, nihil melius hoc habere potes fideli Conſiliario.

r Anima viri ſancti annunciat aliquando vera, quam] ideſt, pluſquam.

ſ Septem circumſpectores ſedentes in excelſo,] ideſt, cathedra magiſtrali.

t Ad ſpeculandum] ſubtilia Scripturarum, quaſi dicat, veriora & meliora conſilia dat aliquando unus ſimplex idiota ſanctæ & honeſtæ vitæ, quam ſeptem magni Magiſtri omnium liberalium artium ſcientia præditi. *Luc.* 10. & *Matth.* 11. Confiteor tibi Domine, pater cœli & terræ: quia abſcondiſti hæc a ſapientibus, & revelaſti ea parvulis. *Iſa.* Sapientes Conſiliarii Pharaonis dederunt conſilium inſipiens.

u Et in his omnibus,] Conſiliandis, vel intelligendis, aut peragendis.

x Deprecare Altiſſimum, ut dirigat in veritate viam tuam] Oratione enim intelligentia occultorum, & conſilium dubiorum, & virtus faciendorum impetratur, *Jac.* 1. Si quis veſtrum indiget ſapientia, poſtulet a Deo, qui dat omnibus affluenter. Exemplum de Salomone. 2. *Reg.* 3.

a Ante

a Ante omnia opera verbum verax præcedat te: b & ante omnem actum conſilium ſtabile. c Verbum nequam d immutabit cor, e ex quo f quatuor partes g oriuntur: h bonum & malum; i vita k & mors, & l Dominatrix illorum eſt m aſſidua lingua. n Vir peritus o multos erudivit, p & animæ ſuæ ſuavis eſt. q Qui ſophiſtice loquitur, r odibilis eſt. In ſ omni re defraudabitur. t Non eſt enim illi u data a Domino gratia: x omni enim ſapientia y defraudatus eſt. Eſt z ſapiens, animæ ſuæ ſapiens, a & fructus ſenſus illius b laudabilis. Vir c ſapiens d plebem ſuam e erudit, & f fructus ſenſus illius † g fideles ſunt. Vir h ſapiens implebitur benedictionibus, & i videntes illum k laudabunt. l Vita viri in numero dierum: m dies autem Iſrael n innumerabiles ſunt. o Sapiens in populo hæreditabit honorem, & p nomen illius q erit vivens in æternum, Fili, in r vita tua tenta animam tuam: & ſ ſi fuerit nequam, t non des illi poteſtatem.

a Ante omnia opera verbum verax præcedat te] ideſt cogitatio pura & diſcreta, ſecundum quam locutio, & actio exterior diſponitur. Ex abundantia enim cordis os loquitur, *Matt.* 12. *Prov.* 4. Oculi tui recta videant, & palpebræ tuæ præcedant greſſus tuos, *Pſ.* 36. Os juſti meditabitur ſapientiam, & lingua ejus loquetur judicium. Vel ſic. a Ante omnia opera verbum verax præcedat te] i. verbum veræ orationis & puræ confeſſionis. b Et ante omnem actum conſilium ſtabile] ideſt, conſilium ſapientum, vel ſacræ Scripturæ, eſt conſilium immutabile, *Tob.* 4. Omni tempore benedic Deum, & pete ab eo, ut vias tuas dirigat, & omnia conſilia tua in ipſo permaneant, *Prov.* 13. Aſtutus omnia agit cum conſilio, *ſup.* 32. Fili, ſine conſilio nihil facias, & poſt factum non pœnitebis. c Verbum nequam] ideſt, malum conſilium. d Immutabit cor] tam illius, qui conſulit, quam illius, qui conſulitur in deterius pervertendo. e Ex quo] corde, ſcilicet.

f Quatuor partes] ideſt quatuor ſibi adinvicem contraria. g Oriuntur] ut de fonte rivuli, vel de radice ramusculi. h Bonum & malum] conſilium, vel conſenſus, vel cogitatio, vel opus, *Matt.* 15. De corde exeunt cogitationes malæ, homicidia, adulteria, fornicationes, furta, falſa teſtimonia, blaſphemiæ.

i Vita] gratiæ & gloriæ.

k Et mors] culpæ & pœnæ, ſive gehennæ, *Prov.* 4. Omni cuſtodia ſerva cor tuum. Ex ipſo enim procedit vita, & mors, ſed mors ex ſolo corde oritur; vita vero ex corde & gratia Dei adjuvante, 1. *Cor.* 15. Non autem ego, ſed gratia Dei mecum. Duo ultima duobus primis reſpondent. Bono, vita, malo, mors, *Rom.* 6. Stipendia peccati mors; gratia autem Dei vita æterna. l Et Dominatrix illorum] quatuor, ideſt, boni & mali, vitæ & mortis.

m Eſt aſſidua lingua] qua panduntur ſecreta cordis, *Prov.* 18. Mors & vita in manibus linguæ: Aſſidua dicit, quia lingua ſemper declinat in illam partem, cui fuerit aſſueta, *Jac.* 3. In lingua benedicimus Deum Patrem, & in ipſa maledicimus homines, qui ad imaginem Dei facti ſunt; ex ipſo ore procedit benedictio & maledictio. n Vir peritus] in jure divino.

o Multos erudivit] in vita & ſcientia.

p Et animæ ſuæ ſuavis eſt,] ideſt, propitius in hoc, quod multos erudit, quia inde mercedem æternam recipiet, *Dan.* 12. Qui docti fuerint, fulgebunt quaſi ſplendor firmamenti; & qui ad juſtitiam erudiunt multos, quaſi ſtellæ in perpetuas æternitates. Vel ſic.

n Vir peritus] ideſt, multa expertus.

o Multos erudivit.] Unde *ſup.* 34. Vir in multis expertus cogitabit multa: & qui didicit, enarrabit intellectum. Et quia multi ſunt ſibi nequam, & immiſericordes, alios reficientes, & ipſi fame morientes. Ideo ſequitur.

p Et animæ ſuæ ſuavis eſt,] ideſt, cauſa ſuavitatis æternæ, quia bona, quæ docet facere, facit prior; & cibo, quo paſcit alios, primo paſcitur, *ſup.* 14. Qui ſibi nequam, cui alii bonus erit, & non jucundabitur in bonis ſuis, *Rom.* 2. Qui alium doces, teipſum non doces. q Qui ſophiſtice loquitur] ideſt, ad oſtentationem & deceptionem: Hæc enim duo quærit ſophiſta, apparere ſapiens, & decipere ſocium.

r Odibilis eſt] Deo & hominibus: quia Spiritus Sanctus diſciplinæ effugiet fictum, *Sap.* 1. Vel. q Qui ſophiſtice loquitur] i. rigoroſe & contentioſe in diſputatione, maxime in Theologia, quæ eſt diſciplina pacis.

r Odibilis eſt] *ſup.* 20. Eſt tacens, qui invenitur ſapiens, & eſt odibilis, qui procax eſt ad loquendum. Item *ſup.* 19. Qui odit loquacitatem, extinguit malitiam.

ſ In omni re defraudabitur] active & paſſive; ideo enim defraudatur, quia alios defraudare intendit, *Iſa.* 32. Fraudulenti vaſa peſſima ſunt: ipſe enim cogitationes concinnabit ad perdendos mites in ſermone mendacii.

t Non eſt enim illi, ſcilicet, loquenti ſophiſtice.

u Data a Domino gratia] loquendi, vel diſputandi ad talem finem.

x Omni enim ſapientia,] ideſt, cogitatione veritatis, & ſapore bonitatis.

y Defraudatus eſt] quia fraudulentus eſt, & in malevolam animam non introibit Sapientia, *Sap.* 1.

z Eſt ſapiens animæ ſuæ] i. ad commodum animæ ſuæ. a Et fructus ſenſus] ideſt, Sapientiæ.

b Illius laudabilis] quia quæ Deo placent, mente tractat: & quod profert ore, opere demonſtrat. D

al. † laudabiles.

c Vir ſapiens] Sapientia cœli. d Plebem ſuam] non alienam. e Erudit] verbo & exemplo. f Et fructus ſenſus illius,] ideſt, doctrina & opera.

g Laudabiles ſunt] ideſt, digni laude, vel fideles, ideſt, digni fide, *Prov.* 22. Novit Juſtus animas jumentorum ſuorum. Item *Pr.* 27. Diligenter agnoſce vultum pecoris tui, tuoſque greges conſidera.

h Vir ſapiens implebitur benedictionibus] dexteræ & ſiniſtræ. Benedictione dexteræ implebitur in futuro, quando ei dicetur cum aliis: Venite, benedicti, &c. *Matth.* 25. Benedictione ſiniſtræ implebitur in præſenti, ideſt, gratia Dei, & laude hominum. *Prov.* 11. Anima, quæ benedicit, impinguabitur: qui inebriat, ipſe quoque inebriabitur, *Eccl.* 31. Splendidum in panibus benedicent labia multorum, & teſtamentum veritatis illius fidele.

i Et videntes illum,] ideſt, laudabilem converſationem illius.

k Laudabunt] Deum, qui talem Doctorem dedit Eccleſiæ ſuæ. Vel ſic. i Videntes] opera ejus.

k Illum laudabunt] ideſt, laude dignum prædicabunt. Vel ſic. i Videntes illum] remuneratum in gloria.

k Laudabunt;] dicentes: Euge, ſerve bone, & fidelis; quia in pauca fuiſti fidelis, ſupra multa te conſtituam: intra in gaudium Domini tui, *Matt.* 25.

l Vita viri in numero dierum] i. brevis eſt, *ſup.* 18. Numerus dierum hominum ut multum centum anni, quaſi guttæ aquæ maris deputati ſunt, *Job* 14. Breves dies hominis ſunt. m Dies autem Iſrael] ideſt, juſti vera fide & contemplatione Dominum videntis.

n Innumerabiles ſunt] quia ſine fine cum Domino gaudebit. Unde *Pſ.* 60. Dies ejus ſuper dies Regis adjicies, annos ejus uſque in diem generationis, & generationis, q. d. dies Jacob luctantis terminum habebunt: ſed dies Iſrael contemplantis facie ad faciem interminabiles erunt.

o Sapiens in populo hæreditabit honorem] ideſt, Prælatus vel Prædicator ſapienter regens, & inſtruens populum ſibi commiſſum, acquirit ſibi honorem & in præſenti & in futuro interminabilem, 1. *Tim.* 5. Qui bene præſunt Presbyteri, duplici honore digni ſunt.

p Et nomen illius] ideſt, fama, ſive memoria.

q Erit vivens in æternum] ſcriptum in libro vitæ. Unde *inf.* 44. Corpora Sanctorum in pace ſepulta ſunt, & nomen eorum vivet in generationes, *Prov.* 10. Memoria Juſti cum laudibus, & nomen impiorum putreſcet, *Luc.* 10. Gaudete, quia nomina veſtra ſcripta ſunt in cœlis.

r Fili, in vita tua tenta animam tuam] i. experiendo proba voluntatem & fortitudinem animæ tuæ. Multi enim credunt ſe habere voluntatem paratam ad omnia bona facienda, & fortitudinem ad omnia mala ſuſtinenda propter Chriſtum, qui forte in ipſa probatione experimenti deficerent, & ſeipſos omnino quantum alios æſtiment, invenirent. Unde poſt tentationem Abrahæ de filio ſuo Iſaac immolando, tunc demum dictum eſt ei: Nunc cognoſcere feci, quod timeas Deum, *Gen.* 22. Ideo dicit Apoſt. 1. *Theſſ.* 4 Omnia probate.

ſ Et ſi fuerit nequam,] ideſt, non æqua, ſed ſuperba, & perverſa. t Non des illi poteſtatem] explendi concupiſcentias ſuas. Unde *ſup.* 18. Si præſtes animæ tuæ concupiſcentias ſuas, faciet te in gaudium inimicis tuis. Vel. t Non des illi poteſtatem,] i. præfationis dignitatem, quia

qui

Digitized by Google

qui ſeipſum regere neſcit, mala regere alios, 1. *Tim* 3. Si quis domui ſuæ præeſſe neſcit, quomodo vel Eccleſiæ Dei dignitatem habebit, vel diligentiam? *a* Non enim omnia manibus expediunt] etiam licita, & bona in genere. Alii enim competit, & expedit vita ſolitaria, alii vita ſocialis, alii vita contemplativa, alii vita activa, alii vita clauſtralis, alii vita ſæcularis, alii prælatio, alii ſubjectio, & cetera hujuſmodi. Similiter ſecundum diviſiones gratiarum. Unde 1. *Cor.* 6. Omnia mihi licent, ſed non omnia expediunt. *b* Et non omni animæ omne genus] voluntatis, vel actionis, vel vivendi. *c* Placet] nec etiam placere debet. Quid enim ſi villico militia, & militi villicatio placeret? omnia confuſa male fierent: & tamen ſic eſt in multis locis, quod paucis, vel nullis placet officium ſuum, quod ſciunt, vel poſſunt facere, ſed cupiunt alienum. *d* Noli avidus eſſe in omni epulatione.] Ad litteram, parſimoniam commendat, & crapulam vituperat.

1. *Cor.* 6. & 19.

Myſtice vero admonet in temporalibus concupiſcendis, & ſcientia acquirenda habere temperantiam. Unde *Prov.* 25. Mel inveniſti, comede, quod ſufficiat tibi, ne forte ſatiatus evomas illud, *Job* 20. Divitias, quas devoravit, evomet, & de ventre ejus extrahet eas Deus.

e Et non te effundas] per nimium ſtudium, aut libidinem comedendi.

a Non enim omnia omnibus expediunt: *b* & non omni animæ omne genus *c* placet. *d* Noli avidus eſſe in omni epulatione, *e* & non te effundas *f* ſuper omnem eſcam. In *g* multis enim eſcis *h* erit infirmitas, & *i* aviditas *k* appropinquabit uſque ad choleram. *l* Propter crapulam *m* multi obierunt, *n* qui autem abſtinens eſt, *o* adjiciet vitam.

C A P. XXXIII.

p HOnora *q* Medicum *r* propter neceſſitatem: *ſ* etenim illum *t* creavit Altiſſimus. A *u* Deo eſt enim omnis medela: *x* & a Rege *y* accipiet *z* Donationem. *a* Diſciplina Medici *b* exaltabit caput illius, & in *c* conſpectu Magnatorum *d* collaudabitur. *e* Altiſſimus de terra creavit medicinam: *f* & vir

f Super omnem eſcam] ideſt, ſuper aliam eſcam: quæcumque, vel qualiſcumque ſit illa.

g In multis enim eſcis] ideſt, in varietate, vel nimietate eſcarum.

h Erit infirmitas] comedendo. Unde *Eccl.* 5. Saturitas divitis non ſinit eum dormire.

i Et aviditas,] ideſt, immoderatus appetitus comedendi ante horam, vel plus debito. *k* Appropinquabit uſque ad choleram] ideſt, cholericam paſſionem, vel crudi humoris ſuperfluitatem, *ſup.* 31. Vigilia, & cholera, & tortura viro infrunito. *Sen.* Faſtidientis ſtomachi eſt plurima deguſtare, quæ ubi multa ſunt, & varia, animum inquinant. Nam

l Propter crapulam] ideſt, nimiam ciborum repletionem. *m* Multi obierunt] ideſt, perierunt corpore, & anima. *n* Qui autem abſtinens eſt] virtuoſe. *o* Adjiciet vitam] naturæ, gratiæ, & gloriæ. Quinque enim bona naturaliter facit abſtinentia. Spiritum roborat, 2. *Cor.* 4. Licet is, qui deforis eſt, noſter homo corrumpatur, tamen is, qui intus eſt, roboratur, vel renovatur de die in diem. Item carnis laſciviam domat. Item vitam prolongat, preces ſanctificat, ſenſum ſubtilat. Unde verſus:

Abſtineas, fortis ſit ſpiritus, & caro caſta.
Vitaque longa, preces ſanctæ, ſit ſenſus acutus.

E X P O S I T I O C A P. XXXVIII.

HOnora Medicum, &c. In hoc cap. agitur per totum de medicina ſpirituali, qua peccata curantur, proter quam Medicus eſt honorandus. Dividitur autem in tres partes.

In prima agitur de confeſſione, qua morbum Medico revelatur.

In ſecunda de oratione, qua oratur Medicus, ut omnia vulnera ſanet, *ibi*: Fili, in tua infirmitate.

In tertia de prædicatione verbi Dei, quo peccata ſanantur: ſecundum quod dicit *Pſ.* 106. Miſit verbum ſuum, & ſanavit eos, &c. *ibi*: Qui tenet aratrum, &c. Dicit ergo. *p* Honora] precibus & muneribus.

q Medicum] corporalem & ſpiritualem.

r Propter neceſſitatem] corporis, & animæ, ideſt, propter infirmitatem. *ſ* Etenim illum creavit Altiſſimus] ad aliorum utilitatem. Et eſt hic argumentum, quod Medicis licet uti religioſis. Unde & Iſaias emplaſtrum caricarum alligavit Ezechiæ, *Iſa.* 38. Sed objicitur de B. Agatha, quæ dixit B. Petro. Medicinam carnalem corpori meo nunquam exhibui. Reſponſio. Privilegium paucorum non facit legem communem. Contra infirmitates corporis apponunt Medici medicamenta diverſa, cibos, potus, emplaſtra, unguenta. Similiter faciunt Medici ſpirituales; & quanto pretioſior eſt anima corpore, tanto Medicus ſpiritualis magis honorandus eſt Medico corporali. *u* A Deo eſt enim omnis medela] tam ſpiritualis, quam corporalis. *x* Et a Rege] terreno, vel cœleſti. A

y Accipiet] Medicus. *z* Donationem] ideſt, remunerationem pro medela ſua. Sed nunquid pars medicandi gratia Dei eſt, 1. *Cor.* 12. Alii gratia ſanitatum, *Gloſſ.* id eſt, gratia curandi infirmos. Ergo uſus hujus artis ſpiritualis eſt; ergo non poteſt vendi. Peccant ergo Medici, qui vendunt operas ſuas. Sol. Non vendit Medicus uſum artis; ſed locat laborem ſuum, ſicut vinitor in vinea.

a Diſciplina Medici] corporalis, vel ſpiritualis.

b Exaltabit caput illius] in mundo, vel in cœlo.

c Et in conſpectu Magnatorum] ideſt, Principum terrenorum; vel Sanctorum, vel Angelorum.

d Collaudabitur] ab hominibus, quos curavit, vel a Deo.

e Altiſſimus de terra creavit medicinam] ideſt, herbas & radices, & fructus medicinoſos ad ſalutem hominum.

f Et vir prudens, &c.] prudentia ſpiritus.

a Non abhorrebit illam *Myſtice.*

Myſtice, de Chriſto, qui eſt verus Medicus animarum, qui pixidem apportavit, in qua fuerunt duo electuaria, ideſt, ſanguis noſtræ redemptionis, & aqua noſtræ ablutionis: unde confert pigmenta, & unguenta, ideſt, Eccleſiaſtica Sacramenta ad curationem totius Eccleſiæ. Dicit ergo. *p* Honora] honore latriæ. *q* Medicum] id eſt, Chriſtum. *r* Propter neceſſitatem] ideſt, infirmitatem humanam, quam aſſumpſit, & quam ſanavit, *Iſa.* 53. Vere languores noſtros ipſe tulit, & dolores noſtros ipſe portavit. *Aug.* Magnus venit in mundum Medicus, quia magnus ubique jacebat ægrotus. De hoc Medico dicitur *Luc.* 4. Utique dicetis mihi hanc ſimilitudinem; Medice, cura teipſum, *Jer.* 8. Nunquid reſina non eſt in Galaad, & Medicus non eſt ibi? Quare ergo non eſt obducta cicatrix filiæ populi mei? *ſ* Etenim illum] talem.

t Creavit Altiſſimus] ideſt, Deus Trinitas.

u A Deo eſt enim omnis medela] ideſt, perfecta medela, qua Chriſtus, ut bonus Medicus totum mundum curavit, quantum in ſe fuit, *Luc.* 13. Ecce ejicio Dæmonia, & ſanitates perficio hodie, & cras, & tertia die conſumor, *Oſee* 6. Venite, & revertamur ad Dominum, quia ipſe cepit & ſanabit nos; percutiet & curabit nos. *x* Et a Rege] ideſt, a Deo Patre, vel a tota Trinitate. *y* Accipiet] inquantum Medicus, ſive inquantum homo. *z* Donationem,] ideſt, remunerationem, *Phil.* 2. Humiliavit ſemetipſum, factus obediens uſque ad mortem, mortem autem Crucis, propter quod & Deus exaltavit illum, & donavit illi nomen, quod eſt ſuper omne nomen, &c.

a Diſciplina Medici] ideſt, doctrina Chriſti, vel obedientia Chriſti, qua Patri quaſi Diſcipulus obedivit.

b Exaltabit caput illius] ideſt, ipſum, qui eſt caput Eccleſiæ.

Unde *ſup.* 11. Sapientia humiliati exaltabit caput illius, & in medio Magnatorum conſedere illum faciet. Vel. *a* Diſciplina Medici,] qua pro nobis diſciplinatus fuit, ſicut dicitur *Iſa.* 53. Diſciplina pacis noſtræ ſuper eum fuit.

b Exaltabit caput illius] in mundo & in cœlo: quia per ipſum meruit ſibi accelerationem reſurrectionis, & glorificationem ſui nominis, & judiciariam poteſtatem.

c Et in conſpectu Magnatorum,] ideſt, Angelorum, Apoſtolorum, omnium Electorum.

d Collaudabitur] *Gl.* a Domino, ideſt, a Deo Patre. Vel. *c* In conſpectu Magnatorum] ideſt, coram Principibus, & Regibus.

d Collaudabitur] a Prædicatoribus, *Act.* 9. Vas electionis mihi eſt iſte, ut portet nomen meum coram Regibus, & Gentibus, & filiis Iſrael.

e Altiſſimus de terra creavit medicinam,] ideſt, Deus Pater, vel Deus Trinitas de Virgine carnem Chriſti formavit, *Pſ.* 84. Dominus dabit benignitatem: & terra noſtra dabit fructum ſuum.

f Et vir prudens] ideſt, catholicus.

a Non abhorebit illam

Digitized by Google

▲ *a* Non abhorrebit illam] medicinam, licet de terra creatam. *b* Nonne a ligno] oſtendit, quod medicina virtutem ſanandi infirmitates habet. Et tangit hiſtoriam *Exod.* 15. ubi legitur, quod Moyſes lignum ſibi oſtenſum miſit in aquas Marath, & dulcoratæ ſunt. Si igitur lignum hanc virtutem habuit: & etiam nunc hu- al. † in illis. *Exod.* 14. juſmodi medicinalia virtutem habent ſanandi infirmitates. Et hoc eſt: Nonne a ligno, oſtenſo Moyſi, ad litteram. *c* Indulcata eſt aqua amara,] de Marath? Sed quia poſſet aliquis dicere: Verum eſt, quod herbæ medicinales virtutem habent ſanandi infirmitates; ſed homines ignorant illas. Ideo oſtendit, quod Deus, qui creavit herbas medicinales, notitiam illarum dedit hominibus. Et hoc eſt. *d* Ad agnitionem hominum virtus illorum,] i. herbarum, lignorum pervenit, ſupple. *f* Et dedit ſcientiam] medicandi, vel prædictorum notitiam. *g* Hominibus Altiſſimus, honorari in mirabilibus ſuis] ideſt, ut honorarentur facientes mirabiles ſanitates: vel ipſi honorarent Deum, cognoſcentes mirabilia ejus, id eſt, miras virtutes herbarum, lapidum, & verborum, quibus utuntur Medici ad ſanandum infirmos.

prudens *a* non abhorrebit † illam, *b* Nonne a ligno *c* indulcata eſt aqua amara? Ad *d* agnitionem hominum *e* virtus illorum. Et *f* dedit hominibus ſcientiam *g* Altiſſimus, *h* honorari in mirabilibus ſuis. *i* In his *k* curans *l* mitigabit dolorem, *m* & unguentarius *n* faciet pigmenta ſuavitatis: & *o* unctiones conficiet ſanitatis, *p* & non conſummabuntur *q* opera ejus, *r* Pax enim Dei ſuper faciem terræ. Fili, in *s* tua infirmitate *t* non deſpicias teipſum; *u* ſed ora Dominum: *x* & ipſe curabit te. *y* Averte *z* a delicto, *a* & dirige manus, *b* & ab omni delicto *c* munda cor *d* tuum. *e* Da ſuavitatem *f* & memoriam ſimilaginis,

i In his] mirabilibus, ideſt, per hæc mirabilia.

k Curans] Deus, vel Medicus. *l* Mitigabit dolorem] infirmantium. *m* Et unguentarius] ideſt, Medicus, vel Apothecarius. n Faciet pigmenta ſuavitatis,] ideſt ſuaviter redolentia, & dolorem morbi mitigantia. Pigmentum enim conficitur ex ſpeciebus aromaticis, & ſanativis, ideſt, ex ſpica nardi, ex gariophilis, ex cinnamomis, ex maces, ideſt, muſcata nuce, & melle per decoctionem depurato, & vino optimo, quæ omnia, ut dicunt Medici & redolentia ſunt, & ſanativa. *o* Et unctiones conficiet ſanitatis,] ideſt, unguenta ſanativa, contra morbos varios. *p* Ea non conſummabuntur] id eſt, non conſummentur, ideſt, non deficient. *q* Opera ejus] ideſt, medicationes uſque in finem mundi, quoniam perfecta ſanitas erit in omnibus Electis, & deſperata infirmitas reprobis; & ideo tunc non erit neceſſaria ars medicandi. Vel aliter. Ita Medicus facit pigmenta, & unguenta. *p* Et] tamen non conſummabuntur, ideſt, non perficientur per eum. *q* Opera ejus] ideſt, medicinæ ejus, quia per ſe non poteſt Medicus aliquem morbum curare, quantumcumque ſapiens, nec infirmus aliquis perfecte poterit curari, quamdiu vivit in hoc mortali corpore. *r* Pax enim Dei ſuper faciem terræ] ideſt, in cœlo, quod ſupereminet faciei terræ, q. d., non eſt pax, neque ſanitas in terra. Et quia poſſet aliquis dicere: ea quo ita Deus diſpoſuit, ut homines ſuper terram ſemper eſſent infirmi, & nunquam perfecte ſani, non eſt occurrendum infirmitati hominum, quæ a Deo ordinata eſt. Ideo ſubdit Auctor. *ſ* Fili, in tua infirmitate] corporali, vel ſpirituali. *t* Non deſpicias teipſum,] medicinam contemnendo, vel de ſalute deſperando. *u* Sed ora Dominum, & ipſe curabit te] ab omni infirmitate corporali & ſpirituali. Sed quia per peccatum redditur oratio inefficax; ideo ſubditur.

y Averte a delicto] ideſt, declina a malo. *a* Et dirige manus] ad opera bona, ideſt, fac bonum. *b* Et ab omni delicto] cordis, oris, & operis. *c* Munda cor tuum] per confeſſionem. Sed quia oratio & confeſſio juvantur eleemoſynarum largitione; ideo ſubjungit Auctor. *d* Da ſuavitatem & memoriam ſimilaginis] ideſt, eleemoſynam de ſimila, facientem Dominum ſuavem, & memorem tui. Vel, Da ſuavitatem, dulcis reſponſionis, & conſolationis pauperi. *e* Et memoriam ſimilaginis,] id eſt ſimilaginem eleemoſynam memorandam, ideſt, dignam memoria. Eſt autem ſimilago farina purgatiſſima. In quo ſugillari videntur quidam, qui de pane furfureo, vel groſſo tantum eleemoſynas debere fieri dicunt, *Pr.* 3. Honora Dominum de tua ſubſtantia, & de primitiis frugum tuarum da pauperibus.

▲ *a* Et impingua

ϴ *a* Non abhorrebit illam.] Contra Judæos, & quoſdam Hæreticos, qui abhorrent Dei filium veram carnem aſſumpſiſſe. *b* Nonne a ligno] Crucis Dominicæ. *c* Indulcata eſt aqua amara,] ideſt, legis Moſaicæ duritia, & amaritudo cujuſque tribulationis, aut pœnitentiæ? Memoria enim Crucis Dominicæ omnem amaritudinem cujuſque pœnitentiæ indulcorat. *Myſtice.*

d Ad agnitionem hominum] fidelium.

e Virtus illorum] hominum pervenit, ideſt, Chriſtus, qui eſt virtus & fortitudo ſapientium in ſe, qui per carnis aſſumptionem mundo innotuit.

f Et dedit hominibus ſcientiam] fidei & experientiæ. Experti enim ſunt, quod ſine Medico Chriſto non erat eis ſalus. *h* Honorari in mirabilibus ſuis] ideſt, ut honoraretur in operibus ſuis mirabilibus. Mirabile enim opus fuit creatio mundi, mirabilius fuit recreatio mundi; mirabiliſſimum erit glorificatio mundi. Unde *Pſal.* 138. Mirabilia opera tua, Domine, & anima mea cognoſcet nimis. *i* In his] mirabilibus.

k Curans] genus humanum.

l Mitigabit dolorem] infirmantium, expectantium, ad inferos deſcendentium. Hoc enim triplici dolore affligebatur totum genus humanum. Et quia ægrotabat, & Medicum expectabat, & quia ad inferos moriens deſcendebat. *m* Unguentarius] ideſt, Chriſtus.

n Faciet pigmenta ſuavitatis,] ideſt, Sacramenta novæ legis. *o* Et Unctiones conficiet ſanitatis,] ideſt, dona Spiritus Sancti Sacramenta Eccleſiaſtica, vel Evangelica, pigmenta vocantur, quia redolent: Suavitatis, quia ſuavia ſunt. Dona Spiritus Sancti dicuntur unctiones ſanitatis, quia illis ungitur anima, & ſanatur a ſeptem vulneribus peccatorum. Timor enim ſanat ſuperbiam, pietas invidiam, ſcientia iram, fortitudo acidiam, conſilium avaritiam, intellectus gulam, ſapientia luxuriam, *Cant.* 1. Meliora ſunt ubera tua, vino, fragrantia unguentis optimis. Ibi dicit *Gloſſ.* Unguenta ſunt bona Spiritus Sancti, quæ inviſibiliter animam reficiunt.

p Et non conſummabuntur] ideſt, non ceſſabunt.

q Opera ejus] ideſt, pigmenta, & unguenta hujuſmodi uſque ad finem mundi, quando mortale hoc induet immortalitatem, & corruptibile hoc induet incorruptionem, 1. *Cor.* 15. Tunc enim abſorpta erit mors in victoria. *r* Pax enim Dei ſuper faciem terræ,] ideſt, ſuper Eccleſiam, *Jo.* 14. Pacem relinquo vobis, pacem meam do vobis, *Paralip.* 1. 12. Tui ſumus, o David, & tecum fili Iſai: pax tibi: & pax adjutoribus tuis; te enim adjuvat Dominus Deus tuus: non eſſet pax in Eccleſia, ſi Chriſtus auferret pigmenta, & unguenta ſua, per quæ omnes impinguantur, & expurgantur. Unde dicit Sponſa: In odore unguentorum tuorum curremus, *Cant.* 1.

ſ Fili, in tua infirmitate] ſpirituali, quæ a te ſolo eſt.

t Non deſpicias teipſum] ideſt, non deſperes, vel pœnitere non differas.

u Sed ora Dominum] corde, ore, & opere.

x Et ipſe curabit te] ab infirmitate peccati, quaſi dicat, aſſidue ora pro peccatis tuis. Multum enim valet deprecatio juſti aſſidua, *Jac. ult.* Pluviam enim extraxit e cœlo. ideſt, gratiam a Chriſto. Sed quia Deus neminem curat, niſi propoſitum non peccandi habeat. Ideo ſubditur.

y Averte] mentem.

z A delicto] multo fortius a peccato.

a Et dirige manus] ad bona opera, ideſt, *Pſ.* 36. Declina a malo, & fac bonum.

b Et ab omni delicto] mortali, & veniali, omiſſionis, & tranſgreſſionis.

c Munda cor tuum] confeſſione, lacrymarum effuſione, *Iſa.* 1. Lavamini, mundi eſtote. Pauci autem ſunt, vel forte nulli, qui a venialibus poſſunt mundare cor ſuum.

Unde *Prov.* 20. Qui poteſt dicere, mundum eſt cor meum, purus ſum a peccato? Quoniam vero ad hujuſmodi mundationem cordis potiſſime valet oblatio Eucharistiæ, ut dicit *Gloſſ.* Ideo ſequitur. *d* Da ſuavitatem, & memoriam ſimilaginis] ideſt, in memoriam Dominicæ paſſionis: Offer panem & vinum ſacratiſſimum in odorem ſuavitatis, *Luc.* 22. Hoc facite in meam commemorationem, *Oſee* 14. Memoriale ejus ſicut vinum Libani? Sed quoniam hæc oblatio non debet fieri niſi in charitate & devotione. Ideo ſubdit.

ϴ Et impingua

a Et impingua oblationem] ideſt, eleemoſynam pinguedine devotionis & hilaritatis, ideſt, hilariter, & devote da eleemoſynam, *ſup.* 35. In omni dato hilarem fac vultum tuum. Vel, impingua oblationem, ideſt, de pinguibus, non de macilentis fac eleemoſynam. *Malach.* 1. Maledictus doloſus, qui habet in grege ſuo maſculum & votum faciens offert debile Domino. Sed quia ſunt aliqui, qui adeo in oratione & confeſſione & eleemoſynarum largitione confidunt, ut medicinam contemnant. Ideo addit. *b* Et da locum Medico] tam corporali, quam ſpirituali obediendo ei.

d Etenim illum] Medicum. [Dominus creavit] ad ſalutem infirmorum. Licet enim ſolo verbo curare poſſet omnem morbum, tamen voluit per homines curare homines, ut inter eos mutua charitas firmaretur. *e* Et non diſcedat a te,] offenſus propter inobedientiã tuam.

al. † dura. *f* Quia opera ejus ſunt neceſſaria,] infirmis, ut ſani fiant, & ſanis, ne ægri fiant.

Sap. 22. Pluraliter dicit opera; quia triplex eſt modus curationis, ut dicit *Iſid.* ſcilicet, per Chirurgiam, quæ eſt membrorum inciſio: & per Pharmaciam, quæ eſt medicamentorum curatio: & per diætam, quæ eſt legis, & vitæ conſervatio. Sed quoniam ſunt aliqui, qui Medicos contemnunt, quia ſani ſunt, oſtendit Auctor, quod nunquam ſunt contemnendi: quia cum tempore variatur hominum qualitas. Et hoc eſt, quod ſubditur. *g* Eſt enim tempus,] ideſt, eſſe poteſt.

Triplex curatio.

al. † triſtitiam.

& *a* impingua oblationem, & *b* da locum *c* Medico. d Etenim illum Dominus creavit: & *e* non diſcedat a te, *f* quia opera ejus ſunt neceſſaria. *g* Eſt enim tempus *h* quando in manibus eorum *i* incurras: ipſi k vero *l* Dominum deprecabuntur, ut dirigat *m* requiem eorum, *n* & ſanitatem *o* propter converſationem eorum. *p* Qui delinquit in conſpectu ejus, qui fecit illum, incidet in manus Medici. Fili, in *q* mortuum produc lacrymas, *r* & quaſi † dira paſſus incipe plorare, *ſ* & ſecundum judicium contege corpus illius, *t* & non deſpicias ſepulturam illius. *u* Propter delaturam autem *x* amare fer luctum illius uno die, & *y* conſolare *z* propter † juſtitiam, & *a* fac luctum ſecundum *b* meritum ejus uno die, vel duobus, *c* propter detractionem. A *d* triſtitia enim *e* feſtinat mors, *f* & cooperit virtutem: *g* & triſtitia cordis flectit cervicem. In *b* abductione,

h Quando in manibus eorum] ideſt, Medicorum. *i* Incurras] ideſt, opera eorum indigeas gravatus infirmitate. k Ipſi vero,] Medici ſpirituales & corporales.

l Dominum deprecabuntur, ut dirigat requiem eorum] ideſt, operam, qua requiem procurant infirmis. Vel, Dirigat, ideſt, erigat. *m* Requiem eorum,] ideſt, infirmorum. *n* Et ſanitatem] corporalem & ſpiritualem. Vel, Dirigat Dominus, ideſt, erigat infirmis. a Propter converſationem eorum] Medicorum, ideſt, propter operam & curam, & viſitationem Medicorum conferat Dominus ſanitatem infirmis. Vel, Propter converſationem eorum, ideſt, merito vitæ bonæ eorum, quaſi dicat, non ſolum orationibus, ſed merito bonæ converſationis, debet Medicus impetrare ſanitatem infirmis.

Myſtice. ⊕ *a* Et impingua oblationem] pinguedine charitatis, & devotionis. De qua dicit Dominus per *Jer.* 31. Inebriabo animam Sacerdotum pinguedine. Memor ſit omnis ſacrificii, & holocauſtum tuum pingue fiat. Hinc eſt, quod in lege præcipitur, ut ſimila, quæ offertur, oleo conſpergatur & thure. *Lev.* 2. Anima cum obtulerit oblationem ſacrificii Domino, ſimila erit ejus oblatio, fundetque ſuper eam oleum, & ponet thus. *b* Et da locum] in te. *c* Medico] quem recipis in Sacramento, qui & Medicus, & medicina eſt animæ. *d* Etenim illum Dominus creavit] ad ſalutem omnium. Ad hoc enim carnem aſſumpſit, & in mundum venit Dei filius, ut omnibus mederetur, *Iſa.* 41. Spiritus Domini ſuper me, eo quod unxit me, & ad annunciandum manſuetis miſit me, ut mederer contritis corde. Ars medendi eſt Evangelium: pixides ejus ſunt ſeptem eccleſiaſtica ſacramenta: unguenta ſunt virtutes & dona: electuaria ſunt miracula & exempla. Sed quoniam Medicus ſæpe recedit ab infirmo ſine curatione propter inobedientiam ejus, ideo monens ad obedientiam, Auctor ſubjungit. *e* Et non diſcedat a te,] non curato propter inobedientiam tuam. Vel cum receperis eum in Sacramento, non diſcedat a te, ſine effectu propter recidivum, quaſi dicat: Poſtquam dederis ei locum in te, non expelles eum per peccati recidivum. *Paralip.* 12. Hæc dicit Dominus: vos reliquiſtis me, & ego reliqui vos in manu Seſach, ideſt, Diaboli. Saſach interpretatur manus ſacci, vel ſaccus byſſinus. Quare autem laborandum ſit, ne diſcedat, ſubjungit.

f Quia opera ejus ſunt neceſſaria] toti mundo, ad vitam naturæ, ad vitam gratiæ, ad vitam gloriæ. Opera creationis neceſſaria ſunt ad vitam naturæ, opera juſtificationis ad vitam gratiæ, & opera reparationis ad vitam gloriæ. *g* Eſt enim tempus] q. d., debes dare locum Medico, & opera ejus neceſſaria reputare. Eſt enim tempus, quando in manibus eorum incurras, ſcilicet, in die mortis, & in die judicii, *Heb.* 10. Horrendum eſt incidere in manus Dei viventis. Et cum ſuperius de Medico ſingulariter fuerit locutus, nunc pluraliter dicit in manibus eorum, quia ſub illo Medico ſummo ſunt multi Medici, Apoſtoli, Doctores, & Prædicatores, qui ſecundum ejus doctrinam medicantur infirmis, & ſæpe oratione impetrant ſalutem infirmis. Unde ſequitur. *k* Ipſi vero Dominum deprecabuntur, ut dirigat requiem eorum & ſanitatem] conferat, ideſt, confert eis ſalutem, in qua eſt requies eorum.

a Propter converſationem eorum,] ideſt, ut bene converſentur in medio pravæ, & perverſæ nationis hujus, quaſi dicat, ad hoc Medici deprecantur Dominum, ut conferat ſanitatem infirmis, ut ipſi Medici requieſcant, & infirmi bene converſentur. Et poſtea oſtendit Auctor, qui ſunt illi, qui incidunt in manus Medici, qui ſcilicet peccare non formidant. Et hoc eſt, quod ſequitur.

p Qui delinquit in conſpectu ejus, qui fecit illum, incidet in manus Medici,] ideſt, qui peccat mortaliter, vel in mente, ubi ſolus Deus videt, indiget auxilio Medici. Secundum litteram videtur, quod Medicus talis debeat eſſe, ut poſſit efficaciter orare pro ægro. Sequitur. *q* Fili, in mortuum, &c.] Rectus ordo eſt poſt infirmitates & curationes ægrorum, addit Auctor de exequiis mortuorum: utrumque enim opus miſericordiæ eſt, & viſitatio infirmorum, & exequiæ mortuorum. Dicit ergo. *q* Fili, in mortuum produc lacrymas,] ideſt, pro mortuo plora; modeſte tamen non inconſolabiliter. Unde 1. *Theſſ.* 4. Nolumus vos ignorare, fratres, de dormientibus, ut non contriſtemini, ſicut & ceteri, qui ſpem non habent, *ſup.* 7. Non deſis plorantibus in conſolatione, & cum lugentibus ambula. Item *ſup.* 22. Medicum plora ſuper mortuum, *Jer.* 9. Quis dabit capiti meo aquam, & oculis meis fontem lacrymarum, & plorabo die, ac nocte interfectos filiæ populi mei? *Iſid.* Nec ſicci ſint oculi tui amiſſo amico, nec fluant. Lacrymandum eſt, non plorandum. Eodem animo mortem amici ferat quis, quo ſuam expectat. Unde ſequitur. *r* Et quaſi dira paſſus] vel dura flagella, incipe plorare, ideſt, ſine fictione, & tamen modeſte plora. *ſ* Et ſecundum judicium contege corpus illius,] ideſt, diſcrete, & ſecundum honeſtam conſuetudinem patriæ, & ſecundum dignitatem ejus & pro modulo facultatis tuæ. *t* Et non deſpicias ſepulturam illius,] ideſt, honeſtatem ſepulturæ. Honeſtas enim ſepulturæ, cum ſine ſuperfluitate, & ſuperſtitione eſt, opus eſt miſericordiæ. Unde & de Domino legitur *Jo.* 19. Quod Joſeph & Nicodemus acceperunt corpus Jeſu, & ligaverunt eum linteis & aromatibus, ſicut mos eſt Judæis ſepelire.

u Propter delaturam autem,] ideſt, propter accuſationem. *x* Amare fer luctum illius uno die] i. modico tempore, hoc eſt, ne accuſent alii, quaſi inhumanum, ideo lugendum eſt tibi. Vel ſecundum Rab. *u* Propter delaturam,] i. propter ſeparationem a proximo tuo qui defertur ad ſepulturam. *x* Amare fer luctum illius uno die, ideſt, modico tempore, ne nimia triſtitia afferat interitum. *y* Et conſolare] teipſum, & amicos defuncti. *z* Propter juſtitiam] ideſt, quia juſtitia Dei hoc exigit, ut homo moriatur, cui conſentiendum eſt omnino. Vel, Propter juſtitiam defuncti, quia reddetur ei ſecundum merita ejus. Alia littera habet, propter triſtitiam, ideſt, ne abſorbeatis nimia triſtitia. *a* Et fac luctum ſecundum meritum ejus uno die, vel duobus.] Item plus, vel minus. *c* Propter detractionem] ideſt, ne tibi detrahatur. *b* Secundum meritum ejus] quia ſecundum quod juſtior fuit, minus lugendum eſt. Vel, Secundum meritum ejus, ideſt, ſecundum quod plus vel minus benefecerit tibi. Quare autem moderandus ſit luctus, ſubdit. *d* A triſtitia enim] nimia vel ſæculi. *e* Feſtinat mors] corporis & animæ, *ſup.* 30. Multos occidit triſtitia, & non eſt utilitas in illa, *Prov.* 17. Spiritus triſtis exſiccat oſſa, 2. *Cor.* 7. Triſtitia ſæculi mortem operatur. *f* Et cooperit virtutem,] i. enervat fortitudinem bene agendi. *g* Et triſtitia cordis flectit cervicem,] i. debilitat mentem. *b* In abductione,

a permanet triſtitia: b & ſubſtantia inopis, ſecundum c cor ejus. d Ne dederis in triſtitia cor tuum, e ſed repelle eam a te: f & memento noviſſimorum, g & noli oblivisci, h Neque enim eſt converſio, i & huic nihil k proderis, l & teipſum peſſimabis. m Memor eſto n judicii mei: o ſic enim erit & tuum: Mihi p heri, & tibi hodie. In q requie r mortui ſ requieſcere fac memoriam ejus: t & conſolare illum in exitu ſpiritus ſui. u Sapientiam x ſcribe in y tempore vacuitatis, z & qui minoratur actu, a ſapientiam b percipiet: c quia ſapientia replebitur. d Qui tenet aratrum, e & qui gloriatur in jaculo, f ſtimulo,

ctione, ideſt, in conſolationis refutatione, vel amici ſubtractione. a Permanet triſtitia] ideſt, perfecte manet. Et ideo malum eſt refutare conſolationem, & abducere a ſe amicum, & eſt conſolatio carnalis, cujus refutatio delectationem mentis, vel cordis promeretur. Unde *Pſ.* 118. Renuit conſolari anima mea: memor fui Dei, & delectatus ſum. *B.Bern.* Delicata eſt divina conſolatio, & non conceditur admittentibus alienam, C *Job* 16. Conſolatores oneroſi omnes vos eſtis.

b Et ſubſtantia inopis] id eſt, pauperis.

c Secundum cor ejus] quia ſi virile cor habet, & forte dives judicandus eſt, quantumcumque videatur inops, *Prov.* 13. Et quaſi dives, cum nihil habeat. & eſt quaſi pauper, cum in multis divitiis ſit.

d Ne dederis in triſtitia cor tuum,] ut dominetur in te triſtitia.

e Sed repelle eam a te,] per ſacrarum Scripturarum inſpectionem, per bonorum virorum collocutionem, per divinæ miſericordiæ contemplationem.

f Et memento noviſſimorum,] ideſt, mortis, & extremi judicii.

g Et noli oblivisci] illa noviſſima: Revocat enim a peccato hujuſmodi memoria. Unde *ſup.* 7. Memorare noviſſima tua, & in æternum non peccabis. Item 28. Memento noviſſimorum, & deſine inimicari. Vel ſic.

e Repelle eam a te,] ideſt, triſtitiam de morte amici, f Et memento noviſſimorum,] tuorum, ideſt, memorare, quod tu ſimiliter morieris.

g Et noli oblivisci] noviſſimorum tuorum.

h Neque enim eſt converſio] ideſt, ad vitam præſentem reverſio. i Et huic,] ideſt, amico mortuo, pro quo triſtaris. k Nihil proderis] triſtando. l Et teipſum peſſimabis,] nimio dolore affectus; ideo moderandus eſt dolor de morte amici. Et ſecundum hoc documentum fecit David, 2. *Reg.* 12. Qui audita morte filii ſui, ait: Cum adhuc puer viveret, jejunavi, & flevi: dicebam enim: quis ſcit, ſi forte eum donet mihi Dominus, & vivat infans; nunc autem, quia mortuus eſt, quare jejuno? Nunquid potero eum revocare amplius? Ego vadam magis ad eum; ille vero non revertetur ad me, & conſolatus eſt David. Deinde in perſona mortuorum ponit Auctor exhortationem bonorum operum, ut viventes ſibi præparent viaticum, dum licitum eſt eis, quia morientur, ut illi: nec licebit illis tunc operari ad meritum. Et hoc eſt. m Memor eſto] O tu omnis homo, qui adhuc vivis. n Judicii mei,] ideſt, mortis meæ, quæ judicium dicitur, quia qualis erit homo in morte, talis apparebit ante Judicem, ut recipiat ſecundum opera ſua, ſive bona, ſive mala. Unde *Eccl.* 11. Si ceciderit lignum ad Auſtrum, aut ad Aquilonem, in quocumque loco ceciderit, ibi erit. Igitur memorare de-

Pſal. 11. bes judicii mei. o Sic enim erit & tuum] quia quis eſt homo, qui vivat, & non videbit mortem? Omnes nudi veniunt in hunc mundum, & nudi exeunt de hoc mundo. Et hæc lex communis eſt omnibus, *Sap.* 7. Unus introitus eſt omnibus ad vitam, & ſimilis exitus, 1. *Tim.* 6. Nihil intulimus in hunc mundum, haud dubium, quia nec auferre quid poſſumus. *Job* 1. Nudus egreſſus ſum de utero matris meæ & nudus revertar illuc.

p Mihi heri, & tibi hodie,] ideſt, meum judicium jam præterit, & tuum jam imminet. Hodie, dicit, & non cras; quia ipſum præſens tempus vitæ noſtræ via eſt ad mortem; vivendo enim morimur, unde bene dixit mulier Thecuites, 2. *Reg.* 14. Omnes morimur, &c. Et *Aug.* Dominus promittit remiſſionem; ſed nulli promittit craſtinum diem.

q In requie mortui,] ideſt, in morte, quæ quieſcere facit a curis mundi.

ſ Requieſcere fac memoriam ejus] ſimplex relatio eſt, id eſt, tui, & cujuslibet mortalis hominis, & jam morituri, quaſi dicat, aſſidue cogita, & mone alios cogitare de morte aliorum, qui jam mortui ſunt. Nam ſicut dicit Plato: Summa Philoſophiæ cognitio eſt aſſidua mortis cogitatio. Vel ſic.

q In requie,] ideſt, ob requiem.

r Mortui requieſcere fac memoriam ejus,] in cordibus vivorum, hoc eſt, fac, ut vivi habeant memoriam mortuorum in ſuis orationibus, ut ſic requiem conſequi mereantur. Et ideo pro mortuis cantat *Eccleſ.* Requiem æternam dona eis, Domine. Et anniverſaria mortuorum facit. Vel ſic.

q In requie mortui,] ideſt, in tranſitu ad requiem.

ſ Requieſcere fac memoriam ejus,] ideſt, mone eum, dum adhuc vivit, ad pœnitentiam, & confeſſionem, ut poſt mortem requieſcat in pace, & ejus memoria vivat in æternum. Juxta *Pſal.* 111. In memoria æterna erit juſtus. Vel ſic & melius.

q In requie mortui requieſcere fac memoriam ejus,] id eſt, mone eum, dum adhuc vivit, ideſt, fac, ut mortalis homo, dum vivit, memoriam ſuam figat in requie mortuorum, & abſtrahat a labore, & cura mundanorum.

t Et conſolare illum in exitu ſpiritus ſui] a corpore, de vita æterna habenda, & venia obtinenda. Tunc indiget homo conſolatione, quia tunc acrius tentat Diabolus de deſperatione. Sed quoniam conſolari homines morientes, & eorum memoriam facere requieſcere in requie mortuorum tantum ſapientum eſt, ideo conſequenter agit de Sapientia, docens quando, & quomodo debeat addiſci: Non enim quodlibet tempus aptum eſt ad diſcendum Sapientiam divinam; ſed tantum tempus pacis, & quietis, quando anima ſeparata a curis temporalibus ſibi, & ſoli Deo vacat. Dicit ergo:

u Sapientiam] divinam.

x Scribe] in tabulis cordis tui.

y In tempore vacuitatis,] ideſt, quietis, & pacis abſtractus a curis ſæcularibus. *Pſ.* 45. Vacate, & videte. *Ezec.* 3. Qui audit, audiat: & qui quieſcit, quieſcat, *Oſee* 2. Adducam eam in ſolitudinem, & loquar ad cor ejus. Hinc eſt, quod Joannes Apocalypſim ſcripſit in Pathmos inſula. z Et qui minoratur actu,] ideſt, qui ſubtrahit ſe ab actibus exterioribus.

a Sapientiam percipiet,] ideſt, perfecte capiet, quia ut dicit *Gloſſ.*

Pluribus intentus minor eſt ad ſingula ſenſus.

Unde *ſup.* 11. Fili, ne in multis ſint actus tui. Et in *Ezec.* 46. legitur: Porta atrii interioris, quæ reſpicit ad Orientem, erit clauſa ſex diebus, in quibus opus ſit; die autem Sabbati aperietur. Et *Matt.* 12. Diſcipuli in Sabbato vellebant ſpicas. Deinde oſtendit exponendo quod dixerat. a Sapientiam percipiet, quia Sapientia replebitur,] ſi vacat ab actibus exterioribus, ideſt, omnem Sapientiam poterit addiſcere. Vel, Sapientia replebitur, quia ſapore omnium rerum implebitur affectus in cognitione intellectus. Deinde de Artificibus diverſarum ſcientiarum agit, dicens. d Qui tenet aratrum,] ideſt, caudam aratri, cui adjunctus eſt vomer, quo terra ſcinditur.

e Et qui gloriatur in jaculo,] ideſt, qui tenet virgulam, cui ineſt aculeus. f Stimulo,] ideſt, virgula pun-

Agenre, & aculeata

Myſtice. u Sapientiam ſcribe, &c.] Duo ſunt ordines in Eccleſia generales. Unus contemplativorum, alius activorum. Utroſque docet Auctor. Et primo contemplativos, dicens: *Myſtice.*

u Sapientiam] ſcientiam de divinis.

x Scribe,] ideſt, uſu, & experientia diſce, & firmiter retine.

y In tempore vacuitatis,] ideſt, in otio ſancto, *Prov.* 3. Deſcribe eam in tabulis cordis tui, & invenies gratiam coram Deo, & hominibus. Tabulæ cordis ſunt intellectus, & affectus, ut intelligentia capax, & memoria tenax. *Jerem.* 31. Dabo legem meam in viſceribus eorum, & in corde eorum ſcribam eam.

z Et qui minoratur actu,] ideſt, qui ſe ſubtrahit actibus exterioribus.

a Sapientiam,] ideſt, ſaporem ſcientiæ.

b Percipiet] ideſt, perfecte capiet.

c Quia ſapientia replebitur,] in futuro perfecte, & in præſenti pro modulo viæ, *Pſ.* 16 Satiabor cum apparuerit gloria tua, *Num* 24. Videbo eum, ſed non modo; intuebor illum, ſed non prope. d Qui tenet aratrum,) ideſt, Doctoris, vel Prædicatoris officium. e Et qui gloriatur in jacula) divini verbi, quo penetrantur corda peccatorum, ut ſanguis peccati eliciatur a corde per foramen confeſſionis. ſ Stimu-

Θ lo] ſacræ

A gente, & aculeata. *a* Boves agitat] ad trahendum. Illum qui tenet jaculum dicit gloriari, quia ejus eſt ſibilare, & quadam propria cantilena boves delinire, & hujuſmodi cantilenam vocat gloriationem.

c Et converſatur] uterque, & arator, & ſtimulator.

d In operibus ,] ideſt, boum, quaſi dicat, totum ſtudium ſuum ponunt circa opera boum, & ab aliis operibus vacant, ut ſapientiam illam percipiant.

e Et enarratio ejus] ideſt, bubulci.

f In filiis taurorum ,] id eſt, de bobus, & vaccis. Sicut enim nauta de navibus libenter loquitur, & figulus de vaſis, aſſignans differentias eorum: ſic bubulcus libenter loquitur de bobus, & de his eſt tota narratio ejus, quando eſt cum aliis ruſticis, & quilibet de officio ſuo libenter loquitur. Vel ſic.

e Enarratio ejus,]ſcilicet, qui boves agitat, eſt.

f In filiis taurorum,]quia dum boves pungit, nominat illos quemlibet nomine ſuo. Et poſtea de alio qui tenet aratrum, ſubdit.

a boves *b* agitat , *c* & converſatur in *d* operibus eorum , *e* & enarratio ejus in filiis *f* taurorum , *g* Cor ſuum dabit ad verſandos ſulcos, *h* & vigilia ejus in *i* ſagina vaccarum , Sic omnis *k* faber , *l* & Architectus , qui *m* noctem *n* tanquam diem *o* tranſigit , qui *p* ſculpit ſignacula ſculptilia , & *q* aſſiduitas ejus *r* variat picturam : *ſ* Cor ſuum dabit in ſimilitudinem picturæ , & *t* vigilia ſua perficit *u* opus . *x* Sic *y* faber ferrarius *z* ſedens juxta incudem, *a* & con-

g Cor ſuum dabit ad verſandos ſulcos,] ideſt, diligentiam apponet ad faciendum rectos, & profundos ſulcos verſando terram hinc & inde . *h* Et vigilia ejus ,] id eſt, utriuſque bubulci. *i* In ſagina vaccarum ,] ideſt , ut ſaginentur, & impinguentur vaccæ, quæ pariunt boves. Quanto enim vaccæ pinguiores ſunt, tanto pariunt boves fortiores. Omne genus bovis tangit Auctor, vaccas, tauros, vitulos, & boves , circa quos ſtudium bubulcorum eſt, in quo docet, quod quilibet Artifex circa omnia, quæ pertinent ad officium ſuum , & circa illa ſolum debet eſſe ſollicitus , & ſtudioſus. Sed quoniam uſus aratri dependet a fabro, & ferrario , & lignario, qui fabricat aratrum, ſubjungit de ipſo, dicens;

k Sic omnis faber] tam lignarius , quam ferrarius dabit , ſupple , cor ſuum ad opus ſuum bene faciendum , ſicut bubulcus.

l Et architectus ,] ideſt , princeps artificii , vel ædificii.

m Qui noctem tanquam diem tranſigit,] ideſt , inſomnem ducit , ſicut diem propter operis inſtantiam. De nocte enim cogitat, & diſponit Architectus totum opus, quod in die perficiet.

p Qui ſculpit ſignacula ſculptilia,]ideſt, imagines ſculptas ſignificantes aliquid, ſupple, hic dabit cor ſuum ad perficiendum opus ſuum , ſicut bubulcus , & faber , & Architectus. *q* Et aſſiduitas ejus,] ideſt, aſſiduum ſtudium Pictoris, *r* Variat picturam,] ideſt, varias picturas facit, & diverſas.

ſ Cor ſuum dabit in ſimilitudinem picturas,] ideſt , diligentiam adhibebit, ut juxta exemplar depingat imaginem ſuam. Vel, ſimilitudinem, dicit illud, ad quod repræſentandum fit pictura, de quo pictor ſedulo cogitat, ut talem imaginem pingat, quale eſt illud.

t Et vigilia ſua,] ideſt, ſtudio , & diligentia ſua.

u Perficit opus] ideſt, perfectum facit, & perfecte.

x Sic]ideſt, ſic diligenter, ut arator, perficiet opus ſuum.

y Faber ferrarius,] ideſt, qui ferrum fabricat.

z Sedens juxta incudem,] dum ferrum calefacit in igne.

a Et conſiderans opus ferri,] ideſt, quale

A opus de ferro

Myſtice. Θ Io] ſacræ excitationis. *a* Boves] ideſt, ſegnes, & petulantes.

b Agitat] ad bene currendum, & ſegnitiem fugiendam, *Eccl. ult.* Verba ſapientum, ſicut ſtimuli, & quaſi clavi in altum defixi, Et nota, quod dicit, tenet aratrum. Aratrum quidem tenet, qui, quod prædicatur ore, opere adimplet. Et talis efficaciter boves agitat, *Oſee* 10. Arabit Judas, confringet ſibi ſulcos Jacob, *Job* 29. Nunquid alligabis rhinocerotam ad arandum loco tuo, aut confringet ſulcos, vel glebas vallium poſt te? *Luc.* 9. Nemo mittens manum ad aratrum, & reſpiciens retro, aptus eſt regno cælorum. Non ſic Apoſtolus *Phil.* 3. Quæ retro ſunt obliviſcens. Vel, Qui tenet manu bonæ operationis aratrum prælationis, & qui gloriatur in jaculo tribulationis, de quo dicitur 2. *Cor.* 12. Datus eſt mihi ſtimulus carnis , &c. Talis bene agitat boves ſtimulo ſuæ converſationis, ideſt, alios Prælatos ad agendum ſimilia, & etiam ſubditos. Et hoc eſt, quod dicitur 3. *Reg.* 19. Profectus Elias reperit Eliſæum filium Saphat arantem in duodecim jugis boum ; & ipſe in duodecim jugis boum arantibus unus erat. Et *infra:* Reverſurus autem ab eo tulit par boum, & mactavit illud; & in aratro boum coxit carnes, & dedit populo, & comederont, *Job* 1. Boves arabant, & aſinæ paſcebantur juxta illos.

c Et converſantur in operibus eorum,] ideſt , boum ; & converſatio ejus per opera eorum manifeſta , *Prov.* 14. Ubi plurimæ ſegetes, ibi manifeſta eſt fortitudo bovis. *e* Et enarratio,] ideſt, prædicatio ejus.

f In filiis taurorum,] ideſt, circa filios, ideſt, imitatores ſuperborum, ut eos humiliet.

g Cor ſuum dabit ad verſandos ſulcos,] ideſt, ut exaret corda peccatorum , & vitia extirpet , & virtutes plantet vomere ſanctæ prædicationis. *Jer.* 4. Novate vobis novale, & nolite ſerere ſuper ſpinas, *Judic.* 3. legitur, quod Samgar uno vomere interfecit ſexcentos Philiſthæos.

h Et vigilia ejus in ſagina vaccarum ,] ideſt , in impinguatione laſcivientium animarum. Ad hoc enim debet pervigilare Prædicator , ut animæ macilentæ ſaginentur, & impinguentur pinguedine charitatis.

k Sic omnis faber, & architectus,]ideſt, Prælatus activus & contemplativus.

m Qui noctem] adverſitatis. *n* Tanquam diem] proſperitatis. *o* Tranſigit] ſemper in bono ſtatu permanens, nec adverſitate dejectus, nec proſperitate elatus . Unde *Pſal.* 138. Et nox ſicut dies illuminabitur: ſicut tenebræ ejus, ita & lumen ejus. Prælatus faber dicitur , & architectus. Faber, quia corda ferrea igne devotionis, & flatu prædicationis emollit, Architectus, quia corda ſic emollita in ædificio ſanctæ Eccleſiæ, quaſi lapidem politum , & quadratum ponit , 1. *Cor.* 3. Dei agricoltura eſtis; Dei ædificatio eſtis, ſecundum gratiam Dei, quę data eſt mihi, ut ſapiens Architectus fundamentum poſui. Ubi dicit *Gloſſ.* Agricultura Dei ſumus, dum vitia extirpantur . Ædificio , impoſitione virtutis . Vel agricultura Dei ſumus, dum colit nos ad fructum . Ædificatio, quia colit nos, & in nobis habitat.

p Qui ſculpit ſignacula ſculptilia,] ideſt , ſubditos inſtruit, & informat diverſis formis , quoſdam ſculpit ad imaginem Moyſi per manſuetudinem, alios ad imaginem David per humilitatem, alios ad imaginem Job per patientiam, & ſic de aliis. Debent autem Prælati eſſe & ſculpti, & ſculptores: ſubditi vero tantum ſculpti, *Iſa.* 54. Ponam jaſpidem in propugnacula tua, & portas tuas in lapides ſculptos, *Cant.* 7. Pone me, ſicut ſignaculum ſuper cor tuum, ut ſignaculum ſuper brachium tuum.

q Et aſſiduitas ejus,] ideſt, aſſidua Prælati inſtructio.

r Variat picturam,] ideſt, varias picturas, vel virtutes in corde ſubditorum depingit, non tantum calamo linguæ, ſed etiam digito boni exempli . Unde 3. *Reg.* 6. Omnes parietes templi per circuitum ſculpſit Salomon variis cælaturis, & torno, & fecit in eis Cherubin , & palmas, & picturas.

ſ Cor ſuum dabit in ſimilitudinem picturæ,] ideſt, conformabit ſe Prælatus ſubditis, quos depingit, & ſculpit. Sculpit quidem per ordinationem affectionum , & cogitationum, depingit per exempla virtutum, *ſup.* 32. Rectorem te poſuerunt : eſto in illis quaſi unus ex illis . Cor ſuum dat Prælatos in ſimilitudinem picturæ , cum virtutes, quas depingit in ſubditis prædicando, habet in corde ſuo. Cor ſuum dederat Dominus in ſimilitudinem picturæ, cum dicebat: Diſcite a me , quia mitis ſum , & humilis corde, *Matt.* 11.

t Et vigilia ſua] non vicaria.

u Perficit opus] ſuum, ſcilicet , ſubditorum inſtructionem, Sacramentorum diſpenſationem , improborum fugationem. Unde *Luc.* 2. dicitur de Paſtoribus, quod cuſtodiebant vigilias noctis ſuper gregem ſuum.

x Sic] ideſt , ſimiliter, ut Prælatus ſollicitus eſt.

y Faber ferrarius ,] *Gloſſ.* ideſt , ordo Prædicantium , qui ſpiritualia arma fabricat, quibus homo protegitur , & adverſarius impugnatur.

z Sedens juxta incudem,] ideſt , juxta durum præſentis vitæ laborem.

a Et conſiderans opus ferri,] i. cogitans quale opus poſſit de ferro facere. Ferrum dicit cor peccatoris, durum, nigrum, & ponderoſum, quod Prælatus, vel Prædicator con-

Θ ſiderat, ut

Digitized by Google

Δ opus de ferro faciat. *a* Vapor ignis] ideſt, fumus & calor de fornace evaporans. *b* Urit carnes ejus,] ideſt, fabri ferrarii, & tamen nihilominus accendit ignem, n quo uritur, ita diligens. Unde ſequitur. *d* Et in calore fornacis] accendendo, & fovendo per appoſitionem carbonum, & aſperſionem aquæ, & ſufflationem follium. *e* Concertatur,] id eſt, concertat. *f* Vox mallei innovat aurem ejus;] ideſt, immutat, & delectat propter conſonam varietatem ſonorum ex percuſſionibus malleorum pervenientium. Et contra ſimilitudinem vaſis oculus] i. conſiderat apud ſe, vel exemplar exterius, ut juxta illud vas ſuum faciat. *i* Cor ſuum dabit in conſummationem] ideſt, ut opus ſuum perficiat, & conſummet, diligenter cogitabit. *l* Et vigilia ſua,] ideſt, vigili ſtudio, & diligentia. *m* Ornabit imperfectionem] ideſt, materiam, quæ imperfecta eſt, ducit ad perfectionem ornando eam varietate formarum. *o* Sic figulus ſedens ad opus ſuum] perficiendum. *q* Convertens pedibus ſuis rotam] cujus revolutione formatur vas. *r* Qui in ſolitudine: &c.] faciendum. Ad litteram enim juxta nemora ſolitarii manent figuli, ubi terram mollem inveniunt, & lignorum abundantiam ad coquendum vaſa. *u* Et innumera eſt omnis approbatio ejus,] ideſt, multiplex in numero & figura. *x* In brachio ſuo formabit lutum,] ideſt, propriis manibus figurabit lutum in vas, quale voluerit. *a* Et ante pedes ſuos curvabit virtutem ſuam] ideſt, fortiter, & virtuoſe curvabit ſe movendo rotam, ad formandum vas. Et tangit duos modos, quibus figulus facit vaſa, manu & rota, *Jer.* 18. Deſcendi in domum figuli, & ipſe faciebat opus ſuum ſuper rotam.

al. † ſollicitudine.

c Cor ſuum dabit, ut conſummet linitionem,] ideſt, vaſorum picturationem. Figulus enim vaſe facto ſuperinducit quamdam colorum varietatem.

e Et vigilia ſua mundabit fornacem] a cineribus & lapillis, & aliis conſimilibus nocumentis.

ſiderans opus ferri. *a* Vapor ignis urit *b* carnes *c* ejus, *d* & in calore fornacis *e* concertatur: *f* Vox mallei *g* innovat aurem ejus, *h* & contra ſimilitudinem vaſis oculus ejus. *i* Cor ſuum dabit in k conſummationem operum, *l* & vigilia ſua *m* ornabit *n* imperfectionem. *o* Sic figulus *p* ſedens ad opus ſuum, *q* convertens pedibus ſuis rotam. *r* Qui in † ſolitudine *ſ* poſitus eſt ſemper *t* propter opus ſuum, *u* & innumera eſt omnis operatio ejus. In *x* brachio ſuo *y* formabit *z* lutum, *a* & ante pedes ſuos *b* curvabit virtutem ſuam. *c* Cor ſuum dabit, ut *d* conſummet linitionem: & *e* vigilia ſua mundabit fornacem

Δ *a* Omnes hi

Myſtice. Rom. 9.

Θ ſiderat, ut calore ſpiritus emollitum, & malleis increpationis, & eruditionis contritum, faciat vas in honorem, 2. *Tim.* 2. *Job* 28. Ferrum de terra tollitur, & lapis ſolutus calore in æs vertitur, *Prov.* 25. Aufer rubiginem de argento, & egredietur vas puriſſimum.

a Vapor ignis] ideſt, memoria ignis infernalis, vel tribulatio & perſecutio mundi, quæ ſicut vapor cito tranſit. *b* Urit carnes,] ideſt, carnales affectiones.

c Ejus,] ſcilicet, fabri ferrarii, ideſt, Prædicatoris, ut purificetur, *Pſ.* 65. Tranſivimus per ignem & aquam, & induxiſti nos in refrigerium, *Iſa.* 54. Ad punctum in modico dereliqui te, & in miſerationibus magnis congregabo te, *Jud.* 6. Angelus virga tetigit carnes, & aſcendit ignis de petra, & carnes conſumpſit.

d Et in calore fornacis,] ideſt, in olla tribulationis.

e Convertatur] ut vincat, & coronetur. De hoc certamine dicit Apoſt. 2. *Tim.* 4. Bonum certamen certavi, fidem ſervavi, curſum conſummavi: in reliquo repoſita eſt mihi corona juſtitiæ, quam reddet mihi Dominus in illa die juſtus Judex. Et quia tentationis, & tribulationis vexatio dat intellectum auditui, ſicut dicitur *Iſa.* 28. Ideo ſequitur. *f* Vox mallei,] ideſt, ſuggeſtio dæmonis. *g* Innovat aurem ejus,] ideſt, comminatio tyranni incutit ei terrorem novorum tormentorum. Vel.

f Vox mallei] ideſt, tuba futuri judicii.

g Innovat aurem ejus.] Unde *Hier.* Sive bibam, ſive comedam, ſive quid aliud faciam: ſemper videtur auribus meis inſonare tuba terribilis. O vos omnes mortui, qui jacetis in ſepulchris, ſurgite, & occurrite ad judicium Salvatoris. Vel. *f* Vox mallei,] ideſt, ſonus verbi divini. *g* Innovat aurem ejus,] ideſt, auditum ejus interiorem, *Jer.* 23. Nonne verba mea quaſi ignis, & quaſi malleus conterens petram?

h Et contra ſimilitudinem] quia Prædicator ſemper conſiderat aliquem virum ſanctum, quem ponit in exemplum, ut ad ejus ſimilitudinem vas ſimiliter faciat.

i Cor ſuum dabit,] ideſt, diligenter animum ſuum applicabit. *k* In conſummationem operum] ideſt, ut conſummet opera ſua. Quæ tria ſunt. Extirpare vitia, plantare fidem, ædificare mores hominum. Circa hæc tria eſt totum officium Prædicatoris. Unde *Jer.* 1. Conſtitui te hodie ſuper gentes, & ſuper regna, ut evellas, & deſtruas, & diſperdas, & diſſipes, & ædifices, & plantes. *l* Et vigilia ſua ornabit] faber ferrarius, ideſt, Prædicator. *n* Imperfectionem] ſuam & aliorum, quibus prædicat. *o* Sic] ideſt, ſimiliter ſollicitus eſt, & diligens. *p* Figulus ſedens ad opus ſuum,] ideſt, Prædicator, vel Prælatus quieſcens a curis exterioribus, ut de lutoſis peccatoribus vaſa faciat in honorem. *q* Convertens pedibus ſuis rotam] ideſt, convertibilem oſtendens rotam fortunæ actibus ſuis, vel conculcationibus ſuis. Vel, convertens rotam pedibus ſuis, ideſt, revolvens totam vitam ſuam in affectionibus, & cogitationibus ſuis. *r* Qui in ſolitudine] quietæ conſcientiæ. Vel, in ſollicitudine commiſſi officii adimplendi. *ſ* Poſitus eſt ſemper] die, ac nocte, æſtate, & hyeme. *t* Propter opus ſuum] exequendum, & conſummandum. Hanc ſollicitudinem habebat Paulus, 2. *Cor.* 11. Miniſtri Chriſti ſunt & ego, ut minus ſapiens dico: plus ego, in laboribus plurimis, in carceribus abundantius. Et poſtea. Præter illa, quæ extrinſecus ſunt inſtantia mea quotidiana, ſollicitudo omnium Eccleſiarum. De ſollicitudine dicitur *Job* 3. Nunc dormiens ſilerem, & ſomno meo requieſcerem cum Regibus & Conſulibus terræ, qui ædificant ſibi ſolitudines. Item *Job* 39. Cui dedi in ſolitudine domum. *u* Et innumera eſt omnis operatio ejus] quia innumerabilia ſunt bona, quæ facit unus bonus Prædicator. *x* In brachio ſuo] ideſt, in fortitudine virtutis, vel exemplo operis. *y* Formabit,] ideſt, formoſum faciet. *z* Lutum] ideſt, peccatorem immundum. *a* Et ante pedes ſuos] ideſt, debiles, & infirmos, qui eum portant temporalia miniſtrando. *b* Curvabit virtutem ſuam] ideſt, temperabit rigorem juſtitiæ, *Naum.* 3. Intra in lutum, & calca, & ſubingens tene laterem. *c* Cor ſuum dabit] ideſt, diligentiam adhibebit. *d* Ut conſummet linitionem,] id eſt, manſuetam, & lenem prædicationem. Quod non faciunt multi; quia cum errores eorum primo leniter corripiunt, in fine nimis exaſperant eos, durius loquendo. Quibus dicitur *Gal.* 6. Fratres, ſi præoccupatus fuerit homo in aliquo delicto, vos qui ſpirituales eſtis, hujuſmodi inſtruite in ſpiritu lenitatis, 2. *Reg.* 19. Ecce Dominus, tranſit, & ſpiritus grandis, & fortis ſubvertens montes, & conterens petras ante Dominum: Non in ſpiritu Dominus, & poſt ſpiritum commotio. Non in commotione Dominus, & poſt commotionem ignis. Non in igne Dominus, & poſt ignem ſibilus auræ tenuis: ibi Dominus.

e Et vigilia ſua mundabit fornacem,] ideſt, corpus proprium, in quo ardet ignis fomitis. De quo dicit *Pſ.* 18. Vox Domini intercidentis flammam ignis. Hanc fornacem mundabat Apoſtolus, cum diceret: Caſtigo corpus meum, & in ſervitutem redigo: ne cum aliis prædicaverim, ipſe reprobus efficiar, 1. *Cor.* 9. Vel fornacem dicit cor ſuum, in quo debet ardere ignis charitatis. Quam fornacem mundare debet, & accendere Prædicator: quia qui non ardet, non incendit. Vel fornacem dicit tribulationem pœnitentiæ, quam mundare debet Prædicator ab omni pulvere murmurationis, & vanæ gloriæ.

Item fornacem dicit cor peccatorum igne luxuriæ, & cupiditatis, & ceterorum vitiorum accenſum. Hanc fornacem mundat Prædicator, quando aqua ſanctæ prædicationis ignem diabolicum extinguit in eis, & ignem charitatis accendit. Notandum, quod quater poſuit Auctor. Dabit cor ſuum: & quater vigilia ſua. In quo notavit, quod circa quatuor debet Prælatus ſollicite invigilare. Primo ad extirpanda vitia ſubditorum. Et de hoc dicitur: Cor ſuum dabit ad verſandos ſulcos, & vigilia ejus in ſagina vaccarum. Secundo ad informationem morum: & de hoc dicitur: Cor ſuum dabit in ſimilitudinem picturæ: & vigilia ſua perficiet opus. Tertio ad exhortationem pœnitentiæ, & bonorum operum, & vigilia ſua ornabit imperfectionem. Quarto ad muniendos ſubditos contra tentationem. Et de hoc dicitur: Cor ſuum dabit ut conſummet linitionem, & vigilia ſua mundabit fornacem Ad litteram autem quatuor ſunt vigiliæ noctis. Conticinium, intempeſtum, gallicinium, ante lucanum. In prima vigilant omnes, in ſecunda adoleſcentes, in tertia juvenes,

Prælatus in quatuor debet vigilare.

Quatuor ſunt vigiliæ noctis.

Θ in quarta

A a Omnes hi] artifices prætaxati: ſcilicet Scribæ, Aratores, Fabri, Architecti, Sculptores, Doctores, Figuli. b In manibus ſuis ſperaverunt] ideſt; uſu artis ſuæ, & labore manuum ſuarum victum ſibi acquirunt, de quibus dicit Pſ. 127. Labores manuum tuarum, &c. c Et unuſquiſque in arte ſua, &c.] contentus illa ſapientia, & illa utens. Sed quoniam nemo debet eſſe ſapiens ſibi ſoli, ſed toti Eccleſiæ Dei, ideo ſubdit Auctor. d Sine his omnibus] prædictis artificibus. e Non ædificatur civitas,] quia operibus horum eget hominum congregatio. Scribis propter eruditionem: Aratoribus propter vitæ ſuſtentationem, Fabris propter inſtrumentorum, & utenſilium fabricationem. Architectis propter domorum ædificationem, Sculptoribus, & pictoribus propter imaginum, & picturarum ſignificationem, & neceſſariorum venuſtatem. Figulis propter vaſorum compoſitionem. Nec ſolum ſine his non ædificatur civitas: ſed neque ſine his poteſt inhabitari: nam ſine Aratore deficerent victualia: ſine Fabro & Architecto corruerent ædificia. Et hoc eſt, quod ſequitur. f Et non inhabitabunt] homines ſimul ſine his. Nam ſine Aratoribus, & ſine Fabris, qui faciunt inſtrumenta, non eſſent viæ, vel ſemitæ apertæ ad ambulandum. h Et in Eccleſiam, &c.] homines ſine his. Nam ſi Scribæ temporum varietates non determinaſſent, & feſta diſtinxiſſent, neſcirent homines venire ad Eccleſiam. k Super ſellam Judicis non ſedebunt] homines, ſine prædictorum Artificum ſollicitudine: Nam ſi non eſſent Scribæ, qui docerent legem, nemo poſſet fieri Judex: Si non eſſent Architecti & Fabri, non eſſet ſella, vel cathedra, in qua deberent ſedere Judices, quando ſententias proferunt. m Et teſtamentum judicii non intelligent] homines ſine his, ideſt, pœnas in lege diſtinctas, ſecundum delictorum varietates, quod docent Scribæ. o Neque palam facient diſciplinam, & judicium,] ideſt, præcepta, & judicia legis, ſine his non poterunt manifeſta eſſe hominibus. q Et in parabolis non invenientur] ſine his, ideſt, intelligentia parabolarum. Nam ſi non eſſent Scribæ, nemo ſciret exponere parabolas legis. De operibus etiam illorum ſumptæ ſunt parabolæ multæ in lege, & in Evangelio, quæ ſine illis intelligi non poſſunt. ſ Sed creaturam, &c.] ideſt, vaſa & utenſilia fortiſſima facient arte ſua. Aliqui libri habent. Sed creaturam non confirmabunt homines ſine prædictis, quaſi dicat, nulla creatura firma fieret ſine illis. Alii. Sed creaturam ævi confirmabunt] prædicti Artifices,] ideſt, hominem, qui dicitur creatura ævi, quia melius eſt inter omnino æternum, & incorruptibile, & omnino temporale, & corruptibile; ſicut ævum medium eſt inter æternitatem, & tempus; & quia participium habet cum creatura ævi. u Et deprecatio illorum] prædictorum Artificum. x In operatione artis,] ideſt, deprecantur prædicti artifices pro opere artis ſuæ, ut bene fiat. In quo notat Auctor diligentiam, & ſtudium eorum circa opus ſuum, quando dicit. y Accommodantes animas ſuas,] ideſt, exponentes labori pro opere artis ſuæ bene faciendo. z Et conquirentes,] ideſt, ſimul quærentes. a In lege Altiſſimi,] ideſt, de legis Dei adimpletione, quaſi dicat, licet prædicti artifices ita ſoliciti ſint circa artis ſuæ operationem; tamen omnes quærunt qualiter legem Dei poterunt adimplere, ſine quo non eſt ſalus, & inutilis omnis ſollicitudo. In quo inſtruimur, quod pro nullo officio quantumcumque neceſſario debet homo negligere præcepta legis, & cetera neceſſaria ad ſalutem.

a Omnes hi in b manibus ſuis ſperaverunt: & c unuſquiſque in arte ſua ſapiens eſt, d Sine his omnibus e non ædificatur civitas: Et f non inhabitabunt, nec g inambulabunt, h & in Eccleſiam i non † tranſient. k Super ſellam † Judicis l non ſedebunt, m & teſtamentum judicii n non intelligent, o neque palam facient diſciplinam, & p judicium, & in q parabolis r non invenientur: ſed ſ creaturam ævi t confirmabunt, & u deprecatio illorum in x operatione artis, y accommodantes animas ſuas, & z conquirentes in a lege Altiſſimi,

al. † tranſibunt.
al. † Judices.

CAP. XXXIX.

SApientiam b omnium Antiquorum c exquiret d ſapiens, e & in Prophetis f vacabit, g Narrationem h virorum nominatorum i conſervabit, k & in verſutias parabolarum

Hæc Evangelii prima ſunt, & principalia. Unde Matt. 6. Primum quærite regnum Dei, & juſtitiam ejus, &c. Θ in quarta ſenes. Moraliter. Prima vigilia eſt continentia a peccato, hæc eſt omnium: & de hac dicitur ſup. 31. Vigilia honeſtatis tabefaciet carnes. Secunda eſt labor, & ſolicitudo pœnitentiæ. De hac dicitur Apoc. 16. Beatus, qui vigilat, & cuſtodit veſtimenta ſua, ne nudus ambulet, & videant turpitudinem ejus, Prov. 20. Noli diligere ſomnum; ne te egeſtas opprimat. Tertia eſt fortitudo patientiæ contra inſultus tentationum, hæc eſt juvenum. De hac dicitur 1. Cor. 16. Vigilate, & ſtate in fide. Quarta eſt circumſpectio prudentiæ: hæc eſt ſenum. De hac dicitur 1. Pet. 4. Eſtote prudentes, ſobrii, & vigilate in orationibus. Et Pſ. 101. Vigilavi, & factus ſum ſicut paſſer ſolitarius in tecto. Sequitur. a Omnes] Eccleſiæ Doctores. b In manibus ſuis ſperaverunt] ideſt, in exemplis operum non tantum in verbis, vel in quaternis ut multi faciunt, qui plus confidunt in quaternis ſuis ad docendum alios, quam in operibus ſuis. De quibus Gen. 27. Vox quidem vox Jacob eſt: ſed manus, manus ſunt Eſau. c Et unuſquiſque in arte ſua ſapiens eſt,] ſancti Spiritus diſtributione, qui dividit ſingulis prout vult, 1. Cor. 12. d Sine his omnibus] Doctoribus, Prædicatoribus, & Prælatis. e Non ædificatur civitas] ſ. Eccleſia ex lapidibus vivis, ideſt, animabus ſanctis, 1. Pet. 2. Ipſi tanquam lapides vivi ſuper ædificamini domos ſpirituales. f Et non inhabitabunt] fideles in Eccleſia ſine his. g Nec inambulabunt] ſine his de virtute in virtutem. h Et in Eccleſiam triumphantem. i Non tranſient] ab Eccleſia militante ſine his; ipſi enim ſunt portæ, per quas intratur in Eccleſiam triumphantem, Iſ. 54. Ponam jaſpidem propugnacula tua, & portas tuas in lapides ſculptos. k Super ſellam Judicis,] ideſt, ſuper cathedram magiſterii, vel prælationis. l Non ſedebunt] aliqui digne ſine his. Vel k Super ſellam Judicis,] ideſt, ſuper tribunal Chriſti. l Non ſedebunt] aliqui ſine his, quaſi dicat ſine officio vel doctrina Prædicatorum nullus judicabit cum Domino, cum quo judicabunt perfecti, Matt. 19. Vos, qui ſecuti eſtis me, in regeneratione, &c. m Et teſtamentum judicii,] ideſt, pactum pœnæ prætaxatæ in lege, vel remunerationis bonis faciendæ. n Non intelligent] aliqui ſine his. o Neque palam facient diſciplinam,] ideſt, correctionem, qua in præſenti Dominus corrigit filios. p Et judicium] quo in futuro ſervos malevolos judicabit. q Et in parabolis] exponendis vel intelligendis, quæ valde utiles ſunt ad corripiendum, ut patet in parabola oviculæ, qua uſus eſt Nathan ad David, 2. Reg. 12. r Non invenietur ſine his, q. d., niſi fuiſſent prædicti Doctores, non loquerentur homines parabolice, ſed aperte, ut dicit Gl. Neque intelligerent parabolas legis, & Evangelii. ſ Sed creaturam ævi] ideſt, hominem creatum in ævum. t Confirmabunt,] vel conſummabunt in bono prædicti Doctores. u Et deprecatio illorum] prædictorum. x In operatione artis] ideſt, ut bene operentur in arte ſua. y Accommodantes animas ſuas,] ideſt, morti exponentes pro fratribus ſuis more boni Paſtoris. z Et conquirentes in lege Altiſſimi,] ideſt, meditantes die ac nocte in lege Domini adimplenda. Vel conquirentes, ideſt, acquirentes Deo peccatores. a In lege,] ideſt, per legem Altiſſimi, quam docent verbo & exemplo.

Moraliter.

EXPOSITIO CAP. XXXIX.

SApientiam omnium Antiquorum, &c.] In ultima parte præcedentis cap. actum eſt de Prædicatoribus ſapientiæ; in hoc autem agitur de adeptione & laudibus Sapientiæ. Dividitur autem hoc capitulum in quatuor partes. In prima agitur de modo adipiſcendi Sapientiam per ſtudium & orationem. In ſecunda de laudibus Sapientiæ, ibi: Collaudabunt multi ſapientiam, &c. In tertia de fructu ſive profectu Sapientiæ, ibi: In verbo ejus ſtetit aqua, &c. In quarta de vindicta malorum, & remuneratione bonorum, ibi: Bona bonis creata ſunt ab initio. Dicit ergo. b Sapientiam omnium Antiquorum, &c.] ideſt, doctrinam Prophetarum & Patriarcharum. Vel Sapientiam omnium Antiquorum, &c.] ideſt, ſaporem, & cognitionem cœleſtium, quam antiqui plenius habuerunt. c Exquiret] ideſt, extra alia quæret. d Sapiens,] ideſt, vir Eccleſiaſticus. e Et in Prophetis] intelligendis. f Vacabit,] ideſt, operam dabit, aliis curis evacuatis. g Narrationem] ideſt, doctrinam. h Virorum nominatorum] ideſt, Apoſtolorum, & Evangeliſtarum, quorum nomina ſcripta ſunt in libro vitæ, ut dicitur Luc. 10. i Conſervabit ſapiens] corde, ore, & opere, ſupr. 8. Ne deſpicias narrationem Presbyterorum ſapientium, & in proverbiis illorum conſervare. k Et in verſutias

Digitized by Google

tias parabolarum] ideſt, in occultas, & obſcuras ſubtilitates. *a* Simul introibit] diligenter perſcrutando perforata ſuperficie figurali. *b* Occulta proverbiorum,] id eſt, ſenſum myſticum aut moralem. *c* Exquiret,] ideſt, ex corde quæret. *d* Et in abſconditis,] ideſt, in occultis allegoriis. *e* Parabolarum,] ideſt, in figuratarum locutionum intelligendis. *f* Converſabitur] ſtudendo, & meditando. *g* In medio Magnatorum,] id eſt, Catholicorum Doctorum, vel Angelorum. *h* Miniſtrabit] ſapiens divina officia, ubi credimus Angelos intereſſe. *i* Et in conſpectu Prȩſidis,] ideſt, Chriſti Dominatoris univerſæ terræ. *k* Apparebit,] id eſt, ipſi, non hominibus placere affectabit ſuis factis, & dictis. *l* In terram alienigenarum Gentium] ideſt, alienarum a Deo. *m* Tranſiet] ſapiens prædicando: ſicut fecerunt Apoſtoli, qui relicta Judæa tranſierunt ad Gentes, *Act.* 13. Vobis oportebat primum loqui verbum Dei; ſed quoniam repellitis illud, & indignos vos judicatis vitæ æternæ: ecce convertimur ad Gentes. *n* Bona enim & mala] id eſt, proſpera, & adverſa. *o* In omnibus tentabit,] ideſt, experietur, vel qui ſunt obedientes, & qui inobedientes verbo Dei in omnibus Gentibus comprobabit, omnibus prædicando. *p* Cor ſuum tradet,] ſapiens. *q* Ad vigilandum diluculo] per deſiderium, & intentionem. *r* Ad Dominum] honorandum. *ſ* Qui fecit illum] Sapientem. *t* Et in conſpectu,] ideſt, in beneplacito. *u* Altiſſimi,] qui dirigit omnia opera noſtra. *x* Deprecabitur] pro peccatis propriis, & aliorum dimittendis. *y* Aperiet os ſuum] interius, & exterius. *z* In oratione] pro bonis adipiſcendis. *a* Et pro delictis ſuis] amovendis deprecabitur. Et merito os ſuum aperiet. *b* Si enim Dominus magnus] ideſt, immenſus. *c* Voluerit] voluntate beneplaciti. *d* Spiritu intelligentiæ replebit illum] ut ſciat quando, & ubi, & quomodo eloquia proferat. *e* Et ipſe] ſapiens ſic repletus. *f* Tanquam imbres,] ideſt, abundanter & utiliter. *g* Mittet eloquia Sapientiæ ſuæ] ſuper arida corda hominum, ut & ſapida fiant, & fecunda, *Iſa.* 44. Effundam aquas ſuper ſitientem, & fluenta ſuper aridam. *h* Et in oratione confitebitur Domino] laudes & gratiarum actiones. *i* Et ipſe] Dominus, diriget conſilium ejus, ut bonum velit. *k* Et diſciplinam] ut recte converſetur. *l* Et in abſconditis ſuis conſiliabitur,] ideſt, interna aſpiratione conſilium dabit Dominus Sapienti, *Pſ.* 84. Audiam quid loquatur in me Dominus, *Job* 4. Porro ad me dictum eſt verbum abſconditum, & quaſi furtive ſuſcepit auris mea venas ſuſurri ejus. *m* Ipſe] ſapiens ſic inſtructus a Domino. *n* Palam faciet diſciplinam doctrinæ ſuæ] ideſt, quod doctus eſt a Domino, alios docebit verbo, & exemplo. *o* Et in lege teſtamenti] exponenda & implenda, glorificabitur. Hæc enim eſt gloria Sapientum, implere legem Domini, & docere, *Pr.* 15. Gloria Dei eſt celare verbum, & gloria Regum inveſtigare ſermonem, *Tob.* 12. Sacramentum Regis abſcondere bonum eſt; opera autem Dei revelare honorificum eſt. *p* Collaudabunt multi] ideſt, doctrinam Sapientiæ ejus, ideſt, Dei vel Sapientis ſic inſtructi a Deo. *r* Et uſque in ſæculum non delebitur] ideſt, uſque ad finem ſæculi non ceſſabit hæc doctrina. Tunc autem ceſſabit, quia omnes erimus docibiles Dei, *Pr.* 12. Labium veritatis firmum erit in perpetuum *Matth.* 5. Amen dico vobis: donec tranſeat cœlum & terra jota unum, aut unus apex non prȩteribit a lege, donec omnia fiant. *ſ* Non recedet] a cordibus hominum. *t* Memoria ejus,] ideſt, operum & doctrinæ ejus.

al. † pertranſiet.

Joann. 6.

a ſimul introibit. *b* Occulta proverbiorum *c* exquiret, & in *d* abſconditis *e* parabolarum *f* converſabitur. In *g* medio Magnatorum *h* miniſtrabit, *i* & in conſpectu Præſidis k apparebit. In *l* terram alienigenarum Gentium † *m* tranſiet; *n* Bona enim & mala in *o* omnibus tentabit. *p* Cor ſuum tradet *q* ad vigilandum diluculo *r* ad Dominum *ſ* qui fecit illum, & in *t* conſpectu *u* Altiſſimi *x* deprecabitur. *y* Aperiet os ſuum in *z* oratione, a & pro delictis ſuis deprecabitur. Si *b* enim Dominus magnus *c* voluerit, *d* ſpiritu intelligentiæ replebit illum: *e* & ipſe *f* tanquam imbres *g* mittet eloquia Sapientiæ ſuæ, *h* & in oratione confitebitur Domino. Et *i* ipſe diriget conſilium ejus, & k diſciplinam, & *l* in abſconditis ſuis conſiliabitur. *m* Ipſe n palam faciet diſciplinam doctrinæ ſuæ, & in *o* lege teſtamenti Domini gloriabitur. *p* Collaudabunt multi *q* ſapientiam ejus, & *r* uſque in ſæculum non delebitur. Non *ſ* recedet *t* memoria ejus, & *u* nomen ejus *x* requiretur *y* a generatione in generationem: *z* Sapientiam ejus a enarrabunt Gentes, & *b* laudem ejus enunciabit Eccleſia. Si *c* permanſerit nomen ejus, *d* derelinquet *e* pluſquam mille: *f* & ſi requieverit, *g* proderit illi. *h* Adhuc conſiliabor, ut *i* enarrem, ut *k* furore enim repletus ſum. *l* Et in voce *m* dicit *n* obaudite me divini *o* fructus *p* & quaſi † roſæ plantatæ ſuper rivos aquarum fructificate. *q* Quaſi Libanus *r* odorem ſuavitatis habete. *ſ* Florete flores *t* quaſi lilium: & date odorem *u* & frondete in gratiam: & *x* collaudate canticum: *y* & benedi-

u Et nomen ejus] ſcilicet fama converſationis ejus. *x* Requiretur] in exemplum imitationis. *y* A generatione in generationem] ideſt, longe poſt mortem ejus, *Pſ.* 111. In memoria æterna erit juſtus, *Pr.* 10. Memoria juſti cum laudibus, *inf.* 49. Memoria Joſiæ in compoſitione odoris facta eſt opus pigmentarii. *z* Sapientiam ejus] ideſt, ſapientem doctrinam ejus. *a* Enarrabunt Gentes] ad aliorum inſtructionem. *b* Et laudem ejus enunciabit Eccleſia] ideſt, vitam & doctrinam ejus laudabilem prædicabit aliis, ſicut modo prædicat vitam Petri & Pauli, & cæterorum Apoſtolorum, vel Sanctorum. *c* Si permanſerit nomen ejus] ideſt, ipſe ſapiens nominabilis, ſi diu vixerit. *d* Derelinquet] poſt ſe. *e* Pluſquam mille] ideſt, multos lucrabitur Domino verbo prædicationis, & exemplo converſationis. *f* Et ſi requieverit] a labore præſentis vitæ, ideſt, ſi citius mortuus fuerit. *g* Proderit illi] mortis acceleratio, quia ad vitam æternam tranſibit, *Sap.* 4. Juſtus ſi morte prȩoccupatus fuerit, in refrigerio erit. Ideo dubitabat Apoſtolus, quid mallet, mori, an vivere, *Phil.* 1. Coarctor ex duobus deſiderium habens diſſolvi, & eſſe cum Chriſto, multo magis melius; permanere autem in carne, neceſſarium propter vos. *h* Adhuc conſiliabor,] ideſt, diſcernendo inquiram apud me. *i* Ut enarrem] utilia auditoribus, impræmeditata enim loqui ſtultum eſt. *k* Ut furore enim repletus ſum,] ideſt, fervore Spiritus ſancti, quo æſtuans non poſſum cohibere ſpiritum a laudibus Dei. Unde cum Jeremias dixiſſet: Factus eſt ſermo Domini in opprobrium mihi, & in deriſum tota die, & dixi: non recordabor ejus, neque loquar ultra in nomine ejus, ſtatim ſubjunxit: Et factus eſt in corde meo quaſi ignis æſtuans clauſuſque in oſſibus meis, & defeci ferre non ſuſtinens, *Jer.* 20. *l* Et in voce] ideſt, manifeſte. *m* Dicit] fervor Spiritus ſancti, ideſt dicere facit, *Act.* 4. Non poſſumus, quæ vidimus & audivimus, non loqui, *Job* 32. Venter meus quaſi muſtum abſque ſpiraculo, quod lagunculas novas dirumpit, *Marc.* 3. dicitur: cum Jeſus inſtaret prædicaret, exierunt ſui tenere eum. Dicebant enim, quoniam in furorem verſus eſt, hoc eſt, quod dicere facit fervor ſpiritus. *n* Obaudite me,] ideſt, intente audite. *o* Fructus divini] ſancti fructificantes Deo. *p* Et quaſi roſæ plantatæ ſuper rivos aquarum fructificate,] ideſt, robuſtos, & odoriferos martyrii fructus, & charitatis facite, juxta fluenta Scripturarum plantati, & gratiarum rivulis irrigati. Roſa rubea eſt, & odorifera, & ex ſpina naſcitur: aqua vero eſt doctrina, vel gratia Baptiſmi. Roſæ igitur ſuper rivos aquarum plantatæ fructificant cum juſti gratia baptiſmali loti, juxta doctrinam Chriſti carnem ſuam variis punctionibus mortificant, vel martyrio propter amorem Chriſti ſe exponunt. *q* Quaſi Libanus,] ideſt, quaſi thus Libani. *r* Odorem ſuavitatis habete] odorem devotionis vel martyrii, quia *Pſal.* 115. Pretioſa eſt in conſpectu Domini mors Sanctorum ejus, pluſquam odor thuris. *ſ* Florete flores,] ideſt, virgines, quæ floretis interius per ſanctum propoſitum; florete exterius per effectum in exemplum fidelium. *t* Quaſi lilium date odorem] bonæ conſcientiæ Deo, & bonæ famæ proximo. *u* Et frondete in gratiam,] ideſt, producite frondes bonorum operum, ut gratæ ſitis, & Deo & hominibus. *x* Et collaudate canticum,] ideſt ſimul ore & opere annunciate canticum laudis divinæ. *y* Et benedicite] ideſt, bonum dicite.

B

Infr. 44.

al. † ſi roſa plantata.

cite Dominum *a* in operibus ſuis. *b* Date nomini ejus *c* magnificentiam, *d* & confitemini *e* illi in *f* voce labiorum veſtrorum † in *g* canticis labiorum & *h* citharis, *i* & ſic dicetis in confeſſione: *k* Opera Domini univerſa *l* bona valde. In *m* verbo enim ejus *n* ſtetit aqua, *o* ſicut congeries, *p* & in ſermone oris illius, ſicut exceptoria aquarum: *q* quoniam in præcepto ipſius † *r* placor fit, *ſ* & non eſt minoratio in ſalute illius. *t* Opera omnis carnis *u* coram illo: & non *x* eſt quicquam abſconditum ab oculis ejus. A *y* ſæculo uſque in ſæculum reſpicit: *z* & nihil eſt mirabile in conſpectu ejus. Non eſt *a* dicere: quid eſt hoc, aut quid eſt illud? *b* omnia enim in tempore ſuo quærentur. *c* Benedictio illius quaſi fluvius inundabit: *d* Et quomodo cataclyſmus aridam inebriavit: *e* ſic ira ipſius *f* gentes, quæ non exquiſierunt eum *g* hæreditabit. *h* Quomodo *i* convertit aquas in ſiccitatem, & *k* ſiccata eſt terra: *l* & viæ illius viis *m* illorum *n* directæ ſunt; *o* ſic peccatoribus offenſiones in *p* ira ejus. *q* Bona *r* bonis *ſ* creata ſunt † *t* ab æterno; *u* ſic *x* nequiſſimis *y* bona & *z* mala.

a Dominum] creationis, & recreationis, quibus bonitatem ſuam nobis oſtendit. *b* Date nomini ejus] idest ipſi nominabili. *c* Magnificentiam] operum veſtrorum, idest, ſi magna facitis, ei totum attribuite. Vel ſecundum *Gloſſ.* Bene converſantes ejus potentiam prædicate, & verbis, & factis, *Matt.* 5. Sic luceant opera veſtra, &c. *d* Et confitemini] peccata & laudes.
e Illi] idest, ad honorem & ad gloriam illius. *f* In voce labiorum] non vicariorum, idest, in confeſſione, & prædicatione, *Pſal.* 141. Voce mea ad Dominum clamavi, *Oſ. ult.* Reddemus vitulos labiorum noſtrorum. *g* In canticis] idest, canticis, quæ ex mentis hilaritate procedunt. *h* Et citharis] idest, mortificatione carnis & operibus bonis, quaſi dicat, & verbis & factis laudate Dominum. *i* Et ſic dicetis,] *Pſal.* 32. Confitemini Domino in cithara, &c. Eſt autem cithara, ut dicit *Rab.* ligni veteris, in imo concavitas, quæ ſurſum cordarum fila tranſmittit, & percuſſa digitis dulciſſime ſonat. Dicta cithara, quaſi iteratione cita percuſſa, & ſignificat opera terrena pro cœleſtibus facta, ut eſt paſcere eſurientem, veſtire nudum, & cetera hujuſmodi, quæ amore Dei fiunt. Pſalterium vero decachordum, alvum ſuperius habet, de ſuperioribus ad inferiora fila decem tranſmittens, per quod ſignantur præcepta Decalogi, quæ de ſupernis ad modum pſalterii ad nos veniunt.

al. † & confeſſ. i.
C
Mat. 7.
al. † placator.
Geneſ. 1.

k Opera Domini univerſa] idest, corporalia, & ſpiritualia. *l* Bona valde] ſingula ſunt bona, ſed univerſa valde bona, *Gen.* 1. Vidit Deus cuncta, &c. *m* In verbo enim] idest, Dei. *n* Stetit aqua] cum dixit: Congregentur aquæ, quæ ſub cœlo ſunt, in locum unum, *Pſal.* 32. Congregans ſicut in utrem aquas maris. Vel quando filii Iſrael tranſierunt mare rubrum ſicco veſtigio, *Exod.* 14. Vel quando tranſierunt Jordanem, *Joſ.* 3. Vel aqua convivii, *Gen.* 7.

Myſtice. Myſtice. *m* In verbo ejus ſtetit aqua,] idest, in natura filii firma fuit humana natura, non fluxibilis per vanitates ſicut in nobis Vel, In verbo ejus ſtetit, idest, tribulatio populi ſui; & quando placuerit ei, ceſſabit tribulatio Eccleſiæ ſuæ. *o* Sicut congeries] lapidum in muro. Hoc etiam verum fuit ad litteram in tranſitu Jordanis, *Joſ.* 3. Steterunt aquæ deſcendentes in loco uno, & ad inſtar montis intumeſcentes apparebant procul ab urbe. *p* Et in ſermone oris illius, &c.] idest, ad præceptum ejus receptæ ſunt in matrice terræ, vel in alveis, qui aquas recipiunt & continent, ne tranſgrediantur terminos ſuos. Item os Dei Prædicator, *Jer.* 15 Si ſeparaveris pretioſum a vili, quaſi os meum eris. Item aquæ, doctrina, vel gratia, *Job* 22. Si continuerit aquas, omnia ſiccabuntur: & ſi emiſerit eas, ſubvertent terram. *q* Quoniam in præcepto,] ſcilic. Dei. *r* Placor fit] filius, idest, pacificans hominem Deo, & Deum homini. Unde in nativitate ejus: Gloria in excelſis Deo, &c. Angeli cantaverunt, *Luc.* 2. *ſ* Et non eſt minoratio in ſalute] idest, non eſt imperfectio in ſalutatione facta per ipſum, hoc eſt, perfectam dat ſalutem, non ad medium ſalvat Deus, totum ſuſcepit hominem, & totum ſalvat, & totum glorificabit. *t* Opera, &c.] idest, omnis hominis, qui dicitur caro, quia fragilis, *Gen.* 6. Non permanebit ſpiritus meus in homine, quia caro eſt. *u* Coram illo,] idest, ſunt ei nota, etiam antequam fierent, *Pr.* 16. Omnes viæ hominum patent oculis ejus, *Pr.* 15. In omni loco oculi Domini, &c. 2. *Paral.* 16. Oculi Domini contemplantur, &c. *Job* 34. Oculi ejus ſuper vias hominum, &c. *y* A ſæculo uſque in ſæculum] idest, præterita, & futura præſentialiter cognoſcit, *ſup.* 23. Domino Deo antequam crearentur omnia ſunt agnita, ſic, & poſt perfectum reſpicit omnia. *z* Et nihil eſt mirabile] quia nihil novum, vel magnum in conſpectu ejus, unde admiratio fiat. *a* Non eſt dicere, &c.] idest, non expedit omnia perſcrutari curioſe. Multa autem ſunt, quæ nihil prodeſt ſcire. *Aug.* Curioſus eſt, qui magna cupiditate noſcendi ea requirit, quæ nihil ad ſe attinent, *ſup.* 3. In ſupervacuis rebus noli ſcrutari multipliciter & in pluribus ejus operibus non fueris curioſus, *Job* 36. Quis poterit ſcrutari vias ejus, &c. *b* Omnia enim in tempore ſuo quærentur] idest, manifeſtabuntur, quando ſcilicet Dominus illuminabit abſcondita tenebrarum, & manifeſtabit conſilia cordium, 1. *Cor.* 4. Vel, Omnia tempore ſuo quærentur, idest, de omnibus ratio quæretur, *Eccl. ult.* Cuncta, quæ fiunt, adducet Dominus in judicium. Etiam minimum verbum, *Matt.* 12. De omni verbo otioſo, &c. *c* Benedictio illius, quaſi fluvius inundabit] idest, intus & ultra merita undabit, idest, abundabit, *Joan.* 4. Aqua quam ego dabo ei in eo fiet fons, &c. Item *Joan.* 7. Qui credit in me ſicut dicit Scriptura, flumina de ventre ejus fluent aquæ vivæ. *d* Et quomodo cataclyſmus aridam inebriavit,] idest, abundanter operuit. *e* Sic ira ipſius] Dei. *f* Gentes quæ non exquiſierunt eum] idest, ex corde non quæſierunt eum, vel legem ejus ad faciendum. *g* Hæreditabit,] idest, æternaliter quaſi hereditarie cruciabit. Cataclyſmus eſt diluvium generale, dictum a cata, quod eſt contra, vel ſecundum, & clima climatis, quia communiter omnia climata mundi operuit. Eſt autem multiplex diluvium.

Geneſ. 7.
Exod. 14.
D
al. † initio.
Sap. 19.
Multiplex diluvium.

Primum culpæ, quod inundavit ab Adam uſque ad Chriſtum. De quo dicitur *Oſ.* 4. Maledictum, & mendacium, & homicidium, & furtum, & adulterium inundaverunt. Hæc ſunt flumina Babylonis. Secundum eſt diluvium vindictæ, *Gen.* 7. Factum eſt diluvium 40. diebus, & quadraginta noctibus ſuper terram. Tertium eſt diluvium pœnæ. *Thr.* 3. Inundaverunt aquæ, &c. Quartum eſt concupiſcentiæ, *Pſal.* 31. Verumtamen in diluvio aquarum multarum. Et *Pſal.* 87 Super me tranſierunt iræ tuæ, & omnes fluctus tuos induxiſti ſuper me. Quintum eſt diluvium gratiæ. Hoc inundavit ſuper ripas naturæ & rationis, quando Virgo peperit Deum, & hominem, quando immortalis mortuus eſt: tunc inebriata eſt terra, unde & tremuit, & mortuos ſuos evomuit. Infernus quoque inebriatus fuit, quando morderi, & ſpoliari ſe permiſit. Omnia etiam elementa inebriata fuerunt, quia a ſuo officio ceſſaverunt. Sol obſcuratur, lapides ſciſſi ſunt, monumenta aperta ſunt. Ipſe etiam Dominus adeo inebriatus fuit, ut nuditatem non erubeſceret, *Gen.* 9. Noe plantavit vineam, &c. Sextum eſt diluvium gloriæ, quo inebriabuntur omnes Electi, *Pſal* 35. Inebriabuntur ab ubertate domus tuæ. *h* Quomodo] idest, ſicut. *i* Convertit aquas] ceſſante diluvio. *k* Et ſiccata eſt terra] *Gen.* 8. Menſe ſecundo, ſeptimo, & vigeſimo die menſis areſacta eſt terra. *l* Et viæ illius] terræ ſcilicet. *m* Viis illorum] fluviorum, vel hominum. *n* Directæ ſunt] aquis diluvii imminutis. *o* Sic peccatoribus] idest, peccata quibus Deum offendunt. *p* In ira ejus] ſcilicet Dei, idest, ſicut ceſſante diluvio fluvii intra ſuos alveos continuo defluxerunt, & homines per ſemitas terræ ſiccatæ libere tranſierunt; ſic ceſſante gratia Dei ex ira peccatores de peccato in peccatum corruerunt. Vel ſic. *l* Et viæ illius] idest, judicia Dei. *n* Directæ ſunt in viis illorum] idest, hominum, idest, ſecundum vias eorum, idest, ſecundum opera hominum Dei judicia fient. Unde ſequitur. *o* Sic peccatoribus] idest, ruinæ in pœnam. *p* In ira ejus] idest, in vindicta Dei. Aliter poteſt legi, & melius hoc modo. *l* Et viæ illius] idest terræ. *m* Viis illorum] idest, fluviorum. *n* Directæ ſunt] idest, oppoſitæ ſunt ne ultra fluant. *o* Sic peccatoribus] idest, obſtacula & impedimenta. *n* Directæ ſunt,] idest, oppoſitæ, ne perficiant quod diſponunt. *p* In ira ejus,] idest, in correctione ejus, idest, Dei, quæ videtur eſſe ex ira, cum potius ſit ex miſericordia. Unde 2. *Matt.* 6. Multo tempore non ſinere peccatoribus ex ſententia agere; ſed ſtatim ultiones adhibere magni beneficii eſt indicium, *Pſal.* 98. Deus tu propitius fuiſti eis, &c. *q* Bona] vitæ æternæ. *r* Bonis] idest, omnibus electis. *ſ* Creata ſunt] idest, præparata, *Matt.* 25. Venite, &c. *t* Ab æterno,] idest ab initio. *u* Sic] idest, ſimiliter. *x* Nequiſſimis] i. peccatoribus. *y* Bona] vitæ æternæ. *z* Et mala] gehennæ præparata ſunt ab æterno: bona, ſi pœnituerint, mala, ſi non pœnituerint, *ſup.* 15. Ante hominem vita, & mors, bonum & malum: quod placuerit ei, dabitur illi.

a Initium

a Initium neceſſariæ rei vitæ hominum *b* aqua, *c* ignis, & *d* ferrum, *e* ſal, *f* lac, *g* & panis ſimilagineus, & *h* mel, & *i* botrus uvæ, & *k* oleum, & *l* veſtimentum. Hæc *m* omnia Sanctis in *n* bona: ſic etiam *o* impiis, & peccatoribus, in *p* mala convertentur. *q* Sunt ſpiritus, qui *r* ad vindictam *ſ* creati ſunt, *t* & in furore ſuo *u* confirmaverunt tormenta ſua: Et *x* tempore conſummationis *y* effundent virtutem, *z* & furorem ejus qui fecit illos confundent. Ignis, *a* grando, fames & mors: *b* omnia hæc ad vindictam *c* creata ſunt. *d* Beſtiarum dentes, *e* & ſcorpii, *f* & ſerpentes, & *g* rhomphæa vindicans in *h* exterminium *i* impios. In *k* mandatis *l* ejus epulabuntur, *m* & ſuper terram in neceſſitate *n* præparabuntur, *o* & in temporibus ſuis non *p* prætereient verbum. *q* Propterea *r* ab initio *ſ* confirmatus ſum, & conſiliatus ſum, & cogitavi, *t* & ſcripta dimiſi. *u* Omnia opera Domini *x* bona, *y* & omne opus *z* ſua hora *a* ſubminiſtrabit. *b* Non eſt dicere: hoc *c* illo nequius eſt. *d* Omnia enim in tempore ſuo comprobabuntur. Et *e* nunc in omni corde *f* & ore collaudate, & benedicite *g* nomen Domini.

CAP. XL.

Occupatio *h* magna *i* creata eſt *k* omnibus hominibus,

a Initium] ideſt, res neceſſariæ vitæ hominum ſuſtinendæ ſecundum quod in principio condita fuit. Sunt. *b* Aqua, ignis] ideſt, inſtrumenta diverſarum artium. *c* Sal] quo cibaria condinatur. *f* Lac] quo parvuli nu-
D triuntur. *g* Et panis] de ſimila factus, quo adulti utuntur. *h* Et mel,] quo fiunt potus, & medicinæ. *i* Et botrus] unde fit vinum ad bibendum. *k* Et oleum] ad oleta condiendum, & ad lucernas neceſſarium. *l* Et veſtimentum] ad frigus arcendum, & dedecora corporis protegendum. *m* Hæc omnia] ideſt, electis. *n* In bona] ideſt, in bonis eorum creata ſunt, quia illis bene utuntur. *o* Sic, &c.] qui illis abutuntur. *p* In mala,] ideſt, in materiam peccati, & in damnationem æternam, *Sap.* 14. Creaturæ Dei in odium factæ ſunt, & in tentationem animæ hominum, & in muſcipulam pedibus inſipientium. Eccleſiaſticus decem ponit, quæ ſunt vitæ hominum neceſſaria. Aquam ad lavandum, ignem ad coquendum, ferrum ad ſecandum, ſal ad condiendum, lac ad parvulos nutriendum, panem ad comedendum, mel ad ſanandum, vinum ad bibendum, oleum ad lucendum, veſtimentum ad veſtiendum.

Sap. 29.

Moraliter. Moraliter. *a* Initium, &c.] ſpirituali. *b* Aqua] Baptiſmi. *c* Ignis] pœnitentiæ, *Matt.* 3. Ipſe baptizabit in ſpiritu, & igne. *d* Ferrum] patientiæ. *e* Sal,] Sapientiæ. *f* Lac] innocentiæ. *g* Panis ſimilagineus] ſpiritualis doctrinæ. *h* Mel] dulcedo contemplationis. *i* Botrus] lætitia ſpiritualis. *k* Oleum pietatis. *l* Veſtimentum] charitatis, quæ operit multitudinem peccatorum, *Jac. ult.* Hæc omnia in Chriſto reperimus. Aquam habuit in Baptiſmo, prius ignem pœnitentiæ in deſerto, poſt ferrum patientiæ in tentatione, poſt ſal ſapientiæ in reſponſione. Lac innocentiæ in converſatione. Panem ſimi-
A lagineum in prædicatione. Mel ſuavitatis in correctione. Botrum jucunditatis in transfiguratione. Unde & Petrus tres tabernas voluit facere, *Matt.* 17. Oleum pietatis in infirmorum curatione, veſtimentum charitatis in paſſione. k Oleum] pietatis, *Joan.* 15. Majorem charitatem, &c. Aliter. *b* Aqua] doctrina refrigerans. *c* Ignis] doctrina inflammans. *d* Ferrum] ſermo increpans. *e* Sal] diſcretio. *f* Lac] doctrina parvulorum. *g* Panis ſimilagineus] doctrina ſolida adultorum. *h* Mel] dulcedo Scripturæ. *i* Botrus] fervor zeli. k Oleum] compaſſionis. *l* Veſtimentum] honeſtæ converſationis. *m* Hæc omnia, &c.] creata ſunt, *Sap.* 16. Omnia transfigurata omnium, &c. *o* Sic, &c.] ideſt, hæreticis, & hypocritis. *p* In mala convertentur] quia eis abutuntur. Unde *Sap.* 16. Creatura tibi factori deſerviens, &c. *Job* 3. Egreſſus eſt populus, &c. Ibi dicit Adamantius: Peccatoris omnis creatura hoſtis eſt. Juſto ſerviunt omnia. *q* Sunt Spiritus] maligni. *r* Qui ad vindictam] malorum. *ſ* Creati ſunt] a ſe non a Deo, non quod ſeipſos creaverint, ſed peccato ſuo tales effecti ſunt, & ponitur, ad, conſecutive, non finaliter, ſicut *Pſ.* 103. Draco iſte, quem formaſti ad illudendum ei. *t* Et in furore tuo,] ideſt animi perturbatione, & amiſſæ felicitatis dolore. *u* Confirmaverunt tormenta ſua] deſperantes, & in malitia ſimul, & pœna proficientes. *x* Et in tempore conſummationis mundi,] ideſt, in fine, quando veniet Antichriſtus, & ſolvetur ſatanas, *Apoc.* 20. *y* Effundent virtutem malitiæ ſuæ,] ideſt, graviter inſtabunt ad cruciandum bonos. *z* Et furorem, &c.] ideſt, contra ſe iram Dei concitabunt ſæviendo in bonis, *Job* 40. Conſtrinxit caudam ſuam, quaſi Cedrum, *Apoc.* 12. Væ terræ, & mari, quia deſcendit diabolus, &c. *a* Ignis, grando, &c.] ideſt, infirmitas inducens mortem. *b* Omnia hæc ad vindictam] malorum. *c* Creata ſunt] conſecutive, non finaliter. Omnia enim ante peccatum obediebant homini, nunc vero impinguant ipſum & in futuro gravius expugnabunt. Unde *Sap.* 5. Accipiet armaturam zeli illius, & armabit creaturam ad ultionem inimicorum, &c. *Iſid.* Dum homo in paradiſo viveret, non ignis ureret, non aqua ſubmergeret, non aeris abſentia ſuffocaret, non ſpinarum aculeus pungeret, non omne quod nocet mortalibus noceret. *d* Beſtiarum dentes] quæ prius hominibus obediebant. *e* Et ſcorpii] ore blandientes, & cauda pungentes. *f* Et ſerpentes] venenati. *g* Et romphea vindicans] i. gladius verſatilis ante introitum Paradiſi poſitus, vel divina ſententia de malis vindictam faciens. *h* In exterminium] i. in omnimodam condemnationem. *i* Impios] vindicans, hæc inquam creata ſunt ad vindictam. k In mandatis ejus epulabuntur] maligni Spiritus, i. exequendo Dei ſententiam, contra malos jucundabuntur, ideſt, puniendo, deſiderium ſuum adimplebunt. Vel ſupradicta, ignis, grando, &c. k In mandatis ejus,] ideſt, quando Dominus voluerit. *l* Epulabuntur] ideſt, devorabunt impios. Unde *Deut.* 32. Congregabo ſuper eos mala, & ſagittas meas complebo in eis &c. *m* Et ſuper terram in neceſſitate,] ideſt, quando neceſſe fuerit aliquem puniri, vel quando Dominus juſſerit. *n* Præparabuntur] dæmones, vel creaturæ prædictæ ad puniendum malos. *o* Et in temporibus ſuis] quando opportunum fuerit. *p* Non prætereient verbum] i. mandatum Dei de puniendis malis. *q* Propterea] ideſt, quia non eſt dicere, quid eſt hoc aut quid eſt illud: vel quia ſic video punitum peccatum Adæ. *r* Ab initio] intelligentiæ meæ. *ſ* Confirmatus ſum, &c.] ideſt, cogitando circa hæc firmatus ſum in conſilio meo, ne caderem in errorem, nimis inquirendo obſcura Scripturarum, & occulta Dei. *t* Et ſcripta dimiſi] ideſt, libros, in quibus monui, ne quis indiſcrete judicet in præſenti de ambiguis & futuris, vel perſcrutetur nimis curioſe incerta, & occulta Sapientiæ Dei, *ſup.* 3. In pluribus operibus Dei ne fueris curioſus, non eſt enim tibi neceſſarium ea, quæ abſcondita ſunt, videre oculis tuis, ideſt, inquirere ad videndum. *u* Omnia opera Domini] ſive creationis, ſive recreationis. *x* Bona] in ſe & omnibus utentibus bene eis. *y* Et omne opus] tam Dei, quam hominum. *z* Sua hora] ideſt, ſuo tempore. *a* Subminiſtrabit] ideſt, Deus manifeſtabit, quale ſit. Vel. *y* Omne opus] tam miſericordiæ, quam juſtitiæ. *z* Sua hora ſubminiſtrabit) ideſt, faciet Dominus ad † ſalarium bonorum, & vindictam malorum. *b* Non eſt dicere] ideſt, non eſt dicendum, vel non poteſt diſcrete dici. *c* Hoc illo nequius eſt,) ideſt, hoc corpus, vel hoc tempus illo pejus eſt. Nihil enim malum, vel nequius a Deo eſt. Et tangit hic Auctor errorem quorumdam, qui putant a Deo eſſe, & non ex meritis hominum, quod tempus unum nequius eſt alio. Unde dicit *Gl. Cab.* Ne dicas priora meliora fuere tempora, quam nunc ſunt: virtutes enim faciunt dies bonos, vitia malos. *d* Omnia enim in tempore ſuo comprobabuntur) ideſt, manifeſtabuntur. *e* Et nunc in corde) ideſt, corde perfecto, vel in omni cogitatione, omni intentione, omni affectione. *f* Et ore collaudate, & benedicite,] ideſt, bonum dicite. *g* Nomen Domini) ideſt, filium, vel Dominum nominabilem.

al. † ſolatium.

EXPOSITIO CAP. XL.

Occupatio, &c.] Hoc caput dividitur in duas partes. In prima agitur de malis, quæ homo per peccatum incurrit. In ſecunda de bonis, quæ ex gratia oriuntur. Dicit ergo. *h* Occupatio magna] ducatione, ideſt. *i* Creata eſt,] in peccato Adæ, dicit *Gloſſ.* ideſt, pro peccato Adæ. *k* Omnibus] hominibus ortum ducentibus ex Adam. Eſt autem occupatio labor, ſive ſollicitudo mentem occupans circa temporalia. Unde *Magiſter Ugo* ſic deſcribit eam. Occupatio eſt deſtructio, & illaqueatio mentis, quæ avertit, & diſſipat, & illaqueat eam ne cogitare valeat ea, quæ ſalutis ſunt. Eſt autem triplex occupatio, ut ipſe dicit: eſt neceſſitatis, quæ præſenti miſeriæ neceſſaria eſt. Hæc eſt mala malitia miſeriæ, non culpæ: quia etſi pœnam a beatitudine alienam: culpam tamen non habet juſtitiæ contrariam. Secunda, eſt curioſitatis, qua mens humana inſtat ſcrutari, aut quæ ſcire non convenit, aut quæ ſcire noxium eſt. Tertia eſt cupiditatis, qua mens humana in acquirendis, & conſervandis temporalibus, ▲ diſtenditur.

Triplex occupatio.

h Occupatio, &c.) i. neceſſitas laborandi, & neceſſaria procurandi, & defectus proprios reparandi. *i* Creata eſt, &c.)

Aliter totum capitulum.

a & jugum b grave c ſuper filios Adam d a die exitus de ventre matris eorum e uſque in diem ſepulturæ in matrem omnium. f Cogitationes eorum, g & timores cordis, h adinventiones expectationis, i & dies finitionis, † k a Præſidente ſuper ſedem glorioſam, uſque l ad humiliatum in terram, & cinerem: m ab eo, qui utitur hyacintho, & portat coronam uſque n ad eum qui cooperitur lino crudo: o furor, p zelus, q tumultus, r fluctuatio, ſ & timor mortis, t iracundia perſeverans, & u contentio, & in x tempore refectionis in y cubili ſomnus noctis z immutat ſcientiam ejus. a Modicum † tanquam nihil in requie, b & ab eo c in ſomnis, d quaſi in die reſpectus. e Conturbatus eſt in viſu cordis ſui, f tanquam qui evaſerit g in die belli. In h tempore ſalutis ſuæ i exurrexit, k & admirans l ad nullum timorem

al. † reficiens.

al. † nutem.

▲ ſteuditur. Prima mala, ſecunda pejor, tertia peſſima. Unde *Eccl.* 1. Hanc occupationem peſſimam dedit Deus filiis hominum, ut occupcutur in ea. a Et jugum grave] idest, afflictio gravis. c Super filios Adam] hęredes originalis peccati. De hoc jugo dicitur *Thr.* 1. Vigilavit jugum iniquitatum mearum in manu ejus, eſt autem jugum corporis pęna, jugum animæ culpa, *Iſa.* 5. Væ qui trahitis iniquitates in funiculis vanitatis, & quaſi vinculum plauſtri peccatum: primum jugum per gratiam fit ſuave, *Matt.* 11. Jugum meum ſuave eſt, &c. Secundum per gratiam omnino deſtruitur, *Iſ.* 9. Jugum oneris ejus, & virgam humeri ejus, & ſceptrum exactoris ejus. Item 10. Auferetur onus ejus de humero tuo, & jugum ejus de collo tuo, & computreſcet jugum a facie olei, & quia dixerat: Occupatio magna creata eſt hominibus, exponit quam magna. d A die, &c.] a qua contraxerunt ſaccum, & meritum ſacci, ideſt, culpam & pœnam. e Uſque in diem, &c.] ideſt, in terram, *Job* 1. Nudus egreſſus ſum de utero matris meæ, &c. *Gen.* 3. In ſudore vultus tui, &c. f Cogitationes eorum,] id eſt, variæ mentis ſollicitudines torquentes. Ecce occupatio. g Et timores cordis,] quibus ſibi vane timent trepidantes, ubi non eſt timor. Ecce jugum. h Adinventiones expectationis,] inductiones, quibus fingunt bona ſibi futura, quæ vane expectant vel mala ſibi ventura, quæ male timent, *Nau.* 1. Onus Ninive liber viſionis, *Sap.* 17. Cum ſit timida nequitia data eſt in omnium condemnationem. Semper enim præſumit ſæva perturbata conſcientia: nihil enim eſt timor niſi præſumptionis adjutarium. Poeta.

Peſſimus in dubiis augur, timor.

Oſ. 9. Exoſus habui eos propter malitiam adinventionum eorum. i Et dies finitionis,] ideſt, præconceptio diei mortis, vel cujuslibet diei, cui continue morimur, quæ timorem, & dolorem magnum facit. Unde *Sen.* In omni morbo tria hæc gravia ſunt, metus mortis, dolor corporis, & intermiſſio voluptatis. Hujuſmodi igitur anguſtiæ ſunt, ſupple, communiter ſine perſonæ acceptione. k A Præſidente, &c.] ideſt, a maximo uſque ad minimum,
Matt. 4. a divite uſque ad pauperem, a potente uſque ad debilem, a Prælato uſque ad ſubditum, a Doctore uſque ad Diſcipulum. Sedem glorioſam vocat ſolium Regum, vel tribunal Judicum, vel cathedram Prælatorum, vel Doctorum, quas omnes ſedes vanagloria undique circumdat. Unde & ipſe Dominus in loco prædicationis, ideſt, in pinnaculo templi tentatus fuit de vana gloria. m Ab eo, &c.] quaſi veſte hyacinthina, & portat coronam ut Rex vel ut Clericus. n Uſque ad eum, &c.] ideſt, ſacco, vel veſte ſtupea. o Furor] ideſt, iracundia, juxta illud

——— *Ira levis furor eſt.*

p Zelus,] ideſt, invidia, vel zelotypia. q Tumultus curarum] vel cogitationum, & affectionum, vel litium. r Fluctuatio] ideſt, animi vacillatio. ſ Et timor mortis] æternæ vel temporalis. t Iracundia perſeverans,] ideſt, continue affligens, vel ira converſa in odium. u Et contentio] cauſarum, diſcordia diſputationum & contradictionum. Hæc omnia inſultum faciunt in omnem hominem. x Et in tempore perfectionis] ideſt, nocturnæ quietis, quando homo poſt laborem diei quiete, & ſomno refici debet. y In cubili, &c.] ideſt, nocturna a vitio. z Immutat ſcientiam ejus] ideſt, perturbat animam, ut videatur ſibi ſcire, quæ neſcit, & neſcire quæ ſcit. a Modicum tanquam nihil in requie,] eſt homo toto tempore vitæ ſuæ. b Et ab eo in ſomnis quaſi in die reſpectus] ſit, ideſt, videt per ſomnium dormiens, id quod viderat per diem vigilans, cernit in nocte ſomnians; ex cogitatione enim præcedente ſæpe oriuntur ſomnia. Unde Cato: *Somnia ne cures*, &c. *ſup.* 34. Multos errare fecerunt ſomnia, & exciderunt ſperantes in illis. e Conturbatus eſt in viſu cordis ſui] ideſt, de viſione ſomnii ſui. f Tanquam qui evaſerit in die belli] in quo etiam poſt bellum remanet timor, & tremor turbans eum. h In tempore ſalutis ſuæ,] ideſt, ſanitatis vel proſperitatis ſuæ. i Exurrexit] homo miſer per ſuperbiam ſe erexit. k Et admirans] ideſt, ſeipſum mirabilem æſtimans. l Ad ▲ nullum timorem cum omni

Aliter.

△ ideſt, poſt, etiam propter peccatum inflicta ſine exceptione tam nobili quam ignobili, *Job* 5. Homo natus ad laborem, &c. *Gen.* 3. Maledicta terra in opere tuo: in laboribus comedes ex ea. a Et jugum] multiplicis pœnalitatis. b Grave] corpori & ipſi animæ, *Sap.* 9. Corpus, quod corrumpitur, aggravat animam, & terrena inhabitatio deprimit ſenſum multa cogitantem. c Super filios Adam,] ideſt, ſuper omnes homines peccati originalis hæredes. d A die exitus de ventre matris eorum] ideſt, Evæ. e Uſque in diem ſepulturæ in matrem omnium,] ideſt, in terram, de qua ſumptus eſt omnis homo. f Cogitationes eorum] vanæ. g Et timores cordis] mundani & humani. h Adinventiones expectationis,] ideſt, quæ fiunt per expectationem, & deliberationem, vel pro re expectata. i Et dies finitionis,] ideſt, qui tendunt ad mortem. Hujuſmodi ſupple, occupatio & jugum ſuper omnes filios Adam eſt. k A præſidente ſuper ſedem glorioſam] ideſt, a Lucifero volente ſedere cum Domino, & præſidere cum aliis Angelis. l Uſque ad humiliatum, &c.] ideſt, uſque ad Adam in terram, & cinerem redigibilem propter peccatum. m Ab eo, &c.] ideſt, a Prælato uſque ad ſubditum, vel a contemplativo uſque ad activum. o Furor] Dei, ideſt, vindicta peccatorum. p Zelus] Chriſti, quo zelat animas, propter quem non parcet in futuro: vel qui ſibi animas ſuas, vel aliorum abſtulerunt, *Prov.* 6. Zelus & furor viri non parcet in die vindictę. q Tumultus dęmonum, vel damnatorum in inferno clamantium præ dolore. r Fluctuatio] nunc ad ignem, nunc ad aquam recurrens, & ſimul utramque pœnam ſentiens: quia ibi nullus ordo, ſed ſempiternus horror inhabitat, *Job* 10. Item *Job* 24. Ad calorem nimium tranſiet ab aquis nivium. ſ Et timor mortis] æternæ, vel etiam temporalis, quam timet omnis malus, *Job* 15. Terrebit eum tribulatio, & anguſtia vallabit eum, *Luc.* 26. Terrebit eos ſonitus folii volantis, & ita fugient quaſi gladium. t Iracundia perſeverans] ideſt, ira Judicis in æternum puniens. u Et contentio] conſcientiæ remordentis, & ſibi ipſi contendentis, quia ibi nulla pax, nulla doloris mitigatio erit. x Et in tempore, &c.] ideſt in tempore quo debebat homo venire ad refectionem æternam, ad epulas, & nuptias Agni. y In cubili ſomnus, &c.] ideſt, corpore in ſepulchro jacente, delectatio, quam habuit in præſenti vita, quaſi nox immutat ſenſum animæ ejus in inferno dolentis, quia longe ibi aliter ſentit de voluptatibus hujus mundi, quam hic ſenſerit, dum videbat in corpore: Pęna enim aperit ibi oculos cordis, quos hic culpa claudit, ut dicit *Greg.* Vel, ſomnus noctis, ideſt, delectatio peccati. z Immutat &c.] ideſt, cauſa eſt immutationis ejus, quia delectatio peccati mutabitur in tormentum, & materiam ſupplicii. a Modicum tanquam nihil in requie] ſup. fuit reſpectu laboris æterni, licet toto tempore vitæ ſuæ requieverit, quod eſt impoſſibile: quia omnis homo in dolore & labore vivit. Unde *Eccl.* 2. Cuncti dies ejus doloribus & ærumnis pleni ſunt: nec per noctem in mente requieſcit. b Et ab eo] huic tali exiſtenti. c In ſomnis] peccati. d Quaſi in die] juſte ſit, reſpectus ad divinam miſerationem, quaſi dicat, ita ſecure cogitat, & ſperat homo in peccatis de Dei miſeratione, ſicut ille, qui vivit in juſtitia, & ſanctitate, *Eccl.* 3. Sunt impii qui ita ſecuri ſunt, quaſi juſtorum facta habeant. e Conturbatus eſt in viſu cordis ſui,] ideſt, videndo cor ſuum tam turpe, tam fœtidum: vel quoniam videbitur cor ſuum ab omnibus, qui erunt in judicio: vel in viſione judicii, & inferni, revelatis oculis cordis, aſpiciet, velit, nolit, unde totus turbabitur, *Sap.* 5. Videntes turbabuntur timore horribili. f Tanquam qui evaſerit] ideſt, extra vas corporis exierit. g In die belli] ideſt, in die mortis, quando morbus cum natura pugnat. De quo *Job* 40. Memento belli & ultra non adjicias loqui. Vel. f Tanquam qui evaſerit in die belli] ideſt, de vita præſenti. Tunc enim turbabuntur, qui hic non volunt turbare ſeipſos per pœnitentiam. h In tempore ſalutis ſuę,] ideſt, conceſſo ad promerendum ſalutem: vel tempore proſperitatis, & ſanitatis. i Exurrexit] ſuperbiendo. k Et admirans] ideſt, cupiditate rerum temporalium ęſtuans. l Ad nullum ⊖ timorem Dei

Digitized by Google

nullum timorem, cum omni carne, &c.] hoc eſt, reſpiciens, & admirans ſuam magnitudinem nullo timore compeſcitur, nec Dei, nec hominis, nec pecoris. Vel ſic (Et admirans ad nullum timorem) ideſt, nihil timens. *a* Cum omni carne, &c.] inane convenit, q. d. nihil eſt ab igne tutum. Tangit flagitium beſtiale, & contra naturam, quod ex ſuperbia incurrit homo. *c* Et ſuper peccatores] hujuſmodi. *d* Septuplum] ideſt, vindicta plena, & perfecta veniet, quaſi dicat, peccatores qui toto tempore vitæ ſuæ, quod ſeptenario dierum agitur, non ceſſaverunt peccare, plene, & perfecte punientur, vel hic, vel in futuru. Simile in *Pſal.* 78. Redde vicinis ſeptuplum, ideſt, pœnam perfectam. *e* Ad hec,] ideſt, præter mala prædicta ex peccato Adæ provenientia. *f* Mors] præmatura. *g* Sanguis] ideſt, homicidium. *h* Contentio,] ideſt, diſcordia, & rixa. *i* Et romphæa] ideſt gladius perſecutionis. *k* Oppreſſiones] Tyrannorum, vel hoſtium tam temporalium, quam ſpiritualium. *l* Et fames,] id eſt, defectus victualium. *m* Et contritio,] ideſt, dolor cordis. *n* Et flagella] corporis. *o* Super iniquos] puniendos. *p* Creata ſunt hæc omnia] a Deo Judice juſto, qui nullum malum relinquit impunitum. *q* Et propter illos,] ideſt, propter iniquitates illorum. *r* Factus eſt cataclyſmus,] ideſt, diluvium generale,

C

al. † ſiccabitur.

Iuſ. 41. 21. 9. 1. & in *Eccleſiaſtico.*

a cum omni carne *b* ab homine uſque ad pecus, & *c* ſuper peccatores *d* ſeptuplum. Ad *e* hæc *f* mors, *g* ſanguis, *h* contentio, & *i* romphæa, *k* oppreſſiones, *l* fames, & *m* contritio, & *n* flagella. *o* Super iniquos *p* creata ſunt hæc omnia, *q* & propter illos *r* factus eſt cataclyſmus. *ſ* Omnia enim, quæ de terra ſunt, *t* in terram convertentur, *u* & aquæ omnes in mare convertentur. *x* Omne munus, & iniquitas *y* delebitur, & fides *z* in ſæculum ſtabit. *a* Subſtantiæ injuſtorum, ſicut *b* fluvius, † ſiccabuntur, & ſicut *c* tonitruum magnum in pluvia, perſonabunt. In *d* aperiendo manus ſuas *e* lætabitur; ſic *f* prævaricatores in *g* conſummatione *h* tabeſcent. *i* Nepotes impiorum *k* non multiplicabunt ramos, & *l* radices immundæ *m* ſuper cacumen petræ *n* ſonant.

Gen. 7. Ecce omnia mala prædicta propter peccatum Adæ, & peccata ſuperaddita incurrit homo. Unde *Rab.* peccanti homini multiplex pœna deputata eſt, ut correctus pœniteat, & deinceps caveat; ſed quia negligit, & in pœnis proficit, & etiam meritis pœnarum, induxit Dominus diluvium orbi, ut hominem deleret, quem creavit. Ad comparationem vero pœnæ futuræ nihil eſt quod homo patitur in præſenti. Quare autem hæc mala homini inferantur, oſtendit. *ſ* Omnia enim quæ de terra ſunt] etiam homines ſecundum corpus. *t* In terram convertentur,] *Gen.* 3. Terra es, &c. 2. *Reg.* 14. Omnes morimur, &c. *Eccl.* 3. Omnia pergunt ad eumdem locum. *u* Et aquæ omnes in mare convertentur] unde exeunt. *Eccl.* 1. Omnia flumina intrant in mare, &c. *x* Omne munus] ideſt, omnis quæſtus per avaritiam collectus, vel omnis fructus acceptorum munerum. *y* Et iniquitas] mundanæ, vel carnalis concupiſcentiæ. *y* Delebitur] ideſt, ceſſabit, & tranſibit, & annihilabitur, 1. *Joan.* 2. Tranſit mundus, & concupiſcentia ejus. Vel ſic. *x* Omne munus, & iniquitas] quaſi omne munus iniquum a corde, ab ore, a manu. *y* Delebitur] ideſt, ceſſabit in futuro, quia non eſt Hypocriſis, vel vanagloria, vel avaritia in inferno, neque in cœlo. *z* Et fides, &c.] ideſt, merces fidei, quæ per dilectionem operatur. Et non eſt contrarium, quod dicitur 1. *Cor.* 13. quod fides, & ſpes evacuabuntur. *a* Subſtantiæ injuſtorum] ideſt bona temporalia, quæ injuſti injuſte poſſident. *b* Sicut fluvius ſiccabuntur, ideſt velociter evaneſcent, *Sap.* 5. Quid nobis profuit ſuperbia, aut divitiarum jactantia quid contulit nobis? Tranſierunt omnia illa ſicut umbra. Vel ſic. *a* Subſtantiæ injuſtorum, &c.] ideſt, ſicut torrens, qui cum impetu fluit in hyeme, & ſiccatur, & deficit in æſtate; ſic divites hujus mundi in præſenti vita abundant; ſed in futura mendicabunt, nec accipient, ſicut patet in divite Epulone, *Luc.* 16. *Pſal.* 75. Dormierunt ſomnum ſuum, &c. Quædam *Gloſſ. ſup. Job* dicit: Quare? Quia nihil poſuerunt in manibus pauperum. *c* Et ſicut tonitruum, &c.] injuſti, ideſt, tumultuabunt. Tonitruum multum perſtrepit; ſed cito in pluvia deficit; ſic pompa divitum modo perſtrepit, ſed cito in pœna ceſſabit, *Prov.* 10. Quaſi tempeſtas tranſiens non erit impius, *Job* 21. Ducunt in bonis dies ſuos, *Iſ.* 25. Spiritus robuſtorum quaſi turbo impellens parietem. *d* In aperiendo manus ſuas] ad accipiendum munera. *e* Lætabitur avarus,] ideſt, gaudet avarus de acceptione munerum, *ſup.* 4. Non ſit manus tua porrecta ad accipiendum, & ad dandum collecta, *Deut.* 16. Non accipies perſonam, nec munera, quia munera excæcant oculos Sapientum, & mutant verba juſtorum. *f* Sic prævaricatores] ideſt, quia prævaricatores illius præcepti: Non concupiſces rem proximi tui, *Exod.* 20. *g* In conſummatione] ideſt, in morte. *h* Tabeſcent] avari omni bono vacui, *Job* 15. Ignis devorabit tabernacula eorum, qui libenter munera accipiunt. *i* Nepotes impiorum] carne, & imitatione. *k* Non multiplicabunt ramos] progeniei ſuæ, ideſt, non diu durabit generatio eorum. Unde *Rab.* Sæpe videmus progeniem impiorum cito deficere, maxime cum filii imitantur iniquitatem patrum. *l* Et radices immundæ] ideſt, mali parentes, ex quibus mali rami filiorum naſcuntur. *m* Super cacumen petræ,] ideſt, poteſtatis alicujus duræ & aridæ. *n* Sonant] ideſt, nimis intonant, & areſcunt, ut radices ſuper petram. Comparatio eſt, quaſi dicat, ſicut radices non firmiter adhærent petræ, ſed areſcendo ſonitum, vel ſtrepitum faciunt; ſic impiorum parentum progenies non firmiter adhærent Chriſto, ſed areſacta a gratia ſtrepitum murmuris, ac rixæ, ac inquietudinis facit. Et ſicut hujuſmodi radices licet germinare incipiant, tamen ad modicum ventum eradicantur; ſic talis progenies licet aliquando bene facere incipiat, ad primum perſecutionis æſtum dejicitur. Unde *Luc.* 8. Hi radices non habent, quia ad tempus credunt, &c. *Sap.* 4. Adulterinæ plantationes non dabunt radices altas.

Aliter.

Δ Super omnem Θ timorem] Dei, vel hominis refrænatur a cupiditate. *a* Cum omni carne] ideſt, contra omnem hominem. *b* Ab homine uſque ad pecus] ideſt, tam contra nobilem, quam contra ignobilem, q. d. cupiditate æſtuans movit certamen, & lites contra omnes homines tam nobiles, quam ignobiles. *c* Et] ideo (ſuper peccatores) hujuſmodi. *d* Septuplum] vindicabitur, ideſt, perfecte. *e* Ad hæc] ideſt, præter hæc, vel inter hæc. *f* Mors] ideſt, moriendi neceſſitas, non ſolum timor mortis, ut prius. *g* Sanguis] ideſt, ſanguinis effuſio. *h* Contentio] diſſenſionis. *i* Et romphæa] perſecutionis. *k* Oppreſſiones] tentationum. *l* Et fames] defectus victualium. *m* Et contritio] dolor cordis. *n* Et flagella] infirmitatum, contumeliarum, & verberum. *o* Super iniquos creata ſunt hæc omnia] quorum quædam creata ſunt bonis, ſed non ſuper eos, imo bene potius ſunt ſuper ea. *q* Et propter illos] ſcilicet, iniquos, ideſt, propter iniquitates eorum. *r* Factus eſt cataclyſmus] ideſt, diluvium generale, maxime propter peccatum contra naturam. Vel cataclyſmus dicit multiplicitatem pœnarum, quas propter peccata inflixit Deus hominibus. Nec mirum, ſi mors, & contritio ſuper iniquos creata ſunt. *ſ* Omnia enim, &c.] ideſt, omnes homines, propter quos omnia facta ſunt. *t* In terram convertentur,] quantum ad corpus, præter Chriſtum, & B. Virginem, ut dicunt. *u* Et aquæ, &c.] ideſt, omnes delectationes in pœnitentiam. Vel per aquas accipitur populus, juxta illud *Apoc.* 17. Aquæ omnes, quas vidiſti, ubi meretrix ſedet, populi ſunt, & Gentes, & linguæ. Per mare amaritudo mortis, quam nullus hominum evitare poteſt. 2. *Reg.* 14. Omnes morimur, &c. *x* Omne munus & iniquitas] ideſt, omne munus inique acquiſitum. *y* Delebitur] quia præterit mundus & omnis concupiſcentia ejus, 1. *Joan.* 2. *z* Et fides in ſæculum ſtabit,] ideſt, merces fidei in æternum manebit, ſcilicet, aperta viſio Dei. *a* Subſtantiæ injuſtorum] ideſt, divitiæ avarorum, qui Deo & proximis, & ipſis divitiis retinendo injuriantur. *b* Sicut fluvius ſiccabuntur,] ideſt, velociter evaneſcent. Præterit enim figura hujus mundi, 1. *Cor.* 7. *c* Sicut, &c.] ideſt, ſicut tonitruum magnum fit, cum ignis in nube aquoſa extinguitur omnino, ita cum Dominus pluet in fine ſuper ignem avaritiæ, extinguentur omnia, delectationes, & concupiſcentiæ, & miſerorum queruloſus gemitus perſonabit, quid profuit nobis ſuperbia, aut divitiarum jactantia quid nobis contulit? *Sap.* 5. *d* In aperiendo manus ſuas] ad recipiendum. *e* Lætabitur] avarus. *f* Sic prævaricatores,] ideſt, mandatorum Dei tranſgreſſores. *g* In conſummatione,] ideſt, fine vitæ. *h* Tabeſcent] avari vacui omnibus bonis, *Pſ.* 75. Dormierunt ſomnum ſuum, &c. *i* Nepotes impiorum non multiplicabunt ramos,] ideſt, malorum generatio cito deficiet, maxime cum filii parentes imitantur. *l* Et radices immundæ] id eſt, cogitationes malæ. *m* Super cacumen petræ ſonant] ideſt, ſuper duritiam obſtinati cordis perſtrepunt.

a Super omnem aquam viriditas] herbæ. *b* Et ad oram fluminis] ideſt, in ripa fluminis. *c* Ante omne fœnum] id
Pſalm. 128. eſt, citius, quam omne fœnum. *d* Evelletur] ideſt, marceſcet evulſa, ſicut fœnum tectorum, quod priuſquam evellatur, exaruit. Hoc eſt dicere, ſicut herba, quæ ſecus flu-
al. † eſcam. men eſt, citius creſcit, & citius evellitur a terra, & areſcit evulſa, ſic impii & eorum progenies cito florent divitiis, deliciis, & honoribus hujus mundi, & ſubito moriuntur, & marceſcunt, *Iſ. 40.* Omnis caro fœnum, & omnis gloria ejus, quaſi flos agri. Exſiccatum eſt fœnum, & cecidit flos. *Jac.* 1.
al. † Fili. Exortus eſt Sol, & areſecit fœnum, & flos ejus decidit: & decor vultus illius deperiit, ita & dives in itineribus ſuis marceſcet.

Aliter. ❡ *a* Super omnem aquam viriditas,] ideſt, temporalis proſperitas eorum, quaſi dicat, velocius tranſit viror temporalis proſperitatis, quam omnis aqua, quæ defluit inceſſanter. *b* Et ad oram fluminis] ideſt; tempore tentationis. *c* Ante fœnum evelletur] viriditas temporalis, ideſt, citius deficiet, quam herba in ripa fluminis evellatur. *e* Gratia, &c.] Secunda pars capituli, in qua agitur de bonis gratiæ, per quæ prædictæ miſeriæ relevantur. Dicit ergo; Gratia Dei ſuperabundans in fidelibus. *f* Sicut paradiſus, &c.] fructificat diverſas ſpecies virtutum, dicit *Gloſſ.* id eſt, ex gratia Dei eſt multiplicatio bonorum operum. *g* Et miſericordia] Dei, vel etiam hominis. *h* In ſæculo permanet] in effectu ſuo. Unde *Matt.* 5. Beati miſericordes, &c. *i* Vita ſibi, &c.] dulcore ſpiritualis lætitiæ, & ſapore æternæ ſuavitatis in futuro. Unde *Pſ.* 96. Lux orta eſt, &c. *Eccl.* 5. Dulcis eſt ſomnus operanti, ſive parum, ſive multum comedat. *k* Et in ea invenies] poſt laborem utilem. *l* Theſaurum] æternæ remunerationis. De quo *Matt.* 6. Theſaurizate vobis theſauros in cœlo. *m* Ædificatio civitatis] ideſt Eccleſiæ, vel operum bonorum conſtructio. *n* Firmabit nomen] bonæ famæ, ideſt, firmum faciet. Multiplicatio enim bonorum operum confirmatio eſt bonæ famæ. *o* Et ſuper hanc] ædificationem. *p* Mulier immaculata computabitur] ideſt, in eminentiori loco hujus ædificationis collocabitur virginitas. Unde *Rab.* in originali dicit: Præcipuum, & ſupremum in meritis Electorum Virginitas habet præmium, quia & Angelis ſociatur in cœlis, & ſequitur Agnum, quocumque ierit. De
Exod. 26. hoc *Apoc* 14. Sic pelles hyacinthinæ in tabernaculo cœlo viciniores rubricatis etiam Martyribus fuerunt. Hoc tamen quæſtionem habet, nec eſt verum ſimpliciter. *q* Vinum] modice ſumptum. *r* Et muſica] ideſt, inſtrumentorum, vel cantuum conſonantia. *ſ* Lætificant cor] naturaliter. Unde *Pſal.* 103. Et vinum lætificat cor hominis.

Myſtice. Myſtice. *q* Vinum,] ideſt, fervor ſcientiæ legis. *r* Et muſica] ideſt, conſonantia Prophetarum. *ſ* Lætificant cor] hominis intelligentiæ ſpiritualis. *t* Et ſuper utraque, &c.] Evangelicæ. Unde *Cant.* 1. dicit Sponſa: Meliora ſunt ubera tua vino, &c. *u* Tibiæ] ideſt Prophetiæ ſubtiles, & longæ, ut tibiæ, remotiſſima promittentes. *x* Et pſalterium] ideſt, lex decem mandata continens. *y* Suavem faciunt melodiam] quia concordant in idipſum lex, & Prophetæ: quod enim lex figuraliter demonſtravit, hoc idem Prophetæ prædixerunt futurum, & hoc idem Evangelium demonſtrat impletum. Unde ſequitur. *z* Et ſuper utraque lingua ſuavis,] ideſt, Chriſti, vel Apoſtolorum prædicatio.

a Gratiam & ſpeciem] ideſt, glorioſam ſpeciem artificialium, quia gratis, ideſt, voluntarie fiunt. *b* Deſiderabit oculus] ideſt, libenter aſpicit, & delectatur in his. *c* Et ſuper hæc virides ſationes] ideſt, prata, vel ſata virentia, quaſi dicat, pulchriora ſunt opera naturæ, quam opera artis, & major eſt delectatio ſenſus.

Myſtice. Myſtice. *a* Gratiam & ſpeciem] ideſt, gratioſam ſpeciem templi, & ceremonialium. *b* Deſiderabit oculus] interior, ideſt, intellectus ad videndum. *c* Et ſuper hæc

a Super omnem † aquam viriditas, *b* & ad oram fluminis *c* ante omne fœnum *d* evelletur. *e* Gratia *f* ſicut paradiſus in benedictionibus, *g* & miſericordia in *h* ſæculo permanet. *i* Vita ſibi ſufficientis operarii conculcabitur, & *k* in ea invenies *l* theſaurum. † *m* Ædificatio civitatis *n* confirmabit nomen, & *o* ſuper hanc *p* mulier immaculata computabitur. *q* Vinum, *r* & muſica *ſ* lætificant cor, *t* & ſuper utraque dilectio Sapientiæ. *u* Tibiæ *x* & pſalterium *y* ſuavem faciunt melodiam; *z* & ſuper utraque lingua ſuavis. *a* Gratiam & ſpeciem *b* deſiderabit oculus tuus, & *c* ſuper hæc virides ſationes. *d* Amicus, & ſodalis in *e* tempore *f* convenientes, *g* & ſuper utroſque mulier cum viro. *h* Fratres in adjutorium *i* in tempore tribulationis, *k* & ſuper eos miſericordia liberabit. *l* Aurum & argentum, & *m* conſtitutio pedum, *n* & ſuper utrumque *o* conſilium beneplacitum. *p* Facultates *q* & † virtutes *r* exaltant cor *ſ* & ſuper hæc *t* timor Domini. *u* Non eſt in timore Domini minoratio, *x* & non eſt in eo inquirere adjutorium. *y* Timor Domini *z* ſicut paradiſus benedictionis: † *a* ſuper omnem gloriam *b* operuerunt illum.

virides ſationes] ideſt, virtutes, quas Chriſtus ſerit in terra cordis humani, vel ſemina ſuæ prædicationis. Major enim in initium delectatio eſt, & pulchritudo in prædicatione Evangelii, & virore bonorum, in quo moderni delectantur, quam in ornatu templi, & veteri cultura legis, quam prior populus ſub lege habuit. *d* Amicus, & ſodalis in tempore] neceſſitatis, ideſt, in omni fortuna. *f* Convenientes,] ideſt, mutuo ſe ſublevantes. *g* Et ſuper utroſque mulier cum viro] ſuo conveniens, q. d. conveniens eſt ſocietas amici, ſodalis veri, ſed convenientior eſt ſocietas mulieris, & viri bene concordantium ſimul. D

Myſtice. *d* Amicus, & ſodalis] ideſt, antiqui Patres. *e* In tempore convenientes] ideſt, adinvicem concordantes, & ſubvenientes. *g* Et ſuper utroſque mulier cum viro] ideſt, Eccleſia cum Chriſto conveniens, q. d. grata fuit, & placida Antiquorum ſocietas; ſed gratior, & convenientior eſt ſocietas Chriſti, & Eccleſiæ. *h* Fratres in adjutorium] ideſt, mutuo ſe juvantes. *i* In tempore tribulationis] ſpiritualis, vel corporalis, ſupple, ſunt accepti, vel utiles. *k* Et ſuper eos miſericordia liberabit] a malo tribulationis, quaſi dicat, magis liberabit] a malo tribulationis miſericordia, quam frater, *Pſ.* 48. Frater non redimit, redimet homo, &c. *l* Aurum & argentum] ideſt, ſtabilitas greſſuum, ſupple, ſunt adjutorium hominum. *n* Et ſuper utrumque] ideſt, Sapientia, ex qua bonum datur conſilium. Vel ſic. *l* Aurum & argentum] ideſt, omnes divitiæ. *m* Et conſtitutio pedum] ideſt, ſanitas corporis, per quam pedes ſtabiles, & ſani conſiſtunt, ſupple ſunt in adjutorium hominum. *n* Et ſuper utrumque] ideſt, divitias, & ſanitates corporales. *o* Conſilium beneplacitum,] ideſt, adimpletio conſilii Domini beneplacens, *Matt.* 19. Si vis perfectus eſſe, &c. quaſi dicat, bonæ ſunt divitiæ, bona eſt ſanitas; ſed paupertas omnia abjiciens, vel ſubjiciens, multo melior eſt. Unde dicit *Gloſſ. Rab.* Divitiæ a Domino in tempore legis roboraverunt corda Antiquorum, quibus dictum eſt: Si volueritis & audieritis me, bona terræ comedetis. *Iſa.* 1. Sed hæc excellit timor Domini, & voluntaria paupertas Eccleſiæ Chriſti, & hæc, & omnes facultates mundi abjicit, *Matt.* 5. Beati pauperes ſpiritu, &c. *p* Facultates,] ideſt, divitiæ, & mundanæ poſſeſſiones. *q* Et virtutes,] ideſt, corporales vires. *r* Exaltant cor] ideſt, per ſuperbiam. Unde *Iſ.* 7. Requievit Syria ſuper Ephraim, ideſt, ſuperbia ſuper divites. Syria, interpretatur ſublimis, & Ephraim fructificans. Ideo monet Apoſtolus, 1. *Tim.* 6. Præcipe divitibus non ſublime ſapere. *ſ* Et ſuper hæc] ideſt, melius, quam hæc. *t* Timor Domini] exaltat cor, quia illa mala exaltatione exaltant cor; timor vero bona exaltatione exaltat, quia humiliat, & merito humilitatis exaltatur cor, *Luc.* 14. Qui ſe humiliat, exaltabitur. Vel. *ſ* Super hæc timor Domini] quaſi repreſſorium comprimens. Unde *ſup.* 25. Timor Domini ſuper omnia ſe ſuperpoſuit. *u* Non eſt in timore Domini minoratio] ideſt, defectus boni, ſed profectus: quia timentibus Deum nihil deeſt. Unde *Pſ.* 33. Inquirentes Dominum non minuentur omni bono. *x* Et non eſt in eo inquirere adjutorium] aliud a timore, quaſi dicat, timor ſibi ſufficiens eſt. Unde *Prov.* 14. Timor Domini fons vitæ, declinet, ideſt, declinare faciat, a ruina mortis. *y* Timor Domini] filialis. *z* Sicut paradiſus benedictionis] ideſt, abundans omnibus bonis; ſicut paradiſus omnibus pomis. *a* Super omnem gloriam] temporalem. *b* Operuerunt illum] Benedictiones Domini, & æterna præmia, quaſi dicat, timentem Dominum circumſtant, & ornant benedictiones Domini, & æterna præmia; pluſquam aliqua gloria temporalis. Sed quia timor Domini otioſus non eſt, Juxta illud *Eccl.* 7. Qui timet Deum, nihil negligit. Ideo ſubjungit Auctor, otium, & pigritiam prohibens.

Myſtice. *al. † virtus.* *al. † &.*

a Fili,

a Fili, in tempore vitæ tuæ] præſentis, ideſt, tibi datæ ad ſerviendum Domino, & promerendum vitam æternam. *b* Ne indigeas.] Conſequens ponit pro antecedente, ideſt, ne otieris, quod ſequitur egeſtas, *Prov.* 10. Egeſtatem operata eſt manus remiſſa, manus autem fortium divitias parat, *Pr.* 21. Cogitationes robuſti ſemper in abundantia: omnis autem piger in egeſtate eſt. Vel ſic. *a* Fili, in tempore vitæ tuæ] ideſt, quamdiu vivis.

b Ne indigeas] per torporem bonis operibus. *c* Melius eſt enim mori] morte corporali. *d* Quam indigere] ſpiritualibus divitiis. Nam hujuſmodi indigentia mors ſpiritualis eſt, quæ tanto gravior, & pernicioſior eſt, quanto anima prævalet corpori. *Gloſſ.* Stultum eſt otiari, & de alieno labore mercedem quærere. Recipit enim unuſquiſque ſecundum opera ſua, *Matt* 16. Unde Poeta dicit: *Miſerum eſt aliena vivere quadra.* *e* Vir reſpiciens in menſam alienam] ideſt, volens ſemper comedere in menſa aliena, & nunquam in ſua, ut mimus, vel ſcurra. *g* Non eſt vita, &c.] ideſt, non cogitat, qualiter de labore ſuo vivat. *h* Alit enim animam ſuam,] ideſt, animalitatem ſuam. *k* Cibis alienis] permanens otioſus. Econtra de forti muliere, *Pr. ult.* Panem otioſa non comedit. Et ideo talibus dare eleemoſynam pauperum, qui poſſunt laborare, peccatum eſt. Unde *Hier.* Hiſtrionibus dare, nihil aliud eſt, quam Dæmonibus ſacrificare. Hoc ad litteram dicitur contra Clericos beneficiatos, qui nihil boni facientes ſemper aluntur de menſa Domini. Quibus Dominus dicit per *Pſalm.* 126. Surgite poſtquam ſederitis, qui manducatis panem doloris.

al. † diſeretus.

al. † conculcabitur.

A

al. † non habet, injuſto.

al. timere.

Fili, *a* in tempore vitæ tuæ *b* ne indigeas. *c* Melius eſt enim mori, quam *d* indigere. *e* Vir *f* reſpiciens in menſam alienam, non *g* eſt vita ejus in cogitatione victus. *h* Alit enim *i* animam ſuam cibis *k* alienis. *l* Vir autem † diſciplinatus *m* & eruditus *n* cuſtodiet ſe. In *o* ore imprudentis † *p* conculcabitur *q* inopia, *r* & in ventre ejus ignis ardebit.

C A P. XLI.

ſ O Mors, quam *t* amara eſt memoria tua *u* homini † injuſto, & *x* pacem *y* habenti in ſubſtantiis ſuis, *z* viro quieto, *a* & cujus viæ directæ ſunt in omnibus, & adhuc valenti accipere cibum! *b* O mors, *c* bonum eſt judicium tuum *d* homini indigenti, *e* & qui minoratur viribus, *f* defecto ætate, *g* & cui de omnibus *h* cura eſt, *i* & incredibili, *k* qui *l* perdit *m* Sapientiam! *n* Noli † metuere judicium mortis,

Myſtice.

Myſtice. *e* Vir reſpiciens in menſam alienam] ideſt, ad doctrinam hæreticam, vel ad temporalem delectationem. *g* Non eſt vita hujus in cogitatione victus] ſpiritualis, ideſt, intelligentia veritatis, qua vivit anima. *h* Alit enim animam ſuam cibis alienis] ideſt, hæreticorum documentis, vel Philoſophorum figmentis, vel mundanis delectationibus. Et de hujuſmodi menſis dicitur *Iſa.* 28. Omnes menſæ repletæ ſunt vomitu, ſordiumque. Vel ſic. *e* Vir] ideſt, aliquis potens operari. *f* Proſpiciens in menſam alienam] ideſt, ad abundantiam aliorum, ſperans ſe orationibus eorum ſalvari, & ideo nolens operari. *g* Non eſt vita, &c.] ideſt, non cogitat, ut de ſuo bono opere vivat. *h* Alit enim] modo per ſtultam confidentiam, ideſt, alendam putat. *i* Animam ſuam cibis alienis,] ideſt, bonis meritis, & precibus aliorum, & ideo eſuriens mendicabit in futuro, dicens cum fatuis virginibus: Date nobis de oleo veſtro, &c. Et dicet eis: Ne forte non ſufficiat, &c. *Matt.* 25. *l* Vir autem diſciplinatus] vita. *m* Et eruditus] ſcientia, ideſt, vir bonus. *n* Cuſtodiet ſe] ne ſit otioſus, dum tempus habet operandi. *o* In ore imprudentis,] ideſt, pigri, & improvidentis ſibi impoſterum. *p* Condulcabitur,] ideſt, commendabitur. Vel, Conculcabitur, ideſt, frequenter verſabitur. *q* Inopia,] ideſt, otium, vel de otio verba. *r* Et in ventre ejus ignis ardebit,] ideſt, fames & ſitis, vel ignis inferni, aut cupiditatis, aut luxuriæ, vel qui talentum ſibi creditum abſcondit, nolens prodeſſe proximo, cum poſſet, tandem doloribus inferni, & ſera pœnitentia æſtuabit, *Prov.* 20. Propter frigus piger arare noluit: mendicabit ergo æſtate, & non dabitur ei.

E X P O S I T I O CAP. XLI.

O Mors, &c.] Hoc capitulum dividitur in quinque partes. Primo oſtendit Auctor, quibus judicium mortis odibile eſt, & quibus amabile. Secundo oſtendit mortem non eſſe metuendam, eo quod inevitabiliter a Deo omnibus infligatur, *ibi*: Noli metuere judicium mortis, &c.] Tertio oſtendit peccatores eſſe abominabiles, comminans eis pœnam æternam, *ibi* (Filii abominationum fiunt filii peccatorum) Quarto oſtendit bonam famam præcellere cunctis theſauris, *ibi* (Curam habe de bono nomine) Quinto & ultimo inſtruit nos, ut a vitiis caveamus, & virtutibus operam demus, ne ſpretis melioribus eligamus pejora, quæ ſequitur confuſio ſempiterna, *ibi*: Diſciplinam in pace, uſque in finem capituli. Conſiderans ergo Auctor, quod econtrario ſicut pauperibus, & mundi contemptoribus gratioſa eſt mors, ita homini injuſto amara. Dicit ergo. *ſ* O mors] corporalis. *t* Quam amara eſt memoria tua] quanto magis præſentia tua. *u* Homini injuſto] contra proximum male acquirendo, male retinendo, male etiam exponendo. Scit enim, quod judicium fiet ſine miſericordia illis, qui non fecerunt miſericordiam, *Jacob* 2. ut patet in divite epulone, *Luc.* 16. Vel (Homini injuſto) ideſt, infideli, qui aliam vitam non ſperat. *x* Et pacem] ideſt, requiem temporalem, quæ pernicioſa eſt. De qua dicit Dominus *Matt.* 10. Nolite arbitrari, quia venerim mittere pacem in terram, &c. Et *Pſal.* 72. Zelavi ſuper iniquos, pacem peccatorum videns. *y* Habentis in ſubſtantiis ſuis,] ideſt, in divitiis, & poſſeſſionibus ſuis, quæ ſunt ſubſtantia ſua, non in Deo. Sicut ille, de quo dicitur *ſup.* 11. Hæc pars mercedis illius in eo, quod dicit, inveni mihi requiem, & nunc manducabo de bonis meis ſolus. Et *Luc.* 12. dicit dives: Anima mea, habes multa bona poſita in annos plurimos, requieſce, comede, bibe, epulare. *z* Viro quieto,] ideſt ab aliis non moleſtato, & otium diligenti. *a* Et cujus viæ directæ, &c.] ideſt, ſano & potenti ad opera gulæ. De quo *Iſa.* 5. Væ qui potentes eſtis ad bibendum vinum, & viri fortes ad miſcendam ebrietatem. Hominibus hujuſmodi non ſolum quies, & ſecuritas ſpiritualis, ſed etiam corporalis mortis cauſa fuit. Unde *Jud.* 8. dicitur: Aſcendens Gedeon per viam eorum, qui in tabernaculis morabantur ad orientalem plagam, Nobe, & Jegabaa, percuſſit caſtra hoſtium, qui ſecuri erant, & nihil adverſi ſuſpicabantur. His quinque generibus hominum amara eſt ipſa memoria mortis, diverſis de cauſis, ideſt, infidelibus, divitibus, otioſis, fortunatis, ſanis. Infidelibus quidem amara eſt memoria mortis, quia de futura vita diffidunt. Divitibus vero, quia divitias ſuas Hiſtrionibus ejiciunt. Otioſis autem, quia de ſuis meritis non confidunt. Fortunatis vero, quia fortunam ſuam cito labi conſpiciunt. Sanis autem, quia infirmari, & mori oportet. Sed his eſt amara memoria mortis. Et aliis eſt dulcis, de quibus dicit. *b* O mors] corporalis. *c* Bonum eſt judicium tuum] quo æqualiter omnibus judicatur. *d* Homini indigenti] terrenis ſubſidiis, ideſt, pauperi. *e* Et qui minoratur viſibus], corporis, ideſt, debili corpore, vel non præſumenti de ſe. *f* Defecto ætate,] ideſt, ei, qui jam præ ſenectute deficit, ſicut Abraham *Gen.* 25. Deficiens Abraham mortuus eſt in ſenectute bona. *g* Et cui de omnibus] mandatis Domini adimplendis, vel proximis adjuvandis. *h* Cura eſt,] ideſt, providentiæ ſollicitudo. Vel, *g* Cui cura eſt de omnibus] neceſſariis vitæ acquirendis, qui ſingulis diebus quærit manibus victum ſuum, tali dulcis eſt mors. Actus mortis dicitur judicium, quia in morte quilibet, vel damnatur, vel ſalvatur deſtructive. *i* Et incredibili] id eſt, ei, qui nec mundo credit, nec mundus ei. *k* Qui,] ideſt, quia ille. *l* Perdit,] ideſt, deſtruit & contemnit, vel amittit. *m* Sapientiam] hujus mundi, quæ ſtultitia eſt apud Deum, 1. *Cor.* 3. Ecce alia quinque genera hominum ponit Auctor, quibus non ſolum memoria, ſed etiam ipſa præſentia mortis ſuavis eſt, & juconda, ſcilicet, pauperibus, fidelibus, ſenibus, laborantibus, inſipientibus. His bonum eſt judicium mortis, quia per ipſam tranſeunt de labore ad requiem, de paupertate ad regnum, de dolore ad gaudium, de utilitate ad gloriam, de morte ad vitam. Breviter autem omnibus bonis bonum eſt judicium mortis. Sancta talibus mors. Quid ſit mors? Mors nihil aliud eſt, quam exitus de carcere, finis exilii, laboris conſummatio, ad portum appulſus, peregrinationis finitio, oneris depoſitio graviſſimi, ideſt, corporis, de furioſo equo deſcenſio, ideſt, de carne, de domo ruinoſa liberatio, omnium ægritudinum terminatio, omnium periculorum evaſio, omnium malorum conſumptio, omnium vinculorum diruptio, debiti naturæ ſolutio, reditus in patriam, ingreſſus ad gloriam. Ideo dicit *Pſal.* 115. Pretioſa in conſpectu Domini mors Sanctorum ejus. Et *Eccl.* 7. Melior eſt dies mortis, quam nativitatis. Et cum talis ſit mors, nulli bono eſt metuenda. Unde ſubdit Auctor. *n* Noli metuere judicium mortis] temporalis, quia qui mortem metuit, quod vivit, perdit idipſum, *Matth.* 10. Nolite timere eos, qui corpus occidunt, &c. *Sen* Illum lauda, illum imitare, qui non timet mori, dum juvat vivere.

Quinque generibus hominum amara eſt memoria mortis.

Quinque generibus hominum bonum eſt judicium mortis.

Quid ſit mors.

a Memento quæ ante te fuerunt,] ideſt, de quo factus es, ſcilicet, de limo, & de nihilo. *b* Et quæ ſuperventura ſunt tibi,] ideſt, ad quid devenies, memento, q. d. memento, quia cinis, &c. Vel ſic. *a* Memento quæ ante te fuerunt] ideſt, coram te in præſenti, ideſt, memento, qualis eſt vita tua præſens. *b* Et quæ ſupervenient tibi,] ideſt, qualis erit vita tua præſens. *b* Et quæ ſuperventura ſunt
B tibi, ideſt, qualis erit vita futura, q. d. Auctor, conſidera ingreſſum tuum, quam immundus fuit: progreſſum tuum, quam laborioſus: egreſſum tuum, quam periculoſus. Nativiſas enim hominis immunda eſt, vita laborioſa, mors periculoſa. Unde nativitas plena eſt pudore, vita dolore, mors timore. Unde B. *Bern.* Recole, homo, unde venis, & erubeſce, ubi ſis, & ingemiſce, quo vadis, & contremiſce. Vel ſic. *a* Memento, quæ ante te fuerunt] in aliis, ideſt, reſpice ad exempla priorum. *b* Et quæ ſuperventura ſunt tibi] hic innumeri dolores, curæ, & ſolicitudines; in futuro mors, & pœnæ æternæ, *ſupr.* 14. Memor eſto, quoniam non tardabit mors. *c* Hoc judicium] mortis temporalis. *d* A Domino] eſt (omni carni) ideſt, omni homini. Unde *ſup.* 9. Communionem mortis ſcito. Sed contra, *Sap.* 1. Deus mortem non fecit. Sol. Deus mortem non fecit, ideſt, cauſam mortis, ideſt, peccatum, ſed homo. Stip. ndia enim peccati mors, *Rom.* 6. *e* Et quæ ſupervenieat, &c.] memento, ſupple. *f* Sive decem, &c.] q. d. Memento, quod anni, qui ſuperventuri ſunt tibi, ſunt in beneplacito Dei, ſive pauci, ſive multi ſint; & ideo non eſt timenda mors, quæ non venit, niſi ex beneplacito Dei. Cur autem numeros iſtos potius ponat, quam alios, planum eſt, quia per illos tangit tres ſtatus hominum, ideſt, incipientes, proficientes, perfectos, Denarius enim ad incipientes pertinet propter Decalogum. Centenarius ad proficientes propter ſenſuum cuſtodiam. Millenarius ad perfectos, quia ultimus numerus eſt. Et ita innuit Auctor, quod mors & vita omnium hominum in Dei voluntate eſt. Et quia nullis timenda eſt mors, & quod nullus evadet mortem. Unde *Pſal.* 88. Quis eſt homo, qui vivet, & non videbis mortem? Et revera memoranda eſt mors, quotquot anni ſuperventuri ſunt. *g* Non eſt, &c.] ideſt, non poteſt aliquis in inferno accuſare Deum de brevitate vitæ, dicens: Si vixiſſem amplius emendaſſem; quia quantumcumque parva fuerit vita tua, potuiſti emendare te, & cavere a peccato, ſi voluiſſes. Vel. *b* Accuſatio vitæ,] ideſt, confeſſio peccatorum. *g* Non eſt in inferno,] ideſt, non prodeſt. Unde *Pſal.* 6. In inferno autem quis confitebitur tibi? *i* Filii, abominationem, &c.] ideſt, filii, qui patres impios imitantur in malum, fiunt abominabiles Deo, & hominibus, *Prov.* 29. Abominantur Juſti virum impium. *k* Et qui converſantur, &c.] ideſt, & illi fiunt abominabiles, qui cum ipſis converſantur. Quia ut dicit *Sen.* Ex convictu formantur mores, 1. *Cor.* 15. Corrumpunt bonos mores, &c. Et *Pſ.* 17. Cum ſancto ſanctus eris, &c. *Sen.* Sapiens videbit, ubi victurus ſit, & cum quibus, & quomodo, & quid acturus cogitat ſemper, & qualis vita, non quanta. *l* Filiorum peccatorum] imitatione. *m* Periet hæreditas,] quia hæreditas, ad quam feſtinatur in principio, in noviſſimo benedictione carebit, *Prov.* 20. *n* Et cum ſemine illorum] ideſt, cum filiis impiorum patrum. *a* Aſſiduitas opprobrii] manebit, quia ſemper dicetur: ille fuit filius uſurarii, vel raptoris, vel furis, vel hujuſmodi. Vel (Aſſiduitas opprobrii) ideſt, opprobrium ſempiternum, quod aſſidue, ideſt, ſine intermiſſione torquebit. *p* De patre impio quæruntur] ideſt, conqueruntur (filii) *r* Quoniam propter illum] quem male imitati ſunt. *ſ* Sunt in opprobrio] temporali, vel ſempiterno, *Sap.* 4. Ex iniquis omnes filii, qui naſcentur, teſtes ſunt nequitiæ adverſus parentes in interrogatione ſua, ideſt, in die judicii, quando interrogabuntur a Domino de reddenda ratione.

a Memento, quæ ante te fuerunt, *b* & quæ ſuperventura ſunt tibi: *c* hoc judicium *d* a Domino omni carni, & *e* quæ ſupervenient tibi in beneplacito Altiſſimi: *f* ſive decem, ſive centum, ſive mille anni. *g* Non eſt enim in inferno *h* accuſatio vitæ. Filii *i* abominationum ſunt filii peccatorum, *k* & qui converſantur ſecus domos impiorum. *l* Filiorum peccatorum *m* periet hæreditas, *n* & cum ſemine illorum *o* aſſiduitas opprobrii. *p* De patre impio *q* quæruntur filii, *r* quoniam propter illum *ſ* ſunt in opprobrio. Væ *t* vobis, viri impii, qui dereliquiſtis legem Domini Altiſſimi. Et ſi *u* nati fueritis, in *x* maledictione naſcemini, & ſi *y* mortui fueritis, in *z* maledictione erit pars veſtra. *a* Omnia, quæ de terra ſunt, in *b* terram convertentur, ſic impii a *c* maledictione in *d* perditionem. *e* Luctus hominum in *f* corpore ipſorum; *g* nomen autem impiorum delebitur. *h* Curam habe de bono nomine: *i* hoc enim magis permanebit tibi, quam *k* mille theſauri magni, & pretioſi. *l* Bonæ vitæ numerus dierum: *m* bonum autem nomen *n* permanebit in ævum. *o* Diſciplinam in *p* pace *q* conſervate, *r* filii.

Myſtice. *p* De patre iniquo] ideſt, Diabolo, vel illo, qui de mala voluntate gignit mala opera. *q* Quæruntur filii] ideſt opera, ideſt, illum accuſabunt in die judicii. *r* Quoniam propter illum ſunt in opprobrio] infamationis, & improperii, & odii, quia tam ille, quam illi a Domino odiuntur, *Sap.* 14. Similiter odio ſunt impius, & impietas ejus. Vel aliter. *p* De patre impio quæruntur filii] ideſt, de malo Magiſtro, vel Prælato conqueruntur Diſcipuli, vel ſubditi ejus, doctrina, vel exemplo ejus in peccatis geniti. *r* Quoniam propter illum ſunt in opprobrio ſempiterno. *t* Væ vobis viri, &c.] per inobedientiam. *u* Et ſi nati fueritis] mundo, *x* In maledictione] pœnæ (naſcemini) Naſcitur enim omnis homo ad laborem, *Job* 5. Et concipitur in peccato, ſicut dicit *Pſal.* 50. Ecce enim in iniquitatibus conceptus ſum, &c. *y* Et ſi mortui fueritis] non renati per gratiam baptiſmalem, vel pœnitentialem. *z* In maledictione erit pars veſtra] quia dicetur eis: Ite maledicti, &c. *Matt.* 25. quaſi dicat Auctor: Viri impii & naſcuntur in maledictione, & moriuntur in maledictione. *Hier.* Toties ex diabolo naſcimur, quoties peccamus. *a* Omnia enim quæ de terra ſunt] condita, vel plaſmata. *b* In terram convertentur] naturaliter. *c* Sic impii a maledictione] culpæ. *d* In perditionem] penæ æternæ convertentur. Et reſpondet ſuperioribus, ubi de morte temporali diſputatum eſt, quia ſicut homo de terra creatus, pro peccato originali in terram redit, quamvis in incorruptione ſurrecturus, ſic impii pro peccatis ſuis maledicti in æternam perditionem cum corpore, & anima ibunt. *e* Luctus hominum] re, & nomine, ideſt, bene utentium ratione. *f* In corpore ipſorum eſt, ideſt, quamdiu ſunt in corpore iſto mortali ſunt in luctu triplici. Pro incolatu præſentis miſeriæ, pro dilatione patriæ, pro culpa divinæ offenſæ, *Matt.* 5. Beati, qui lugent, *Apoc.* 21. Abſterget Deus, &c. Felices lacrymæ, quæ pia manu Conditoris promerentur abſtergi. *g* Nomen autem impiorum delebitur] de libro vitæ, vel de mundo, quia cito tradetur oblivioni. *Prov.* 10. Memoria Juſti cum laudibus, & nomen impiorum putreſcet, *Jer.* 17. Domine, omnes qui te derelinquunt, confundentur; recedentes a te in terra ſcribentur. *h* Curam habe de bono nomine] ideſt, de re boni nominis, ut bene, & religioſe vivas. Sic enim acquiritur bonum nomen, de quo *Prov.* 22. Melius eſt nomen, quam divitiæ multæ, ſuper aurum enim & argentum gratia bona, *Eccl.* 7. Melius eſt bonum nomen, quam unguenta pretioſa. *i* Hoc enim magis permanebit tibi,] ideſt, res nominis. *k* Quam mille theſauri magni, & pretioſi] ideſt, quam quælibet divitiæ temporales. Merces enim bonæ vitæ, & bonæ famæ, permanebit in æternum; divitiæ vero temporales cum mundo peribunt, *Luc.* 10. Gaudete, & exultate, &c. *l* Bonæ vitæ numerus dierum] erit, ideſt, bene vivens, quando præſentes dies finierint, habebit æternos. Unde *Pſal.* 20. Vitam petiit a te, &c. Bona igitur vita meretur beatam; & ſic de vita tranſitur ad vitam: de vita gratiæ ad vitam gloriæ: de vita bona ad vitam beatam. Vel ſic. (Bonæ vitæ) eſt (numerus dierum) id eſt, bona vita brevis eſt in ſe, & pretioſa apud Deum. Quod enim numeratur, & parum eſt, & finitum, *Job* 14. Braves dies hominis ſunt, &c. Item *Job* 9. Dies mei tranſierunt, quaſi naves poma portantes. *m* Bonum autem nomen,] ideſt, res boni nominis, vel bona fama. *n* Permanebit in ævum,] ideſt, in æternum. Unde *ſup.* 15. Nomine æterno hereditabit illum. Et quia tale nomen per morum compoſitionem acquiritur. Ideo de illa ſubjungit dicens. *o* Diſciplinam,] ideſt, morum ordinatam correctionem. *p* In pace] pectoris. *q* Conſervate,] ideſt, cum aliis ſervate, vel corde, & opere ſervate. *r* Filii] quibus ſervatur hæreditas Patris æterni, *Heb.* 12. Pacem ſequimini cum omnibus, & ſanctimoniam, ſine qua nemo Deum videbit, *Rom.* 12. Si fieri poteſt, quod ex vobis eſt, cum

Myſtice.

Supr. 40. 11. *gen.* 2. & *in Eccleſ.*

C

eſt, cum omnibus hominibus pacem habentes, 2. *Cor.* 13. Pacem habete, & Deus pacis & dilectionis erit vobiſcum. Quia vero ſapienti non ſufficit bene vivere, niſi pro poſſe ſuo ſtudeat alios edocere, ut dicit *Rab.* jam poſtquam bonum nomen, & bonam vitam utilem eſſe prædixit, abſcondentes ſuam ſcientiam reprehendit, dicens.

a Sapientia enim abſcondita, & *b* theſaurus † inviſus, *c* quæ utilitas in utriſque? *d* Melior eſt homo, qui abſcondit ſtultitiam ſuam, quam *e* homo, qui abſcondit ſapientiam ſuam. *f* Verumtamen revertimini in his, quæ procedunt de ore meo. Non *g* eſt bonum omnem irreverentiam obſervare, & non *h* omnia omnibus beneplacent in fide. *i* Erubeſcite a patre & a matre de *k* fornicatione, & *l* a Præſidente, & *m* a Potente de *n* mendacio, *o* a Principe & *p* a Judice de *q* delicto, a *r* Synagoga & *ſ* plebe de *t* iniquitate, a *u* ſocio & amico *x* de injuſtitia, & de *y* loco, in quo habitas, *z* de furto, de *a* veritate Dei & *b* teſtamento, de *c* diſcubitu in panibus, & ab *d* obfuſcatione dati & accepti, a *e* ſalutantibus de ſilentio, a *f* reſpectu mulieris fornicariæ, & ab *g* averſione vultus cognati.

al. † occultus. *Supra* 20.

a Sapientia enim abſcondita,] ſub modio avaritiæ. *b* Et theſaurus inviſus,] id eſt, non viſus. *c* Quæ utilitas in utriſque, quaſi dicat, nulla, imo inutilitas maxima, quia & ſapientia celata perit, & theſaurus abſconditus putreſcit, & proximo, & Deo pariter injuria fit, & etiam ipſi Sapientiæ, quæ quaſi fons ſcaturiens vult ſuper rivos exterius emanare, *Prov* 5. Deriventur fontes tui foras, & in plateis aquas tuas

D

divide. Idcirco autem redarguitur ſervus nequam, qui abſcondit pecuniam Domini ſui in terra, *Matt.* 25. *Prov.* 11. Qui abſcondit frumenta, maledicetur in populis, benedictio autem ſuper caput vendentium. Ideo Joſeph benedictus fuit, quia vendendo frumentum in Ægypto, ementes ſubjugavit Regiæ ſervituti, *Gen.* 47. *Iſa.* 6. Væ mihi, quia tacui, *Prov.* 11. Anima, quæ benedicit, impinguabitur, qui inebriat, ipſe quoque inebriabitur. *d* Melior eſt homo, qui abſcondit ſtultitiam ſuam,] ideſt, vaniloquium & pravam doctrinam devitat. *e* Quam homo, qui abſcondit ſapientiam ſuam,] tempore neceſſitatis. Non enim ſemper neceſſe eſt ſapientiam ſuam monſtrare, quia eſt tempus loquendi & tempus tacendi, dicit *Eccleſ.* 3. Vel ſic. *d* Melior eſt homo, qui abſcondit ſapientiam ſuam,] tacendo.

e Quam homo, qui abſcondit ſtultitiam ſuam,] male vivendo, vel verborum fallaciis involvendo, *ſup.* 4. Non abſcondas ſapientiam tuam in decore tuo, 1. *Cor.* 1. Non miſit me Deus baptizare, ſed evangelizare, non in ſapientia verbi, ut non evacuetur Crux Chriſti. Quoniam vero non poteſt eſſe aliquis bonus Doctor, qui prius non didicit eſſe Diſcipulus, ideo ſubjungit Auctor. *f* Verumtamen revertimini in his, quæ procedunt de ore meo,] quaſi dicat, licet malum dixerim eſſe abſcondere ſapientiam ſuam, tamen prius quam docere præſumatis, diligenter attendite, & addiſcite documenta mea, ut prius ſitis conchæ, quam canales, & Diſcipuli, quam Magiſtri, *Prov.* 18. Qui prius reſpondet, quam audiat, ſtultum ſe eſſe demonſtrat, &c. *ſup.* 11. Prius quam audias, non reſpondeas verbum, *Job* 39. Numquid præbebis equo fortitudinem, aut circumdabis collo ejus hinnitum? *g* Non eſt bonum omnem irreverentiam obſervare,] ideſt, irreverenter ſibi magiſterium uſurpare, quod eſt ſumma reverentia, *Jac.* 3. Nolite plures Magiſtri effici, fratres mei, ſcientes quoniam majus judicium ſumitis, quaſi dicat, bonum eſt ſervare reverentiam, & in docendo, & in diſcendo. In docendo ſervatur reverentia, cum quis opere monſtrat, quod ore prædicat. In diſcendo vero ſervatur, cum Doctor pacifice auditur, & doctrina ejus opere adimpletur. Non tamen omnibus Magiſtris adhibenda eſt fides æqualiter ab omnibus, quia quæ aliis proficiunt, aliis officiunt. Unde ſubdit. *h* Et non omnia omnibus beneplacent in fide,] ideſt, licet fideli exhortatione, vel fideliter dicantur. Unde pro diverſitate perſonarum varianda ſunt genera exhortationum, *Greg. in Morali*. Panis, qui fortium robur conſolidat, parvulos enecat, & herba, quæ uni morbo vires ſupprimit, alii vires jungit, & ſibilus equos mitigat, qui canes inſtigat.

i Erubeſcite a patre, & matre] tam naturali, quam ſpirituali. *k* De fornicatione,] tam corporali quam ſpirituali, quaſi dicat; propter reverentiam patris & matris, & maxime ipſis ſcientibus nolite fornicari. *l* Et a præſidente,] ideſt, a Prælato, vel Confeſſore.

m Et a Potente,] ideſt, a Deo.

n De mendacio,] ideſt, ne coram illis mentiamini. Vel ſic. *l* A Præſidente,] ideſt, a Deo omnia vidente, & ideo teſte. *m* Et a Potente,] ideſt, a Deo omnia potente, & ideo Judice. *n* De mendacio;] promiſſionis in Baptiſmo factæ, *Jer.* 29. Ego Judex & teſtis, dicit Dominus. *o* A Principe,] ideſt, a Chriſto homine in primo Adventu. *p* Et a Judice,] ideſt, a Chriſto homine in ſecundo Adventu. *q* De delicto,] omiſſionis, quaſi dicat, cavete, ne peccetis coram Chriſto, qui omnia videt, & omnia judicabit, vel tranſgrediendo, vel omittendo. *r* A Synagoga,] ideſt, a collectione Angelorum. *ſ* Et plebe,] Sanctorum. *t* De Iniquitate,] facta, vel facienda, vel ab offenſa eorum cavete. Vel. *r* A Sinagoga,] peccantium. *ſ* Et plebe,] Juſtorum, ideſt, a præſentia omnium erubeſcite. *t* De iniquitate,] facta, vel facienda, *ſup.* 3. Non pecces in multitudine civitatis. *u* A ſocio & amico,] erubeſcite. *x* De injuſtitia,] facienda, ideſt, cavete, ne agatis injuſte cum illis, vel cavete ab offenſa eorum, ne poſſitis argui de injuſtitia. *y* Et de loco, in quo habitas,] ideſt, de Eccleſia, vel de clauſtro, vel de ſcholis, cave, ne te ipſum polluas, vel cohabitantes ne offendas morum inhoneſtate, vel vitæ ſingularitate. *z* De furto,] faciendo, cave. Vel ſic. *y* De loco, in quo habitas, de furto,] cave, ideſt, ne furtum facias, vel fieri ſuſtineas in loco, ubi habitas: Sicut legitur *Tob.* 2. Dixiſſe uxori ſuæ, cum vocem hædi balantis audiſſet: Videte, ne forte furtivus ſit; ſed reddite eum dominis ſuis: quia non licet nobis edere ex furto, aut aliquid contingere. *a* De veritate Dei,] non cuſtodita, vel violata, erubeſcite, ſupple. Veritas Dei dicitur veritas fidei, qua Deus colitur, vel veritas vitæ, veritas juſtitiæ, veritas doctrinæ, quam violare erubeſcibile eſt. Unde *Pſalm.* 11. Salvum me fac, Domine, quoniam defecit Sanctus, quoniam diminutæ ſunt veritates a filiis hominum. *b* Et teſtamento,] ideſt, lege Dei, vel pacto non cuſtodito, erubeſcite. Vel ſic: De veritate Dei, & teſtamento, ideſt, de veritate teſtamenti Dei non ſervata, erubeſcite, vel de non violando cavete. *c* De diſcubitu in panibus,] ideſt, in conviviis, quaſi dicat, cavete, ne ſitis irreverentes, & infruniti in conviviis, cum ſederis ad menſam propriam, vel alienam. Vel erubeſcite de diſcubitu in panibus, ideſt, de varietate panum in menſa, maxime cum alii indigeant, quaſi dicat, uno genere panis ſitis contenti. Vel melius: Cavete; de diſcubitu in panibus,] ideſt, ne ad menſam alienam invitati, primum locum accipiatis, quaſi dicat, cauti ſitis in tenendo locum in conviviis, *Luc.* 15. Cum invitatus fueris ad nuptias, &c. *d* Et ab obfuſcatione dati & accepti,] ideſt, cavete, ne obfuſcetis, vel erubeſcite obfuſcare datum, vel acceptum. Datum ſuum obfuſcat, qui, quod dat, improperat, vel extollit, vel augmentat: qui de accepto beneficio eſt ingratus, vel illud diminuit, *Gen.* 33. Si inveni gratiam in oculis tuis, accipe munuſculum de manibus meis, dixit Jacob ad Eſau. *Seneca*, Lex beneficii eſt inter duos, quod alter ſtatim oblivisci debet dati, alter memor eſſe accepti, *ſup.* 20. Datus inſipientis non erit utilis tibi: pauca dabit & multa improperabit. Vel poteſt dici, quod triſtitia datum obfuſcat. Unde *ſupra* 35. In omni dato hilarem fac vultum tuum. Acceptum vero obfuſcat Ingratitudo, vel vilipenſio.

e A ſalutantibus de ſilentio,] erubeſcite, vel cavete. Salutantes enim non reſalutare, ſignum eſt odii, & nimiæ ſuperbiæ. Unde Poeta: *Saluta libenter*, *ſupra* 22. Amicum ſalutare non confunderis. Contrarium tamen videtur præcipere Dominus, *Luc.* 10. Neminem per viam ſalutaveritis. Et 4. *Reg.* 4. dixit Eliſæus ad Giezi: Si occurrerit tibi homo, non ſalutes eum: & ſi ſalutaverit te, non reſpondeas ei. Libenter ſalutare, & ſalutantes reſalutare bonum eſt. Et hoc monet hic Auctor. Sed curioſitas, vel prolixitas ſalutationis, quæ effectum itineris impedit, hæc mala eſt. Et hanc prohibet tam Dominus, quam Eliſæus. Unde *Matth.* 11. dicit Dominus: intrantes domum ſalutate eam, dicentes: Pax huic domui.

f A reſpectu mulieris fornicariæ,] erubeſcite, vel cavete: quia dicit *Greg.* Non licet intueri, quod non licet concupiſci, *ſupra* 9. Virginem ne concupiſcas, ne forte ſcandalizeris in decore illius. *Job. trigeſimoprimo*, Pepigi fœdus cum oculis meis, &c. *g* Et ab averſione

vultus

Digitized by Google

vultus cognati,] erubeſcite, vel cavete, quaſi cavete, ſi cognatus tuus pauper eſt, vel infirmus, non debes avertere faciem tuam ab eo. Nam ut dicit Apoſtolus 1. *Tim.* 5. Si quis autem ſuorum, & maxime domeſticorum curam non habet, fidem negavit, & eſt infideli deterior. Et non ſolum conſanguineis pauperibus compatiendum eſt, & condeſcendendum; ſed omnibus indigentibus. Unde ſequitur. *a* Ne avertas faciem tuam a proximo tuo,] ideſt, a quocumque homine indigenti, indignando, vel contemnendo eum, quia pauper eſt, vel non communicando ei, quo indiget. *Tob.* 4. Noli avertere faciem tuam ab ullo paupere; ita enim fiet, ut nec a te avertatur facies Domini. *Joan.* 3. Qui habuerit ſubſtantiam hujus mundi, & viderit fratrem ſuum neceſſe habere, & clauſerit viſcera ſua ab eo, quomodo charitas Dei manet in eo? *ſup.* 4. Fili, alcemoſynam pauperis ne defraudes, & oculos tuos ne tranſvertas a paupere. Ibi invenies de hac materia. *b* Et ab auferendo partem, & non reſtituendo, erubeſce, vel cave, quaſi dicat, erubeſces, ſi auſers aliquid alicui, & non reſtituis. Et prohibet hic Auctor cupiditatem, & avaritiam. auferre enim cupiditatis eſt, non reſtituere, avaritiæ. *c* Ne reſpicias mulierem alicui viri,] ne forte capiaris in ſpecie vultus illius, ut David in Berſabee, 2. *Reg.* 11. Et Holofernes in Judith. *Judith.* 10. Unde *ſup.* 9. Propter ſpeciem mulieris multi perierunt, & ex hoc concupiſcentia quaſi ignis exardeſcit. *e* Et ne ſcruteris ancillam ejus,] inquirendo de domina ſua, qualis ſit, & qualiter vivat. *f* Neque ſteteris ad lectum ejus,] Dominæ, vel ancillæ, ut Aman ad lectum Eſther Reginæ, *Eſth.* 7.

al. † cave.

al. † Altiſſimi.

Myſtice, exponit *Gloſſ.* Ne reſpicias, admirando. *d* Mulierem alicui viri,] ideſt, doctrinam, vel eloquentiam hæretici, qui alienus eſt a fide, vel religione. *e* Et ne ſcruteris ancillam ejus,] ſcilicet, viri, ſimplex relatio, ideſt, cupiditatem carnalem, quæ debet ſubeſſe ſpiritui. Hanc non debet quis perſcrutari; & ſuggeſtionibus ejus ſubjici. *f* Neque ſteteris ad lectum ejus,] ideſt, ne moram feceris inſtando delectationi. *g* Ab amicis de ſermonibus improperii] erubeſce, vel cave. *h* Et cum dederis,] aliquid alicui. *s* Ne improperes,] illud, imitando Dominum, qui dat affluenter, & non improperat. *Jac.* 5.

Myſtice.

Ne *a* avertas faciem tuam a proximo tuo, & ab *b* auferendo partem & non reſtituendo. *c* Ne reſpicias *d* mulierem alieni viri, & *e* ne ſcruteris ancillam ejus, *f* neque ſteteris ad lectum ejus. † Ab *g* amicis de ſermonibus improperii, & cum *h* dederis, *s* ne improperes.

CAP. XLII.

NOn *k* duplices *l* ſermonem auditus de *m* revelatione ſermonis abſconditi, & *n* eris vere *o* ſine confuſione: & *p* invenies gratiam in conſpectu omnium hominum. *q* Ne pro his omnibus *r* confundaris, & *ſ* ne accipias perſonam, ut delinquas. De *t* lege Altiſſimi, & *u* teſtamento, & *x* de judicio † juſtificare impium, de *y* verbo ſociorum & viatorum, & de *z* datione hæreditatis

EXPOSITIO CAP. XLII.

NOn duplices, &c.] In præcedenti capitulo egit Auctor de judicio futuro & punitione peccatorum. In hoc autem agit de præparatione hominis ad futurum judicium ſecurius audiendum. Dividitur autem hoc capitulum in tres partes. In prima agit Auctor de juſtitia ad proximum conſervanda, & injuſtitia cavenda. In ſecunda de ſobrietate ad ſeipſum tenenda, & luxuria fugienda, *ibi*: (Filia patris, &c.) in tertia de pietate ad Deum, & gratiarum actione, *ibi*: (Memor ero igitur operum Domini.) Et quia per verbum facilius, & ſæpius peccatur contra proximum, ideo a judicio verbi incipit, dicens. *k* Non duplices ſermonem auditus de revelatione, &c.] ideſt, audiviſti ſermonem aliquem revelari, qui debet abſcondi, vel quia ſecretum eſt, vel quia malum, non narres aliis, *ſupr.* 19. Audiſti verbum adverſus proximum tuum, commoriatur in te, fidens quoniam non te dirumpet. *Item* 27. Qui denudat arcana amici, fidem perdit. Vel ſic. *k* Non duplices,] ideſt, alii non reveles. *l* Sermonem auditus,] ideſt, ſermonem, quem audiſti de alio, vel de teipſo. Pia enim mens non recolit mala audita ſive de ſe, ſive de alio. *m* De revelatione, &c.] ſcilicet ſecreti, erubeſce, vel cave, ſupple. *n* Et eris, &c.] verecundiæ. *p* Et invenies gratiam, &c.] qui modeſtiam linguæ tuæ noverunt. Modeſtia enim linguæ & Deo, & hominibus, & Angelis placet, *Philipp.* 4. Modeſtia veſtra nota ſit omnibus hominibus. Vel aliter. *l* Sermonem auditus,] duplicat, qui mala, quæ audivit, aliis referendo augmentat. Item qui peccatum ſuum excuſando ſe in alium retorquet, ut Adam in Evam, & Eva in ſerpentem *Gen.* 3. De quo dicitur *Prov.* 19. Melior eſt pauper, qui ambulat in ſimplicitate ſua, quam dives torquens labia ſua. Item ſermonem auditus duplicat, qui peccata confeſſa reiterat. Unde *ſupra* 7. Non alliges duplicia peccata, nec enim in uno eris immunis. Et *inf.* Ne iteres verbum tuum in oratione. Item ſermonem auditus duplicat, de cujus filiis bonum, & malum emanat: De quo *Jac.* 3. Numquid fons de eodem foramine emanat dulcem, & amaram aquam?

Myſtice autem prohibet Auctor myſtica verba legis ſermone perverſi dogmatis maculare, ut faciunt hæretici: vel ſimplicis fidei veritatem vertere in errorem, ut faciunt adulterantes verbum Dei, qui per ornatum verborum favorem populi, non honorem Dei, vel utilitatem proximi quærunt. Dicit ergo. *k* Non duplices ſermonem auditus,] ideſt, quem audiviſti. *m* De revelatione, &c.] non facienda. *n* Et eris vere,] in præſenti, & in futuro, quo ad hoc. *o* Sine confuſione,] adducente ignominiam. *p* Et invenies gratiam, &c.] ideſt, gratioſus eris omnibus hominibus. Nihil enim magis gratioſum reddit hominem, quam modeſtia linguæ. *q* Ne pro his omnibus, quæ dixi cavenda, vel dicere propoſui. *r* Confundaris,] in præſenti, confuſione verecundiæ, & in futuro confuſione ignominiæ. *Jer.* 2. Quomodo confunditur fur, quando deprehenditur; ſic confuſæ ſunt domus Iſrael. *ſ* Et ne accipias, &c.] ob perſonæ gratiam, vel odium, judicium pervertendo, vel aliquem, non quia homo, ſed propter divitias, vel aliquid hujuſmodi honorando. Hoc eſt enim accipere perſonam, ut dicit *Greg. in Moral.* hominem non quia homo; ſed propter aliquid, quod circa ipſum eſt honorare. *Prov.* 19. Multi colunt perſonam Potentis, & amici ſunt dona tribuentis. *Deut.* 16. Non accipies perſonam, nec munera. *Prov.* 18. Accipere perſonam impii in judicio non eſt bonum, ut declines a veritate judicii. *Rom.* 2. Non eſt perſonarum acceptio apud Deum. *Act.* 10. In veritate comperi; quia non eſt perſonarum acceptor Deus. *t* De lege Altiſſimi.] Hic incipit clauſula, & ad hæc omnia, quæ ſequuntur, ſubauditur; Ne confundaris, ut dicit *Rab.* Et eſt ſenſus; De lege Altiſſimi, & teſtamento,] ideſt, de tranſgreſſione legis, & violatione pacti cum Deo, ne confundaris, quaſi dicat, ſerva legem Dei, & pactum Baptiſmale. *x* Et de judicio juſtificare impium,] ideſt, ne confundaris de judicio, quaſi dicat, cave, ne in judicio juſtifices impium, ne confundaris, *Prov.* 17. Et qui juſtificat impium, & qui condemnat Juſtum, abominabilis eſt uterque apud Deum. *Ezech.* 13. Vivificabant animas eorum, & violabant me ad populum meum propter pugillum hordei, & fragmen panis, ut interficerent animas, quæ non moriuntur, &c. Vel ſic. Ne confundaris. *t* De lege Altiſſimi] poſtponendo eam legi Juſtiniani. *Iſa.* 5. Abjecerunt legem Domini, &c. ideo iratus eſt furor Domini, &c. Vel, Non confundaris de *u* Teſtamento,] faciendo, ut quidam nolunt condere teſtamentum, etiam inſtante morte, aut præ pudore, aut præ avaritia. Vel, Ne confundaris, [de teſtamento,] hujus mundi nimis amato, vel male adminiſtrato, *ſup.* 14. Teſtamentum hujus mundi morte morietur, ideſt, quælibet firma poſſeſſio, vel quod a parentibus eſt legatum: quia tranſit mundus, & concupiſcentia ejus, 1. *Joan.* 2.

Myſtice.

Vel, Ne confundaris, de lege Altiſſimi, & Teſtamento violato. *Aug.* O mira diſpenſatio, teſtatoris fugiunt hæredes, & intuentur in Cruce latrones. Item ecce ille teſtator bonus, qui teſtamentum conſcripſit ſanus, ut illud confirmaret ſepultus. *Heb.* 9. Ubi teſtamentum eſt, neceſſe eſt, ut mors intercedat teſtatoris: Teſtamentum enim in mortuis confirmatum eſt. In hoc teſtamento ſic confirmato ſeptem legavit Altiſſimus. Pauperibus Regnum cœlorum, mitibus terram viventium, lugentibus conſolationem, eſurientibus juſtitiam & ſatietatem, miſericordibus miſericordiæ conſecutionem, mundis corde Dei viſionem, pacificis Dei filiationem. *Matth.* 5. Et de hoc teſtamento dictum eſt *ſupra* 24. Et teſtamentum Altiſſimi, & agnitio veritatis. *y* De verbo ſociorum & viatorum,] ideſt, ſociorum in via, ne confundaris, ideſt, non loquaris, unde offendantur. Vel, Ne confundaris, (de verbo ſociorum, & viatorum) ideſt, de loquacitate, vel detractione, vel adulatione ſociorum, vel aliquo alio turpi verbo habito in peregrinatione. *z* Et de datione hæreditatis amicorum] ne confundaris, ideſt, de diſtractione hæreditatis pupillorum tibi commiſſorum, quaſi dicat, hæreditatem pupillorum tibi commiſſorum ne

Septem legavit Altiſſimus.

diſtra-

diſtrahas, vel alienes, ne confundaris. Vel. Ne confundaris, [de datione hæreditatis amicorum,] ideſt, quæ pertinet ad amicos tuos, ideſt, ne des aliis hæreditatem, quam debes dare amicis. Contra hoc mandatum facit, qui dat impiis bona Eccleſiaſtica, quæ ſunt bona amicorum, ideſt, Juſtorum, vel qui dat divitibus, quod deberet dare pauperibus amicis Chriſti. *a* De æqualitate, &c.] non ſervata, non confundaris, q. d. ſerva æqualitatem ponderis & ſtateræ, ne confundaris. *Deut.* 25. Non habebis in ſacculo tuo diverſa pondera majus & minus: nec erit in domo tua modius major & minor, *Prov.* 20. Pondus & pondus, menſura & menſura, utrumque abominabile eſt apud Deum. *Oſee* 12. Chanaam, in manus ejus ſtatera doloſa. Chanaam interpretatur commutatio. Tunc Chanaam in manu ſua ſtateram doloſam habet, quando quis Eccleſiam ſuam in pinguiorem commutat, vel quando Prælatus honorem dignitatis appetit, & onus prælationis abjicit. *Gloſſ. Rab.* Quantum hypocriſis & dolus Domino diſpliceat, oſtenditur his verbis. [De æquitate, &c.] Unde *Prov.* 11. Statera doloſa abominatio eſt apud Deum, & pondus æquum voluntas ejus. Qui autem aliter curam, vel cauſam pauperis, quam potentis librat, vel ſua errata leviora putat, quam aliorum: vel qui imponit in humeris hominum onera gravia & importabilia; digito autem ſuo non vult ea movere, ut dicitur *Matt.* 23. Vel qui bona in publico, mala autem in occulto agit: talis habet ſtateram doloſam, & abominabilis eſt apud Deum. *b* De acquiſitione, &c.] ideſt, injuſte acquiſitorum, ne confundaris quod nihil injuſte acquiras, vel acquiſitum retineas, ſive parum, ſive multum confundaris, *ſup.* 5. Noli attendere ad poſſeſſiones iniquas. *c* De corruptione, &c.] ne confundaris, ideſt, de peccato facto in emptione & venditione. *Hier.* Difficile eſt inter venditoris, emptoriſque commercium non intervenire peccatum: quia emptor rem emendam, quantum poteſt, vilificat etiam contra conſcientiam, *Prov.* 20. Malum eſt, malum eſt, dicit omnis emptor, & cum receſſerit, tunc gloriabitur. Venditor autem rem vendendam, quantum poteſt, approbat: & ſi quid mali eſt, celat. *Seneca*, mangones quidquid eſt quod diſpliceat, aliquo lenocinio abſcondunt. Uterque vero tam emptor, quam venditor & negligentia & mendacio notatur *ſup.* 26. Difficile exuitur negotians a negligentia: & non juſtificabitur caupo a peccatis labiorum. *d* Et de multa,] ideſt, immoderata, [diſciplina filiorum.] Ne confundaris, q. d. noli eſſe nimis durus in diſciplinandis filiis, vel ſubditis. *Eccl.* 7. Noli eſſe juſtus multum, neque plus ſapias, quam neceſſe eſt. *e* Et ſervo peſſimo, &c.] ideſt, uſque ad ſanguinem verberare ne confundaris. Servus peſſimus eſt, qui verbis & exemplis erudiri non poteſt. Et talis verberibus & flagellis coercendus eſt, *ſap.* 33. Servo malevolo tortura & compedes. *f* Super mulierem nequam] ideſt, vagam & luxurioſam. *g* Bonum eſt ſignum,] ideſt, utilis eſt cuſtodia ſignata, quaſi dicat, bonum eſt cuſtodire firmiter mulierem nequam, *ſup.* 7. Filiæ tibi ſunt, ſerva corpus illarum, *inf. eod.* Super filiam luxurioſam confirma cuſtodiam. Vel ſic. Super mulierem nequam bonum eſt ſignum,] ideſt, mulier nequam bonum ſignum quandoque prætendit, licet mala ſit; ideo non confundaris corripere, vel cuſtodire eam. Vel ſic lege. *e* Servo peſſimo latus ſanguinare ſuper mulierem nequam,] ideſt, juxta mulierem ſive uxorem malam. *g* Bonum eſt ſignum,] ſicut juxta leonem bonum eſt verberare catulum. Viſa enim diſciplina ſervi; quandoque corrigitur uxor, vel ad minus pertimeſcit. *Prov.* 19. Peſtilente flagellato ſtultus ſapientior erit. Poteſt etiam ſic legi. Latus ſanguinare ſuper mulierem nequam bonum eſt ſignum, ideſt, nequam mulierem verberare uſque ad ſanguinem, bonum eſt. *h* Ubi manus multæ ſunt,] ideſt, homines, qui libenter caderent. *i* Claude,] cellaria tua, & alia hujuſmodi ne forte lateat fur in multitudine, vel ne opportunitas det occaſionem furandi. *k* Et quodcumque trades,] alii mutuo vel in depoſito. *l* Numera & appende,] ut ſcias quid, vel quantum repetere debeas, ne per injuſtitiam plus petendi tota ſumma debiti evacuetur.

amicorum, de *a* æqualitate ſtateræ & ponderum, de *b* acquiſitione multorum & paucorum, de *c* corruptione emptionis & negotiatorum, & de *d* multa diſciplina filiorum & *e* ſervo peſſimo latus ſanguinare *f* ſuper mulierem nequam *g* bonum eſt ſignum. Ubi *h* manus multæ ſunt *i* claude: *k* & quodcumque trades *l* numera & appende: *m* datum vero & acceptum omne deſcribe. *n* De diſciplina inſenſati & fatui, & de *o* ſenioribus qui judicantur ab adoleſcentibus; *p* & eris eruditus in omnibus, & *q* probabilis in *r* conſpectu omnium virorum. *ſ* Filia patris abſcondita eſt *t* vigilia, & *u* ſollicitudo ejus *x* aufert ſomnum, *y* ne forte in adoleſcentia ſua *z* adultera *a* efficiatur, & cum *b* viro commorata *c* odibilis fiat, *d* nequando *e* polluatur in *f* virginitate ſua, & in *g* paternis ſuis *h* gravida *i* inveniatur, ne *k* forte cum viro commorata tranſgrediatur, A viri ſui. Aut certe

Myſtice, admonet Doctores & Prædicatores, ubi diverſæ ſunt voluntates ſpirituali lucro inhiantes, caute eſſe diſpenſandum verbum. Alii, enim tentandi, alii diſcendi voto quærunt verbum: ſed non omnia omnibus conveniunt. *m* Datum vero] alii, [& acceptum] ab alio, [omne deſcribe,] in ſcriptis redige, vel in tabulis cordis reconde. *Sen.* Lex beneficii, eſt quod alter ſtatim oblviſci debet dati: alter debet eſſe memor accepti. *n* De diſciplina inſenſati, & fatui,] non confundaris conſentiendo eis, vel docendo recalcitrantes ipſi, vel corripiendo ipſos: quia tales non recipiunt diſciplinam. Inſenſatum dicit, qui nihil intelligit, fatuum qui nihil ſapit, & talis indocibilis, & incorrigibilis eſt omnino. *Prov.* 9. Qui erudit derſorem, ipſe injuriam ſibi facit, & qui impium, ſibi maculam generat. *o* Et de ſenioribus, qui judicantur ab adoleſcentibus,] non confundaris, detrahendo, & deridendo eos, *ſup.* 8. Non ſpernas hominem in ſua ſenectute, etenim ex nobis ſeneſcunt. *Job.* 12 Deridetur Juſti ſimplicitas: Sed non impune, 4. *Reg.* 2. Quadraginta duo pueri deriſerunt Eliſæum, dicentes: Aſcende calve, aſcende calve: & duo urſi devoraverunt eos. *p* Et eris eruditus in omnibus,] quæ pertinent ad morum diſciplinam, his, quæ dicta ſunt, impletis. *q* Et probabilis,] ideſt, commendabilis. *r* In conſpectu omnium virorum,] quaſi dicat, qui congrua diſciplina unumquemque arguit, eruditum & probabilem Doctorem in conſpectu Sanctorum ſe oſtendit. Nec eſt deſpicienda in doctore nimium juvenilis ætas, quam vita, & diſcretio commendat, ſicut dicit Apoſtolus, 1. *Tim.* 4. Nemo adoleſcentiam tuam contemnat; ſed exemplum eſto fidelium. *ſ* Filia patris abſcondita, eſt vigilia,] ideſt, cauſa vigiliæ ipſi. *u* Et ſollicitudo ejus,] quam habet de ipſa cuſtodienda. *x* Aufert ſomnum,] ab eo. *y* Ne forte in adoleſcentia ſua adultera efficiatur.] Unde *ſup.* 7. Filiæ tibi ſunt, ſerva corpus illarum. *Item* 26. In filia non avertente ſe, &c. *b* Et cum viro commorata odibilis fiat,] ei, ſi non inveniatur virgo, vel ſi fiat adultera. *d* Nequando,] ideſt, aliquando. *e* Polluatur,] ideſt, corrumpatur. *f* In virginitate ſua,] per mentis concupiſcentiam. *g* Et in paternis ſuis,] ideſt, dum eſt in cuſtodia & domo patris. *h* Gravida,] ideſt, prægnans. *i* Inveniatur,] ideſt, appareat utero tumeſcente, & partu appropinquante. Et item ſollicitudo ejus aufert ſomnum. *k* Ne forte cum viro commorata tranſgrediatur,] lectum viri ſui.

Myſtice. Myſtice. [*ſ* Filia patris abſcondita,] fidelis anima, Chriſti filia, fide integra. Et hæc cuſtodienda eſt. Unde *Prov.* 4. Omni cuſtodia ſerva cor tuum. Ibi invenies de hoc. Item Eccleſia Prælato tradita, de qua 2. *Cor* 11. Deſpondi vos uni viro, &c. Hæc filia vigilanter, & ſollicite debet cuſtodiri, ne ſub regimine tuo fiat errore gravida, peccato polluta, inobediens mandatis, ſterilis in operibus bonis. Dicit ergo. [*ſ* Filia patris abſcondita,] ideſt, fidelis anima, vel Eccleſia, quæ debet abſcondi mundo, ne male concupiſcat. *t* Eſt vigilia] patris ſui, ideſt, eſſe debet. *u* Sollicitudo ejus,] ideſt, patris de illa cuſtodienda. *x* Aufert ſomnum,] corporis, vel otii, vel carnalis voluptatis, abundæ etiam contemplationis, *Prov.* 6 Diſcurre, feſtina, ſuſcita amicum tuum, ne dederis ſomnum oculis tuis, nec dormitent palpebræ tuæ. *y* Ne forte in adoleſcentia ſua,] ideſt, in hac præſenti vita, in qua adoleſcere, ideſt, creſcere poteſt in merito. *z* Adultera,] a Sponſo ſuo Chriſto. *a* Efficiatur,] adulterans cum Diabolo per ſuperbiam, vel cum mundo per avaritiam, vel cum carne per luxuriam, vel gulam, *Oſ.* 7. Omnes adulterantes quaſi clibanus ſuccenſus a coquente, *Hier.* Vinum in adoleſcentia duplex incentivum voluptatis. *b* Et cum viro,] ideſt, Chriſto, [commorata,] per fidem, & ſpem. *c* Odibilis fiat,] ſi meretrix fiat. *d* Ne quando polluatur,] peccato. *f* In virginitate ſua,] ideſt, in fidei integritate. *g* Et in paternis ſuis,] ideſt, in thalamis patris,] ideſt, Eccleſia. *h* Gravida inveniatur,] errore, quoad intellectum, vel malo propoſito, quoad affectum. *k* Ne forte cum viro commorata,] ut prius, tranſgrediatur, mandata viri

tur ; aut *a* certe ſterilis efficiatur. *b* Super filiam luxurioſam *c* confirma cuſtodiam, *d* ne quando faciat te venire in opprobrium inimicis, a *e* detractione in civitate & abjectione plebis, & *f* confundat te in *g* multitudine populi. Omni *h* homini *i* noli intendere in ſpecie; & in *k* medio mulierum noli commorari. De *l* veſtimentis enim procedit tinea: & a *m* muliere iniquitas viri. *n* Melior eſt enim iniquitas viri, quam *o* mulier benefaciens, & *p* mulier confundens in *q* opprobrium. *r* Memor ero igitur operum Domini; & *ſ* quæ vidi, *t* annunciabo in *u* ſermonibus Domini opera ejus. *x* ſol illuminans per omnia reſpexit, & *y* gloria Domini *z* plenum *a* eſt opus ejus. *b* Nonne Dominus fecit Sanctos enarrare omnia mirabilia ſua, quæ *c* confirmavit Dominus *d* omnipotens, ſtabilis in gloria ſua? *e* Abyſſum, & *f* cor hominum † *g* inveſtigabit, & in *b* aſtutia eorum excogi-

Δ viri ſui. *a* Aut certe ſterilis efficiatur] ex procuratione, vel ſuffocatione prolis, vel propter nimiam frequentiam concubitus. *b* Super filiam, &c.] ideſt ad luxuriam pronam. *c* Confirma cuſtodiam,] ideſt, ſtabilem ſtatue cuſtodiam. *d* Ne quando faciat te venire, &c.] qui gaudent de infamia tua. Nota, filia abſcondita dicitur filia Virgo, quæ Græce dicitur apocrypha, Hebraice alma; quod nomen in ſacra Scriptura numquam ſumitur, niſi pro Virgine. Secundum *Hier. Gen.* 24. Ubi nos habemus: Ecce Rebecca egrediebatur Virgo pulcherrima; ubi nos habemus iſtud, Hebræus habet, alma pulcherrima. Item *Iſa.* 7. Ecce Virgo concipiet & pariet filium, Hebræus habet, alma concipiet. Ad litteram ergo filiam virginem monet Auctor parentes ſollicita cuſtodire, & cum diſciplina nutrire, ne laſciviæ, & voluptati fræna relaxet. Similiter intellige de filio. Unde *ſup.* 30. Curva cervicem filii tui in juventute, & tunde latera ejus, dum infans eſt, ne forte induret, & non credat tibi.

Supra 16.

Myſtice. ϴ Viri. *a* Aut certe, &c.] in bonis operibus. *b* Super filiam luxurioſam, ideſt, ſuper carnalem animam. *c* Confirma cuſtodiam] cogitationem, & ſenſum. *d* Ne quando faciat te, &c.] ideſt, Dæmonibus, qui peccatoribus opprobrioſe inſultant. Unde *Pſ.* 12. Qui tribulant me, exultabunt, ſi motus fuero. Sequitur. *e* A detractione in civitate.] Vel, ſecundum aliam litteram, [A detractione, in civitate,] quidam, ſupplent, ne confundaris, ſed nimis longa eſt ſubauditio, & ideo ſupplendum eſt, opprobrium dico habitum. Vel: [a detractione in civitate, & abjectione plebis] q. d. taliter cuſtodi filiam, ne ſis in opprobrium inimicis tuis, & propter detractionem, quæ fit de te in civitate, & abjectione, qua abjiceris etiam a plebe propter malam cuſtodiam filiæ tuæ. Tota enim civitas, & vulgus male loquitur de patre, cujus filia meretrix eſt. Quid igitur de Prælato loquitur, cujus Eccleſia cum Dæmonibus paſſim fornicatur? ſic dicitur *Ezech.* 16. Expoſuiſti fornicationem tuam omni tranſeunti, ut ejus fieres, &c. *f* Et confundat te] filia meretrix. *g* In multitudine] ideſt, cauſa ſit tibi confuſionis. *h* Omni homini, &c.] Hic docet Auctor puritatem cordis, & corporis eſſe ſervandam, quæ maxime per ſtultum intuitum violatur, ſicut dicitur *Jer.* 9. Aſcendit mors per feneſtras. Et *Sen.* Nihil tam damnoſum bonis moribus, quam in aliquo ſpectaculo reſidere: quod enim per voluptatem, facilius vitam ſurrepit, *Hier.* Pericoloſe tibi miniſtrat, cujus vultum frequenter attendis: nam impudici non norunt animæ pulchritudinem conſiderare, ſed corporum. Hinc prima mulier per ſtultum pomi intuitum cecidit, *Gen.* 3. Vidit mulier lignum, quod eſſet bonum ad veſcendum, & pulchrum oculis, aſpectuque delectabile, & tulit de fructu illius, & comedit. Ubi dicit *Gloſſ.* Non licet intueri, quod non licet concupiſci. Et David per ſtultum intuitum cecidit in Berſabee, 2. *Reg.* 11. Ideo dicit Auctor. *h* Omni homini] pauperi, vel diviti, nobili vel ignobili, juveni vel ſeni, feminæ vel mari. *i* Noli intendere in ſpecie] ideſt, propter ſpeciem corporalem, *Job* 5. Vidi ſtultum firma radice, maledixi pulchritudini ejus ſtatim. *k* Et in medio mulierum noli commorari] niſi velis comburi. Species enim mulierum, & eloquium, & geſtus, & ornatus, & quidquid in ea flamma eſt ignis, *ſup.* 9. ſpeciem mulieris alienæ, multi admirati reprobi facti ſunt, eloquium enim illius, quaſi ignis exardeſcit. *l* De veſtimentis enim procedit tinea,] quæ corrumpit, & conſumit ea. *m* Et a muliere] procedit, [iniquitas viri] i. iniqua concupiſcentia pravi deſiderii, ut patet in David & Berſabee, 2. *Reg.* 11. Et in Samſone, & Thannata, *Judic.* 14. *Job* 13. Quaſi putredo conſumendus ſum, &c. dicit *Greg.* Sicut tinea de veſte naſcitur; ſic primus motus de carne oritur, & eam corrumpit. Ad litteram, a prima muliere proceſſit iniquitas viri. *n* Melior eſt iniquitas viri, quam mulier benefaciens] ad cohabitandum, quaſi dicat, melius eſt habitare cum viro iniquo, quam cum muliere bona, & pulchra, & ſecurius. Et reddit cauſam hujus. *p* Et] ideſt, quia [mulier confundens] ideſt, ſcandalizans. *q* In opprobrium] eſt viro ſuo & patri, & toto generi ſuo magis quam vir iniquus.

al. † inveſtigavit.

Myſtice. Myſtice. In hoc loco vir dicitur quilibet fortis, & diſcretus; mulier mens indiſcreta & infirma. Et ſæpe contingit, quod vir fortis, & diſcretus labitur in peccatum, & fit iniquus; ſed poſtea pœnitet. Infirmus vero & indiſcretus de bonis operibus ſæpe ſuperbit, & pœnitere neſcit. Et ita. *n* Melior eſt iniquitas viri, quam mulier benefaciens,] ideſt, vir de iniquitate pœnitens, quam infirmus de bonis ſuperbiens. *Prov.* 24. Septies in die cadit Juſtus, & reſurget; impii autem corruent in malum. *Rab.* Sæpe culpa fortium fit occaſio virtutis & virtus infirmorum occaſio peccati. *Luc.* 15. Gaudium erit in cœlo ſuper uno peccatore, &c.

Moraliter. Moraliter. *n* Melior eſt iniquitas viri] ideſt, inæqualitas viri activi, ideſt, viriliter operantis. *o* Quam mulier, &c.] ideſt, contemplativus, quietus, vigiliis, & orationibus, ac meditationi inſiſtens. *p* Et mulier, &c.] ideſt, contemplativus ſuperbiens. *q* In opprobrium] eſt coram Deo, & Angelis, & hominibus, *ſup.* 10. Odibilis eſt coram Deo & hominibus ſuperbia. *r* Memor ero igitur, &c.] Poſt exhortationem proximi, agit Auctor de magnalibus Dei, invitans nos ad laudem, q. d. ex quo tanta eſt occupationum diverſitas, quod diſcrete cognoſcere oportet, multo fortius magnalia Dei. *r* Memor ero, &c. ob laudem ejus. *Thren.* 3. Memoria memor ero; & tabeſcet in me anima mea. Hæc recolens in corde meo, & in Deo ſperabo. *ſ* Et quæ vidi] oculis mentis, vel corporis. *t* Annunciabo] aliis, ut & ipſi laudent, & magnificent Deum. Nec ſolum annuntianda ſunt opera Domini, ſed etiam ſcripto commendanda ob longiorem memoriam. *Abacuc* 2. Scribe viſum & explana eum ſuper tabulas, ut percurrat, qui legerit eum. *Apocal.* 1. Scribe, quæ vidiſti, & quæ ſunt, & quæ oportet fieri poſt hæc. *u* In ſermonibus, &c.] fiunt, ideſt, Dominus celeriter & faciliter operatur. *Pſalm.* 23. quia ipſe dixit, & facta ſunt, &c. *x* Sol illuminans per omnia reſpexit,] ideſt, lumine ſuo omnia reſpicibilia fecit. *y* Et gloria Domini] ideſt, immenſitate ſua glorioſa. *z* Plenum eſt opus ejus.] Sicut enim opus Dei non poteſt fieri ſine Deo, ita non poteſt conſiſtere ſine ejus præſentia. *Jer.* 23. Cœlum & terram ego impleo. Loquitur Auctor comparative, quaſi dicat, ſicut Sol illuminat totum mundum ſpargens lumen ſuum per univerſa climata mundi; ita gloria Domini illuminat omnia opera ejus. Unde *Pſalm.* 103. Quam magnificata ſunt opera tua, Domine, &c.

Myſtice. Myſtice. *x* Sol illuminans] Chriſtus prædicans. De quo *Sap.* 5. Sol intelligentiæ non eſt ortus nobis. *Malac.* 4. Orietur vobis timentibus nomen meum Sol juſtitiæ. *y* Per omnia reſpexit] ideſt, omnia vidit. *Heb.* 4. Omnia nuda, & aperta ſunt oculis ejus, ad quem nobis ſermo. *Prov.* 15. In omni loco oculi Domini, &c. 2. *Paral.* 16. Oculi Domini contemplantur univerſam terram. *z* Et gloria Domini] ideſt, laude divina. *a* Plenum eſt opus ejus] ideſt, incarnatio, prædicatio, paſſio, reſurrectio, & aſcenſio.

Moraliter. Moraliter. *x* Sol illuminans [Prælatus inſtruens verbo & exemplo. *y* Per omnia reſpexit] omnibus æqualiter condeſcendens, omnes cognoſcens, omnibus communis, quaſi arbor vitæ in medio Paradiſi. *z* Et gloria Domini] non ſua. *a* Plenum eſt opus] ideſt, Prælati, quia in opere ſuo, non ſuam, ſed Dei gloriam quærit. *Iſa.* 6. Gloria Domini plena eſt terra. *b* Nonne Dominus fecit, &c.] ideſt, omnia mirabilia Dei, quæ patent hominibus, per Sanctos revelata ſunt, quibus Deus revelavit primo, ut ipſi aliis revelarent. *Gen.* 18. Num celare potero Abraham, quæ geſturus ſum? *Amos* 3. Non faciet Dominus Deus verbum, niſi revelaverit ſecretum ſuum ad ſervos Prophetas. *Pſ.* 9. Narrabo omnia mirabilia tua, i. omnia narrata mea erunt de mirabilibus tuis. *c* Quæ confirmavit,] i. implebit. *d* Dominus omnipotens, ſtabilis in gloria ſua] i. in ſe, qui eſt hominum & Angelorum gloria, licet mobilis in affectu. Boetius. *Stabiliſque manens das cuncta moveri.* *Sap.* 7. Nobilis, ſtabilis. *Act.* 17. In ipſo enim vivimus, & movemur, & ſumus. Vel dicitur ſtabilis in gloria ſua, quia immutabilis eſt in ſe, & gloria ſua inenarrabilis. *Jac.* 1. Apud quem non eſt tranſmutatio, &c. *e* Abyſſum] ideſt profunditatem conſiliorum. *f* Et cor hominum] bonorum, & malorum. *g* Inveſtigabit] Dominus *Jer.* 17. Primum eſt cor hominis, &c. *h* Et in aſtutia

Boetius de conſol. lib. 3. metr. 9.

tia

Digitized by Google

† tabit. *a* Cognovit enim Dominus *b* omnem ſcientiam, & *c* inſpexit in ſignum ævi, *d* annuncians quæ *e* præterierunt, & quæ ſuperventura ſunt, *f* revelans veſtigia occultorum. Non *g* præterit illum *h* omnis cogitatus, & non *i* abſcondit ſe ab eo ullus ſermo. k Magnalia ſapientiæ ſuæ *l* decoravit, quæ eſt *m* ante ſæculum, & uſque in ſæculum, *n* neque adjectum eſt, neque minuetur, *o* & non eget alicujus conſilio. *p* Quam deſiderabilia omnia opera ejus, & *q* tanquam ſcintilla † quæ eſt conſiderare. *r* Omnia hæc vivunt, & *ſ* manent in ſæculum, & in *t* omni neceſſitate omnia *u* obaudiunt ei. *x* Omnia *y* duplicia, *z* unum contra unum, & non *a* fecit quicquam deeſſe. *b* Uniuſcujuſque confirmabit bona. † *c* Et quis ſciens confirmabit fortitudinem ejus? Et quis *d* ſatiabitur videns gloriam ejus?

C A P. XLIII.

e ALtitudinis firmamentum *f* pulchritudo ejus eſt, *g* ſpecies cœli in *h* viſione gloriæ.

al. † excogitavit.

al. † quam.

Aliàs non habet. † Et quis ſciens confirmabit fortitudinem ejus?

tia eorum excogitabit] ideſt, aſtutias eorum ita cognoſcet, quaſi excogitaſſet, *Job* 5. Qui apprehendit ſapientes in aſtutia eorum, & conſilium pravorum diſſipat. *a* Cognovit enim Dominus] ſecundum ottamque naturam. *b* Omnem ſcientiam] ideſt, omnium tam prætetitorum, quam præſentium, & futurorum habet ſcientiam: quia nulla creatura inviſibilis eſt illi, cujus oculi ſunt ubique. *c* Et inſpexit] ideſt, omnes mundi ætates ei præſentes ſunt, & fuerunt ab æterno: apud quem nihil futurum eſt: qui vocat ea, quæ non ſunt, tanquam ea, quæ ſunt, *Rom.* 4. Annuncians] per Angelos, per Prophetas, per Prædicatores. *e* Quæ præterierunt] ideſt, præterita, & futura, vel merita, & præmia, *Iſa.* 41. Annunciate quæ ventura ſunt in

D futurum, & ſciemus, quia Dii eſtis vos. *f* Revelans veſtigia] ideſt, occulta myſteria per figuras, & ſimilitudines quaſdam. Unde *Pſ.* 50. incerta, & occulta Sapientiæ tuę manifeſtaſti mihi, *Dan.* 2. Eſt Deus in cœlo revelans omnia myſteria, *Job* 12. Qui revelat profunda de tenebris, & producit in lucem umbram mortis, *Aug.* Quoquo te verteris, Sapientia veſtieris. *g* Non præterit illum] ideſt, viſum, ſive ſcientiam illius. *h* Omnis cogitatus] ſive bonus, ſive malus, *Matth.* 9. Cum vidiſſet Jeſus cogitationes eorum, dixit, ut quid cogitatis mala in cordibus veſtris? *i* Et non abſcondit ſe, &c.] ideſt, res aliqua ſermone digna: ſimile *Iſa.* 39. Non fuit verbum, quod oſtenderet eis, ideſt, res digna verbo. *k* Magna-

A lia Sapientiæ ſuæ] ideſt, magnalia facta per Sapientiam ſuam, vel facta ſapienter. *l* Decoravit,] ideſt, decora monſtravit; quando, ſcilicet, Sacramentum conſilii ſui abſconditum a ſæculis, Prophetis, & Apoſtolis, & aliis fidelibus revelavit. Sapientiæ dico. *m* Quæ eſt ante ſæculum, &c.] ideſt, ſine principio, & ſine fine, quia ipſa eſt alpha, & omega, principium, & finis, *Apoc.* 1. *n* Neque adjectum eſt] ei aliquid, (neque minuetur) ideſt, Sapientiæ Dei nec addi, nec minui poteſt aliquid, *ſupr.* 18. Non eſt minuere, neque adjicere, nec invenire magnalia. *o* Et non eget alicujus conſilio] quia omnia ſcit, *Iſa.* 40. Cum quo iniit conſilium, & inſtruxit eum. *p* Quam deſiderabilia ſunt omnia opera ejus] ideſt, delectabilia ad cognoſcendum. Unde *Pſal.* 91. Delectaſti me Domine, in factura tua. Vel, (deſiderabilia) ideſt, perfecta. Unde *Gen.* 2. Perfecti ſunt cœli, & terra, & omnis ornatus eorum: Et tamen minima eſt eorum cognitio in præſenti. Unde ſubdit. *q* Et tanquam ſcintilla, quæ eſt conſiderare] ideſt, cognoſcere contingit opera, modicam notitiam habemus modo, *ſup.* 18. Quis inveſtigabit magnalia Dei; virtutem autem illius quis annunciabit? *Eccl.* 8. Intellexi, quod omnium operum Dei nullam poſſit homo invenire rationem eorum, quæ fiunt ſub Sole, & quanto plus laboraverit ad quærendum, tanto minus inveniet. *r* Omnia hæc vivunt] ideſt, ſubſiſtunt in ſua cauſa, vel in cognitione divina, *Joan.* 1. Quod factum eſt, in ipſo vita erat. *ſ* Et manet in ſæculum] ideſt, cauſa materiali; vel Deo, cui nihil perit: cui omnia præſentia ſunt, antequam ſint. *t* Et in omni neceſſitate] ideſt, quando utile eſt, vel omnino inevitabile, vel in omni voluntate ſua, quam neceſſe eſt modis omnibus adimpleri. *u* Omnia obaudiunt ei] ideſt, obediunt, *Sap.* 16. Omnia transfigurata omnium nutrici gratiæ tuæ deſerviebant, *Matt.* 8. Qualis eſt hic, quia venti, & mare obediunt ei? *x* Omnia duplicia, &c.] Quidam exponunt hoc de ſubſtantiis, quæ omnes duplices ſunt, ideſt, compoſitæ ex materia, & forma, vel quaſi materia, vel quaſi forma, quia ut dicit Boetius: omne quod eſt citra primum, habet aliquid, quo eſt, & aliquid, quod eſt. Sed non bene concordat hoc intentioni Auctoris: Loquitur enim hic de primis rerum principiis, ex quibus mundus conſtat in quatuor elementis, quorum quodlibet duas habet qualitates, quæ comparatæ adinvicem, in parte diſcordant, in parte conveniunt. Verbi cauſa. Ignis calidus eſt, & ſiccus, aer calidus, & humidus: terra frigida, & ſicca: aqua frigida, & humida. Ignis ergo in quantum calidus, & terræ & aquæ contrarius eſt, in quantum ſiccus terræ conſonus, ſed aeri, & aquæ contrarius. Aer in quantum calidus, terræ & aquę contrarius eſt; ſed igni conſonus; inquantum humidus, aquæ conſonus; ſed igni, & terræ contrarius. Terra inquantum frigida, igni, & aeri contraria eſt; ſed aquæ conſona eſt: inquantum ſicca igni conſona; ſed aeri, & aquæ contraria. Aqua inquantum frigida igni, & aeri contraria; ſed terræ conſona, inquantum humida, aeri conſona eſt; ſed igni, & terræ contraria: Et ita omnia duplicia ſunt ſibi repugnantia, & convenientia ſimul. Unde Poeta.

Ovidius. 1. Metamorphoſ.

Frigida pugnabant calidis, humentia ſiccis:
Mollia cum duris; ſine pondere habentia pondus.
Hanc Deus, & melior litem natura diremit.

Et *Raban.* Ita Deus omnia ordinavit, ut quæ ſibi videntur contraria, conveniant, ut elementa, vel quatuor Tempora. Dicit ergo. *x* Omnia] ideſt, Elementa, ex quibus conſtat univerſum. *y* Duplicia ſunt] ideſt, duas qualitates habentia. *z* Unum contra unum] quaſi dicat, non utraque qualitas unius elementi contraria eſt utrique qualitati alterius Elementi; ſed una uni, niſi forte in igne & aqua mutuo, & aere & terra ſimiliter. Unde *ſup.* 33. Duo contra duo, & unum contra unum. *a* Et non fecit quicquam deeſſe] ideſt, nihil imperfectum fecit, *Deut.* 32. Dei perfecta ſunt opera. Vel, (non fecit quicquam deeſſe) univerſo, licet in parte aliquis ſit defectus: quia quod non habet ille in ſe, habet in alio. Similiter de terris, & regionibus. Unde *Gen.* 1. Vidit Deus cuncta, quæ fecerat, & erant valde bona. *Aug.* Singula per ſe bona ſunt, ſed omnia valde bona. *b* Uniuſcujuſque] rei, (confirmabit) Deus, (bona) ideſt, naturales qualitates, & licet pugnent adinvicem, & ſe mutuo corrumpant, non tamen omnino corrumpere ſe valent, quia non agunt ſecundum ſe tota, ſed ſecundum partem, ut dictum eſt. *c* Et quis ſciens confirmabit fortitudinem ejus?] ideſt, Dei, q. d. nullus: quia ita firmata eſt, ut melius firmari, vel aliter mutari non poſſit, ſcilicet, fortitudo qua robuſtiſſimus eſt, *Job.* 9. Sed quare ipſe dicit: Quis ſciens confirmabit fortitudinem ejus, & non potius quis potens, vel quis fortis? Reſponſio. Prudentia fortitudinem confirmat quia ut dicit *Greg. ſup. Job*, ideo conſilium fortitudini additur, quia ſine ipſo in præceps ruit. Quia ergo nullus ſapientior Deo, bene dicit: (Quis ſciens confirmabit fortitudinem ejus?) *d* Et quis ſatiabitur videns gloriam ejus?) q. d. nullus. Quod videtur falſum, dicit enim *Pſal.* 16. Satiabor, cum apparuerit gloria tua. *Solut.* Duplex eſt fames, defectus, ſcilicet, & affectus, ſive deſiderii, & utrique fami reſpondet ſua ſatietas. Quæ reſpondet priori fami, erit in patria: quia nullus erit defectus ibi: Et de illa dicit *Pſal.* 16. Satiabor, cum apparuerit gloria tua. Satietas, quæ reſpondet ſecundæ fami, non erit in patria: quia affectus, ſive deſiderium numquam ſatiabitur, quin deſideret, quod habet. Unde *ſup.* 24. Qui edunt me, adhuc eſurient, &c. Et hanc concordiam adducit hic *Rabanus*.

EXPOSITIO CAP. XLIII.

ALtitudinis firmamentum, &c.] In fine præcedentis capituli invitavit Auctor ad laudem Dei: In hoc autem capitulo de catalogo creaturarum oſtendit, quod ſunt cauſa laudis divinæ, incipiens a ſuperioribus, ideſt, a firmamento, dicens. *e* Altitudinis firmamentum.] Hypallage eſt, ideſt, altitudo firmamenti, vel altum firmamentum, ut ſit endiadis. *f* Pulchritudo ejus eſt] ſcilicet, Dei, ideſt, ſignum & oſtenſio pulchritudinis ejus. *g* Species cœli] ideſt, pulchritudo firmamenti. *h* In viſione gloriæ] ideſt, ad videndum gloriam Dei. Per altitudinem enim, & pulchritudinem cœli videtur quodammodo gloria Dei, ideſt, Sapientia, Potentia, Benevolentia Dei. Unde *Rom.* 1. Inviſibilia Dei a creatura mundi per ea, quæ facta ſunt, intellecta conſpiciuntur, *Sap.* 13. A magnitudine ſpeciei & creaturæ cognoſcibiliter poterit Creator horum videri.

Myſtice. *e* Altitudinis firmamentum] ideſt, altitudo ſacræ Scripturæ, quæ ad cœleſtia ſecreta aſcendit, & docet dividere aquas ab aquis, ideſt, mala a bonis. *f* Pulchritudo ejus eſt ſpecies cœli in viſione gloriæ] ideſt, in hoc, quod declarat decorem, & Majeſtatem Dei, 1. *Cor.* 13. Videmus

tot horum videri. *a* Sol in aſpectu,] ideſt, in ortu, quando primo inſpicitur in aſcenſu ad noſtrum hemiſphærium. *b* Annuncians] idem. *c* In exitu] ideſt, in occaſu, quando exit a nobis, noctem annunciat, ſupple, ut ly annuncians diaſyrmicum ſit. *d* Vas admirabile] Sol, vel firmamentum.

a Sol in aſpectu *b* annuncians in *c* exitu, *d* vas admirabile *e* opus Excelſi. In *f* meridiano *g* exurit terram, & in *h* conſpectu ardoris ejus *i* quis poterit ſuſtinere? *k* Fornacem cuſtodiens in *l* operibus ardoris. *m* Tripliciter Sol exurens *n* radios igneos exſufflans, & *o* refulgens radiis ſuis *p* obcæcat oculos. *q* Magnus Dominus, *r* qui fecit illum, & in *ſ* ſermonibus ejus † *t* feſtinat iter. Et *u* Luna in omnibus *x* tempore ſuo, *y* oſtenſio temporis, *z* & ſignum ævi. *a* A Luna ſignum diei feſti: *b* luminare, quod minuitur in conſummatione. *c* Menſis ſecundum nomen ejus eſt *d* creſcens † admirabiliter in *e* conſumma-

e Opus Excelſi] ideſt, Dei, non naturæ, vel Artificis alterius. *f* In meridiano] ideſt, in meridie. *g* Exuriet terram,] quoniam tunc magis directe expandit radios ſuos ſuper terram. Vel, *f* In meridiano] tempore, ideſt, ætate. *g* Exurit terram] ideſt, tunc calidior eſt Sol. *h* Et in conſpectu ardoris ejus] ideſt, quando intenſior eſt calor ejus, ſcilicet in diebus canicularibus. *i* Quis poterit ſuſtinere] q.d. nullus, aut rarus. *k* Fornacem cuſtodiens] ideſt, Sol calorem ſuum nutriens & temperans attractione aquarum maris. *l* In operibus ardoris,] ideſt, ad operandum ardorem. Sicut enim in fornace nutritur, & cuſtoditur ardor per aſperſionem aquæ; ſic Sol ſuum ardorem per abſtractionem aquarum maris temperat, & cuſtodit. Vel [In operibus ardoris] ideſt, operatione ardoris, qua abſtrahit aquas maris, & ſuſpendit in nubibus. *m* Tripliciter Sol, &c.] ideſt, tribus horis diei, ſcilicet, tertia, ſexta, nona: vel tribus menſibus anni, ſcilicet Junio, Julio, Auguſto: vel tribus partibus mundi, Aſia, Europa, Aſtica. *n* Radios igneos exſufflans,] ideſt, emittens, ſicut ſolles flatum emittunt ad incendendum caminum. *o* Et refulgens, &c.] quibus expanſis per mundum omnia illuminantur, *p* Obcæcat oculos] quia tunc non poteſt conſpici Sol reverberans oculos. *q* Magnus Dominus, qui fecit illum] Solem, qui totum mundum illuminat. *ſ* Et in ſermonibus ejus,] ideſt, in præceptis Domini. *t* Feſtinat iter] ideſt, feſtinanter implet iter ſuum Sol, q. d. præceptum Domini exequitur Sol indeſinenter. *u* Et Luna in omnibus] i. apud omnes Gentes. *x* In tempore ſuo] i. ſecundum curſum ſuum. Eſt. *y* Oſtenſio temporis] ideſt, diſtinctio temporum, ideſt, per vices ſuas tempora variat. Et hoc ſecundum morem Hebræorum, qui tempora, annos, & menſes diſtinguunt ſecundum curſum Lunæ. *z* Et ſignum ævi] ideſt, diurni temporis, & ætatis mundi. Judæi enim ſecundum Lunam computant ætatem mundi. *a* Luna, &c.] ideſt, ſecundum Lunam, ſive lunatione feſta ordinantur & obſervantur apud Judæos. Lunam dico. *b* Luminare, quod minuitur, &c] ideſt, poſt conſummationem, ſive poſt plenilunium. Vel minuitur in conſummatione] ideſt, eclypſatur in plenilunio. *c* Menſis ſecundum nomen ejus eſt,] denominatur menſis a Luna. Judæi enim per lunationes diſtinguunt, ideſt, denominant menſes. Vocant enim, Martium illam lunationem, quæ terminatur in Martio, & ſic de aliis. *d* Creſcens] paulatim, admirabiliter, quia ſimplices admirantur. *e* In conſummatione] ideſt, uſque ad conſummationem, ideſt, plenilunium, & poſt incipit minui: & ſic eſt in augmento, vel decremento Luna, unde mutabilitas cauſatur in

al. † feſtinavit.

al. † mirabiliter.

Myſtice. ⊕ nunc per ſpeculum Sacræ Scripturæ. *a* Sol in aſpectu,] ideſt, Chriſtus in primo adventu. *b* Annuncians] miſericordiam. *c* In exitu] ideſt, in ſecundo adventu annuncians juſtitiam. Vel. *a* Sol in aſpectu] ideſt, Chriſtus in ſuo ortu fuit. *b* Annuncians] pacem. Unde *Luc.* 2. dicunt Angeli: Gloria in excelſis Deo, & in terra pax hominibus. *c* In exitu] a mundo fuit annuncians pacem, *Joan.* 14. Pacem relinquo vobis, pacem meam do vobis. *d* Vas admirabile] ideſt, corpus Chriſti, ſcrinium totius Trinitatis, *Col.* 2. *e* Opus Excelſi] opus Dei valde mirabile. Nam contentum majus continenti: & quid mirabilius, quam ſua Deitatis in teſta humanitatis? *Item* Novum creavit Dominus ſuper terra: femina circumdabit virum. *d* Vas admirabile] Chriſtus homo, plenum gratiæ & veritatis, *Joan.* 1. *e* Opus Excelſi,] *Iſ.* 43. Ego Dominus creavi illum, ſcilicet. *d* Vas admirabile] B. Paulus, *Act.* 9. Vas electionis mihi eſt iſte. *e* Opus Excelſi] quia immediate a Domino ſine miniſterio hominis eſt converſus. Vel. *d* Vas admirabile;] Beata Virgo, arca Noe. *Gen.* 6. Urna aurea plena manna. *Hebr.* 9 Pera David. 1. *Reg.* 17. Thronus Salomonis. 3. *Reg.* 10. Fecit Rex Salomon thronum de ebore grandem. *e* Opus excelſi] *ſup.* 24. Et qui creavit me, requievit in tabernaculo meo. Sol. *f* In meridiano] ideſt, Chriſtus in fervore charitatis. *g* Exurit terram] ideſt, conſumit terrenitatem. *Pſ.* 18. Nec eſt, qui ſe abſcondat a calore ejus. *Apoc.* 1. Facies ejus lucebat, ſicut Sol, in virtute ſua. *h* Et in conſpectu ardoris ejus] ideſt, furoris ardentis in die judicii. *i* Quis poterit ſuſtinere?] *Malach.* 3. Quis poterit cogitare diem adventus ejus? & quis ſtabit ad videndum eum? *Iſa.* 3. Ecce nomen Domini venit de longinquo, ardens furor ejus & gravis ad portandum. Vel in bono. *h* In conſpectu ardoris ejus quis poterit ſuſtinere?] ideſt, quis poterit habitare cum ardoribus ſempiternis, in ſplendoribus Sanctorum? *Iſ.* 33. Quis poterit habitare de vobis cum igne devorante? aut quis habitabit ex vobis cum ardoribus ſempiternis? *k* Fornacem cuſtodiens in operibus ardoris] ideſt, ignem gehennæ præparans peccatoribus pro peccatis. *m* Tripliciter Sol exurens montes] quia Chriſtus ſuper quos peccatum cogitationis, locutionis, & operis æterna flamma concruciat, vel inflammat igne pœnitentiæ, ideſt, contritione, confeſſione, ſatisfactione, vel fide Trinitatis. *n* Radios igneos exſufflans] ideſt, emittens verba prædicationis ſuæ lucentia, & inflammantia ad amorem, ſicut flatus ſollium fabri accendit ignem. *o* Et reſulgens radiis ſuis] ideſt, miraculis, & doctrinis. *p* Obcæcat oculos] Judæorum non credentium. *Joan.* 9. In mundum hunc veni, ut qui non vident, videant: & qui vident, cæci fiant. *Sap.* 2. Circumveniamus Juſtum, quoniam inutilis eſt nobis, & gravis eſt nobis etiam ad videndum. Infirmis oculis odioſa eſt lux, quæ ſanis eſt amabilis. *q* Magnus Dominus,] ideſt, Deus Pater ſecundum Divinitatem. *r* Qui fecit illum] hominem. *ſ* Et in ſermonibus ejus feſtinavit iter] filius ad paſſionem currens ſicut Sol ad occaſum, deinde ad infernum: inde rediens feſtinanter, aſcendit in cœlum. *Pſal.* 18. Exultavit ut Gigas ad currendam viam: a ſummo cœlo egreſſio ejus, & occurſus ejus uſque ad ſummum ejus. *Cant.* 2. Ecce iſte venit ſaliens in montibus, tranſiliens colles. *Phil* 2. Humiliavit ſemetipſum, factus obediens uſque ad mortem, mortem autem Crucis, propter quod & Deus exaltavit illum. *u* Et Luna in omnibus in tempore ſuo oſtenſio temporis.] Luna Eccleſia eſt, quæ a Chriſto illuminatur, ſicut a Sole Luna: Et Sole umbreſcente converſa eſt in ſanguinem, id eſt, Chriſto moriente aſperſa eſt ſanguine multorum Martyrum. *Matth.* 24. Poſt tribulationem dierum Sol obſcurabitur: & Luna non dabit lumen ſuum. *Joel.* 2. Sol convertetur in tenebras, & Luna in ſanguinem, antequam veniat dies Domini magnus, & horribilis. Hæc Luna in omnibus in omni tempore ſuo eſt oſtenſio, ideſt, apud omnes Gentes per miracula, & doctrinam ſuam aperte oſtendit tempus plenitudinis adveniſſe. *Galat.* 4. Ubi venit plenitudo temporis, miſit Deus filium ſuum natum de muliere, factum ſub lege. *Jer.* 8. Milvus in cœlo cognovit tempus ſuum; turtur, & hirundo, & ciconia cuſtodierunt tempora adventus ſui; populus autem meus non cognovit judicium Domini. *z* Et ſignum ævi] ideſt, æternitatis. In hoc eſt, quod in primitiva Eccleſia Chriſtianis erant omnia communia. Charitas etiam Eccleſiæ omnia communia facit: repræſentat enim ſtatum æternitatis, ubi omnia omnibus communia facit: quia charitas non quærit quæ ſua ſunt, ſed quæ Jeſu Chriſti.

a Luna ſignum diei feſti] ideſt, æternæ viſionis, vel diei judicii: de quo *Iſa.* 10. Quid facietis in die viſitationis, & calamitatis? *Oſ.* 9. Quid facietis in die ſolemni, in die feſtivitatis Domini? *b* Luminare, quod minuitur in conſummatione] eſt Luna, ideſt, Eccleſia; quia ſancti viri quanto majores ſunt, & perfectiores, tanto minores, & viliores ſe reputant; & tunc magis lucent in ſe, & illuminant alios. *Job* 11. Cum te conſumptum putaveris, orieris ut Lucifer, *ſup.* 3. Quanto magnus es, humilia te in omnibus. *Luc.* 22. Qui major eſt in vobis, fiat ſicut minor. *Ezech.* 42. Gazophylacia in ſuperioribus erant humiliora. Hoc ſpecialiter convenit B Virgini. quæ cum ſalutaretur ab Angelo ut Dei mater, reſpondit: Ecce ancilla Domini, *Luc.* 1.

c Menſis ſecundum nomen ejus eſt creſcens admirabiliter in conſummatione] ideſt præmium menſuratum, ſecundum menſuram meriti creſcit. *Iſa. ult.* Erit menſis ex menſe, & Sabbatum ex Sabbato, ideſt,

⊕ præmium

Digitized by Google

♠ bilitas cauſatur in creaturis. *a* Vas caſtrorum,] ideſt, collegium Planetarum, & ſecundum quæ imaginem caſtrorum gerunt, quia ordinata ſunt. Unde & militia cœli a Gentibus appellantur. *Iſa.* 34. Plicabuntur ſicut liber cœli, & omnis militia eorum. Inter quæ Luna dicitur Regina. *Jer.* 7. Mulieres conſpergunt adipem, ut faciant placentas Reginæ cœli. Vel, Vas caſtrorum, ideſt: Luna, quæ non ſolum a Sole, ſed ab omnibus Planetis, ut dicunt, recipit aliquam mutationem: & ita quodammodo hoſpitantur apud eam: & ideo dicitur, vas caſtrorum. Alia littera habet. *a* Vas caſtrorum] ideſt Luna, quæ dicitur vas caſtrorum: quia caſtæ mulieres, & caſti viri eam colebant. Unde dicit *Iſidor.* quod Luna dicitur per ſyncopen quaſi Lucina. De qua *Virgilius*.

B

al † caſtrorum.

al. † ſancti.

tione. *a* Vas † caſtrorum in *b* excelſis, in *c* firmamento cœli reſplendens glorioſe. *d* Species cœli *e* gloria ſtellarum *f* mundum illuminans in excelſis Dominus. In *g* verbis † *h* Sancti *i* ſtabunt ad *k* judicium, & non *l* deficient *m* in vigiliis ſuis. Vide *n* arcum

Caſta fave, Lucina, mihi.

Vel aliter & melius: *a* Vas caſtrorum,] media correpta, ideſt ſi quando continens Caſtorem & Pollucem: & per hoc intellige alia ſigna zodiaci. *b* In excelſis in firmamento cœli reſplendens glorioſe,] ideſt in firmamento, quod eſt cœlum. Deinde adjungit Auctor de omnibus ſtellis univerſaliter, dicens. *d* Species cœli,] ideſt, decor, & pulchritudo cœli. *e* Gloria ſtellarum,] ideſt, ſplendor, ſive luminoſitas ſtellarum. Hoc autem non habent ſtellæ a ſe, ſed a Deo: Unde ſequitur. *f* Mundum illuminans in excelſis Dominus] quaſi diceret, etſi ſtellæ cœlum ornant, & mundum illuminant; non ideo ſunt colendæ, & adorandæ; ſed Deus, qui hanc gloriam illis dedit, & tales illas creavit. *g* In verbis Sancti,] ideſt, in præcepto Dei. *i* Stabunt ad judicium, ſtellæ,] ideſt, poſt judicium quaſi impleto officio ſuo quieſcent. *Apoc.* 3. Sol & Luna ſteterunt in habitaculo ſuo, ideſt, ſtabunt. *l* Et non deficient] circa diem judicii: *m* In vigiliis ſuis,] ideſt, in exercitatione officii ſui, quod vigilanter implet. *n* Vide arcum, &c.] Poſtquam diſputavit Auctor de Sole & Luna, & ceteris ſtellis, agit de effectibus eorum. Et primo agit de effectu Solis, ideſt, de arcu cœleſti, ideſt, Iride, quæ fit ex radio Solis, & aquoſitate nubis oppoſitæ Soli. Et quia hoc eſt opus mirabile, dicit. *n* Vide arcum,] ideſt, Iridem factam ad modum arcus. Et quia quidam viderunt & quaſi Deam adoraverunt, non attendentes factorem ejus. Ideo ſubdit:

♠ Et benedic.

Myſtice.

♣ præmium ex merito. Admirabiliter,] dicit, quia ſoli Deo notum eſt incrementum meriti. In conſummatione vero dicit, quia boni dum creſcunt in veritate, decreſcunt reputatione. *a* Vas caſtrorum in excelſis, &c.] ideſt, Eccleſia diverſos ordines fidelium continens in alto virtutum collocata, terribilis ut caſtrorum acies ordinata: *Gen.* 6. Ibi dicit *Gloſſ.* Ecce quanto in ſe perfectius ordinem † unitatis collocat, tanto terribilior eſt Dæmonibus. Nota quatuor hic, quæ dicuntur de Eccleſia, quod eſt vas, quod eſt vas caſtrorum, quod eſt in excelſis, quod eſt reſplendens in firmamento: (Vas) quidem dicitur Eccleſia, quia eſt receptaculum gratiarum continens omne genus vini: Roſatum, Martyrum: floratum, Virginum: ſerratum, Confeſſorum: cupatum, pœnitentium. De quo vaſe dicitur *Act.* 10. Vidit Petrus cœlum apertum, & deſcendens vas quoddam velut linteum magnum quatuor initiis ſubmitti de cœlo in terram, in quo erant omnia quadrupedia & ſerpentia terræ, & volatilia cœli. *Iſa.* 22. Suſpendam ſuper eum omnem gloriam domus patris ejus, vaſorum diverſa genera, omne vas parvulum, a vaſis craterarum uſque ad omne vas Muſicorum. *a* Vas caſtrorum,] dicitur, quia ſemper eſt in acie & in bello, contra quatuor hoſtes atrociſſimos ſemper pugnans: Dæmones, hæreticos, Tyrannos, falſos fratres. Vide *Cant.* 7. Quid videbis in Sunamite, niſi choros caſtrorum? *b* In excelſis,] dicitur, quia ſuper montem virtutum poſita. Unde *Matth.* 5. Non poteſt abſcondi civitas ſuper montem poſita. *c* Reſplendens in firmamento,] dicitur, quia in firmitate veritatis & fidei luce prædicationis per totum orbem glorioſe reſplendet. *Matth.* 5. Vos eſtis lux mundi. Alia littera habet: *a* Vas caſtrorum,] corde & corpore. Tantum enim illi in Eccleſia ſunt numero & merito, qui caſtitatem ſervant, ſcilicet, conjugalem, vel vidualem, vel virginalem: Job, Noe, Daniel. *Ezech.* 14. Si fuerint tres viri iſti in medio ejus, Noe, Daniel, & Job: ipſi in juſtitia ſua liberabunt animas ſuas. *d* Species cœli gloria ſtellarum,] ideſt, ornatus Eccleſiæ eſt pulchritudo Sanctorum, qui dicuntur hujus mundi illuminatio, & in Eccleſia ſunt fixi, ſicut ſtellæ in cœlo, *Judic.* 5. Stellæ manentes in ordine ſuo contra Siſaram pugnaverunt, 1. *Cor.* 15. Differt ſtella a ſtella in claritate, ideſt, Sanctus a Sancto in ſanctitate. Sed quoniam non a ſeipſis habent lucem, qua mundum illuminant; ſed a Chriſto: ideo convenienter ſubjungit. *f* Mundum illuminans in excelſis Dominus,] ideſt, per excelſos vita, & ſcientia, ſcilicet, Apoſtolos. Vel, (Dominus in excelſis,) exiſtens, ideſt, ad dexteram Patris ſedens, unde miſit Spiritum Sanctum in Apoſtolos, quo illuminata eſt tota Eccleſia, *Iſa.* 50. Non occidet ultra Sol tuus, & Luna non minuetur: quia Dominus erit tibi in lucem ſempiternam. *g* In verbis,] feſtivitatis, & properationis, & interrogationis. *h* Sancti,] ideſt, Chriſti ſuos ſanctificantis. *i* Stabunt,] ſtellæ, ideſt, juſti, læti, & ſecuri. *k* Ad judicium,] ideſt, in judicio, malis timentibus & recedentibus in infernum, *Sap.* 5. Tunc ſtabunt Juſti in magna conſtantia adverſus eos, qui ſe anguſtiaverunt, & qui abſtulerunt labores eorum. *l* Et non deficient,] Juſti in præſenti vita. *m* In vigiliis ſuis,] quibus invigilant ad ſui & proximi cuſtodiam, ad præcavendam hoſtis fraudulentiam, ad conſervandam Dei amicitiam, *Iſa.* 40. Qui ſperant in Domino, mutabunt fortitudinem, aſſument pennas, ſicut Aquilæ, current & non laborabunt, ambulabunt & non deficient. Et reddit *Gloſſ.* rationem, quia in patientia ſua poſſidebunt animas ſuas, *Luc.* 21. Sint lumbi veſtri præcincti, & lucernæ ardentes in manibus veſtris, & vos ſimiles hominibus expectantibus Dominum ſuum, &c. *Luc.* 12. *n* Vide arcum &c.] Sicut dicit Ariſtoteles in lib. meteororum: Iris non videtur niſi in medietate circuli. Unde cum dicat hic Auctor: (Gyravit cœlum in circuitu,) patet, quod myſtice debet intelligi, quod dicitur de arcu. Arcus igitur Sacra Scriptura eſt: De quo dicitur in *Pſ.* 7. Arcum ſuum tetendit, & paravit illum. De quo tres ſagittæ ſpiritualiter jaciuntur. Una ſagitta comminationis: ſecunda ſagitta promiſſionis: tertia ſagitta exhortationis. Unde ſequitur *in verſu*: Et in eo paravit vaſa mortis: ſagittas ſuas ardentibus effecit. Et hæ ſunt tres ſagittæ, de quibus Jonathas, columba Domini, ſive donatio Dei, dicit ad David, 1. *Reg.* 20. Sedebis juxta lapidem, cui nomen eſt Ezel: & ego mittam tres ſagittas juxta eum, & jaciam quaſi exercens me ad ſignum. Arcus manu tenetur, alioquin inutilis eſt: & Sacra Scriptura debet manu teneri; ideſt, opere adimpleri, alioquin parum prodeſt, *Job.* 29. Arcus meus in manu mea inſtaurabitur. Ubi dicit *Gregor.* Arcus in manu inſtauratur, dum quicquid de ſacro eloquio ſtudendo cognoſcit, vivendo impletur. Arcus duo habet, lignum ſcilicet & chordam. Lignum durum eſt, & rigidum, chorda mollis eſt & lignum curvat. Lignum igitur eſt vetus Teſtamentum, durum & importabile, *Act.* 15. Hoc eſt onus, quod neque nos, &c. Cornua ligni mobilis, ſunt ceremonialia, quæ per chordam novi teſtamenti flexa ſunt in ſpiritualem intelligentiam. Medium, quod manu tenetur, immobile eſt, & ſignificat moralia quæ immobilia remanſerunt in veteri Teſtamento Chorda

D

Arcus dicitur Sacra Scriptura.

♣ mollis eſt novum

Aliter. Arcus Chriſtus, *Zach.* 9. Extendam mihi Judam quaſi arcum, ideſt, Chriſtum, dicit *Gloſſ.* Duo cornua hujus arcus ſunt duæ naturæ in Chriſto: Chorda, unio earum. De qua dixit Joannes Baptiſta, *Joan.* 1. Cujus non ſum dignus, ut ſolvam corrigiam calceamenti ejus. Cornua hujus arcus ad terram verſa ſunt, ſicut in Iride, quod eſt ſignum pacis, *Gen.* 9. Ponam arcum meum in nubibus cœli, & erit ſignum fœderis, ideſt, pacis, inter me & terram. Arcus tricolor eſt: Rubeus, cæruleus, viridis: Et Chriſtus rubeus fuit in paſſione. *Cant.* 5. Dilectus meus candidus & rubicundus. Cæruleus fuit in flagellatione, *Iſa.* 35. Cujus livore ſanati ſumus. Viridis in patientiæ longanimitate, & innocentiæ puritate, *Luc.* 23. Si in viridi hoc faciunt, in arido quid fiet? Sagittæ emiſſæ ab hoc arcu fuerunt verba prædicationis & doctrinæ ejus. De quibus dicitur in *Pſal.* 119. Sagittæ potentis acutæ cum carbonibus deſolatoriis. Et *Iſa.* 143. Emitte ſagittas tuas, & conturbabis eos. Invitans igitur nos Auctor ad Chriſti imitationem dicit. *n* Vide arcum,] ideſt, reſpice Chriſtum in præſepio humilem, in mundo pauperem, in cruce ſtabilem, in inferno fortem, in cœlo ſublimem, in judicio juſtum Judicem, *Mal.* 3. Quis ſtabit ad videndum eum?

Aliter.

♠ Et bene-

Digitized by Google

Δ *a* Et benedic,] ideſt, lauda, vel bonum dic. *b* Qui fecit illum,] ideſt, Deum, qui dicit *Gen.* 9. Arcum meum ponam in nubibus cœli: & erit ſignum fœderis inter me & terram. Et quia diverſitas colorum eſt in eo, quæ facit eum ſpecioſum, ſubjungit. *c* Valde ſpecioſus eſt, &c.] quam habet a radiis Solis ſecundum qualitatem nubis aquoſæ. *d* Gyravit cœlum,] ideſt, circumdedit, vel vallavit. *e* In circuitu gloriæ ſuæ,] ideſt, ſecundum circuitum figuræ ſuæ glorioſæ, ideſt, ſemicircularis: quæ dicitur glorioſa propter myſterium, ut patebit *inf.* Et quia dixerunt benedicendum eſſe illum, qui fecit Iridem, ne crederetur, quod ab homine factus fuiſſet, adjungit. *f* Manus Excelſi aperuerunt illum,] ideſt, arcum, Deus fecit illum, & aperit, & oſtendit in cœlo in ſignum fœderis poſt diluvium: quia ante non apparuerat, ut dicit *Gloſſ. ſup. Gen.* 9. Manum Excelſi vocat Chriſtum, ſapientiam & virtutem Dei, ſecundum quam Deus operatur omnia. Nec ſolum propter Iridem benedicendus eſt Deus; ſed propter nivem & cetera, quæ fecit. Unde ſequitur. *h* Imperio ſuo acceleravit nivem,] ideſt, velociter deſcendere fecit. *k* Et accelerat coruſcationes emittere judicii ſui,] ante tonitrua, quæ proveniunt ex ventis calidis, & ſiccis comprehenſis in nubibus inflammantibus eas. Et dicuntur coruſcationes judicii, quia timorem incutiunt, vel quia memoriam de judicio faciunt, vel quia ex Dei judicio, & arbitrio fiunt. *l* Propterea,] ideſt, propter judicium, & imperium, & arbitrium Dei. *m* Aperti ſunt theſauri,] nivis, & grandinis, & nubium, & hujuſmodi, ideſt, occultæ cauſæ eorum, ſicut dicit *Gloſſ. ſuper illud Pſal.* 134. Qui producit ventos de theſauris ſuis, ideſt, de occultis cauſis. De quibus dicitur *Job* 38. Numquid ingreſſus es theſauros nivis, aut theſauros grandinis aſpexiſti? Vapores enim de terra aſcendunt uſque ad medium aeris interſtitium, qui veniente calore deſcendunt, & per majorem, vel minorem frigiditatem condenſati fiunt pluvia, vel nix, vel grando, & hoc ſi vapor humidus aſcenderit; ſi autem ſiccus, fient venti, vel nubes. Homini theſauros aperit Deus, cum occultas cauſas iſtorum, & eorum, quæ accidunt mundo, oſtendit: vel quando effectum exire facit. *n* Et evolaverunt nebulæ, ſicut aves,] impulſu ventorum. *p* In magnitudine ſua,] in virtute potentiæ ſuæ. *q* Poſuit,] in cœlo, ſive in aere. *r* Nubes] ex vaporibus condenſatas, ut dictum eſt. *ſ* Et contracti ſunt,] ideſt reſoluti. *t* Lapides grandinis,] per frigiditatem ea vaporibus congelatis. *u* In conſpectu ejus,] ideſt, ad nutum Dei. *x* Commovebuntur montes] ad litteram, fient terræmotus per loca, *Matth.* 24. Et a præſentia filiorum Iſrael, etiam montes moti ſunt, ſicut dicitur in *Pſ.* 113. Montes exultaverunt, ſicut arietes, & colles, ſicut agni ovium. *z* Et in voluntate ejus aſpirabit Notus,] qui alio nomine dicitur Auſter, ventus calidus, qui ſuo calore diſſolvit nives, & glacies. De quo *Cant.* 4. Surge, Aquilo, & veni Auſter, &c.

(al. † cum.) & *a* benedic, † *b* qui fecit illum. *c* Valde ſpecioſus eſt in ſplendore ſuo. *d* Gyravit cœlum in *e* circuitu gloriæ ſuæ, *f* manus Excelſi *g* aperuerunt illum. *h* Imperio ſuo acceleravit *i* nivem, & *k* accelerat coruſcationes emittere judicii ſui. *l* Propterea *m* aperti ſunt theſauri, & *n* evolaverunt nebulæ, *o* ſicut aves. In *p* magnitudine ſua *q* poſuit *r* nubes, & *ſ* confracti ſunt *t* lapides grandinis. In *u* conſpectu ejus, *x* commovebuntur *y* montes, & in *z* voluntate ejus † *a* aſpirabit Notus. (al. † aſpiravit.)

Δ Vox tonitrui ejus,

Θ mollis eſt novum Teſtamentum, quod duritiam veteris Teſtamenti emollit. (Al. Moe.) Unde *Matth.* 5. Dictum eſt antiquis, oculum pro oculo, dentem pro dente: ego autem dico vobis, non reſiſtere malo. Item 11. Diſcite a me, non Moyſe: quia mitis ſum, & humilis corde, & invenietis requiem animabus veſtris: jugum enim meum ſuave eſt, & onus meum leve. Lignum ſiniſtra manu tenetur, chorda dextera trahitur: quia vetus Teſtamentum temporalia promittit, quæ per ſiniſtram ſignificantur; novum vero teſtamentum promittit æterna, quæ per dexteram ſignificantur, *Cant.* 2. Læva ejus ſub capite meo, & dextera illius amplexabitur me. De hoc dicitur 1. *Paral.* 5. Filii Ruben, & Gad, & dimidiæ Tribu Manaſſe, viri bellatores ſcuta portantes, & gladios, & tendentes arcum. Tenditur autem arcus iſte in ſtudio. Unde dicit: vide arcum, ideſt, Sacram Scripturam diſce, *Joan.* 5. Scrutamini Scripturas. *a* Et benedic,] ore, corde, & opere. *b* Qui fecit illum,] ideſt, qui Sacram Scripturam non ſolum dixit, ſed & fecit, *Act.* 1. Cœpit Jeſus facere, & docere. *c* Valde ſpecioſus eſt in ſplendore ſuo,] ideſt, in expoſitione myſtica, vel in æterna promiſſione. *d* Gyravit cœlum,] ideſt, Eccleſiam. *e* In circuitu gloriæ ſuæ,] ideſt, ex omni parte Sacra Scriptura glorioſis doctrinis protegit Eccleſiam: quia de ſupernis & infimis loquitur: & contra Dæmonum, carnis, & mundi inſidias munit. Unde & quatuor animalia *Apoc.* 4. Plena ſunt oculis & in circuitu & intus. *f* Manus Excelſi,] ideſt, opera Chriſti. *g* Aperuerunt illum,] ideſt, aperte intelligi fecerunt: Tota enim Scriptura eſt de Chriſti incarnatione, paſſione, reſurrectione, aſcenſione, Spiritus Sancti miſſione, & ceteris ejus operibus, quæ omnia uſque ad Chriſtum latuerunt in figuris. Sed intrante Sole in nubem, ideſt, Chriſto deſcendente in Virginem, diſparuerunt nebulæ figurarum, & apparuit veritas earum. *h* Imperio acceleravit nivem,] ideſt, frigida, & congelata corda peccatorum perduxit velociter ad nitorem juſtitiæ. Unde *Pſal.* 147. Qui dat nivem ſicut lanam. De qua fit veſtis Chriſti. *k* Et accelerat, &c.] ideſt, terrores judicii ſui, & virtutum miracula, *Pſal.* 76. Illuxerunt coruſcationes tuæ orbi terræ. *l* Propterea] ideſt, propter imperium Domini & virtutum miracula. *m* Aperti ſunt] mundo theſauri nivis. Sicut in converſione Pauli, *Act.* 9. Et in vocatione Matthæi. *Matth.* 9. Pœnitentia Magdalenæ, *Luc.* 7. De quibus theſauris dicitur *Job* 38. Numquid ingreſſus es theſauros nivis, aut theſauros grandinis aſpexiſti? *n* Et evolaverunt nebulæ,] Apoſtoli per univerſum orbem. *o* Sicut aves,] volantes pennis virtutum. Vel Prædicatores, qui prius latuerant in theſauro prædeſtinationis, aſcendunt per contemplationem, & deſcendunt per ſui conſiderationem & aliorum compaſſionem, *Iſa.* 60 Qui ſunt iſti, qui ut nubes, volant, & quaſi columbæ ad feneſtras ſuas? *Gloſſ.* ideſt, ſunt aves de aquis Baptiſmi, vel lacrymarum.

Δ *a* Et benedic eum, qui fecit illum,] hominem humilem, (Aliter.) pauperem, patientem, fortem, ſublimem & juſtum. Et hæc omnia propter te, ut & tu talis fias, & gratias agas. *c* Valde ſpecioſus eſt in ſplendore ſuo,] ideſt, in Deitate ſua, ſecundum quam eſt ſplendor gloriæ & figura ſubſtantiæ ejus, ideſt, Patris. *Hebr.* 1. Vel in ſplendore vitæ & doctrinæ, quo totum mundum illuminavit. *g* Gyravit cœlum in circuitu gloriæ ſuæ,] ideſt, vallavit Eccleſiam Angelorum, & Prædicatorum glorioſo agmine, *Apoc.* 4. In medio ſedis, & in circuitu ſedis, ideſt, Eccleſiæ, in qua ſedit Deus, quatuor animalia plena oculis ante & retro *Iſa.* 62. Super muros tuos, Jeruſalem, conſtitui cuſtodes, tota die & nocte perpetuo non tacebunt. *f* Manus Excelſi,] ideſt, virtutum miracula. *g* Aperuerunt illum,] ideſt, Deum eſſe aperte monſtraverunt; *Joan.* 9. A ſæculo non eſt auditum, quia quis aperuit oculos cæci nati: niſi hic eſſet a Deo, non poſſet facere quicquam. *h* Imperio ſuo acceleravit,] ideſt, celeriter vocavit ad fidem Deus Pater, vel Chriſtus. *i* Nivem,] ideſt, frigidos peccatores. *k* Et accelerat coruſcationes emittere judicii ſui,] ideſt, miracula facere, vel Prædicatores mittere, per quos terror judicii futuri notus fiat mundo, *Job* 38. Numquid mittes fulgura, & ibunt? *l* Propterea,] ideſt, quia miſit Prædicatores. *m* Aperti ſunt theſauri] Sapientiæ & ſcientiæ Dei, qui uſque tunc fuerant abſconditi. *n* Et evolaverunt nebulæ,] ideſt, Prædicatores per mundum diſcurrunt. *o* Sicut aves,] elevati a terra per deſiderium æternorum, & contemptum terrenorum: Hæc enim ſunt duæ alæ Sanctorum, quibus volant a terra ad cœlum, *Pſ.* 54. Quis dabit mihi pennas, ſicut columbæ, & volabo, & requieſcam? *p* In magnitudine ſua poſuit nubes,] ad prædicandum magnitudinem ſuam miſit Prædicatores pluentes doctrinis, tonantes minis, coruſcantes miraculis. Unde *Pſal.* 144. Et virtutem terribilium tuorum dicent, & magnitudinem tuam narrabunt. *q* Poſuit,] dicit, ut notaret firmitatem fidei & patientiæ Prædicatorum. *Joan.* 15. Poſui vos, ut eatis, & fructum afferatis. *ſ* Et confracti ſunt lapides grandinis,] ideſt, liquefacta ſunt dura & frigida corda pravorum igne charitatis, & malleo increpationis Prædicatorum: *Exod.* 9. Grando & ignis miſta pariter ferebantur, & percuſſit grando cuncta, quæ fuerant in agris. *u* In conſpectu ejus,] ideſt, in præſentia, vel in aſpectu Chriſti. *x* Commovebuntur,] ideſt, corde, & corpore movebuntur,
y Montes,] ideſt, ſuperbi ad pœnitentiam, *Iſa.* 64. Utinam dirumperes cœlos, & deſcenderes, a facie tua montes defluerent, *Pſalm.* 103. Qui tangit montes, & fumigant, ſermo compunctionis.
z Et in voluntate ejus,] ideſt, Chriſti. *a* Aſpirabit Notus,] i. quando & cui voluerit inſpirabit gratiam, *Joan.* 3. Spiritus, ubi vult, ſpirat, 1. *Cor.* 12. Dividens ſingulis, prout vult.

Θ Vox co-

Digitized by Google

Δ *a* Vox tonitrui ejus] ideſt, tonitruum, quod provenit ex colliſione nubium & ventorum. *b* Verberabit terram] ideſt concutiet & tremere faciet, ad litteram. *c* Tempeſtas Aquilonis] ſupple, eſt in voluntate ejus. Tempeſtas autem, ut dicit *Iſid.* dicitur a tempore, quæ maxime fit in vere & autumno, quando nec plena æſtas, nec plena hyems ex conjunctione contrariorum. *d*

al. † verberavit. Et congregatio ſpiritus] ideſt, congelatio aquarum, quæ fit ex vento frigido, quæ dicitur hic ſpiritus, ſupple, in conſpectu grando, aliquando glacies, aliquando nix, aliquando pluvia. Subjungit: *e* Et ſicut avis] volitans. *f* Deponens] ſeu volatu. *g* Ad ſedendum] ideſt, ad quieſcendum in terra, vel

C

al. † coloris. in arbore. *h* Aſpergit nivem] ideſt, ſicut avis deponit alas a volatu, & deſcendit ab alto, ut quieſcat inferius; ita Dominus nivem deſcendere facit de cœlo, qua terram aſpergit. *k* Et ſicut locuſta

al. † gelaverit. demergens] ideſt de alto in terram cadens. *l* Deſcenſus ejus] ideſt nivis: quia ſicut locuſta lædit viridia, ad quę deſcendit, ita nix. *m* Pulchritudinem candoris ejus] ideſt, nivis. *n* Admirabitur oculus] intuentis. *o* Et ſuper

a vox tonitrui ejus † *b* verberavit terram, *c* tempeſtas Aquilonis. Et *d* congregatio ſpiritus: & *e* ſicut avis *f* deponens ad *g* ſedendum *h* aſpergit *i* nivem, & ſicut *k* locuſta demergens deſcenſus *l* ejus. *m* Pulchritudinem † candoris ejus *n* admirabitur oculus: & *o* ſuper imbrem ejus *p* expaveſcit cor. *q* Gelu ſicut *r* ſalem effundet *ſ* ſuper terram: & dum † *t* flaverit, *u* fiet tanquam *x* cacumina tribuli. Frigidus *y* ventus Aquilo *z* flavit, & *a* gelavit *b* cryſtallus ab *c* aqua. *d* Super omnem congregationem aquarum *e* requieſcet.

imbrem ejus.] In quem reſolvitur nix. *p* Expaveſcit cor] ideſt obſtupeſcit, cum in tantam aquarum copiam nix reſolvitur. *q* Gelu ſicut ſalem effundet ſuper terram] ideſt, pruinam: quia ſicut Sol terram ab humore deſiccat; ita & gelu quodammodo ſterilem reddit ut ſal. *t* Et dum flaverit] Aquilo, vel procella. *u* Fiet tanquam cacumina tribuli,] id eſt, tunc aer aſper erit, ideſt tribulatus, & rigidus: vel terra aſpera propter gelu. *y* Frigidus ventus Aquilo flavit, & gelavit cryſtallus ab aqua] ideſt aqua congelavit in cryſtallum. *d* Super omnem congregationem aquarum requieſcet] Aquilo congelans, & indutans eas in glaciem: ut dicit *Ariſtoteles*, quando aquæ congelatæ ſunt in hyeme, flat raro Aquilo: quoniam adeo elongatus eſt Sol ab illa regione, unde flat Aquilo, quod frigus omnino claudit poros illius terræ, ita quod nullus, vel modicus vapor erit: & ideo nec ventus, quia ventus vapor eſt, & ita incluſus propter congelationem, & Solis elongationem requieſcit ſuper congelationem aquarum. Quomodo autem fiat aquarum congregatio oſtendit: dicens:

Δ *a* Et ſicut lorica induit

Myſtice. Θ *a* Vox tonitrui ejus verberabit terram] i. prædicatio futuri Judicii, & comminatio æterni ſupplicii affliget terrenos. *Job* 26. Cum vix parvam ſtillam ſermonis ejus audierimus, quis poterit tonitruum magnitudinis illius intueri? 3. *Reg.* 19. Spiritus grandis, & fortis ſubvertens, & conterens petras ante Dominum. Non in ſpiritu Dominus, & poſt ſpiritum commotio. Non in commotione Dominus, & poſt commotionem ignis. Non in igne Dominus, & poſt ignem ſibilus auræ tenuis. Ibi Dominus. Spiritus fortis eſt terror de adventu Judicis, ſubvertens, & conterens petras, ideſt ſuperbos dejiciens, duros ad compunctionem liquefaciens. Commotio eſt contritio cordis, & deteſtatio peccati. Ignis eſt zelus vindictæ, & lux rationis. Spiritus lenis eſt ſapor æternæ veritatis, & ingenitæ bonitatis. Ibi Dominus. *Orig. ſup. Exod.* 9. Non enim cum ſilentio verberat Dominus; ſed dat voces, & doctrinam cœlitus mittit: per quam poſſit culpam ſuam caſtigatus agnoſcere. Dat & grandinem: per quem tenera adhuc quaſſantur naſcentia vitiorum. Sed nota, quod grando feriendo liqueſcit, ſed increpatio, vel comminatio liqueſcunt per paſſionem vel compunctionem: quia de corde compuncto & paſſibili, & ore modeſto debet prodire increpatio corrigentis. *Pſ.* 134. Fulgura in pluviam fecit. *c* Tempeſtas Aquilonis] i. gravis & aperta perſecutio Dæmonis. *d* Et congregatio ſpiritus] i. varietas & multiplicitas tentationum, quas Diabolus aut per ſe, aut ſuos immittit, ut fervorem dilectionis, & lucem fidei extinguat, ſupple, ſunt in voluntate Domini: Non enim quantum vellet, ſed quantum permittitur, tentat, aut vexat Diabolus. Unde Sennacherib, i. Diabolo dicitur *Iſa.* 37. Ponam circulum in naribus tuis, & frænum in labiis tuis, & reducam te in viam, per quam veniſti. *e* Et ſicut avis, &c.] ſe ad ſecandum aſpergit Aquilo, ſcil. Diabolus ideſt volatilem, & multiplicem tentationem animam infrigidantem, per quam vult ſibi ſedem parare in corde illius, qui tentatur. Avis dicitur Diabolus, cum de ſuperbia tentat, & quia volitat huc & illuc circumiens & quærens quem devoret. *Job* 40. Numquid illudes ei, quaſi avi, aut ligabis eum ancillis tuis? Dicitur & Aquilo, quaſi ligans aquas gratiarum & lacrymarum, ne effluant. *Job* 38. De cujus utero egreſſa eſt glacies, & gelu de cœlo quis genuit? In ſimilitudinem lapidis aquæ durantur, & ſuperficies abyſſi conſtringitur. *k* Et ſicut locuſta, &c.] ideſt, Diaboli, vel nivis, ideſt tentationis, q.d. ſicut locuſta ſubito erigitur & ſubito demergitur, ſic Diabolus repente irruit & erigit in ſuperbiam, & ſubito dejicit in triſtitiam. Nunc ad alta elevat per ambitionem honoris, nunc ad ima reprimit per deſiderium cupiditatis & voluptatis, modo erigit in præſumptionem modo comprimit in deſperationem. Propter quæ utraque mala neceſſaria eſt ſpes, ſcilicet & timor. Spes quidem, ne nimis dejiciat; timor, ne nimis extollat. *Deut.* 24. Non accipies loco pignoris inferiorem & ſuperiorem molam. Dicitur etiam locuſta Diabolus, vel ſuggeſtio ejus: quia omne fructiferum & viride vaſtare conatur. *Exod.* 20. Mane facto ventus urens levavit locuſtas, quæ aſcenderunt ſuper univerſam terram Ægypti. *Joel.* 1. Reſiduum erucæ comedit locuſta, & reſiduum locuſtæ comedit bruchus, & reſiduum bruchi comedit rubigo. *m* Pulchritudinem, &c.] ideſt, Diaboli, qui transfigurat ſe in Angelum lucis. 2. *Cor.* 11. Ut ſub ſpe boni decipiat. *n* Admirabitur oculus] tam corporalis, quam ſpiritualis. Diabolus enim duplicem habet candorem. Unum, quo ſe fingit ea facere, vel dicere, quæ bonis Angelis conveniunt; ut dicit *Aug. ſuper epiſt.* 2. *Cor* 11. Hunc candorem admiratur oculus ſpiritualis. Alium enim habet candorem, quem aſſumit, cum ſe in Angelum lucis transfigurat, viſibiliter apparens, ut dicit *Aug. lib. de civitate Dei*. Aliquando oſtendens ſe eſſe Chriſtum, aliquando cœleſtem Angelum, vel aliquem ſanctum virum, aſſumens corpus in ſpecie Chriſti, vel boni Angeli, vel ſancti viri. Hunc candorem admiratur oculus corporalis, qui ſi aliquando per hujuſmodi decipiatur, mens tamen recta ſervata non movetur, dicit *Auguſt.* & nullum eſt in religione piaculum. De hoc dicitur *Job* 41. Quis revelabit faciem indumenti ejus: & in medium oris ejus quis intrabit? 2. *Cor.* 2. Non ignoramus cogitationes ejus. *o* Et ſuper imbrem ejus] ideſt procellam apertæ perſecutionis. *p* Expaveſcit cor] homunia. Si enim Diabolus decipere nequit aperte, ſævit, ut dicit *Greg.* Unde nunc, leo, ideſt aperte ſæviens; nunc ſerpens, ideſt occulte decipiens appellatur: imber autem dicitur perſecutio, quia terram cordis humani reddit uberem & fœcundam. *Job* 38. Quis dedit vehementiſſimo imbri curſum, & viam ſonantis tonitrui, ut plueret ſuper terram abſque homine in deſerto? *q* Gelu] ideſt frigus infœcundantis? *r* Sicut ſalem effundet Diabolus, ſcil. *ſ* Super terram] ideſt ſuper terrenas mentes, quas infœcundas & ſteriles reddit ad omne bonum. Imo dicit, ſicut ſalem: quia ubi ſal ſpargitur, ſterilitas ſequitur. Sal ſi menſurate ponitur in cibo, condimentum eſt cibi: ſi nimis, vel nihil apponatur, inſulſus eſt cibus; ſic tentatio ſi mediocris eſt, provehit & condit tentatorum mentes; ſi nulla eſt, vel nimia, ſubvertit. *Luc.* 14. Si ſal evanuerit in quo condietur? Neque in terra neque in ſterquilinio utile erit, ſed foras mittetur. *t* Et dum flaverit] Aquilo, ideſt, Diabolus flatu occultæ ſuggeſtionis, vel apertæ perſecutionis. *u* Fiet] ipſe Diabolus. *x* Tanquam cacumina tribuli] i. aſper & pungens, & lacerans cor tentati duris & aſperis ſpinis vitiorum, de quibus tentat, *Job* 41. Halitus ejus prunas ardere facit: & flamma de ore ejus egreditur. *y* Frigidus ventus Aquilo,] ideſt, Diabolus, *Jer.* 1. Ab Aquilone pandetur omne malum. *z* Flavit] ſuggerendo, vel perſequendo. *a* Et gelavit] paulatim frigore perfidiæ. *b* Cryſtallus] ideſt, peccator induratus. *c* Ab aqua] ideſt, a propria concupiſcentia, ſine qua peccator numquam indurari poteſt, quantumcumque flaverit ſuggeſtio, vel perſecutio Diaboli. *Jac.* 1. Unuſquiſque tentatur a propria concupiſcentia abſtractus, vel illectus: deinde concupiſcentia cum conceperit, parit peccatum. peccatum autem, cum conſummatum fuerit, generat mortem, *Iſa.* 41. Qui te humiliaverunt & dixerunt animæ tuæ, incurvare, ut tranſeamus. *d* Super omnem congregationem, &c.] ideſt, mentium deliciis fluentium & affluentium. *e* Requieſcet,] Diabolus, ideſt, ſi ac aliqua reſiſtentia in peccato induret; hæc eſt enim requies Diaboli, *Job* 40. Sub umbra dormit in ſecreto calami in locis humentibus, ideſt, cordibus avarorum, ſuperborum, & luxurioſorum, 2. *Reg* 1. Montes Gelboe, quod interpretatur acervus pluviarum, nec ros, nec pluvia, ſuper vos veniat, neque ſint agri primitiarum, quia ibi abjectus eſt clypeus fortium, ideſt, clauſtralium, vel clericorum.

▲ *a* Et ſicut lorica induet ſe aquis] Aquilo, ideſt, ad ſimilitudinem loricæ. Aquilo enim incluſus in aquis circumdatur glacie, quæ ſimilis eſt loricæ in colore & forma. Nam ſicut lorica habet maculas circulares; ita Aquilo incluſus in aquis, antequam congelentur aquæ, movet eas circulariter: Quia, ut dicit *Ariſt.* ventus movetur in gyro & circulo tortuoſe.

& *a* ſicut lorica induit ſe aquis. Et *b* devorabit montes, & *c* exuret *d* deſertum, & *e* extinguet viride, ſicut ignem. *f* Medicina omnium *g* in feſtinatione nebulæ. *h* Ros *i* obvians ab ardore venienti *k* humilem efficiet eum. In *l* ſermone ejus *m* ſiluit ventus. *n* Cogitatione ſua *o* placabit abyſſum: & *p* plantavit illum Dominus *q* Jeſus. Qui † *r* navigant mare, † *ſ* enarrant pericula ejus, & *t* audientes auribus *u* noſtris † admirabimur. *x* Illic *y* præclara opera, & *z* mirabilia; *a* varia *b* beſtiarum genera, & omnium *c* pecorum,

b Et devorabit montes,] ideſt, ſuo vehementi impulſu dejicit & dirumpit. *c* Et exuret deſertum,] ideſt, virentia, humentia deſiccabit. Aquilo enim & frigidus & ſiccus eſt: unde vim habet deſiccandi virentia, ſicut calor. Unus eſt enim effectus frigoris & caloris, ut dicit *Iſid.* Et ideo, quia frigus & ignis in uno effectu conveniunt, convenienter ſequitur. *e* Et extinguet, &c.] ſupple unum eſt extinguere viride, q. d. ſicut ignis extinguit viride calore ſuo, ita & Aquilo frigiditate ſua. Similis eſt enim vis caloris & frigoris, ut dicit *Iſid.* Quidam tamen ſic exponunt. Et extinguit viride, ſicut extinguit ignem. Aquilo enim utrumque extinguit & viride & ignem ſua frigiditate, quæ conſumit humiditatem viridium, & contraria eſt caliditati ignis. *f* Medicina omnium, &c.] Oſtenſo effectu Aquilonis, qui ſua frigiditate res ita conſtringit, ut non ſint aptæ generationi, imo quod plus eſt, imber ejus ſterilitatem inducit: ſubjungit de eo, quod fertilitatem inducit, ideſt de pluvia auſtrali, quæ groſſa eſt, quia ut vapores groſſi de mari aſcendentes cum ea miſcentur, & eam ingroſſant, ut ſit quaſi fomentum terræ, & medicina contra ſterilitatem Aquilonis. Unde convenienter dicit. *f* Medicina omnium] malorum venientium ab Aquilone. *g* In feſtinatione nebulæ] ideſt in feſtina elevatione nebulæ de mari, quæ ſignum eſt pluviæ, terram fœcundantis. Unde 3. *Reg.* 18. Cum nubecula parva quaſi veſtigium hominis aſcendebat de mari, dixit Elias puero ſuo: Aſcende, & dic Achab: Junge currum tuum & deſcende, ne occupet te pluvia, quæ ſequebatur nubeculam: quæ medicina fuit contra ſiccitatem, quæ fuerat per tres annos & menſes ſex, ſicut narrat *Jacobus in Canon. ſua ult.* *h* Ros obvians ab ardore venienti] ideſt obvians ardori venienti ab ardore, ideſt, ab Auſtro vento calido. *k* Humilem efficiet eum] ardorem, ideſt temperabit illum, unde maxime fit ros in æſtate, quando major eſt Solis ardor. *l* In ſermone ejus] ideſt, Domini. *m* Siluit ventus] ideſt., quievit. *Matth.* 8. Surgens Jeſus imperavit ventis & mari: & facta eſt tranquillitas magna. *n* Cogitatione ſua] ideſt ſapientia, vel voluntate ſua. *o* Placabit abyſſum] ideſt, mare. *p* Et plantavit illum,] rorem, vel Aquilonem, vel ardorem. *q* Dominus Jeſus] quia omnia per ipſum facta ſunt: *Joan.* 1. Vel Dominus Jeſus plantavit illum, ideſt firmum fecit. Chriſtus enim ſecundum Divinitatem fecit ſeipſum ſecundum humanitatem. Unde *Pſal.* 1. Et erit tanquam lignum, &c. *r* Qui navigant mare] ideſt, per mare. *ſ* Enarrent, &c.] q. d. experti narrent, quod experti ſunt, & alii taceant. *t* Et audientes] pericula maris. *u* Auribus noſtris] interioribus & exterioribus admirabimur. Multa enim ſunt mirabilia maris ad litteram, & pericula. Ibi enim ſunt monſtra beſtiarum, & alia multa, ſicut ſapientes tradiderunt. Unde *Pſal.* 103. Hoc mare magnum & ſpatioſum manibus: illic reptilia, quorum non eſt numerus. Et de hoc ſubjungit Auctor. *x* Illic] ideſt, in mari. *y* Præclara opera] Dei. *z* Et mirabilia,] ideſt, digna admiratione. *a* Varia,] ideſt, diverſa. *b* Beſtiarum genera] conſimilia eis, quæ ſunt in terris. *c* Et omnium pecorum] ideſt, lapides ſimiles pecoribus.

al. † navigat.
al. † enarrat.
al. † non.

▲ Et creatura belluarum,

Myſtice. ⊖ *a* Et ſicut lorica induit ſe] Diabolus aquis, ideſt, mentibus infidelitate gelatis, vel voluptate fluidis. Tales enim mentes ſunt veſtis, arma, imo & milites Diaboli. *Job* 41. Corpus ejus quaſi ſcuta fuſilia compactum ſquamis ſe ſe prementibus: una uni conjungitur, ne ſpiraculum quidem incedat per eas. *b* Et devorabit montes,] ideſt ſuperbos, ſicut cibum delectabilem. 1. *Pet.* 5. Sobrii eſtote, & vigilate, quia adverſarius veſter Diabolus tanquam leo rugiens circuit, quærens quem devoret. *Job* 40. Huic montes herbas ferunt. *Abacuc.* 1. Incraſſata eſt pars ejus & cibus ejus electus. *c* Et exuret] igne cupiditatis vel luxuriæ. De quo *Job* 31. Ignis eſt uſque ad conſumptionem. *d* Deſertum] ideſt, deſertores veritatis, deſertos a veritate. Vel virentia deſerti, ideſt clauſtri. *Joel.* 1. Ad te, Domine, clamabo: quia ignis comedit ſpecioſa deſerti, & flamma ſuccendit omnia ligna regionis. *e* Et extinguet viride] ideſt, virorem, & germen virtutum, ſicut ignem extinguit aqua, ſupple. *f* Medicina omnium] ideſt, ſalus humani generis. *g* In feſtinatione, &c.] ideſt, Incarnationis dominicæ 3. *Reg.* 18. Ecce nubecula parva, quaſi veſtigium hominis, aſcendebat de mari. *Iſa.* 19. Aſcendet Dominus ſuper nubem levem, & ingredietur Ægyptum. Hæc nubecula ſanavit totum genus humanum. *Sap.* 16. Non herba neque malagma ſanavit eos; ſed tuus ſermo, Domine, qui ſanat omnia. In feſtinatione nebulæ dicit: quia venit tempore opportuno, & quia omnis velocitas amanti tarda eſt. *Abac.* 2. Si moram fecerit, expecta eum: quia veniens veniet, & non tardabit. *h* Ros] ideſt, Chriſtus deſcendens largiter de ſupernis ad refrigerandum incentivum vitiorum. *i* Obvians venienti ab ardore] ideſt, ardori diabolicæ perſecutionis. *k* Humilem efficiet eum,] Diabolum, ideſt, victum reddet eum in Cruce moriens. *Prov.* 29. Superbum humilitas, & humilem ſpiritu ſuſcepit gloria. *Jerem.* 46. Fortis impegit in fortem, & ambo pariter corruerunt. Vel ſic. *h* Ros ab ardore] i. Chriſtus a Patre, in quo eſt ardor charitatis, deſcendens. *i* Obvians venienti,] ideſt, Diabolo. *k* Humilem efficiet eum] ideſt, humiliabit ſuperbiam ejus humilitate paſſionis, quod ſignificatur in rogationibus, † in dracono, al. † diacono.
qui duobus primis diebus præcedit; in tertio quaſi victus ſequitur. Chriſtus dicitur ros, quia ſuaviter deſcendit, & terram Eccleſiæ fœcundam reddit. *Oſee ult.* Ero quaſi ros: & Iſrael germinabit ſicut lilium. Et ardorem diabolicæ tentationis refrigerat *ſup.* 18. Nonne ardorem refrigerabit ros? *l* In ſermone ejus] ideſt, imperio, vel prædicatione. *m* Siluit ventus] ideſt, mitigatur perſecutio. *Matt.* 8. Quis eſt iſte, quia venti & mare obediunt ei? *n* Cogitatione ſua] ideſt, voluntate vel ſapientia ſua. *o* Placabit abyſſum] profundæ & obſcuræ tentationis. Vel paſſive. *n* Cogitatione ſua] ideſt, qua de ipſo cogitatur. *o* Placabit abyſſum] humani cordis. Cogitatio enim paupertatis, & paſſionis Chriſti placabat abyſſum cupiditatis, & ambitionis humanæ. *Job* 28. Abyſſus dicit, non eſt in me; & mare loquitur, non eſt mecum. *p* Et plantavit Pſalm. 88.
illum,] ideſt, Diabolum. *q* Dominus Jeſus,] quia omnia per ipſum facta ſunt. *Joan.* 1. *Job* 4. Ecce Behemoth, quem feci tecum. *Ezech.* 28. Tu Cherub extentus & protegens, & poſui te in monte ſancto Dei. *Pſ.* 88. Aquilonem, ideſt, Dæmones, & mare, ideſt, homines peccatores tu creaſti. Æſtatem, ideſt, ſanctos Angelos: & ver, ideſt, viros juſtos, tu plaſmaſti ea. *r* Qui navigant mare] hujus ſæculi, ſuper Crucis navicula. De qua dicitur *Sap.* 14. Exiguo ligno credunt homines animas ſuas, & tranſeuntes mare per ratem liberati ſunt. *Matt.* 9. Aſcendens Jeſus in naviculam, tranſfretavit, & venit in civitatem ſuam, ideſt, qui per fidem Crucis calcant & tranſiliunt fluctus hujus ſæculi. *ſ* Enarrent pericula ejus] non ſubmerſi in aquis voluptatum & ſollicitudinum mundanarum: quia narratio peccantium odioſa eſt, *ſup.* 27. Vel ſic. *r* Qui navigant mare] ideſt, qui ſcrutati ſunt profunda Scripturæ Sacræ. *ſ* Enarrent pericula ejus] ideſt, quæ in ea ſcripta ſunt: Contra eos, qui docent, & non didicerunt. *t* Et audientes auribus noſtris admirabimur] præ multitudine & magnitudine periculorum, quomodo quis poteſt ea evadere. Vel per aliam litteram: Non admirabimur. Et tunc ſupplendum eſt, tantum, quantum illi, qui viderunt: quia

Segnius irritant animum demiſſa per aures: Hor. in Arte poet.
Quam quæ ſunt oculis ſubdita fidelibus.

x Illic,] ideſt, in mari hujus ſæculi. *y* Præclara opera, & mirabilia,] ſcilicet, miracula, quæ per ſanctos ſuos quotidie operatur Deus. *a* Varia beſtiarum genera,] ideſt, Dæmonum: De quibus *Pſal.* 73. Ne tradas beſtiis animas confitentes tibi, *Job* 11. Omnes beſtiæ agri ludunt ibi. *Iſa.* 56. Omnes beſtiæ agri, venite ad devorandum. *c* Et omnium pecorum] ideſt, omnium pecorum genera ſunt ibi. Leo ſuperbiæ, draco invidiæ, gryphes iracundiæ, aſinus pigritiæ, urſus gulæ, equus luxuriæ, talpa avaritiæ, vulpes doloſitatis, piſces curioſitatis, mulus ſterilitatis, corvus procraſtinationis, ciconia detractionis, camelæos adulationis, & cetera hujuſmodi. *Pſalm.* 103. Hoc mare magnum & ſpatioſum manibus, illic reptilia, &c.

⊖ *a* Et crea-

▲ *a* Et creatura belluarum] intranſitive, ideſt beſtiæ creatæ: Ad litteram tot ſunt in mari genera beſtiarum, quot in terra, vel forte. *b* Propter ipſum] ideſt propter ejus impetum refrænandum. *c* Conſummatus eſt, &c.] ideſt poſitus terminus, ultra quem effluere non poſſit. *Pſ.* 103. Terminum poſuiſti, quem non tranſgredientur. *Job* 38. Circumdedi mare terminis meis, & poſui vectem & oſtia, & dixi: Uſque huc venies, & non procedes amplius, & hic confringes tumentes fluctus tuos. *d* Et in ſermones ejus] i. Dei. *e* Compoſita ſunt omnia,] ideſt creata, & ordinata, quia ipſe dixit, & facta ſunt; ipſe mandavit, & creata ſunt. *f* Multa dicimus, &c.] quoniam ſupra dixerat ſe memorari operum Dei, & multa jam dixerat, ne crederet aliquis, quod omnia vellet, aut poſſet enumerando narrare, ſubjungit in commendatione Dei, & operum ejus, ſe in ſermone deficere ad narrandum omnia. Multo tempore dicere poteſt, & multa dixit, & hoc eſt. Multa dicimus, vel diximus, de operibus Dei. *g* Et deficimus in verbis] quibus narrantur opera Dei. Pluribus autem de cauſis dicitur quis deficere in verbo. Primo, quia de quo loquitur, ſuam excedit intelligentiam. Unde *Gloſſ.* Omnis eloquentia deficit in comparatione ejus, nec ſufficit enarrare virtutem ejus. *Pſ.* 138. mirabilis facta eſt ſcientia tua ex me confortata eſt, & non potero ad eam. Secundo, quia occulta eſt. *Sap.* 9. Quæ in proſpectu ſunt, invenimus cum labore; quæ in cœlis autem ſunt, quis inveſtigabit? Tertio, quia quo nomine nominetur, neſcit. Quarto, quia neſcit diverſitates idiomatum. Quinto, propter inſufficientiam linguæ, vel ſcientiæ. Sexto, propter affectum rei, qui vix exprimi poteſt verbo. Unde *Greg. in Mor.* Facilius de Deo loquitur, qui obſtupeſcendo tacet. Et quidam alius. Melius de Deo loquimur ſilentio, quam acta proferendo. Ut quidam Pictor optimus, poſtquam deſcripſit omnium dolentium geſtus, & ventum eſt ad depingendum dolorem patris, non inveniens modum, qui patri dolenti conveniret, velavit faciem patris depicti, deſignans dolorem patris eſſe qualemcumque quis, & majorem, quam quis excogitare poſſet. *h* Conſummatio, &c.] i. rerum ſignificatarum per ſermones. Vel ſermonum] i. omnium doctrinarum, decor, vel perfectio. *i* Ipſe eſt,] ſicut Conditor omnium. *Ap.* 1. Ego ſum α & ω. Vel ipſe dicitur conſummatio ſermonum: quia omnes ſermones, quos Prophetæ, & Patriarchæ de ſe prædixerunt, ipſe adimplevit. *k* In omnibus gloriantes] i. cum gloria inquirentes, vel narrantes. *m* Ad quid, &c.] attingere inquirendo? q. d. parum valemus in notitia creaturarum, multo minus in notitia Creatoris. Unde *Gloſſ.* Quid valet corporali creaturæ de incomprehenſibili Deo diſputare? Unde *Eccl* 5. Fili, pauci ſint ſermones tui de Deo. *Greg.* De quo etiam vera dicere periculoſum eſt. *n* Ipſe enim, &c.] per ſe ſolum omnia potens. *o* Super omnia, &c.] potens de his facere quicquid voluerit. Unde *Gl.* In cujus ditione univerſa ſunt poſita. *p* Terribilis Dominus] ideſt timendus, quia Dominus. *Mal.* 1. Si ego Dominus, ubi timor meus? *Pſ.* 95. Excelſus Dominus terribilis ſuper omnes Deos. *q* Et magnus, &c.] ideſt, immenſiter. *Pſ.* 144. Et magnitudinis ejus non eſt finis. *Sap.* 8. Attingit a fine uſque ad finem fortiter. *Jer.* 23. Cœlum & terram ego impleo. *r* Et mirabilis, &c.] *Eſth.* 15. Valde enim mirabilis es, Domine, & facies tua plena gratiarum. In hoc autem mirabilis potentia Dei eſt: quia omnia de nihilo fecit: & mirabilior, quod Creator eſt creatura, & quod Virgo peperit. Et ne aliquis crederet laudes ſufficienter poſſe narrari, & magnificentiam comprehendi, adjungit. *ſ* Glorificantes Dominum quantumcumque potueritis, ſupervalebit adhuc, & admirabilis magnificentia ejus,] i. major eſt omni laude *ſup.* 18. Quis ſufficiet enarrare opera illius? quis enim inveſtigabit magnalia ejus? virtutem magnitudinis ejus quis enunciabit? *x* Benedicentes Dominum exaltate illum,] ideſt, extra omnia, & ſuper omnia altum prædicate; quantum poteſtis. *a* Major eſt, &c.] ideſt majori laude dignus, quam ſit omnis laus humana, *b* Exaltantes eum replemini virtute,] ideſt opere ejus, vel gratia ejus, ut poſſitis & digni ſitis laudare. Pauci enim ſunt digni, vel ſufficientes laudare Dominum. Unde *Pſal.* 105. Quis loquetur potentias Domini, auditas faciet omnes laudes ejus? *d* Ne laboretis.] Ipſum ad plenum poſſe, laudare vel comprehendere. *e* Non pervenietis] vel comprehendetis, in præſenti vita, *ſup.* 3. Altiora te ne quæſieris. *f* Quis videbit eum, & enarrabit?] q. d. nullus. *Exod.* 33. Non videbit me homo, & vivet. *Joan.* 1. Deum nemo vidit unquam. *h* Et quis magnificabit eum digne,] ideſt, magnum enunciabit? *i* Sicut eſt ab initio.] Ideſt, quantum magnus eſt ab æterno *Eccl.* 7 Alta eſt profunditas, quis inveſtigabit eam? *k* Multa abſcondita ſunt] hominibus. *l* Majora his] quæ diximus:

al. † beſtiarum.

D

al. † conſirmatus.

Pſalm. 23.

& *a* creatura † belluarum. *b* Propter ipſum † *c* conſummatus eſt itineris finis, & in *d* ſermone ejus *e* compoſita ſunt omnia. *f* Multa dicimus, & *g* deficimus in verbis; *h* conſummatio autem ſermonum, *i* ipſe eſt. In *k* omnibus *l* gloriantes, *m* ad quid valebimus? *n* Ipſe enim Omnipotens ſuper *o* omnia opera tua. *p* Terribilis Dominus, & *q* magnus vehementer, & *r* mirabilis potentia ipſius. *ſ* Glorificantes Dominum *t* quantumcumque potueritis, ſupervalebit adhuc & *u* admirabilis magnificentia ejus. *x* Benedicentes Dominum *y* exaltate illum, quantum *z* poteſtis, *a* major eſt enim omni laude. *b* Exaltantes eum *c* replemini virtute. Ne *d* laboretis; non enim † *e* pervenietis. *f* Quis videbit eum, & *g* enarrabit? & quis *h* magnificabit eum, *i* ſicut eſt † ab initio? *k* Multa abſcondita ſunt *l* majora his.

al. † comprehenderis.

Pſalm. 91.

Myſtice.

al. † a principio.

Pluribus de cauſis quis dicitur deficere in verbo.

▲ Pauca enim

▲ *a* Et creatura belluarum] ideſt, creatæ beſtiæ, vel excedens beſtias, ideſt Dæmones in credulitate & bonorum perſecutione. *b* Propter ipſum] ideſt propter Chriſtum. *c* Conſummatus eſt itineris finis] ideſt ordo rerum tranſeuntium, & ſæculi finis conſummatus. Ipſe enim α & ω, ideſt principium & finis. *Apoc.* 1. Vel *b* propter ipſum] ideſt ejus imperio. *c* Conſummatus eſt itineris finis, ideſt tentationis, & perſecutionis bonorum immutatus eſt curſus ejus. *Job* 38. Circumdedi mare terminis meis, & poſui vectes & oſtia, & dixi: Uſque huc venies, & non procedes amplius. *d* Et in ſermone ejus compoſita ſunt omnia:] quia perſecutionum fluctus & Dæmonum monſtra ſolo verbo compeſcit. *f* Multa dicimus] in commendatione Dei & operum ejus. *g* Et deficimus in verbis,] quia major eſt omni laude. *h* Conſummatio autem ſermonum,] ideſt Scripturarum. *i* Ipſe eſt] quia omnes Scripturæ de ipſo ſunt & in ipſo impletæ ſunt. Unde in Cruce moriens, dixit: Conſummatum eſt: *Joan* 19. *k* In omnibus ſermonibus, vel operibus, vel virtutibus veſtris. *l* Gloriantes] ideſt gloriam appetentes. *m* Ad quid. val.] ex nobis? q. d. ad nihil. Non enim ſufficientes ſumus ex nobis aliquid cogitare; ſed omnis ſufficientia noſtra ex Deo eſt. 2. *Cor.* 3. Quid habes, quod non accepiſti? ſi autem accepiſti, quid gloriaris quaſi non acceperis? 1. *Cor.* 4. Vel ſic. *k* In omnibus] operibus Dei. *l* Glorificantes,] ideſt glorioſe inquirentes & intelligentes. *m* Ad aliquid valebimus] attingere? q. d. quantumcumque opera ejus cognoverimus, ipſum cognoſcere, vel laudare digne non valemus. *n* Ipſe enim Omnipotens ſuper omnia opera tua:] quia in ejus ditione univerſa ſunt poſita, & ad nutum ejus omnia fiunt. *p* Terribilis Dominus] malis in judicio. *q* Et magnus vehementer] quia ubique eſt totus potentialiter, præſentialiter, eſſentialiter, attingens a fine uſque ad finem fortiter; & diſponens omnia ſuaviter. *Sap.* 8. Unde *Pſal.* 144. Magnus, & laudabilis nimis, & magnitudinis ejus non eſt finis. *r* Et mirabilis, &c.] quia omnia de nihilo fecit, & mirabiliter matrem Virginem, & Deum hominem, & cor humanum credibile fecit. *Pſal.* 138. Mirabilia opera tua: & anima mea cognoſcit nimis. *ſ* Glorificantes] ideſt, laudantes Dominum. *t* Quantumcumque, &c.] multo majori dignus glorificatione. *Pſ.* 63. Accedet homo ad cor altum & exaltabitur Deus. *u* Et admirabilis, &c.] ideſt, largitas ejus, qua magna facit, & magna dat nobis. *Eſth.* 15. Valde mirabilis es Domine, & facies tua plena gratiarum. *x* Benedicentes Dominum] ideſt, bonum dicentes, vel bene de ipſo dicentes. *y* Exaltate illum, &c.] ideſt, omnia attribuentes, & voſipſos humiliantes. *a* Major eſt, &c.] angelica, vel humana. *b* Exaltantes eum,] ideſt, ejus altitudinem prædicantes. *c* Replemini virtute] humilitatis, manſuetudinis, & charitatis, ut ſitis digni laudare, quia non eſt ſpecioſa laus in ore peccatoris, *ſap.* 15. & *Iſa.* 40. Super montem excelſum aſcende tu, qui evangelizas Sion. *d* Ne laboretis comprehendere ipſum, qui eſt incomprehenſibilis. *e* Non enim pervenietis] ideſt, perfecte venietis ad ejus notitiam. *Prov.* 23. Noli laborare, ut diteris; ſed prudentiæ tuæ pone modum: ne erigas oculos tuos ad opes, quas non potes habere: quia facient ſibi pennas, & volabunt in cœlum. *f* Quis videbit eum] ſicuti eſt? *g* Et enarrabit] aliis? Solus Dominus Jeſus, qui ſolus perfecte vidit. *h* Et quis magnificabit eum, ſicut eſt ab initio,] ideſt, quis ejus Deitatem explicabit qua eſt ab æterno? *Iſa.* 53 Generationem ejus quis enarrabit? *k* Multa] adhuc abſcondita ſunt,] ideſt, non cognita de Deo. *l* Majora his,] quæ memoravi.

A *a* Pauca enim vidimus, &c.] reſpectu univerſitatis operum ejus. *b* Omnia autem, &c.] quaſi dicat hæc tamen confiteri debemus, ſi non poſſumus videre omnia. *c* Et pie, &c.] ideſt religioſe viventibus. *d* Dedit, &c.] ideſt ſui notitiam quantum utile eſt.

Myſtice. ❶ *a* Pauca enim vidimus, &c.] reſpectu univerſitatis, & reſpondet hoc ei, quod dixerat *ſup.* 42. Memor ero operum Domini, & quæ vidi annunciabo. *b* Omnia autem] quæ in rerum natura ſunt, Dominus fecit, quaſi dicat, & ſi pauca vidimus, hoc tamen confiteri debemus, quod Dominus omnia fecit, & pro omnibus eſt laudandus. *c* Et pie agentibus] ideſt, religioſe viventibus, ſubtie nobis, juſte pro Chriſto, pie Deo. *d* Dedit Sapientiam] ſui, & Dei notitiam qualemcumque. Vel, Sapientiam, ideſt, divinarum, & humanarum rerum cognitionem, quantum utile eſt ad ſalutem. Vel ſapientiam, ideſt, fidem, quæ purificat cor, ut ſapiat de omnibus per ſaporem proprium, & æſtimet ſecundum valorem ſuum.

A

Pauca *a* enim vidimus operum ejus: Omnia *b* autem Dominus fecit, & *c* pie agentibus *d* dedit ſapientiam.

CAP. XLIV.

e LAudemus *f* viros *g* glorioſos & *h* parentes noſtros in *i* generatione ſua. Multam *k* gloriam *l* fecit Dominus, *m* magnificentia ſua a *n* ſæculo. *o* Dominantes in *p* poteſtatibus ſuis, *q* homines magni virtute, & *r* prudentia ſua præditi, *ſ* nunciantes in Prophetis *t* dignitatem Prophetarum, & *u* imperantes in præſenti populo, & *x* virtute prudentiæ populis *y* ſanctiſſima verba. In † *z* peritia ſua *a* requirentes modos muſicos, & *b* narrantes carmina Scripturarum. *c* Homines divites in virtute, *d* pulchritudinis ſtudium habentes, *e* pacificantes in *f* domibus ſuis. *g* Omnes iſti in generationibus Gentis ſuæ *h* gloriam *i* adepti ſunt, & in *k* diebus ſuis *l* habentur in laudibus. Qui *m* de illis nati ſunt, *n* reliquerunt nomen narrandi laudes eorum.

vel † prudentia.

EXPOSITIO CAP. XLIV.

e LAudemus, &c.] Sicut dictum eſt in fine capituli præcedentis, Dominus major omni laude, & ideo cum in ſe laudari ab homine ſufficienter non poſſit, laudandus eſt in Sanctis ſuis, in quibus eſt mirabilis. Idcirco Auctor poſita laude Dei in ſe & in operibus ſuis; conſequenter adjungit de laudibus Dei in Sanctis ſuis, ponens aliqua de operibus illorum, propter quæ digni ſunt laude, ut ad eorum imitationem auditores invitet. Dividitur autem in duas partes. In prima ponit laudes Sanctorum generaliter. In ſecunda ponit laudes eorum ſpecialiter, qui fuerunt ante legem uſque ad Moyſen. Dicit ergo.

Laudemus,] ideſt dignos laude monſtremus verbo & imitatione. *f* Viros,] ideſt homines virtuoſos, qui non inflantur humana laude. *g* Glorioſos,] ideſt ex omni parte gloria dignos, vel jam in gloria receptos, quia ante mortem non eſt certa, vel ſecura laus hominis, ne laudes hominem quemquam: quoniam in filiis ſuis agnoſcitur vir, *ſup.* 11. Vel. Viros glorioſos, ideſt, Patriarchas & Prophetas, & ceteros Sanctos, qui divina locutione, & viſione fruebantur, & Spiritu Sancto repleti, multa Chriſti & Eccleſiæ myſteria præcinerunt. *h* Et parentes noſtros] ſpirituales, quorum fidem, & opera imitari debemus, & quorum doctrina & exemplis Deo geniti ſumus, ſecundum quod dicit Apoſtolus 1. *Cor.* 4. Per Evangelium ego vos genui. *i* In generatione ſua] ſpirituali, ideſt, pro generatione, qua genuerunt Deo filios ſpirituales, & bona opera. De qua, *Sap.* 4. O quam pulchra eſt caſta generatio. Vel. In generatione ſua, ideſt, ſecundum generationem ſuam, ideſt, ſecundum ea, quæ fecerunt in generatione, ideſt in vita ſua, *Gen.* 6. Noe vir juſtus atque perfectus in generatione ſua. *1. Mach.* 2. Memento operum Patrum, quæ fecerunt in generationibus ſuis. *k* Multam gloriam,] ideſt, multa opera glorioſa. *l* Fecit Dominus] per viros glorioſos. *m* Magnificentia ſua] ideſt potentia ſua, per quæ opera & ipſe magnus, & ipſi laudabiles oſtenduntur. Et quia poſſet aliquis quærere qui, vel quales ſunt iſti viri, oſtendit dicens. *n* A ſæculo,] ideſt a principio mundi. *o* Dominantes] ſibi ipſis, & hoſtibus ſuis. *p* In poteſtatibus ſuis] ideſt in virtutibus propriis, *ſup.* 7. Noli quærere fieri Judex, niſi virtute valeas irrumpere iniquitates. *Gen.* 1. Dominamini piſcibus maris, & volatilibus cœli, & univerſis animantibus, quæ moventur ſuper terram: *Gregor.* Sciant præpoſiti ſe non hominibus, ſed terræ beſtiis dominari; quia qua parte beſtiales ſunt, dominationi ſubditi ſunt. *q* Homines magni virtute,] ideſt fortitudine agendi, & patiendi. *r* Et prudentia ſua præditi ad diſcernendum, & eligendum bona, & vitandum pericula. *ſ* Nunciantes in Prophetis] ideſt in Scripturis propheticis. *t* Dignitatem Prophetarum] ideſt qualia dignum eſt Prophetas nunciare, vel per quæ oſtenderent ſe habere propheticam dignitatem. Quæ in multis conſiſtit. Primo in hoc, quod Prophetæ non proprio, ſed divino ſpiritu loquuntur. Unde 2. *Pet.* 1. Hoc primum intelligentes, quod omnis prophetia Scripturæ propria interpretatione non fit; non enim voluntate humana allata eſt aliquando prophetia, ſed Spiritu Sancto inſpirati locuti ſunt ſancti Dei homines. *Matt.* 10. Non enim vos eſtis, qui loquimini; ſed Spiritus Patris veſtri, qui loquitur in vobis. Secundo in hoc, quod vident futura aliis abſcondita. Tertio in converſatione excellenti. Quarto, in paſſione pro Chriſto. *u* Et imperantes, &c.] ideſt habentes jus imperandi, & auctoritatem in populo, qui tunc erat præſens, ut Moyſes, & Aaron, & Joſue, & ceteri. Vel in præſenti dicit: quia in futuro unus ſolus erit Prælatus, qui omnibus imperabit. Unde 1. *Cor.* 15. Cum evacuaverit omnem principatum, &c. *Ibi Gloſſ.* Dum durat mundus, homines hominibus præſunt; ſed omnibus collectis prælatio omnis ceſſabit. *x* Et virtute, &c.] ideſt virtuoſe & prudenter. *y* Populis ſanctiſſima verba] nunciantes, ſupple virtuoſe enunciant, qui nullo timore veritatem tacent. *Matth.* 10. Nolite timere eos, qui occidunt corpus, &c. Prudenter autem nunciant, qui loco & tempore & modo debito prædicant. *Eccl.* 8. Omni negotio tempus eſt & opportunitas. *Matth.* 24. Quis putas eſt fidelis ſervus & prudens, quem conſtituit Dominus ſupra familiam ſuam, ut det illis cibum in tempore? *Luc.* 12. Quis, putas, eſt fidelis diſpenſator, &c. *z* In peritia ſua] ideſt ſapienter. *a* Requirentes modos muſicos,] ideſt, muſicas modulationes. Non ad delectationem aurium, ut illi, de quibus dicitur *Iſa.* 5. Cythara & lyra & tybia, & tympanum in conviviis veſtris, & opus Domini non reſpicitis, ſed ad laudem Dei, ut in ſe devotionem excitarent. Unde cum cantabantur verſus Pſalmorum, reſonabat pſalterium decachordum, ſicut ſcriptum eſt: In decachordo pſalterio cum cantico in cythara. *Pſalm.* 91. *b* Et narrantes carmina Scripturarum] ideſt, metrice ſcribentes, ut David pſalterium, & Jeremias Threnos. *c* Homines divites in virtute] omni, vel poteſtate miraculorum, vel virtute Dei, qua omnia temporalia propter Chriſtum contemnunt, 1. *Cor.* 3. Omnia veſtra ſunt, *ſup.* 31. Beatus dives qui inventus eſt ſine macula. *d* Pulchritudinis ſtudium habentes] ideſt, pulchri ædificii faciendi Domino, ut Moyſes de tabernaculo. *Exod.* 36. Et Salomon de templo conſtituendo, 3. *Reg.* 6. 7. & 8. Et ſignificat hæc pulchritudo pulchritudinem animarum, quæ conſiſtit in vera fide & debita ordinatione cogitationum, affectionum, & operum. Unde *Auguſt.* Pulchritudo corporis eſt partium congruentia cum quadam coloris ſuavitate, ſicut in anima cum ratio bene ordinata ordinat cogitationes, & opera, & affectus, imitatione paſſionis Chriſti coloratur, tunc pulchra eſt anima. Et de hac pulchritudine dicit *Pſalm* 25. Domine, dilexi decorem domus tuæ. *e* Pacificantes] ideſt, pacem habentes. *f* In domibus ſuis,] ideſt, in conſcientiis ſuis, vel pacem ſervantes in familiis ſuis. De utroque dicitur *Sap.* 8. In multitudine videbor bonus, & in bello fortis, & intrans domum meam quieſcam cum illa. *Prov.* 15. Secura mens quaſi juge convivium. *g* Omnes iſti in generationibus Gentis ſuæ] ideſt, inter Gentes ſuæ generationis. *h* Gloriam] bonæ famæ, vel conſcientiæ. *i* Adepti ſunt] merito bonæ famæ. Unde *Gloſſ.* Merito prudentiæ & virtutis honorabuntur a ſubditis, quia boni erant & obedientes, quod eſt maximus honor Prælatorum. Unde 1. *Theſſ.* 2. Vos eſtis gloria noſtra & gaudium, *ibi Gloſſ.* Fructus Magiſtri eſt obedientia Diſcipuli, cujus bona converſatio coronam dat Magiſtro, Judice Chriſto. *k* In diebus ſuis] myſticis & litteralibus, non in noctibus peccatorum.

B

l Habentur in laudibus] adhuc: quia dies pleni invenientur in eis. *Prov.* 10. Memoria Juſti cum laudibus.

m Qui de illis nati ſunt,] litteraliter, vel ſpiritualiter, eorum exemplo & doctrina inſtructi. *n* Reliquerunt nomen narrandi laudes eorum;] ideſt, voce ſimul & actione laudes parentum ſuorum celebraverunt, & famam ſuam bene vivendo, & eos imitando uſque ad poſteros extenderunt, *ſupra* 30. Qui docet filium ſuum in zelum mittit inimicum; & in medio amicorum gloriabitur

bitur in illo, mortuus eſt pater ejus, & quaſi non eſt mortuus; ſimilem enim reliquie ſibi poſt ſe. a Et ſunt quorum, &c.] ideſt, qui non ſunt digni memoria ad imitandum, ſcilicet impii, & peccatores. De quibus *Pſ.* 9. Periit memoria eorum cum ſonitu, *ſup.* 41. Nomen impiorum delebitur. *Prov.* 10. Nomen impiorum putreſcet.

Et a ſunt, quorum non eſt memoria. b Perierunt, c quaſi qui non fuerint, d & nati ſunt, quaſi non nati, & e filii ipſorum f cum illis. g Sed illi viri miſericordiæ ſunt, h quorum pietates i non defuerunt. † Et k cum ſemine ipſorum † l perſeverat bona hæreditas. † & m nepotum ipſorum ſemen in teſtamento ſtetit, & n filiorum ipſorum ſemen o propter illos uſque in æternum † manet. p Semen eorum, & gloria eorum non q derelinquetur, r Corpora ipſorum in pace ſepulta ſunt, & ſ nomen eorum t vivet in † generationes, & generationes. u Sapientiam ipſorum x narrent populi, & y laudem eorum nunciet Eccleſia. z Enoch a placuit Deo, & b translatus eſt in Paradiſum, ut c det Gentibus d Sapientiam. e Noe inventus eſt perfectus, juſtus, f in tempore iracundiæ g factus eſt recon-

b Perierunt] corporaliter & ſpiritualiter. c Quaſi qui non fuerint] i. quia nihil boni reliquerunt. d Et nati ſunt, quaſi non nati] ideſt, pejus, quam non nati, quia bonum eſſet ei, ſi natus non fuiſſet homo ille. *Matt.* 26. e Et filii ipſorum] ideſt, imitatores eorum. f Cum illis] patribus peribunt. Vel e Filii ipſorum] ideſt, opera. f Cum illis] in æterna damnatione erunt, ut dicit *Gl.* *Sap.* 14. Factum cum illo, qui fecit tormentum patietur, *ſupr.* 27. Contereiur cum delinquente delictum.

al. † non habet Et. al. † permanet. al. † ſancta nepotes eorum, & in teſtamentis ſtetit ſemen eorum & filii eorum.

C

al. † manebit.

al. † generationem, & generationem.

g Sed illi viri miſericordię ſunt] ideſt, miſericordiam operantes, & miſericordiam promerentes. h Quorum pietates] ideſt, compaſſiones, & miſerationes. i Non defuerunt] tribulatis in ſua tribulatione: vel ipſi in propria tribulatione a pietatis opere non delituerunt. k Et cum ſemine ipſorum] i. imitatoribus eorum in cultu Dei. l Perſeverat bona hæreditas] i. firma ſpes promiſſionis Dei, qui ſervantibus legem multa bona promiſit. m Et nepotum ipſorum, &c.] i. pronepotes eorum pactum Domini ſervaverunt, & in promiſſiones ejus, ideſt, in terra promiſſa eis, manſerunt. n Et filiorum ipſorum ſemen] ideſt, abnepotes. o Propter illos uſque in æternum manet] ideſt, longo tempore pactum Domini ſervaverunt, & in terra promiſſionis permanſerunt. Per hoc autem quod dicit: Uſque in æternum manet, mittit ad myſterium. Unde dicit *Gloſſ.* Hæc juxta hiſtoriam de Patriarchis, & Prophetis accipiuntur, quorum ſemen, ideſt, Iſraelitæ, propter Patrum merita, & promiſſiones ſæpe de anguſtiis liberatum eſt. Unde Moyſes pro peccatis populi orans, Abraham, Iſaac, & Jacob reduxit ad memoriam, *Exod.* 32. Ut eorum meritis Deus placatus filiis peccantibus daret indulgentiam. Et patris David meritum, filiis multo tempore ſervavit regnum Juda. Sed ſacratiore ſenſu viri miſericordiæ ſunt Apoſtoli, & Prædicatores novi Teſtamenti, qui verbo Evangelii, & myſterio Baptiſmi quotidie gignunt filios Dei: qui imitatores parentum ſuorum exempla eorum ſequuntur, quorum corpora in ſpe reſurrectionis quieſcunt, quoniam ſemen bonorum operum cęleſti mercede compenſabitur: unde ſequitur, p Semen eorum, & gloria eorum] ideſt, glorioſum ſemen eorum, ideſt, bona opera, vel boni imitatores.

q Non derelinquetur] irremuneratum. Vel, non derelinquetur in manibus inimicorum ſuorum: etſi ad tempus exponatur tribulationi ad augmentum patientiæ & coronæ. Unde *Pſal.* 36. Junior fui: etenim ſenui: & non vidi Juſtum derelictum, nec ſemen ejus quærens panem: *Iſ.* 54. Ad punctum in modico dereliqui te, & in miſerationibus magnis congregabo te. r Corpora ipſorum in pace, &c.] & in pacis expectatione, & in ſpe beatitudinis æternæ. Unde *Gloſſ.* In pace quieſcentia expectant reſurrectionis diem, & gloriam æternam. *Gen.* 15. Tu autem ibis ad patres tuos in pace ſepultus in ſenectute bona. Sed quomodo verum eſt hoc ad litteram, cum legatur: Poſuerunt morticinia ſervorum tuorum eſcam volatilibus cęli, carnes Sanctorum tuorum beſtiis terræ? Reſpondeo. De aliis hoc: & de aliis illud intelligitur. Vel illud *Pſal.* Refertur ad cadavera corporum, illud Eccleſiaſtici refertur ad quietem ſpirituum. Sed ex hoc videtur, quod Sancti erant apud inferos in pace, & quiete. Contra *Prov.* 13. Spes, quæ differtur, affligit animam, Reſpondeo: In quiete ſperabant; ſed nondum rei. In veritate affligebantur deſiderio ſuæ expectationis; ſed conſolabantur certitudine ſpei. Carebant etiam omni alia pœna materiali. Unde *Sap.* 4. Juſtus ſi morte præoccupatus fuerit, in refrigerio erit. ſ Et nomen eorum,] ideſt, fama, vel memoria. t Vivet in generationes, & generationes] ideſt, ſemper. *Pſ.* 111. In memoria æterna erit Juſtus. u Sapientiam ipſorum] qua contemptis temporalibus æterna quaſi ſapida elegerunt. x Narrent populi] ideſt, minores, & laici. y Et laudem eorum nunciet Eccleſia] ideſt, majores, & Clerici ad Dei honorem, & ſui, & aliorum informationem. z Enoch, &c.] Secunda pars capituli, ubi poſt Sanctorum commendationem generalem deſcendit Auctor ad laudes eorum ſpeciales. Et primo ponit laudes eorum, qui fuerunt ante legem, incipiens ab Enoch, qui ambulavit cum Deo, & translatus eſt in Paradiſum. *Gen.* 5. Et creditur venturus in fine mundi. *Apoc.* 11. Ut det hominibus conſilium pœnitendi, & præmuniat contra aſtutiam Antichriſti. Sed quæritur, quare non incipit ab Adam? Et reſpondet *Gloſſ.* quia tranſgreſſus eſt, & de Paradiſo ejectus: neque ab Abel, quia ſtatim occiſus, nullum reliquit hæredem. Enoch vero & translatus fuit in Paradiſum vivus, & ſeptimus fuit ab Adam. Unde ſignificat omnes Juſtos, qui ſeptima ætate mundi per ſeptiformem gratiarum Spiritum ad requiem tranſferentur ad ſeptimam ætatem. Dicit ergo. z Enoch placuit Deo] quia ambulavit cum eo. *Gen.* 5. b Et tranſlatus eſt in Paradiſum,] terreſtrem, inde venturus in fine mundi. c Ut det Gentibus] ideſt, omnibus hominibus. d Sapientiam,] ideſt, conſilium pœnitendi, & præcavendi verſutias, & fallacias Antichriſti. Vel Sapientiam, ideſt, ſpiritualem intelligentiam, ſive fidem, ut per corporalem ejus tranſlationem credamus Sanctorum ſpiritualem tranſlationem.

Sap. 19. *Gen.* 5. *Heb.* 11. *Gen.* 6. *Heb.* 11.

Myſtice. Myſtice. z Enoch.] Interpretatur dedicatio, & ſignificat virum clauſtralem; qui ſe voto triplici, ſcilicet paupertatis, caſtitatis, obedientiæ, dedit Deo, ut jam ad alios uſus tranſire non poſſit. Hic. a Placuit Deo] quia propter ipſum ſua, ſuos, & ſe dimiſit. b Et tranſlatus eſt in Paradiſum] ideſt, de mundo in clauſtrum, ut operetur, & cuſtodiat illum, ſicut legitur de Adam *Gen.* 2. c Ut det Gentibus ſapientiam,] ideſt, conſilium, mundi pericula fugiendi, locum ſecuritatis quærendi, pro æternis tranſitoria commutandi. Clauſtrum vero Paradiſus dicitur, ideſt, locus deliciarum, de quibus dicitur *Ezec.* 28. In deliciis Paradiſi fuiſti. Ibi enim eſt fluvius de loco voluptatis egrediens, in quatuor capita diviſus, qui totum irrigat Paradiſum, ideſt, regularis obſervantia, quæ in quatuor partes dividitur, ideſt, in orationem, lectionem, meditationem, exteriorem occupationem. Omnis enim clauſtralis neceſſe habet ſemper in aliqua iſtarum eſſe. Ibi eſt lignum vitæ in medio, ideſt, Chriſtus ſpiritualiter. *Matt.* 10. Ubi fuerint congregati duo, vel tres in nomine meo, illic ſum in medio eorum. Ibi eſt lignum ſcientiæ boni, & mali, ideſt, regula, quę docet, quid bonum, & quid malum; & quid faciendum, & quid non. e Noe inventus eſt perfectus juſtus.] *Gen.* 6. Noe vir juſtus, atque perfectus in generationibus ſuis, ideſt, reſpectu hominum ſui temporis. f Et in tempore iracundiæ] ideſt, tempore diluvii, quando multiplicata malitia hominum iratus fuit eis Deus, ut omnes diluvio perderet. g Factus eſt reconciliatio,] ideſt, cauſa reconciliationis: quia verbo, & exemplo populum docuit, & ante diluvium, & poſt, ne iram Dei incurreret.

A a Ideo, ideſt, propter juſtitiam Noe.

Myſtice. Myſtice. e Noe,] interpretatur requies, & ſignificat Chriſtum, in quo ſolo requies eſt perfecta. *Jo.* 16. Hæc locutus ſum vobis, ut in me ſolum pacem habeatis, in mundo preſſuram habebitis. Hic. e Noe inventus eſt perfectus, juſtus,] ideſt, perfecte humilis. *Matt.* 3. Sic decet nos implere omnem juſtitiam. Vel, Perfectus juſtus inventus eſt, quia de ſe perfectam juſtitiam exhibuit Deo Patri pro Eccleſia ſua. f Et in tempore iracundiæ,] ideſt, in tempore paſſionis, quo videbatur Deus Pater eſſe iratus filio. g Factus eſt reconciliatio] ideſt, reconciliator humani generis apud Deum Patrem. *Col.* 1. In ipſo complacuit omnem plenitudinem inhabitare, & per eum reconciliari, omnia in ipſo pacificans per ſanguinem Crucis ejus ſive quæ in terris ſunt, ſive quæ in cœlis.

A a Ideo, ideſt, propter juſtitiam Noe. b Dimiſſum eſt re-

ſiquum terræ]i. reſidua pars hominum in terra, ſcil. octo animæ. 1.*Pet.*3. *c* Cum factum eſt diluvium]*Gen.*7. *d* Teſtamenta ſæculi,] i. pactum, de ſæculo non ultra per diluvium perdendo. *e* Poſita ſunt apud illum] ſcil. Noe. *f* Ne *g* deleri poſſit] ultra. *h* Diluvio] generali. *i* Omnis caro] i. omne animal. *Gen.* 9. Statuam pactum meum vobiſcum, & nequaquam ultra interficietur omnis caro aquis diluvii.

ciliatio. *a* Ideo dimiſſum *b* eſt reliquum terræ, cum *c* factum eſt diluvium. *d* Teſtamenta ſæculi *e* poſita ſunt apud illum, *f* ne *g* deleri poſſit *h* diluvio *i* omnis caro. k Abraham magnus Pater multitudinis Gentium: *l* & non eſt inventus ſimilis illi in gloria. *m* Qui conſervavit *n* legem excelſi, *o* & fuit in *p* teſtamento cum illo. In *q* carne ejus *r* ſtare fecit † firmamentum, *ſ* & in tentatione *t* inventus eſt fidelis. Imo *u* jurejurando *x* dedit *y* illi *z* gloriam in Gente *a* ſua *b* creſcere illum † quaſi terræ cumulum, & ut ſtellas *c* exaltare ſemen ejus, d & hæreditare illos *e* a mari uſque *f* ad mare, & *g* a flumine uſque *h* ad terminos orbis † terrarum. Et *i* Iſaac eodem fecit modo k propter Abraham Patrem ejus: *l* Benedictionem omnium Gentium † dedit illi Dominus, & *m* teſtamentum ſuum *n* confirmavit ſuper

Myſtice. *Gen* 17. D *Gen.* 17. Θ *a* Ideo] i. merito Paſſionis Chriſti. *b* Dimiſſum eſt reliquum terræ]i. ſalvatum eſt genus humanum. *c* Cum factum eſt diluvium] duplex, ideſt ſanguinis, & aquæ de latere Chriſti manantis *Naum* 1. Bonus Dominus, & confortans in die tribulationis, & ſperantes in ſe ſciens, & in diluvio prætereunte conſummationem faciet loci ejus, & inimicos ejus perſequentur tenebræ. Eſt autem triplex diluvium, ſcil. diluvium gratiæ, diluvium pœnæ, diluvium culpæ. Diluvium gratiæ eſt Baptiſmus. De quo *Pſ.* 28. Dominus diluvium inhabitare facit: & ſedebit Dominus Rex in æternum. In hoc diluvio pereunt vitia, & ſalvantur virtutes. Si quidem in mari rubro ſubmerſis Ægyptiis, ſalvati ſunt Hebræi. *Exod* 14. Diluvium pœnæ eſt fluctus ſæculi. De quo *Pſ.*31. Verumtamen in diluvio aquarum multarum ad eum non approximabunt. In hoc diluvio ſola dilectio per patientiam ſalvatur. *Cant.* 8. Aquæ multæ non potuerunt extinguere charitatem. Diluvium culpæ eſt fluxus carnis. De quo *Gen.* 6. Perdam aquis diluvii omnem carnem, ideſt omnem carnalem hominem. In hoc diluvio perit fere totus mundus. *Oſ.* 4. Maledictum & homicidium, & mendacium, & furtum, & adulterium inundaverunt. Primum diluvium eſt optandum, quia eſt ad ſalutem. *Pſ.* 41. Quemadmodum deſiderat cervus ad fontes aquarum, ita deſiderat anima mea ad te, Deus. Secundum eſt tolerandum, quia eſt ad virtutum augmentationem. *Matt* 5. Beati, qui perſecutionem patiuntur propter juſtitiam, quoniam ipſorum eſt regnum cœlorum. Tertium eſt præcavendum, quia eſt ad damnationem. 1.*Cor.*6. Fugite fornicationem. *d* Teſtamenta ſæculi] i. promiſſiones de ſalute ſæculi. *e* Poſita ſunt apud illum] quia Deus Pater promiſit mundum ſalvare per illum. *f* Ne diluvio pœnæ, vel culpæ. *g* Deleri poſſit omnis caro] *i.* fragilis homo. Secundum *Gl.* per Noe ſignificantur Rectores Eccleſiæ, qui inter fluctus ſæculi arcam, ideſt Eccleſiam Dei regunt, & prædicant Baptiſmum pœnitentiæ &, orationibus & ſacrificiis Deum placant, & reconciliant humano generi. Sequitur k Abraham magnus Pater, &c.]*Gen.*17. Eris pater multarum Gentium: non ultra vocabitur nomen tuum Abram, ſed vocaberis Abraham: quia patrem multarum Gentium conſtitui te. Magnus autem dicitur divitiarum, & poſſeſſionum magnitudine. *Gen.* 13. Erat autem dives valde in poſſeſſione auri & argenti. Vel magnus auctoritate, quia Patriarcha, magnus fide, & obedientia, quia credidit Deo, & reputatum eſt ei ad juſtitiam. *Gen.* 15. Magnus ſignificatione, quia gerit typum Patris, in hoc, quod immolavit filium. *Gen.*22. Typum filii, in hoc, quod relicta ſua generatione venit in terram Chanaan. *Gen.*12. Typum antiquorum, & omnium fidelium patrum, in hoc, quod tres vidit, & unum adoravit. *Gen.* 18. Imo recte dicitur ei *Gen.* 12. Benedicam tibi, & magnificabo nomen tuum. *l* Et non eſt inventus, &c.] i. in fide, & obedientia glorioſa, quia ſecundum Joſephum primus Prædicator fidei catholicæ fuit, & in omnibus facile Deo credidit, & magnus, vel maximus in tempore ſuo fuit. Vel, In gloria, ideſt in glorioſa victoria quatuor Regum. *Gen.* 15. Vel, In gloria conſcientiæ, de qua dicit Apoſtolus, 2.*Cor.* 1. Gloria noſtra hæc eſt, teſtimonium conſcientiæ noſtræ,

al. † teſtamentum. *Gen.* 22. *Gen.* 11. *Diluvium triplex.* al. † ſicut. al. † terræ. al. † non habet Dominus,

Vel, In gloria divitiarum, ut dictū eſt. Vel, In gloria, quia Angelos in hoſpitio recepit. *Gen.* 18. Vel quia ei primo factæ promiſſiones de Chriſto naſcituro ex ſemine ejus. *Gen.* 12. In te benedicentur univerſæ generationes terræ. Vel, In gloria, ideſt in charactere circumciſionis, quo dividebatur a ceteris nationibus. Vel, In gloria, quia ſenex de vetula genuit filium, quod fuit gloria magna. *m* Qui conſervavit] i. corde, ore, & opere ſervavit. *n* Legem Excelſi] i. legem naturalem, quæ in corde ejus erat ſcripta, quæcumque vultis, ut faciant vobis homines: & vos eadem facite illis. *Matt.*7. Et quod tibi oderis fieri, vide ne tu alicui feceris. *Tob.*4. Vel legem Excelſi, vocat præceptum de decimis ſolvendis, quod conſervavit Abraham, quando decimas ſpoliatorū obtulit Melchiſedech ſibi obviam venienti. *Gen.* 13. *o* Et fuit] Dominus, ſcilicet, *p* In teſtamento cum illo] Abraham ſcilicet, ideſt Dominus cum eo fecit pactum circumciſionis. *Gen.* 17. Vel promiſit ei Dominus, quod in ſemine ejus benedicerentur omnes Gentes. *Gen.*22. *q* In carne ejus,]i. in præputio ſuo, & ſuorum. *r* Stare fecit firmamentum] teſtamentum alia littera, ideſt firmum pactum circumciſionis, quaſi dicat: In carne præputii ſui, & ſuorum implevit pactum Domini, quia ſe, & ſuos, ſicut ei Dominus dixerat, circumcidit. *Gen.*17. Vel, *q* In carne ejus,] ideſt, in prole ſua. *r* Stare fecit firmamentum,] ideſt, firmam Dei promiſſionem, quia de ipſo natus eſt Chriſtus, ſicut Deus promiſerat, quod ipſe dicitur feciſſe, quia idoneum ſe reddidit, ut de ipſo Chriſtus naſceretur, ſicut B. Virgo dicitur meruiſſe portare, & parere Dominum. *ſ* Et in tentatione,] ideſt in probatione, quando juſſus eſt filium immolare. *Gen.*22. *t* Inventus eſt fidelis] ideſt obediens, & firmiter credens, quod Dominus Iſaac ſuſcitaret, ut in ipſo benedicerentur omnes Gentes per Chriſtum de ipſo naſciturum, ſicut promiſit ei Dominus. *Heb.*11. Fide obtulit Abraham, Iſaac, cum tentaretur: & unigenitum offerebat in quo ſuſceperat promiſſiones, ad quem dictum eſt: quia in Iſaac vocabitur tibi ſemen, arbitrans, quia & a mortuis ſuſcitare eum potens eſt Deus. *u* Imo jurejurando] ideſt, firmiter promittendo. *x* Dedit] Dominus. *y* Illi] Abraham. *z* Gloriam] ideſt, gaudium, & honorem, ſcil. *a* In Gente ſua] ideſt, in filiis, vel inter Judæos, ſcil. *b* Creſcere illum, quaſi terræ, &c.] ideſt, abundanter. Cumulum terræ dicit quoad malos, qui ſunt ſteriles in bonis operibus. Stellas dicit quoad bonos, qui verbo, & exemplo noctem mundi illuminant. Unde *Gl.* Duplex eſt promiſſio Abrahæ. In arena maris exprimuntur ſteriles Judæi: in ſimilitudine ſtellarum fideles Chriſtiani, qui reſurrectionis lumine coruſcant, ſicut aſtra cœli. Promiſſionem hanc duplicem habemus *Gen.* 22. Benedicam tibi, & multiplicabo ſemen tuum, ſicut ſtellas cœli, & velut arenam, quæ eſt in littore maris. *c* Exaltare ſemen ejus] virtutibus & miraculis, quæ pro eis fecit Dominus. *d* Et hæreditare illos] dedit, vel fecit, ſupple. *e* A mari] orientali, quod dicitur mare mortuum. *f* Uſque ad mare] occidentale, quod dicitur mare magnum. *g* Et a flumine] magno Euphrate. *h* Uſque ad terminos,] ideſt, uſque ad terminos, qui ſunt colles terrarum, non aquæ, vel flumina, ſicut eſt mons Libani, quaſi dicat, terra hæreditatis eorum ex una parte terminatur ad montem Libani, ex alia ad flumen Euphratem, ex alia ad mare mortuum, ex alia ad mare magnum. *Deut.* 11. Omnis locus, quem calcaverit pes veſter, veſter erit, a deſerto, & Libano, & a flumine magno Euphrate uſque ad mare occidentale erunt termini veſtri. Hoc exponitur myſtice de Chriſto ſuper illud *Pſal.* 71. Dominabitur a mari uſque ad mare; & a flumine uſque ad terminos orbis terrarum; quia Chriſtus dominatur uſque ad fines terrarum, & Eccleſia, quæ eſt corpus ejus, totum mundum occupavit, quia in omnem terram exivit ſonus eorum, & in fines orbis terræ verba eorum. *Sap.* 1. Spiritus Domini replevit orbem terrarum, &c. *i* Et Iſaac eodem modo fecit,] ideſt, benedixit, & promiſit idem, quod Abraham. k Propter Abraham patrem ejus] *Gen.* 26. Tibi, & ſemini tuo dabo univerſas regiones has, complens juramentum, quod ſpopondi patri tuo Abraham: & multiplicabo ſemen tuum, ſicut ſtellas cœli. *l* Benedictionem omnium Gentium dedit illi Dominus] id eſt, gratiam contra omnes, inter quos habitavit. *Prov.* 16. Cum placuerint Domino viæ hominis, inimicos quoque ejus convertet ad pacem. *m* Et teſtamentum ſuum] ideſt, pactum de ſemine multiplicando, vel de Chriſto de ſeipſo naſcituro, vel de terra promiſſionis poſſidenda. *n* Confirmavit,] vel conſummavit ſuper caput Jacob, ideſt, ſuper Jacob, cui idipſum promiſſum eſt, *Gen.* 28. Dixit Deus ad Jacob: Ego ſum Dominus Deus Abraham patris tui, & Iſaac: terram, in qua dormis, dabo tibi, & ſemini tuo: eritque germen tuum, quaſi pulvis terræ, & dilataberis ad orientem, & occidentem, ſeptentrionem, & meridiem: & benedicentur in ſemine tuo omnes Tribus terræ. Vel aliter, Benedictionem

omnium

Digitized by Google

omnium Gentium, ideſt Chriſtum, a quo benedictionem receperunt omnes Gentes. Dedit illi Dominus, ideſt ut de illo naſceretur. Et teſtamentum ſuum, ideſt promiſſum ſuum de Chriſto naſcituro. Confirmavit, ideſt Gentilis populi, qui poſterior ad gratiam fidei & Baptiſmi regenerationem acceſſit, cui plenitudo paternæ benedictionis provenit.

caput Jacob. *a* Agnovit eum in benedictionibus ſuis, *b* & dedit illi *c* hæreditatem, *d* & diviſit illi partem in Tribubus duodecim. Et *e* conſervavit illi *f* homines miſericordiæ *g* invenientes gratiam in † conſpectu omnis carnis.

C A P. XLV.

Dilectus *h* Deo, & hominibus Moyſes, *i* cujus memoria in benedictione eſt. Similem illum k fecit in *l* gloria Sanctorum, & *m* magnificavit eum in timore inimicorum, *n* & in verbis ſuis monſtra placavit, *o* Glorificavit illum in *p* conſpectu Regum, *q* & juſſit illi *r* coram populo ſuo, *ſ* & oſtendit illi gloriam ſuam. In *t* fide, & lenitate ipſius ſanctum fecit illum, *u* & elegit eum ex omni carne. *x* Audivit enim *y* eum, *z* & vocem ipſius, & *a* induxit illum in † nube. Et *b* dedit illi *c* cor *d* ad præcepta, *e* & legem vitæ, *f* & diſciplinæ *g* docere *h* Jacob *i* teſtamentum ſuum, & k judicia ſua Iſrael. *l* Excelſum fecit Aaron fratrem † ejus, *m* & ſimilem ſibi

a Agnovit eum] i. approbavit, & dignum ſuis benedictionibus reputavit. Benedictionibus dicit pluraliter, quia duplex eſt benedictio, ſcil. dexteræ, & ſiniſtræ: & utraque benedictus fuit Iſaac a Domino, *b* Et dedit illi] i. ſemini ejus. *c* Hæreditatem] ideſt, terram promiſſionis quaſi jure hæreditario. (al. † oculis.)
d Et diviſit illi partem] ideſt terram illam diviſit duodecim Tribubus, cuilibet partem ſuam aſſignans. A *Joſue* 21. *e* Et conſervavit illi] ideſt, duodecim Patriarchas, quibus Dominus miſericors extitit. *g* Invenientes gratiam in conſpectu &c.] ideſt, ſemen ejus conſervando propagavit, & gratioſum reddidit apud omnes tempore Joſeph. Aliter. *a* Agnovit eum] ideſt, agnoſci fecit ſuis benedictionibus. *b* Et dedit illi,] ſupernæ patriæ. *d* Et diviſit illi] ideſt, totum mundum diviſit duodecim Apoſtolis convertendum. *Luc.* 9. Convocatis Jeſus duodecim Apoſtolis dedit eis virtutem, & poteſtatem ſuper omnia Dæmonia, & ut languores curarent, & miſit illos prędicare regnum Dei. *e* Et conſervavit] illi, ſcilicet Jacob, ideſt Chriſto. *f* Homines miſericordiæ] ideſt, Apoſtolos, & Apoſtolicos viros. *g* Invenientes gratiam, &c.] quia Eccleſia Dei ab omnibus Gentibus honoratur, & in univerſo mundo prædicatur.

E X P O S I T I O C A P. XLV.

Dilectus Deo, &c.] In præcedenti cap. poſuit Auctor laudes Patrum, qui fuerunt ante legem. In hoc autem capitulo incipit ponere laudes eorum, qui fuerunt ſub lege. Et primo de Moyſe agit, ſecundo de Aaron fratre ejus, tertio de Phinees filio Eleazari. Dicit ergo. *h* Dilectus Deo, & hominibus Moyſes] ſupple, fuit. Et dicit *Gl.* quia ſuavis, & mitis ſuper omnes homines. Unde *Num.* 12. Erat Moyſes vir mitiſſimus ſuper omnes homines, qui morabantur in terra. Ideo dicitur *Matt.* 5. Beati mites, quoniam ipſi poſſidebunt terram: quia mites Domini ſubditorum amorem habent. *Pſ.* 89. Supervenit manſuetudo, & corripiemur. *i* Cujus memoria in benedictione eſt,] quia laude per omnia dignus, & benedicendus, dicit *Gloſſ.* Sed contra eſt de murmure ad aquas contradictionis. *Num.* 20. Sol. Per omnia placet Deo, & laudabilis eſt: quia finaliter bonus eſt. Simile in collecta. Ut indulgentiam, quam ſemper optavit, mereatur percipere peccatorum. k Similem illum fecit in gloria Sanctorum] ideſt, ſimilem fecit illum Sanctis exiſtentibus in gloria, quia apertam viſionem ſui, & collocutionem dedit ei, ſicut Sanctis. *Num.* 12. Si quis fuerit inter vos Propheta Domini, in viſione apparebo ei, vel per ſomnium loquar ad illum. At non talis ſervus meus Moyſes, qui in omni domo mea fideliſſimus eſt. Ore enim ad os loquor ei: & palam, non per ænigmata, & figuras Deum videt. Vel ſic. [Similem illum fecit Sanctorum] ideſt, Sanctis. *l* In gloria] i. operatione miraculorum, & ſignorum. *Exod.* 2. ſecundo capitulo uſque ad finem *Deut.* Vel [In gloria] ideſt, in claritate vultus, qui ita reſplenduit, ut non poſſent in eum reſpicere filii Iſrael. *Exod.* 34. Videntes Aaron, & filii Iſrael faciem Moyſi eſſe cornutam, timuerunt prope accedere. Cornua faciei dicuntur radii præclari, qui exibant a facie ejus. Unde 2 *Cor.* 3. Si miniſtratio mortis litteris deformata, in lapidibus fuit in gloria, ita ut non poſſent intendere filii Iſrael in faciem Moyſi propter gloriam vultus ejus, &c. *m* Et magnificavit eum in timore inimicorum] i. in miraculis timorem incutientibus inimicis, gloriam in conſpectu eorum conſecutus eſt. Inimicos vocat Pharaonem, & ſocios ejus, coram quibus magnificatus eſt per opera, quæ fecit. *Exod.* 2. *cap.* uſque ad 12. Inimicos etiam dicit Amalecitas, quos proſtravit Joſue ipſo Moyſe levante manus, & orante *Exod.* 17. Inimicos etiam vocat Dathan, & Chore, & Abiron, & complices eorum, qui contra Moyſen ſe erexerunt, & a terra abſorpti ſunt. *Num.* 16. *n* Et in verbis ſuis monſtra placavit] ideſt, ſerpentes Magorum. *Exod.* 7. Vel ſerpentes ignitos, *Num.* 21. Vel Monſtra placavit, ideſt, plagas monſtruoſas ceſſare fecit. *o* Glorificavit illum] miraculis & portentis. *p* In conſpectu Regum] ideſt, Pharaonis, & Principum Ægypti, qui ſubmerſi ſunt in mari rubro. (*Exod.* 14.) *q* Et juſſit illi,] id eſt, juſſa ſua dedit illi, & ſecreti ſui participem fecit. *r* Coram populo ſuo] ideſt, præſente populo ſuo, non ita tamen, ut montem aſcenderent, vel tangerent, ſed tantum audiebant vocem buccinæ, & videbant fumum, & lampades coruſcantes in monte. *Exod.* 19. *ſ* Et oſtendit illi gloriam ſuam] in rubo. (al. † nubem.) *Exod.* 3. Vel, Oſtendit illi gloriam ſuam] ideſt, in monte Synai *Exod.* 24 Cum aſcendiſſet Moyſes, operuit nubes montem: & habitavit gloria Domini ſuper Synai, tegens illum nube ſex (al. † ſuum.) diebus. Vel, gloriam ſuam, ideſt, faciem ſuam glorioſam. *Exod.* 33. Oſtende mihi gloriam tuam. Reſpondit. Ego oſtendam omne bonum tibi. *t* In fide, & lenitate] ideſt, firmum & mundum, & per hoc fides ejus, & lenitas erat acceptabilis Deo. *Num.* 12. Erat Moyſes mitiſſimus ſuper omnes homines, qui morabantur in terra. Et *inf. eod.* At non talis ſervus meus Moyſes, qui in omni domo mea fideliſſimus eſt. Et poteſt accipi fides pro fidelitate, quia fidelis fuit Domino, ſicut dicitur *Heb.* 3. Moyſes quidem fidelis erat in tota domo ejus tanquam famulus. Et pro fide virtute Theologica, quam firmiſſimam habuit. Unde *Heb.* 11. Fide grandis Moyſes factus negavit ſe eſſe filium filiæ Pharaonis, magis eligens affligi cum populo Dei, quam temporalis peccati habere jucunditatem. *u* Et elegit eum ex omni carne,] ideſt, de omni populo, ut educeret populum Iſraeliticum de Ægypto. *x* Audivit enim] Moyſes. *y* Eum] ideſt, Deum utraque aure. *z* Et vocem ipſius] qui loquebatur ei facie ad faciem, ſicut amicus ſolet loqui ad amicum ſuum. *Exod.* 33. *a* Et induxit illum] ideſt, in caligine nubis, unde loquebatur ei. *Exod.* 34. Septimo die vocavit eum Dominus de medio caliginis, ingreſſuſque Moyſes medium nebulæ aſcendit in montem, & fuit ibi quadraginta diebus, & quadraginta noctibus. *b* Et dedit illi] ſcil. Dominus Moyſi. *c* Cor] ideſt, intelligentiam, & voluntatem bonam. *d* Ad præcepta] decem. *e* Et legem vitæ,] ideſt, quæ dat vitam æternam, ſi ſpiritualiter intelligatur, & efficaciter impleatur. *Rom.* 7. Inventum eſt mihi mandatum, quod erat ad vitam, hoc eſt ad mortem. *f* Et diſciplinæ] dedit legem. *g* Docere] i. ut doceret. *h* Jacob,] ideſt, populum Iſraeliticum ex Jacob natum. *i* Teſtamentum] ideſt, pactum Domini cum populo. *k* Et judicia ſua] doceret, ſupple, ideſt, populum Iſraeliticum. Et eſt idem Jacob, & Iſrael: ſed per hoc dat differentiam majorum, & minorum, activorum, & contemplativorum, pœnitentium, & perfectorum: Nota differentiam inter legem vitæ, & legem diſciplinæ, & teſtamentum, & judicia. Legem vitæ dicit Decalogum, & præcepta moralia. Legem diſciplinæ dicit cęremonialia omnia, quæ populo ad onus data fuere ad tempus. Teſtamentum dicit pactum ſive fędus Domini cum populo, & populi cum Domino. Judicia, per quæ diminuitur lis, & infligitur pœna reo, ut eſt illud:

Si quis furatus fuerit bovem, vel ovem, & occiderit, vel vendiderit: quinque boves pro uno bove reſtituet, & quatuor oves pro una ove. *Exod* 22. Poſt Moyſi laudes ponit Auctor commendationem Aaron fratris ejus, qui datus fuit ſocius, & prolocutor Moyſi, eo quod eloquens eſſet, ut legitur *Exod.* 4. Deſcribens ergo ritum veteris Sacerdotii, & ornatum Pontificis, quæ omnia figura erant novi Teſtamenti, & veri Sacerdotis Jeſu Chriſti, ſicut legitur *Heb.* 9. dicit. *l* Excelſum fecit] Dominus Aaron fratrem ejus, eloquentiæ venuſtate, & Sacerdotii dignitate, & vitæ ſanctitate. *m* Et ſimilem ſibi,] ideſt, Moyſi, in re-

A

a de Tribus Levi. *b* Statuit ei *c* teſtamentum æternum, & *d* dedit illi Sacerdotium Gentis: & *e* beatificavit illum in gloria. *f* Et circumcinxit eum Zona juſtitiæ, & *g* induit eum † ſtolam gloriæ, & *h* coronavit eum in vaſis virtutis. † *i* Circumpedes, & *k* fœmoralia, & *l* humerale *m* poſuit ei, & † *n* circumcinxit illum tintinnabulis aureis plurimis in gyro, *o* dare ſonitum in *p* inceſſu ſuo, auditum facere ſonitum in *q* templo in *r* memoriam filiis Gentis ſuæ. *ſ* Stolam ſanctam *t* auro, & hiacyntho, & purpura, *u* opus textile, viri ſapientis *x* judicio *y* & veritate *z* præditi. *a* Torto *b* cocco *c* opus Artificis, *d* gemmis pretioſis figuratis in ligatura auri, & † opere lapidarii ſculptis in *e* memoriam, ſecundum numerum Tribuum Iſrael. *f* Corona aurea *g* ſuper mitram ejus *h* expreſſa ſigno ſanctitatis, & *i* gloria honoris: & opus virtutis *k* deſiderio oculorum ornata. Sic *l* pulchra ante ipſum non *m* fuerunt talia uſque ad † Orientem. *n* Non eſt indutus illa *o* alienigena aliquis, *p* ſed tantum filii ipſius *q* ſoli, *r* & nepotes ejus per *ſ* omne tempus. *t* Sacrificia ipſius † *u* conſummata ſunt igne *x* quotidie. *y* Complevit Moyſes manus ejus, *z* & unxit illum oleo ſancto. *a* Factum eſt illi in Teſtamentum æternum, *b* & ſemini ejus *c* ſicut dies

ſtuum, & ducatum populi, in ſignis, & miraculis faciendis, & in officio ſacerdotali, licet Sacerdos non fuerit, ſicut dicit *Gl. ſup. illud Pſ.98.* Moyſes, & Aaron in Sacerdotibus ejus. *a* De Tribu Levi] natum. Jacob genuit Levi, Levi autem genuit Caath, Caath Amram, Amram genuit Aaron, Moyſen, & Mariam. *Exod.6.* *b* Statuit ei] Dominus, Aaron. *c* Teſtamentum] æternum, ideſt, pactum Sacerdotii legalis, æterni Sacerdotii, ideſt, Evangelici figurativum. Vel, Æternum, i. extra terminum aſſignatum. Illud enim æternum dicitur ſecundum *Aug.* quod ſine termino præfigitur. *d* Et dedit illi Sacerdotium Gentis] ſuæ inſtruendæ, & regendæ. *e* Et beatificavit illum in gloria] Sacerdotii, vel veſtium ſacerdotalium, ideſt beatum dicere voluit, vel beatum oſtendit, quia beatum dicunt populum, cui hæc ſunt, ideſt ad ejus commodum ſiunt. Et talis revera fuit Aaron, quia bene functus fuit officio ſuo. *f* Et circumcinxit eum Zona] ideſt, Balthæo reticulato, de quatuor pretioſis coloribus texto, quod initium cingendi ſumebat a pectore circumductus per latera ante umbilicum rediens, ibique modicum ſtringebatur, & uſque ad tibias dependebat ad decorem, ut legitur ſuper *Exod.28.* Vocabatur autem hic Balthæus Zona juſtitiæ: quia ſignificat juſtitiam, quæ reſtringit in nobis motus irrationabiles, Unde *Iſ.11.* Et erit juſtitia cingulum lumborum ejus. *g* Et induit eum ſtolam gloriæ] i. tunicam hiacynthinam, quæ poderis, ideſt, thalaris dicitur, nomen ſtola, a Stolon, quod eſt longum; Stola vero gloriæ dicitur, quia in ea erat totus orbis deſcriptus, ſicut dicitur *Sap.18.* In veſte poderis, quam habebat, totus erat orbis terrarum. *h* Et coronavit eum in vaſis virtutis] i. inſtrumentis virtuoſe, & artificioſe compoſitis, ideſt thiara, & cidari, quæ vitta ſtricta ligabatur, ne facile moveretur a capite. *i* Circumpedes, & femoralia] ſupple, induit eum. Circumpedes autem dicit malogranata, & tintinnabula, quæ circa pedes a poderi dependebant. Femoralia vero vocat brachas, quibus Sacerdos immolaturus prius induebatur. *l* Et humerale poſuit ei] i. Ephod lineum latum ſuper tunicam hiacynthinam de quatuor pretioſis coloribus textum, ſcilicet purpura, & hiacyntho, & cocco bis tincto, & byſſo retorta, auroque contextum ſine manicis ad modum colobii, deſcendens uſque ad renes, habens in pectore aperturam ad modum palmi, in qua Logion inſerebatur, in cujus parte ſuperiore infibulati erant auro duo lapides Sardonyces, vel Smaragdi ſecundum Joſephum, ſuper humeros, in quibus erant ſcripta nomina duodecim filiorum Iſrael, ſex nomina ſeniorum in humero dextro, ſex nomina juniorum in humero ſiniſtro: Aliter poteſt exponi, & melius ſecundum quod *Gl.* innuunt. *i* Circumpedes] i. ſandalia, vel byſſinam ſyndonem, quæ linea ſtricta, vel ſubucula dicebatur, deſcendens uſque ad pedes. *k* Et femoralia] i. brachas. *l* Et humerale] i. Ephod. *m* Poſuit ei] Dominus, ideſt, Aaron. *n* Et circumcinxit illum] i. ſeptuaginta duobus, quæ pro fimbriis habebantur in poderi, erantque facta ex hyacintho, & purpura, & cocco bis tincto. *o* Dare ſonitum] i. ut daret ſonitum. *p* In inceſſu ſuo, ideſt ut audire faceret ſonitum. *q* In templo,] i. in ingreſſu, vel egreſſu de templo. *r* In memoriam] i. ut memoriam faceret filiis Iſrael, quod lex in ſono data fuit. *Exod. 20.* Alia cauſa aſſignatur *Exod. 28.* ubi dicitur, ut audiatur ſonitus, quando ingreditur, & egreditur ſanctuarium in conſpectu Domini, & non moriatur. Et poſuit ei. *ſ* Stolam] i. Logion: ſive rationale ad modum palmi factam, aperturam ſuperhumeralis implere ſufficiens. *t* Auro, & hiacynto, &c.] ſupple, & cocco bis tincto, & byſſo retorta contextum, eodem ſtemmate, quo & ſuperhumerale. *u* Opus textile] i. Beſeleel. *x* Judicio] i. diſcretione, ſive prudentiæ: *y* Et veritate] vitæ, & artis. *z* Præditi,] ut omne opus ſine

al. † ſtola.

al. † Circumpedibus.

al. † cinxit.

Exod. 20.

reprehenſione faceret. *Exod.35.* Ecce vocavit Dominus Beſeleel ex nomine filium Huri, filii Hur de tribu Juda, implevitque eum Spiritu Dei, Sapientia, & intelligentia, & ſcientia, & omni doctrina ad excogitandum, & faciendum opus in auro, argento, & ære, & ferro, ſculpendiſque lapidibus, & opere carpentario. Opus, dico textile. *a* Torto] ideſt, byſſo retorta. *b* Cocco bis tincto,] vel, torto cocco, ideſt, filis coccineis tortis. *c* Opus Artificis,] ideſt, Beſeleel, vel Ooliab, ſocii ejus filii Achiſamech de Tribu Dan, ut dicitur *Exod. 35.* *d* Gemmis pretioſis figuratis, &c.] q. d. In ſtola ſancta, ideſt, in rationali erant pretioſi lapides auro firmiter incluſi per quatuor ordines diſpoſiti. *e* In memoriam ſecundum numerum,] ideſt, duodecim ob recordationem trium, quorum unius populus memor eſſet, & Sacerdos duorum, ideſt, ut populus videns nomina patrum ſuorum ſatageret, ne a virtute eorum degeneraret. Sacerdos etiam memor eſſet vitam, & fidem Patriarcharum, quorum nomina gerebat, imitari, & iterum memoraret, & populum ex his patribus ortum Deo ſacrificiis, & orationibus commendaret. Dicitur autem hujuſmodi veſtis ſtola ſancta, quia ad ſanctum Pontificem pertinebat, vel quia magnæ ſanctitatis indicativa erat, ideſt, veritatis, & judicii, quæ duo nomina in ea ſcripta erant, unde & rationale dictum eſt.

al. † opera.

al. † originem.

C

al. † contempta.

Lev. 8.

f Corona aurea.] ideſt, lamina aurea, quæ & pendalum dicitur. *g* Super mitra ejus] ideſt, ſuper cidarim, & pileum. *h* Expreſſa ſigno ſanctitatis] ideſt, inſcripta ſancto Dei nomine tetragrammato, quod ineffabile dicitur, non quia non poſſit, vel debeat dici, ſed quia rem ineffabilem ſignificat, quod his quatuor litteris ſcribitur. He, Joth, Vau, Heth, quæ ſonant, principium vitæ paſſionis iſte. *i* Et gloriæ honoris, & opus virtutis,] ſupple, erat in corona, vel in ſigno. Glorioſum enim, & honorabile, & virtute plenum erat opus illud propter ſignificationem. Significat enim ut dicit *Gl.* honorificentiam divinæ Majeſtatis, quæ ſuper omnia honorari debet. *k* Deſiderio oculorum ornata] ideſt, ita ornata, & fabrefacta, ut oculis deſiderium faceret ad videndum. *l* Sic pulchra ante ipſum] Aaron.

m Non fuerunt talia] ideſt, uſque ad ultimum terminum mundi, quaſi dicat, nunquam, vel nuſquam fuerunt ita pulchra ornamenta. *n* Non eſt indutus illa] veſte, vel corona aurea. *o* Alienigena aliquis] ideſt, gentilis aliquis, aut Judæus de alia familia genitus, quam de Levitica, de qua fuit Aaron. *p* Sed tantum filii ipſius] Aaron. *q* Soli] poſt patrem ſuum. *r* Et nepotes ejus] ideſt, filii filiorum. *ſ* Per omne tempus] legis. *Exod. 28.* Veſties his omnibus Aaron fratrem tuum, & filios ejus cum eo. Et *inf.* Legitimum ſempiternum erit Aaron, & ſemini ejus poſt eum. *t* Sacrificia ipſius] Aaron, ideſt, quæ ipſe offerebat mane & veſpere.

u Conſummata] ideſt, conſumpta erant. *x* Igne quotidie] quia juge erat ſacrificium, & veſpertinum. *Exod. 29.* *y* Complevit Moyſes manus] ideſt, inveſtivit eum ſacerdotio per librum traditum in manu ejus. Vel, complevit manus ejus ſacrificiis illi traditis ad offerendum. *Exod. 29.* Poſtquam initiaveris manus eorum, applicabis & vitulum coram tabernaculo teſtimonii, imponentque Aaron, & filii ejus manus ſuper caput ejus, &c.

z Et unxit illum oleo ſancto] facto ex myrrha prima, & electa, & calamo, & caſia, & cynnamomo, & oleo olivarum. *Exod. 30.* Et *Lev. 8.* *a* Factum eſt illi in teſtamentum æternum] ideſt, in pactum ſempiternum.

b Et ſemini ejus] ideſt, filiis ejus. *c* Sicut dies cœli] æterni ſunt. Et dicitur hoc, non quia æternum fuerit illud Sacerdotium; ſed quia æternum Sacerdotium figurabat. De quo dicit *Pſ.109.* Tu es Sacerdos in æternum ſecundum ordinem

dinem Melchiſedech. Vel quia ſine termini præfixione fuit datum, quod notat per hoc quod dicit : ſicut dies cœli, qui durant ſine termini præfixione. *a* Fungi] ideſt, ad fungendum. *b* Sacerdotio] legali. *c* Et habere laudem] ideſt, officium laudandi Deum. Vel habere laudem ex fideli, & ſollicita adminiſtratione Sacerdotii.

d Et glorificavit] Deus. *e* Populum ſuum] i. glorioſum oſtendit inter omnes alios. *f* In nomine ſuo] ideſt, invocatione nominis ſui, quia ille populus ſolus nomen Domini invocabat, & exaudiebatur, ſicut legitur *Jer.* 14. Tu in nobis es Domine, & nomen ſanctum tuum invocatum eſt ſuper nos. Vel, In nomine ſuo, i. in re nominis ſui, ideſt, virtute, & poteſtate ſua, vel fide nominis ſui, ideſt, filii, qui eſt nomen patris. *g* Ipſum,] ideſt, Aaron. *h* Elegit] Dominus. *i* Ab omni vivente,] ideſt, ſuper omnem viventem. k Offerre] i. ad offerendum. *l* Sacrificium Deo incenſum,] i. thus, & thimiama. *m* Et bonum odorem,] ideſt, Deo acceptabilem. *n* In memoriam placare pro populo] ideſt, ut Deus memoraretur populi ſui, & placabilis fieret ei. *o* Et dedit illi] ſcil. Dominus Aaron. *p* In præceptis ſuis] exequendis. *q* Poteſtatem] ad puniendum reos. Vel. *o* De-

al. † glorificare.

cœli : *a* Fungi *b* Sacerdotio, & *c* habere laudem, & † *d* glorificavit *e* populum ſuum *f* nomine ſuo. *g* Ipſum *h* elegit ab *i* omni vivente, k offerre *l* ſacrificium Deo incenſum *m* & bonum odorem in *n* memoriam placare pro populo ſuo. Et *o* dedit illi in *p* præceptis ſuis *q* poteſtatem, *r* in teſtamentis judiciorum *ſ* docere *t* Jacob *u* teſtimonia, & *x* in lege ſua lucem *y* dare Iſrael. *z* Quia contra illum *a* ſteterunt alieni, *b* propter invidiam circumdederunt illum homines in deſerto, qui erant cum Dathan & Abiron, *c* & congregatio Chore in iracundiam. *d* Vidit Dominus Deus, *e* & non placuit illi, & *f* conſumpti ſunt in impetu iracundiæ. *g* Fecit illis monſtra & *h* conſumpſit illos *i* in flamma ignis.

dit illi in præceptis ſuis poteſtatem] ideſt, ut potenter præciperet, & præcepta executioni mandaret. *r* In teſtamentis judiciorum,] ideſt, in pactis, & judiciis dedit illi poteſtatem. *ſ* Docere,] ideſt, ad docendum. *t* Jacob] ideſt, populum Judaicum. *u* Teſtimonia] ideſt, mandata legis. *x* Et in lege ſua lucem] doctrinæ. *y* Dare Iſrael,] ut daret populo Iſraelitico : de hoc dedit illi poteſtatem, *Pr.* 6. Mandatum lucerna, & lex lux. *z* Quia contra illum] Aaron. *a* Steterunt alieni] ideſt, ſeditioſi ſchiſmatici, Chore, Dathan, & Abiron, *Num.* 16. *b* Et propter invidiam, &c.] *Num.* 16. *c* Et congregatio Chore in iracundiam] ſupple, circumdedit illum, ideſt, Aaron. *d* Vidit Dominus Deus] ideſt, ſe vidiſſe oſtendit. *e* Et non placuit illi] factum illorum. *f* Et conſumpti ſunt in impetu iracundiæ] ideſt, abſorpti ſunt vivi a terra, Dathan ſcilicet & Abiron cum tabernaculis ſuis, & univerſa ſubſtantia ſua, *Nu.* 25. *g* Fecit illis monſtra] ideſt, monſtruoſum genus mortis, & inſolitum, & inauditum. Unde Moyſes dixit *Num.* 16. Si conſueta hominum morte interierint, & viſitaverit eos plaga, qua & ceteri viſitari ſolent, non miſit me Dominus : ſi autem rem novam fecerit Dominus, ut aperiens terra os ſuum deglutiat eos, & omnia, quæ ad eos pertinent ; deſcenderintque viventes in infernum : ſcietis, quia blaſphemaverunt Dominum. Pluraliter autem dicit, monſtra, quia plures fuerunt terræ apertiones. *h* Et conſumpſit illos] ideſt, quoſdam illorum. *i* In flamma ignis] *Num.* 16. Sed & ignis egreſſus a Domino interfecit ducentos quinquaginta viros, qui offerebant incenſum. k Et addidit] Dominus Aaron Sacerdoti ſuo. *l* Gloriam] floritionis virgæ. Prius enim gloriam dederat illi Dominus in conſumptione inimicorum ejus ; ſed poſtea gloriam addidit in virgæ ejus floritione ; per quod oſtendit illum eſſe Sacerdotem Dei. *m* Et dedit illi] Dominus. *n* Hæreditatem] ideſt, decimas, & oblationes jure perpetuo percipiendas.

Num. 17. *o* Et primitias frugum terræ diviſit illi,] ideſt, dividendas conſtituit, *Num.* 18. Omnis oblatio & ſacrificium, & quicquid pro peccato, atque delicto redditur mihi, & cedit in Sancta Sanctorum, tuum erit, & filiorum tuorum. Et *inf.* Quicquid offertur primitiarum Domino, tibi dedi, univerſa frugum initia, quæ gignit humus, & Domino deportantur, cedent in uſus tuos. *p* Panem ipſius] Aaron ſcilicet. *q* In primis,] ideſt, in primitiis. *r* Paravit] Dominus. *ſ* In ſatietatem] non in voluptatem, vel ſuperfluitatem. Ibi dedit illi Dominus panes primitiarum, vel primitias ad faciendum panes. *t* Nam ſacrificia Domini] ideſt, Domino oblata. *u* Edent] Aaron & filii ejus. *x* Quæ dedit] Dominus. *y* Illi] Aaron. *z* Et ſemini ejus] jure perpetuo. *Num.* 18. Ecce dedi tibi cuſtodiam primitiarum : omnia hæc, quæ ſanctificantur a filiis Iſrael, tibi tradidi, & filiis tuis pro officio ſacerdotali legitima ſempiterna.

Et k addidit Aaron *l* gloriam, & *m* dedit illi *n* hæreditatem, & *o* primitias † frugum terræ diviſit illi. *p* Panem ipſius *q* in primis *r* paravit in *ſ* ſatietatem : *t* Nam ſacrificia Domini *u* edent, *x* quæ dedit *y* illi *z* & ſemini ejus. *a* Ceterum † in *b* terra *c* Gentes non *d* hæreditabit, & pars non eſt illi in Gente. *e* Ipſe enim eſt pars ejus, & hæreditas. *f* Phinees filius Eleazari *g* tertius in gloria *h* imitando eum in *i* timore † Domini, & k ſtare in *l* reverentia *m* Gentis, in *n* bonitate, & *o* alacritate *p* animæ ſuæ placuit Deo Iſrael. Ideo *q* ſtatuit † illi teſtamentum pacis, & *r* Principem Sanctorum, *ſ* & Gentis ſuæ, *t* ut ſit illi, *u* & ſemini ejus Sacerdotii dignitas in æternum. Et *x* teſtamentum

D

a Ceterum] ideſt, alias. *b* In terra] i. in diſtributione terræ. *c* Gens] Levitica, ſcil. *d* Non hæreditabit ; & pars non eſt illi in Gente] i. inter filios Iſrael. *Num.* 18. Dixit Dominus ad Aaron, in terra eorum nihil poſſidebitis, nec habebitis partem inter eos ; Ego pars & hæreditas tua in medio filiorum Iſrael. Unde & hæc ſequitur *e* Ipſe enim eſt pars ejus, & hæreditas] ideſt, ſanctificata Domino ejus pars jure hæreditario. *f* Phinees, &c.] Poſt Aaron agit Auctor de Phinees filio Eleazari prætermiſſo ipſo Eleazaro. Cujus ratio eſt, quia non fecit aliquod factum nobile, propter quod debeat ſpecialis illius poni commendatio ; ſicut Phinees, qui zelo Dei accenſus Iſraelitam, & Madianitidem fornicantes interfecit, ut legitur *Nu.* 25. Propter quod placata eſt ira Dei contra populum ſuum. Unde *Pſal.* 105. Stetit Phinees, & placavit, & ceſſavit quaſſatio. Dicit ergo. *f* Phinees filius Eleazari] filii Aaron. *g*

al. † fructuum.

al. † inter gentes.

al. † Dei.

al. † ad illum.

Tertius in gloria] ideſt, in Sacerdotii dignitate, vel in glorioſo ornatu veſtium Sacerdotalium, quia Aaron fuit primus, Eleazar ſecundus, ipſe fuit tertius. *h* Imitando eum] ideſt, Eleazarum, vel Aaron. *i* In timore Domini] filiali, ſive ſancto, qui permanet in ſæculum ſæculi. *Pſal.* 18. k Et ſtare] ideſt, ſtando contra fornicantes pro Domino. *l* In reverentia Gentis] reveritus in Gente ſua, eo quod Prælatus eſſet eorum. Vel. k Stare] ideſt, ſtabat ſolida mente, in generali perturbatione coram Domino fiduciam habens deprecandi Dominum pro populo ſuo. *l* In reverentia Gentis] ideſt, pro reverentia Gentis, ideſt, honore Gentis, ut Deus eum ſervaret. Honorabilis enim erat populus Judaicus præ cunctis Gentibus, quem honorem ne amitteret fornicando, vel idola adorando, deprecabatur Phinees mente fixa ; & hoc eſt.
k Stare] ideſt, ſtabat coram Domino.
l In reverentia] ideſt, pro reverentia.
m Gentis,] ideſt, Judaici populi conſervanda.
n In bonitate] ideſt, dulcedine.
o Et alacritate] ideſt, ferventi devotione.
p Animæ ſuæ] ferventer zelatus pro Domino, & vindicans ejus injuriam occidendo fornicantes *Num.* 35. Phinees filius Eleazari filii Aaron Sacerdotis avertit iram ſuam a filiis Iſrael : quia zelo meo commotus eſt contra eos, ut non ipſe delerem filios Iſrael in zelo meo. Et in hoc maxime laudabilis eſt Phinees, quia dulcedinem animi zeli fervore ſemper habuit, etiam vindicando injuriam Domini. *q* Ideo ſtatuit] Dominus illi teſtamentum pacis, ideſt, pactum ſempiternum Sacerdotii pacifice poſſidendi. *Num.* 25. Ecce do ei pacem fœderis mei, & erit tam ipſi, quam ſemini ejus pactum Sacerdotii ſempiternum. *r* Et Principem Sanctorum] ideſt, Sacerdotum. *ſ* Et Gentis ſuæ] ideſt, totius Judaici populi, ſupple, fecit illum Dominus. Num. 25.
t Ut ſit illi) non ſolum illius.
u Et ſemini ejus Sacerdotii dignitas in æternum] ideſt, longo tempore ſine termini præfixione. Vel æternum dicit, quia illud Sacerdotium erat æterni Sacerdotii ſignificativum. *x* Et teſtamentum David Regis filii Jeſſe de Tribu Juda) ſupple, ſtatuit illi, ſicut Dominus promiſit David regnum per Samuelem 1. *Reg.* 16. Et promiſſum implevit, ſicut promiſit Phinees Sacerdotium per Moyſen, & promiſſum ſolvit. Vel per hæc verba ſignificat Auctor, quod David in diſtributione miniſtrorum templi, quos in viginti quatuor ſortes diviſit. 1. *Par.* 4.

ut per

Digitized by Google

ut per vices Domino miniſtrarent, gloriam Phinees non minoravit, ſed auxit. Unde *ibi Paral.* legitur, Phinees autem filius Eleazari erat Dux eorum coram Domino.
1. Par. 9. Et tradunt Hebræi, quod adhuc vivebat Phinees, & in tabernaculo vices miniſtrorum ordinavit. Secundum hoc ſic conſtrue litteram. Ut ſit illi, & ſemini ejus Sacerdotii dignitas, idest, ordinatio, & promiſſum.

al. † Regi filio. *a* David Regis filii Jeſſe de Tribu Juda] de ampliatione cultus, & miniſtrorum diviſione ſit.
b Hæreditas ipſi] Phinees.
c Et ſemini ejus] ideſt, cedat ei jure hæreditario. Et quare habuit hanc dignitatem Phinees, oſtendit Auctor, cum ſubdit.
d Ut daret] ipſe Phinees.
e Sapientiam,] ideſt, doctrinam legis Dei.
f In cor noſtrum] ideſt, ut cor noſtrum illuminaretur ad veram cognitionem, & accenderetur ad verum amorem. Hoc enim eſt officium Sacerdotum.

Unde *Malach.* 2. Labia Sacerdotis cuſtodiunt ſcientiam, & legem requirent ex ore ejus: quia Angelus Domini exercituum eſt.
g Judicare,] ideſt, ad judicandum. *al. † tollendo.*
h Gentem ſuam] ideſt, ſibi tanquam Pontifici ſubditam, & commiſſam.
i In juſtitia] tribuens unicuique ſecundum meritum ejus. *k* Ne abolerentur, &c.] filiorum Iſrael, vel Sacerdotum per injuſtitiam, vel violentiam fortiorum. *l* Et gloriam ipſorum] Phinees, & filiorum ejus, ideſt, Sacerdotii dignitatem. *m* In Gentem] ideſt, populum Iſraeliticum. *n* Æternam fecit] ideſt, diutius permanſuram, quamdiu, ſcilicet, ipſi permanſerunt in præceptis Dei, ſicut 1. *Par.* 28. dicitur de Salomone. Firmabo illi regnum ejus uſque in æternum, ſi perſeveraverit facere præcepta mea.

† *a* David Regis filii Jeſſe de Tribu Juda, *b* hæreditas ipſi, *c* & ſemini ejus, ut *d* daret *e* Sapientiam in *f* cor noſtrum *g* judicare *h* Gentem ſuam in *i* juſtitia, k ne abolerentur bona ipſorum, *l* & gloriam ipſorum in *m* Gentem eorum *n* æternam fecit.

CAP. XLVI.

FOrtis in *o* bello *p* Jeſus Nave *q* ſucceſſor Moyſi in *r* Prophetis, qui *ſ* fuit magnus ſecundum nomen ſuum, *t* maximus in ſalutem Electorum Dei, *u* expugnare *x* inſurgentes hoſtes, ut *y* conſequeretur *z* hæreditatem Iſrael. *a* Quam gloriam *b* adeptus eſt † *c* extollendo manus ſuas, *d* & jactando *e* contra civitates *f* romphæas. *g* Quis ante illum ſic *h* reſtitit? Nam *i* hoſtes *k* ipſe Dominus percuſſit. *l* Aut non in iracundia ejus *m* impeditus eſt Sol, *n* & una dies facta eſt quaſi duo? *o* Invocavit Altiſſimum potentem in oppugnando inimicos undique, *p* & audivit illum *q* magnus, & ſanctus Deus, in *r* ſaxis grandinis *ſ* virtutis valde fortis. *t* Impetum fecit *u* contra Gentem hoſtilem, & in *x* deſcenſu *y* perdidit contrarios, ut *z* cognoſcant *a* Gentes potentiam ejus: quia contra † *b* Dominum *c* pugnare non eſt facile, & *d* ſecutus eſt a *e* tergo potentes. Et in diebus *f* Moyſi *g* miſericordiam fecit ipſe, *h* & Caleb filius Jephone, *i* ſtare k contra hoſtem, *l* & prohibere *m* Gentem *n* a peccatis, *o* & † perſtringere *p* murmur malitiæ.

EXPOSITIO CAP. XLVI.

FOrtis, &c.] Quoniam lege accepta a Prælatis, debemus nos primo dijudicare, & alios poſtea, ſicut decet. Ideo Auctor ordine competenti poſt laudes Latoris legis, & aliorum Patrum, qui ſub lege fuerunt, agit de Patribus, qui fuerunt tempore Judicum, & nominatim de tribus, ſcilicet, Joſue, Caleb, & Samuel. Dividitur autem hoc capitulum in tres partes. In prima agitur de Joſue, & Caleb nominatim. In ſecunda de Judicibus, qui ſucceſſerunt Joſue communiter, *ibi*. Et Judices. In tertia de Samuele ſingulariter, *ibi*. Dilectus a Domino. Primo igitur commendans Joſue Moyſi ſucceſſorem in regimine populi, dicit. *o* Fortis in bello] contra Amalecitas. *Exod.* 17. & alios hoſtes Iſrael. *p* Jeſus Nave,] Jeſus filius Nave, ideſt, Joſue. *q* Succeſſor Moyſi] in regimine populi, *Joſue*, 1. *r* In Prophetis] ideſt, in numero Prophetarum exiſtens, quia ut dicit *Gloſſ.* & opere, & nomine Chriſtum figuravit. *ſ* Qui fuit magnus] ideſt, magnus Salvator. Jeſus enim Salvator interpretatur. Unde exponendo ſubdit. *t* Maximus in ſalutem] ideſt, Judæorum, quos Dominus elegerat ſibi quaſi populum peculiarem de omni natione. *u* Expugnare,] ideſt, ad expugnandum. *x* Inſurgentes hoſtes] contra Iſrael. *y* Ut conſequeretur] expugnatis hoſtibus. *z* Hæreditatem Iſrael,] ideſt, terram promiſſionis, quæ pertinebat ad filios Iſrael jure hæreditario, ſecundum promiſſiones factas Abraham, Iſaac, & Jacob. *a* Quam gloriam,] ideſt, expugnationem hoſtium glorioſam, vel quam hæreditatem per victoriam glorioſam. *b* Adeptus eſt] Joſue. *c* Extollendo manus] ideſt clypeum, quem tenebat in manibus contra Hay. *Joſ* 8. Leva clypeum, qui in manu tua eſt contra urbem Hay, quoniam tibi tradidi eam. *d* Et jactando] ideſt, contra vibrando. *e* Contra civitates] hoſtium. *f* Romphæas] ideſt, gladios ex utraque parte acutos. *g* Quis ante illum,] Joſue, ſcil. *h* Sic reſtitit hoſtibus Iſrael ?] q.d. nullus. *i* Nam hoſtes] Iſrael. *k* Ipſe Dominus percuſſit,] ut quinque Reges Amorrhæorum. *Joſue* 10. *l* Aut non in iracundia ejus] quia iratus erat contra hoſtes Iſrael pro Domino. *m* Impeditus eſt Sol] a curſu ſuo, ne, ſcilicet procederet ultra, antequam cepiſſet hoſtes ſuos. *n* Et una dies facta eſt] ideſt, fere ita longa ut duo. *Joſ.* 10. Stetit Sol in medio cœli, & non feſtinavit occumbere ſpatio unius diei, *Joſ.* 10.
non fuit ante, nec poſtea tam longa dies obediente Domino voci hominis, & pugnante pro Iſrael. *o* Invocavit Altiſſimum potentem) dicens: Sol, contra Gabaon ne movearis; & Luna contra vallem Hailon. *Joſ.* 10.
p Et audivit] ideſt, exaudivit. B
q Illum magnus, & ſanctus Deus) ideſt, magnificans, & ſanctificans ſuos.
r In ſaxis grandinis] de cœlo miſſis.
ſ Virtutis valde fortis,] quia illis ſaxis plures de hoſtibus ceciderunt, quam gladio.
Joſue 10. In quo moraliter figuratur, quod rudis prædicatio pœnarum comminatione vehementer deterrens plures interfecit peccatores: quam ſubtilis, & polita prædicatio, quæ per gladium ſignificatur. *al. † Deum. Nu. 14.*

Unde legitur *Jud.* 3. Quod Sangar ſexcentos viros de Philiſtiim interfecit vomere. Et Samſon in mandibula aſini interfecit mille.

Judic. 15. Aod vero gladio ſuo elimato, non legitur occidiſſe, niſi unum virum, & hunc quidem proditioſe. *Jud.* 3. *al. † perſtingere.*
t Impetum fecit] Joſue.
u Contra Gentem] ideſt, contra Amorrhæos.
x Et in deſcenſu] ad ſpeluncam, ubi latebant quinque Reges, quos includi juſſerat, obvolutis lapidibus magnis ad os ſpeluncæ. *Joſue* 10.
y Perdidit contrarios) ideſt, Amorrhæos, & Reges eorum. Nam interfecto exercitu, præcepit Joſue Principibus ſuis, ut ponerent pedes ſuper colla eorum, & ita fecerunt, & occiderunt, & patibulis ſuſpenderunt. *Joſue* 10. *z* Ut cognoſcant] aliæ.
a Potentiam ejus] ideſt, Domini.
b Quia contra Dominum pugnare non eſt facile.] Imo impoſſibile, quia iræ illius nemo reſiſtere poteſt. *Job.* 9. Vel contra Dominum, ideſt, contra ſervos Domini.
c Pugnare non eſt] quia niſi prius offenderit Dominum, ſemper pugnat pro eis dando victoriam, vel patientiam. A
Eſther 6. Si de ſemine Judæorum eſt Mardochæus, ante quem cadere cœpiſti, non poteris reſiſtere. *Judith* 5. Si non eſt offenſio populi hujus coram Deo ſuo, non poterimus reſiſtere illis; quoniam Deus eorum defendet eos. *d* Et ſecutus eſt) Joſue ſcilicet. *e* A tergo potentes.) Hoc intelligitur de expugnatione Hay, ubi Joſue ſimulante fugam, & civibus de Hay illum inſequentibus, ſurrexerunt de loco inſidiarum quinque millia virorum, quos abſconderat Joſue inter Bethaven, & Hay, & a tergo cædebant hoſtes; & Joſue cum ſuis a facie rebellabat, & ſic omnes interfecti ſunt hoſtes. *Joſ.* 8. *f* Et in diebus Moyſi) ideſt, Moyſe adhuc vivente. *g* Miſericordiam fecit ipſe) Joſue. *h* Et Caleb filius Jephone] conſolando, & confortando populum, quem deterruerat, & in deſperationem miſerant alii exploratores. *Num.* 13.
i Stare] ideſt, ſtando. k Contra hoſtem] ideſt, contra alios exploratores detrahentes terræ promiſſionis, & populum terrentes.
l Et prohibere] ideſt, prohibendo. *m* Gentem) Judaicam. *n* A peccatis) deſperationis de obtinenda terra promiſſionis. *o* Et perſtringere,) ideſt, perſtringendo increpationibus, & exhortationibus.
p Murmur malitiæ] ideſt, diffidentiæ populi, qui murmurabat contra Dominum, & Moyſen, volens reverti in Ægyptum. *Num.* 14. Igitur vociferans omnis turba, flevit nocte illa, & murmurati ſunt contra Moyſen cuncti filii Iſrael, dicentes; Utinam mortui eſſemus, &c.

a Et

a Et ipſi duo] Joſue, & Caleb. *b* Conſtituti, exploratores] a Moyſe. Vel, Conſtituti, ideſt, ſtabiles & firmi, non diffidentes, ut alii. *c* A periculo liberati ſunt, a numero ſexcentorum millium peditum] ideſt, a proſtratione, in qua ſexcenta millia peditum, qui exierant de Ægypto, crediderunt.

d Inducere] ideſt, ut inducerent.

e Illos] ideſt, filios Iſrael.

f In hæreditatem,] ideſt, in terram promiſſionis jure hæreditario poſſidendam.

g In terram, quæ manat lac & mel,] ideſt, quæ abundat in paſcuis animalium, unde lac: & arboribus, unde mel. Similis metaphora eſt. Job 14. *Job* 29. Lavabam pedes meos butyro; & petra fundebat mihi rivos olei. Sed quomodo dicit inducere illos in hæreditatem, cum ipſi proſtrati ſunt in deſerto? Reſponſio. Simplex relatio eſt ibi: quia non ipſi, qui murmuraverunt: ſed filii eorum introducti ſunt in terram promiſſionis. *N.* 14. Igitur omnes viri, quos miſerat Moyſes ad contemplandam terram, & qui reverſi ſunt, murmurare fecerunt contra eum omnem multitudinem detrahentes terræ, eo quod eſſet mala, mortui ſunt, atque percuſſi in conſpectu Domini: Joſue autem filius Nun, & Caleb filius Jephone vixerunt ex omnibus, qui perrexerant ad contemplandam terram. al. † permaneat.

h Et dedit] de quo proceſſit locutio.

i Fortitudinem] corporis, & animæ contra hoſtes. al. † non habeo.

k Et uſque, &c.

Et ipſi *a* duo *b* conſtituti a *c* periculo liberati ſunt a numero ſexcentorum millium peditum *d* inducere *e* illos in *f* hæreditatem, in *g* terram, quæ manat lac, & mel, & *h* dedit Dominus ipſi Caleb *i* fortitudinem, *k* & uſq; in ſenectutem permanſit illi virtus, ut *l* aſcenderet in excelſum terræ locum, *m* & ſemen ipſius *n* obtinuit hæreditatem. Et *o* viderunt omnes filii Iſrael, quia *p* bonum eſt obſequi ſancto Deo. Et *q* Judices ſinguli ſuo nomine, *r* quoniam non eſt corruptum cor: *ſ* qui non averſi ſunt a Domino, ut ſit *t* memoria illorum in benedictione. Et *u* oſſa eorum *x* pullulent de loco ſuo, & *y* nomen eorum *z* permaneat in æternum; † *a* permanens ad filios illorum ſanctorum virorum gloria. *b* Dilectus a Domino † Deo ſuo Samuel Propheta Domini, *c* renovavit Imperium, *d* & unxit Principes in Gente ſua. In *e* lege Domini judicavit *f* congregationem, & *g* vidit Deum Jacob, & *h* in fide ſua *i* probatus eſt Propheta. Et *k* cognitus eſt in verbis ſuis fidelis, *l* quia vidit † Dominum *m* lucis; & *n* invocavit Dominum omnipotentem oppugnando hoſtes circumſtantes undique in *o* oblatione viri † immolati. Et *p* intonuit de cœlo Dominus, & in ſonitu magno *q* auditam fecit vocem ſuam, *r* & contrivit Principes Tyriorum, & *ſ* omnes Duces Philiſtiim: Et *t* ante tempus finis vitæ & ſæculi *u* teſtimonium præbuit in conſpectu Domini, & Chriſti; *x* Pecunias, & uſque ad calceamenta ab omni carne non *y* accepit; *z* Et non accuſavit illum homo. Et *a* poſt hæc † dormivit, & † *b* notum fecit Regi, & *c* oſtendit illi

Unde *Joſue* 14. Hodie octoginta quinque annorum ſum ſic valens, ut eo valebam tempore, quando ad explorandum miſſus ſum: illius fortitudo temporis in me perſeverat tam ad bellandum, quam ad gradiendum. *l* Ut aſcenderet] ideſt, in montem Hebron, in quo Enachim habitabat, quem promiſerat ei Moyſes, ſicut legitur *Joſue* 14. *m* Et ſemen ipſius] Chaleb. *n* Obtinuit hæreditatem] ideſt, Hebron, jure hæreditario. *Joſ.* 14. Benedixit Joſue Caleb, & dedit ei Hebron in poſſeſſionem, atque ex eo fuit Hebron Caleb filio Jephone. *o* Et viderunt] qui tunc erant. *p* Et judices, &c.] Secunda pars, ubi agit communiter de Judicibus, qui Joſue ſucceſſerunt in defenſione populi: ſic poſt paſſionem Chriſti ſucceſſerant duodecim Apoſtoli, qui Eccleſiam rexerunt. Dicit ergo. *q* Et Judices,] ideſt, Othoniel, Aod, Sangar, Delbora, Gedeon, Thola, Jair, Jepte, Abeſſan, Ahialon, Abdon, Samſon. *r* Quorum non eſt, &c.] per infidelitatem, aut idololatriam. *ſ* Qui non averſi ſunt a Domino] ideſt a cultu Domini. *t* Ut ſit memoria] laudis & gloriæ. *Prov.* 10. Memoria Juſti cum laudibus. *Pſ.* 111. In memoria æterna erit Juſtus, &c. *u* Et oſſa eorum] ideſt, in magna veneratione habentur in loco ſuo, ubi miracula fiunt: & filii Domino generandi per imitationem: Vel, oſſa eorum, fortia opera eorum. *x* Pullulent de loco ſuo] per exemplum, quia multi audiens operibus eorum corrigunt vitam ſuam. Vel. *u* Oſſa eorum, &c.] ideſt, fortis, & pinguis interius doctrina eorum virtutem fidei, & plantulas morum inceſſanter emittit. *y* Et nomen eorum,] ideſt, fama. *z* Permaneat] apud Deum. Et quia poſſet ita permanere apud Deum nomen eorum, & non apud homines, ſicut & de multis Sanctis, quorum merita ſunt occulta. Ideo ſubjungit. *a* Permanens] ideſt doctrina & exempla glorioſa, ſic conſtrue. Gloria ſanctorum virorum, ideſt, duodecim prædictorum Judicum, eſt permanens ad filios, ideſt, uſque ad filios. Illorum,] Judicum, ſcilicet.

Unde *Gloſſ.* dicit: Robur bonorum operum æterna mercede donatur, ideſt, remuneratur apud Deum, ut memoria nominis eorum ad poſteros cum gloria transferatur. Unde *ſup.* 44. Sapientiam eorum narrent populi, & laudem eorum nunciet Eccleſia. *b* Dilectus.] Tertia pars capituli, ubi ſingulariter ponit Auctor laudes Samuelis Prophetæ, qui primos Reges Judæorum, ideſt, Saul, & David inunxit. Dicit ergo. *b* Dilectus a Domino) de quo 1. *Reg.* 2. Puer autem Samuel proficiebat atque creſcebat, & placebat tam Deo, quam hominibus.

c Renovavit imperium,] ideſt, novum Regem nova jura imperantem inunxit, ſcilicet, Saul. *d* Et unxit] ſcilicet, Saul. 1. *Reg.* 10 Et David 1. *Reg.* 16. qui regnaverunt ſuper Gentem ſuam.

e In lege Domini] ideſt, juſte ſecundum legem Domini. *f* Judicavit congregationem] ideſt, populum Iſraeliticum. 1. *Reg.* 7. Judicabat Samuel Iſrael cunctis diebus vitæ ſuæ. al. † Deum.

g Et vidit Deum Jacob,) viſione nocturna, ideſt, per ſomnium in templo, quando videbatur ſibi, quod Eli vocaret eum. 1. *Reg.* 3. Et ponitur verbum videndi communiter, pro viſu interiori, & ſenſu exteriori. Externus enim audivit vocem ejus, & interius vidit. al. † inviolanti.

h Et in fide) quia firmiter in omnibus credidit Deo. Vel. *h* In fide ſua] ideſt, in fidelitate ſua. *i* Probatus eſt Propheta) verus. *k* Et cognitus) ideſt, verax: quia quicquid prædicebat, eveniebat, 1. *Reg.* 3. Crevit Samuel: & Dominus erat cum eo: & non cecidit ex omnibus verbis ejus in terram: & cognovit univerſus Iſrael a Dan, &c. al. † obdormivit. al. † votum.

l Quia vidit,] viſu interiori. *m* Dominum lucis] intranſitive, ideſt, Dominum qui eſt lux vera illuminans omnem hominem venientem in hunc mundum. *Joan* 1. Vel tranſitive Dominum lucis, ideſt, Auctorem & Dominatorem lucis. *n* Et invocavit, &c.] 1. *Reg.* 7. Clamavit Samuel ad Dominum pro Iſrael: & exaudivit eum Dominus. *o* In oblatione viri immolati] i. ſui ipſius, qui obtulit agnum integrum pro Iſrael. 1. *Reg.* 7. Tulit Samuel agnum lactantem vivum, & obtulit illum holocauſtum integrum Domino. Vel viri immolati, quia primo ſeipſum obtulit Deo. *p* Et intonuit de cœlo] ideſt, † fragore vehementi. *q* Auditam fecit vocem ſuam] ideſt, tonitruum ſuum. *r* Et contrivit, &c. qui juvabant Philiſthæos. *ſ* Et omnes Duces Philiſtiim] 1. *Reg.* 7. Factum eſt, cum Samuel offerret holocauſtum Domino, Philiſtiim inire prælium contra Iſrael, & intonuit Dominus fragore magno in die illa ſuper Philiſtiim, & exterruit eos, & cæſi ſunt a filiis Iſrael. *t* Et ante tempus, &c.] ideſt, ante terminum vitæ ſuæ. *u* Teſtimonium præbuit] ideſt, Saulis inuncti, quod ſcilicet. *x* Pecunias & uſq;] ideſt, ab omni homine. *y* Non accepit] ideſt, nec magnum, nec modicum. *z* Et non accuſavit] ſuper hoc quod munus ab aliquo acceperit, vel etiam ſuper aliquo peccato, 1. *Reg.* 12. dixit Samuel ad populum, converſatus ſum coram vobis ab adoleſcentia mea uſq; ad hanc diem. ecce præſto ſum: loquimini de me coram Domino, & coram Chriſto ejus, utrum bona cujuſquam tulerim, aut aſinum, ſi quempiam calumniatus ſum, ſi oppreſſi aliquem, ſi de manu cujuſquam accepi manus: & contemnam illud hodie, reſtituamque vobis. Et dixerunt; non es calumniatus nos, neque oppreſſiſti, neque tuliſti de manu alicujus quicquam. Utinam tales eſſent hodie omnes Prælati & ſocii eorum. *Pr.* 15. Qui odit munera, vivet in æternum. *Iſ.* 33. Qui projicit avaritiam ex calumnia, &c. *Job* 15. Ignis devoravit tabernacula eorum, qui libenter munera accipiunt. *Deut.* 16. Non accipies perſonam, nec munera: quia munera excæcant, &c. *a* Et poſt hæc dormivit) ideſt, mortuus requievit in pace. 1. *Reg.* 25 Mortuus eſt Samuel: & congregatus eſt univerſus Iſrael, & planxerunt eum nimis. *b* Et notum fecit Regi] ideſt, Sauli. *c* Et oſtendit illi al. † fulgure

illi finem vitæ ſuæ,] ſuſcitatus per mulierem Pithoniſſam, 1. *Reg.* 28. exaltavit Dominus. *b* Vocem ejus,] idest, Samuel, de terra in prophetia. Alludit ei, quod dicitur 1. *Reg.* 28. Quid vidiſti? dixit Saul mulieri. Et ait mulier ad Saul: Deos vidi aſcendentes de terra. *c* Delere] ideſt, ad delendum. *d* Impietatem Gentis] ideſt, Saulem impium, quando dixit: Cras autem tu, & filii tui mecum eritis. 1. *Reg.* 28.

finem vitæ ſuæ, *a* & exaltavit *b* vocem ejus de terra in prophetia *c* delere *d* impietatem Gentis.

CAP. XLVII.

POſt *e* hæc *f* ſurrexit *g* Nathan Propheta in *h* diebus David. *i* Et quaſi adeps *k* ſeparatus † a carne: ſic *l* David a filiis Iſrael. Cum *m* leonibus luſit, quaſi cum agnis: *n* & in urſis ſimiliter fecit ſicut in agnis ovium in juventute ſua. *o* Nunquid non occidit *p* Gigantem, & *q* abſtulit opprobrium de Gente? In *r* tollendo manum in ſaxo fundæ dejecit exultationem Goliæ, *ſ* ubi *t* invocavit *u* Dominum omnipotentem. Et *x* dedit in *y* dextera ejus *z* tollere *a* hominem fortem in bello, *b* & exaltare cornu Gentis ſuæ. *c* Sic in *d* decem millibus glorificavit eum, *e* & laudavit eum in *f* benedictionibus Domini, in *g* offerendo illi *h* coronam gloriæ. *i* Contrivit enim inimicos undiq; *k* & extirpavit Philiſthiim contrarios uſq; in *l* hodiernum diem. *m* Contrivit cornu ipſorum uſque in *n* æternum. In *o* omni opere *p* dedit confeſſionem *q* Sancto, & Excelſo in *r* verbo gloriæ. *ſ* De omni corde ſuo *t* laudavit Dominum: & *u* dilexit Deum, qui fecit illum, & *x* dedit illi contra inimicos potentiam. Et *y* ſtare fecit *z* cantores contra altare, & in *a* ſono eorum *b* dulces fecit † modulos. Et *c* dedit in *d* celebrationibus *e* decus, & *f* ornavit tempora uſq; ad *g* conſummationem vitæ, *h* ut laudarent *i* nomen ſanctum Domini, & *k* amplificarent *l* mane *m* Dei ſanctitatem.

EXPOSITIO CAP. XLVII.

POſt hæc ſurrexit Nathan.] Poſt Judices ſucceſſerunt Reges in Iſrael. Et ideo Auctor quia capitulo præcedenti egit de Judi-
al. † eſt. cibus, in hoc capitulo ſubjungit de Regibus. Dividitur autem hoc capitulum in tres partes. In prima agit de Nathan Propheta, & David Rege Iſrael: In ſecunda de Salomone. *ibi*: Poſt ipſum ſurrexit filius ſenſatus. In tertia agit de Roboam filio Salomonis, & Jeroboam ſervo ejuſdem, qui ſucceſſerunt ei in regnum: alter in Juda, ſcilicet Ro-
1. *Reg.* 16. boam. & alter in Iſrael, ſcilicet Jeroboam. Dicit ergo. *e* Poſt hæc] ſcilicet, poſt
1. *Reg.* 28. Saulem, & Samuelem. *f* Surrexit] naſcendo, de virtute in virtutem procedendo, prophetię domum recipiendo. *g* Nathan Propheta,] qui David Regem de adulterio Berſabee, in homicidio Uriæ libere corripuit. 2. *Reg.* 12. *h* In diebus David] ideſt, regnante David ſurrexit.

i Et quaſi adeps] per interiorem pinguedinem charitatis, de qua *Jerem.* 31. Inebriabo animas Sacerdotum pinguedine. *k* Separatus a carne) ideſt, ab omni inquinamento carnis, vel ab omni illicito, vel inordinato affectu carnali, vel a conſortio, & vita, & moribus carnalium, qui in carne præter carnem vivens, corpore converſatus eſt cum hominibus in mundo; ſed mente cum Angelis in cœlo, ſecundum quod dicit Apoſtolus *Phil.* 3. Noſtra converſatio in cœlis eſt. Vel, Separatus a carne, ideſt, a timore humano, quia audacter redarguit Regem de peccato ſuo, *Iſ.* 51. Quis tu, ut timeas ab homine mortali? *l* Sic David a filiis Iſrael] ideſt, inter filios Iſrael ſurrexit, ſicut Nathan ſeparatus a carne: Vel ſicut Nathan ſurrexit in alto virorum, ſeparatus a carne, ideſt, a moribus carnalium: ſic David ſurrexit in alta virtutum ſeparatus a filiis Iſrael fide & moribus. Et poſtea oſtendit, quod ſurrexit David propter ſui ſtrenuitatem. *m* Cum leonibus, &c.] ideſt, leviter, & quaſi ludendo leones occidit. *n* Et in urſis ſimiliter fecit ſicut in agnis ovium, &c] Ubi autem leones, vel urſos occiderit David, non legitur in textu, niſi quod ipſe dixit ad Saulem, quando petebat, ut mitteretur contra Goliam, 1. *Reg.* 17. Paſcebat ſervus tuus gregem patris ſui, & veniebat leo, vel urſus, & tollebat arietem de medio gregis, & perſequebar eos, & percutiebam, eruebamque de ore eorum, & illi conſurgebant adverſum me, & apprehendebam mentum eorum, & ſuffocabam, & interficiebam eos. *o* Nunquid non occidit] ipſe David.
p Gigantem] ideſt, Goliam, quaſi dicat, ſic, 1. *Reg.* 17.
q Et abſtulit opprobrium de Gente] deriſus, ideſt, de ſervitute, qua ſerviebant Philiſtæis, vel quod ſuſtinebat de hoc, quod non inveniebatur in toto Iſrael qui auderet pugnare contra Goliam, qui tota die improperabat eis, dicens: Ego exprobravi agminibus Iſrael in hodie, date mihi virum, qui ineat mecum ſingulare certamen, 1. *Reg.* 17. *r* In tollendo manum in ſaxo fundæ dejecit exultationem Goliæ] ideſt, Goliam exultantem, & inſultantem Iſrael, dejecit David volvendo fundam, & lapidem jaciendo, 1. *Reg.* 17. Miſit David manum ſuam in peram, tulitque lapidem, & funda jecit, & circumducens percuſſit Philiſthæum in fronte, & infixus eſt lapis in fronte ejus, & cecidit in faciem, &c. *ſ* Ubi] ideſt, in quo loco.

t Invocavit] David. *u* Dominum omnipotentem,] in adjutorium ſibi. *x* Et dedit] Dominus. *y* In dextera ejus] ideſt David. *z* Tollere] de medio, ideſt, occidere. *a* Hominem fortem in bello] ideſt, Goliam. *b* Et exaltare cornu] ideſt, robur, & fortitudinem. quia interfecto Golia exaltatus eſt Iſrael ſuper omnes Gentes, & reveritus ab omnibus nationibus. *c* Sic,] ideſt, per hoc, quod occidit Goliam. *d* In decem millibus glorificavit eum] Dominus, ideſt, glorificari, & laudari fecit. 1. *Reg.* 18. Præcinebant mulieres ludentes, & dicentes: Saul percuſſit mille, & David decem millia. *e* Et laudavit eum,] ideſt, laudabilem fecit. *f* In benedictionibus Domini] ideſt in bonis operibus, quæ a Domino faciebat, propter quod benedicebatur ab omnibus, & acceptus erat apud omnes. B

Unde 1. *Reg.* 18. In omnibus viis ſuis prudenter agebat David: & Dominus erat cum eo: omnis autem Iſrael, & Juda diligebat David, & iterum glorificavit eum Dominus.
g In offerendo] ideſt, gratis conferendo. al. † modos.
h Illi coronam gloriæ,] ideſt, regiam poteſtatem, contemptis cunctis fratribus ſuis. 1. *Reg.* 15. Et vere laudabilem fecit eum Dominus. *i* Contrivit enim inimicos] ſuos, undiq; David, vel Dominus. 2. *Reg.* 7. Fui tecum in omnibus, ubicumq; ambulaſti, & interfeci univerſos inimicos tuos a facie tua. *k* Et extirpavit Philiſtiim] ideſt, adverſarios ſuos. *l* Uſque in hodiernum diem. 2 *Reg.* 8. Et percuſſit David Philiſtiim, & humiliavit eos. *m* Contrivit cornu] i. poteſtatem, ſive ſuperbiam. *n* Uſq; in æternum] ideſt, toto tempore vitæ ſuæ. *o* In omni opere] ſuo. *p* Dedit confeſſionem] laudis. *q* Sancto, & Excelſo,] ideſt Deo. *r* In verbo gloriæ] ideſt, in pſalmis. *ſ* De omni corde ſuo] ideſt, toto intellectu, & affectu. *t* Laudavit Dominum] *Pſ.* 103. Benedic, anima mea Dominum, &c. *u* Et dilexit Deum, qui fecit illum] hominem, vel Regem. *x* Et dedit illi] ut ab omnibus timeretur. *y* Et ſtare fecit] David, ſcilicet. *z* Cantores contra altare] holocauſtorum, quia ad aliud altare, quod erat in Sancta, ſoli Sacerdotes intrabant, 1. *Par.* 25. Igitur David, & magiſtratus exercitus ſegregaverunt in miniſterium filios Aſaph, & Heman, & Idithum, qui prophetarent, ideſt, cantarent cytharis, & pſalteriis, & cymbalis. *a* Et in ſono] ideſt, in cantu eorum. *b* Dulces fecit modulos,] ideſt, dulces melodias adinvenit, quas cantabant cantores, ut facerent harmoniam delectabilem in cantu ſuo. Eſt autem harmonia diſſimilium ſonorum in unum redacta concordantia. Et ſervat Eccleſia uſq; hodie. Joſephus vero narrat, quod cum David ſumma pace frueretur, cantica, & hymnos compoſuit, alios trimetros, alios pentametros, alios hexametros Et hymnos faciebat David cantari in Sabbatis, & aliis feſtivitatibus in diverſis organis, quę compoſuerat ipſe David Et hos hymnos, vel canticum ipſorum vocat hic Auctor modulos dulces. *c* Et dedit] David, ſcilicet. *d* In celebrationibus] i. in magnis ſolemnitatibus. *e* Decus] i. cultus ampliationem: quia tunc, & plures erant cantores, & plura ſolemnius cantabantur: unde decoratur feſtivitas, ſicut hodie fit in Eccleſia. *f* Et ornavit tempora] i. feſtivitates temporum, ſecundum quod unicuique competebat, uni majorem, alii minorem aſſignans. *g* Uſq; ad conſummationem] quia iſte cultus uſq; ad mortem ſuam ſervatus fuit: & etiam poſt tempore Salomonis. Sed uſque ad conſummationem vitæ dicit Auctor: quia David circa finem vitę ſuę hanc fecit cultus ampliationem. Et quare hoc fecit David, ſubdit Auctor. *h* Ut laudarent cantores,] & miniſtri conſtituti a David. *i* Nomen ſanctum Domini] i. Dominum ſanctum, & nominabilem. *k* Et amplificarent] i. amplam, & immenſam annunciarent. *l* Mane] ſurgentes. *m* Dei ſanctitatem,] i. Deum ſanctum per cantum, & ſacrificia ipſi reverenter

ter exhibita. Et ne aliquis poſſet arguere Auctorem de eo, quod ita commendat hominem adulterum, proditorem, & homicidam, ſubjungit. *a* Spiritus] ſanctus. *b* Purgavit peccata ipſius,] tria, ideſt, adulterium in Berſabee, & proditionem, & homicidium in ſervum ſuum Uriam. 2. *Reg.* 12. Dixit David ad Nathan: Peccavi Domino. Dixitque Nathan ad David. Dominus quoq; tranſtulit peccatum tuum. *c* Et exaltavit in æternum cornu ejus,] ideſt, poteſtatem. In æternum, dicit, quia diu duravit regnum ejus, vel quia Chriſtus de ipſo deſcendit, cujus regnum permanet in æternum. *Iſa.* 9. Cujus regni non erit finis. *d* Et dedit illi,] ideſt, pactum de regno in ſuo genere permanſuro. Regum, autem pluraliter, quia pactum iſtud, ſive promiſſio ad alios Reges ſe extendit.

al. † Chriſtus.

al. † regni.

C

al. † requievit in latitudine. *Luc.* 1.

Unde 2. *Reg.* 7. Suſcitabo ſemen tuum poſt te, quod egredietur de utero tuo, & firmabo regnum ejus, ipſe ædificabit domum nomini meo, & ſtabiliam thronum regni ejus, uſq; in ſempiternum. *e* Et ſedem gloriæ] dedit illi ſupple, ideſt, ſedem glorioſam ſuper Iſrael.

† *a* Spiritus *b* purgavit peccata ipſius *c* & exaltavit in æternum cornu ejus. *d* Et dedit illi teſtamentum † Regum, *e* & ſedem gloriæ in Iſrael. *f* Poſt ipſum *g* ſurrexit filius ſenſatus, *h* & propter illum *i* † dejecit *k* omnem potentiam inimicorum. *l* Salomon imperavit in diebus pacis, *m* cui ſubjecit Deus omnes hoſtes, *n* ut conderet domum in nomine ſuo, *o* & pararet ſanctitatem in *p* ſempiternum: *q* quemadmodum eruditus eſt in juventute ſua. *r* Et impletus eſt quaſi flumen Sapientia, *ſ* & terram retexit anima ſua. *t* Et repleſti in comparationibus ænigmata, *u* ad inſulas longe *x* divulgatum eſt nomen tuum, *y* & dilectus es in pace tua. In *z* cantilenis & *a* proverbiis, *b* & comparationibus, *c* & interpretationibus *d* miratæ ſunt terræ, *e* & in nomine Domini, † *f* cui eſt cognomen Deus Iſrael. *g* Collegiſti quaſi auricalcum aurum, *h* & ut plumbum compleſti argentum. *i* Et inclinaſti femora tua mulieribus. *k* Poteſtatem habuiſti in corpore tuo. *l* Dediſti maculam in *m* gloria tua, *n* & profanaſti ſemen tuum *o* inducere *p* iracundiam ad liberos tuos, *q* & in ceteris *r* ſtultitiam tuam *ſ* ut faceres imperium bipertitum, *t* & ex † Ephraim imperare imperium durum. *u* Deus autem non derelinquet miſericordiam ſuam, *x* & non corrumpet, ne-

Myſtice. David ſignificat Chriſtum, qui leonem, ideſt, Diabolum, & urſum, ideſt, Antichriſtum contrivit, & Gigantem, ideſt, Sathanam in funda, & lapide ſtravit, ideſt, prædicatione Sanctæ doctrinæ. *Iſa.* 11. Spiritu oris ſui interficiet impium. Et populum Dei ab hoſtibus, ideſt, a malignis Spiritibus liberavit. Cui a cæde hoſtium revertenti, mulieres, ideſt, ſanctæ animæ laudem decantant, decem millium victorem prædicant; quia omnes hoſtes tam ſpirituales, quam corporales perfecte ſuperavit. Ipſe cultum Eccleſiaſticum ampliavit, & officia ſingulorum ad laudandum Deum diſpenſavit. Sequitur. *f* Poſt ipſum, &c.] Secunda pars, in qua agitur de Salomone qui patri ſuo David ſucceſſit in regnum, templum Domini pro ipſo ædificavit. Interpretatur autem Salomon pacificus, & ſignificat Chriſtum. De quo *Pſ.* 71. Orietur in diebus ejus juſtitia, & abundantia pacis. Et *Pſ.* 71. Factus eſt in pace locus ejus. Et *Iſ.* 9. Multiplicabitur ejus imperium. Hic templum, ideſt, Dei Eccleſiam de vivis ædificavit lapidibus, ubi laus ejus, & gloria permanet in æternum. Bona Salomonis, bonos qui ſunt in Eccleſia ſignificant: mala autem malos: ſicut in una area bonos ſignificant grana; malos vero palea.

Unde *Matt.* 3. Cujus ventilabrum in manu ejus, & permundabit aream ſuam, & congregabit triticum, &c. Dicit ergo. *f* Poſt ipſum,] David, ſcilicet. *g* Surrexit filius ſenſatus,] ideſt in regem eſt ſublimatus filius ſenſatus, ideſt Salomon, cui Dominus ſuper omnes Sapientiam contulit. 3. *Reg.* 3. Dedi tibi cor ſapiens, & intelligens in tantum, ut nullus ante te ſimilis tui fuerit, nec poſt reſurrecturus eſt. *h* Et propter illum,] ideſt propter David. *i* Dejecit,] Dominus. *k* Omnem potentiam inimicorum,] Iſrael tempore David, ut Salomon omnes regiones ſubditas haberet ſine bello, & in pace poſſet ædificare domum Domino. Unde ſequitur. *l* Salomon imperavit, &c.] ideſt, pax fuit in diebus ejus. *m* Cui ſubjecit Deus.] Iſrael. *n* Ut conderet domum] templi, in nomine ſuo, ideſt, ad honorem nominis ſui, & domus Domini nominetur. *o* Et pararet ſanctitatem] ideſt utenſilia templi, & vaſa ſancta. *p* In ſempiternum, ideſt longo tempore duratura. Vel, in ſempiternum dicit propter ſignificationem, quia iſtud templum ſignificat Eccleſiam, & vaſa templi fideles in Eccleſia in æternum duraturos. Unde *Pſ.* 92. Domum tuam Domine decet ſanctitudo in longitudine dierum. *q* Quemadmodum eruditus eſt in juventute ſua,] ab ipſo Deo, quando poſtulavit Sapientiam. 3. *Reg.* 3. *r* Et impletus eſt, quaſi flumen ſapientia,] quia ſicut flumen repletum aquis inundat, & irrigat loca vicina, ita Salomon ſua Sapientia totum Iſrael gubernat. *ſ* Et terram retexit anima tua] ideſt, natura rerum terrenarum ſua ſcientia, & inveſtigatione inveſtigavit. Apoſtrophat Auctor. *t* Et repleſti in comparationibus Ænigmata,] ideſt, obſcuras parabolas aggregaſti per ignotas ſimilitudines, vel dilucidaſti per notas. *u* Ad inſulas longe,] ideſt uſque ad fines terræ. *x* Divulgatum eſt nomen tuum,] propter ſapientiam & divitias, & fortitudinem. Unde & Regina Saba venit a finibus terræ audire ſapientiam Salomonis, & tentare eum in ænigmatibus. 3. *Reg.* 10. *y* Et dilectus es in pace tua,] Deo, & hominibus, in principio vitæ. *z* In cantilenis,] De quibus in *Cant.* dictum eſt. *a* Et proverbiis.] De quibus in parabolis dictum eſt. *b* Et comparationibus;] ideſt, ſimilitudinibus. *c* Et interpretationibus,] ideſt, expoſitionibus, de quibus in Eccleſiaſte dictum eſt. *d* Miratæ ſunt terræ] id eſt, homines habitantes in terra, propter ſapientiam, & brevitatem dictorum. 3. *Reg.* 4. Locutus eſt Salomon tria millia parabolas, & fuerunt carmina ejus quinque millia, & diſputavit ſuper lignis a cedro, quæ eſt in Libano, uſque ad hyſſopum, &c. Et veniebant de cunctis populis ad audiendam ſapientiam Salomonis, & ab univerſis Regibus terræ, qui audiebant ſapientiam ejus. Ecce admiratio. *e* Et,] dilectus es, in nomine Domini, ideſt, in cultu nominis Domini. *f* Cui eſt cognomen Deus Iſrael,] licet Deus ſit omnium. Propter nimiam dilectionem & familiaritatem, ſicut aliquis quando bene amat alium, imponit ſibi cognomen ab eo. Vel quia de cognatione Iſrael natus eſt Deus, dicitur: Cui cognomen eſt Deus Iſrael, ut ſit ſenſus, Deus de Iſrael. *g* Collegiſti quaſi aurichalcum aurum,] ideſt in multa abundantia. *h* Et ut plumbum compleſti argentum,] ideſt, abundanter accumulaſti. Dominus enim cum ſapientia dedit ei divitias multas ut legitur 3. *Reg.* 3. Et iterum de Ophir veniebat ei aurum plurimum, & de Arabia, ut legitur 3. *Reg.* 10. Quid autem quietem & divitias ſecutus fuerit, ſubdit Auctor. *i* Et inclinaſti femora tua mulieribus,] multis & alienigenis, propter quas idola adoravit, quæ eis fecit. 3. *Reg.* 11. Rex Salomon adamavit mulieres alienigenas multas. Et poſtea ſequitur: Cumque jam ſenex eſſet, depravatum eſt cor ejus per mulieres, ut ſequeretur Deos alienos. *k* Poteſtatem habuiſti in corpore tuo,] ideſt, potens fuiſti ad voluptatem corporis adimplendam. *l* Dediſti maculam,] infamiæ. *m* In gloria tua] quam primo habuiſti antequam adamares mulieres. *n* Et profanaſti ſemen tuum] ideſt, filium tuum profanum, & odibilem feciſti propter peccatum tuum, quo idola Gentium adoraſti. Quomodo autem ſemen ſuum profanavit Salomon, oſtendit Auctor, cum ſubdit: *o* Inducere,] ideſt ut induceres. *p* Iracundiam,] Dei ad liberos tuos. *q* Et ceteris] hominibus, ideſt in populo Iſrael. *r* Stultitiam tuam,] ideſt, exemplum, vel pœnam ſtultitiæ tuæ. *ſ* Ut faceres imperium,] ideſt Regnum bipertitum; quia duæ Tribus adhæſerunt tantum Roboam filio Salomonis, & decem ſecutæ ſunt Jeroboam ſervum ejus. 3. *Reg.* 11. Quia non cuſtodiſti pactum meum, & præcepta mea quæ mandavi tibi, dirumpens ſcindam regnum tuum, & dabo illud ſervo tuo. *t* Et ex Ephraim imperare,] ideſt, Jeroboam, qui fuit de tribu Ephraim dura imperantem, ſcilicet adorare idola, ut legitur 3. *Reg.* 12. Timens enim ſi decem Tribus aſcenderent in Jeruſalem adorare, quod reverterentur ad Dominum ſuum, fecit duos vitulos aureos, & unum poſuit in Dan, & alium in Bethel, qui erant duo termini Iſrael, & illos adorari præcepit. Sed quoniam non omnino abſtulit regnum Iſrael a Roboam, ideo ſequitur. *u* Deus autem non derelinquet miſericordiam,] ideſt puniendo non obliviſcetur miſereri, nec continebit in ira miſericordias ſuas, ſed potius cum iratus fuerit, miſericordiæ recordabitur. *Abac.* 3. *x* Et non corrumpet,] ideſt promiſſiones ſuas, quas fecit David de regno

al. † Dei.

3. *Reg.* 11. al. † Ephrem.

D

gno

gno ejus in æteraum manſuro, 2. *Reg.* 7. quod non ſtaret, niſi Salomon filium reliquiſſet, qui regnaret poſt ipſum. *a* Neque perdet a ſtirpe,] radicitus. *b* Nepotes electi ſui,] Jacob, vel David. *c* Et ſemen ejus, qui diligit, &c.] quia ſæpe parcit Dominus filiis propter patres. *d* Dedit autem reliquum Jacob, & David de ipſa ſtirpe.] Sic conſtrue: dedit autem Dominus reliquum de ipſa ſtirpe, ideſt, reliquam partem quæ non eſt ſecuta Jeroboam, ſcilicet duas Tribus, Jacob, & David, electis ſuis, ideſt, propter ipſos reliquit duas Tribus filio Salomonis Roboam, ut ſic ſtaret promiſſio facta Jacob, *Gen.* 28.

3. *Reg.* 11. Et David. 2. Reg. 7.

e Et finem,] vitæ.

f Habuit Salomon cum patribus ſuis,] ideſt, ſimul cum patribus ſuis, & ſepultus cum patribus ſuis. 3. *Reg.* 11. Dormivit Salomon cum patribus ſuis, ſepultuſq; eſt in civitate David cum patribus ſuis. Ex quibus verbis innuitur, quod Salomon pœnituit cum patribus ſuis. Et hoc dicit *Hier.* ſuper *Ezech.* Sed *Beda* ſuper Iſaiam videtur dicere contrarium. Et Aug. *in l. de Civ Dei*, dicit: Salomon malos exitus habuit. Sed poterit gloſſari, ideſt, malus in ſenectute fuit. *g* Et reliquit, &c.] Tertia pars ubi agitur de Roboam filio Salomonis, & Jeroboam ſervo ejuſdem, qui ei ſucceſſerunt in regnum. Continuans autem dicta dicendis, dicit. *g* Et reliquit,] Salomon moriens. *h* Poſt ſe de ſemine ſuo,] ideſt, ſtultum filium, qui cauſa ſtultitiæ reſtitit Genti Judaicæ. *i* Et minutum a ſua prudentia,] ideſt, deficientem a prudentia Salomonis. Et minutum a ſua prudentia dicit, quia primo prudens fuit, cum ſapientes patris ſui conſuluit. Prudens etiam fuit, cum diem deliberationis ſuper reſponſione populo facienda quæſivit, 3. *Reg.* 12. Sed minutus fuit ab hac prudentia quando relicto conſilio ſeniorum, ſecutus eſt conſilium juvenum, *eod. cap.* Unde ſequitur hic. *k* Qui avertit Gentem,] a ſuo Domino, & a cultu divino. *l* Conſilio ſuo,] ideſt, conſilio juvenum ſibi dato, & approbato. Quod conſilium fuit, ut diceret populo: Pater meus cecidit vos flagellis; ego cædam ſcorpionibus. 3. *Reg.* 12. Sed quoniam populus averſatus eſt Roboam, Regem ſuper ſe conſtituit Jeroboam filium Nabath. Ideo de illo ſubjungit Auctor. *m* Et Jeroboam filium Nabath,] reliquit poſt ſe Salomon Regem ſuper decem Tribus, hoc tamen præter voluntatem, & intentionem. *n* Qui peccare fecit Iſrael,] in cultura vitulorum aureorum, quos fecit a populo adorari, unius in Dan, alterius in Bethel. 3. *Reg* 12. *o* Et dedit viam peccandi,] ideſt, cauſam, & exemplum. *p* Ephraim,] ideſt, decem Tribubus, quæ dicuntur Ephraim propter Jeroboam primum Regem ſuum, qui fuit de Tribu Ephraim; Iſrael autem dicuntur nomine patris ſui, propter multitudinem. Aliæ duæ Tribus, ſcilicet, Tribus Juda, & Tribus Benjamin, quæ adhæſerunt Roboam dicuntur Juda, propter dignitatem, & prærogativam Judæ filii Jacob. *q* Et plurima redundaverunt,] ideſt, Jeroboam, & Ephraim, quia ſicut a fonte rivulus, ita a Jeroboam, & Ephraim idololatria redundavit. *r* Valde enim averterunt illos,] peccata ipſorum. *t* A terra ſua,] ideſt, a Jeruſalem metropoli Judææ, ne irent illuc adorare in templo. Vel. *ſ* Averterunt illos a terra ſua,] ideſt, ejecerunt a Samaria, & tota terra illa: quia propter hujuſmodi peccata ducti ſunt captivi in Aſſyrios. 4. *Reg.* 17. *u* Et quæſivit,] ideſt, Jeroboam, vel Ephraim. *x* Omnes nequitias,] ideſt, omne peccati genus, vel peccati novitates. Quantum fecerunt in his nequitiis oſtendit. *y* Uſque dum perveniret,] ideſt, Ezechias, qui defendit eos, non decem Tribus, ſed duas a Rege Aſſyriorum, cujus exercitum occidit Dominus una nocte centum octoginta millia, qui civitatem Jeruſalem obſederant: & ſic merito Ezechiæ liberatus eſt populus Juda, *Iſa.* 37. Hoc audierunt decem Tribus, quæ jam captivatæ erant in Aſſyrios a Salmanaſar, 4. *Reg* 17. & ita pervenit ad illos defenſio per auditum, ad Judam vero per effectum. Alii legunt hoc de Cyro, qui Judæis captivis dedit licentiam redeundi, ut legitur 1. *Eſd.* 1. Secundum quod de ipſo prædixit *Iſ.* 45. Hæc dicit Dominus Chriſto meo Cyro, cujus apprehendi dexteram. Et uſque tunc duravit nequitia hæc in Judæa. *Gloſſ.* legit de Chriſto ſic: *y* Uſque dum perveniret,] ideſt, uſque ad adventum Chriſti, qui converſos ad ſe defendit. *z* Et ab omnibus peccatis liberavit eos,] per Baptiſmum, vel Pœnitentiam merito paſſionis. Unde *Dan.* 9. Septuaginta hebdomades abbreviatæ ſunt ſuper populum tuum, & ſuper urbem tuam ſanctam, ut conſummetur prævaricatio, & finem accipiat peccatum, & deleatur iniquitas, & adducatur juſtitia ſempiterna, & impleatur prophetia, & viſio, & ungatur Sanctus Sanctorum.

que delebit opera ſua, *a* neque perdet a ſtirpe *b* nepotes electi ſui, *c* & ſemen ejus, qui diligit Dominum, non corrumpet. *d* Dedit autem reliquum Jacob, & David de ipſa ſtirpe, *e* & finem *f* habuit Salomon cum patribus ſuis. *g* Et reliquit *h* poſt ſe de ſemine ſuo gentis ſtultitiam, *i* & minutum a ſua prudentia Roboam, *k* qui avertit gentem *l* conſilio ſuo, *m* & Jeroboam filium Nabath, *n* qui peccare fecit Iſrael, *o* & dedit viam peccandi *p* Ephraim, *q* & plurima redundaverunt peccata eorum. *r* Valde enim *ſ* averterunt illos *t* a terra ſua. *u* Et quæſivit *x* omnes nequitias uſque *y* dum perveniret ad illos defenſio, *z* & ab omnibus peccatis liberavit eos.

C A P. XLVIII.

ET *a* ſurrexit Elias Propheta, *b* quaſi ignis: *c* & verbum ipſius, quaſi facula ardebat. *d* Qui induxit in illos *e* famem, *f* & imitantes illum invidia ſua † pauci facti ſunt. *g* Non enim poterant ſuſtinere præcepta Domini. *h* Verbo Domini continuit cœlum,

A

Myſtice. Roboam, qui interpretatur latitudo populi, vel impetus populi, vel diſſipans populos, vel inclinatio populorum, ſignificat malos Prælatos, qui malo exemplo inclinant populos a tramite veritatis, & ſemitas juſtitiæ diſſipant, & ducunt poſt ſe populos per latam, & ſpatioſam viam, quæ ducit ad mortem, per quam multi ambulant, ut dicitur *Matt.* 7. Arctam vero viam, quæ ducit ad vitam, illam fugiunt, & abominantur. Unde *Joel* 1. Computruerunt jumenta, ideſt Prælati, qui alios deberent juvare, & portare in ſtercore ſuo, demolita ſunt horrea, diſſipatæ ſunt Apothecæ, *Iſa.* 33. Diſſipatæ ſunt viæ, ceſſavit tranſiens per ſemitas, irritum factum eſt pactum. Hi relicto conſilio ſeniorum, ideſt, Sanctorum, juvenum deſideria, & adulationes ſequuntur. Unde *Eccl.* 10. Væ tibi terra, cujus Rex puer eſt, & cujus Principes mane comedunt. *Prov.* 29. Cum impii ſumpſerint Principatum gemet populus, Jeroboam vero, qui interpretatur diſcernens populum, vel ſuperius dimicans, vel temporalitas, ſignificat hæreticos, qui populum dividunt a fidei unitate, & contra fidem Eccleſiæ dimicant. Unde per Prophetam dictum eſt ei, 3. *Reg.* 11. Tolle tibi decem ſciſſuras, hæc dicit Dominus Deus Iſrael, ego ſcindam regnum Salomonis, & decem Tribus dabo tibi, porro una Tribus remanebit ei propter ſervum meum David. Decem ſciſſuras jubetur ſibi tollere, quia hæretici Decalogum violant, & corrumpunt, una Tribus cum filio David remanet, quia Catholica Eccleſia in unitate fidei permanens, Chriſto adhæret: quia unus Deus, una fides, unum Baptiſma. *Epheſ.* 4.

3. *Reg.* 17.

al. † tabefacti ſunt. Myſtice.

E X P O S I T I O C A P. XLVIII.

ET ſurrexit.] Dictum eſt in fine capituli præcedentis, quod Jeroboam viam peccandi dedit populo, & redundavit peccatum illius in Reges futuros poſt eum, qui omnes idololatræ fuerunt. Contrà quos miſit Dominus Prophetas multos, qui eos ab idololatria revocarent, inter quos maxime fuerunt Elias, & Eliſæus, de quibus agitur in hoc capitulo. Dividitur autem hoc capitulum in tres partes. In prima parte agitur de Elia. In ſecunda de Eliſeo. In tertia de Ezechia Rege Juda, qui a terra Juda idololatriam extirpavit. Commendans igitur Eliam Auctor dicit: *a* Et ſurrexit] ad prophetandum, ad prædicandum, ad arguendum. *b* Quaſi ignis] perſequens malos, & zelans juſtitiam. Unde duos quinquagenarios miſſos ab Ochozia Rege Iſrael igne cœleſti combuſſit, 4. *Reg* 1. Et quia hoc verbo ſolo fecit, ideo ſequitur. *c* Et verbum, &c.] quia ex magno zelo loquebatur, & ignem de cœlo trahebat ad verbum ſuum. *Jer.* 5. Ecce dedi verba mea in ignem in ore tuo, & populum iſtum in ligna. *d* Qui induxit] in idololatras. *e* Famem,] quia clauſit cœlum tribus annis, & ſex menſibus: itaut non plueret ſuper terram, 3. *Reg.* 17 & *Jac. ult.* *f* Et imitantes,] Sacerdotes Baal, ideſt conferentes ſe ei, vel imitari volentes petendo ignem de cœlo. 3. *Reg.* 18. *g* Non enim poterant ſuſtinere præcepta Domini] ideſt, non poterant reſiſtere voluntati Domini præcipientis ſecundum Eliam, ut interficerentur. *h* Verbo Domini continuit cœlum] ideſt, in oratione ſibi inſpirata a Deo, & directa ad Dominum clauſit cœlum, ne plueret ſuper terram annis tribus, & menſ. 6. ſicut dicit *Jac. ult.*

a Et

Digitized by Google

a Et dejecit a ſe ignem] in virtute orationis ſuæ. *b* Terræ] ideſt, ad terram, ut conſummaret ſacrificium ſuum, 3. *Reg.* 18. *c* Sic amplificatus eſt, &c.] ideſt, in converſatione ſua mirabili, & miraculorum virtute, quæ Dominus fecit per ipſum, divulgatum eſt nomen ejus per univerſum orbem. *d* Et quis poteſt ſimiliter gloriari tibi] o Elia?

a & dejecit a ſe ignem *b* terræ. Sic *c* amplificatus eſt Elias in mirabilibus ſuis. *d* Et quis poteſt ſimiliter gloriari tibi? *e* Qui † ſuſtuliſti mortuum ab inferis de *f* ſorte mortis in *g* verbo Domini Dei. *h* Qui dejeciſti Reges *i* ad perniciem, *k* & confregiſti facile potentiam ipſorum, *l* & glorioſos *m* de lecto ſuo. *n* Qui audiſti in Sina judicium, *o* & in † Oreb judicia defenſionis. *p* Qui ungis Reges *q* ad † pœnitentiam, *r* & Prophetas facis ſucceſſores poſt te. *s* Qui receptus es in *t* turbine ignis in *u* curru equorum igneorum. *x* Qui inſcriptus es in *y* judiciis temporum *z* lenire iracundiam Domini, *a* conciliare *b* cor patris ad filium, *c* & reſtituere Tribus Jacob. *d* Beati ſunt, qui te † audierunt, *e* & in amicitia tua *f* decorati ſunt. Nam *g* nos vita *h* vivimus tantum: *i* poſt mortem autem non *k* erit tale nomen noſtrum. *l* Elias, qui in *m* turbine † tectus eſt: & in *n* Eliſæo *o* completus eſt ſpiritus ejus. *p* In diebus ſuis non *q* pertimuit Prin-

e Qui ſuſtuliſti] vel ſuſcitaſti mortuum ab inferis, ideſt, a Limbo. *f* De ſorte mortis] ideſt, de morte, quæ eſt communis ſors omnium, *ſup.* 9. Communionem mortis ſcito. *g* In
al. † ſuſcitaſti. verbo Domini] ideſt, in oratione fuſa ad Dominum, & inſpirata a Deo, 3. *Reg.* 17. Expandit ſe Elias, atque menſus eſt ſuper puerum tribus vicibus, & clamavit ad Dominum, & ait; Domine Deus meus, revertatur, obſecro, anima pueri hujus in viſcera ejus: & exaudivit Dominus vo-
al. † Choreb. cem Eliæ, & reverſa eſt
al. † pœnitentiam. anima pueri intra eum, & revixit. *h* Qui dejeciſti Reges] ideſt dejiciendos prædixiſti. *i* Ad perniciem] ideſt, propter perniciem ſuam, ut Achab, qui Naboth occidit, 3. *Reg.* 21.

Et Ochoziæ caſum prædixit. 4. *Reg.* 1. *k* Et confregiſti facile] ideſt, confringendam prædixiſti potentiam eorum. *l* Et glorioſos,] ideſt glorioſum,
al. † viderunt. & ſuperbum Ochoziam,
3. *Reg.* 19. vel Oziam, qui miſit duos
3. *Reg.* 2. quinquagenarios. *m* De lectulo ſuo] non ſurrecturum prædixiſti, 4. *Reg.* 1. *n* Qui
B audiſti in Sina judicium, id
al. † vectus. eſt, ſecretum conſilium Domini, quo ſeptem millia hominum reſervavit, qui non curvaverunt genua ſua ante Baal, Elia credente ſe ſolum remanſiſſe fidelem. 3. *Reg.* 19. *o* Et in Oreb] vel Choreb judicia defenſionis, ideſt viſiones vidiſti judicia Domini ſub voluntate deſignantes. Vidit enim, vel audivit quatuor. Ventum fortem conterentem petras, commotionem, ignem, ſibilum. Hæ viſiones dicuntur judicia defenſionis, quia Dominus his ſe defendit, ideſt ulciſcitur de inimicis ſuis. Vel judicia defenſionis poſſunt dici, quæ locutus eſt eis Dominus ſuper ultione ſumenda de idololatris per Azahel, quem inungi præcepit in Regem Syriæ, & Hieu ſuper Iſrael, 3. *Reg.* 19. Et de hoc ſubdit. *p* Qui ungis Reges] ideſt Azahel ſuper Syriam, & Hieu ſuper Iſrael, ideſt præceptum de inungendo accipis. *q* Ad pœnitentiam,] ideſt ad ultionem, & punitionem idololatrarum. Uterque enim iſtorum multos idololatras interfecit, ut patet 4. *Reg.* 9. & 10. *r* Et Prophetas facis ſucceſſores] tuos poſt te, ideſt, Prophetam, ſcilicet Eliſæum, quia merito, & precibus Eliæ datus eſt Eliſæo ſpiritus ejus duplex, ideſt ad duo, ad prophetandum, & miracula faciendum: & ideo forſitan dixit Prophetas plurale pro ſingulari. Notandum autem, quod Elias, nec Azahel, nec Hieu unxit, ſed ſolum de inungendo præceptum recepit, 3. *Reg.* 19. Vade, & revertere in viam tuam per Deſertum in Damaſcum, cumque perveneris illuc, unges Azahel Regem ſuper Syriam, & Hieu filium Namſi unges Regem ſuper Iſrael, Eliſæum autem filium Saphat unges Prophetam pro te. Ipſe non aliter unxit Azahel, niſi quia in Eliſæo Diſcipulo ſuo prædixit ipſum Regem fore Syriæ. 4. *Reg.* 8. Hieu ſimiliter non unxit, niſi per quemdam diſcipulum Eliſæi, qui unxit eum. 4. *Reg.* 9. Eliſæum vero non unxit, ſed tantum pallium ſuperpoſuit ei. 3. *Reg.* 19. *s* Qui receptus eſt] in cœlum. *t* In turbine ignis,] ideſt, in commotione aeris ignei ſurſum rapientis. *u* In curru equorum igneorum.] 4. *Reg.* 2. Ecce currus igneus, & equi ignei diviſerunt utrumque, & aſcendit Elias per turbinem in cœlum, aereum, ſcilicet in Paradiſum terreſtrem, ubi eſt Enoch uſque ad judicium; & tunc venturi ſunt prædicare pœnitentiam, & occidentur ab Antichriſto, ſicut legitur *Ap.* 11. Et *Malach. ult.* Et de hoc ſubditur. *x* Qui inſcriptus es] in libro prædeſtinationis divinæ. *y* In judiciis temporum,] ideſt, ut prædices adventum Domini, ac judicium ultimis temporibus. *z* Lenire iracundiam Domini,] ideſt, ad leniendum iracundiam Domini contra peccatores. *a* Conciliare] vel reconciliare, ideſt, ad reconciliandum. *b* Cor patris ad filium] ideſt, cor Dei ad populum Judaicum, vel cor Judaici populi ad populum Chriſtianum. *c* Et reſtituere tribus Jacob] ad Deum. *Mal. ult.* Ecce ego mittam vobis Eliam Prophetam, antequam veniat dies Domini magnus, & horribilis: & convertet cor patrum ad filios: & cor filiorum ad patres eorum. *d* Beati ſunt, qui te audierunt] ideſt, doctrinæ tuæ tunc obedierunt *e* Et qui amicitia tua] ideſt, in tua amicabili doctrina. *f* Decorati ſunt] decore virtutum, & pœnitentiæ. De quo decore dicit *Pſal.* 103. Confeſſionem, & decorem induiſti, amictus lumine, ſicut veſtimento. *g* Nam nos vita] naturæ. *h* Vivimus tantum] in præſenti. *i* Poſt mortem autem] corporis. *k* Non erit tale nomen noſtrum] quale eſt tuum, quaſi dicat, nomen noſtrum nobiſcum vivit, & nobiſcum moritur, nomen autem tuum, o Elia, poſt mortem vivit, ideſt celebre habetur. *Pr.* 10. Memoria Juſti cum laudibus, nomen autem impiorum putreſcet, *ſup.* 44. Corpora Sanctorum in pace ſepulta ſunt, & nomen eorum vivet in generationes, & generationes. *l* Elias, &c.] Secunda pars, ubi agitur de Eliſæo, qui petiit, ut ſpiritus Eliæ Magiſtri ſui duplex fieret in eo. 4. *Reg.* 2. Dicit hic *Rab.* quod niſi myſterium obſervetur, non eſt opportuna petitio, quia non eſt Diſcipulus ſupra Magiſtrum: ſed ſufficit, ut ſit Diſcipulus ſicut Magiſter ejus. *Matt.* 10. Ideo *Rab* myſtice exponit dicens, quod Elias Chriſtum ſignificat. Interpretatur enim Deus meus, vel Dei donatio, vel Dominus aſcendens, vel robuſtus Dominator. Eliſæus, qui interpretatur Dei mei ſalutare ſignificat Eccleſiam, quæ per Chriſtum ſalvatur. Dedit Elias Eliſæo petendi optionem, quia Chriſtus Diſcipulis ſuis dixit: Petite, & dabitur vobis. *Matt.* 7. Petiit Eliſæus, ideſt, Eccleſia. Fiat ſpiritus tuus duplex in me, ideſt, duplex gratia Spiritus Sancti mihi conferatur a te. Remiſſio peccatorum, & Myſtice.
collatio virtutum. Chriſtus vero tantum unum ſpiritum habuit, quia remiſſione peccatorum non eguit, ſed virtutum opera fecit. Si videris me, inquit Elias 4. *Reg* 2. quando tollar a te, erit quod petiſti: ſi autem non videris, non erit: quia qui recta fide Chriſti paſſionem, reſurrectionem, aſcenſionem, &c. credit, petitionis ſuæ fructum ſalutarem accipit. Projectus mortuus in ſepulchrum Eliſæi ad tactum oſſium ejus revixit, 4. *Reg.* 13. Quia qui firma fide tangit mortem Chriſti, particeps eſt ejus reſurrectionis. Unde *Joan.* 11. Ego ſum reſurrectio, & vita: qui credit in me, etiamſi mortuus fuerit, vivet. Verumtamen veraciter, & congrue poteſt exponi petitio Eliſæi, ut non quærat Diſcipulus ſupra Magiſtrum eſſe, ſed ſicut Magiſter, hoc modo: Obſecro ut ſpiritus tuus duplex, ideſt, quieſt in te ad duo, ſcilicet, ad Prophetandum, & ad miracula faciendum, fiat in me, & ita factum eſt; quia Eliſæus & Propheta fuit, & miracula multa etiam vivus, & mortuus fecit, nam duos mortuos ſuſcitavit, unum vivus, 4. *Reg* 4. alium mortuus, 4. *Reg* 13. Elias vero unum ſolum ſuſcitavit vivus, ſcilicet, filium viduæ, 3. *Reg.* 17. Et ita ſpiritus Magiſtri duplicatus eſt in Diſcipulo, ſed præter petitionem ejus. Dicit ergo. *l* Elias] quaſi iſte eſt Elias. *m* Qui in turbine tectus eſt] vel vectus in celum, ne videretur ab hominibus amplius. *n* Et in Eliſæo] Diſcipulo ejus. *o* Completus eſt ſpiritus ejus] ideſt, plene poſitus, ſive datus, vel duplicatus, ut diximus. *p* In diebus ſuis] ideſt, quamdiu vixit. Et dicit ſuis, quia bene vixit Eliſæus. *q* Non pertimuit Principem] aliquem humano, vel mundano timore. Vel, Principem, ideſt, Benadab Regem Syriæ, quando ejus conſilia & inſidias revelavit Regi Iſrael, Domino inſtruente, & cum ejus exercitus miſſus fuiſſet ad eum capiendum, percuſſit eos auriſia, & perduxit audacter in Samariam, & poſtea ſanos remiſit. 4. *Reg.* 6. Quidam exponunt hoc de Elia, qui non pertimuit Principem Achab, quin occurreret ei, ac diceret: Ego non turbavi Iſrael, ſed tu & domus patris tui, qui reliquiſtis mandata Domini, & ſecuti eſtis Baal. 3. *Reg.* 18. Sed non eſt congrua expoſitio, quia poſt timore unius mulieris, ideſt Jezabel aufugit ipſe. Unde 3. *Reg.* 19. Miſit Jezabel nuncium ad Eliam dicens; Hæc faciant mihi Dii, & hæc addant, niſi hac hora cras poſuero animam tuam, ſicut animam unius ex illis. Timuit ergo Elias; & ſurgens abiit quocumque eum ferebat voluntas. Verius igitur exponitur de Eliſæo, qui nec Benadab timuit, ut diximus, nec Regem

Iſrae,

Iſrael, qui exiſtente fame in Samaria propter obſidionem dixit de Eliſæo: Hæc faciat mihi Deus, & hæc addat, ſi ſteterit caput Eliſæi ſuper ipſum hodie. Sed nec tunc timuit Eliſæus. 4. *Reg.* 6.

a Et potentia] ideſt, timore potentiæ. *b* Nemo vicit illum] Eliſæum. *c* Nec ſuperavit illum verbum aliquod] comminationis, vel vituperationis, vel adulationis. *d* Et mortuum prophetavit corpus ejus] ideſt, verum Prophetam fuiſſe monſtravit, quando mortuum ſuſcitavit. 4. *Reg.* 13. Vel, prophetavit, ideſt, myſticam ſuſcitationem ſignificavit: quia ſicut ad tactum oſſium ejus mortuus revixit: ita peccatores per tactum veræ fidei Chriſti vivificantur. *e* In vita ſua] temporali. *f* Fecit monſtra] ideſt, miracula. Primo, aquas Jordanis ad tactum pallii diviſit. 4. *Reg.* 2. Poſtea, aquas amaras Jericho, per ſalis appoſitionem ſanavit. 4. *Reg.* 2. Tertio, quadraginta duos pueros irridentes ſe maledicendo ab urſis devorari fecit. *Ibid.*

al. † ſua.

C

Quarto, alveum torrentis arefactum ſine vento, & pluvia aquis implevit, 4. *Reg.* 3.

Quinto, vaſa vacua viduæ mutuata oleo implevit, 4. *Reg.* 4.

Deinde filium Sunamitis mortuum ſuſcitavit, *Ib.* Poſtea Naaman leproſum ſanavit, 4. *Reg.* 3. Ferrum de profundo fluminis ad manubrium revocavit, 4. *Reg* 6. Inde milites Benadab ad ſe capiendum miſſos cæcitate percuſſit, & ſanavit. 4. *Reg.* 6. Et multa alia miracula fecit Eliſæus in vita ſua.

cipem, *a* & potentia *b* nemo vicit illum. *c* Nec ſuperavit illum verbum aliquod, *d* & mortuum prophetavit corpus ejus. In *e* vita ſua *f* † fecit monſtra, *g* & in morte † mirabilia operatus eſt. *h* In omnibus iſtis non pœnituit populus, *i* & non receſſerunt a peccatis ſuis, *k* uſque dum abjecti ſunt de terra ſua, *l* & diſperſi ſunt in omnem terram, *m* & relicta eſt Gens perpauca, *n* & Princeps in domo David. *o* Quidam ipſorum *p* fecerunt, quod placeret Deo: *q* alii autem multa commiſerunt peccata. *r* Ezechias munivit civitatem ſuam, *ſ* & induxit in medium ipſius aquam, *t* & fodit ferro *u* rupem, *x* & ædificavit ad aquam *y* puteum. *z* In diebus ipſius aſcendit Sennacherib, *a* & miſit Rapſacem, *b* & ſuſtulit manum ſuam *c* contra illos, *d* & extulit *e* manum ſuam in Sion, & *f* ſuperbus factus eſt potentia ſua: *g* Tunc *h* mota ſunt corda, & manus ipſorum, *i* & doluerunt, quaſi parturientes mulieres. *k* Et invocaverunt Dominum miſericordem, *l* & expandentes manus *m* extulerunt *n* ad cœlum: *o* & Sanctus Dominus Deus audivit cito vocem ipſorum. *p* Non eſt commemoratus *q* peccatorum illorum; *r* neque dedit illos inimicis ſuis; ſed *ſ* purgavit illos in *t* manu Iſaiæ Prophetæ ſancti. † *u* Dejecit caſtra Aſſyriorum, & contrivit illos Angelus † Domini.

g Et in morte mirabilia operatus eſt] quia mortuus mortuum ſuſcitavit. 4. *Reg.* 13. *h* In omnibus iſtis non pœnituit populus] Iſrael videns tot & tanta miracula. *i* Et non receſſerunt a peccatis ſuis] ideſt, non dimiſerunt peccare. *k* Uſque dum abjecti ſunt de terra ſua] ideſt, de Judæa in captivitatem incboatam per Theglatphalaſar, 4. *Reg.* 15. & per Salmanaſar conſummatam, 4. *Reg.* 17. *l* Et diſperſi ſunt in omnem terram] Aſſyriorum. *m* Et relicta eſt Gens perpauca] ideſt valde pauca, ſcilicet, Tribus Juda, & Benjamin, quæ culturam Dei penitus non abjecerat. *n* Et princeps in domo David] perpaucus relictus eſt in cultu Dei. *o* Quidam ipſorum,] Principum domus David, ideſt Regum Juda. *p* Fecerunt quod placeret Deo] ſcilicet Ezechias 4. *Reg.* 18. & *Joſ.* 4. *Reg* 23. *q* Alii autem multa commiſerunt peccata] ut Joram 4. *Reg.* 3. Achaz, 4. *Reg.* 16. Hi fuerunt idololatræ; omnes alii multa commiſerunt peccata, præter David, & Ezechiam, & Joſiam, ut dicitur *inf.* 49.

Myſtice.

Myſtice. Elias Chriſtum ſignificat. Fames trium annorum verbi Dei, & fidei Trinitas inediam figurat. De qua dicitur *Amos* 8. Mittam famem in terram, non famem panis, neque ſitim aquæ, ſed audiendi verbum Dei. Elias ter incumbens ſuper puerum ſuſcitavit eum a morte. & Chriſtus Dominus carnem aſſumens per fidem Trinitatis genus humanum ſuſcitavit a morte peccati. Elias ſublevatus in cœlum, Chriſtum ſignificat aſcendentem in cœlum. Sed Elias aſcendit in curru: ad ſignificandum, quod homo purus adjutorio indiget alieno; Chriſtus vero virtute propria aſcendit in cœlum. Unde *Jo.* 3. Nemo aſcendit in cœlum, niſi qui de cœlo deſcendit, filius hominis, qui eſt in cœlo. Enoch ante legem tranſlatus eſt in cœlum. *Gen.* 5. Elias ſub lege vectus eſt in cœlum. 4. *Reg.* 2.

Chriſtus ſub gratia, nec tranſlatus, nec ſubvectus: ſed propria virtute ſuper omnes cœlos aſcendit, *Act.* 1. *Luc. ult.* Elias, & Reges unxit, & Prophetas in ultionem inimicorum Iſrael; & Chriſtus, Principes ſæculares, & Doctores conſtituit, & perunxit in Baptiſmo ad extirpandum inimicos Eccleſiæ. Unde dicente Domino,

Qui non habet, emat gladium: dixerunt diſcipuli: Domine, ecce duo gladii hic. At ille dixit eis; Satis eſt. *Luc.* 22. Princeps ſæcularis unum portat gladium, ſcilicet, materialem ad vindictam malorum *Rom.* 13.

Non ſine cauſa gladium portat; Dei enim miniſter eſt, vindex in iram ei, qui malum agit. Judex Eccleſiaſticus alium portat gladium, ſcilicet, ſpiritualem, qui eſt poteſtas prælationis, vel officium prædicandi. *Epheſ.* 6. Et gladium ſpiritus quod eſt verbum Dei. Chriſtus igitur inimicos Eccleſiæ, alios per Reges mucrone, alios per Prophetas tranſverberat gladio linguæ. Unde 3. *Reg.* 19. Qui fugerit gladium Azahel, occidet eum Hieu: & qui fugerit gladium Hieu: occidet eum Eliſeus. Et *Oſ.* 6. Dolavi in Prophetis, & occidi eos in verbo oris mei.

D

r Ezechias munivit, &c.] Tertia pars capituli, ubi agitur de laudibus Ezechiæ Regis, qui a Juda omnes idololatras extirpavit, & multa alia laude digna fecit. Propter quod, & de ipſo dicitur; Ezechias munivit civitatem ſuam, ideſt, Jeruſalem muris, & turribus, & victualibus, & armis, & hominibus contra Sennacherib. 4. *Reg.* 18, & 2. *Par.* 32. *ſ* Et induxit de medio ipſius aquam] ideſt, fontem Siloe, ut eſſet intra civitatem, qui prius erat extra. *t* Et fodit ferro] ideſt, inſtrumentis ferreis. *u* Rupem] quæ erat inter fontem & civitatem, ut per ejus meatum occultum aquæ influerent civitati.

al. † ſubjecit.

al. † Dei.

x Et ædificavit ad aquam] recipiendam, vel continendam. *y* Puteum] ideſt ciſternam. *z* In diebus ipſius aſcendit Sennacherib] in Judæam. *a* Et miſit Rapſacem] de Lachis in Jeruſalem ad Ezechiam. 4. *Reg.* 18. & 2. *Par.* 32. & *Iſ.* 36.

b Et ſuſtulit manum ſuam] ideſt, exercitum ſuum Rapſaces. *c* Contra illos] ideſt, Judæos.

d Et extulit in Sion] ideſt contra Sion.

e Manum ſuam] improperando, & blaſphemando, & comminando populo, qui erat ſuper murum, dicens; Hæc dicit Rex magnus Rex Aſſyriorum: Quæ eſt iſta fiducia, qua confidis, aut quo conſilio, vel fortitudine rebellare diſponis, &c. *Iſ.* 36. Idem dicitur 4. *Reg.* 18. & 2. *Par.* 32. *f* Et ſuperbus factus eſt potentia ſua] Sennacherib, quod patet per verba nunciorum ſuorum, dicentium; Audite verba magni Regis Aſſyriorum. Hæc dicit Rex: non vos ſeducat Ezechias: non poterit vos eruere de manu mea, & cetera, 4. *Reg.* 18. & *Iſ.* 36.

g Tunc] ideſt loquente Rapſace.

h Mota ſunt corda, & manus ipſorum] ideſt, Judæorum præ timore.

i Et doluerunt quaſi parturientes mulieres] ideſt, valde. Unde *Iſa.* 37. Hæc dicit Ezechias: Dies tribulationis, & anguſtiæ, & correctionis, & blaſphemiæ dies hæc, quia venerunt filii uſque ad partum: & virtus non eſt pariendi.

k Et invocaverunt Dominum miſericordem] in auxilium contra Sennacherib.

l Et expandentes manus] ad cœlum, & oſtendentes litteras blaſphemiæ, quas nuncii ejus attulerunt.

m Extulerunt] vocem.

n Ad cœlum] *Iſ.* 37. Tulit Ezechias libros de manu nunciorum, & legit eos, & aſcendit in domum Domini, & expandit eos Ezechias coram Domino, & oravit ad Dominum, dicens: Domine exercituum, Deus Iſrael, &c. *o* Et ſanctus Dominus Deus audivit cito vocem ipſorum] ideſt, exaudivit in bono.

Unde & Iſaias miſit ad Ezechiam, dicens: Hæc dicit Dominus Deus Iſrael, quæ deprecatus es me ſuper Sennacherib Rege Aſſyriorum, audivi, 4. *Reg.* 19.

p Non eſt commemoratus] Dominus, ſcilicet.

q Peccatorum illorum,] ideſt, propter peccata illorum non dimiſit miſereri eis. *r* Neque dedit illos inimicis ſuis,] ideſt, Aſſyriis, licet peccata eorum hoc exigerent. *ſ* Sed purgavit illos,] a peccatis ſuis.

t In manu Iſaiæ Prophetæ ſancti] ideſt, exemplo, & inſtructione ejus, vel adjutorio illius. *u* Dejecit caſtra

ſtra Aſſyriorum, & contrivit, &c.] centum octoginta quinque millia occidens nocte una, 4. *Reg.* 19. *Iſa.* 37. *a* Nam fecit Ezechias, &c.] quia idololatras extirpavit, & cultum Domini renovavit. *b* Et fortiter ivit in via, &c.] Ezechiæ. *c* Iſaias Propheta,] ideſt, magnanimus. *d* Et fidelis in conſpectu Domini,] vel Dei, aperuit enim valvas templi, quas clauſerat Achaz pater ejus, & congregavit ad cultum Dei Sacerdotes, & Levitas diſperſos, qui mundaverunt templum, & obtulerunt hoſtias

al. † Domini. Domino, 2. *Paral.* 29. Et diſſipavit excelſa, & contrivit ſtatuas, & ſuccidit lucos, confregitque ſerpentem æneum, quem fecerat Moyſes, 4. *Reg.* 18. *e* In diebus

4. *Reg.* 20. *Iſa.* 38. ipſius,] Ezechiæ. *f* Retro redit Sol,] per decem lineas, 4. *Reg.* 20. *Iſa.* 38.

g Et addidit Regi,] Ezechiæ. *h* Vitam,] corporalem, ideſt, additam oſtendit. Nam ſecundum elongationem diei ſignificata eſt elongatio vitæ. *i* Spiritu magno,] ideſt,

A prophetico. *k* Vidit,] Iſaias. *l* Ultima,] ideſt, ea, quæ futura erant tempore gratiæ, ſcilicet Chriſti incarnationem. Ecce virgo concipiet. *Iſa.* 7. Et ejuſdem Nativitatem: Puer natus eſt nobis, *Iſ.* 9. Et ejus paſſionem. Ipſe enim vulneratus eſt propter iniquitates noſtras, *Iſa.* 53. Et ea, quæ futura erant ultimis temporibus de Antichriſto, de adventu Chriſti ad judicium. *m* Et conſolatus eſt,] docendo, & ſcribendo. *n* Lugentes in Sion,]

al. † non habet Reges. ideſt, in Jeruſalem. *o* Uſque in ſempiternum,] quia uſque ad finem ſæculi conſo-

al. † Altiſſimi. lantur homines doctrina ejus. *p* Oſtendit etiam futura, &c.] *Iſ.* 11. Egredietur virga de radice Jeſſe, & flos de radice ejus aſcendet, &c.

a Nam fecit Ezechias, quod placuit Deo, & *b* fortiter ivit in via David patris ſui, quam mandavit illi *c* Iſaias Propheta magnus, & *d* fidelis in conſpectu † Dei. *e* In diebus ipſius *f* retro rediit Sol, & *g* addidit Regi *h* vitam. *i* Spiritu magno *k* vidit *l* ultima, *m* & conſolatus eſt *n* lugentes in Sion *o* uſque in ſempiternum. *p* Oſtendit futura & abſcondita, antequam evenirent.

C A P. XLIX.

MEmoria *q* Joſiæ in *r* compoſitione odoris facta opus pigmentarii. In *ſ* omni ore, quaſi *t* mel indulcabitur ejus memoria, *u* & ut muſica in convivio vini. *x* Ipſe eſt directus divinitus in pœnitentia Gentis, *y* & tulit *z* abominationes impietatis. *a* Et gubernavit *b* ad Dominum cor ipſius, *c* & in diebus peccatorum *d* corroboravit pietatem. *e* Præter David & Ezechiam, & Joſiam omnes † Reges *f* peccatum *g* commiſerunt: nam *h* reliquerunt legem † Potentis *i* Reges Juda, *k* & contempſerunt timorem Dei. *l* Dederunt enim *m* regnum ſuum aliis, *n* & gloriam ſuam *o* alienigenæ Genti.

E X P O S I T I O
C A P. XLIX.

MEmoria Joſiæ, &c.] Poſt laudes Ezechiæ Regis ponit Auctor laudes Joſiæ. Poſt Ezechiam enim non fuit Rex in Juda dignus laude, niſi Joſias ſicut patet ex 4. *Reg.* 22 & 1. & 2. *Paral.* 33. & *infr.* Dividitur autem hoc capitulum in quinque partes. In prima commendatur Joſias. In ſecunda dicit Auctor omnes Reges Juda præter tres, ideſt, David, Ezechiam, Joſiam peccato idololatriæ denotatos, *ibi:* Præter David. In tertia ponitur commendatio Prophetarum quorumdam nominatim, ſcilicet, Ezechielis, & quorumdam communiter, ut duodecim Prophetarum, *ibi:* Ezechiel qui vidit. In quarta ponitur commendatio virorum, ſub quibus captivitas Babylonica rediit in Judæam, quorum auxilio, & conſilio templum, & civitas dedicata eſt, ideſt, Zorobabel & Jeſu, & Neemiæ, *ibi:* Quomodo amplificemus. In quinta ponitur laus Enoch, & Joſeph, qui ante legem fuerunt, *ibi.* Nemo natus eſt in terra. Per quod patet, quod non eſt quærendus hic ordo hiſtorialis, ſed veritas. Dicit ergo. *q* Memoria Joſiæ,] filii Ammon, filii Manaſſe, & filii Ezechiæ. *r* In compoſitione odoris, &c.] i. ſuavis, & odorifera eſt quaſi odor aromaticus compoſitus opere pigmentarii. Qualis ergo fuit præſentia ejus, cujus memoria talis? Similis illi non fuit ante eum Rex, qui reverteretur ad Dominum in omni corde ſuo, & in tota anima ſua, & univerſa virtute ſua, juxta omnem legem Moyſi, nec poſt eum ſurrexit ſimilis illi, 4. *Regum* 23. Et quia ſermo libenter fit de re, cujus memoria delectabilis eſt. Ideo ſubdit Auctor. *ſ* In omni ore,] generaliter magnorum, & parvorum.

t Quaſi mel indulcabitur, &c.] quaſi dicat, ſicut mel delectat guſtum comedentis, & quanto amplius maſticatur, tanto dulcius invenitur: ſic Joſiæ memoria delectat de ipſo loquentem, & quanto quis plus de ipſo loquitur, tanto amplius in ejus memoria delectatur. *u* Et muſica, &c.] ideſt, ſicut harmonia inſtrumentorum muſicorum dulcis eſt, & ſuavis in convivio vini, quo delectat, ita memoria Joſiæ dulcis eſt, & ſuavis non ſolum loquenti, ſed etiam audienti, *Oſee ult.* Memoriale ejus ſicut vinum Libani, *ſup.* 32. Gemmula carbuncoli in ornamento auri, & comparatio muſicorum in convivio vini. Ecce tribus comparat Auctor memoriam Joſiæ, odori operis pigmentarii, mellis dulcedini, harmoniæ Muſicorum. Primum delectat olfactum, ſecundum guſtum, tertium auditum: quia memoria Joſiæ ſuavis eſt in corde, ſuavis in ore, & ſuavis in aure. Et hoc propter tria, quæ in eo fuerunt, ut dicit *Rab.* Fama virtutis, quæ ſuperat omnem odorem, ſuavitas modeſtiæ, quæ excedit omnem dulcedinem, ſtudium reſtaurandi cultum Dei, quod ſuperat omnem cantilenam. Ipſe etiam poterat dicere cum *Pſ.* 118. Quam dulcia faucibus meis eloquia tua ſuper mel ori meo. Et quia ipſe docuit populum penitere ſuper tranſgreſſionibus legis, ut legitur 4. *Reg.* 23. Ideo ſequitur. *x* Ipſe eſt directus, &c.] Judaicæ, ideſt, in doctrina pœnitentiæ. *y* Et tulit,] ideſt, abſtulit. *z* Abominationes impietatis] ideſt, idola, & Phana, in quibus impietas idololatriæ celebrabatur. Sacerdotes etiam excelſorum occidit, ut legitur 4. *Reg.* 23. *a* Et gubernavit] Joſias. *b* Ad dominum cor ipſius] populi doctrina & exemplo. *c* Et in diebus peccatorum] ideſt, in tempore, quo regnabat peccatum idololatriæ, & tranſgreſſio legis, & violatio cultus Dei. *d* Corroboravit pietatem,] ideſt, cultum firmiter obſervandum inſtituit, 4. *Reg.* 23. Pythones, & hariolos, & figuras idolorum, & immunditias & abominationes, quæ fuerunt in tera Juda, & Jeruſalem abſtulit Joſias, ut ſtatueret verba legis. Et in hoc magis laudandus eſt, quia in diebus malis bonus fuit. *e* Præter David, &c.] Secunda pars capituli, ubi dicit Auctor omnes Reges Juda peccatum commiſiſſe, præter tres, ideſt, David, Ezechiam, Joſiam. Et videtur, quod nulla ſit exceptio. Nam & David adulterium in Berſabee, & homicidium ſimul & proditionem in Uriam legitur commiſiſſe, 2. *Reg.* 11. Et Ezechias iterum peccavit ſuperbiendo de victoria Aſſyriorum, propter quod ægrotavit, *Iſ.* 38. Solut. Iſti tres dicuntur non peccaſſe ſimpliciter, ſed aliorum comparatione, quia quod peccaverunt, condigna pœnitentia deleverunt, & devotionis, ac pietatis officio Domino placuerunt. Ita ſolvit *Rab.* Alii dicunt, quod Auctor intelligit de peccato idololatriæ, quo omnes Reges Juda rei fuerunt, vel faciendo, vel permittendo præter iſtos tres. Salomon enim idola adoravit, 3. *Reg.* 11. De aliis ſemper in fine legitur, verumtamen excelſa non abſtulit. Verbi gratia. De Joas dicitur 4. *Reg.* 12. Fecit Joas rectum cunctis diebus, quibus docuit eum Jojada Sacerdos, verumtamen excelſa non abſtulit. Et de Azaria legitur 4. *Reg.* 15. Fecit Azarias, quod erat placitum coram Domino, juxta omnia, quæ fecerat Amaſias pater ejus: verumtamen excelſa non eſt demolitus. Et *inf.* dicitur idem de Joatan filio Azariæ. Et de Joſaphat idem 3. *Reg. ult.* Iſti vero tres omnia Phana, & idola contriverunt, ut dictum eſt. Et ideo dicit Auctor.

e Præter David, &c.] tam Juda, quam Iſrael. *f* Peccatum] idololatriæ. *g* Commiſerunt,] in ſe, vel in aliis. Vel, omnes Reges, præter iſtos tres peccatum commiſerunt, comparatione iſtorum, qui minus peccaverunt, & quod peccaverunt, cito condigna pœnitentia, & pietatis officio deleverunt. *h* Nam reliquerunt legem Potentis,] ideſt Dei. *i* Reges Juda] idololatrando, vel idola permittendo, cum deberent, & poſſent auferre juxta illam legem *Deut.* 7. Aras eorum ſubvertite, & confringite ſtatuas, lucoſque ſuccidite, & ſculptilia comburite. *k* Et contempſerunt timorem Dei,] ideſt, Deum, qui ſuper omnia eſt metuendus, quia Judex, qui omnia judicabit: ſapiens, qui non poterit falli: juſtus, qui non poterit flecti: fortis, qui non poterit ſuperari, *Job.* 9. Si fortitudo quæritur, robuſtiſſimus eſt: ſi æquitas judicii, nemo audet pro me teſtimonium reddere. Ecce quod dicit Auctor: Reliquerunt legem potentis, quantum ad illos, qui permittendo idola peccaverunt, & contempſerunt timorem Dei, quantum ad illos, qui idola coluerunt. Et revera contempſerunt, quod apparet ex pœna. *l* Dederunt enim] ideſt, dari peccatis ſuis meruerunt. *m* Regnum ſuum aliis,] ideſt, Babyloniis, & Chaldæis. *n* Et gloriam ſuam,] ideſt, civitatem, & templum, atque divitias, in quibus gloriabantur. *o* Alienigenæ Genti,] ideſt, Babylonicæ.

a Incenderunt † *b* electam ſanctitatis civitatem, *c* & deſertas fecerunt vias † ejus *d* in manu Jeremiæ. *e* Nam male tractaverunt illum, *f* qui a ventre *g* matris conſecratus eſt Propheta, *h* evertere, & eruere, *i* & perdere *k* & iterum ædificare, *l* & renovare. *m* Ezechiel, qui *n* vidit *o* conſpectum gloriæ, quam *p* oſtendit illi in *q* curru Cherubin. *r* Nam commemoratus eſt *ſ* inimicorum *t* in imbre, *u* benefacere illis, *x* qui oſtenderunt *y* rectas vias. *z* Et duodecim Prophetarum oſſa pullulant de loco ſuo. *a* Nam corroboraverunt *b* Jacob, *c* & redemerunt ſe in † *d* fide virtutis ſuæ. *e* Quomodo amplificemus *f* Zorobabel. *g* Nam & ipſe quaſi ſignum in dextera manu Iſrael. *h* Et Jeſum filium Joſedech. *i* Qui in *k* diebus ſuis ædificaverunt domum, *l* & exaltaverunt templum ſanctum Dominum, *m* paratum in gloriam ſempiternam. *n* Et Neemias *o* in memoria multi temporis, *p* qui *q* erexit nobis muros *r* everſos, *ſ* & ſtare fecit portas, *t* & ſeras, *u* qui erexit domos noſtras. *x* Nemo natus eſt in terra qualis Enoch, *y* nam & ipſe acceptus eſt a terra. *z* Et Joſeph, qui natus eſt homo Princeps fratrum.

a Incenderunt,] Gens, ſcilicet, aliena. *b* Electam ſanctitatis civitatem,] ideſt, Jeruſalem, quæ dicitur electa civitas, quia Dominus elegit eam, ut ibi invocaretur nomen ejus, & ſanctificaretur nomini ſuo. Civitas autem ſanctitatis dicitur propter templum ſanctificatum Domino, quod erat in ea. Vel ipſi Judæi incenderunt electam ſanctitatis civitatem,] ideſt, incendii ejus cauſa fuerunt. (al. † Gentes)

c Et deſertas fecerunt vias ejus,] ideſt, vacuas ſine viatore. (al. † ipſius) *d* In manu Jeremiæ,] ideſt, ſicut Jeremias prophetaverat, & ſcripſerat, *Jer.* 38. Tradetur civitas hæc in manus Chaldæorum, & ſuccendent eam igni. Item

C *Thren.* 1. Væ Sion lugent eo, quod non ſit, qui veniat ad ſolemnitatem ejus. Et revera Jeremias hæc prophetaverat, unde irati fuerunt Judæi contra eum: *e* nam male tractaverunt illum,] projicientes eum in lacum, *Jer.* 38. Illum dico. *f* Qui a ventre,] ideſt, in ventre *g* Matris conſecratus eſt Propheta,] *Jer.* 1. Prius, quam te formarem in utero novi te, & antequam exires de vulva, ſanctificavi te, & Prophetam in Gentibus dedi te. (al. † via.) *h* Evertere] ideſt extra vertere peccata interiora. *i* Et perdere] peccata exteriora. *k* Et iterum reædificate,] ædificium virtutum. *l* Et renovare,] honeſtatem morum. Hoc eſt, quod dicitur *Jer.* 1. Ecce conſtitui te ſuper Gentes, & regna, ut evellas, & deſtruas, & diſperdas, & diſſipes, & ædifices, & plantes. *m* Ezechiel, &c.] Tertia pars capituli, ubi Ezechiel Propheta ſpecialiter, & alii duodecim Prophetæ communiter commendantur. Dicit ergo: Ezechiel, ſupple Propheta laudabilis fuit. *n* Qui vidit,] in viſione. *o* Conſpectum,] ideſt, figuram, ſive ſimilitudinem gloriæ Dei.

p Quam oſtendit illi] Deus. *q* In curru Cherubim,] ideſt, quatuor rotis ſequentes, vel ſtantes juxta Cherubim. Nec poteſt hoc intelligi de prima viſione Ezechielis, quia ibi nulla fit mentio de Cherubim. Intelligitur ergo de alia viſione, de qua dicitur 10. *cap* Vidi, & ecce quatuor rotæ juxta Cherubin, rota una juxta Cherub unum, & rota alia juxta Cherub unum, ſpecies autem rotarum erat, quaſi viſio lapidis Chryſolythi, & aſpectus earum ſimilitudo una quatuor, quaſi ſi ſit rota in medio rotæ. Et revera hoc vidit Ezechiel. *r* Nam commemoratus, &c.] Iſrael puniendorum. *t* In imbre] ideſt, inundatione vindictæ. *u* Benefacere,] ideſt, ad benefaciendum. *x* Illis,] qui oſtenderunt verbo, & exemplo.

y Rectas vias] Iſrael, ideſt, qui benefecerunt eis, & compaſſi ſunt eis, quando ducebantur in captivitatem, quaſi dicat, commemoratus eſt Ezechiel in propheta ſua de punitione inimicorum Iſrael, & retributione amicorum ejus. Et tangit Auctor, quod Ezechiel in conſolatiune populi ſui captivi prædixit calamitates circumſtantium nationum, quæ vel juvarunt hoſtes Iſrael, vel inſultaverunt captivis, ſcilicet, Ammon, & Moab, & Edom, & Philiſthiim, & Thyri, & Sidonis, & Ægypti, & Æthiopiæ, quarum omnes calamitates prædixit *Ezech.* a 21. *cap. uſque ad* 33. Vel poteſt intelligi generaliter de omnibus malis puniendis, & de omnibus bonis remunerandis, ut ſit ſenſus. *r* Commemoratus eſt] Ezechiel. *ſ* Inimicorum] Dei, ideſt, omnium malorum puniendorum. Commemoratus eſt, inquam. *t* In imbre] in fecunda, & inundante prædicatione ſua terram Eccleſiæ inebriante & fecundante. Et iterum commemoratus eſt Deum. *u* Benefacere illis, qui oſtenderunt vias rectas] ideſt, qui recta via incedunt, quaſi dicat, Propheta in ſua prædicatione comminatus eſt malis, & conſolatus eſt bonos. Unde 36. dicit in perſona Domini: Cum ſanctificatus fuero in vobis coram eis, tollam quippe vos de Gentibus, & congregabo vos de univerſis terris, & adducam vos in terram veſtram, & effundam ſuper vos aquam mundam, & mundabimini ab omnibus iniquitatibus veſtris. *Ezech.* 36. *z* Et duodecim Prophetarum, &c. ideſt, duodecim Prophetæ etiam poſt mortem fructum fecerunt, tum propter honorem ſibi impenſum, tum quia dignam ſibi memoriam poſteris reliquerunt ad ſui imitationem. Simile *ſup.* 46. de judicibus: Oſſa eorum pullulant de loco ſuo. In loco ſuo pullulare dicuntur, quia ubi ſepulta fuerunt in veneratione habentur. Et merito. D

a Nam corroboraverunt] Prophetæ, ſcilicet, verbo, & exemplo. *b* Jacob] ideſt, populum Judaicum in fide & moribus.] *c* Et redemerunt ſe] a peccato taciturnitatis. *d* In fide virtutis ſuæ] ideſt, in fidelitate ſuæ virtuoſæ prædicationis. *e* Quomodo amplificemus, &c.] Quarta pars, ubi commendatur Zorobabel, & Jeſus, & Neemias, quibus captivitas Babylonica rediit in Judæam. Et quia Zorobabel Dux fuit exercitus redeuntis, ideo primo ponitur ejus commendatio. Dicit ergo. *e* Quomodo amplificemus,] ideſt, digna laude commendabimus. *f* Zorobabel] Ducem populi Iſraelitici, qui regreſſus de Babylone reſtauravit templum Domini, *Eſd.* 5. Et vere amplificandus Zorobabel. *g* Nam & ipſe quaſi ſignum] fuit in dextra manu Iſrael, ideſt, populo Iſraelitico, ideſt, excitatio memoriæ Dei, & præceptorum ejus, ſicut ſignum aliquod, quod ponitur in manu dextera, excitat ad habendum memoriam alicujus rei. Unde dicitur *Deut.* 11. Suſpendite præcepta mea pro ſigno in manibus veſtris, & inter oculos veſtros collocate. Et ſumitur hoc, quod dicitur hic de *Aggæo* 2. Ubi dicitur: Aſſumam te Zorobabel fili Salathiel, ſerve meus, dicit Dominus, & ponam te quaſi ſignaculum, quia te elegi, dicit Dominus exercituum. *h* Et Jeſum filium Joſedech,] Sacerdotem magnum, quomodo amplificemus? *i* Qui] duo, ideſt, Zorobabel, & Jeſus. *k* In diebus ſuis ædificaverunt domum] Domini. *l* Et exaltaverunt templum ſanctum Domino] reſtaurantes, & renovantes cultum Dei, & utenſibilia ad honorem Dei, templum dico. *m* Paratum in gloriam ſempiternam,] ideſt, ad laudandum Deum in ſempiternum, niſi peccata Judæorum impediviſſent. *n* Et Neemias] Pincerna Regis Artaxerſis. *o* In memoria multi temporis] ideſt, dignus eſt multo tempore eſſe in memoria hominum.

p Qui] ideſt, quia ille. *q* Erexit nobis muros] civitatis Jeruſalem. *r* Everſos] a Chaldæis, 4. *Reg. ult.*

ſ Et ſtare portas] urbis.

t Et ſeras] portarum. *u* Qui erexit domos noſtras] quas everterat Nabuchodonoſor. De hac ædificatione portarum, & erectione domorum legitur *Neem.* 3. per totum.

x Nemo natus eſt.] Quinta pars, ubi ponitur laus quorumdam Patrum qui ante legem fuerint: & licet prius dixerit de his, vel fuerit facta mentio de Enoch, quia parum dixerat, Auctor repetens de eodem dicit.

x Nemo natus eſt] ideſt, nemo ſimilis ei fuit. Et ſubjungitur cauſa.

y Nam & ipſe receptus eſt] in cœlum, *Gen.* 5. Sed hoc videtur falſum, quia Elias ſimiliter legitur receptus, ſive raptus in cœlum, 4. *Reg.* 2. At hoc poteſt ſolvi multipliciter. Primo ſic: Nemo fuit ei ſimilis temporibus ſuis, vel ante diluvium nullus fuit ei par in honore, vel ſimpliciter nullus, qui legatur patrem & matrem habuiſſe, fuit ei ſimilis. Elias enim etſi raptus legatur ſicut Enoch, tamen de patre vel matre ejus non legitur, ſed ſubito introducitur, 3. *Regum* 17. Dixit Elias Theſbites de habitatoribus Galaad, ad Achab, &c. Vel hyperbolice dictum eſt, vel ſingulariter ſicut illud *ſup.* 44. Non eſt inventus ſimilis illis.

z Et Joſeph, qui natus eſt homo princeps fratrum] ideſt, ad hoc natus eſt, ut eſſet Princeps fratrum, & etiam Ægypti, & ſalvaret patrem & fratres ſuos, ſicut legitur *Gen.* 45. Pro ſalute veſtra miſit me Deus ante vos in Ægyptum. Et *ultim.* Vos cogitaſtis de me malum, & Deus vertit illud in bonum, ut exaltaret me, ſicut in præſentiarum cernitis, & ſalvos faceret multos populos.

Digitized by Google

a Firmamentum gentis] ſuæ, vel Ægyptiacæ, contra famem, quæ invaluerat maxima in Ægypto, & in terra Chanaan, *Gen.* 41. Rector fratrum,] quos rexit, & docuit. *c* Stabilimentum] Judaici populi, & Ægyptiaci. Unde *Pſ.* 103. de ipſo: Conſtituit eum Dominum domus ſuæ, & Principem omnis poſſeſſionis ſuę, ut erudiret Principes ejus, ſicut ſemetipſum, & ſenes ejus prudentiam doceret. Et nota quatuor, quæ de ipſo dicuntur. Princeps fratrum, rector fratrum, firmamentum gentis, ſta- al. † ipſius. bilimentum populi. Princeps quidem fratrum factus eſt propter ſuam temperantiam, quia enim noluit peccare cum uxore Domini ſui, meruit exaltari, & fieri Princeps Ægypti, & per conſequens fratrum. Rector per prudentiam, firmamentum A per fortitudinem, ſtabilimentum per juſtitiam.

d Et oſſa ipſius] ideſt, in terram promiſſionis delata, *Exod.* 13. Tulit Moyſes oſſa Joſeph ſecum, eo quod adjuraſſet filios Iſrael, dicens: Viſitabit vos Deus: afferte oſſa mea hinc vobiſcum.

al. † his. *e* Et poſt mortem, &c.] non verbo, ſed facto, ideſt, ſua ipſa tranſlatione, Sacramenta noſtræ redemptionis futura oſtenderunt, & complenda in terra promiſſionis, ad quam ipſa tranſlata ſunt. Vel ideo prophetaſſe dicuntur oſſa Joſeph, quia ſua aſportatione impletum eſt, quod prædixerat Joſeph, *Gen. ult.* Poſt mortem meam Deus viſitabit vos, aſportate vobiſcum oſſa mea de loco iſto. Vel prophetaverunt ſe cum Chriſto ſurrectura. Magiſter autem dicit in hiſtoriis, quod oſſa prophetaverunt de difficultate itineris. Sed quomodo prophetaverunt, non declarat. *f* Seth,] filius Adam. *g* Et Sem] primogenitus Noe. *h* Apud homines, &c.] & etiam apud Deum. *i* Et ſuper omnem animam] ideſt, ſuper omnes homines. *k* In origine Adam] ideſt, qui nati ſunt de Adam, exiſtentes tunc temporis, quia, ut dixit *Gloſ.* Seth filius Adam, & Sem primogenitus Noe, tam fide, quam moribus hominibus ſui temporis Prælati ſunt, in quibus Chriſtus ſignificatur, qui Deus, & homo eſt, cui Deus dedit nomen, quod eſt ſuper omne nomen, ut in nomine Jeſu omne genu flectatur, &c. *Phil.* 2. Et nota, quod per omnes iſtos, quorum laudes hic ponuntur, ſignificatur myſtice Chriſtus. Et eſt planum myſterium in *Gloſ.* propter quod ad alia pertranſimus.

a firmamentum gentis, *b* rector fratrum, *c* ſtabilimentum populi, *d* & oſſa ipſius viſitata ſunt, *e* & poſt mortem prophetaverunt. *f* Seth, & *g* Sem † *h* apud homines gloriam adepti ſunt, *i* & ſuper omnem animam in *k* origine Adam.

C A P. L.

SImon *l* Oniæ *m* Sacerdos magnus, *n* qui in vita ſua ſuffulſit domum, & *o* & in diebus ſuis corroboravit templum. *p* Templi etiam altitudo ab ipſo fundata eſt, *q* duplex ædificatio, *r* & excelſi parietes templi. *ſ* In diebus † ſuis emanaverunt putei aquarum, *t* & quaſi mare adimpleti ſunt ſupra modum. *u* Qui curavit gentem ſuam, *x* & liberavit illam a perditione.

E X P O S I T I O C A P. L.

SImon Oniæ filius, &c.] Poſita laude multorum Patrum, tam ante legem, quam ſub lege exiſtentium, ponit Auctor laudes Simonis ſummi Pontificis Judæorum filii Oniæ, qui adeo puſillanimis, & avarus fuit, ut ait *Joſephus*, ut Ptolomæo Evergeti Regi Ægypti negaret tributa, propter quod eum contra ſe ad iracundiam provocavit, qui moriens, Simoni filio ſuo, de quo hic loquimur, Sacerdotium reliquit, cui etiam Simoni mortuo ſucceſſit Onias filius ejus. Fuit autem hic Simon, de quo hic agitur, Pontifex Judæorum, regnante Ptolomæo Evergete in Ægypto, & Seleuco in Syria, & Aſia. Fuit etiam contemporaneus Jeſu filio Sirach, qui hunc librum ſcripſit, quod patet ex eo, quod vitam ejus, & mores tam expreſſe deſcripſit. Dividitur autem hoc capitulum in tres partes. In prima commendatur Simon. In ſecunda oſtendit duas Gentes, quæ Iſrael maxime infeſtabant ſibi odioſas, Philiſthæos, & Idumæos, *ibi:* Duas Gentes, &c. In tertia oſtendit, quis hujus libri ſcriptor fuerit, invitans ad ſtudium diſciplinæ ejus, *ibi*: Doctrina Sapientiæ. Dicit ergo. *l* Simon Oniæ filius, &c.] vita, & virtute fuit, ſupple. *n* Qui in vita ſua] ideſt, ruinas templi reparavit. *o* Et in diebus ſuis, &c.] Ad litteram, columnis, & appodiamentis. Nomine domus, & templi Synagoga accipitur, quam verbo & exemplo ſuffulſit, & corroboravit, ſicut Doctores Evangelici Eccleſiam.

p Templi etiam altitudo, &c.] ideſt, tectum templi per ipſum renovatum eſt funditus. *q* Duplex ædificatio] intus ſcilicet & exterius. Intus aſſeribus & tabulis, exterius lapidibus, & cemento. Vel, duplex ædificatio, eſt duplex templi manſio, Sancta, & Sancta Sanctorum. Vel, duplex ædificatio, eſt duplex tabulatum. Primum triginta cubitum, & ſecundum totidem, tertium vero, quod erat ſeptuaginta, dicitur altitudo templi. *r* Et excelſi parietes] ab ipſo fundati ſunt & erecti. Hanc autem hiſtoriam non habemus in canone, ſed Joſephus narrat eam. *ſ* In diebus ſuis, &c.] putei & ciſternæ civitatis. Tangit, quod Simon iſte reſtituit aquæductum, & quem fecerat Ezechias inter duos muros civitatis, ut dicitur 2. *Paral.* 32. & ſupra 48. dictum eſt. Vel forte ad preces Simonis putei civitatis tempore ſiccitatis abundaverunt aquis uſque ad ſummum, ſicut legitur de beata Genovefa. *u* Qui curavit Gentem ſuam,] ideſt, curam habuit de ipſa inſtruenda, vel regenda.

x Et liberavit illam a perditione,] ideſt, a peccatis, & a ſervitute diaboli, & morte æterna, monitis, & inſtructionibus ſuis, vel a ſervitute, & oppreſſione circumſtantium nationum, vel a perditione ſiccitatis, vel ſitis, ex defectu aquæ.

Myſtice. *l* Simon Oniæ filius Chriſtus Dei filius, qui triſtitiam, & dolorem Eccleſiæ audivit, & mœrorem, ideſt, cauſam mœroris, ideſt, peccata in Cruce depoſuit. Simon quidem, ut dicit *Gloſ.* interpretatur, pone mœrorem, vel audi triſtitiam. Et Chriſtus noſtram triſtitiam audivit per compaſſionem, & depoſuit mœrorem per paſſionem, *Iſ.* 53. Unuſquiſque in viam ſuam declinavit, & Dominus poſuit in eo iniquitates omnium noſtrum. *m* Sacerdos magnus] Sacerdotii æternitate. Unde *Pſ.* 109. Tu es Sacerdos in æternum ſecundum ordinem Melchiſedech. Item magnus donorum magnitudine, quia accepit dona non ad menſuram, & de plenitudine ejus nos omnes accepimus. Item magnus oblationis magnitudine. Nam ſeipſum obtulit hoſtiam Deo Patri pro nobis, *Hebr.* 7. Unde ſupra 45. Ecce Sacerdos magnus, qui in diebus ſuis placuit Deo. *n* Qui in vita ſua ſuffulſit domum,] ideſt, Eccleſiam fulcimento ſuæ prædicationis, & exemplo ſuæ converſationis. His columnis ſuffulta eſt domus Dei, ideſt, doctrina prædicationis Chriſti, & exemplo converſationis ejuſdem. Unde *Act.* 1. Cœpit Jeſus facere, & docere. De his columnis dicitur in *Pſ.* 74. Ego confirmavi columnas ejus. De domo vero hac dicitur ſupr. 14. Beatus qui requieſcit juxta domum illius. Et in *Pſ.* 83. Beati qui habitant in domo tua, Domine. De domo vero, & columnis ſimul dicitur *Prov.* 9. Sapientia ædificavit ſibi domum, & excidit columnas ſeptem. Et quia Dominus diſcipulos coadjutores addidit prædicationi. Ideo ſequitur. *o* Et in diebus ſuis, &c.] ideſt, Eccleſiam per prædicationem Apoſtolorum.

p Templi etiam, &c.] ideſt, charitas Eccleſiæ ſuper fundamentum fidei collocata. *q* Duplex ædificatio] ab ipſo fundata eſt? ideſt, duplex vita, activa, ſcilicet, & contemplativa. Martha, & Maria, *Luc.* 10 Rachel, & Lia, *Gen.* 28. *r* Et excelſi parietes templi] erecti ſunt ab ipſo, ideſt, fideles de utroque populo, venientes conjuncti in uno lapide angulari, qui eſt Chriſtus Jeſus, *Epheſ.* 2. *ſ* In diebus ſuis emanaverunt putei aquarum,] ideſt, profunditas Scripturarum, quæ in divinis libris ſub figuris diu latuerat, per ipſum eſt manifeſtata. Unde & in ejus morte velum templi ſciſſum eſt medium, *Matth.* 27. Vel putei aquarum dicuntur ſancti Prædicatores, in quibus ſunt aquæ doctrinarum, & aquæ gratiarum. Hi putei emanaverunt, cum per mundum prędicando diſcurrerunt. *t* Et quaſi mare adimpleti ſunt, &c.] ſcientia Domini, & gratia, *Iſ.* 11. Repleta eſt terra ſcientia Domini, ſicut aquæ maris operientis. Mare exhauriri non poteſt, omnes aquas recipit, ut eas emittat, *Eccle.* 1. Omnia flumina intrant in mare, & mare non redundat, & ad locum unde exeunt flumina, revertuntur, ut iterum fluant; ſic Prædicatores, & ſcientiam & gratiam omnem recipiunt, ut aliis communicent, & nihil amittunt, *Matth.* 10. Gratis accepiſtis, gratis date, *Iſa.* 55. Omnes ſitientes venite ad aquas, & qui non habetis argentum, properate, emite, & comedite.

u Qui curavit Gentem ſuam] a morbo peccati. *x* Et liberavit illam a perditione,] ideſt, a deſcenſu inferni. Curavit Gentem: imponendo emplaſtra Sacramentorum, liberavit rumpendo vincula peccatorum: curavit medicina prædicationis: liberavit virtute paſſionis. Curavit Gentem, quia Medicus, ſup. 38

A pax. *a* qui prævaluit amplificare,] Jeruſalem, quam reparavit, communivit contra hoſtes. Vel, Qui prævaluit amplificare, muros dilatando plus ſolito, & numerum habitantium augmentando, vel victualia congregando, vel quia tempore ſuo veniebant ad templum, vel quia dominium civitatis ampliavit, quia plures proſelytos fecit.

a Qui prævaluit amplificare civitatem, *b* qui adeptus eſt gloriam in converſatione gentis, *c* & † ingreſſum domus, *d* & atrii † amplificavit. *e* Quaſi ſtella matutina in *f* medio nebulæ, *g* & quaſi Luna plena in *h* diebus ſuis lucet. Et *i* quaſi Sol refulgens; *k* ſic ille † effulſit in templo Dei. *l* Quaſi arcus refulgens inter nebulas gloriæ, *m* & quaſi flos roſarum in diebus vernis, *n* & quaſi lilia, quæ ſunt in tranſitu aquæ, *o* & quaſi thus redolens in diebus æſtatis. *p* Quaſi ignis effulgens, *q* & thus ardens in igne. *r* Quaſi vas auri ſolidum ornatum *ſ* omni lapide pretioſo,

b Qui adeptus eſt, &c.] id eſt, in eo, quod ſua doctrina, & exemplo convertit Gentes ad pœnitentiam, & qui prius idola colebant, coluerunt unum Deum.
al. † in ingreſſu
al. † amplificatus eſt.
c Et ingreſſum domus] Domini, id eſt, veſtibulum.
d Et atrii amplificavit,] id eſt, introitum, & portas atrii, & templi reparavit.
al. † refulſit.
e Quaſi ſtella matutina] quę clarior eſt ceteris. *f* In medio nebulæ, &c.] quæ per totam noctem reſplendet.
B
g Et quaſi Luna plena *h* in diebus ſuis lucet] quaſi dicat, ſicut ſtella Matutina in medio nebulæ lucet, & ſicut Luna plena per totam noctem lucet; ſic Simon Oniæ filius inter malos doctrina, & exemplo refulſit.
i Et quaſi Sol refulgens,] & illuminans totum mundum. *k* Sic ille effulſit in templo] id eſt, in miniſterio † templi, vel in medio Synagogæ.
al. † temporali,
l Quaſi arcus refulgens, &c.] id eſt, inter claras nebulas, & illuminatas a Sole, quaſi dicat, non ſolum inter malos fulgebat, ſed etiam inter bonos, quaſi Sol inter omnes ſtellas clarius effulget. *m* Et quaſi flos roſarum in diebus vernis] quando maxime vernant, & redolent roſæ. In hoc odor famæ, & opinionis ejus commendatur, quaſi dicat, bonæ famæ, & laudabilis opinionis exiſtit. *n* Et quaſi lilia, quæ ſunt in tranſitu aquæ.] In hoc caſtitas ejus commendatur.
o Et quaſi thus, &c.] In hoc commendatur orationis devotio, & compaſſionis affectus. In diebus æſtatis dicit, quia arbor thuris inciditur in æſtate, ut præparetur autumnali collectioni. *p* Quaſi ignis effulgens.] In hoc commendatur claritas doctrinæ ejus, & fervor charitatis, & zeli ardor. *q* Et thus ardens in igne,] id eſt ſicut thus ardens in igne late diffundit odorem: ſic Simon in igne tribulationis longe, & late diffundebat odorem virtutis patientiæ, & ſanctitatis ſuæ, & orationem ad Dominum, quod notatur in fumo, quaſi dicat: Simon in tribulatione patiens erat, & Deum etiam pro ſequentibus recta charitate orabat.
r Quaſi vas auri,] id eſt, non tenue, non poroſum, ſed forte. *ſ* Ornatum omni lapide pretioſo,] id eſt, omni genere lapidis pretioſi. In hoc enim commendatur in

Δ multis.

[illegible] Θ Honora Medicum propter neceſſitatem, etenim illum creavit Altiſſimus, *Matt.* 9. Non eſt opus valentibus Medicus, ſed male habentibus. Auguſtinus: Magnus venit Medicus, quia magnus ubique jacebat ægrotus. Et liberavit illam, &c.] quia Dominus. Unde *Pſal.* 17. Dominus firmamentum meum, & refugium meum, & liberator meus. *a* Qui prævaluit amplificare,] id eſt, Eccleſiam numero credentium, vel clauſtrum numero bonorum clauſtralium, vel animam numero bonorum operum, & ſanctorum deſideriorum, & piarum cogitationum. *b* Qui adeptus eſt, &c.] ad fidem & pœnitentiam, quia creſcente numero fidelium crevit & nomen, & gloria Chriſti. *c* Et ingreſſum domus, &c.] id eſt, Doctorum ac Prædicatorum ordinem, per quem fit ingreſſus in domum Eccleſiæ triumphantis, & in atrium Eccleſiæ militantis. *e* Quaſi ſtella matutina, &c.] Differentiam Doctorum, ſive quorumlibet fidelium ſignificat, quibus Dominus diverſas largitur gratias, dividens ſingulis prout vult, 1. *Cor.* 12. In quibuſdam enim lucet, quaſi ſtella matutina, id eſt, in via pœnitentiæ pœnitentibus, in medio nebulæ, id eſt, nebuloſæ conſcientiæ. In aliis, quaſi Luna plena, id eſt, in proficientibus, qui plenam quidem juſtitiam habent, ſed non perfectam, quia non eſt ibi ſtatus. In aliis, refulget quaſi Sol, id eſt, in perfectis, qui & plene calent, & perfecte lucent. Calent ſibi, & lucent aliis, *Joa.* 5. Erat Joannes lucerna ardens, & lucens, *ſup* 17: Homo ſanctus in ſapientia permanet, ſicut Sol. Chriſtus etiam ſtella matutina fuit in Nativitate, *Apoc.* 2. Qui dixerit, & cuſtodierit opera mea uſque in finem, dabo illi ſtellam matutinam. Hæc eſt ſtella, quæ perduxit Magos uſque ad Jeſum in Bethlehem, *Matt.* 2. Habuit autem hæc ſtella ſex radios, ſicut & quælibet alia ſtella habet, quibus totam Eccleſiam illuſtravit. Primus eſt radius humilitatis, quem emiſit in Nativitate: Parvulus enim natus eſt nobis, *Iſ.* 9. Secundus eſt radius vilitatis, quem emiſit cum voluit involvi pannis vilibus, & in præſepio reclinari, *Luc.* 2. Peperit filium primogenitum, & pannis involvit, & reclinavit in præſepio, quia non erat, &c. Tertius eſt radius voluntariæ paupertatis, quem emiſit in tota ſua converſatione, quia vulpes foveas habent, & volucres cœli nidos: filius autem hominis non habet, ubi caput ſuum reclinet, *Matth.* 8. Quartus eſt radius patientiæ, quem emiſit in malorum, & tribulationum æquanimi perpeſſione. Quintus eſt radius obedientiæ, quem emiſit in mortis voluntaria ſuſceptione: Factus eſt enim obediens uſque ad mortem, *Phil.* 2. Sextus eſt radius Sapientiæ, qui effulſit in ſua prædicatione.

Chriſtus ſtella ſex habuit radios.

Item Luna plena fuit Dominus in paſſione: ubi paſſus eſt eclypſim. Sol fuit in refectione, quando reſplenduit ejus caro plus quam Sol.

Item per Stellam, Lunam, & Solem, tria quæ ſunt in Chriſto deſignantur. Per Solem Deitas: per Lunam caro, quæ in Cruce paſſa eſt eclypſim: per Stellam anima, quæ ſemper fixa ſtetit in firmamento Deitatis per jugem fruitionem.

Item in radiis Solis videntur Atomi; ſic in vita Chriſti apparent nobis defectus noſtri. Unde *Ezec.* 43. Fili hominis, oſtende filiis Iſrael templum, & confundantur ab iniquitatibus ſuis.

Item in doctrina ejus Atomi Sacræ Scripturæ, quæ in umbra legis latuerant, nobis apparuerunt.

Item Sol iſte rotundus fuit in ſe, lucidus proximo, & calidus, ut nos ſobrie, & juſte, & pie vivamus in hoc ſæculo, *Tit.* 2. *l* Quaſi arcus refulgens.] In arcu duo ſunt colores, igneus, qui ſignificat charitatem in Deum, & aqueus ſignificans compaſſionem ad proximum. Et hæc duo ſpecialiſſime fuerunt in Chriſto. Vel certe color igneus ſignificat juſtitiam ejus, qua in futuro judicabit mundum. Color aqueus ſignificat miſericordiam primi adventus. Vel duo colores arcus, duæ ſunt naturæ in Chriſto. Igneus Deitas, aqueus Humanitas. Hic arcus tenſus fuit in Cruce, *Zach.* 9. Extendam mihi Judam quaſi arcum. Nebulæ gloriæ ſunt Prædicatores Eccleſiæ; qui licet ſint mundo deſpecti, ſunt tamen coram Domino glorioſi. Inter iſtas nebulas refulſit Sol juſtitiæ, quia qui de cœlo venit, ſuper omnes eſt, *Joan.* 3. De hoc dicitur *Gen.* 9. Arcum meum ponam in nubibus cęli, & erit ſignum fœderis inter me & terram. *m* Et quaſi flos, &c.] id eſt, flos Martyrum in tempore gratiæ. Chriſtus enim flos eſt omnium florum, *Cant.* 2. Ego flos campi, & lilium convallium. Roſæ ſunt Martyres, qui ſpinam habent exterius in converſatione, ſed odorem ſuavitatis interius in contemplatione. Frigidi ſunt contra incentiva vitiorum: ſed purpurei, id eſt, ad Martyrium præparati. *n* quaſi lilia, &c.] Lilia candida ſunt, & medicinalia contra uſtionem. Sic Chriſtus continens, vel candidus fuit per omnimodam continentiam, & medicinalis aliis per doctrinam, *Cant.* 2. Ego flos campi, & lilium convallium. Pluraliter autem dicit, lilia, propter duplicem continentiam, interiorem ſcilicet, & exteriorem. Tranſitu aquæ] dicit, id eſt, in tranſitu labentis ſæculi, vel vitæ ſuæ temporalis, quam ſicut aquam effudit in Cruce, ut nos lavaret a ſordibus vitiorum. Unde *Pſ.* 21. Sicut aqua effuſus ſum, & diſperſa ſunt omnia oſſa mea. *o* Et quaſi thus redolens in diebus æſtatis,] id eſt, orationem effundens ad Patrem pro omnibus in die paſſionis. *p* Quaſi ignis effulgens] per ardorem charitatis, & lucem prædicationis, *ſup* 48. Surrexit Elias, quaſi ignis, & verbum ejus quaſi facula ardebat. *q* Et thus ardens in igne] paſſionis. Thus enim cum in igne crematur, in ſe conſumitur, ſed odore reficit circumſtantes: ſic Chriſtus in paſſione conſumptus eſt, id eſt, mortuus, & odore ſuavitatis reſperſit omnes fideles. Thus ardens in igne, Chriſtus, vel quilibet Juſtus flagrans in tribulatione.

r Quaſi vas auri ſolidum ornatum omni lapide pretioſo.] Vas fuit Chriſtus per doctrinam, aureum per munditiam, ſolidum per patientiam, quia Prædicator fuit & virgo,

Θ & Martyr,

Digitized by Google

a Quaſi oliva pullulans, & b † cypreſſus in † altitudine ſe extollens. c In accipiendo ipſum d ſtolam gloriæ, e & veſtiri aum in conſummationem virtutis. f In aſcenſu altaris ſancti gloriam g dedit ſanctitatis amictum. h In accipiendo autem partes de manu Sacerdotum, i & ipſe ſtans juxta Aram k circa illum corona frattum, l & quaſi plantatio cedri in monte Libano; m ſic circa illum ſteterunt, quaſi n rami palmæ, o & omnes filii Aaron in p gloria ſua. q Oblatio autem Domini in r manibus ipſorum, ſ coram omni Synagoga Iſrael, t & conſummationn fungens in u aram x amplificare oblationem Excelſi Regis, porrexit y manum ſuam in libatione, & z libavit † in ſanguine uvæ. a Effudit in fundamento altaris b odorem divinum Excelſo Principi.

a multis bonis Simon. Vas enim concavum eſt, in hoc commendatur ejus humilitas. Aurum rubeum eſt, in hoc ejus charitas. In hoc, quod dicit: Solidum, ejus conſtantia. Ornatum omni lapide pretioſo, ideſt, omni genere virtutum. a Quaſi oliva pullulans.] In hoc lux fidei, & affectus miſericordiæ commendatur. b Et cypreſſus,] ideſt, quaſi cypreſſus, in altitudine ſe extollens. In hoc altitudo perfectionis, & odor bonæ voluntatis commendatur. Ecce talis fuit Simon. Poſtea determinat Auctor qualis fuerit. c In accipiendo ipſum] ideſt, dum ipſe acciperet. d Stolam gloriæ,] ideſt, honorem Sacerdotii, vel tunicam hyacinthinam. De qua dictum eſt ſup. 15. b. Stola gloriæ veſtiet illum, *Eccl.* 45. b. de Aaron: Stolam ſanctam auro, hyacintho, & purpura, opus textile. e Et veſtiri eum in conſummatione virtutis,] ideſt, dum veſtiretur ſic in ſignum conſummatæ virtutis, tunc erat talis, quando poſſet ſuperbire. f In aſcenſu altaris Sancti gloriam dedit ſanctitatis amictum,] ideſt, amictus, neutrum pro maſculino. Vel, amictum ſanctitatis, ideſt, ſanctitatis indicativum, ideſt, Ephod ſuperhumerale, in aſcenſu altaris Sancti, ideſt, quando Sacerdos offerebat Domino ad altare ſanctum, dabat glorioſum fulgorem, quia in eo erant lapides † pretioſi nimiæ claritatis, ut dictum eſt ſup. 45. ubi actum eſt de veſtibus Aaron. h In accipiendo autem partes de manu Sacerdotum,] ideſt, decimas decimarum, quas minores Sacerdotes offerebant ſummo Pontifici, *Num.* 18. d. i Et ipſe ſtans juxta Aram,] ideſt, dum ſtabat ad altare, offerens ſacrificium Domino. k Circa illum corona fratrum] ideſt, minorum Sacerdotum, & Levitarum, qui ſerviebant ei. l Et quaſi plantatio Cedri in monte Libano,] ideſt, ſicut Cedri plantati in Libano. m Sic circa illum ſteterunt,] minores Sacerdotes, & ceteri ſervitores. n Quaſi rami palmæ, & omnes filii Aaron in gloria ſua,] ideſt, in glorioſis veſtibus ſuis ſteterunt, ideſt, ſicut rami palmarum circa ſtipitem; ſic omnes filii Aaron ſtabant circa Simonem Sacerdotem ſacrificium offerentem. q Oblatio autem Domini,] facta eſt. r In manibus ipſorum,] Sacerdotum, ideſt, per manus Sacerdotum. ſ Coram omni Synagoga Iſrael,] ideſt, coram multitudine plebis. t Et conſummatione fungens] ideſt, holocauſto conſummante ſacrificium. u In aram] incenſi. Facto enim ſacrificio in altari holocauſtorum, intrabat Sacerdos in ſancta, ubi erat altare inceoſi, & incendebat thymiama, vel thus ſuper altare, & ſic conſummatum erat ſacrificium, ut poteſt haberi *Lev.* 16. & *Num.* 18. & 19. & multis aliis locis. Vel, conſummatione fungeor in aram] ideſt, majori ſacrificio, quod dicitur holocauſtum, ideſt, totum incenſum. x Amplificare oblationem Excelſi Regis,] ideſt, ad offerendum amplam, & perfectam oblationem Excelſo Regi. y Porrexit manum ſuam in libatione,] ideſt, accepit libamenta, quæ cum ſingulis ſacrificiis animalium fiebant ſecundum legem, *Lev.* 9. & *Num.* 28. z Et libavit in ſanguine uvæ,] ideſt, in vino rubeo, quod propter colorem vocatur ſanguis uvæ, *Num.* 28. a. Libabitis vini quartam partem hin per agnos ſingulos in ſanctuario Domini, vel ſanguinem uvæ vocat ſanguinem hoſtiæ, quem libabat Sacerdos, ideſt, circa altaris crepidinem fundebat. Unde *Lev.* 1. b. Immolabit Sacerdos vitulum coram Domino, & offerent filii Aaron Sacerdotes ſanguinem ejus fundentes per altaris circuitum. Et de hoc ſubdit Auctor. a Effudit in fundamento altaris,] ideſt, ſuper baſim altaris. b Odorem divinum Excelſo Principi,] ideſt, ſanguinem hoſtiæ in odorem ſuaviſſimum Domino. Quod dicitur propter myſterium ſignificationis. Non enim illud ſacrificium placebat Domino, ſed res figurata, & fides, ac devotio offerentis. Unde *Iſa.* 1. b. Holocauſta arietum, & adipem pinguium, & ſanguinem vitulorum, & agnorum, & hircorum nolui unquam, dicit *Gl.* Et intelligitur non propter ſe, ſed propter ſignificationem, & offerentis Δ devotionem. Tunc, quando Θ & Martyr. Ornatum omni lapide pretioſo, ideſt, omni genere virtutum. Vaſa dicuntur Prædicatores, *Act.* 9. c. Vas electionis mihi iſte, *ſup.* 43. a. Vas admirabile opus Excelſi, *Eſther* 1. b. Bibebant autem, qui invitati fuerant aureis poculis, & aliis atque aliis vaſis cibi inferebantur, quia ſecundum diverſitatem auditorum ordinat Deus in Eccleſia diverſa genera Prædicatorum. Unde *Eccl.* 2. c. Feci ſcyphos, & urceolos in miniſterio ad vina fundenda, *Iſa.* 22 g. Suſpendam ſuper eum, ideſt, ſuper Chriſtum omnem gloriam domus patris ejus, vaſorum diverſa genera, a vaſis craterarum uſque ad omnes vas muſicum. Nota, vas concavum eſt, & latum, & circulis ligatum. Concavum quidem eſt per humilitatem, latum per charitatem, ligatum tribus circulis. Quorum primus eſt conſideratio immundæ nativitatis. Medius conſideratio miſeriæ præſentis. Ultimus eſt conſideratio incertæ mortis. Sine his vinculis omne vas immundum reputatur in lege, *Num.* 19 c. Vas, quod non habuerit operculum, nec ligaturam deſuper, immundum erit. In auro quatuor attenduntur. Pondus, puritas, color & fulgor. Pondus eſt fervor devotionis, puritas eſt ſinceritas intentionis, color genus operationis, fulgor exemplum converſationis. a Quaſi oliva pullulans,] per opera pietatis. b Et Cypreſſus in altitudine ſe extollens,] per gloriam reſurrectionis, vel Cypreſſus in exaltatione Crucis, qui fuit elevatus in Cruce. c In accipiendo ipſum ſtolam gloriæ,] ideſt, ſtolam immortalitatis in die reſurrectionis. e Et veſtiri eum in conſummatione virtutis,] ideſt, omnimoda impaſſibilitate, perfecta claritate. f In aſcenſu altaris ſancti,] ideſt, in aſcenſione in cœlum. g Gloriam dedit ſanctitatis amictum,] ideſt, Spiritum ſanctum dare promiſit Diſcipulis, quo induerentur, & ſancti fierent, *Pſ.* 67. Aſcendens Chriſtus in altum captivam duxit captivitatem, dedit dona hominibus, *Luc. ult.* g. Sedete in civitate quoad uſque induamini virtute ex alto. h In accipiendo autem partes de manu Sacerdotum,] *Gloſſ.* Partes accipit Dominus de manu Sacerdotum, qui bonæ operationis actum exigit a Miniſtris, qui ſeipſos offerunt Deo hoſtiam vivam, & ſanctam Deo placentem, *Rom.* 12. b. 1. *Petr.* 2. b. Vos eſtis genus electum, regale Sacerdotium. i Et ipſe ſtans juxta aram,] Crucis. k Circa illum corona fratrum] ideſt, Diſcipulorum. Verſus.

Rex ſedet in cœna cinctus turba duodena.
Se tenet in manibus, Se cibat ipſe cibus.

Job 29. d. Cum ſederem quaſi Rex circumſtante exercitu, eram tamen mœrentium conſolator. l Et quaſi plantatio Cedri in monte, &c.] ideſt, ſicut Cedrus Libani omnes excedit arbores; ſic Chriſtus in Eccleſia omnes excedit Martyres. Unde *ſup.* 24. c. Quaſi Cedrus exaltata ſum in Libano. Mons Libanus eſt Eccleſia, *Pſal.* 67. Mons Dei, mons pinguis, mons, in quo beneplacitum eſt Domino habitare in eo. Rami palmæ ſunt Martyres Chriſti, per patientiam paſſionis meruerunt ſedere cum ipſo in gloria, *Apoc.* 3. Qui vicerit, dabo illi ſedere mecum in throno meo. o Et omnes filii Aaron,] ideſt, omnes Chriſti imitatores ſteterunt juxta ipſum. p In gloria ſua,] *Joan.* 17. d. Pater, quos dediſti mihi, volo, ut ubi ſum ego, & illi ſint mecum.
q Oblatio autem Domini,] ideſt, dominici corporis.
r In manibus ipſorum] ideſt, Sacerdotum
ſ Coram omni Synagoga,] ideſt, coram omni multitudine fidelium.
t Et conſummatione fungens in aram amplificare oblationem Excelſi Regis,] ideſt, in aram amplificare oblationem Excelſi Regis, ideſt, conſummatam oblationem faciens in Cruce, amplam obtulit oblationem Deo Patri, ideſt, ſeipſum. y Porrexit manum ſuam libatione,] ideſt, extendit manus ſuas in paſſione.
z Et libavit in ſanguine uvæ,] ideſt, libamen ſanguinis ſui obtulit Deo Patri, *Gen.* 49. b. dicitur de Juda: Lavabit in vino ſtolam ſuam, & in ſanguine uvæ pallium ſuum.
a Effudit in fundamento altaris odorem divinum Excelſo Principi,] Divinum odorem vocat ſanguinem Jeſu Chriſti ad honorem Dei Patris effuſum, qui eſt odor ſuaviſſimus Deo omnipotenti. Unde *Geneſ.* vigeſimoprimo d. Ecce Θ odor

al. † cupreſſus. al. † altitudinem. al. † de. al. † Onychini. Myſtice. Eph. 4. c.

C

a devotionem. *a* Tunc,] quando Simon offerebat hujuſmodi ſacrificia.
b Exclamaverunt filii Aaron,] laudes Dei.
c In tubis ductilibus, &c.] ideſt, in memoriam vocis magnæ, & terribilis Domini, auditæ a populo, quando dedit legem in monte Sinai, *Exod.* 19. c.
e Tunc,] idest, tempore ſacrificii, vel Sacerdotibus tubis canentibus. *f* Omnis populus Iſrael, &c.] ceciderunt in faciem (ſuam) ſuper terram adorare Dominum, idest, cum ſactificium offerret Pontifex, & Sacerdotes tuba canerent, omnis populus properabat ad templum, & laudes Domino offerebant devote, *Num.* 10. b Si quando habebitis epulum, & dies feſtos, & calendas, tubis canetis ſuper holocauſtis, & pacificis victimis, ut ſint vobis in recordationem Dei veſtri.

al. † productilibus.

al. † Domino.

g Et amplificaverunt,] idest, amplas Deo laudes ſimiliter dederunt Sacerdotes, vel populus, ſcilicet.

al. † audita.

h Pſallentes in vocibus ſuis,) idest, in orationibus, vel in Pſalmodiis ſuis. *i* Et in magna domo,] idest, in templo. *k* Factus eſt ſonus ſuavitatis,] tintinnabulorum, quæ dependebant a veſte Pontificis ſuaviter ſonantium.
l Plenus,] ideſt, magnus, quia ibi erant duo, & ſeptuaginta tintinnabula aurea interſerta totidem malis granatis, ut legitur *Ex.* 28. f. Vel, ſonus ſavitatis dicitur hic cantus Sacerdotum, vel Cantorum, qui tunc plenus eſt, quando miniſtris cantantibus, populus orationi, & laudibus vacat.

al. † non habet poſt rurſum.

m Et rogavit populus Dominum excelſum in prece,] unanimi. Singulariter enim

a Tunc *b* exclamaverunt filii Aaron in *c* tubis † ductilibus, ſonuerunt, & auditam fecerunt vocem magnam in *d* memoriam coram † Deo. *e* Tunc omnis *f* populus ſimul properaverunt, & ceciderunt in faciem ſuper terram adorare Dominum Deum ſuum, & dare preces omnipotenti Deo Excelſo. *g* Et amplificaverunt *h* pſallentes in vocibus ſuis, & in *i* magna domo † *k* factus eſt ſonus ſuavitatis *l* plenus. *m* Et rogavit populus Dominum Excelſum in prece, uſquedum, *n* perfectus eſt honor Domini, *o* & munus ſuum *p* perfecerunt. *q* Tunc *r* deſcendens *ſ* extulit manus ſuas in *t* omnem congregationem filiorum Iſrael, *u* dare gloriam Deo a *x* labiis ſuis, *y* & in nomine ipſius gloriari. *z* Et iteravit orationem ſuam, volens *a* oſtendere virtutem Dei. *b* Et † poſt rurſum plus *c* oravit *d* Deum omnium, *e* qui magna fecit in omni terra, qui *f* auxit dies noſtros a ventre matris

dicit prece, cum ſupra dixiſſet, dare preces, & in vocibus ſuis, quia unum omnes petebant, & una intentione, unaque devotione.
n Uſquedum perfectus eſt honor Domini] ideſt, obſequium miniſtrorum impletum, vel oratio cujuslibet perfecta.
o Et munus ſuum perfecerunt,) ideſt, oblationes ſuas gratuitas. *q* Tunc,) ideſt, perfecto honore, & completis oblationibus. *r* Deſcendens] Pontifex, ideſt, Simon ab altari, ad quod oblaturus aſcenderat, ſicut dictum eſt *ſup.* *Neem.* b. In aſcenſu altaris Sancti gloriam dedit ſanctitatis amictum. *ſ* Extulit manus ſuas,] ideſt, elevavit ad cœlum ad gratiarum actiones referendas, vel ad Deum exorandum. *t* In omnem congregationem, &c.] ideſt, in conſpectu omnis congregationis, vel ut communiter oraret pro omnibus, quia organum omnium eſt: Extulit, inquam, manus ſuas. *u* Dare gloriam] ideſt, ad dandam gloriam Deo, ideſt, laudem. *x* A labiis ſuis,) cordis, & oris. *y* Et in nomine ipſius gloriari,] ideſt, ad glorificandum nomen ejus, vel ad oſtendendum, quod tantum in nomine ejus, i. in virtute ejus eſt gloriandum, 2. *Cor.* 10 d Qui gloriatur, in Domino glorietur. *z* Et iteravit orationem ſuam,] quam fecit pro ſe, & pro toto populo: & gratias egit Deo. *a* Volens oſtendere virtutem Dei,] ideſt, miſericordiæ † liberationem, quam dat omnibus affluenter, & non improperat. *b* Et poſt rurſum,] ideſt, tertio.

al. † libertatem.

c Plus oravit,] ideſt, diutius, vel plus petens. *d* Deum omnium,) ideſt, Creatorem, & gubernatorem, & conſervatorem omnium. *e* Qui magna fecit in omni terra,) ideſt, mirabilia vel miracula aliqua. Nulla enim terra eſt, in qua aliqua miracula non fecerit Deus. *f* Qui auxit dies noſtros in ventre ma-

a tris,] ideſt, con-

Gen. 27. O dor filii mei, ſicut odor agri pleni, cui benedixit Dominus. In fundamento autem dicit effuſum ſanguinem, quia ut dicit *Gl.* Sacerdos legalis fudit ſanguinem hoſtiæ in commemorationem Chriſti, qui eſt fundamentum Eccleſiæ, ut dicitur 1. *Cor.* 3. c. *a* Tunc exclamaverunt filii, &c.] ideſt, ad magna vocantem, & magna promittentem. *d* In memoriam coram Deo,) ideſt, beneplacito Dei. Hic eſt clamor prædicantium, certe orantium, qui plus aſſiſtit in devotione cordis, quam crepitu vocis, *Iſa.* 40. b. Exalta in fortitudine vocem tuam, *Exod.* 14. d. Quid clamas ad me? *e* Tunc omnis populus ſimul, &c.] quia cum officium Eccleſiaſticum per miniſtros Eccleſiæ honeſte agitur in memoriam Chriſti, populus ad laudes Dei provocatus, proſternit ſe in faciem, ideſt, cordis ſui exhibet humilitatem, maxime viſa humilitate Prælati, 1. *Eſdr.* 10. a. Orante Eſdra, & implorante Deum, & flente, & jacente ante templum Dei, collectus eſt ad eum de Iſrael cœtus grandis nimis virorum, & mulierum, & puerorum, & flevit populus multo fletu. Et nota, quod dicit dare preces, quia voluntariæ debent eſſe, *Pſal.* 53. Voluntarie ſacrificabo tibi. Tales preces libenter exaudit Dominus, *Exod.* 35. a. Separate apud vos primitias Domino, omnis voluntarius & prono animo offerat Domino. Quidam autem orationes, imo & horas canonicas, quaſi pro ſervitute tenent. Unde dicunt: Liberemus nos de horis noſtris. Quidam autem vendunt, aut pro nummo inanis gloriæ, aut laudis, aut commodi temporalis. De quibus dicitur *Matt.* 6. a. Non eritis ſicut Hypocritæ, qui amant in Synagogis, & in angulis platearum ſtantes orare, ut videantur ab hominibus: preces etiam dicit pluraliter, quia pro multis & corde, & ore eſt orandum, *Phil.* 4. a. Petitiones veſtræ innoteſcant apud Deum. Omnipotenti, & excelſo Deo dicit, quia omnibus dat, & omnia, quæ petuntur pie pro ſe, & perſeveranter, & ad ſalutem, & quia excelſa dat, non terrena, & ut altis deſideriis ad ipſum clamemus, preces mundas &, auratas eleemoſynas offerendo, *Act.* 10. a. Orationes tuæ, & eleemoſynæ tuæ aſcenderunt in memoriam coram Deo. *g* Et amplificaverunt,] preces, vel laudes Dei. *h* Pſallentes] i. bona opera precibus adjungentes. Vocibus ſuis dicit, non vicariis, *Pſ.* 76. Voce magna ad Dominum clamavi. *i* Et in magna domo,] ideſt, Eccleſia per totum orbem dilatata. *k* Factus eſt ſonus, &c.] ideſt, oratio devota, prædicatio ſonora. Vel magnus fit in Eccleſia ſonus, quando orantibus Sacerdotibus & benedicentibus Deum, reſpondet omnis populus: Amen. Qui ſonus tam eſt ad clamorem vocis, quam ad devotionem pertinet cordis. Ad clamorem vocis propter proximum ad devotionem cordis propter Deum. Homo enim videt in facie, Deus in corde, 1. *Reg.* 16. b. *m* Et rogavit populus, &c.] ideſt, unanimiter. *n* Uſquedum perfectus eſt honor,] ideſt, uſque acceperint a Deo, quod poſtulant, vel uſque ad finem mundi, quando corpus Chriſti, ideſt, Eccleſia incorruptionis gloria honorabitur, & membra ſuo capiti conjungentur. Tunc ſiquidem erit perfectus honor Chriſti. *o* Et munus,] ideſt, orationem gratuitam. *p* Perfecerunt,] ideſt, perfecte fecerunt, corde, & ore orantes, 1. *Cor.* 14. a. Orabo ſpiritu, orabo & mente, pſallam ſpiritu, pſallam & mente. *q* Tunc deſcendens, &c.] Hoc de Chriſto exponitur. *r* Deſcendens] enim in infernum die paſſionis. *ſ* Extendit manus ſuas,] reſurgendo, & captivos ab inferis liberando, & Dæmones ſuperando, *Exod.* 17. c. Cum levaſſet Moyſes manus ſuas vincebat Iſrael. *t* In omnem, &c.] ideſt, in conſpectu omnis Eccleſiæ, quia poſt reſurrectionem præbuit ſeipſum vivum, & in multis argumentis per 40. dies apparens eis, *Act.* 1. a. *u* Dare gloriam, &c.] ideſt, ut Apoſtoli, & ceteri Prædicatores, qui ſunt labia Chriſti.
y Et in nomine, &c.] ut oſtenderent, & docerent in nomine Domini, & non in alio gloriandum eſſe, 2. *Cor.* 10. d. Qui gloriatur, in Domino glorietur, *Jer.* 9. g. Non glorietur ſapiens in ſapientia, nec fortis in fortitudine ſua, nec dives in divitiis ſuis, ſed in hoc glorietur, qui gloriatur, ſcire, & noſſe me, quia ego ſum dominus, qui facio miſericordiam, & judicium, & juſtitiam in terra.
z iteravit orationem ſuam,] in monte Oliveti, *Matth.* 26. d. Iterum ſecundo abiit Jeſus, & oravit, dicens: Pater mi, &c. Vel, Iteravit orationem ſuam) ideſt, iterum, & iterum eſſe faciendam verbo, & exemplo docuit, *Luc.* 18. a. Oportet ſemper orare, & non deficere.
a Volens oſtendere virtutem Dei,] ideſt, largitatis miſericordiam, qui petentibus ſe tribuit.
b Et poſt rurſum,] ideſt, tertio.
c Plus oravit Deum omnium; qui magna fecit in omni terra.] *Matt.* 26. d Iterum abiit Jeſus, & oravit tertio eumdem ſermonem dicens. *f* Qui auxit dies noſtros a ventre matris

O noſtræ, ideſt,

D

tris noſtræ, ideſt, conſervavit & complevit. *a* Et fecit, &c.] in vita conſervando, bona temporalia conferendo, peccata dimittendo: ad pœnitentiam patienter expectando: pœnitentes clementer ſuſcipiendo. *b* Det nobis, &c.] Quoniam oſtendit Auctor Deum eſſe talem, qui libenter exaudiat deprecantes: ideo orationem ſuam ad ipſum dirigit, dicens. *b* Det] ille ſcilicet, qui talis eſt.
c Nobis jucunditatem cordis,] interius.
d Et, det fieri, &c.] Det etiam per dies ſempiternos, ideſt, ſemper.
f Credere Iſrael,] ideſt, det ut populus Iſraeliticus ſemper credat in Deum. Et det. *g* Nobiſcum eſſe, &c.] ideſt, quos nobis dedit ad ſibi ſerviendum. Qui autem illi ſint hoſtes a quibus liberari petit Auctor, conſequenter oſtendit, dicens.
h Duas gentes, &c.] Idumæos, & Philiſtæos, qui corporaliter infeſtabant filios Iſrael.
i Tertia autem non eſt, &c.] Sic conſtrue: Tertia gens; ſcilicet, Sichimitæ, non eſt gens, quam oderim, reſpectu aliarum duarum, quia non facto vel bello, ſed tantum verbis, & detractionibus infeſtabant eos: poſtea oſtendit, quæ ſint illæ tres gentes.
m Qui ſedent, &c.] ideſt, Idumæi, qui habitant in monte Seir, qui Judæos revertentes de Ægypto non permiſerunt tranſire per terram ſuam, ſed cum infinita multitudine armatorum occurrerunt eis, ſicut legitur *Num.* 20. d. Et etiam inſultaverunt Judæis, quando captivi ducti ſunt a Chaldæis. Etiam perſonaliter perſecuti ſunt ſæpe. Nam contra eos prophetavit *Ezech.* 35. c. per totum. Et *Iſa.* 21. c. Onus Duma ad me clamat ex Seir, & cætera. Sunt autem Seir, Edom, Eſau, nomina ſynonima primi filii Iſaac, cujus timore fugit Jacob in Meſopotamiam, adhuc patre ſuo Iſaac vivente, *Gen.* 28. a. Et ex illo tempore ſemper odioſi fuerunt ſibi invicem Judæi, qui de Jacob, & Idumæi qui de Edom nati ſunt. *n* Et Philiſthiim.] Et hæc eſt ſecunda gens odioſa, & adverſa Judæis: quæ ſemper perſecuta eſt eos, ut patet a 4. c. 1. *Reg.* uſque ad finem tertii. *o* Et ſtultus, &c.] eſt tertia gens minus odioſa, id eſt, Sichimitæ: qui dicuntur ſtultus populus, quia deſcenderunt à Sichem, qui ſtultus fuit, cum rapuit Dinam filiam Jacob, quapropter interfecti fuerant fere omnes Sichimitæ a filiis Jacob, *Gen* 34 d. Vel ideo, quia elegerunt ſibi in Regem Abimelech ſpurium, interfectis legitimis filiis Jeroboal: qui Abimelech poſtea plurimos Sichimitas occidit, & multa mala fecit eis. Unde Ioathan minimus filius Jeroboal, qui evaſerat, paradigma propoſuit Sichimitis de lignis ſilvarum, quæ elegerant ſibi ramnum in Regem. *Judic.* 9. Vel ideo ſtultus populus dicitur, quia Baal colebant, vel quia ſe circumciderunt propter Sichem, ut duceret Dinam, propter quod etiam forte dicitur hic: Non eſt gens quam oderim. *q* Doctrinam ſapientiæ, &c.] Tertia pars capituli ubi Auctor ad ſtudium ſapientiæ invitat, commendans opus ſuum, & oſtendens quam utile ſit legenti, meditanti, vel operanti, dicens. *q* Doctrinam ſapientiæ,] de divinis: Et diſciplinæ,] de terrenis. *ſ* Scripſit in codice, &c.] oblivionem antiquaram. *u* De corde ſuo,] ideſt, per ſtudium cordis ſui. Unde *ſup.* 33. c. Ego noviſſimus evigilavi, & quaſi qui colligit acinos poſt vindemiatores: in benedictione Dei & ipſe ſperavi. *x* Beatus qui, &c.] meditando, & diligendo. *z* Sapiens erit ſemper,] cum ea opere impleverit. Tunc enim incipiunt ſapere res juxta ſaporem proprium: bona bene, & mala male.
a Si enim, &c.] ideſt, perfecte impleverit opere. *b* Ad omnia valebit] ſibi neceſſaria acquirenda. Vel ad omnia valebunt ei, quia omnia cedent ad ejus utilitatem, bona per congratulationem, mala per patientiam vel compaſſionem, *Rom.* 8. c. Scimus, quoniam diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum his, qui ſecundum propoſitum vocati ſunt ſancti. Vel liber ad omnia valebit, ei, qui fecerit hæc, quæ in eo ſcripta ſunt.

noſtræ, *a* & fecit nobiſcum ſecundum ſuam miſericordiam: *b* Det *c* nobis jucunditatem cordis, *d* & fieri pacem in diebus noſtris Iſrael *e* per dies ſempiternos: *f* credere Iſrael *g* nobiſcum eſſe miſericordiam Dei, ut liberet nos in diebus ſuis. *h* Duas gentes odit anima mea, *i* tertia autem non *k* eſt gens, quam *l* oderim, *m* qui ſedent in monte Seir *n* & Philiſthim, *o* & ſtultus populus qui *p* habitat in Sichimis. *q* Doctrinam ſapientiæ *r* & diſciplinæ ſcripſit in *ſ* codice iſto Jeſus filius Sirach Jeroſolymitanus qui *t* renovavit ſapientiam da *u* corde ſuo. *x* Beatus, qui in iſtis verſatur bonis, *y* qui ponit illa in corde ſuo, *z* ſapiens erit ſemper. *a* Si enim hæc fecerit, *b* ad omnia valebit, quia *c* lux Dei *d* veſtigium ejus eſt.

c Qui lux Dei,] ideſt, Sapientia quæ in eo continetur.
d Veſtigium ejus eſt,] ideſt, via ducens ad cœlum.
Θ noſtræ, ideſt,] virtutes, & ſpirituales mentis illuminationes: De quibus *Pſal.* 27. Et dies pleni invenientur in eis, *Iſa.* 38. b. Adjiciam ſuper dies tuos quindecim annos, ideſt, dabo tibi ſuper virtutes, & virtutum opera veteris, & novi teſtamenti intelligentiam. *Myſtice.*
a Et fecit, &c.] noſtram miſeriam aſſumendo, & ſuam gloriam nobis communicando. Ipſe qui talis eſt. *b* Det nobis, &c.] quæ eſt area beatitudinis videns omne gaudium temporale, *ſup.* 30. c. Non eſt oblectamentum ſuper cordis gaudium. Et 1. d. Jucunditas cordis, hæc eſt vita hominis, & exultatio viri eſt longanimitas. *d* Et fieri pacem, &c.] ideſt, populo Chriſtiano vidente jam per fidem Deum, & tandem viſuro per ſpeciem. Et det. *e* Per dies, &c.] ideſt, toto tempore vitæ præſentis. Nam finita vita præſenti, tranſibimus de viſione fidei ad viſionem ſpeciei: quia cum venerit, quod perfectum eſt, evacuabitur, quod ex parte eſt, 1. *Cor.* 13. c. Et det. *g* Nobiſcum eſſe,] ideſt, in diebus judicii: quando dies erunt ſui, quia cum acceperit tempus, ipſe juſtitias judicabit. *h* Duas gentes, &c.] Judæos blaſphemos, & gentes idololatras. *i* Tertia,] ſcilicet, hæretici. *k* Non eſt gens,] una ſcilicet, ſed multiplex diverſis involuta erroribus.
l Quam oderim,] ideſt, quam odivi. Hæ ſunt vulpes Sampſonis, quæ facies quidem diverſas habent, ſed caudas colligatas, *Jud.* 15. 2. Poſtea ſpecificat.
m Qui ſedent, &c.] ideſt, Judæi ſuperbi, & hiſpidi. *n* Et Philiſthiim,] ideſt, gentiles potione Philoſophiæ cadentes. *o* Et ſtultus populus, &c.] ideſt, hæretici in magno labore poſiti, ſcilicet inani. Vel aliter.
h Duas gentes, &c.] ideſt, ſuperbos, & avaros.
i Tertia non eſt, &c.] ſed imago gentis, ideſt, hypocritæ. Qui revera non ſunt homines, ſed ſimulacra hominum. De quibus *Pſal.* 113. Simulacra gentium argentum, & aurum, opera manuum hominum: Similes *Pſalm.* 74. fiant illis, qui faciunt ea, & omnes, qui confidunt in eis, ideſt, Prælati, qui conferunt eis beneficia.
m Qui ſedent, &c.] ideſt, ſuperbi, & ambitioſi, & hiſpidi, & piloſi.
n Et Philiſthiim,] ideſt, avari potione cadentes aurei calicis Babylonis, *Jer.* 51. a.
o Et ſtultus populus,] ideſt, hypocrita.
p Qui habitat, &c.] ideſt, in labore, *Jer.* 9. b. Ut inique agerent, laboraverunt. *q* Doctrinam ſapientiæ,] de divinis. *r* Et diſciplinæ,] de humanis.
ſ Scripſit in codice,] contra Ambroſium ſuper Beati immaculati. In libro Sapientiæ Sirach. Reſponſio. Nomine patris accipit filium.
t Qui renovavit, &c.] ideſt, ingenio ſuo.
x Beatus, qui in iſtis verſatur bonis,] legendo, meditando, operando.
y qui ponit, &c.] memoriter retinendo.
z Sapiens erit ſemper, *Apoc. ult.* b. Beatus, qui cuſtodit verba prophetiæ libri hujus.
a Si enim hæc, &c.] intelligendo.
c Quia lux Dei,] ideſt, ſapientia.
d Veſtigium ejus eſt,] ideſt, Dux, & via, *Prov.* 6. c. Mandatum lucerna, & lex lux.
Moraliter autem per Simonem ſignificatur obedientia, *Moralis.* quod patet ex nominis interpretatione. Unde quot invenies Simones in Biblia, tot invenies genera obedientiarum. Simon Magus, *Act.* 8 b. Simon Leproſus, *Matth.* 26. a. Simon Scarioth, *Joan* 6 f. Simon Chananæus, *Matth.* 10. a. Simon Cyrenæus, *Luc.* 23. d. Simon Bar-Jona, 16. c. Simon Johanna, *Joan.* 1. f. Simon Petrus, *Joan.* 21. b. Simon Oniæ filius, hic. Hæc eſt vera, & perfecta obedientia, qua omnibus etiam malis obeditur in his, quæ non ſunt contra Deum. Onias interpretatur inutilis Dominus, 1. *Pet.* 2. Servi ſubditi eſtote in omni timore Dominis non tantum bonis & modeſtis, ſed etiam diſcolis.

EXPOSITIO CAP. LI.

Confitebor tibi, &c.] Oſtenſa utilitate libri ſui ponit orationem, in qua gratias agit de omnibus beneficiis ſibi a Deo collatis. Refertur autem hęc oratio melius ad totam Eccleſiam, quam ad unam perſonam, quia in ea multę tribulationes, & diverſarum conſolationum genera continentur, quę non

Digitized by Google

non eſt tertia oratio Auctoris in hoc libro. Prima *ſup.* 23.a. Domine pater, & dominator vitæ meæ, ne derelinquas me in cogitatu & conſilio illorum, &c. Secunda *ſup.* 36.a. Miſerere noſtri Deus omnium. Tertia hic. Dividitur autem hoc capitulum in tres partes: In prima gratias agit, enumerans mala a quibus ſe liberatum gratulatur. In ſecunda oſtendit ſe in juventute ſapientiam quæſiviſſe, ibi: Cum adhuc junior ſum. In tertia invitat alios ad ſtudium diſciplinæ,

A ibi: Appropriate ad me indocti, &c. Dicit ergo in perſona Eccleſiæ. *a* Confitebor,] peccata, & laudes, ore, corde, & opere. *b* Tibi,] non homini. *c* Domine Rex,] id eſt, Deus Trinitas, quæ omnia regis. Vel Domine, Rex, id eſt, pater Jeſu, qui eſt Dominus, & Rex Eccleſiæ, caput, & Sponſus ejus. *Coloſſ.* 1.c. *d* Et collaudabo] id eſt, in mente & corpore, corde, & ore laudabo. *e* Te Deum, &c.] qui ex officio, vel conſuetudine ſalvandi Salvator appellaris. *f* Confitebor nomini tuo,] id eſt, ad honorem nominis tui, id eſt, potentiæ tuæ. *g* Quoniam adjutor, &c.] Adjutor ad faciendum bona, protector ad ſuſtinendum, & ſuperandum mala. *h* Et liberaſti, &c.] corporalium vitiorum, quæ maxime infeſtant Eccleſiam hodie. *i* Laqueo, &c.] id eſt, perſuaſionis hæreticæ, vel ſuggeſtionis diabolicæ, vel adulatoriæ, vel detractoriæ. *Job* 5. d. A flagello linguæ abſconderis, *ſup.* 28.c. Flagelli plaga livorem facit: plaga autem linguæ comminuet oſſa. Et a labiis, &c.] id eſt, a perſuaſionibus Philoſophorum, vel hæreticorum, vel hypocritarum, opera bona malo fine facientium. *Pſal.* 119. Domine, Libera animam meam a labiis iniquis, & a lingua doloſa. *l* Et in conſpectu adſtantium] id eſt, Dæmonum, vel malorum hominum, qui aſtant, ut decipiant, vel Angelorum, qui aſtant, ut adjuvent. *m* Factus es mihi adjutor] ne caderem, ſed vincerem. 1. *Cor.* 4.b. Spectaculum facti ſumus mundo, & Angelis, & hominibus. *n* Et liberaſti, &c.] quod eſt Jeſus, id eſt, Salvator, id eſt, ſecundum multitudinem miſericordiæ prævenientis, & comitantis, & conſummantis. *o* A rugientibus, &c.] id eſt, a perſecutoribus, vel Dæmonibus, qui circumeunt rugientes, & quærentes, quem devorent. 1. *Pet.* 5. b. c. *p* De manibus, &c] id eſt, de poteſtate Dæmonum, qui tantum animas quærunt ad perdendum, *Gen.* 14. d. Da mihi animas, cætera tolle tibi. *q* Et de multis, &c.] undique deſurſum aereæ poteſtates; deorſum motus carnales, a dextris domeſtici, a ſiniſtris extranei: deforis hæretici, de intus fratres falſi. *Pſal.* 114. Circumdederunt me dolores mortis, & pericula inferni invenerunt me. *r* A preſſura, &c.] Ad litteram, ut patet in tribus pueris. *Dan.* 3.e. Et ſpiritualiter verum eſt in omnibus ſanctis, quos flamma perſecutionis, aut tribulationis non lædit, ſed potius vincula eorum, id eſt, peccata dirumpit. *Iſa.* 43.a. Cum ambulaveris in igne non combureris, & flamma non ardebit in te. *ſ* Et in medio ignis] qui ligna conſumit, ſed aurum depurat, id eſt, ferventis tribulationis. *t* Non ſum æſtuatus,] id eſt, æſtu perſecutionis à ſtatu rectitudinis lapſus. *u* De altitudine, &c.] Liberaſti me, ſupple, id eſt, de ſinu inferni, ad litteram, Patriarchas, Prophetas, & alios ſanctos, qui adventum Domini præceſſerunt, vel myſtice de profundo conſilio Diaboli. *Job* 41.a. Quis revelabit faciem indumenti ejus, & in medium oris ejus quis intrabit? *x* Et a lingua coinquinata] id eſt, ſuggeſtione diabolica, vel a lingua vetulæ ad luxuriam invitantis, *ſup.* 28.c. Beatus, qui tectus eſt a lingua nequam. *y* Et a verbo, &c.] adulatoris, vel detractoris, vel hæretici, vel teſtis falſi. *z* A Rege,] id eſt, a Diabolo qui eſt Rex ſuper univerſos filios ſuperbiæ. *Job* 41.d. Vel Tyranno, qui violenta damnatione proprios ſubditos premit, vel alienos ſibi ſervire compellit. *a* Et lingua, &c.] id eſt calumniante ex avaritia. Et cum tot bona fecerit mihi Dominus. *b* Laudabit uſque ad mortem, &c.] nunc corde, nunc opere, nunc ore, nunc pſalterio decachordo, id eſt cuſtodia præceptorum: nunc cithara, id eſt, carnis mortificatione, nunc in choro, id eſt, concordia vitæ: nunc in tympano, id eſt, in infirmitate pœnitentiæ. Uſque ad mortem, dicit, quia ſuperlaudandus eſt Dominus aliquo prædictorum modorum. Unde *Pſ.* 33. Benedicam Dominum in omni tempore, ſemper laus ejus in ore meo. Anima mea dicit, quia ſine laude mentis non placet laus oris. *Pſa.* 145. Lauda anima mea Dominum, laudabo Dominum in vita mea, pſallam Deo meo, quandiu fuero. *c* Et vita mea] temporalis. *d* Appropinquans erat &c.] quia ante adventum Domini omnes ad inferna deſcendebant. Vel infernum dicit mortem carnis, quæ primi peccati vindicta eſt, ſicut infernus peccantium animarum pœna perpetua, *Job* 30.c. Scio quia morti trades me, ubi conſtituta eſt domus omni viventi. *e* Circumdederunt me undique,] hoſtes ſpirituales & corporales, per omnes ſenſus, per omnia membra, in omni loco, in omni tempore. *Thren.* 3.b. Circumædificavit adverſum me, ut non egrediar: aggravavit compedem meum, concluſit vias meas lapidibus quadris, ſemitas meas ſubvertit, urſus inſidians, &c. *f* Et non erat qui adjuvaret] me, dicit Eccleſia. *g* Reſpiciens eram, &c.] qui adjuvaret me. Et ideo. *h* Memoratus ſum miſericordiæ tuæ Domine,] id eſt, gratiæ operantis. *i* Et cooperationis tuæ,] id eſt, gratiæ cooperantis. *k* Quæ a ſæculo ſunt] ſuper genus humanum. Hoc eſt documentum Joſaphat Regis Juda, ut cum homo undique ſe videat deſtitutum, a Deo quærat auxilium. 2. *Paral.* 20.c. Cum ignoramus, quid agere debeamus, hoc ſolum habemus reſidui, ut oculos noſtros dirigamus ad te. Et merito memoratus ſum tui: *l* Quoniam tu eruis,] ab omni malo. *m* Suſtinentes te] in firma ſpe. *n* Et liberas eos de manu gentium,] id eſt, de poteſtate hoſtium, ut non prævaleant, *Naum.* 1.b. Bonus Dominus, & confortans in die tribulationis. 1. *Mach.* 2.g. Cogitate per generationem & generationem, quia omnes, qui ſperant in eum, non infirmantur. Ideo dicit Jacob *Gen.* 49.c. Salutare tuum expectabo, Domine. Et *Iſa.* 8.c. Expectabo Dominum, qui abſcondit faciem ſuam a domo Jacob. *o* Exaltaſti ſuper terram,] ubi jam habitat Eccleſia per ſpem & contemplationem. *Phil.* 3.d. Converſatio noſtra in cœlis eſt. Tandem habitabit per ſpeciem & fruitionem. *Pſal.* 14. Domine, quis habitabit in tabernaculo tuo? Qui ingreditur ſine macula, & operatur juſtitiam, *Iſa.* 33.c. Qui ambulat in juſtitiis, & loquitur veritatem, qui projicit avaritiam ex calumnia & excutit manus ſuas ab omni munere, qui obturat aures ſuas, ne audiat ſanguinem: & claudit oculos, ne videat malum; iſte in excelſis habitabit. *p* Et pro morte defluente,] evadenda, vel æquanimiter ſuſtinenda, id eſt, pro pœna temporali, quæ tranſit & defluit. Vel pro morte defluente, id eſt, quæ facit defluere in profundum gehennæ. *q* Deprecatus ſum,] id eſt, de corde precatus. *r* Invocavi,] id eſt, intus vocavi clamore cordis. *ſ* Dominum patrem, &c.] id eſt, Jeſu Chriſti. *t* Ut non, &c.] deſolatam & deſtitutam. *u* In die, &c.] id eſt, in præſenti vita, ubi tribulationes undique militant.

x Et in tempore, &c.] id eſt, in hoc tempore præſenti, in quo impii ſuperbiunt.

y Sine adjutorio tuo] ſine quo nec modicum ſuſtinere poſſet Eccleſia, quia *Pſal.* 126. Niſi Dominus cuſtodierit civitatem, fruſtra vigilat, qui cuſtodit eam, 1. *Theſ.* 5.a. Dies Domini veniet ſicut fur. Ibi dicit *Gloſ.* Modo eſt dies hominum

pro

Oratio Jeſu filii Sirach.
CAP. LI.

a Confitebor *b* tibi *c* Domine Rex: *d* & collaudabo te *e* Deum Salvatorem meum. *f* Confitebor nomini tuo, quoniam *g* adjutor & protector factus es mihi, *h* & liberaſti corpus meum a perditione; *i* a laqueo linguæ iniquæ, & *k* a labiis operantium mendacium: & *l* in conſpectu aſtantium *m* factus es mihi adjutor. *n* Et liberaſti me ſecundum multitudinem miſericordiæ nominis tui *o* a rugientibus præparatis ad eſcam: *p* de manibus quærentium animam meam: & † de *q* multis tribulationibus, quæ circumdederunt me, *r* a preſſura flammæ, quæ circumdedit me, *ſ* & in medio ignis *t* non ſum æſtuatus. *u* De altitudine ventris inferi, *x* & a lingua coinquinata, a *y* verbo mendacii, a Rege *z* iniquo, & † *a* lingua injuſta. *b* Laudabit uſque ad mortem anima mea Dominum, *c* & vita mea *d* appropinquans erat in inferno deorſum. *e* Circumdederunt me undique, *f* & non erat qui adjuvaret. *g* Reſpiciens eram ad adjutorium hominum, & non erat. *h* Memoratus ſum miſericordiæ tuæ, Domine, *i* & cooperationis tuæ, quæ a *k* ſæculo ſunt, *l* quoniam eruis *m* ſuſtinentes te †, *n* & liberas eos de manu † gentium. *o* Exaltaſti ſuper terram habitationem meam, *p* & pro morte defluente *q* deprecatus ſum. *r* Invocavi † Dominum *ſ* patrem Domini mei, ut non *t* derelinquat me in die *u* tribulationis meæ, *x* & in tempore ſuperborum *y* ſine adjutorio.

al. † de plurimis tribulationibus.

al. † a

al. † Domine.

al. † manibus.

al. † Deum.

pro libito agentium. Sed ſic faciet tibi Dominus in die tua ſicut facis tu in die ſua, *Luc.* 19. Et quidem in hac die tua, quæ ad pacem tibi. Sed quoniam Dominus præſto eſt omnibus invocantibus eum in veritate. Ideo de laude ejus in perſona Eccleſiæ liberatæ ſubditur.

a Laudabo nomen tuum aſſidue, & *b* collaudabo *c* illud in *d* confeſſione, & *e* exaudita eſt oratio mea. *f* Et liberaſti me de perditione, *g* & † eripuiſti me de tempore iniquo. *h* Propterea confitebor, *i* & laudem dicam tibi, & *k* benedicam *l* nomen Domini. *m* Cum adhuc junior ſum, *n* prius quam † oberrem, *o* quæſivi Sapientiam palam in oratione mea, *p* Ante tempus *q* poſtulabam pro illa: & uſque in *r* noviſſimis *ſ* inquiram eam: *t* & florebit tamquam † *u* præcox uva. *x* Lætatum eſt cor meum in ea: *y* ambulavit Pes meus *z* iter rectum: a *a* juventute mea inveſtigabam eam. *b* Inclinavi modice *c* aurem meam, *d* & excepi illam. *e* Multam inveni in meipſo Sapientiam, *f* & multum profeci in ea. *g* Danti mihi Sapientiam dabo gloriam. *h* Conſiliatus ſum etiam, ut *i* facerem illam, *k* zelatus ſum bonum, & non *l* confundar. *m* Colluctata eſt anima mea in illa: *n* & in faciendo eam *o* confirmatus ſum. *p* Manus meas *q* extendi in altum, *r* & in ſapientia ejus luxit *ſ* anima mea, *t* & ignorantias meas illuminavit. *u* Animam meam direxi ad illam, & in † *x* agnitione *y* inveni eam. *z* Poſſedi cum † ipſis *a* cor ab initio, propter *b* hoc non derelinquar.

a Laudabo nomen tuum aſſidue) orando, *ſup* 18. Non impediaris orare ſemper, & ne veteris uſque ad mortem juſtificari, 1. *Theſſ. ult.* Sine intermiſſione orate.

al. † eruiſti. *b* Et collaudabo] ideſt, corde, & ore laudabo.

c Illud] nomen Domini. *d* In confeſſione] peccati, & laudis. *e* Et exaudita eſt oratio mea] hæc, ideſt: Diſcedire a me maligni omnes, qui operamini iniquitatem, quoniam exaudivit Dominus vocem fletus mei. *Pſalm.* 6. *al. † oberrarem.*

f Et liberaſti me de perditione] peccati, vel inferni.

g Et eripuiſti me de tempore iniquo] præſentis vitæ quo regnat iniquitas.

al. † præcoqua. *h* Propterea confitebor] peccatum meum in præſenti.

i Et laudem dicam tibi] in futuro.

k Et benedicam,] bene faciendo, & bene loquendo, & gratias referendo.

l Nomen Domini,] ideſt, Chriſtum Jeſum, cujus meritis & gratia liberata ſum, *Iſa.* 55. In lætitia egrediemini, & in pace deducemini: montes, & colles cantabunt coram vobis laudem, & omnia ligna regionis plaudent manu. Item *Iſa.* 51. Ponet Dominus deſertum Sion, quaſi delicias, & ſolitudinem ejus quaſi hortum Domini: gaudium & lætitia invenietur in ea, gratiarum actio, & vox laudis. *Sapientia quæritur tribus modis.* *m* Cum adhuc junior ſum] Secunda pars, uni narrat qualiter ab infantia quæſivit Sapientiam, ut nos exemplo ſui invitet ad ſimiliter faciendum. Dicit ergo. *al. † agnitionem.* *al. † ipſa.* *m* Cum adhuc junior ſum,] ideſt, eſſem. *n* Prius quam oberrem] i. erraſſem peccando. *o* Quæſivi Sapientiam palam in oratione mea] ideſt, aperta oratione vocis, non tantum deſiderio cordis. Vel palam, ideſt, ut manifeſta mihi fieret. Quæritur autem Sapientia tribus modis. Inſtantia orationis, ut hic, & *Jac.* 1. Si quis indiget Sapientia, poſtulet eam a Domino, &c. Vigilantia lectionis, *Sap* 6. Clara eſt, & quæ nunquam marceſcit Sapientia, & facile videtur ab his, qui diligunt eam, & invenitur ab his qui quærunt illam, præoccupat qui ſe concupiſcunt, ut illis ſe prior oſtendat, qui de luce vigilaverit ad illam, non laborabit; aſſidentem enim illam foribus ſuis inveniet. Tertio modo quæritur ſtudio bonæ operationis, *ſup.* 1. Fili concupiſcens Sapientiam conſerva juſtitiam: & Deus præbebit illam tibi. De his tribus modis quærendi Sapientiam dicitur *Prov.* 2 Si Sapientiam invocaveris; ecce primus. Et inclinaveris cor tuum prudentiæ: ecce ſecundus. Et quæſieris eam quaſi pecuniam, & ſicut theſaurum effoderis illam: ecce tertius. Tunc intelliges timorem Domini, & ſcientiam Dei invenies. *p* Ante tempus] maturæ ætatis, quo poſſem peccare, vel ſtudere ad Sapientiam. *q* Poſtulabam pro illa] obtinenda. *r* Et in noviſſimis,] ideſt, uſque ad mortem. *ſ* Inquiram eam] orando, legendo, operando, quaſi dicat ante errorem pueritiæ, vel juventutis deſideravi, & poſtulavi Sapientiam a Domino, & uſque ad mortem perſeveravi.

t Et florebit] Sapientia in me. *u* Tamquam præcox uva] præcoqua quæ prævenit generalem maturitatem. Comparat autem Auctor Sapientiam ſuam uvæ præcoquæ, tum propter jucunditatem, tum propter feſtinatam maturitatem, *Mich.* 7. Ficus præcoquas deſideravit anima mea. *x* Lætatum eſt cor] ideſt in acquiſitione vel poſſeſſione ejus, vel experientia & uſu ejus. *Sap.* 8. Non habet amaritudinem converſatio ejus, nec tædium convictus illius, ſed lætitiam & gaudium. *y* Ambulavit pes meus] ideſt affectus. *z* Iter rectum] ideſt viam mandatorum Dei, quæ recte ducit ad vitam. *Matth.* 19. Si vis ad vitam ingredi, ſerva mandata. *a* A juventute mea inveſtigabam eam] per me ſtudendo. Sed quoniam ad perfectionem Sapientiæ pervenire non eſt humani ſtudii, ſed divini muneris, ut dicit *Rab.* Ideo ſubdit. *b* Inclinavi modice] ideſt, humiliter vel parum reſpectu boni adepti. *c* Aurem meam] interiorem, & exteriorem. *d* Et excepi illam] quaſi liquorem optimum in vaſa humilitatis. *Jac.* 1. In manſuetudine ſuſcipite inſitum verbum. *Prov.* 11. Ubi humilitas, ibi ſapientia. *Joan.* 4. Puteus altus eſt, & in quo haurias, non habes, ideſt humilitatem. *Gloſſ* Inclinavi modice aurem meam] ideſt parum ex me profeci. *d* Et excepi illam deſuper infuſam. *e* Multam inveni in meipſo Sapientiam] i. materiam Sapientiæ: quia Sapientia eſt hominis ſui ipſius cognitio, ut dicit Philoſophus. *f* Et multum profeci in ea,] ideſt Sapientia mei. Et quia de cœlo deſcendit a Patre luminum, ut dicit *Jac.* Ideo ſequitur. *g* Danti mihi Sapientiam, dabo gloriam] laudando, gratias referendo, nomen Domini prædicando. Et ex hoc magis datur Sapientia, *Luc.* 6. Date & dabitur vobis. *Jacob.* 3. *Matth.* 10. Gratis accepiſtis, gratis date. Cauſam autem, quare profecerit Auctor in Sapientia, ſubjungit. *h* Conſiliatus ſum enim] ideſt conſilio Spiritus Sancti inſtructus. *i* Ut facerem illam] ideſt mandata & documenta ejus. *k* Zelatus ſum bonum] ideſt zelo Dei exarſi in amore. *l* Et non confundar] ideſt non fraudabor a ſpe, 3. *Reg.* 19. Zelo zelatus ſum pro Domino Deo exercituum: quia dereliquerunt pactum Domini filii Iſrael. *m* Colluctata eſt anima] ideſt ad illam habendam, orando, meditando, legendo, operando. Et ſicut in lucta corporali quandoque unus ſuperior, alter inferior eſt, ſic in hac lucta ſpirituali quandoque ſuperiores ſumus per diligentiam, quandoque inferiores per negligentiam. Et ſicut in lucta corporali nudi dejiciunt, & veſtiti dejiciuntur; ſic in lucta ſpirituali nuda eſt Sapientia. Si ergo ad luctandum cum ea acceſſeris veſtitus amore terrenorum, dejicieris, ſi nudus, prævalebis. Unde *Greg.* Quando ad fidei agonem venimus, luctam contra malignos ſpiritus ſumimus. Maligni autem ſpiritus nudi ſunt, quia nihil in hoc mundo proprium poſſident: Nudi ergo cum nudis debemus luctari: Nam ſi veſtitus quis cum nudo luctatur, citius dejicitur, quia habet, unde teneatur. *n* Et in faciendo eam] ideſt mandata & documenta ejus. *o* Confirmatus ſum] in Sapientia, vel virtute. Aſſiduitas enim boni operis, confirmatio eſt Sapientiæ & virtutis. *p* Manus meas] ideſt, opera. *q* Extendi in altum] ad Deum per rectam intentionem piis precibus quærendo Dei auxilium, non hominum, pro æternis operando, non pro terrenis. *Lev.* 11. Animal quod ambulat ſuper manus ex cunctis animantibus immundum erit ideſt qui facit opera bona pro terrenis, immundus erit. Vel manus in altum extendere, eſt in exemplum aliorum opera ſua demonſtrare. *Matth.* 5. Sic luceat lux veſtra coram hominibus, ut videant bona opera veſtra: & glorificent Patrem veſtrum, qui in cœlis eſt. *r* Et in Sapientia ejus] ideſt, in guſtu & intuitu Sapientiæ. *ſ* Luxit anima mea] pro peccatis & miſeriis ſuis, quæ videt, quæ prius non videbat. Unde liber devoratus a Joanne fecit amaricare ventrem ejus. *Apoc.* 10. & *Ezech.* 3 Fili hominis venter tuus comedet, & viſcera tua complebuntur volumine iſto. Sapientia enim ſpeculum eſt, ubi intuentibus imago ſua pleniſſime demonſtratur. *Jac.* 1. Si quis auditor eſt verbi, & non factor, hic comparabitur viro conſideranti vultum nativitatis ſuæ in ſpeculo. Vel, *r* In ſapientia ejus] ideſt in cognitione Dei. *ſ* Luxit anima mea] pro offenſa ejus, pro ſeparatione ab eo, pro timore juſtitiæ. *t* Et ignorantias meas illuminavit] Deus, vel Sapientia, ideſt peccata quæ prius ignorabam mihi demonſtravit. *u* Animam meam direxi ad illam] acquirendam, vel implendam. *x* Et in agnitione] mentis illuminatæ. *y* Inveni eam] ideſt, veni ad eam. Vel in agnitionem, ideſt, per agnitionem mei, & Dei, inveni eam. Auguſtinus: Domine, noverim me, noverim te. *z* Poſſedi cum ipſis] ideſt, cum amatoribus Sapientiæ. Vel, cum ipſa Sapientia. *a* Cor, &c.] ideſt in meditatione, & in amore Sapientiæ jugiter tenui cor meum a juventute. *b* Propter hoc non derelinquar] a Sapientia; quæ dicit: Ego diligentes me diligo: *Proverb* 8.

a Venter meus *b* conturbatus eſt *c* quærendo illam, *d* propterea *e* bonam poſſidebo poſſeſſionem. *f* Dedit enim mihi Dominus linguam † *g* mercedem meam, & in ipſa *h* laudabo eum. *i* Appropiate ad me *k* indocti, & *l* congregate vos *m* in domum diſciplinæ. *n* Quid adhuc retardatis, *o* & quid dicitis in his? *p* Animæ veſtræ ſitiunt vehementer. *q* Aperui os meum, & *r* locutus ſum. *ſ* Comparate vobis *t* ſine argento *u* Sapientiam, & *x* collum veſtrum *y* ſubjicite *z* jugo, & *a* ſuſcipiat anima veſtra diſciplinam. In *b* proximo eſt enim invenire eam, *c* Videte oculis veſtris, quia *d* modicum laboravi, & *e* inveni mihi multam requiem. *f* Aſſumite *g* diſciplinam in *h* multo numero argenti, *i* & copioſum aurum *k* poſſidete in ea. *l* Lætetur anima veſtra in *m* miſericordia ejus: & non *n* confundemini in laude † ejus. *o* Operamini opus veſtrum *p* ante tempus: & *q* dabit vobis mercedem veſtram in *r* tempore ſuo.

Explicit liber Eccleſiaſticus.

verſ. 8. *a* Venter meus] ideſt mens, vel animus meus. *b* Conturbatus eſt] ideſt, commotus ad penitentiam. *c* Quærendo illam,] quia omnis diſciplina in præſenti quidem amara eſt, *Heb.* 12. *d* Propterea] ideſt, quia ſic conturbatus eſt venter meus. *e* Bonam poſſidebo poſſeſſionem] ideſt Sapientiam vel facundiam, per quam illam diſtribuam ad laudem Dei. *Prov.* 4. Poſſide ſapientiam, & in omni poſſeſſione tua acquire prudentiam. *f* Dedit enim mihi Dominus linguam,] eruditam, ideſt facundiam vel eloquentiam Sapientiæ.

al. † eondem. *g* Mercedem meam] ideſt per quam comparem mihi mercedem. *Gloſſ.* Bona eſt merces lingua erudita quæ ſcit fratres inſtruere, & corrigere. *Iſa.* 50. Dominus dedit mihi linguam eruditam, ut ſciam ſuſtentare eum, qui lapſus eſt. *h* Et in ipſa laudabo eum] orando, prædicando, conſulendo, & conſolando. Et quia talis lingua libenter auditur. Ideo ſequitur. *i* Appropiate ad me] audiendum, & imitandum. *k* Indocti] qui doceri poteſtis & vultis, vel indoctos vos

Iſa. 55. reputatis. *l* Et congregate vos] mente, & corpore. *m* In domum diſciplinæ] ideſt, Eccleſiam, ubi vera diſciplina diſcitur, & docetur. *n* Quid] ideſt, cur adhuc retardatis congregati in domum diſciplinæ? *o* Et quid dicitis in his] ideſt ad hæc quæ ſequuntur, vel contra has admonitiones Sapientiæ. *p* Animæ veſtræ ſitiunt vehementer] potum verbi Dei. Sitis autem duo notat, deſiderium & defectum. *Amos* 8. Mit-

al. l ipſius. tam in terram famem, non famem panis, neque ſitim aquæ; ſed audiendi verbum Dei. *q* Aperui os meum] ut effunderem imbrem doctrinæ ad irrigandum animas. *r* Et locutus ſum] verba vitæ æternæ. *ſ* Comparate vobis,] ad veſtram utilitatem. *t* Sine argento] materiali. *u* Sapientiam] numero ſcilicet triplici, orationis, lectionis, & bonæ operationis, *Iſa* 55. Omnes ſitientes venire ad aquas; & qui non habetis argentum, properare, emite, & comedite, venite, emite abſque argento, & abſque ulla commutatione vinum & lac. *x* Et collum veſtrum, ideſt rigorem ſuperbiæ veſtræ, vel libertatem arbitrii. *y* Subjicite] voluntarie. *z* Jugo] ideſt Chriſti. *Matt.* 11. Tollite jugum meum ſuper vos: & diſcite a me, quia mitis ſum. *Thren.* 3. Bonum eſt viro, cum portaverit jugum Domini ab adoleſcentia ſua. *a* Et ſuſcipiat anima veſtra diſciplinam] ordinate vivendi. *b* In proximo eſt enim invenire eam] quærenti debito modo *Deut.* 30. Juxta eſt ſermo, ideſt, intelligentia ſermonis Dei in ore tuo, & in corde tuo ut facias illum *Sap.* 6. Qui de luce vigilaverit ad illam, non laborabit; aſſidentem enim foribus ſuis inveniet eam. *c* Videte oculis veſtris] interioribus. *d* Quia modicum laboravi] ad comparationem fructus. *Sap.* 3. In paucis vexati, in multis bene diſponentur. Vel modicum laboravi, ideſt ex me parum profeci. Non enim ſufficientes ſumus cogitare aliquid a nobis, quaſi ex nobis; ſed omnis ſufficientia noſtra ex Deo eſt, 2. *Cor.* 3. *e* Et inveni mihi multam requiem, ideſt, multam ſapientiæ jucunditatem, in qua multa quies eſt. Ergo exemplo mei. *f* Aſſumite] ideſt ad vos ſumite. *g* Diſciplinam] Sapientiæ, vel Pœnitentiæ. *h* In multo numero argenti] ideſt pro multo numero argenti. *i* Et copioſum aurum poſſidete in ea] ideſt, pro auro copioſo, poſſidete diſciplinam pœnitentiæ, vel Sapientiæ. *Prov.* 3. Pretioſior eſt Sapientia cunctis opibus; & omnia, quæ deſiderantur huic, non valent comparari. Item *Prov.* 8. Accipite diſciplinam meam & non pecuniam: doctrinam magis quam aurum eligite. Melior eſt Sapientia cunctis opibus, & omne deſiderabile ei non poteſt comparari. *Sap.* 7. Eſt enim hæc ſpecioſior Sole, & ſuper omnem diſpoſitionem ſtellarum luci comparata prior invenitur. Vel ſic. *f* Aſſumite diſciplinam in multo numero argenti] ideſt in multiplici genere divinæ eloquentiæ. Multiplex eſt enim divinum eloquium: & paucis datum eſt inde aſſumere diſciplinam. *i* Et copioſum aurum] ideſt, copioſam intelligentiam. *k* Poſſidete in ea] eloquentia, ut non ſit eloquentia ſine Sapientia. *l* Lætetur anima veſtra,] non caro, quæ corrumpitur. *m* In miſericordia ejus,] ideſt, in memoria miſericordiæ Dei. Magna enim eſt jucunditas, ſi recordemur miſericordiæ ſuperni Judicis. *Thren.* 3. Memoria memor ero; & tabeſcet in me anima mea; hæc recolens in corde meo, in Deo ſperabo. *n* Et non confundemini in laude ejus] ideſt, non eritis ingrati in gratiarum actione, quod eſt magna confuſio. *o* Operamini opus veſtrum] ideſt, nobis injunctum a Deo, vel a Prælato, & ſaluti veſtræ congruum. *p* Ante tempus] mortis, vel judicii, quando non licet amplius operari. *Eccli.* 9. Quodcumque facere poteſt manus tua, inſtanter operare: quia nec opus, nec ratio, nec Sapientia, nec ſcientia erit apud inferos, quo tu properas. *Joan* 9. Me oportet operari opera ejus, qui miſit me, donec dies eſt: veniet nox quando nemo poteſt operari. *q* Et dabit vobis Dominus mercedem veſtram,] remunerationem æternam. *r* In tempore ſuo] ideſt, in futuro ſæculo. *Gal. ult.* Qui ſeminat in ſpiritu, de ſpiritu metet vitam æternam. Bonum autem facientes non deficiamus: tempore enim ſuo metemus non deficientes. Ergo dum tempus habemus, operemur bonum ad omnes. *Matth.* 16. Filius hominis venturus eſt in gloria Patris ſui cum Angelis ſuis, tunc reddet unicuique ſecundum opera ejus: Ecce nuptiæ factæ ſunt in Cana Galilææ, ideſt, in Eccleſia militante. Cana quidem zelus, Galilæa tranſmigratio interpretatur: quia in Eccleſia zelo Dei tranſmigratur de vitiis ad virtutes, de culpa ad pœnitentiam, de morte ad vitam, de ſtabulo miſeriæ ad palatium gloriæ. In his autem nuptiis ſunt Sponſus, & Sponſa, ideſt, Chriſtus, & Eccleſia, ſenſus, & littera, mens humana & gratia divina: quia ſicut Sponſus, & Sponſa procreant prolem carnalem; ſic ſenſus, & littera intellectum ſpiritualem, mens, & gratia bonam voluntatem.

Menſa autem in his nuptiis eſt Sacra Scriptura quatuor innixa baſibus, ideſt, hiſtoria, tropologia, allegoria, anagogia.

Menſale vero & cetera ornamenta ſunt Sanctorum expoſitiones, & exempla eorum. Ibi panis eſt confirmationis, vinum exultationis, ſal diſcretionis, cultellus rationis, piſcis fidei, ovum ſpei, panis charitatis, oleum pietatis, butyrum devotionis, lac humilitatis, Chriſti carnes, Sanctorum paſſiones. Hic convertit Chriſtus aquam tribulationis in vinum exultationis, hic ſervitur Architriclino, ideſt, Chriſto, qui eſt princeps triclinii, ideſt, Eccleſiæ habentis tres ordines lectorum, ideſt, tres ordines ſalvandorum, conjugati, continentes, & virgines. Job, Noe, Daniel.

Illi tres lecti dicuntur thalami, *Ezech.* 40. Porro thalami portæ ad viam orientalem tres hinc, & tres inde, ideſt, tres thalami a dexteris, & totidem a ſiniſtris: quia in unoquoque iſtorum ordinum contigit & bonos & malos pariter invenire. Unde *Matth.* 24. Erunt duo in agro, unus aſſumetur, & unus relinquetur; duo molentes in mola, unus aſſumetur, & unus relinquetur duo in lecto, unus aſſumetur, & unus relinquetur.

Porta eſt fides, via orientalis eſt Chriſtus, quia Oriens nomen ejus *Zach.* 6. Qui eſt via ambulantibus, veritas expectantibus, vita perſeverantibus. *Joan.* 14. Ego ſum via. veritas, & vita. In his lectis, vel thalamis requieſcit ſponſus cum ſponſa. *Prov.* 8. Deliciæ meæ eſſe cum filiis hominum. Hanc menſam, & fercula ejus poſuit Salomon *Prov.* 9. Sapientia ædificavit ſibi domum, ideſt, filius aptavit ſibi corpus, & excidit columnas ſeptem, ideſt, Eccleſiarum extruxit univerſitatem, & immolavit victimas ſuas, ideſt, ſanguine ſuo, & Martyrum Eccleſiam conſecravit, & poſuit menſam, ideſt, ſacram Scripturam expoſuit, prædicando, legendo, diſputando, & miſit ancillas ſuas, ideſt, Apoſtolos, & ceteros ſanctos, ut vocarent ad arcem cœli & ad mœnia civitatis, ideſt, Eccleſiæ conſtruenda. Una iſtarum ancillarum fuit iſte Jeſus filius Sirach, qui, ſicut audivimus, nos vocavit ad arcem, & ad mœnia civitatis. Alia ancilla eſt Iſaias, quem poſt illum librum juvante Domino, proponimus nos lecturos.

Poſtillæ Domini Hugonis Cardinalis ſuper Eccleſiaſticum. Finis.

Digitized by Google

Digitized by Google